UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Generalis Totivs Sacri Ordinis Clericorvm Canonicorvm Historia Tripartita

Pennotto, Gabriele

Coloniae, Anno M.DC.XXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38634

Visual Library

N V. 5.
Th. 1068a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GENERALIS

SACRIO

CLERICORV

NICORVM H

TRIPART

CVIVS IN PR

TE DE CLERICAL

P. AVGVSTINI INSTITVTO, ET

origine, procurſuque totius Ordinis Canonic

Congr. Canonic. Saluatoris Late

differitur.

GABRIELE PENNOT

SE EX CONGREGATIONE LATERA

Spoletum Abbate, ac T

AD ILLVSTR. AC R

D. ALEXANDRVM VRS

dinalem Canonicorum Reg

ſem Protecto

Editio Secun

COLON

Apud MICHAELEM

Sub ſigno NOMIN

ANNO M. DC.X

Collegii Soctis Je

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GENERALIS TOTIVS

SACRI ORDINIS CLERICORVM CANONICORVM HISTORIA TRIPARTITA.

CVIVS IN PRIMA PARTE DE CLERICALI SANCTISSIMI P. AVGVSTINI INSTITVTO, ET HABITV. IN SECVNDA DE origine, procurſuque totius Ordinis Canonicorum Regularium. In Tertia De Congr. Canonic. Saluatoris Lateranenſis locupletiſsimè diſſeritur.

GABRIELE PENNOTTO NOVARIENSE EX CONGREGATIONE LATERANENSI S. IVLIANI APVD Spoletum Abbate, ac Theologo Autore.

AD ILLVSTR. AC REVEREND. D. D. ALEXANDRVM VRSINVM S.R.E. CARdinalem Canonicorum Regularium Lateranenſem Protectorem.

Editio Secunda.

COLONIAE,
Apud MICHAELEM DEMENIVM,
Sub ſigno NOMINIS IESV.
ANNO M. DC.XXXXV.

Collegii Soctis Jesu Paderbornæ 1697.

dono p. Kloppenburgii

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij. A. Episcopus Hieracen.

Imprimatur Fr. Nicolaus Rodulfius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatij Apostolicæ Magister.

Facultas Abbatis Generalis.

D. Constantinus Laudensis Abbas Generalis Congregationis Canonicorum Regularium Saluatoris Lateranensis.

TIbi dilecto nobis in Christo Patri D. Gabrieli Nouariensi Canonico nostro professo, ac nostræ Congregationis Abbati, & Theologo. Vt opus à nobis diu enixè desideratum, & demandatum, & à te nuper diligentissimè compilatum: Generalis totius Sacri Ordinis Clericorum Canonicorum Historia Tripartita nuncupatum, iussu Reuerendiss. Patris Magistri Sacri Palatij Apostolici examinatum & approbatum imprimi facere possis, facultatem libentissimè impartimur. In quorum fidem præsentes fieri iussimus manu nostra firmatas, sigilloque nostro munitas. Datum Venetiis in Canonica nostra S. Mariæ Charitatis die 13. Ianuarij M. DC. XXIV.

D. Constantinus Lauden. Abbas Generalis.

Locus ✠ sigilli.

D. Octauius Alexandrinus Prior, & Secretarius.

ILL.mo ET
D. ALEXAND
S. R. E. CARDINALI,
REGVLARIVM LATER
TECTORI CLEM

Vm paucis ab hinc ann
teranensis familiæ Co
recentiumque Sedis A
Generalis Capituli ex
nabula, progressionel
sem, animaduerti non
dolore nõ minimo, ex
rimos tum eloquentia
dinum Historias, & res præclarè gestas literis
Verùm ex Ordine Canonicorum Regularium
sò prædicat, nullum fuisse, qui illius Gener
Quam idcirco culpam, incuriamque nostrorú
mihi cum insedisset animo, cœpi statim Histor
& aliorum hoc ipso de argumento differentiu
comparare, ac impensè perlegere, codices præ
& Iuris Pontificij reuoluere, necnon vetusta
dera latentia retegere, singularum Ecclesiarun
busque, ac Regnis vel nunc, vel olim existentiu
inde profectos quærere, illorum præclara fac
que locis omnia disponere. sicque tandem. Di
sa necessaria disputatione de vero habitu, insti
nostri Augustini, Generalem, & vniuersalem
Ecclesiæ primordijs deductam hoc demum vo
cia obeunda quid præstitum à me sit, acerrimi
genere, tum præcipuè in Historiis Ecclesiastic
versati, cæterumque tui similium arbitrium est
quas minus speciosas enixæ sunt, gemmarum
blematum adminiculis, siue pulchitudinem re
re consueuerunt: ita vt hic meus qualiscunque
publica luce sistendus, externo splendore auc
conciliaret, splendidissimo tui nominis emble
inprimis fuit. Tu enim velut illustre sydus, & t
sacratissimi Purpuratorum Collegij firmamen
facultatis, quæ intellecti onem exornat, Orator
& naturalis eruditione: sed etiam eorum præ
simillimum Deo reddunt, vitæ, inquam, casti
ligionis, Clementiæ, ac cæterarum omnium V
nationum in te oculos, animosque conuertas
plexumque virtutis, quam tu ista suauitate mo
quam dulcissimè pertrahas. Vt sileam in præ
maiorumque splendorem, & auitam illam glor
tificibus Stephano, II. Paulo I. Cœlestino II
triginta tribus, Senatoribus Vrbis sexaginta, P

ILL.MO ET REV.MO D.

D. ALEXANDRO VRSINO

S. R. E. CARDINALI, CANONICORVM REGVLARIVM LATERANENSIVM PROTECTORI CLEMENTISSIMO.

CVm paucis ab hinc annis, Ill.me Princeps, antiquas noſtræ Lateranenſis familiæ Conſtitutiones ad S. Concilij Tridentini, recentiumque Sedis Apoſtolicæ Decretorum normam, iuſſu Generaliſ Capituli exploraturus, ad prima mei Ordinis incunabula, progreſſioneſque diligentius peruestiganda reſpexiſſem, animaduerti non ſine ingenti admiratione, animique mei dolore nõ minimo, ex omnibus religionum cœtibus viros plurimos tum eloquentia, tum eruditione inſtructos ſuorum Ordinum Hiſtorias, & res præclarè geſtas literis mandauiſſe diligentiſſimè, diſertiſſimeq; Verùm ex Ordine Canonicorum Regularium, qui aliorum ſe Protoparentem non falſò prædicat, nullum fuiſſe, qui illius Generalem Hiſtoriam ſcripſerit, vel attigerit. Quam idcirco culpam, incuriamque noſtrorum pro tenuitate mearum virium delere mihi cum inſediſſet animo, cœpi ſtatim Hiſtoricorũ volumina, Latinorum, Græcorum & aliorum hoc ipſo de argumento differentium, quotquot ipſe noueram, mihi ſedulò comparare, ac impensè perlegere, codices præterea Sanctorum Patrum, Conciliorum, & Iuris Pontificij reuoluere, necnon vetuſta Ordinis monimenta inter ruinas, & rudera latentia retegere, ſingularum Eccleſiarum, & Monaſteriorum in Prouincijs quibuſque, ac Regnis vel nunc, vel olim exiſtentium principia peruestigare, viros illuſtres inde profectos quærere, illorum præclara facinora colligere: collecta verò ſuis quæque locis omnia diſponere. ſicque tandem. Diuino numine ſæpius implorato, præmiſſa neceſſaria diſputatione de vero habitu, inſtitutoque Beatiſſimi Patris, & Patriarchæ noſtri Auguſtini, Generalem, & vniuerſalem Canonici Ordinis Hiſtoriam, à naſcentis Eccleſiæ primordijs deductam hoc demum volumine complexus ſum. In qua prouincia obeunda quid præſtitum à me ſit, acerrimi tui Iudicij, cum in omni diſciplinarum genere, tum præcipuè in Hiſtorijs Eccleſiaſticis, & voluminibus Sanctorum apprimè verſati, cæterumque tui ſimilium arbitrium eſto. Porro autem vt parentes puellarum, quas minus ſpecioſas enixæ ſunt, gemmarum & monilium, ac aliorum id genus emblematum adminiculis, ſiue pulchitudinem reficere, ſeu veriùs deformitatem obtegere conſueuerunt: ita vt hic meus qualiſcunque fœtus, ex ſe quidem perobſcurus, nunc publica luce ſiſtendus, externo ſplendore auctus, legentium ſibi oculos, animoſque conciliaret, ſplendidiſſimo tui nominis emblemate illius frontem exornare, curæ mihi inprimis fuit. Tu enim velut illuſtre ſydus, & tanquam gemma carbunculi in ſupremo ſacratiſſimi Purpuratorum Collegij firmamento conſtitutus, non ſolùm omnigenæ facultatis, quæ intellecti onem exornat, Oratoriæ, Poeticæ, Mathematicæ, Legaliſque, & naturalis eruditione: ſed etiam eorum præſidio bonorum, quæ hominem quàm ſimillimum Deo reddunt, vitæ, inquam, caſtiſſimæ, innocentiſſimæque, Pietatis, Religionis, Clementiæ, ac cæterarum omnium Virtutum radijs, ita præfulges, vt omnium nationum in te oculos, animoſque conuertas, atque exemplo tuo ad amorem, complexumque virtutis, quam tu iſta ſuauitate morum pulchriorem quoammodo reddis, quam dulciſſimè pertrahas. Vt ſileam in præſentia Auguſtiſſimæ ſtirpis Vrſinorum, maiorumque ſplendorem, & auitam illam gloriam, non ſolùm quatuor Romanis Pontificibus Stephano, II. Paulo I. Cœleſtino III. & Nicolao III. Cardinalibus S. R. E. triginta tribus, Senatoribus Vrbis ſexaginta, Præfectis duobus, Imperatoribus exerci-

tuum ad quadraginta, Prouinciarum Ducibus, Principibus, Regulis in Italia, Germania, Gallijs, Polonia penè innumeris: Verùm etiam pluribus viris sanctitate conspicuis, & in Diuorum Catalogum relatis. Vrsinum loquor Bituricensium, Volusianum Tolosatum præsules, Vrsinum alium apud Vmbros Presbiterum, Benedictum Monachorum Patriarcham, cum sorore Scholastica, teste Bonifacio Simoneta ex ipsius D. Benedicti instituto Abbate, præter iam memoratos Pontifices Stephanum II. & Paulum I. mirifice locupletatam. Vt hæc, inquam, fileam, quod nimirum parentũ hæc gloria tibi cum alijs multis communis sit, nisi fortè hoc solo nomine peculiaris, quòd quæ virtutis ornamenta maioribus tuis sigillatim, atque per partes indita fuerunt, omnia simul in Amplitudine tua veluti compendio quodam virtutis absolutissimo Deus, & Natura collegerunt. Quanquam multis etiam nominibus Illustrissimo tuo nomini debebatur opus sub tuis fœlicissimis auspicijs absolutũ, ab alumno sub tutela clientela posito, peculiaribusq; beneficijs aucto, & eo ex Ordine, cuius tu, Illustr. Princeps, præcipuam familiam magno illius ornamento, ac emolumento clementissimè protegis, & prudentissimè moderaris. Cuius institutum in Lateranensi Basilica, tunc quidem Regulari, susceperunt ij, quos memoraui, Pontifices Stephanus II. & Paulus I. ex Clarissima tua familia profecti: quem Ordinem maiores tuos paternos, maternosque semper dilexisse, mirificè fouisse, magnificèq; beneficijs ornauisse, non inaniter gloriari possumus. Non enim præterit nos, à Cœlestino Tertio vix ad Pontificatum euecto duos Lateranensis tunc nostri Monasterij Canonicos Lotharium de Comitibus Signiæ, Cenciumq; de Sabellis in Sacrum Cardinalium Senatum coaptatos, quos in Pontificatu successores habuit, Innocentium III. & Honorium III. nuncupatos. Recolimus Illustrissimi Cardinalis Ioannis Baptistæ Vrsini summum erga nostros studium, atque clementiam, quos Sede Pontificali ante Sixtum IV. proximè vacante, priuatorum quorundam violentia Laterano exactos, rebus cum Summo Pontifice, Conseruatoribus Vrbis, alijsq; Clericis compositis, loco restituendos curauerat: cuius votum, operamq; secutus proculdubio fuisset effectus, nisi malitia temporum negotium illi violenter è manibus deiecisset. Manet nostris mentibus altè consignata summa Leonis X. matre Clarice Vrsina, patre Laurentio Mediceo tuis auis maternis geniti, in nos beneuolentia, quos tanto honore dignos esse voluit, vt ab Innocentio Octauo Cardinalis renunciatus, ex nostrorum, id est ex Abbatis tunc Fesulani manu sui Cardinalatus insignia accipere non fuerit dedignatus. neque tandem memoria excidit eiusdem Laurentij Medicei, necnon Magni Cosmi eiusdem Genitoris, & Petri fratris munificentia, tum in Abbatia Pisana S. Michaelis, tum præsertim in Fesulana ab ipsis fundamentis restituenda, cum amplissima Bibliotheca, maximis impensis octoginta circiter millium aureorum. Quæ, aliaq; plurima tuis maioribus accepta scimus, referimus, prædicamus. nec prorsus ambigimus, parem beneuolentiam tanquam naturali quadam propagatione in te deriuatam, tibi animo pariter insedisse. Quapropter, vt obsequium, exiguum hoc quidem, sed ab ingenti propensione profectum, quod tanquã animi mei, totiusq; Lateranensis familiæ pignus offero, & Illustrissimo nomini tuo volens, ac libens dico, pro innata benignitate probes, supplex oro, quæsoq;. Id enim si assecutus fuero, tunc egisse me quid maximum arbitrabor: Deum Optimum precaturus, vt Amplitudinem tuam fœlicissimam ad nostræ familiæ regimen, & Vniuersalis Ecclesiæ decus, atq; præsidium seruet: & rerum tuarum cursum fortunatissimum esse iubeat. Vale. Romæ ex Canonica S. Mariæ Pacis.

Ill.me & Reu.me Dñis tuæ.

Seruus in Christo perpetuus & humillimus
Gabriel Pennottus C.R.L.

LECTO-

LECTORI BEN
AVT

Magna flumina, etsi purissima ex m
dum ab ipsis fontibus paulatim al
quæ pertranseunt, limositate, siue
turbata, & iniquinata in mare t
prorsus effecta, vix maximo cum l
repurgari. Haud secus, Lector ben
illi ad communem humanæ Reip
quædam, emiserunt ab omni figmentorum cœnosita
multorum manus peruenerint, vt varium, ac multip
deueniebant, tot figmentis mẽdaciorum inquinatæ ad
ac solicitudine à viris doctissimis adhibitis, à fœcibus
aliquando repurgari. Huius generis historiarum depr
los hic ponere, quæ S. Hieronymus, Augusti nus, Gela
centiores Cardin. Bellarm. & Baronius, Melchior Can
simi nota uerunt. Verùm cæteris omnibus prætermissi
per annos octingẽtos receptissimæ historiæ de Clerica
ponensis, & Ecclesiæ Doctoris omnium Principis inst
rum Clericorum ab eodem Sanctissimo Præsule repar
verius ab ipsomet Diuo Augustino verbis claris, conc
D. enim Augustinus suarũ Confessionum lib. 10. cap.
Conteritus peccatis meis, & mole peccatorum meorum. & m
fugam in solitudinem: sed probibuisti me, & confortasti me,
viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. D
76. *Nimis*, inquit, *dolendum, si ad tam ruinosam superbiar*
rices dignos putemus, in quorum numero sumus, cum aliquan
Demum de suo habitu loquens sermone secundo de
berrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune. De
habere velle, quidquid habeo. Nolo talia offerat Sanctitas ve
mihi verbi gratia birrum pretiosum: fortè decet Episcopum, q
perem, de pauperibus uatum. Modo dicturi sunt homines: q
vel in domo Patris mei, vel in illa seculari professione mea. non
buerit, fratri meo dare, qualem potest habere Presbyter, qual
talem volo accipere. quia in commune accipio. Si quu meliore
potest vestis esse communis, pretium vestis sit commune. Possi
quadragenarius, & familiaris, qui ea de magistro scripsi
vel ab eo didicit, & expertus est quam pluribus annis e
moribus eiusdem D. Augustini edidit, primum fateti
vitam inter laicos duxisse. Deinde factum presbyterus
intra suam Ecclesiam mox instituisse, & cum Dei seruis
viuentes in illius officio interpretatur, viuere cœpisse s
constitutam: ac demum factum Episcopum in sua soc
tes semper tenuisse. *Cum ipso*, inquit, *semper Clerici vna et*
bantur, & vestiebantur, & supra. *Vestes eius, & calceamenta*
nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia in his plerunq
Iesu Christi, sed quæ sua sunt, ijdem quærentes.

B Ex istis testimonijs apertissimis, & omni exception
ante annos circiter quadringentos has duas veritates
professione clericum canonicum siue Regularem ext
uisse, cum clericis canonicis communem vitam duxis
emplum vitæ Apostolicæ conquadratam scripsisse, ac
consensus per annos octingentos, & amplius tam firm
stanter adeo asseruit, ac defendit: vt si veterum libros c
ciliorum, & Sacrorum Canonum decreta, historicoru
de illis vel in apice quidem hæsitauerit: quemadmodu
52. & 53. ostendere conabor, dum probabitur, omnes
tum adducendos, apocryphos existere ad fucum faci

LECTORI BENEVOLENTI AVTOR.

MAgna flumina, etsi purissima ex montium venis, ac terræ meatibus egrediantur, dum ab ipsis fontibus paulatim abeunt, seu pluuiarum alluuionibus, siue locorũ, quæ pertranseunt, limositate, siue etiam hominũ iniuria, tot fœcibus, ac sordibus turbata, & iniquinata in mare tandem exonerantur: vt sibimetipsis dissimilima prorsus effecta, vix maximo cum labore ad pristinam sinceritatem valeant à nobis repurgari. Haud secus, Lector benuole, quamplures Antiquorum historiæ, quas illi ad communem humanæ Reipublicæ vtilitatem, ac eruditionem, vti flumina quædam, emiserunt ab omni figmentorum cœnositate purgatissima, quòd successiuis decursibus ad multorum manus peruenerint, vt varium, ac multiplex illorum erat ingenium, ad quorum manus deueniebant, tot figmentis mẽdaciorum inquinatæ ad posteros transmissæ sunt, vt vix magno labore, ac solicitudine à viris doctissimis adhibitis, à fœcibus errorum, quibus vndique scatebant, potuerint aliquando repurgari. Huius generis historiarum deprauatarũ possem tibi exempla innumera ob oculos hic ponere, quæ S. Hieronymus, Augusti nus, Gelasius Primus ex antiquis scriptoribus: & inter recentiores Cardin. Bellarm. & Baronius, Melchior Canus in locis Theologicis, & alij Doctores præclarissimi nota uerunt. Verùm cæteris omnibus prætermissis, vnum referã antiquissimæ, & in Ecclesia Dei per annos octingẽtos receptissimæ historiæ de Clericali Beatissimi Patris nostri Augustini Episc. Hipponensis, & Ecclesiæ Doctoris omnium Principis instituto, & habitu, necnon de Ordine Canonicorum Clericorum ab eodem Sanctissimo Præsule reparato, primum à B. Possidio Calamensi Episcopo verius ab ipsomet Diuo Augustino verbis claris, conceptis, distinctis, in suis Confessionibus exaratæ. D. enim Augustinus suarũ Confessionum lib. 10. cap. 40. de seipso testimoniũ perhibens, ita scribit: *Conteritus peccatis meis, & mole peccatorum mearum, & miseriæ meæ, agitaueram in corde, meditatusq; fueram fugam in solitudinem: sed prohibuisti me, & confortasti me, dicens: Ideo Christus pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* De suo quoque instituto verba faciens in epistola 76. *Nimis*, inquit, *dolendum, si ad tam rutnosam superbiam Monachos erigamus, & tam graui contumelia Clericos dignos putemus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiã bonus Monachus vix bonum Clericum faciat.* Demum de suo habitu loquens sermone secundo de Communi vita Clericorum; *Nemo*, inquit, *det birrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune. De communi accipiam mihi ipse? cum sciam commune me habere velle, quidquid habeo. Nolo talia offerat Sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentiꝰ vtar. Offeratur mihi verbi gratia birrum pretiosum: fortè decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem, de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines: quia inueni pretiosas vestes, quas non potuissem habere vel in domo Patrũ mei, vel in illa seculari professione mea. non decet. talem debeo habere, qualem possum, si non habuerit, fratri meo dare, qualem potest habere Presbyter, qualem potest habere deceuter Diaconus, & Subdiaconus. talem volo accipere. quia in commune accipio. Si quu meliorem dederit vendo, quod & facere soleo, vt quando non potest vestu esse communu, pretium vestis sit commune.* Possidius quoque ipsius sanctissimi Patris discipulus quadragenarius, & familiaris, qui ea de magistro scripsisse fatetur, quæ vel in eodem Augustino vidit, vel ab eo didicit, & expertus est quam pluribus annis eius inhærens charitati, in libro, quem de Vita & moribus eiusdem D. Augustini edidit, primum fatetur B. Augustinum ante presbyteratum laicalem vitam inter laicos duxisse. Deinde factum presbyterum, & parochum Hipponensem, monasterium intra suam Ecclesiam mox instituisse, & cum Dei seruis, quos Ecclesia Romana clericos communiter viuentes in illius officio interpretatur, viuere cœpisse secundum modum, & regulam sub S. Apostolis constitutam: ac demum factum Episcopum in sua societate clericos communiter, & regulariter viuẽtes semper tenuisse. *Cum ipso*, inquit, *semper Clerici vna etiam domo, ac mensa, sumptibusq; communibus alebantur, & vestiebantur*, & supra. *Vestes eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erãt, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia in his plerunque vel iactare se homines solent, vel abijcere, non qua Iesu Christi, sed quæ sua sunt, ijdem quærentes.*

B Ex istis testimonijs apertissimis, & omni exceptione longè maioribus totus eruditorum consensus ante annos circiter quadringentos has duas veritates certissimas deduxit, nimirum B. Augustinum professione clericum canonicum siue Regularem extitisse, clericorum canonicorum habitum gestauisse, cum clericis canonicis communem vitam duxisse. Et eisdem clericis canonicis Regulam ad exemplum vitæ Apostolicæ conquadratam scripsisse, ac tradidisse. Porro istas veritates totus Doctorum consensus per annos octingentos, & amplius tam firmiter complexus est, tam liberè prædicauit, & cõstanter adeo asseruit, ac defendit: vt si veterum libros cunctos euoluas, Summorum Pontificum, Conciliorum, & Sacrorum Canonum decreta, historicorum monimenta, neminem prorsus inuenias, qui de illis vel in apice quidem hæsitauerit: quemadmodum in progressu libri, & cap. 27. vsq; ad 37. & cap. 52. & 53. ostendere conabor, dum probabitur, omnes autores ante annos quadringentos in contrarium adducendos, apocryphos existere ad fucum faciendum meditatos. Hinc laudes illæ B. Augustino

in illius officio in quibusdam antiquis Breuiarijs decentatæ. *Factum ergo presbyter monasterium Clericorum. mox instituit, & cepit viuere secundum Regulam sub Sancto Apostolo constitutam,* & in Hymno, qui incipit *Magne Pater Auguſtine*

Tu de vita Clericorum sanctam scribis Regulam,
Quam qui amant, & sequuntur, viam tenent Regiam:
Atque tuo sancto ductu redeunt ad Patriam.

Et in Sequentia, quæ dicebatur olim in Miſſa.

Regularem vitæ normam conquadrauit iuxta formam
Cœtus Apostolici
Sui quippe nil habebant tanquam suum, sed viuebant
In commune Clerici.

Hinc Auguſtini Regula à Summis Pontificibus, S. Concilijs, Patribus, & in Iure canonico Regula Canonica, & Speculum clericorum paſſim nuncupata. Hinc illius profeſſoribus ad vitam monaſticã profectio, & è contra omnino per S. Canones inerdicta. Hinc demum Ordo canonicus Ordo Diui Auguſtini ab omnibus, & vbique nuncupatus, & alia id genus ſexcẽta, quæ ex authenticis documẽtis accepta in progreſſu præſentis qualiſcunque operis deducemus. Quæ cum ita ſe haberent, quis amabo crediditſſet, aut etiam ſuſpicari potuiſſet, veritatem adeo conſtantem, perſpicuam, peruiam, flumen, adeo clarum, tot ſeculorum decurſibus purum, & limpidum ſeruatũ, fore vnquam vllo tempore turbandum? Et ecce illud quoque poſt longum decurſum turbatum eſt, & veritas non ſolùm in dubium
C ſed in diſcrimen manifeſtum aliquãdo reuocata. Nam exorto poſt S. Lateranenſis Concilij tempora, per Innocentium III. huius nominis Pontificem ex ordine canonicorum regularium aſſumptum, abſoleti. ſacro Eremitarum ordine, antea Fratris Ioannis Boni, aut, vt alijs placet, Diui Gulielmi nuncupato, poſtea verò conceſſione Summorum Pontificum B. Auguſtini Regula, & titulo donato, paulatim oriri cœpit cum illo inter populares veritatis ignaros dubium, an ordo ille à D. Auguſtino verè eſſet inſtitutus, vel an eiuſmodi vitæ genus Auguſtinus aliquãdo tenuiſſet. quod dubium ipſo Eremitarum Inſtituto per varias Prouincias, locorum, & perſonarum numero paulatim aucto, in opinionem coaleſcere, & ſucceſſibus temporum ex opinione in aſſenſum certum, & conſtans cœpit apud non paucos erumpere: nec leuis contentionis inter perſonas Eccleſiaſticas ſomitem miniſtrauit, ad quam tollendam Romanus Pontifex Sixtus IV. Decretum, quod ab exemplo authentico Romæ in Canonicæ noſtræ S. Mariæ de Pace Cartophilacijs repoſito fideliter exſcriptum ſubijcitur, promulgauit.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Qui Apoſtolis præcepit, vt ſe inuicem diligerẽt, profectò ſine dilectione mutuabonum aliquod perfectum eſſe non poſſe demonſtrauit. In illa enim conſiſtit omnis bene viuendi ratio, & operatio, ſi odia tranſeant in dilectionem, ſi inimicitia conuertantur in pacem, ſi tranquillitas extinguat iram, ſi manſuetudo remittat vindictæ cupiditatem. Sed hoſtis antiqui verſutia vbi maiorũ charitatis feruorem eſſe conſpicit, ibi ſagacius vires ſuas intendit, vt fidelibus Chriſti famulis per diuerticula, & ſuperfluas contentiones abſtractis, de ſua ſagacitate lætetur, cuius conatibus obuiare, & mutuam charitatem, & pacis dulcedinem inter fideles quoſque, & præſertim ſub eadem vocatione, & ſuaui Religionis iugo Deo militantes enutrire, ac diſcordiarum fomenta, & inanes contentiones, quæ nihil ad rem pertinent, neç adiſcant, ſed deſtruant, falce vigilantia paſtoralis ad radicem poſita ſuccidere, & extirpare totis conatibus inſudamus: ne debile ſimplicitatis initium per ſũmam altercationem ad inextricabiles prorumpat errores, qui poſtmodum difficilius valeant emendari. Sanè, non ſine mentis noſtræ diſplicẽtia ſingulari, pluries iam dudum ad noſtrum peruenit auditum, quod inter dilectos filios Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, & fratres Ordinis Eremitarum eiuſdem B. Auguſtini quædam minus neceſſaria, minuſque laudabilis controuerſia pullulare cœpit de ipſius præclariſſimi Eccleſiæ Doctoris Auguſtini habitu, ac de pictura, & ordinum huiuſmodi inſtitutione parte qualibet diuerſimodè ſentiente, ac prædicante: nec veriti ſunt libros ſuper huiuſmodi leuitatibus componere, eosque legere, & alijs legendos tradere, non ſine ſcandalo, & perturbatione mentium legentium, & aliorum Chriſti fidelium, & per ineptias huiuſmodi, quos Deo lucri facere deberent, perdere feſtinant. Nos attendentes, quod clariſſimum Eccleſiæ lumen Auguſtinum præter Epiſcopalis dignitatis habitum alium geſtaſſe, aut profeſſioni alienæ ſe ſubiecciſſe, aut affirmare, aut negare ad rem non pertinet, niſi quantum contentio ſuperuacanea aucupari nititur, ac tam enorme facinus, & periculoſas contẽtiones de medio tollere, & penitus extirpare volentes. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra certa ſcientia, & mera voluntate tam Canonicis Regularibus dictæ Congregationis, quam omnibus, & ſingulis fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini quibuſcunque nominibus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quã in ſingulares tam fratrum Eremitarum, quam Canonicorum prædictorum perſonas contra facientes ferimus in his ſcriptis à qua abſolui nequeant, & quilibet ipſorum nequeat, niſi à Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Roman. Pontific. canonicè intrantibus, ſeu in mortis articulo conſtituti, autoritate Apoſtolica tenore præſentium inhibemus, eisque diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus à contẽtionibus, ac de B. Auguſtino aſſertionibus huiuſmodi, prædicationibus, diſputationibus, & turpibus, & controuerſijs penitus abſtineant: nec de eis mentionem de cætero faciant, & ſe mutua Charitate in Chriſto Ieſu Domino noſtro diligant, ſe etiam mutuo venerantes, & ea qua decerent, & venuſtatem ambarum partium concernunt, alternatim aſſerentes, & ea, quæ eruditionem, & inſtruunt, & ad ſalutem animarum Chriſti fide-

ſti fidelium proſunt, Populu prædicent, omiſſis, & penitus rel
B. Auguſtino datus qui idem eſt in omnibus, luce inſtituta pa
ſus, non contaminatus, ſed vnicus, pacificus, integer, & imma
ſcatur. Præterea vt cenſura Eccleſiaſtica ab omnibus formidet
huiuſmodi, eos inſuper, qui eiſdem Canonicis, ac fratribus de
publice, vel occulte, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore
volumus, eo ipſo, niſi poſtquam de præſentibus notitiã habueri
Et nihilominus eorundem Canonicorum Regularium, & frat
bus Rectori, & Generali, & eorum Capitulo generali ſub ſimil
monaſterijs, clauſtris, & Capitulis, dum maior Canonicorum
uerit, ſemel, bis, ter, & pluries ſolemniter publicent, & in
ignaru plenè intelligi valeant, & harum literarum tranſu
Canonicorum, & fratrum Eremitarum huiuſmodi tranſmitt
paruerint (quod abſit) ex nunc prout ex tunc, & ex tunc pro
tu, & maledictionis æternæ pœnas prædictas eos, & ſingulares
autoritate, & ſcientia prædictis decernimus, & declaramus, &
damus, donec, & quouſque Sedes Apoſtolica ſuper contentioni
obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ne
Canonicis Regularibus, quam fratribus Eremitarum S. Auguſt
borũ expreſſione conceſſis, etiã ſi in eis caueatur expreſſe, quo
ex eo, aut eorum loca interdici, ſuſpendi, vel excommunicari n
ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem
cas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum
bus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererem
quo ad hoc vt præſentes literæ ſortiantur effectum, illis tamẽ al
eutus prædictis ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & pro nullis
nun Ordinis, & inſtitutorum prædictorum ſtatutis, & conſuet
vel quacunque firmitate alia roboratis cæteriſque contrarijs q
paginam noſtræ inhibitionis, voluntatis, iniunctionis, conſtitut
gere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attente
leatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſuru
Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquarto, qu

Et quanquam non deſint, qui contendant, hoc Dec
per contrariam conſuetudinem reuocatum, neque de il
conſtitiſſe, inter quos ſunt excellentiſſimi Doctores Sal
tris Ioannis Marquez nuper edito, & typis excuſo, ac R
Iuriſprudentum reſponſis Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſ
dicis nuncupatæ, fuit oblatum per Venerandos Eremit
ter illos ex vita, & Canonicos Regulares Lateranenſes c
ab ipſo fratre Ioanne Marquez, necnon in Italicum tra
fratrum Eremitarum ante Concilium Lateranẽſe, publ
creto contentas incurriſſet. quorum ſententiam ijdem
publicari permiſerunt, facta Canonicis Regularibus La
ſcribendi, & ad ea, quæ dictus Autor in illorum præiudi
tumelijs, & conuitijs abſtinerẽt, ſicut viros Chriſtianos,
tamen certum, & conſtans, quod ad Canonicos Latera
promulgatum ab hoc ſcribendi genere prorſus abſtinui
remitas vſque ad annum circiter 1595. de eadem mater
ronius S.R.E. Preſbyter Cardinalis quartum ac ſextum
ſticorum, quibus cum hanc litem denuo excitaſſet, aſſi
nus primitus coluiſſe, & Monachorum inſtituta in Afri
pulta iacuerat, denuo vires ſumpſit, caput extulit, & in c
Patres Eremitæ tanto duce freti ex varijs prouincijs Ital
driæ, & alijs concurrentes, de ea non ſolum libros certat
D rum, quod grauius eſt, ipſius Beatiſſimi Patris Auguſtin
illius vita per Poſſidium exarata. In quibus quidem lib
præiudicium. & Canonici Ordinis derogationem mult
adſtruere, & legentium animis obtrudere nituntur:

1. Quod D. Auguſtinus Clericus Canonicus, ſiue

sti fidelium prosunt, Populu prædicent, omissis, & penitus relictis vanis assertionibus, & altercationibus: vt ordo à B. Augustino datus qui idem est in omnibus, licet instituta particularia aliqualiter differant, non diuisus, non factiosus, non contaminatus, sed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus, prout est, & esse debet, etiam ab omnibus censeatur. Præterea vt censura Ecclesiastica ab omnibus formidetur, præter Canonicos Regulares, & fratres Eremitarū huiusmodi, eos insuper, qui eisdem Canonicis, ac fratribus dederint in præmissis auxilium, consilium, & fauorem publice, vel occulte, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore sententias, & cēsuras, & pœnas supradictas incurrere volumus, eo ipso, nisi postquam de præsentibus notitiā habuerint, à præstatione auxilij, consilij, & fauoris desiterint. Et nihilominus eorundem Canonicorum Regularium, & fratrum Eremitarum moderni, & pro tempore existentibus Rectori, & Generali, & eorum Capitulo generali sub similibus pœnis iniungimus, vt præsentes literas in eorum monasterijs, claustris, & Capitulis, dum maior Canonicorum, & fratrum Eremitarū prædictorum multitudo conuenerit, semel, bis, ter, & pluries solemniter publicent, & interpretentur. Ita quod ab omnibus etiam Grāmatica ignaris planè intelligi valeant, & harum literarum transumptum seu copiam ad vnumquodque monasterium Canonicorum, & fratrum Eremitarum huiusmodi transmittant. quod si secus egerint, & mandatis Apostolicis non paruerint (quod absit) ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nūc excōmunicationis latæ sententiæ, anathematis, & maledictionis æternæ pœnas prædictas eos, & singulares personas ex eu incurrisse, illisque irretitos esse motu, autoritate, & scientia prædictis decernimus, & declaramus, & pro talibus ab omnibus reputari volumus, & mandamus, donec, & quousque Sedes Apostolica super contentionibus huiusmodi aliud duxerit determinandum. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Priuilegijs, Indultis, & literis Apostolicis tam Canonicis Regularibus, quam fratribus Eremitarum S. Augustini in genere, vel in specie sub quibuscunq; formis, & verborū expressione concessis, etiā si in eis caueatur expresse, quod Canonici, aut fratres prælicti, ac singulares personæ ex eis, aut eorum loca interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, nisi de eis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fiat, & alias per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de priuilegijs, & indultis huiusmodi mentionē, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & specificatis habentes, quo ad hoc vt præsentes literæ sortiantur effectum, illis tamē alias in suo robore permansuris motu, autoritate, & scientia prædictis specialiter, & expresse derogamus, & pro nullis, & infectis quoad hoc tantum haberi volumus, non obstantibus Ordinis, & institutorum prædictorum statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis cæterisque contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, voluntatis, iniunctionis, constitutionis, declarationis, mandati, & derogationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, ac beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimoquarto, quinto Idus Maij Pōtificatus nostri anno decimo tertio.

Et quanquam non desint, qui contendant, hoc Decretum vel nunquam obseruatum, vel iam diu per contrariam consuetudinem reuocatum, neque de illius promulgatione, ac receptione satis adhuc constitisse, inter quos sunt excellentissimi Doctores Salmanticenses in consilio ad fauorem causæ fratris Ioannis Marquez nuper edito, & typis excuso, ac Romam transmisso, quod cum alijs nonnullorū Iurisprudentum responsis Illustrissimis, ac Reuerendissimis DD. Cardinalibus S. Congregationis Indicis nuncupatæ, fuit oblatum per Venerandos Eremitas Augustinenses in causa, siue controuersia inter illos ex vna, & Canonicos Regulares Lateranenses ex altera, An liber editus idiomate Hispanico ab ipso fratre Ioanne Marquez, necnon in Italicum traductus, & Dertonæ recens cusus, de Origine fratrum Eremitarum ante Concilium Lateranēse, publicari deberet, & an dictus autor pœnas in Decreto contentas incurrisset. quorum sententiam ijdem Illustrissimi visi sunt approbare, dum librum publicari permiserunt, facta Canonicis Regularibus Lateranensibus facultate pro ipsorum opinione scribendi, & ad ea, quæ dictus Autor in illorum præiudicium scriberet, respondendi, ita tamen vtà cōtumelijs, & conuitijs abstinerēt, sicut viros Christianos, & præsertim Religiosos sacerdotes decet. Hoc tamen certum, & constans, quod ad Canonicos Lateranenses spectat, illos post præfatum Decretum promulgatum ab hoc scribendi genere prorsus abstinuisse. puto autem ipsos quoque Venerandos Eremitas vsque ad annum circiter 1595. de eadem materia nihil edidisse. Circa quod tempus Cæsar Baronius S.R.E. Presbyter Cardinalis quartum ac sextum volumen edidit suorum Annalium Ecclesiasticorum, quibus cum hanc item denuo excitasset, affirmans, B. Augustinum Monasticæ vitæ genus primitus coluisse, & Monachorum instituta in Africam vexisse, controuersia, quæ multis annis sepulta iacuerat, denuo vires sumpsit, caput extulit, & in campum apertum prosiliuit. Nam Venerandi Patres Eremitæ tanto duce freti ex varijs prouincijs Italiæ, Galliarum, Hispaniarum, Germaniæ, Flandriæ, & alijs concurrentes, de ea non solum libros certatim edere, ac in vulgus effundere cœperunt, verum, quod grauius est, ipsius Beatissimi Patris Augustini libris recens editis in fronte affigere vna cum illius vita per Possidium exarata. In quibus quidem libellis hasce assertiones in manifestum veritatis præiudicium, & Canonici Ordinis derogationem multiplicem docere, & pro veritatibus certissimis adstruere, & legentium animis obtrudere nituntur:

1. Quod D. Augustinus Clericus Canonicus, siue Regularis nunquam extiterit.

2. Quod

2. Quod Monasterium ab illo ordinato Presbytero institutum, Eremitarum fuerit, non Clericorum, quemadmodum Ecclesia, & vel ipsimet Eremitæ in diuinis officijs vsque in hanc diem præcinere consueuerunt.

3. Quod B. Augustini Regula Clericis Canonicis tradita non fuerit, sed ipsis Eremitis.

4. Quod quotiescunq; Summi Pontifices, Sacra Concilia, & Canones, & Sancti Patres, de Ordine S. Augustini absolutè loquuntur, de Ordine Eremitarum, non autem Canonicorum intelligi volunt.

5. Quod B. Augustinus tunicam lineam, quæ Clericorum Canonicorum est proprius habitus, & cætera eorundem Clericorum vestimenta induerit nunquam.

6. Quod Ordo Clericorum Canonicorum, qui Regulares Canonici nunc vocantur, tempore B. Augustini vix in mundo agnoscebatur.

7. Quod Clerici Canonici occasionaliter, & quasi per accidens sint instituti, nimirum, vt vitæ & conuersationis Episcoporum ad populos testes essent.

8. Quod qui nunc sunt Clerici Canonici, non sint de illis à B. Augustino institutis, siue Reformatis, sed vel à B. Rufo, aut ab alijs viris pijs, & Religiosis post defectum Clericorum Canonicorum in Cathedralibus nuper instituti.

Et alia id genus plurima, quæ vt omittamus Paulum Bergomensem in sua Apologia, Ambrosium Coriolanum in Defensorio ad Sixtum Quartum, & ab eodē Sixto Quarto, ac illius successore Innocentio Octauo damnato, ex quorum turbidis, & cœnosis fontibus hæc omnia recentiores hauserunt: videri possunt apud autorem Templi Eremitici, necnon Ludouicum de Angelis, & Cornelium Lancillottum, in eorum libris de Vita S. Augustini nuper editis, ac nouissimè apud Ioannem Marquez in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum ante Lateranensis Concilij tempora cap. 1. 4 & 5. per totum c. 6. in principio, & § 2. 3 4. & sequentibus c. 7 in principio, & §. 2. 3 & 10. vbi multa alia de suo penu addit, necnon cap. 8. vsque ad decimumquintum, & cap. 18. & 19. inclusiuè.

E Non negauerim Theologum præclarum, & paris eruditionis historicum, insigni beneuolentia canonicos regulares prosecutum, dum c. 6. § 2. contra calumniatores illorum patrociniū vltroneus suscepit, illorum egit curam, & veram causam illorum institutionis reddidit, encomijs illos exornans, & cumulans pro naturali pietate, & humanitate, qua blandus defensor canonicorum ordini iniquè lacessito compassus est, nescio an colaphizando illum mulserit, & vngue, vt aiunt, aquilino delicatissimè palpauerit. Verùm præter quod patronus vltroneus in causis forensibus suspicioni est, iuxta Sapientis dictum. *Ad consilium ne accesseris, antequam vocaris.* Illud displicet, quod pro tam leui patrocinio non solum B. Augustini regulam, & institutionem, quæ illorum paterna est hæreditas, sed etiā viros sanctos, & præclaros non paucos, ac illorum monasteria ab illis auferre nixus est, ad proprium ordinem locupletandum, & exornandum, quemadmodum in eodem lib. c. 7. vsque ad decimumquintum, & c. 19. intueri licebit. Nam etsi pupillis, ac viduis egētibus, & cæteris id genus miserabilibus iura tum diuina, tum etiam humana patronos exhibeant: tamen ea lege, eos præbent, vt gratuitum patrocinium clientulis impendant: quod & Felinus in cap. ex literis. de Officio Iudicis notauit. Porro Canonici Regulares inter personas miserabiles non adeo censebantur, vt suarum causarum Patronos non paucos non haberent. Verùm etsi ad tantam inopiam deuenissent, vt legis beneficio vtendum esset, patrocinium gratuitum exhibendum fuerat, non adeò carum, vt pro illo bonis omnibus, ac ipsismet domibus priuari debuissent. Valent enim aduocati si pro patrocinio tam leui clientes suis bonis priuant.

Præter quod non satis adhuc intelligo, quid causam ab hoc viro contra Venerabilem Patrem Antonium Dazam super origine ac institutione fratrum Minorum, vel Eremitarum in eo libro institutam, origo Canonici Ordinis, vel causæ illius institutionis, vel etiam in specie adiuuent: vt cum in principio statim sui libri scripserit, illius institutum in eo libro solum esse, suum Ordinem ab iniurijs eidē ab Antonio Daza illatis vindicare: nihilominus post aciem contra illum instructam data opera deflectens, totum pondus prælij in ordinem Canonicum conuerterit, ad illos solos in dimidia libri parte perstringendos, lacerandos, & quod in eius est viribus, omnino sub pedibus conculcandos, quemadmodum à cap. 5. vsque ad 15. per paginas ducentas videri potest, vbi statim in initio militem recēsens, quem contra illos expeditum habebat, ante victoriam canens triumphum: *ne lector*, inquit, *putes congressum nos cum aduersario declinare, milites recensebimus, quos acie instructa paratos iam habemus, & velitatione aliqua congrediemur, certi, quod in primo statim congressu nostra virtutis sint periculum facturi.* Quid enim obsecro, quæ de Canonicorum institutione, de Sanctis, & Monasterijs ex ordine Canonico ad Eremiticum translatis, & alia id genus plurima ibi loci scribit, ad prædictam causam vel in specie conferebant, nisi forsan quod aciem simulatione contra Patrem Antonium Dazam, re autem contra Canonicos Regulares instruere volebat.

Sanè, vt verum fatear, cum librum istius autoris quidam non multis ab hinc mensibus mihi obtulissent, monentes, rogantes, iubentes, vt ijs, quæ contra veritatem in Canonici Ordinis derogationem multiplicem tum ille, tū alij recentiores ediderunt, pro iustissima, & omni iure diuino, naturali, & humano probata ipsius Ordinis defensione, solido responso occurrerem: substiti plurimū, ac hæsitaui,

num

num iniunctam Prouinciam, licet iustissimam, & ho
filij erga matrem debitam obirem. Non quòd in dicti
sponsio vel ingenium fatiget, vel studium postulet, ve
in specie saltem apparentibus, quarum prima erat ani
in quo mihi calamo vtendum sit, non solum vt instru
aut etiam clypeo ad dimicandum. Altera quod conter
bilitate domorum, siue familiarum, illorum sint prop
non naturalis est, sed vsurpata: *quod enim rapuit quis* (ap
in epist. ad Philippenses) *& præter congruum accepit, dep
petuo ipsum detinet: Qui verò naturalem quandam dignitat
quod nihil tale passurus sit.* Nostri Ordinis antiquitas, nol
bationibus per Dei gratiam non egemus. Tertia quoc
doctis, & eruditis res agenda: vel cum vulgaribus, & in
quitatis certiores à nobis fieri non habent opus, nequ
initis in solitudine vitam egerit: nulli enim sunt, vel ce
vel decipi se sinant. Sin autem cum secundis, illi ad om
errorem biberint, firmiter retinent, nec facilè ratione
magis videatur, quàm ratione conuincenda, iuxta Poe
tis: *Hæc ego vulgum errori similem cunctum insanire docebo.*
stionum lib. 5. dicentis: *Vide, ne plus commendatio in vulgu
voluptatis.*

F Verùm enim verò diligentius re inspecta in contrar
stissimas, & iustissimas, & mea quidem opinione vrgen
non esse istiusmodi falsitates silentio diutius tegendas,
lidissimæ responsionis, & rationis retundendas. Et prin
causa coram Illustrissimis, & Reuerendissimus S. R. E
patæ orta controuersia, An liber dicti Ioannis Marquc
recens editus, per Italiam publicari deberet, ijdem Illu
nicis Regularibus facultate de eodem argumento pro
dendi, quæ dictus Autor perperam contra Canonicor
derogationem Canonici Ordinis scribit, responsum c
deteriorem in partem ab omnibus interpretandum iri
verum solidæ responsionis inopiæ meritò adscribendu
solum assentire, verum etiam cum illo veritatem oppug
*crimen adducta non defenditur, obruitur, & error, cui non res
culta, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Cap. Error. 8

G Accedit secundo loco quòd cum hic Autor multis
Religiosi, verum etiam Sacræ Theologiæ Doctoris, &
cris Catholicæ Maiestatis Philippi III. Regis Hispania
magis rem vrget, cum innumeris penè Doctorum alleg
quod ad nostram causam attinet, vel omnino falsæ sunt
nunquam meditatos, non solum vulgares, ac idiotæ, vc
faciles, vel labori, ac tædio ipsas sententias allegatas cum
decipientur facile: vel ob ipsam præsertim nouitatem
ignoti paueſcentes, non secus atque illi, qui referente C
120. num. 10. audito nomine Abrasax non parum expa

Quibus omnibus illud etiam accedit, quod causa, qu
rum Regularium peculiaris est, sed totius Ecclesiæ Cath
lica hi duo ordines, videlicet Clericalis siue Canonicus
la, & professione pro distinctis semper vsque in hodiern
lium Ordinem Sacra Concilia, & Summi Pontifices tra
Cæsaraugustano cap. 6. in Aquisgran. cap. 125. & in cap
Canones Diui Augustini Regulam semper Canonicam
dam tradiderint, vt infra c. 18. & sequentibus ostendet
cos ad curam animarum, & alia munera, quæ Monachis
vt in cap quod Dei timorem de Statu monachorum.
seruiant laxiori, Si nunc admittamus, quod Marquez
Regulam non pro Clericis, sed pro Monachis, vel Erem
ordines confundere, quos hactenus Eccl. Cathol. pro c
nos, vt inconstantes subsannandi, ac ridendi, quòd de ve

num iniunctam Prouinciam, licet iustissimam, & honestissimam, ac etiam iure naturalis obligationis filij erga matrem debitam obirem. Non quòd in dictis libellis vel vnum apicem inuenerim, cuius responsio vel ingenium fatiget, vel studium postulet, vel animum remoretur, ac sistat: sed alijs de causis in specie saltem apparentibus, quarum prima erat animi mei naturalis auersio ab eo scribendi genere, in quo mihi calamo vtendum sit, non solum vt instrumento ad scribendum, sed vti hasta, vel gladio, aut etiam clypeo ad dimicandum. Altera quod contentiones de Natalibus, Genealogijs, origine, nobilitate domorum, siue familiarum, illorum sint propriæ, quorum aut genus obscurum, aut nobilitas non naturalis est, sed vsurpata: *quod enim rapuit quis* (appositissimè ad rem nostram Chrysost. homil. 7. in epist. ad Philippenses) *& præter congruum accepit, deponere non audet veritus ne pereat, ne excidat, sed perpetuo ipsum detinet: Qui verò naturalem quandam dignitatem habet, non veretur descendere etiam ab illa sciens, quod nihil tale passurus sit.* Nostri Ordinis antiquitas, nobilitas, origo, dignitas satis notæ sunt, nouis probationibus per Dei gratiam non egemus. Tertia quoque ad hoc ratio accedebat, quod vel cum viris doctis, & eruditis res agenda sit vel cum vulgaribus, & imperitis. Si cum primis, illi de nostro iure antiquitatis certiores à nobis fieri non habent opus, neque an B Augustinus inter Clericos, an cum Eremitis in solitudine vitam egerit: nulli enim sunt, vel certè paucissimi, qui istiusmodi inuentis vel duci, vel decipi se sinant. Sin autem cum secundis, illi ad omnem ventum facilè mouentur, & quem semel errorem biberint, firmiter retinent, nec facilè ratione aliqua ducuntur, vt illorum sententia temnēda magis videatur, quàm ratione conuincenda, iuxta Poëtæ Lyrici monumentum Satyra tertia scribentis: *Hinc ego vulgum errori similem cunctum insanire docebo.* & Marci Tullij Ciceronis Tusculanarum quæstionum lib. 5. dicentis: *Vide, ne plus commendatio in vulgus, & hæc, quæ expetitur gloria, molestia habeat, quam voluptatis.*

F Verùm enim verò diligentius re inspecta in contrariam sententiam multas ob causas, easque honestissimas, & iustissimas, & mea quidem opinione vrgentissimas, & necessarias sum adductus, nimirum non esse istiusmodi falsitates silentio diutius tegendas, ac dissimulandas: sed potius malleo, & hasta solidissimæ responsionis, & rationis retundendas. Et primò quidem, quia cum anno proximè elapso in causa coram Illustrissimis, & Reuerendissimus S. R. E. Cardinalibus Congregationis Indicis nuncupatæ orta controuersia, An liber dicti Ioannis Marquez ex Hispano in Italicum versus, & Dertonæ recens editus, per Italiam publicari deberet, ijdem Illustrissimi publicandum censuerint, facta Canonicis Regularibus facultate de eodem argumento pro illorum opinione scribendi, & ad ea respondendi, quæ dictus Autor perperam contra Canonicorum Ordinem scripsisset. si nunc ad illa, quæ in derogationem Canonici Ordinis scribit, responsum opportunum negetur, iam nostrum silentium deteriorem in partem ab omnibus interpretandum iri animaduertimus, & non modestiæ religiosæ, verum solidæ responsionis inopiæ meritò adscribendum esse. Videbimur etiam illius erroribus non solum assentire, verum etiam cum illo veritatem oppugnare, iuxta Sapientis dictum: *Veritas, quæ in discrimen adducta non defenditur, obruitur, & error, cui non resistitur, approbatur, nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Cap. Error. 85. d. & cap. Facientis. 86. d.

G Accedit secundo loco quòd cum hic Autor multis titulis præclaris non solùm viri Ecclesiastici, & Religiosi, verum etiam Sacræ Theologiæ Doctoris, & in Salmanticensi Academia Lectoris, & à Sacris Catholicæ Maiestatis Philippi III. Regis Hispaniarum concionibus exornatus prodierit, & quod magis rem vrget, cum innumeris penè Doctorum allegationibus suum librū refertum emiserit, quæ, quod ad nostram causam attinet, vel omnino falsæ sunt, vel ad sensus falsos distortæ, & ab Autoribus nunquam meditatos, non solum vulgares, ac idiotæ, verum etiam viri docti, vel ad credendum nimis faciles, vel labori, ac tædio ipsas sententias allegatas cum libris autorum conferendi parcere volentes, decipientur facile: vel ob ipsam præsertim nouitatem nominis multorum Doctorum apud Italos ignoti paulescentes, non secus atque illi, qui referente Cardinali Baronio tom. 2. Annalium sub anno 120. num. 10. audito nomine Abrasax non parum expauescebant.

Quibus omnibus illud etiam accedit, quod causa, quam hic tractandam sumimus, non Canonicorum Regularium peculiaris est, sed totius Ecclesiæ Catholicæ communis. Cū enim in Ecclesia Catholica hi duo ordines, videlicet Clericalis siue Canonicus, & Monasticus tum habitu, tum etiam Regula, & professione pro distinctis semper vsque in hodiernum diem habiti fuerint adeò, vt ex vno ad alium Ordinem Sacra Concilia, & Summi Pontifices transitum non semel prohibuerint, in Concilio Cæsaraugustano cap. 6. in Aquisgran. cap. 125. & in cap. Mandamus. 19. q. 3. cum etiam Concilia, & Canones Diui Augustini Regulam semper Canonicam vocauerint, & Clericis Canonicis obseruandam tradiderint, vt infra c. 18. & sequentibus ostendetur, atque ob id potissimum Clericos Canonicos ad curam animarum, & alia munera, quæ Monachis sunt interdicta, admiserint, quod nimirum vt in cap quod Dei timorem de Statu monachorum. exprimitur, ipsi Clerici Canonici Regulæ inseruiant laxiori. Si nunc admittamus, quod Marquez in toto suo libro contendit, Beati Augustini Regulam non pro Clericis, sed pro Monachis, vel Eremitis editam. quid aliud agimus, nisi Regularium ordines confundere, quos hactenus Eccl. Cathol. pro distinctis habuit, & ansam Hæreticis præbere, nos, vt inconstantes subsannandi, ac ridendi, quòd de vera Ordinū Regularium distinctione apud nos

nondum

nondum satis constiterit, quòd Clericos à Monachis perperam distinguamus, quòd animarum regimen, quod Clericis Canonicis permittimus, iniustè Monachis prohibeamus, quòd ab Ordine Monastico ad Canonicũ vel contra iniustè professionem interdicamus? Nam data veritate doctrinæ huius Autoris, æquè Monastica est Augustini Regula, & Monachali professioni conquadrata, sicut D. Basilij, ac etiam D. Benedicti, & æquè sub Regula Monastica Clerici Canonici, sicut Monachi degunt.

H Has igitur ob causas, & alias honestissimas, ac in primis illorum autoritate ductus, qui meæ voluntatis habenas moderantur, cum confidentia Diuini luminis, ob sanctæ veritatis, & Canonici Ordinis, cuius indignissimus multis iam annis sum professor, iustissimam defensionem, prouinciam mihi ex Obedientia iniunctam, etsi meis viribus longè superiorem, assumere decreui, Respondendi videlicet ad ea, quæ tum prædictus Marquez, tum alij recentiores in non modicam eiusdem Canonici Ordinis derogationem, de Regulari Beatiss. Patris Augustini instituto, & habitu, de Regula Clericis tradita, necnon de ipso Ordine Canonico, viris Illustribus, & Collegijs ipsius Ordinis minus vera scripserũt. Ostensurus in primis, B. Augustinum instituto, seu professione Clericum Canonicum extitisse, Clericorum habitum gestasse, cum Clericis, & inter Clericos communi mensa, victu, & habitu tũ in Presbyteratu, tum etiam in Episcopatu vixisse, & Clericis Canonicis Regulam toti Orbi notissimam tradidisse; quod in prima parte istius qualiscunque operis præstabitur. Ac exinde Sacrum Ordinem Canonicum à Sanctissimis Apostolis institutum, ab ipso D. Augustino reformatum, temporibus B. Augustini, & ante illum, & post illum toti mundo notissimum fuisse, & qui nunc sunt Clerici Canonici, non nuper in mundo exortos, neque à B. Rufo primitus institutos, sed de antiquis Clericis ab Apostolis institutis, & à B. Augustino reformatis verè censeri, ac existere, & eiusdem prorsus naturæ, ac instituti cum cæteris Clericis Canonicis in Metropolitanis, & Cathedralibus olim degentibus, quod in secunda parte præstandum erit, in qua de ipsius Ordinis propagatione per Africam, Italiam, Gallias, Hispanias, Angliam, Hyberniam, Germaniam, Palæstinam, & cæteras Mundi partes dicemus: necnon de Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, Collegijs Monasterijs in singulis prouincijs olim, vel nũc etiam existentibus, & de viris vel sanctitate, vel doctrina, vel dignitate illustribus ex eodem Ordine profectis. Demum quia Venerandi Patres Eremitæ in suis Catalogis Ordinum, siue Religionum sub D. Augustini Regula militantium, ac etiam in Pitacijs, quæ foribus domorum, & parietibus Ecclesiarum affigunt, Congregationem Lateranensem in nouissimo loco tanquam in Monasterio Frisonario nuper genitam constituunt, quibus alij nonnulli recentiores mirum in modum plaudentes, multa de ipsa Congregatione Lateranensi, & illius origine, & autoribus ineptè satis profundunt; postremo loco de ipsa Congregatione tractationem peculiarem instituemus.

I In quibus omnibus tractandis, explicandis, probandis, & confirmandis tria pro viribus præstare conabor. Primò vt nostra iura sine aliorum iniuria tueamur: cum propositum, & intentio mea nullatenus sit, aliorum Ordinum iura tangere, vel de illorum antiquitate, origine, dignitate, nisi parte aduersa cogente, in hoc opere disputare. Quam ob causam data opera cauebo ab introducendis quæstionibus, & ab infectandis opinionibus, quæ cum argumẽto, quod in præsentiarũ tractandum sumimus, connexionem necessariam non habent. abstinebo etiam à lædorijs, & conuicijs in aduersarios congerendis, ac etiam regerendis: sola ratione periculum facturus, quæ parergis conuiciorum non solum nõ roboratur, sed omnium rectè sentientium opinione vel maximè labefactatur: nisi forsan, quia veritatis sum amator, & liberrimus propugnator: aut quòd hæresim, crimen falsi, mendacium, & similia non alijs epithetis, nisi hæresis, criminis falsi, vel mendacij nominibus exornare hactenus non didici. Secundò cauebo ab allegationibus Doctorum non solùm falsis aut ad sensus non legitimos distortis: sed etiam ex libris apocryphis acceptis, addo etiam à veris superfluè coaceruandis: Abbatis Panormitani documentum secutus in suo Procœmio ad librum Decretalium, vbi dicit: *Bonam allegationem inisci, & obnubilari per nimiam allegationem, & similtrum suspicionem oriri contra allegantem.* Multò minus Bullas Põtificum Apocryphas, vel historias, pro veris, & authenticis, vel somnia pro diuinis reuelationibus, & Chimæras pro visionibus S. Augustini, vel aliorum venditabo: solis diuinarum Scripturarum, Summorum Pontificum, Sacrorum Conciliorum, & Canonum, Sanctorum Patrum, & veterum historiarum autoritate vtar: vel certè illorum, quorum fides suspecta nullatenus esse possit. quam ob causam à nostris, licet omni fide dignissimis allegandis abstinebo: excepto si de facto probando agendum, quod per eos, qui facto præsentes fuerunt, necessariò probandum erit, quo casu non solum testes omni exceptione maiores, sed alij etiam assumuntur, iuxta iuris tum ciuilis, tum etiam canonici vulgatissimam dispositionem. Demum non verborum lenocinio, sed stylo simplici, ac nuda oratione vtar, quippe qui solius veritatis causam tractandam suspicio, quæ scipsa amabilis est, & purissimo non eget: Brachmanum illum imitatus, de se, ac suis in quadam epistola ad Alexandrum Magnum scribentem: *Artem bene dicendi non discimus, neque facundiæ Oratorum, Rethorumque operam damus, cuius officium est falsitatis sermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidem conferre criminibus.* Iam ad rem ipsam accedamus.

CAPITA

CAPITA LIB

I. Viusnam instituti Regu Augustinus, dubium

II. De Regulari Sanctissim opiniones minus pro

III. De Sanctissimi Patris quibusdam Propositi nonnulla fundament

IV. Pro eadem sententia firmanda tertium ipsius Beatissimi Patris indicatur.

V. Quartum fundamentum ponitur, & prob mum cum matre & socijs ad Ostia Tyb

VI. Prima propositio probatur, quod B. Augus cus, nec alicuius Regularis instituti, ve

VII. Quod B. Augustinus vitam Monasticam ex Italia in Africa rediret.

VIII. B. Augustinum in Africa nõ fuisse Monac

IX. Assertio capitis præcedentis testimonio

X. Argumenta, quibus nonnulli probant, B. fuisse perpenduntur, & soluuntur

XI. Alia argumenta contra eandem veritat

XII. Primum Monasterium in horto Valerij à Monachorum, vel Eremitarum sed Cle

XIII. Eadem assertio autoritate Possidij confirm

XIV. Quorundam cuasio, & verborum Possid

XV. Quorundam obiectione contra assertion

XVI. Beatum Augustinum vere Clericum Can in Episcopali domo Professorem extitisse

XVII. Quæ causæ clericorum canonicorum siue nensi instituendorum potissimæ fuerin Marquez excogitatæ.

XVIII. B. Augustinũ suam Regulã clericis canon

XIX. Doctrina capitis præcedentis autoritate C

XX. Probatur eadem veritas, & repugnantia gula B. Patris Augustini.

XXI. Contrariæ sententiæ rationes asseruntur,

XXII. Quisnam fuerit clericorum canonicorum tui, & quale indumenti genus illud esse

XXIII. De tunica linea clericorum canonicorum in

XXIV. Beatum Augustinum tam in secundo, quan cæteris clericis canonicis secum degenti

XXV. Ostenditur B. Augustinum nunquam Er induisse: Primus autor habitus Eremit

XXVI. Refugium Ioannis Marquez, & aliorum n

XXVII. Confirmatur eadem veritas ex euersione Sermo D. Ambrosio adscriptus de Aug

XXVIII. Examinãtur, & falsitatis conuincuntur E Augustinum, & Innocentij Primi ad ips

XXIX. Epistola sub nomine Sigiberti ad Macedon

XXX. Sermones ad Eremitas à legitimis D. Aug

XXXI. Iidem Sermones sigillatim examinantur

XXXII. Rationes a nonnullis pro dictis Sermonibus

XXXIII. Liber de vita Eremitica, & alia epistola

XXXIV. Sermo siue epistola sub nomine B. Petri Da

CAPITA LIBRI PRIMI.

I. Vtrumnam instituti Regularis, vel habitus fuerit Sanctus Doctor Augustinus, dubium proponitur, & occasio dubitãdi aperitur.

II. De Regulari Sanctissimi Patris Augustini instituto quorundam opiniones minus probabiles referuntur.

III. De Sanctissimi Patris Nostri Augustini instituto, vera sententia quibusdam Propositionibus explicatur, & ad illam probandam nonnulla fundamenta constituuntur.

IV. Pro eadem sententia firmanda tertium fundamentum ponitur, & tempus baptismi ipsius Beatissimi Patris indicatur.

V. Quartum fundamentum ponitur, & probatur B. Augustinum post susceptum baptismum cum matre & socijs ad Ostia Tyberina statim contendisse.

VI. Prima propositio probatur, quod B. Augustinus ante Presbyteratũ fuerit purus Laicus, nec alicuius Regularis instituti, vel Ordinis professor.

VII. Quod B. Augustinus vitam Monasticam siue Eremiticam non sumpserit, priusquã ex Italia in Africa rediret.

VIII. B. Augustinum in Africa nõ fuisse Monachum, & Eremitam ante Presbyteratum.

IX. Assertio capitis præcedentis testimonio B. Augusti confirmatur.

X. Argumenta, quibus nonnulli probant, B. Augustinum Eremitam, aut Monachum fuisse perpenduntur, & soluuntur

XI. Alia argumenta contra eandem veritatem excogitata referuntur, & soluuntur.

XII. Primum Monasterium in horto Valerij à B. Augustino Presbytero institutum, non Monachorum, vel Eremitarum, sed Clericorum extitisse.

XIII. Eadem assertio autoritate Possidij confirmatur.

XIV. Quorundam cuasio, & verborum Possidij interpretatio minus legitima reijcitur.

XV. Quorundam obiectione scontra assertionem cap. præcedenti firmatam tolluntur.

XVI. Beatum Augustinum vere Clericum Canonicum fuisse, & Instituti Canonici etiam in Episcopali domo Professorem extitisse.

XVII. Quæ causæ clericorum canonicorum siue regulariter viuentium in Ecclesia Hipponensi instituendorum potissimæ fuerint declaratur: & non veræ expleduntur à Marquez excogitatæ.

XVIII. B. Augustinũ suam Regulã clericis canonicis non Monachis scripsisse ac tradidisse.

XIX. Doctrina capitis præcedentis autoritate Conciliorum, & S. Canonum confirmatur.

XX. Probatur eadem veritas, & repugnantia, quam cum vita Eremitica habet ipsa Regula B. Patris Augustini.

XXI. Contrariæ sententiæ rationes asseruntur, & soluuntur.

XXII. Quisnam fuerit clericorum canonicorum à D. Augustino institutorum verus habitus, & quale indumenti genus illud esset quod Birrum vocabant, explicatur.

XXIII. De tunica lineæ clericorum canonicorum in Monasterio cum Augustino degentium.

XXIV. Beatum Augustinum tam in secundo, quam in primo Monasterio clericalem habitũ cæteris clericis canonicis secum degentibus communem induisse.

XXV. Ostenditur B. Augustinum nunquam Eremitam fuisse, nec habitum Eremiticum induisse: Primus autor habitus Eremitici Augustinianorum reuelatur.

XXVI. Refugium Ioannis Marquez, & aliorum nonnullorum præcluditur.

XXVII. Confirmatur eadem veritas ex euersione fundamentorum contrariæ opinionis, & Sermo D. Ambrosio adscriptus de Augustini baptismo reprobatur.

XXVIII. Examinãtur, & falsitatis conuincuntur Epistolæ sub nomine Valerij Hipponensis ad Augustinum, & Innocentij Primi ad ipsum Valerium.

XXIX. Epistola sub nomine Sigiberti ad Macedonium expenditur, & mẽdax comprobatur.

XXX. Sermones ad Eremitas à legitimis D. Augustini fœtibus reijciuntur.

XXXI. Idem Sermones sigillatim examinantur, & multiplicis erroris conuincuntur.

XXXII. Rationes à nonnullis pro dictis Sermonibus allatæ soluuntur.

XXXIII. Liber de vita Eremitica, & alia epistola Augustino falsò adscripta reijcitur.

XXXIV. Sermo siue epistola sub nomine B. Petri Damiani ad clericos, & canon. examinatur.

Loca

XXXV. *Loca nonnulla à Ioanne Marquez falsò, vel perperam allegata indicantur.*

XXXVI. *Quamplura per Ludouicum de Angelis falsò allegata reteguntur.*

XXXVII. *Falsò perperam allegata in eadem causa à fratre Cornelio Lancillotto.*

XXXVIII. *Prima ratio pro Augustini Monachatu ex nomine Monachi deducta examinatur, & qua ratione clerici canonici comprehendantur sub nomine Monachorum.*

XXXIX. *Alia nonnullæ rationes pro Augustini Monachatu asserendo afferuntur, & soluuntur.*

XL. *Alia ratio pro Augustini Monachatu ex Picturis, & imaginibus cum cuculla Eremitica deducta expenditur, ac soluitur.*

XLI. *De vario modo D. Augustinum pingendi Ioannis Molani sententia.*

XLII. *Cardinalis Baronij sententia de Augustini Monachatu reycitur, & plures eius lapsus in D. Augustini vita describenda, reteguntur.*

XLIII. *Quid Azorius de B. Augustini Monachatu, & de fundatione S. Ordinis Eremitarum sentiat fideliter, & summariè declaratur.*

XLIV. *Probabilem esse opinionem, quod B. Augustinus prater clericos canonicos ad normam vitæ Apostolicæ institutos, aut verius restitutos, nullum Ordinem Regularem instituerit, illum præsertim, qui Eremitarum Augustinensium dicitur.*

XLV. *Ad assertionem capitis præcedentis firmandam alia ratio adducitur, & Eremitici Ordinis fundamenta, & tempus fundationis reteguntur.*

XLVI. *Congregationis Eremitarum Gulielmitarum fundatio monstratur.*

XLVII. *Eremitarum fratris Ioannis Boni, de Brittinis, & de Fabali nuncupatorum, institutio, modus & tempus eiusdem institutionis ostenditur.*

XLVIII. *Congregationis Eremitarum S. Augustini nuncupatæ primordialis institutio illiusq; institutores producuntur.*

XLIX. *Rationes, quibus institutio Eremitici Ordinis ex B. Augustino deduci videtur, examinantur, & soluuntur.*

L. *Expenditur quartum argum. ex quibusdam Sermonib & bullis Rom. Pont. mutuatũ.*

LI. *Quintum argumentum soluitur, & testimonium Abbatis Ioachimi examinatur.*

LII. *De fragmento asserta historiæ Lucij Dextri S. Patiani filij iudicium.*

LIII. *Errata quadam, & contradictiones in additionibus Marci Maximi ad Lucij Dextri historiam deprehensæ indicantur.*

LIV. *Secundi generis argumenta referuntur Sanctos Fulgentium Ruspensem, Gaudiosum Bitinensem, Agnellum Parthenopæum, & Hilarium Arelatensem Augustinenses Eremitas nunquam fuisse, demonstratur.*

LV. *Probatur, Profuturum Episcopum, Paulum Orosium Hispanum, Leporium Vticensem, & Paulinum Nolanum nunquam Eremitas Augustinenses fuisse.*

XVI. *Quod Arthuagus Gothus, Erthinodus, Ferrandus, & alij supra cap. 54 relati, Eremitæ Augustinenses non extiterunt.*

XVII. *Argumenta tertij generis ex vetustate quorundam assertorum Eremitici Ordinis Cœnobiorum accepta afferuntur, & soluuntur.*

LVIII. *Regale templum, & Cœnobium D. Petri in cœlo aureo Papiæ pro clericis canonicis, nõ pro Eremitis Augustinensibus à Rege Luitprando fuisse instauratum.*

LIX. *Translationi Sacri corp. D. Patrũ Augustini Erem. August. nullatenus interfuisse, nec illos, sed Cleric. ad eius custodiã à Rege Luitprãdo primitus fuisse destinatos.*

LX. *Monachos in Cœnobio D. Petri in cœlo aureo per Regem Luitprandum institutos, Ordinis D. Benedicti fuisse, non Eremitas Augustinenses: eosq; sub Regula D. Benedicti vsque ad Honorium Tertium in dicto Monasterio stetisse.*

LXI. *Clericos canonicos vsque ad Alexandri. & Innocentij Tertij tempora in Ecclesia D. Petri in cœlo aureo cum Monachis à Luitprando ibidem institutis mansisse.*

LXII. *Qualiter sub Honorio III. idem Monasterium deficientibus Monachis, per Canonicos Mortarienses fuit reformatum, qui vsque ad annũ Christi 1509. ibi manserunt.*

LXIII. *Ioannem xxij. Eremitis Augustinensibus D. Petri Basilicam, vel monasterium, vel D. Augustini corpus nullatenus dedisse.*

LXIV. *Corollaria nonnulla ex prædictis literis Ioannis Papæxxij. deducta, quibus legitima Canonicorum possessio, iam totius Ecclesiæ D. Petri in cœlo aureo, quam illius Monasterij nunquam interrupta probatur.*

DE

DE CLE

Sanctissi

AVGV

INSTI

ET HA

Liber

CAPVT PRIMVM.

Cuiusnam Instituti Regularis, vel habitus fuerit S. Doctor Augustinus. Dubium proponitur, & occasio dubitandi aperitur.

SAnctissimum Præsulem Sacri Ordinis Apostolici Clericorũ Canonicorum Patrẽ, & Patriarcham inclytum, Ecclesiæ Catholicæ Doctorem præclarissimum, Lumen Doctorum, Firmamentũ Ecclesiæ, Malleum Hæreticorum, & vitæ Canonicæ Reparatorem strenuum AVGVSTINVM Vitæ Regularis institutum coluisse, habitum gestauisse cum emissione & obseruantia Votorum, quæ Vitæ Regularis perfectionem continent, res est apud Doctos, & Eruditos quosque tam certa, & constans, vt inter Catholicos, qui eam negent, vel nulli sint, vel non eius authoritatis, vt nostra magnopere interfit, illorum sententiam autoritate, aut ratione confutare. Verum cum temporibus ipsius Beatissimi Patris Augustini plures in Ecclesia Catholica Regularium Ordines extiterint, cuius Ordinis ille vel institutũ tenuerit, vel habitum gestauerit, etsi ante annum ducentesimum circiter supra millesimum hæsitaue-

Lib. I.

DE CLERICALI
Sanctißimi Patris
AVGVSTINI
INSTITVTO,
ET HABITV
Liber Primus.

CAPVT PRIMVM.

Cuiusnam Instituti Regularis, vel habitus fuerit S. Doctor Augustinus. Dubium proponitur, & occasio dubitandi aperitur.

1 SAnctißimum Præsulem Sacri Ordinis Apostolici Clericorũ Canonicorum Patrẽ, & Patriarcham inclytum, Ecclesiæ Catholicæ Doctorem præclariſſimum, Lumen Doctorum, Firmamentũ Ecclesię, Malleum Hæreticorum, & vitæ Canonicæ Reparatorem strenuum AVGVSTINVM Vitæ Regularis institutum coluisse, habitum gestauisse cum emissione & obseruantia Votorum, quæ Vitæ Regularis perfectionem continent, res est apud Doctos, & Eruditos quosque tam certa, & constans, vt inter Catholicos, qui eam negent, vel nulli sint, vel non eius authoritatis, vt nostra magnopere interſit, illorum sententiam autoritate, aut ratione confutare. Verum cum temporibus ipsius Beatißimi Patris Augustini plures in Ecclesia Catholica Regularium Ordines extiterint, cuius Ordinis ille vel institutũ tenuerit, vel habitum gestauerit, etsi ante annum ducentesimum circiter supra milleſimum hæsitauerit nemo, controuersiam non leuem posteriori seculo recentiores quidam inter Catholicos excitauerunt. Cuius excitandæ causas etsi nolim curiosiùs hic perscrutari, tamen vt eius radicem ab imis refossam legentium ob oculos ponamus, illud ante omnia aduertimus, duos Regularium Ordines in Ecclesia Catholica, vel à primis illius incunabulis extitisse, alterum Clericorum, alterum verò Monachorum. Et quidem quod ad Clericos spectat, vt illud omittamus, quod Ioan. Gerson Parisiensis Academiæ Cancellarius de Sanctis Apostolis scribit in ſer. De Cœna Domini. Alphabeto 42. circa illa verba: Tradidit Iesum illos fuisse Canonicos Regulares sub Abbate Christo. hoc omnino certum & cõstans esse debet, omnes Clericos primitiuæ Ecclesiæ, præsertim à Sanctis Apostolis institutos, regulariter vixisse, & Vota Religionis emisisse. Imò verò ipsimet Sanctißimi Apostoli substantialia vitæ Regularis, si non explicitè, saltem implicitè vouerunt, secundum sententiam B. Augustini, & D. Thom. communiter receptam, de qua sequenti libro in principio data opera dicemus. Et sanè quid aliud nomen hoc Clericus sonat, nisi eum, qui omnibus bonis visibilibus à se abdicatis, solum Deum sortem suam eligit, & viciſſim in sortem Domini est electus, vt B. Hieron. de Instit. Clericorum ad Nepotianum scribit: Quod autem Ordo Monasticus ab initio nascentis Ecclesiæ pariter fuerit institutus, tradunt idem Hieron. de Viris Illustribus in Philone, Cassianus de Institutis renunciantiem, Euschius lib. 2. Historiæ cap. 16. & Apostolorũ Discipulus Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 6. vbi non solum de perfectione vi-

tæ monasticæ, verùm etiam de ritu Monachos instituendi plura scribit. Nam cum in primitiua Ecclesia fideles omnes communem vitam ducerent, prout in Actis Apostolorum cap. 4. legitur, quod omnes, qui possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ad pedes Apostolorum, diuidebaturque singulis, prout cuique opus erat: cumque essent omnes Christiani in duas Classes diuisi, Clericorum vnam, Laicorum alteram, refrigescente paulatim inter fideles primæuo illo vitæ communis proposito, ex quo veluti ex matrice quadam Regularium cuncti Ordines prodierunt, vt scitè in eum locum Lyranus notauit, qui ex Clericis primùm illud vitæ communis institutum cum emissione votorum retinuerunt, quod Eusebio teste in libro proximè allegato vsque ad Magni Constantini tempora in omnibus Monasterijs, & Ecclesijs duravit, ij primum ordinem constituerunt Clericorum Canonicorum, quos nunc vsitato in Ecclesia vocabulo Canonicos Regulares vocamus, in quibus priscorum Clericorum ab Apostolis institutorum habitus, & vitæ ratio, & norma hactenus seruatur. Pariter ex laicis, qui communem vitam cũ renunciatione omnium diuisibilium, siue omnium bonorum temporalium retinuerunt, ij secundum ordinem constituerunt, quem Monasticum appellamus, in quo laicorum nascentis Ecclesiæ viuendi norma similiter est seruata: qui licet ob illorum vitæ merita successu tẽporis ex Apostolica dispensatione ad Clericalis dignitatis gratiam fuerint euecti, tamen ab initio non fuit sic. Vnde & D. Dionysius loco citato Ordinem Monasticum inter Clericos, & deuotam plebem medium constituit, & D. Hieron. relatus in cap. Duo 12. q. 1. tùm à Laicis, tùm etiam à Clericis illos distinguit: atque tandem D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 10. ad secundum communiter receptus docet, quod Clericatus non ex natura, sed ex accidenti ipsi Monachatui sit adiunctus.

II. PRæter hos duos Regularium nouissimos ordines, alios duos B. August. addere videtur in lib. de Moribus Ecclesiæ, & contra Manichæos cap. 31. & 33. alterum Eremitarum, qui secretissimi ab omni hominum conspectu desertissimas terras incolebant, quale genus vitæ ducebant Paulus, Antonius, Hilarion, ac cæteri Eremitæ. Alterum aliorũ, qui in Ciuitatibus, aut illarum Suburbijs degebant, à vulgarium vita remotissimi, plures simul in eodem diuersorio habitantes, quibus vnus præerat presbyter, vir optimus, & doctissimus. Horum hominum plura diuersoria tum Romæ, tũ Mediolani se vidisse fatetur ibidem Augustinus. Verum an istud duplex hominum institutum, verè & propriè loquendo, Regularis ordo dici potuerit, re. valdè dubia mihi est, nec satis explorata. Nam quod ad primum genus attinet, vt demus Paulum, Antonium, Hilarionem, & alios etiam plures perfectissimam, & penè angelicam in terris vitam duxisse: tamen Eremitæ à Monachis distincti, de quibus modis loquimur, ante D. Augustinum, & pluribus etiam seculis post illius decessum, neque sub obedientia viuebant, nec certum habitum habebant, nec etiam vota Religiosorum emittebant. Hanc ob causam Sacri Canones illos locustis comparare, & acephalos appellare nonnunquam consueuerunt, cap. Nulla. 90. d. cap. Qui verè, 16. q. 1. quos etiam testamentum condere, & vxores ducere potuisse, idem antiqui Canones tradiderunt, d. cap. Qui verè, & cap. Perlatum, iunctis glossis 19. q. 3. cap. scripsit, 27. q. 2 & alijs in locis, quæ Boërius in suo tractatu vitæ Eremiticæ notauit. Quibus tandem illud addendum, quod Ioannes Teutonicus autor glossæ libri Decretorum scribit in glossa cap. Qui verè 16. q. 1. sibi vsque ad sua tempora fuisse adhuc incompertum, quodnam vitæ genus esset illud Eremitarum.

CAPVT SECVNDVM.

De Regulari Sanctissimi Patris Augustini instituto, quorundã opiniones minus probabiles referuntur.

I. SECVNDVM istud quadruplex regularis vitæ institutum, siue verũ siue non verum, scilicet Eremitarum, Monachorum, Clericorum, & aliorum, qui in Ciuitatibus simul degentes à vulgari conuersatione remotissimi, vota religionis fortasis non emittebant, quadruplex fuit opinio de Regulari Instituto Sanctissimi Patris Augustini. Prima nonnullorum, qui concesserunt, B. Augustinum saltem factum presbyterum, vel Episcopum in Monasterio cum aliquibus Religiosis viris religiosam, & communem vitam duxisse: non tamen se, aut suos aliquo solemni voto ad illud vitæ genus obstrinxisse, quæ sententia ex hoc capite suasibilis videtur, quòd B. Augustinus in Africa, præsertim factus presbyter illud vitæ communis institutum coluisse credendus est, quod in Italia tum Romæ, tum Mediolani sub B. Ambrosio viderat, ac didicerat, quodque mirè is encomijs laudat, ac extollit: at illud propriè, & rigorosè loquendo genus vitæ regularis cum emissione votorum non erat, vt apparet ex ijs, quæ idem Augustinus lib. de moribus Ecclesiæ cap. 33. scribit. Hæc sententia plausibilis admodum visa fuit Erasmo in Censura regulæ D. Augustini, vbi eidem fundamento nixus ita scribit. *In libris de moribus Ecclesiæ S. Augustinus præter Anachoretas, & Cœnobitas, tradidit genus tertium eorum, qui quoniam in Eremum secedere non erat commodum, vel ob parentes, vel ob liberos, vel alias causas, tamen vt quietius viuerent, complures in eisdem Ædibus morabantur, nullo imperio, sed libera charitate omnia moderante. Eos*

con-

conuentus vocat diuersoria, quæ Romæ permulta viderit. Hoc exemplum videtur imitatus in Africa, sic vt nec cultu notabiles essent, sicut Monachi, & liceret ab eo conuictu discedere, si cui parum esset commodus: liceret Possidius appellet ea Monasteria. Eandem sententiam ex Catholicis docuit quidam Onuphrius Camaianus, Sacræ Aulæ Consistorialis Aduocatus in quibusdam allegationibus pro RR. Monachis Cassinensibus in causa præcedentiæ inter illos & Canonicos regulares Lateranen. Cremonæ editis anno 1567. pag. 134. & seq. vbi sub nu. 27. & seq. aperte asserit, Clericos à B. Augustino institutos proprium habere licitè potuisse. Et idem affirmat de Clericis primitiuæ Ecclesiæ, & allegat Boërium in tractatu de Statu vitæ Eremiticæ nu. 19. & Felinum cap. quod super ijs. de maiorit. & obed. & tandem num. 31. concludit: *Et dato quod Canonici D. Augustini renunciarent proprijs, hoc erat ex constitutione Episcopi potius quam ex voto.* & multa alia ibi effundit.

II. Hæc tamen sententia cuiuscunque sit authoris falsissima est, vtpotè contra communissimum omnium Catholicorum consensum, ad vota Religiosorum labefactanda, ab Erasmo, aut alio quopiam nouatore introducta, & contra verba apertissima ipsius B. Augustini in sermonibus de communi vita Clericorum, in quibus apertè dicit suos clericos duo professos fuisse clericatum, & sanctitatem, & vota emisisse, & votorum transgressores Deo mentitos, sibi ipsis damnationem acquisiuisse. Quam ob causam Ianuarium tanquè Deo mortuum deplorauit, quòd post votum emissum, testamentum condidisset, & cum proprio ex hac vita decessisset. Audiantur illius verba in serm. 1. de comm. vita clericorum scribentis. *Nulli licuit in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliqui habent, nulli licet, & qui habuerint faciunt quod non licet.* & paulo infra de Ianuario presbytero, quòd testamentum contra suam professionem condidisset: *Testamentum fecit presbyter socius noster, nobiscum manens, de Ecclesia viuens, communem vitam professus, testamentum fecit, heredes instituit. O dolor illius Societatis! O fructus de arbore, quam non plantauit Dominus!* Et infrà: *Qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Actibus Apostolorum, deserit, à voto suo cadit, à professione sua cadit.* & paulo infra: *Ego scio quantum malè sit, profiteri Sanctum aliquid, nec implere, vouere, inquit, & reddite Domino Deo vestro, & melius est non vouere, quàm vouere, & non reddere.* Et infrà. *Sic & Clericus duas res professus est, & Sanctitatem, & Clericatum, interim Sanctitatem: nam Clericatum propter populum suum Deus imposuit seruitibus ipsius, cui magis onus est, quam honor. Sed qui sapiens, & intelliget hactenus professus est Sanctitatem, professus est communiter viuendi societatem, & professus est quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito cecidit, & extra manens Clericus fuerit, diuidius & ipse cecidit, quia ad me? non ipsum iudico. Si foras seruat sanctitatem, diabolus cecidit. Si vero intus habuerit simulationem totus cecidit.* & ser. 2. in eodem proposito persistens, & de suis Clericis loquens: *Dixeram enim, & scio, me dixisse, quòd si nollent suscipere mecum socialem vitam, non illo tollerem clericatum, sed seorsum manerent, & seorsum viuerent: quomodo nosse nt, Deo viuerent. & tamen ante oculos posui, quantum malè sit à proposito cadere: melius enim habere cœcos, vel claudos, quam plangere mortuos: qui enim hypocrita est, mortuus est.* Hæc Augustinus: ex quibus videas, clericos cum illo degentes vota emisisse, & professos fuisse vitam communem, & sanctitatem, & votorum transgressores hypocritas, & Deo mortuos fuisse. Suppono autem pro comperto, ad quod vitæ genus suos clericos voto obstringebat illud in primis ipsum Beatum Augustinum coluisse, & professum fuisse. Sed qui plura desiderat, videat Riccardum Cenomanum Theologum Parisiensem in Antidoto ad censuram Erasmicam parato, & Typis edito ad calcem primi Tomi operum B. Augustini sub anno salutis 1541.

Nec est alicuius momenti, aut firmitatis Erasmicum illud fundamentum, quo ait, probabile sibi videri, quòd Augustinus presbyter, siue Episcopus illud vitæ genus in Africa coluerit, quod Romæ, aut Mediolani viderat, ac didicerat. Nam esto illi fideles, quos Romæ, vel Mediolani communem vitam in diuersorijs ducentes deprehendit, fortassis vota non emitterent, quid prohibet, illum suos clericos secum in monasterio viuentes ad meliorem frugem, & ad votorum emissionem adduxisse?

III. Hæc igitur sententia reiecta, vtpotè falsissima & contra testimonia apertissima eiusdem D. Augustini, fuit secunda opinio nonnullorum asserentium, Beatum Augustinum fuisse Eremitam, quatenus institutum Eremiticum ab instituto Monastico est specie, vel genere distinctum.

Hanc sententiam tenuit sine dubio autor eius Epistolæ, quæ sub nomine Valerij ad Augustinum refertur, tum à Coriolano in suo defensorio pag. mihi 15. & cap. 3. tum etiam in Breuiario Typis edito Augustæ Taurinorum anno 1520. in Officio S. Simpliciani iuxta ritum Fratrum Eremitarum, & 3. die infra oct. B. Augustini. nam in ea Epistola illius autor ita sub nomine B. Valerij ipsi Augustino scribit. *Et illum te continuo nigra tunica induisse, eaque talari, mundano exutum habitu. Itaque te ab omnibus existimari nouo cultum, nisi quod cingulo pelliceo cingeris, quem admodum ipse scribis, ad differentiam Monachorum.* quamuis Coriolanus hanc vltimam clausulam omittat. Eandem sententiam docuerunt autor sermonum sub nomine B. Augustini ad Eremitas, & B. Antonius Florentinus in 3. p. historiali cap. vlt. siue autor illius cap. sub nomine D. Antonini §. 2. ibi enim scribit: *Notandum etiam, quod B. Augustinus habitu religioso in triplici sui statu induitus*

est: nam primo post conuersionem suam, & baptismum dicit Ambrosius in serm. de baptismo, & Augustini conuersione, hunc scilicet Augustinum in Christo genuit, & postquam baptizatus cum, induit cucullam nigram, & ipse ad differentiam Monachorum se cinxit zona pellicea, pergens ad Simplicianum, qui bonus ei apparebat seruus Dei, & verè sic erat, vt scilicet de modo viuendi cum eo conferret. & ipse Augustinus in quodam sermone sic ait: Duodecim fuimus fratres, qui induimus cucullam nigram, calceamenta, & Zonam nigram desuper cinctam ad differentiam Monachorum. & licet in sermonibus ad Eremitas hanc vltimam clausulam inuenire non potuerim, tamen allegatur hic sermo ex B. Augustino cum eadem clausula à Coriolano in defensorio cap. 2. §. decima autoritas pag. 9. vbi dicit, negari non posse, hunc sermonem esse D. Augustini. Eandem tenet expresse ipse Coriolanus pag. 4. dicens, B. Augustinum non fuisse propriè Monachum: quia vt testatur B. Ambrosius in serm. de conuersione, & baptismo Augustini, ipse Augustinus cinxit se zona pellicea ad differentiam Monachorum: & Frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap 14. pag. 32. innixus eidem autoritati. Eandem sententiam deberent admittere omnes venerandi Patres Eremitæ: Nam ipsi probant, quod B. Augustinus fuerit verè Eremita, quia fuit imitator vitæ Beatorum Pauli, Antonij, Hilarionis & similium, vt etiam B. Ioannis Baptistæ, & Eliæ: & quia audita fama B. Antonij Aegyptij, conuersus est ad Deum, vt videri potest apud eorum Generalem Ambrosium Coriolanum in defensorio cap. 5. pag. 23. & in libello d. Officiorum Ordinis Eremitarum in primo Hymno, qui sic incipit: *Gratulentur Eremita vnitis cœnobio, lætentur Anachoritæ cum Cleri collegio, Augustinus tunc vitæ cœpit ab Antonio.* Nam B. Antonius, Hilarion, Paulus, & alij similes accepto nomine Monachi, vt contra distinctò à nomine Eremitæ, scilicet, vt significat cœnobitam distinctum ab Anachorita, quo pacto accipit nomen Monachi Augustinus in lib. de morib. Ecclesiæ, cum distinguit Eremitas à Monachis, & quo pacto oportet, quod accipiant nomen Monachi illi, qui dicunt B. Augustinum se præcinxisse zona pellicea ad differentiam Monachorum, non erant Monachi, sed Eremitæ, vt patet, licet alia ratione dicerentur Monachi, accepto nomine Monachi, vt est nomẽ genericum ad Cœnobitas, & Anachoritas, vt statim dicemus.

IV. TErtia sententia est aliorum, qui asserunt, B. Augustinum fuisse quidem professione, & habitu Eremitam, sed distinguunt duplex genus Eremitarum, quorum alij vocantur Anachoritæ solitariè in Eremis viuentes: alij simul in cœnobijs degentes, cœnobitæ vocantur. igitur secundum hanc sententiam B. Augustinus fuit Eremita, non quidem Anachorita, id est solitarius, sed cœnobita, & institutor cœnobitarum. Alij idem sub alijs verbis explicantes dicunt, quòd hoc nomen Monachus est nomen commune ad Monachos solitarios viuentes in Eremis, qui vocantur Anachoritæ, & ad Monachos viuentes simul in cœnobijs, qui vocantur cœnobitæ. B. Augustinus fuit Monachus, non solitarius, sed cœnobita, & author vitæ Monasticæ, non Anachoriticæ, sed cœnobiticæ. Quæ communis est sententia RR. Patrum Ordinis Eremitarum, vt videri potest apud Iordanum de Saxon. lib. 1. Vitas Fratrum cap. 7. & cap. 13. Paulum, & Philippum Bergom. Coriolanum, Ludouicum de Angelis, Cornelium Lancillottum, & nouissimè apud Ioannem Marquez in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum, qui omnes constanter, & vnanimiter duo affirmant, primum, quod B. Augustinus fuerit verus Eremita, & fundator Ordinis Eremitarum, & verus frater dicti Ordinis, cinctus zona pellicea, & cuculla nigra indutus. secundum quod B. Augustinus nunquam fuit clericus Canonicus, nec habitum Canonicorum Regularium vnquam portauit. Circa quam sententiam hoc interim est aduertendum, hos authores dum confundunt Eremitas cum Monachis, & docent, B. Augustinum fuisse simul Eremitam, & Monachum, perperam pro se allegare testimonia ex Epistola B. Valerij a Augustinum, vel ex sermonibus ad Eremitas, vel e D. Antonino in 3. par. tit 24. cap. 14. cum hi authores expresse dicant, B. Augustinum voluisse supp tunica nigra cingere zonam pellicean. vt esset habitu distinctus à Monachis, siue, vt illorum verbis vtar, ad differentiam Monachorum: hoc enim aliud nihil est, nisi vt lepidè Marcus Antonius Zimara in quodam Theoremate de Petro Aponens inquit, eos conciliare, & concordare, qui ex propria sententia volunt esse discordes.

NOn me latet huic obiectioni occurrere Coriolanum in eodem defensorio pag. 4. re- V. scribentem: *Sed aduertendum, quod tunc temporis erant cœnobitæ in duplici genere; quia quidam erant Monachi, sicut fuit S. Hieronymus, & S. Basilius. & quidam erant Eremitæ, sicut fuerunt Paulus, & S. Antonius. Augustinus non fuit de numero cœnobitarum, qui erant Monachi, capiendo Monachos proprie, & strictè, tum quia non est verisimile, quod tantus doctor tantæ sanctitatis, & scientiæ, & seruorij, religiosset regulam strictissimam Monachorum, & transijsset ad laxiorem; tum quia nequa ab ipso, neque ab aliquo alio facta est de hoc mentio, scilicet quod fuerat Monachus, nisi vt infra videbimus in solutione argumentorum, capiendo Monachos large: tum quia vt testatur S. Ambrosius in serm. de conuersione, & baptismo Augustini, ipse Augustinus cinxit se pellicea zona ad differentiam Monachorum. sequitur igitur de necessitate, quod fuerit Eremita cœnobita.* hæc ille.

Verùm hanc distinctionem tum D. Hieronymo, & Cassiano, tum etiam ipsis venerandis Patribus eremitis contrariam esse crediderim. nam in primis, quod ad Hieronymum attinet, ille in lib. de custodia virginitatis, siue in Epistola 22. ad Eustochium inter medium, & finem omnes Monachos in tria genera distinguit, primum cœnobitarum, se-

cundum

cundum Anachoritarum, tertium
quod lingua Ægyptia Remoboth di
sus Epistola 4. ad Rusticum Monac
tæ Monasticæ formam tradit, Mon
bus reuocat, ad Eremum inuitat, &
confundit. Similiter Cassianus, qui c
tutis Monachorum, siue Eremitar
simè scripsit, Hieronymi doctrinar
Collationibus Sanctorum Patrum:
cap. 4. & seq. cum D. Hier. tria Mo
nera distinguit, Cœnobitarum, Ana
Sarabaitarum. Collatione quoque
chos tam professores vitæ Anachor
nobiticæ. Demum ipse Cassianus
omnem dubitationem constat fuis
cœnobitam, vel in ipso libri titulo
nunciantium vocatur Ioannes Cass
Nescio igitur, vnde Coriolano in m
distinctio de duplici genere Cœnobi
chorum, & Eremitarum: cum potiu
Monachi, quàm Eremitæ distingu
in Cœnobitas, & Anachoritas. Ess
riolani distinctionem de duplici ge
tarum apertissimè contrariam ijs, q
Patres Eremitæ de ipso B. Augustino
batione opus non habet. nam si B. A
fuit verè Monachus, sed Eremita,
Monachus accepto nomine Monac
strictè, sed solum largo modo, vt
obsecro de Augustini Monachatu t
punt? cur etiam Augustini regulam
sed monasticam appellari volunt? c
Hymno B. Augustino cantari solito,
ricorum sanctam scribit regulam. mutan
reponentes. *Tu de vita Monachorum sa*
gulam? cur demum Augustini Mon
omnes libri resonant, si non propriè,
solum largè Monachus dici potest?

CAPVT TERT

De Sanctissimi Patris no
gustini Instituto ver
tia quibusdam propo
explicatur, & ad illam
dam nonnulla fundam
stituuntur.

QVarta sententia, qu
risimam, sequen
tionibus sic expli
propositio. Beatu
toto vitæ suæ temp
presbyteratum fui
licuius regularis o
tum professus est, nec habitum ges
propositio. B. Augustinus factus pres

cundum Anachoritarum, tertium Sarabaitarum, quod lingua Ægyptia Remoboth dicebatur. Rursus Epistola 4. ad Rusticum Monachum, in qua vitæ Monasticæ formam tradit, Monachos ab Vrbibus reuocat, ad Eremum inuitat, & cum Eremitis confundit. Similiter Cassianus, qui de Vita, & institutis Monachorum, siue Eremitarum locupletissimè scripsit, Hieronymi doctrinam secutus est in Collationibus Sanctorum Patrum: nam collat. 18. cap. 4. & seq. cum D. Hier. tria Monachorum genera distinguit, Cœnobitarum, Anachoritarum, & Sarabaitarum. Collatione quoque 19. vocat Monachos tam professores vitæ Anachoriticæ, quã Cœnobiticæ. Demum ipse Cassianus, quem præter omnem dubitationem constat fuisse Monachum cœnobitam, vel in ipso libri titulo de Institutis renunciantium vocatur Ioannes Cassianus Eremita. Nescio igitur, vnde Coriolano in mentem venerit distinctio de duplici genere Cœnobitarum, Monachorum, & Eremitarum: cum potius è contrario tã Monachi, quàm Eremitæ distingui consueuerint in Cœnobitas, & Anachoritas. Esse verò hãc Coriolani distinctionem de duplici genere Cœnobitarum apertissimè contrariam ijs, quæ Venerandi Patres Eremitæ de ipso B. Augustino scribunt, probatione opus non habet. nam si B. Augustinus non fuit verè Monachus, sed Eremita, nec potuit dici Monachus accepto nomine Monachi propriè, ac strictè, sed solum largo modo, vt ille fatetur. cur obsecro de Augustini Monachatu tantopere strepunt? cur etiam Augustini regulam non clericalẽ, sed monasticam appellari volunt? cur verba illa in Hymno B. Augustino cantari solito, *Tu de vita Clericorum sanctam scribu regulam.* mutant, eorum vice reponentes, *Tu de vita Monachorum sanctam scribu regulam?* cur demum Augustini Monachatum eorũ omnes libri resonant, si non propriè, & strictè, sed solum largè Monachus dici potest?

CAPVT TERTIVM.

De Sanctissimi Patris nostri Augustini Instituto vera sententia quibusdam propositionibus explicatur, & ad illam probandam nonnulla fundamenta constituuntur.

RVarta sententia, quam censeo verissimam, sequentibus propositionibus sic explicatur. Prima propositio. Beatus Augustinus toto vitæ suæ tempore, vsque ad presbyteratum fuit laicus, nec alicuius regularis ordinis institutum professus est, nec habitum gestauit. Secunda propositio. B. Augustinus factus presbyter, Monasterium Clericorum mox instituit, & cum Clericis Canonicis vsitato vocabulo nunc Canonicis regularibus vocatis, vixit tum in presbyteratu, tum etiam in domo Episcopali. Tertia Propositio. B. Augustinus verè fuit Clericus Canonicus, & vitam canonicam professus, habitum Clericorum Canonicorum non solum presbyter, verùm etiam Episcopus gestauit. Vt istas assertiones verissimas esse ostẽdamus, Duo fundamenta etiam certissima nobis ante omnia constituenda sunt, quorum primum hoc est.

I. INter cæteras regulas ad veras historias à falsis secernendas à viris in arte peritissimis traditas, omnium rectè sentientium consensu, certissimam illam esse, quæ in ipsa temporum ratione, & supputatione fundatur: quam S. Ioannes Chrysostomus, cum se ad D. Pauli epistolas exponendas præpararet, adeo magni fecit, vt statim in principio operis scripserit. *Hunc Laborem (scilicet temporum indagationem) nemo extra rem, neuè hanc indagationem superuacaneæ curiositatis esse putet: cõfert enim nobis non parum ad quæstiones explicandas ipsum Epistolarum tempus.* Quemadmodum ab oppositio ob eiusdem temporum supputationis neglectum multi multos, eosque grauissimos errores sæpius incurrunt, vt loctè Cardinalis Baronius tomo 1. suorum Annal. sub anno 70. num. 30. sic adnotauit. *Videas, quod sæpe inculcauimus, quantum conferat exacta in rebus perpendendis temporum ratio, sine qua interdum labi in portentosos errores necesse erit.* Hinc nos iuxta præsentem regulam ad veritatem dictarum propositionum ex tenebris, quas nonnulli data opera illi obfundunt, in lucem eruendam, ipsa temporum ratione, & supputatione in primis vtemur.

II. SEcundum fundamentum est. Omne tempus vitæ B. Augustini, post illius baptismum à Possidio Calamensi in libro de vita, & moribus Augustini in tres partes fuisse distinctum. Prima pars illud tempus amplectitur, quo Augustinus vixit immediatè post baptismum vsque ad presbyteratum exclusiue. Secũda illud, quo vixit, postquam factus fuit presbyter, vsque ad assumptionem ad Episcopatum, similiter exclusiue. Tertia pars cõtinet reliquum vitæ illius tempus ab assumptione ad Episcopatum vsq; ad illius obitum fœlicissimum. Quã vitæ Augustini diuisionem ex eodem Possidio cap. 28. sic accipe. *Ante proximum verò diem infirmitatis obitus sui à se dictatos, & editos recensuit libros, siue eos, quos primo tempore conuersionis suæ adhuc laicus, siue quos presbyter, siue quos Episcopus dictauerat. Et quæcunque in ijs recognouit, aliter quam se haberet Ecclesiastica regula, à se fuisse dictata, & scripta, cum adhuc Ecclesiasticum vsum minus sciret, minusq; intelligeret, à semetipso reprehensa, & correcta fuit.* hæc Possidius, quæ tanquam regula dicendorum diligenter præ oculis teneri debent.

CAPVT QVARTVM.

Pro eadem sententia firmanda tertium fundamentum ponitur, & tempus Baptismi ipsius Beatissimi Patris indicatur.

I. QVoniam qui asserunt, B. Augustinum ante presbyteratum vel eremitam, vel monachum fuisse, circa tempus baptismi ipsius Beatiss. Patris, ac etiam circa tempus reditus illius ex Italia in Africâ, errore manifestissimo labuntur, dum putant, illum anno trigesimo ætatis suæ baptizatum, triennio post baptismum susceptũ in Italia inter eremitas, siue monachos, aut Mediolani, aut in Tuscia in Monte Pisano, vel apud Centum cellas demoratum, quæ apud Autorem sermonum ad Eremitas, Epistolæ Sigiberti nuncupatæ, vltimi capitis Chronicæ B. Antonini, & apud Coriolanum, Paulum Bergomensem. ac etiã in libello diuin. Officiorum Ordinis Eremitarũ in principio leguntur, & nouissime apud Ioannem Marquez in suo lib. de orig. Fratrum eremitarũ c. 4. in princ. & c. 5. §. 12. & cap. 8. §. 6. hoc excepto, quod non audet affirmare, B. Augustinum baptizatum fuisse anno 30. sed sub disiunctione, vel anno trigesimo, vel trigesimo tertio, quasi in re tanti momenti nihil referat spacium trium annorum addere, vel minuere. Antequã vlterius procedam[a], maximi referre, quin etiam necessarium esse credimus, ad prædictas veritates elucidandas, & firmandas, prius de vero, & certo tempore baptismi, ac etiam reditus B. Augustini in Africam differere, & quidem de tempore baptismi in hoc capite: de reditu vero in Africam in sequenti verba faciemus.

Circa tempus baptismi ipsius B. Augustini duplex dubium in primis occurrit, alterum circa annum, alterum circa diem. Rursus circa annum duplex etiam quæstio oritur, altera circa annum à Christi natiuitate, altera circa annum ab eiusdem Augustini natiuitate computandum. Quare vt omnia, & singula distinctè perstringamus, & explicemus, de tempore baptismi B. Augustini tres quæstiones veniunt à nobis explicandæ, & resoluendæ. Prima erit, quonam anno à Christi Saluatoris nostri natiuitate numerando B. Augustinus sacro baptismate fuerit initiatus. 2. quo anno ætatis suæ baptismum susceperit. 3. quo die fuerit baptizatus. Et quidem circa primam quæstionem variæ feruntur opiniones scribentium, sicut etiam variè de obitu eiusdem B. Patris loquuntur. Nam alij eius obitum referunt in annum nostræ salutis 434. vt D. Prosper in Chronico, & Theodoricus, quem Ticinensis noster, & quidam alij sequuntur. Alij in annum 426. vt autor Chronicæ Martinianæ nuncupatæ. Alij in annum 429. vt Marcellinus. Alij in annum 411. vt D. Antonius Florentinus in 2. p. historiali tit. 10. cap. 8. §. 3. Alij asserunt, quod obitus B. Augustini in annum 430. referendus sit, vt Baronius tomo. 5. sub eodẽ anno num. 75. ex Prospero, Augustini contemporaneo, in suo Chronico notauit: quanquam D. Prosper obitum Augustini referat in annum Christi 434. Mea sententia est, B. Augustinum anno Christi 431. die 28. Augusti obijsse: quia anno Christi 388. erat Romæ illo anno baptizatus, quo anno incidit obitus Maximi Tyranni in mense Augusto, vt ille fatetur lib. 3. contra Epistolas Petiliani cap. 25. & baptizatus est in annis triginta tribus, & vixit annos 76. vnde oportet illius obitum in annum 431. non in 430. referre. Quo supposito, si B. Augustinus anno Christi 431. die 28. Augusti obijt, necesse erit, illius diem natalem in annum 355. idibus Nouembris incidisse, qui B. Augustini natalitius dies extitit ex libro de Beata vita. Ex quo die si annos triginta tres vsque ad Sabbatum Sanctum, siue vsque ad vigiliam Paschæ Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi numeres, quo nimirum die ille fuit baptizatus, necessarium erit, illius baptismum in annum Christi 388. incidisse, & ista est verior, & probabilior sententia, quæ de hac quæstione teneri possit, quanquam nec ipsa suo scrupulo careat, tum propter testimonium D. Prosperi, qui Augustini tempore vixit, & illius obitũ ponit sub anno 434. non 430. vt vult Baronius: tum propter ea, quæ scribit idem Augustinus lib. 18. de Ciuitate Dei in fine, vbi ait à Christi resurrectione, & missione Spiritus Sancti vsque ad tempus cuersionis Idolorum Carthagine secutę sub Honorio, annos 365. excurrisse. Exinde verò vsque ad tempus, quo B. Augustinus ea scribebat, alios annos triginta: quibus si alios annos 33. adieceris, a Natiuitate Christi vsque ad Resurrectionem, & Missionem Spiritus Sancti numerandos, anni quadringenti & viginti octo resultabunt. Porrò B. Augustinum post illum librum 18. de Ciuit. alios quatuor scripsisse, ac rursus alios quatuor, vel sex libros contra Iulianum Pelagianũ, libros etiam de Bono perseuerãtiæ, de Correptione, & Gratia, de Gratia & libero arbitrio, & quod caput est, libros etiã omnes prius editos recensuisse, & duos libros Retractationum edidisse, res est notissima, nec probatione indiget. Vtrum autem tot libros scribere, recurrere, & corrigere intra spacium duorum annorum senio præsertim cõfectus, & ægra valetudine, & inter Vrbis obsidionem potuerit sine miraculo, prudentibus decernendum relinquo. Mihi nodum difficultatis attigisse sufficiat, propter quam Augustinus Ticinensis noster, vir rerum historicarum peritissimus adactus fuit, vt tempus vitæ ipsius B. Augustini diutius prorogaret vsque ad annum 434. quod tamen difficultatem patitur: Quia Augustinus ante Celestinum Papam obijt, ex Epistola eiusdem Celestini, quæ habetur ad finem operum B. Prosperi cap. 2. Celestinus verò ad annum 434. non peruenit.

Circa

Circa secundam quæstionem maior sese difficultas ingerit, nam ante annos circiter quadraginta ferè omnes de hac re scribentes in manifestum errorem lapsi sunt, dicentes: Beatum Augustinum anno ætatis suæ trigesimo salutare lauacrum suscepisse. ita Autor sermonum ad Eremitas, & autor Epistolæ sub nomine Sigiberti, quos sequuti sunt Vincentius Beluacensis lib. 17. Speculi historialis cap. 51. Nauclerus vol. 1. generatione 14. Volaterran. lib. 21. Antropologiæ in Augustino, Coriolanus in defensorio, liber Officiorũ Ordinis Eremitarum, Ioannes Marquez cap. 4. & quod magis miror, Cardinalis Baronius in Martyrologio à se primitus edito; quamuis à Reu. Georgio Vedano Vercellensi, olim nostræ Congregationis Abbate Generali, per literas de suo errore certior factus, illum emendauerit, tum in Martyrologio iterum edito, tum etiam in tomo. 4. Annal. num. 71. ac demum in Breuario nuper iussu Pauli Quinti reformato.

Hæc sententia cuiuscunque sit autoris, est manifestus error in historia, ad quem conuincendum non alio teste opus est, quam ipsomet Augustino. Ipse namque, vt multa omittamus ex libris confessionum, præsertim lib. 6. cap. 11. & 15. in quibus apertè fatetur, se vltra annos triginta suæ ætatis in luto vitiorum hæsisse, quod etiam repetit in sermone de assumptione B. Mariæ, hæc scribens: *Triginta annis, & amplius computrui in stercoribus peccatorum meorum*, si tamen sermo ille Augustini est, in 3. contra Academicos cap. 20. ait. *Sed cum trigesimum & tertium ætatis meæ annum agam, non me arbitror desperare debere, eam me (scilicet notitiam) quandoque adepturum*: & lib. 2. Soliloquiorum cap. 10. *Nam cum triginta tres annos agam, quatuordecim ferè anni sunt, ex quo ista sapere destiti.* Porrò libros contra Academicos, & libros Soliloquiorum B. Augustinum ante suum baptismum scripsisse, illemet fatetur lib. 1. Retractat. cap. 1. 4. & 6. ad quæ loca remitto.

III. SEcunda sententia fuit Cardinalis Baronij tomo. 4. sub anno 388. n. 71. vbi primum errorẽ corrigens, in alterum lapsus est, vt diceret, B. Augustinum anno ætatis suæ non trigesimo, neque trigesimo tertio, sed trigesimo quarto baptizatum. Et quia videbat sibi aduersari tex. B. Augustini lib. 9. confessionum cap. 2. vbi ait, quod quando eius mater Monica ex hac vita migrauit, ipse erat in annis triginta tribus, liberè falsus est, textum B. Augustini ibi loci deprauatum fuisse, & pro illis verbis *Ergo die vno, agritudinis suæ quinquagesimo, & sexto ætatis suæ anno, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est.* Reponendum esse, trigesimo & quinto ætatis meæ, vt scilicet esset in annis triginta quinque, quando eius mater ex hac vita migrauit. Mouetur verò ad hunc errorem asserendum ex quibusdam verbis Augustini malè intellectis, quia nimirum Augustinus fatetur in 3. libro contra Academicos cap. 20. se in annis triginta tribus scripsisse illos libros, & quod illos scripsit ante libros de Vita beata, cum adhuc esset Cathecumenus, & quod libros de Beata vita scripsit occasione natalis sui, qui incidit in diem 13. siue idibus Nouembris. Cum enim sequenti Paschate baptizatus fuerit, si libros de Academicis scripsit, dum esset annorum trigintatrium, & si illos scripsit ante librum de Beata vita, qui scriptus est idibus Nouembris, cum adhuc esset cathecumenus, necesse erit dicere, B. Augustinum idibus Nouembris annum 34. incœpisse: & cum sequenti tempore Paschali baptizatus fuerit: consequens erit, vt anno ætatis suæ trigesimo quarto baptizatus fuerit, non autem trigesimo tertio. Eandem sententiam secutus est Frater Cornelius Lancillottus lib. 2. de vita S. Augustini cap. 34. qui consequenter dicunt, ipsum Augustinum non anno Christi 387. sed 388. baptismum accepisse.

Sed salua in omnibus reuerentia, quæ tanto viro debetur maxima, quem libentissime in omnibus sequi vellem, si non amor veritatis obstaret, quod semel admonuisse sufficerit, hæc quoque sententia falsitatis conuincitur, primo ex textu D. Augustini loco allegato lib. 9. confess. cap. 11. vbi fatetur, se fuisse ætatis annorum triginta trium, quando anima pijssimæ suæ matris corpore soluta est: qui textus non fuit corruptus, neque corrumpendus est, neque libros nobis, sed nos libris Doctorum accommodare debemus. 2. falsitatis etiam conuincitur eadem sententia ex eodem fundamento, ex quo malè intellecto Baronius suum errorẽ hausit. Nam D. Augustinus nõ dicit, se libros contra Academicos scripsisse ante librum de Beata vita, sed hunc inter illos, adeo quod libros de Academicis prius inchoauit, sed dum illos scriberet, contigit dies natalis illius, qui fuit idibus Nouembris, & tunc scripsit librum de Beata vita, quem trium dierum spatio absoluit: scripsit etiam duos alios libros Soliloquiorum, quos similiter cathecumenum, & cum esset annorum triginta trium, & post librum de Beata vita, & inter libros de Academicis se scripsisse, fatetur libro primo retractat. cap. 4. Deinde post absolutum librum de Beata vita, & libros Soliloquiorum absoluit tandem ante baptismum ipsos libros de Academicis. Quare cum in fine tertij libri contra Academicos cap. 20 (id enim est postremum caput illorũ librorum) scribat, se tunc temporis fuisse annorum triginta trium: Sequitur Augustinum, dum scriberet librum de Beata vita idibus Nouembris, annum ætatis suæ trigesimum tertiũ incœpisse, & eo incœpto libros soliloquiorũ scripsisse, & libros contra Academicos prius inchoatos absoluisse, & eodem anno tempore Paschali sacro baptismate initiatũ fuisse, neque opus est asserere textum lib. 9. confess. depraua tum fuisse, vt cap. sequenti fusius ostendemus. Hac igitur ratione fortasis adductus Ludouicus de Angelis lib. 3.

De vita Augustini cap.4. propius ad veritatem accedens. Augustini baptismum reiecit in annum Christi 387. sub die 24. Aprilis. sed nec ipse veritatem est assecutus: quia si tunc Augustinus erat in annis triginta tribus ab idibus Nouembris, & infra, & natus est anno Christi 355. vt supra dictum fuit, sequitur quod eius baptismus in annum 388. non autem 387. inciderit, vt intelligenti patet. Quia anno 387. idibus Nouembris ille ingrediabatur annum 33.

Dicendum itaque resolutè, Beatum Augustinũ anno Christi 388. ætatis verò suæ anno 33. non trigesimo quarto, tempore Paschæ, s. in sabbato ante diem dominicam Resurrectionis baptismũ accepisse. & ita etiam asserit Frater Iordanus de Saxonia lib 1. in vitas fratrũ nuncupato cap. 7. per hæc formalia verba. *Fuit autem baptizatus anno ætatis suæ trigesimotertio, tempore Paschali V. Idibus Aprilu. s. tertia decima die Aprilu: & eodem anno, qui terminabatur idibus Nouembris, Mater sua defuncta est, vt hoc alibi luculentè declarauu.* Omitto hic, contradictiones Coriolani in suo defensorio, tum quod eas sufficienter, & euidenter reiecit Augustinus Ticinensis in libello, cuius est titulus, Clipeus veritatis, quem quia brevis, & doctus est, nec multis cognitus, ad calcem huius libri forsan imprimendum curabo. tum quia velle hic omnia Coriolani dicta ad hoc dubium spectantia examinare, nihil aliud esset, nisi bonas horas malè perdere, & in elucidanda re notissima laborare.

V. Circa tertiam, & vltimam quæstionem fuit etiam sententia Cardinalis Baronij in suo Martyrologio sub die quinta Maij, quod Beatus Augustinus illa die, videlicet quinta Maij fuerit baptizatus. Ait enim. *ibidem (s. Mediolani) Conuersio S. Augustini Episcopi, & Ecclesiæ doctoris, quem B. Ambrosius Episcopus fidei Catholicæ veritatem docuit, & hac die baptizauit.* Sed vt liberè dicam, ego in re tam manifesta, & conspicua tanti viri ingenium satis nunquam sum admiratus, non solum quod ille primus ex omnibus, quos vidi, baptismum B. Augustini sub hac die posuerit: sed quod tantus vir non solùm historiæ sacræ peritissimus, sed etiam in Theologicis non parùm versatus, in eam sententiã venerit, vt baptismum B. Augustini in quintã diem Maij reiecerit. Primo namq; certum, & constans est, temporibus B. Augustini baptismum solemni ritu, & extra casum necessitatis. non nisi temporibus Paschæ Dominicæ Resurrectionis, vel Pentecostes, scilicet in Vigilia Paschæ, vel Pentecostes apud catholicos conferri consueuisse. De qua re videri potest Cardinalis Bellarm. de Sacram. Baptismi cap. 26. vbi ita scribit. *Quinta (s. ceremonia) est tempus Paschale, & Pentecostes. Etsi enim quouis tempore possit dari baptismus, si necessitas vrgeat: tamen Veteres diligentissimè seruabant hanc ceremoniam, vt solum in Sabbatis Paschæ, & Pentecostes ordinariè baptizarent; extant de hac re Epistolæ decretales Siricij l. cap. 2. & Leonis l. epist. 4. & epist. 80. & Gelasij epist. 1. cap. 12. vbi seuerissimè reprehendunt Episcopos quosdam, qui audebant extra casum necessitatis baptismum conferre in Epiphania, aut festis diebus Martyrum: & iubent, vt seruetur antiqua consuetudo, vt solum in Paschate, & Pentecoste detur baptismus.* Esse item hanc antiquam, & vniuersalem consuetudinem, patet ex Catechesibus Cirilli, quæ ideo in Quadragesima habitæ sunt &c. Constat etiam B. Augustinum solemni ritu, & in Quadragesima, & tempore Paschali nomen dedisse, & catechizatum, & tandem baptizatum, quod euidenter apparet tum ex libris confess. lib. 9. cap. 6. & seqq. tum ex Possidio in vita Augustini cap. 1. n fine, quod nec ipse Baronius negat, sed vltro fatetur tomo. 4. sub anno 388. nu. 71. eundem Possidonum secutus. Hæc cum ita se habeant, optarem quam maximè, si hoc fieri posset, ab hoc Illustrissimo viro doceri, vnde habuerit, diem Paschæ, vel Pentecostes, eo anno, quo ille baptismum Augustini ponit, aut alio quouis anno, in diem sextam Maij incidisse, vel incidere vnquam potuisse, vt in eius vigilia s. die quinta Maij ipse B. Augustinus solemni ritu in forma Ecclesiæ Catholicæ consueta baptizatus fuerit, vel baptizari potuerit? ego certè hoc non inueni, neque verò iuxta regulas ab Ecclesia Catholica hactenus traditas, & seruatas credo, quod possit inueniri.

Dicetur quòd ex omnium Catholicorum consensu Cõuersio B. Augustini ponitur sub die quinta Maij, & hæc antiquissima totius Ecclesiæ Catholicæ est traditio. Sed quid tum? an ideo, quia illius conuersio illo die accidit, necesse erit dicere, illo etiam die fusse baptizatum? minimè profectò. Constat namque illum ante ferias vindemiales perfectè ad Deum conuersum scholis renunciasse, in rus secessisse, & sacrorum librorum meditationi, & lectioni incubuisse, quo se ad baptismi gratiam percipiendam disponeret. Inde vbi tempus aduenit, quo illum inter competentes nomen suum dare oportebat, quod nmirum ante mediam Quadragesimam fiebat, relicto rure Mediolanum redijsse, ibique aduenicnte tempore Paschali solemniter baptizatum à B. Ambrosio. Et hæc omnia clarissima sunt ex lib. 9. confessionum, vt mirũ sit, quomodo viri doctissimi in luce meridiana labi potuerint. Baronium secutus est frater Cornelius Lancillottus.

VI. Propius ad veritatem accessisse visus est Ludouicus de Angelis libro. 3. de vita Augustini capite 4. ita scribens. *Mensis erat Aprilu, & dies vigesima quarta, in quam illo anno Domini 387. Sabbatum Paschale incidit, vt patet ex Cyclo Dionysij cognomento Parui: illo autem sabbato baptisma dispensari solitum erat, non autem per totam hebdomadam sequentem, sicut scribit Piertius Valerianus. Hora nona, qua Cornelius admonitus fuit ab Angelo de Baptismo, dari illud instituum, ait Amalarius, & in ipsa credibile est, datum Augustino.* & sanè si

Augu-

Augustinus anno 387. baptizatus fuisset, ita necesse esset affirmare, quod scilicet 24. Aprilis baptizatus fuisset. Verùm hallucinatus est hic autor, quia si obitus B. Augustini incidit in annum 431. sub die 28. Augusti. & erat tunc Augustinus in annis 76. vt Possidius scribit. & in anno ætatis suæ 33. fuit baptizatus, vt ex eodē Augustino habemus; illius baptismus non anno 387. sed 388. contigit, vt superius deductum fuit. Ideo alij, inter quos Frater Iordanus De Saxonia lib. 1. cap. 7. ipsum baptismum B. Augustini ponunt sub die 31. Aprilis. verùm hi voluntariè loquuntur, quia certum annum, in quo ille baptizatus fuerit, non sibi constituunt: eo vero ignorato non potest etiam certus dies, nisi diuinando constitui.

Dicendum igitur, quòd B. Augustinus eo die mensis, & anni fuit baptizatus, quo die illo anno incidit vigilia Dominicæ resurrectionis. Porrò dictum est, secundum veriorem sententiam B. Augustinum baptismo initiatum anno Christi 388. ergo eo die fuit baptizatus, quo die illo anno incidit vigilia Dominicæ Resurrectionis: at vigilia Dominicæ Resurrectionis ex Cyclo venerabilis Bedę illo anno incidit quarto idus Aprilis. i. die octauo. Igitur eo die dicendum est B. Augustinum fuisse baptizatum. Quæ sententia confirmari etiam potest ex ijs, quæ capite statim sequente dicemus. De reditu eiusdem Augustini in Africam; quia Beatus Augustinus statim baptizatus ad Ostia Tiberina contendit cum matre, & socijs, vt in Africam traijceret, & reperit se in ostijs Tiberinis die saltem tertio decimo ante quam illius mater ex præsenti vita migraret, cum Beata Monica intra quinque dies post aduentum suum ad ostia Tiberina febribus decubuerit, & nono ægritudinis suæ die in anno ætatis Beati Augustini trigesimotertio ex hac vita migrauerit. ex lib. 9. confessionum capit. 11. Necesse igitur est, eo anno vigiliam Paschæ vel in fine Martij, vel circa initium Aprilis incidisse. Alioquin quomodo potuisset Augustinus cum matre, & socijs Mediolano vsque ad ostia Tiberina in tam breui temporis interuallo proficisci? nam obitum beatæ Monicæ omnes in quartam diem mensis Maij reijciunt, ex quibus si dies tredecim detrahas, quibus illa ante obitum suum ad ostia Tiberina venit, oportebit illam saltem die vigesima Aprilis in Ostijs Tiberinis constitisse.

Verum hæc ratio sequenti capite longius repetenda erit.

CAPVT QVINTVM.

Quartum fundamentum ponitur & probatur, B. Augustinū post susceptum baptismum cum Matre, & socijs ad Ostia Tiberina statim contendisse.

QVi contendunt, Beatum Augustinum post baptismum eremiticam, siue monasticam vitam, & habitum sumpsisse, tria constantissimè docent Primū, quod B. Augustinus statim baptizatus ab Ambrosio, siue à Simpliciano veste nigra indutus fuerit, & zona pellicea præcinctus, & in monasterio à Simpliciano instituto Mediolani per annum ferè cum dimidio steterit. Secundum, quod Mediolano discedens, vt in Africam rediret, per Hetruriam iter faciens, eremitas in monte Pisano, & in Centum cellis degentes visitauerit, ac cum illis altero anno circiter cum dimidio moratus, sanctissimis regulis illos informauerit. Tertium, quod post baptismum, antequam in Africam traijceret, triennio saltem in Italia commoratus fuerit. Quæ omnia apud præfatos autores Sigibertum, Corolianum, Paulum Bergomensem, & alios videri possunt. Et quod magis refert saltem ex aliqua parte apud Cardinalem Baron. loco citato ex tomo 4 Annal. sub anno 388. num. 71 vbi dicit corrigendum esse locum Augustini in 9 Confessionum cap. 11. dum ait, se fuisse ætatis annorum trigintatrium, quando anima illa pia matris suæ Monicæ corpore soluta fuit, & pro annis trigintatribus ponendum: *ætatis verò meæ annorum triginta quinque*, cuius fundamentum est, quia putat Beatum Augustinum baptizatum fuisse post completum annum trigesimum tertium & inchoatum annum trigesimum quartum, ex quibusdam verbis in tertio contra Academicos c. 20. malè intellectis: & obitum Beatæ Monicæ contigisse anno sequenti etiam expleto, postquam B. Augustinus fuerat baptizatus. Ex quibus consequens fit, vt secundum illius computum B. Augustinus esset ætatis annorum non triginta trium, sed triginta quinque, quando anima illa pia, & religiosa corpore soluta est. Consequitur etiam, vt ex sententia Baronij Augustinus supra integrum annum post susceptum baptismum in Italia moratus fuerit, & anno ætatis suæ vel trigesimo quinto, vel sequenti in Africam traiecerit. Hæc autem omnia cum eo fine fuerint excogitata, vt aliquod temporis spacium ad vitam eremiticam tū Mediolani, tum in Hetruria ducendam Beato Augustino daretur, si ex opposito monstratum fuerit, B. Augustinum sacro lauacro initiatum statim in Africam redijsse. nec Mediolani, nec in Hetruria cum Monachis, siue cum

I.

Ere-

Eremitis vllo pacto morari potuisse, vnico ictu ruent, concident, & in nihilum soluentur omnia, quæ scribuntur de monachatu illius in monasterio Mediolanensi sub Simpliciano, vel de vita eremitica in monte Pisano, & in Centum cellis, & quę de Regulis Eremiticis ab Augustino ibi loci scriptis tanto labore fuerunt excogitata. Ego verò pro veritate, & pro fundamentis dicendorum, sequentes propositiones ex ipsomet Augustino, & ex Possidio illius discipulo acceptas, tanquam certissimas probabo.

II. PRima propositio: Beatus Augustinus eo anno, ac etiam mense, quo fuit baptismo initiatus, fuit apud ostia Tiberina cum matre, & socijs, vt in Africam rediret.

Secunda Propositio: Beatus Augustinus, intra anni circulum à die baptismi illius inchoandum, ex Italia in Africam traiecit.

Istæ assertiones probantur euidentissimè ex verbis superius allegatis Beati Augustini lib 9 confess. cap. 11. in quibus ait, se fuisse ætatis annorum triginta trium, quando anima illa pia, & religiosa B. Monicæ apud ostia Tiberina corpore soluta fuit, ex istis verbis sic argumentor. Si B. Augustinus tunc erat ætatis annorum triginta trium: ergo current tunc annus, in quo fuerat baptizatus: quia ex locis euidentissimis eiusdem Augustini ostensum fuit cap. præcedenti, Beatum Augustinum baptizatum, cum esset in annis triginta tribus, die 13. Nouembris inchoatis. Rursus sequitur, quod eodem mense Aprilis, in quo fuit baptizatus, fuit etiam apud ostia Tiberina in Africam rediturus: quia Beata Monica obijt die quarta Maij, sed illa fuit in ostijs Tiberinis saltem diebus tredecim, priusquam ex hac vita migraret: ergo circa diem vigesimam primam Aprilis eiusdem scilicet mensis, in quo Beatus Augustinus fuerat Baptizatus, in ostijs Tiberinis constiterunt. Quod autem B. Monica saltem diebus tredecim fuerit in ostijs Tiberinis, antequam ex hac vita migraret, habetur ex capite 11. supradicti libri 9. confess. in princ. & fine.

III. HÆc ratio tantas habet vires, vt Frater Iordanus de Saxonia, Generalis Prior Ordinis Eremitarum ab ea conuictus, ingenuè fassus fuerit eodem anno, quo Augustinus baptizatus fuit Idibus Aprilis, etiam illius Matrem ex hac vita decessisse, & hæc sunt illius verba lib. 1. Vitas fratrum nuncupato capit. 7. circa medium: *Nec enim reperimus aliquod tempus, quo potuerit vitam anachoriticam duxisse, cum singula vitæ suæ tempora sint descripta; nisi forte aliqui velint dicere, sicut sunt, qui dicunt, quod inter tempus baptismi sui, & matris, solitarie vixerit per triennium, vel saltem per biennium, quod dictum salua veritate nullatenus stare potest, cum inter baptismum suum, & mortem Matris, non fluxerit vnus annus complete, imò vix octo menses, computando à Pascha, vsque ad Idus Nouembris. Fuit autem baptizatus anno ætatis suæ trigesimo tertio tempore Paschali, scilicet, Idibus Aprilis, videlicet tertiadecima die Aprilis, & eodem anno, qui terminabatur Idibus Nouembris, mater sua defuncta est, vt hoc alibi lucidè declarauit.* Hæc ille, quem cum Ioan. Marquez det nobis pro teste omni exceptione maiorem, cui nefas sit non credere, nescio qua ratione ab illius testimonio possit resilire, vel asserere, quæ asserit de mansione Beati Augustini post susceptum baptismum Mediolani cum Simpliciano, & in monte Pisano & in centum Cellis cap. 8. §. 8. & alibi. Si enim B. Augustinus baptizatus fuit tempore Paschali, & mense Aprili, & ætatis suæ annorum triginta trium, & eodem anno, qui terminabatur Idibus Nouembris, mater sua defuncta est, vt Frater Iordanus fatetur, cum constet Beatam Monicam defunctam esse die 4. Martij, certè nullum temporis spacium habuit vel Mediolani, vel in Hetruria cum Eremitis commorandi, antequam ad ostia Tiberina deueniret.

IV. EIusdem argumenti vim sentiens Card. Baronius, & illius pondere oppressus, non alia ratione, aut via sese ab illo expedire posse arbitratus est, nisi textum Augustini in 9. confess. cap. 11. pro deprauato reijciendo, & pro annis ætatis Augustini triginta tribus annos triginta quinque reponendo. Verùm præter quod si omnes, quotquot inuentiri possint, Augustini codices vetustissimos legamus, & conferamus, nulla quoad hoc vel minima deprauatio reperietur, vt vel ex ipsa castigatione eorundem Augustini librorum nuper facta a Louanien sibus constare potest, probamus euidenter ex alijs locis D. Augustini, locum illum ex nono confessionum non fuisse deprauatum, ponendo annos ætatis Augustini triginta tres & antiquam lectionem tenendo: sed imo manifestè deprauari, si reiecta communi, & veteri lectione, nouam illam a Baronio excogitatam teneamus, & pro annis triginta tribus annos triginta quinque ætatis Augustini reponamus: quod ne multis agamus, sic breuiter demonstro. Tota periodus vitæ ipsius Augustini annum ætatis suæ septuagesimum textum non excessit, ex Possidio, cui fides adhibenda, nec Baronius negat, in vita Augustini cap. 31. Ex quibus vixit annis circiter quadraginta, in Clericatu, & Episcopatu ex eodem Possidio ibidem. Rursus tribus annis ante Clericatum vixit laicus apud agros proprios ex eodem Possidio cap. 3. Rursus B. Augustinus baptizatus fuit anno ætatis suæ trigesimo tertio, imo secundum Baronium trigesimo quarto inchoato, quos annos simul ingerentes tam integram periodum totius vitæ B. Augustini videlicet annorum sex, & septuaginta tenemus. Ergo duo illi anni, quos Baronius fingit inter baptismũ Augustini, & obitum Matris, nimirum ab anno 33. vsque ad trigesimum quintum, redundant, ergo vel tenenda antiqua lectio lib. 9. confess. cap. 11. quæ habet, B. Augustinum tempore obitus matris suæ fuisse ætatis annorum triginta trium: vel corrigen-

dus Posidius, qui dixit, B. Augustinum vixisse annis septuaginta sex, & ponendum, illum vixisse annis septuaginta octo, videlicet annis triginta tribus, antequam baptismo initiaretur, & annis tribus baptizatum in Africa apud agros proprios in vita laicali, & annis quadraginta in clericatu, & in Episcopatu, & tandem annis duobus in Italia intermedijs inter illius baptismum, & mortem matris, quos Baronius ponit: quod si Baronius animaduertisset, fortassis etiam asseruisset, vt consequenter loqui videretur. At Posidius corrigendus non est, neque hactenus aliquis illum in hoc corrigere ausus fuit. ergo illius pace reijcienda est correctio Baronij, & tenenda prisca lectio, & dicendum, B. Augustinum fuisse ætatis annorum trigintatrium, non triginta-quinque, quando pia, & religiosa anima suæ matris ex corpore soluta fuit.

V. SEcundo fatetur Augustinus eodem libr. 9. confess. cap. 6. secum baptizatum eius filium nomine Adeodatum, cum esset in annis quindecim: ac exinde subiungit, illum interlocutorem fuisse in eo libro, quem de Magistro scripserat, cum esset in annis sexdecim. & postea ex hac vita sublatum: at librum de Magistro fatetur Augustinus, se in Africa, non in Italia scripsisse lib. 1. Retract. cap. 11 ergo anno statim sequenti post susceptum baptismum B. Augustinus in Africam transfretauit. ergo falsum commentum Baronij, quod anno sequenti post susceptum baptismum eius mater Monica vita functa fuerit, vel quod ipse esset annorum triginta quinque, quando illa mortua fuit, vel quod integrum annum & amplius post susceptum baptismū profectionem suam in Africam distulerit. & hæc omnia sunt clara ex ipsomet Augustino, neque possunt, nisi textus Augustini vel negando, vel corrumpendo inficiari.

IV.

Tertio, ponderanda sunt verba eiusdem Augustini lib. 9. confess. cap. 14. vbi de obitu matris suæ verba facturus ita exorditur. *Imminente autem die, qua ex hac vita erat exitura, quem diem tu noueras ignorantibus nobis, prouenerat, vt credo, procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram, vnde hortus intra domum, quæ nos habebat, prospectabatur, illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos nauigationi.* hic lector te sisto. Fatetur Augustinus, quo tempore Beata Monica febribus decumbere cœpit, ex longo, & laborioso itinere in Ostijs Tiberinis substitisse, vt sese nauigationi instauraret. Quæro ego, illud tam laboriosum, tam longum iter, quod instaurationem opus habebat, & ob cuius laborem fortasse illa beata fœmina febribus decubuit, & tandem ad alteram vitam fœliciorem migrauit, ex quo nam loco cœperat, ex Vrbe Romana? at illud iter, nec longum, nec laboriosum est, sed breuissimum, & facillimum, quod trium horarum spacio per currentem Tibridem conficitur, An ex Centum cellis, vbi tandem post discessum è Mediolano fingitur commoratus cum Eremitis, ibique libros de Trinitate incepisse? at illud etiam breuissimum, & facillimum est, quod cum intra sex horas circiter conficitur. Sanè non video, quod aliud iter tam longum, & laboriosum fingi possit, ob quod instaurationem opus habuerint, nisi dicendo, quemadmodum sine dubio dicendum est, illos tunc Mediolano discessisse, & absque temporis interuallo, vel mora ad Ostia Tiberina contendisse. Sic enim dicendo rectè verba ipsius Augustini interpretamur. & omnia benè concordant, quæ per alios modos dicendi à nonnullis pro commodo excogitatos, nullatenus concordari possunt.

VI. COnsentit etiam hæc assertio cum ijs, quæ Possidius de reditu Augustini in Africam capite 3. scribit. *Ac placuit (inquit) ei percepta baptismi gratia cum alijs Ciuibus, & amicis suis, ad Africam, & propriam domum, agrosque remeare. Ad quos veniens, & in quibus triennio fermè constitutus, &c.* Quæ verba iuxta intellectum verum, planum, & peritum hunc sensum referunt, Beatum Augustinum baptizatum non triennio in Italia vitam Eremiticam, vel Monasticam cum Eremitis duxisse, sed in Africam ad propriam domum, & ad agros proprios continuò remeasse. Alioquin cum spacium trium annorum sit valde notabile, cum etiam professio vitæ Monasticæ res grauis sit, nec ab eo, qui vitam & mores Augustini scribendos sumpserat, prorsus omittenda, quis credat Possidium hæc omissurum, si B. Augustinus post baptismum triennio in Italia inter Monachos, & Eremitas vitam monasticam duxisset, aut Regulas Eremitis, vel Monachis tradidisset? præsertim cum in eodem verborum contextu videamus, ab eo habitam rationem temporis, quo post reditum in Africam demoratus est apud agros proprios ante Clericatum, & Episcopatum: nam si triennio vixit in Italia post baptismum ante reditum in Africam, & triennio altero in Africa ante presbyteratum, cur quæso nulla facta mentione primi triennij, solum secundum notauit, dicens illum percepta baptismi gratia cum Ciuibus, & alijs amicis suis ad Africam, & propriam domum, & agros remeasse: ibique constitutum fermè triennio cum amicis suis vixisse, antequam presbyter initiaretur?

Demum illud certum, & si post perceptum baptismum per aliquod temporis interuallum in Italia commoratus fuerit, non Mediolani, aut in monte Pisano, aut in Centum cellis, quæ duo postrema loca fortasse nunquam vidit, sed in Vrbe Roma constitisse. Nam post mortem matris reuersus est Romam, vbi dum tempus nauigationi opportunum præstolaretur, scripsisse eum libros duos de moribus Ecclesiæ Catholicæ, & Manichæorum, item librum de Quantitate animæ, & incepisse libros De libero arbitrio, constat ex primo libro Retract. cap. 7. 8. 9. His fundamentis iactis, quæ non possunt negari, facilis nobis via aperitur ad hanc veritatem solis luce clarius monstrandam, quòd B. Augustinus ante

presby-

presbyteratum fuit merus, & purus laicus, nec alicuius regularis ordinis, seu instituti professor, nec habitum Monasticum, aut Eremiticum indutus.

CAPVT SEXTVM.

Prima propositio probatur. Quod Beatus Augustinus ante presbyteratum fuerit purus laicus, nec alicuius regularis instituti, vel Ordinis professor.

I. CVm Possidius, quadragenarius B. Augustini discipulus, totam perio-dum vitæ ipsius Augustini post illius baptismum in tria tempora diuiserit, & singulas res gestas per singula tempora recensuerit apertissimè testatus fuit, illum à tempore susceptí baptismi, vsq; ad presbyteratum laicum, & inter laicos vixisse, id habes apertè non solum ex cap. 28. in verbis supra recitatis, cum ait, illum sub finem vitæ suæ omnes libros à se editos recensere voluisse, siue quos primo tempore conuersionis suæ adhuc laicus siue quos presbyter, siue quos Episcopus dictauerat, sed ex cap. 4. eiusdem historiæ, in quo factum illud memorandum narrans, quando à populo Hipponensi apprehensus, & S. Valerio Episcopo præsentatus, licet inuitus, presbyter fuit ordinatus, dum ipse securus, & quid futurum esset, ignarus in populo staret, subiungit Possidius. *Solebat autem latius, vt nobis dicebat, ab eo tantum Ecclesiæ, quæ non haberent Episcopos, suam obsistere præsentiam, eum ergo tenuerunt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum obtulerunt.* Ipse quin etiam Augustinus in lib. de Bono perseu. fatetur, se libros de libero arbitrio, cum adhuc esset laicus scripsisse. Porro si vsque ad presbyteratum laicus vixit, quod nullus nisi negando apertissima testimonia Possidij, & ipsius Augustini negare potest, quanam specie veritatis affirmari poterit, illum vel Monachum, vel Eremitam alicuius certi Ordinis, vel instituti regularis professorem ante presbyteratum extitisse?

II. VIm huius argumenti nititur Marquez, suum Coriolanũ secutus, eludere in dicto lib. c. 6. §. 2. dicens: B. Augustinum ante presbyteratum appellatum laicum, non quod non esset verè Monachus: sed quia sub nomine laicorum tunc temporis comprehendebantur Eremitæ, ac Monachi, quia nondum vsus in Ecclesia obtinuerat, vt Monachi ad sacros Ordines promouerentur, & ideo non numerabantur inter clericos, sed inter laicos: sicut modo Conuersi Religiosorum, quia non recipiuntur in Religionibus, vt promoueantur ad Clericatum, vocantur laici, cum tamen sint veri Religiosi, seu Regulares, quam responsionem confirmat duplici auctoritate ipsius B. Augustini, prima est in lib. 1. Retract. cap. 21. vbi ait, causam, propter quam motus fuit ad scribendum librum de opere Monachorum, hanc extitisse. *Quia (inquit) inter laicos inferioris propositi existere coeperant tumultuosa certamina.* glossat ille: inter laicos inferioris propositi, i. inter Monachos, qui erant laici apud Carthaginem. Altera est in lib. 2. Retractat. cap. 30. vbi in principio ita scribit. *Inter ea missa sunt mihi à quibusdam fratribus, laicu quidem, sed diuinorum eloquiorum studiosis scripta nonnulla &c.* contendit ille, nomine istorum laicorum intelligendos esse Monachos, siue Eremitas, quia Augustinus vocat illos fratres.

Sed hęc interpretatio videtur apertissimè contra ipsummet Augustinum & contra autoritatem omnium Sanctorum Patrum & totius Ecclesiæ à temporibus Apostolorum vsque ad hanc diem. Nam vt demu-, conuersos Religiosorum, quia ad S. Ordines non promouentur, consueuisse nonnunquã ob defectum vocabulorum impropria quadam, & abusiua nuncupatione laicorum nomine appellari. cum de vera interpretatione, & intelligentia verborum, vel nominum, quibus Sancti Patres in suis scriptis vtuntur, quæstio agitur, illa non ex vsu loquendi plebis ignaræ, & vulgarium petenda est, sed vel ex etymologijs & proprio modo significandi ipsorum verborum, aut nominum, aut certè ex communi vsu totius Ecclesiæ, & ipsorum Patrum, secundum quem talibus verbis, vel nominibus ipsi vt consueuerunt: at siue etymologiam huius nominis laicus, attendas, siue communem vsum, quo non solum D. Augustinus, sed tota Ecclesia Dei à temporibus Apostolorum vsque in præsens hoc eodem nomine vti consueuit, inuenies nunquam, sub nomine laicorum siue monachos, siue alios regularium ordinum comprehensos professos fuisse; imò inuenies semper, & plusquam semper Monachos à laicis, & laicos à Monachis tum professione, & habitu, tum etiam nomine è regione distinctos. Et quidem si etymologiam huius nominis, laicus, attendamus, quis nesciat, sub hoc nomine, laicus, non solum non comprehendi Monachos, sed à significato illius penitus excludi? Nam laicus, teste D. Hieron in cap. Duo. 12. q. 1. vbi ex instituto hanc litem dirimit, & laicos à Monachis distinguit, dicitur à verbo græco laos, quod significat idem, quod Populus, quasi popularis, & vulgaris, siue de populo, & de communi plebe. E contrario verò Monachus, si vocis etymon attendamus, idem significat, quod segregatus, vel singularis, qui vitam à popularibus segregatã, & singularem ducit ex D. Dionys. cap. 6 de Ecclesiastica Hierarchia, ex Conc Niceno, cuius verba referuntur in cap. Placuit il 1. 6 q. 1. & ex decreto Eugenij secundi relato ibid. cap. Placuit il 2. ex D. Hieronymo in Epistola 13 ad Paulinum, cuius etiam verba referuntur ibid. in cap. si cupis, vbi ait. *si cupis esse, quod dicerũ. Monachus i. solus, quid facis in Vrbibus?* quare ex hoc capite non solum non po-

test

test accipi hæc interpretatio, quam
gus verbis Possidij, ac etiam B. Augu
commodo tribuit; sed vti penitus cor
logiæ huius nominis laicus explodem
sus reijcienda.

III. OStendendum nunc est, Sanctc
quam Monachos, siue regulari
cuiuscunque illi essent ordinis, sub n
rum comprehendisse, aut comprehe
sse. sed imò ipsos laicos à Monachis, &
siue quoscque alios regulares à laicis
xisse, & distinctis nominibus illos co
re, & notare voluisse, præsertim Aug
lios circa tempora ipsius Augustini s
mirum sit, quod audeant dicere, tem
Augustini monachos sub nomine lai
prehendi consueuisse. Primum igitur
profero ex Dionysio cap. 6. Ecclesia
enim tres ordines fidelium in Eccle
constituit, Supremum, qui est Sacerd
mum, qui est deuotæ plebis, seu laico
dium, qui est Monachorum: Quos M
laicis distinctos esse, & pro talibus in
bendos esse ostenderet, in 3. par. eiusd
scribit. *in fine vero omnium sacerdos ad d
structum communionem vocat, aperte sati
qui sic consummatus est, si ad Monachicum
institutum veraciter venit, non modo co
fore sacrarum secundum se ipsum rerum, s
non morem, ad communionem sanctiss
rum accessorum, verùm eorum, quæ per cep
torum augustiore scientia fretum, alio qua
pulus modo ad communionis diuinæ partici
mittendum.* Hæc ille. ex quibus vides,
dum populus fidelis medius est inter S
alios purgantes, & purgandos, qui si
chumeni; vel apostatæ, vel similes: it
esse medios inter deuotum, & fidelem
ipsos Sacerdotes purgantes. Vide tot
put, in quo prolixius de hoc agit.

Secundum, & tertium testimonium
cleti, & Eusebij Pontificum, & referu
laicos, & cap laici 2. q. 7. vbi prohibent
timonium ferre contra Clericos: qu
eiusdem conuersationis, & nolunt cast
rum imitari. vbi sub nomine laicorum
posse comprehendi monachos, nam ill
tionem, & castitatem clericorum non
tabantur, sed etiam solemni voto profit

Quartum testimonium est S. Conc
primi, Canone 76. vbi dicit: *Vt Religios
ibi, tum Moniales habeant alia indumenta,
ver, quàm habent laici, & tondeant caput in
rona, & cingant se.* ecce tibi, qui cincti inc
à laicis distinctos ostendebant, ex dispo
ius S. Concilij alium similem canonem
Concilij refert Gratianus in cap. Placu
16. q. 1.

Quintum testimonium est Chryso

test accipi hæc interpretatio, quam hic Theologus verbis Possidij, ac etiam B. Augustini pro suo commodo tribuit; sed vti penitus contraria etymologiæ huius nominis laicus explodenda est, & prorsus reijcienda.

III. OStendendum nunc est, Sanctos Patres nunquam Monachos, siue regulariter professos, cuiuscunque illi essent ordinis, sub nomine laicorum comprehendisse, aut comprehendere voluisse: sed imò ipsos laicos à Monachis, & Monachos, siue quosque alios regulares à laicis semper distinxisse, & distinctis nominibus illos comprehendere, & notare voluisse, præsertim Augustinum, & alios circa tempora ipsius Augustini scribentes: vt mirum sit, quod audeant dicere, temporibus Beati Augustini monachos sub nomine laicorum comprehendi consueuisse. Primum igitur testimonium profero ex Dionysio cap. 6. Eccles. hierar. ibi enim tres ordines fidelium in Ecclesia militanti constituit, Supremum, qui est Sacerdotum, & infimum, qui est deuotæ plebis, seu laicorum, & medium, qui est Monachorum: Quos Monachos, vt à laicis distinctos esse, & pro talibus in Ecclesia habendos esse ostenderet, in 3. par. eiusdem capitis ita scribit. *In fine vero omnium sacerdos ad diuinam ita instructum communionem vocat, apertè satis insinuans eũ, qui sic consummatus est, si ad Monachicum, & singulare institutum veraciter venit, non modò contemplatorem fore sæcularum secundum se ipsum rerum, siue medij ordinis in mortem, ad communionem sanctissimorum signorum accessurum, verùm eorum quæ percepit, Sacramentorum augustiore scientia fretum, alio quam Sanctus populus modo ad communionis diuinæ participationem admittendum.* Hæc ille. ex quibus vides, quemadmodum populus fidelis medius est inter Sacerdotes, & alios purgantes, & purgandos, qui sunt vel catechumeni; vel apostatæ, vel similes: ita monachos esse medios inter deuotum, & fidelem populum, & ipsos Sacerdotes purgantes. Vide totum illud caput, in quo prolixius de hoc agit.

Secundum, & tertium testimonium sunt Anacleti, & Eusebij Pontificum, & referuntur in cap. laicos, & cap. laici 2. q. 7. vbi prohibentur laici testimonium ferre contra Clericos: quia non sunt eiusdem conuersationis, & nolunt castitatem illorum imitari. vbi sub nomine laicorum apparet, nõ posse comprehendi monachos, nam illi conuersationem, & castitatem clericorum non solum imitabantur, sed etiam solemni voto profitebantur.

Quartum testimonium est S. Concilij Niceni primi, Canone 76. vbi dicit: *Vt Religiosi tum Monachi, tum Monales habeant alia indumenta, & alios mores, quàm habent laici, & tondeant caput in modum coronæ, & cingant se.* ecce tibi, qui cincti incedebant, se à laicis distinctos ostendebant, ex dispositione huius S. Concilij alium similem canonem eiusdem Concilij refert Gratianus in cap. Placuit il primo 16. q. 1.

Quintum testimonium est Chrysostomi lib. 3. contra impugnatores vitæ Monasticæ per totum, vbi ex instituto Monachos à laicis distinguit, & habetur in tomo 5. & homil. 40. imperfecti in Matt. vbi exponens illa verba cap. 21. *Quis ex duobus fecit voluntatem patris, ait, & melior est laicus, qui in prima facie sæcularem vitam profitetur, re vera autem complectitur spiritualem, quam Sacerdos, qui in prima quidem facie profitetur vitam spiritualem, &c.* vbi vides, apud Chrysostomum nomine laicorum illos accipi: qui sæcularem vitam profitentur, quæ constans est acceptio illius nominis apud Chrysostomum, vt videre est homil. 43. eiusdem libri in princ. & homil. 44. paulò ante medium, & alibi.

IV. SExtum est B. Hieronymi, & refertur in cap. Duo. 12. q. 1. qui canon quoniam sufficit ad nostrum intentum planè conuincendum, cum sit tanti authoris, & contemporanei ipsius Beati Augustini, illiúsque saltem per literas notissimi, illum hic ex integro inferendum esse iudicaui. *Duo, inquit, sunt genera Christianorum. Est autem vnum genus, quod mancipatum est diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt Clerici & Deo deuoti, videlicet conuersi: cliros enim græce, latinè sors. inde huiusmodi homines vocantur Clerici, id est sorte electi, omnes enim Deus in suos elegit: hi namque sunt Reges, id est sc, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent; & hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis est temporalium omnium depositio. Illi enim victu, & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud verò genus est Christianorum, vt sunt laici: laos enim græce est populus latine, Hic licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum, nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. Hic concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altari ponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.* hæc Diuus Hieronymus, ex quibus habes, temporibus illius non solum nomine laicorum non consueuisse accipi monachos: sed ab illius significatione penitus atque penitus excluso, sicut vnum oppositorum excluditur à significatione nominis alterius oppositi, vt v. g. aqua excluditur à significatione nominis ignis, vel è contra. Et quanquam glossa ibid. per Deo deuotos, seu conuersos non intelligat Monachos, sed conuersos, qui modò sunt in Religionibus, quique ad Clericatum non admittuntur, quos dicit, posse habere proprium, & vxores ducere, in qua re multipliciter errat, primò quia si per Deo deuotos non intelliguntur Monachi, illi temporibus B. Hieronymi non erant in cœtu fidelium, quia neque in primo, neque in secundo ordine, qui totum genus Christianorum diuidebant. secundò quia conuersi

verè profitentur, nec possunt habere propriũ, nec vxores ducere. Tamen hoc non infirmat, sed potius confirmat id, quod dicimus, quod temporibus B. Hieronymi nomen laicorum non extendebatur ad Monachos, nec illi sub eo nomine veniebant: quia si sub nomine laicorum non veniebant Deo deuoti, & conuersi, qui non profitebantur, & proprium habere poterant, quanto minus Monachi, qui castitatem profitebantur, & alia vota, & omnibus bonis renunciabant, & sine proprio viuebant, sicut Clerici? & si nomine laicorum D. Hieronymus dicit, illos tunc accipi consueuisse, qui temporalia bona possidebant, causas inter virum, & virũ audiebant, vxores ducebant, quomodo poterant Monachi sub nomine laicorũ comprehendi, quibus illa omnia repugnabant?

V. SEptimum testimonium est eiusdem Augustini, ex quo veram interpretationem suarum sententiarum petere debemus, in loco ab ipso Ioan. Marquez allegato ex lib. 2. Retract. cap. 21. vbi causam reddens, quæ illum mouerat ad scribendum librũ de opere Monachorum inquit: *Vt de opere Monachorum librum conscriberem, illa me necessitas compulit, quod tum apud Carthaginem monasteria esse cœpissent, alij se suis manibus transigebant, obtemperantes Apostolo: alij vero ita ex oblationibus religiosorum viuere volebant, vt nihil operarentur, vnde necessaria, vel haberẽt, vel supplerent, sed potius implere præceptum Euangelicum exultimarent, atque iactarent, vbi Dominus ait, respicite volatilia cœli, & lilia agri. Vnde etiam inter aliquot inferiorũ propositi laicos, sed tamen studio seruentes existere cœperant tumultuosa certamina, quibus Ecclesia turbaretur, alijs hoc, alijs aliud defendentibus.* Quem locum licet Marquez cap. 5. §. 11 contendat esse intelligendum de Monachis Carthaginensibus, qui ideo ab Augustino vocati sunt laici, quoniam nondum cœperant ad ordines Ecclesiasticos promoueri: tamen supra in cod. cap. & §. 5. pag. 51. col. 2. vel sui oblitus, vel ab ipsa veritate conuictus, ingenuè fatetur, intelligendum esse de laicis, siue Ciuibus Carthaginensibus, quorum alij vni parti Monachorum, alij alteri adhærebant Et quod illa verba Augustini non de Monachis, sed de Ciuibus sæcularibus Carthaginensibus sint intelligenda, ostendunt particulæ illæ *inferiorũ propositi*, & illæ: *alijs hoc, alijs aliud defendentibus*, quæ ostendunt, certamina illa facta, & orta inter eos, qui erant inferiores ipsis Monachis, & quorum alij vni, alij alteri parti Monachorum, pro suis quippe studijs adhærebant. Et vt omnis de hac re dubitatio tollatur, legantur verba, quæ habet in dicto libro de opere Monachorum cap. 30. vbi præmissa Monachorum reprehensione, subiungit etiam admonitionem ad laicos, illorum fautores dicens: *Sciant ergo etiam cæteri fratres, & filij nostri, qui fauere talibus, & huiusmodi præsumptionem per ignorantiam defendere consueuerunt, se potissimum corrigendos, vt illi corrigi possint, non vt infirmentur benefacere. Sanè in eo, quod seruis Dei promptè, atque alacriter necessaria submini-*

strant, non solum non reprehendimus, sed etiam suauissimè accipimus &c. vbi vides, sine dubio illum de secularibus loqui, non de Monachis.

VI. OCtauum est eiusdem Augustini lib. 2. de Anima, & eius origine, vbi de Vincentio Victore loquens ait, *Vt caput iuuenis illius senex, & laici presbyter osculatus &c.* Nonum eiusdem in serm. 49. de verbis Domini, vbi omnes Ecclesiasticos contra distinguit à laicis. *Quid igitur putatis, inquit, illos dicere, de quibus dicitur, quæ dicunt facite: quia vera à sancto laico dicitur. Laicus enim qui vult bene viuere, cũ attenderit clericum malum, quid sibi dicit? Dominus dicit, quæ dicunt facite &c.* Decimum in sermone secundo de communi vita Clericorum, quem habuit ad populum, vt illius murmurationes aduersus suos religiosos clericos compesceret. vbi inter alia de quodam prædio Victorianensi verba faciens, quod Hipponenses laici causabantur, Barnabam Clericum regularem contra suum institutum possedisse. *Paratus, inquit, est Presbyter, vt alium constituam, qui de fructibus fratribus reddat, ex numero vestro sit aliquis, cui hæc committam, ex numero ipsorum, qui ad nos talia pertulerunt &c.* & infra: *de fundo Victorianensi ego rogo, ego hortor, ego peto, vt si quis religiosus est fide agat, & exhibeat Ecclesiæ istam operam, vt cito debitum reddam. Quod si nemo de laicis fuerit inuentus, ego propono alium, iste illuc non accedet.* ecce tibi, quos intelligat Augustinus nomine laicorum etiam religiosorum, non Monachos, non Clericos, sed populares, & seculares: vt stultum, ne dicã superfluum, sit, velle in hac re declaranda diutius immorari.

Vndecimum testimonium est Siricij Papæ in Epistola prima ad Imerium cap 10. & 13. nam in dictis locis agens de admittendis ad Clericatum, distinctè agit primo de ijs, qui ex laicis clerici fieri volunt, & hoc in cap. 10. deinde de ijs, qui ex Monachis assumendi sunt ad Clericatum, & hoc in cap. 13. & singulorum conditiones distinctè, & in distinctis locis præscribit, quod solum testimonium sufficere posset ad ostendendum, quod etiam eo tempore, quo nondum Monachi ad ordines admittebantur, distincti tum re, tum nomine ab ipsis laicis erant, & pro talibus habebantur, nec sub nomine laicorum comprehendebantur: nam Siricius primus fuit, qui dispensauit cum Monachis, vt ad ordines promouerentur.

Duodecimum est Concil. Chalcedon. quod celebratum fuit viginti annis post obitum B. Augustini, cuius verba referuntur in cap. Quidam Monachorum 18. q. 2. vbi similiter distinguuntur Clerici laici, & Monachi, in illis verbis: *Siquidem fuerint clerici, pro personarum ordinatione subiacent condemnationibus Canonum; si vero laici vel Monachi fuerint, communione priuentur.*

VII. DEcimum tertium est Leonis Primi, sub quo celebratum fuit dictum Concilium, & refertur in cap. adijcimus 16. q. 1. vbi sic habet. *Adijcimus*

illud

illud etiam, quod nobis propter improb[...]
dam Monachorum religiosis vestræ verb[...]
Vicarios nostros: & hoc specialiter statu[...]
Domini Sacerdotes nullus audeat prædic[...]
cbur, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet [...]
glorietur. Ex hoc textu habetur, [...]
tempora Leonis primi Monachi no[...]
ci, quamuis Siricius dispensasset c[...]
necessitate Ecclesiarum aliqui illorũ [...]
tur ad clericatum: vnde subijciunt[...]
nicationi sicut laici, & tamen di[...]
laicis.

Decimumquartum est Stephani [...]
pistola 2. cap. 9. cuius verba referu[...]
cap. laicis 16. q. 7. licet ex Eulalio Sy[...]
dicitur: *Laicus quoque quantumuis re[...]*
ecclesiasticis facultatibus aliquid dispone[...]
quam attributa facultas. Scimus delecti[...]
per carnales spirituales solent persequi [...]
per laicos quantumuis religiosos nõ[...]
nachos, tum quia laici vocantur hom[...]
tum quia Monachis data est faculta[...]
de bonis suorum Monasteriorum, [...]
tantur inter bona Ecclesiastica, sic
Monachi computantur inter person[...]
cas, & ab initio semper gauisi sunt p[...]
sonarum Ecclesiasticarum.

Decimumquintum est Concilij H[...]
interfuit S. Isidorus, & refertur ca[...]
q. 7. vbi renouatur decretum Concili[...]
quod laici non possint constitui Vica[...]
nomi Episcoporum. & sunt hæc illius
orum est enim laicum Vicarium esse Episc[...]
rum Ecclesiæ iudicare. hinc habes, temp[...]
ciliorum Hispalensis & Chalcedon[...]
laicorum sæculares personas intelligi

VIII. ALia innumera testimonia ad iden[...]
sent recentiorum Pontificum, [...]
rum nimirum:

Decimum sextum ex D. Gregorio [...]
refertur in c indicatum 89. d. vbi laico
sonas sæculares.

Decimumseptimum Calisti Papæ i[...]
principum, vel laicorum. 16. q. 7. vbi
cos confundit eum secularibus.

Decimumoctauũ Gregorij VII. im[...]
deinceps, cum sequenti. eadem causa &
vbi prohibentur personæ Ecclesiasti[...]
suas Ecclesias, vel dignitates de man[...]
per laicos vero exponit personas sæcu[...]
cordat autor sermonum ad Eremitas [...]
cens. *Non intrat per ostium ad Ecclesiam, [...]*
ium potestatem intrat. & quod per laico
personas sæculares, antecedentia verb
Qui sacramẽtum emerit, vel seculari potent[...]
curauerit &c. quod testimonium apu[...]
autoritatem irrefragabilem habere deb[...]

Decimum nonum Alexandri Papæ
per laicos ead. causa, & quæstione, vbi p[...]

illud etiam, quod nobis propter improbitatem quorundam Monachorum religionis vestræ verbo mandastu per Vicarios nostros: & hoc specialiter statuentes, vt præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, siue Monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur. Ex hoc textu habetur, quòd vsque ad tempora Leonis primi Monachi non erant Clerici, quamuis Siricius dispensasset cum illis, vt pro necessitate Ecclesiarum aliqui illorum assumerentur ad clericatum: vnde subijciuntur excommunicationi sicut laici, & tamen distinguuntur à laicis.

Decimumquartum est Stephani Papæ Primi epistola 2. cap. 9. cuius verba referuntur etiam in cap. laicis 16. q. 7. licet ex Eulalio Syracusano, vbi dicitur: *Laicu quoque quantumuis religiosis nulla de Ecclesiasticu facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas. Scimus delectissimi, quia semper carnales spiritualas solent persequi &c.* vbi videtur, per laicos quantumuis religiosos nõ intelligi Monachos, tum quia laici vocantur homines carnales: tum quia Monachis data est facultas disponendi de bonis suorum Monasteriorum, quæ computantur inter bona Ecclesiastica, sicut etiam ipsi Monachi computantur inter personas Ecclesiasticas, & ab initio semper gauisi sunt priuilegijs personarum Ecclesiasticarum.

Decimumquintum est Concilij Hispalensis, cui interfuit S. Isidorus, & refertur cap. in nona. 16. q. 7. vbi renouatur decretum Concilij Chalcedon. quod laici non possint constitui Vicarij, siue œconomi Episcoporum. & sunt hæc illius verba. *Indecorum est enim laicum Vicarium esse Episcopi, & seculares in Ecclesia studiare.* hinc habes, temporibus Conciliorum Hispalensis & Chalcedonensis nomine laicorum sæculares personas intelligi consueuisse.

VIII. ALia innumera testimonia ad idem afferri possent recentiorum Pontificum, & Conciliorum nimirum:

Decimum sextum ex D. Gregorio Primo, quod refertur in c. indicatum 89. d. vbi laicos vocat personas sæculares.

Decimumseptimum Calisti Papæ in cap. si quis principum, vel laicorum. 16. q. 7. vbi similiter laicos confundit cum sæcularibus.

Decimumoctauũ Gregorij VII. in cap. Si quis deinceps, cum sequenti. eadem causa & quæstione, vbi prohibentur personæ Ecclesiasticæ accipere suas Ecclesias, vel dignitates de manu laicorum, per laicos vero exponit personas sæculares. Concordat autor sermonum ad Eremitas serm. 37. dicens. *Non intrat per ostium ad Ecclesiam, qui per laicalem potestatem intrat.* & quod per laicos intelligat personas sæculares, antecedentia verba indicant. *Qui sacramẽtum emerit, vel seculari potentia pro se procurauerit &c.* quod testimonium apud Marquez autoritatem irrefragabilem habere debet.

Decimum nonum Alexandri Papæ II. in cap. per laicos ead. causa, & quæstione, vbi prohibet, ne quis accipiat per laicos Ecclesiam, vel etiam habitum monachi.

Vigesimum Paschalis II. in cap. si quis Clericus ibid. vbi dicitur: *Si quis Clericus, Abbas, vel Monachus per laicos Ecclesias obtinuerit, secundum Canones Apostolorum, & Antiocheni Concilij capitulum excommunicationi subiaceat.* vbi vides, etiam temporibus Apostolorum, & Concilij Antiocheni, Monachos æquè distinctos fuisse à laicis, sicut à Clericis.

Vigesimum primum Leonis Papæ. IV. in cap. contra Sanctorum. ibidem. vbi laicos cum sæcularibus confundit.

Vigesimumsecundum Vrbani II. in cap. Decimas ibid. vbi dicitur: *Decimas, & Ecclesias à laicu Monachi non suscipiant, absque voluntate Episcoporum.*

Vigesimumtertium in cap. Ecclesia S. Mariæ. de Constitutionibus, vbi dicitur: *Laicu quantumuis religiosis super rebus Ecclesiasticu nulla est attributa facultas.* quod de Monachis non posset verificari.

Vigesimumquartum in cap. secundum institutа. Ne Clerici, vel Monachi, vbi dicitur: *Secundum testatuta prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi à Clericis, vel laicis suas nouas res firmas habeant, neque laici Ecclesias ad firmam teneant.*

Vigesimumquintum est Siricij Papæ in Epistola ad vniuersos Orthodoxos cap. 2. & 3. vbi distinguit Monachos à laicis, & prohibet primo, ne Monachi ante annum 30. possint ordinari clerici: deinde ne ordinentur Sacerdotes, nisi maturæ ætatis. postea verò cap. 3. prohibet, ne laici immediatè ordinentur Sacerdotes, quod testimonium sub falsõ nomine Ciriaci allegauit pro se, veriùs contra se Ludouicus de Angelis lib. 4. de vita Augustini, c. 8. ad probandum, quod Augustinus ante presbyteratum non erat laicus. vide infra cap 36.

Ex supradictis auctoritatibus constat, quod nomine laicorũ Sancti Patres, & Concilia nõ consueuerunt comprehendere Monachos; imò semper Monachos à laicis distinguere soliti sunt, & nomine laicorum in more habuerunt intelligere personas sæculares contra distinctas ab Ecclesiasticis, siue Clericis, siue Monachis, aut Deo deuotis, aut conuersis, aut Cœnobitis, aut Eremitis, quocunq; illi nomine nuncupentur, dummodo sint personæ verè Ecclesiasticæ, vel Clerici, vel regulares.

QVocirca cum dicat Possidius, (quinimò ipse Augustinus) ipsum Augustinũ toto tempore vitæ suæ ante presbyteratum fuisse laicum, vanum, & falsum, ne plus dicam, videtur dicere, illum fuisse Monachum, vel Eremitam, accepto nomine Eremitæ pro persona verè regulari. Alioquin si fuit verè regularis, proferant mihi aduersarij testimonia fide digna, vel ex B. Augustino, vel ex alijs probatis autoribus, præsertim illorum, vel superiorum temporum, quibus probent, quod aliquando vel Augustinus, vel alii Patres, & Con- IX.

cilia illorum temporum sub nomine laicorum intellexerunt Monachos, siue Eremitas, qui tamen regulares essent (nam de Eremitis incerti habitus, & sedis, quales nunc etiam multi vagantur, non loquimur.) Sane nos vigintiquinque adduximus, quibus non poterunt respondere, nec contradicere omnes aduersarij nostri. Proferant illi duo, aut tria, aut in ore duorum, aut trium testium stet omne verbum. Sed per Dei gratiam spero, quòd nunquam proferent, sicut nec protulerunt: Nam duo illa, quæ protulerunt ex libris Retractationum, frigida nimis sunt.

Siquidem ad primum sumptum ex 2. Retractat. cap. 21. dico, per laicos inferioris propositi non debere, nec posse intelligi Monachos, sed seculares ciues Carthaginenses, qui pro suis studijs diuisi in duas partes, sicut diuisi erant ipsi Monachi, quidam vni parti, quidam alij adhærebant. & verba textus adeo plana sunt, vt vel ipse Marquez à veritate coactus id libentissimè concesserit cap. 5. §. 5. vt videas, illum nõ bona fide egisse, cum infra cap. eod. §. 11. ad contradicendum Canonicis regularibus, & veritati, illa eadem verba Monachis applicauit.

Ad aliud etiam sumptum ex eod. lib. cap. 30. vellem scire ab hoc authore, vnde acceperit, laicos illos, de quibus ibi Augustinus loquitur, Eremitas fuisse, vel Monachos. Quia, inquit, Augustinus vocat illos fratres. at quoties Augustinus, & alij, fratres compellant, quos laicos & seculares fuisse cõstantissimum est, & filios, & vxores habuisse? Sed de hac re inferius plura dicenda sunt. nunc sufficit nobis ostendisse, B. Augustinum toto tempore vsque ad presbyteratum laicum, vel secularem inter laicos vixisse, & quòd nomine laicorum temporibus præsertim B. Augustini ipsi Monachi, vel Eremitæ minimè comprehendebantur.

CAPVT SEPTIMVM.

Quòd B. Augustinus vitam Monasticam, aut Eremiticam non assumpserit, priusquam ex Italia in Africam rediret.

I. Stendimus vniuersali ratione. Beatum Augustinum ante suũ presbyteratum laicalem vitam, non autem regularem, cum laicis, & inter laicos duxisse. Nunc operæ precium erit, eandem veritatẽ per descensum ad particularia confirmare. Nam si ante presbyteratum assumpsit habitum, & institutum Monasticum, siue Eremiticum, vt nonnulli affirmant, vel assumpsit illud in Italia, priusquam rediret in Africã, vel post reditum suum in Africam ad propriam domum, & agros. Ego verò ostendam, neque in Italia, neque in Africa illum ante presbyteratum sãctem, huiusmodi habitum, vel institutum sumpsisse. primum in hoc capite, secundum in sequenti probabo. Et vt à primo incipiam. Si Beatus Augustinus in Italia huiusmodi habitum, & institutum assumpsit, monstrandum est, vbi illud sumpsit, & quando, & à quibus. Respondetur à defensoribus contrariæ sententiæ per sequentes assertiones.

Prima assertio: B. Augustinus statim post baptismum indutus fuit cuculla nigra, & præcinctus zona pellicea ad differentiam Monachorum.

Secunda, Beatus Augustinus indutus illo habitu Monastico, perrexit ad Sanctum Simplicianũ, & vixit cum illo in Monasterio, in quo erant fratres iuxta institutum Pauli primi Eremitæ viuentes, integro anno ferè cum dimidio.

Tertia, cum illi fratres ferè in libertate viuerẽt, B. Augustinus ex præcepto Simpliciani primò inter illos instituit, vt vitam Apostolicam pariter tenerent, & nihil inter eos diceretur proprium.

Quarta, Beatus Augustinus Mediolano discedens & per Hetruriam transiens, visitauit Eremitas in Monte Pisano degentes, cum illis vixit, & duas priores regulas eis tradidit.

Quinta, Beatus Augustinus inde profectus iuit ad Centum cellas, ibique Monasterium Eremitarum fundauit sub inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, & Eremitis ibidem congregatis regulam tradidit: ibi etiam libros de Trinitate inchoauit.

Sexta, post mortem Matris B. Augustinus reuersus est ex ostijs Tiberinis ad Centum cellas, ibique per annum commoratus est, antequam in Africam rediret.

II. Stæ omnes assertiones videri possunt apud Coriolanum in defensorio tum in prima parte, tum etiam in secunda in chronica sui Ordinis, in qua summatim illas perstringit, cui cæteri omnes sui instituti professores sine contradictione subscribũt; & eliciuntur expressè ex Epistola Valerij Hipponensis, ex sermone B. Ambrosij, Epistola Sigiberti, sermonibus ad eremitas, & D. Antonino in vltimo cap. suæ Chronicæ §. 2. Quas assertiones si ostenderimus falsas esse, non ex veris historijs, sed turbidis fontibus haustas, consequenter probatũ erit, quòd B. Augustinus ante suum reditum in Africam nunquam fuerit Monachus, siue Eremita nec cuculla nigra indutus, nec zona pellicea præcinctus. vt à quibusdã asseritur, & prædicatur. id verò probabitur primò rationibus cõmunibus, deinde particularibus. Primo namque cum professio vitæ Monasticæ res grauis sit, & ordinum regularium institutio inter præcipua Sanctorũ opera numeretur, si B. Augustin' in Italia Monasticen coluisset, aut etiam ordinem monasticum, siue vt volunt, eremiticum fundasset, vix ac nè vix quidẽ credibile foret, quòd B. Possidius, qui tanti Patris vitam, mores, & res præclarè gestas notauit, tanti operis oblitus fuisset, & illud silentio texisset: ad-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do vix credibile foret, quin ipse Augustinus, vel in libris confessionum, vel alibi in suis scriptis illius aliquo pacto non meminisset, cum aliorum multorum minoris momenti meminerit: at neque Augustinus, neq; Possidius eiusmodi fundationis, aut etiam monasticæ professionis vllibi memineruntneque qui contra asserunt, locum, vsque ad hanc diem indicare potuerunt, in quo vel etiam in specie talis vitæ ab eo in Italia actæ meminerint. Addo etiam ex Volaterrano, cum Coriolanus, & alij tantopere in autoribus ad hoc probandum conquirendis laborauerint. omnes quotquot protulerunt, pro apocryphis iudicati sunt, vt infra cap. 28.& seqq. videri potest,& nullus autor idoneus. Euidens igitur coniectura hinc sumitur, B. Augustinum ante reditum suum in Africam, Monachum, vel Eremitam minimè fuisse. nec videtur satis esse ad vim istius rationis declinandam, illud respondere, quod Coriolanus multa confidentia scribit, Argumentum ex negatiuis desumptum non probare: Hoc enim minimè verum est, cum de historia res agitur: alioquin liceret nobis pro nostra libidine quiduis contingere & somniare, dummodo antiquis historicis aut illorum temporum, quorum gesta recenserentur, minimè contradiceremus: vt exempli gratia, quòd Troiano Bello Reges Hispaniarum, vel Gallorum præsentes fuerint: quòd Reges Assiriorum multo plures fuerint, quam qui communiter ab historicis numerantur. Et certè si argumentum ex negatiuis, cum de historia agitur, non concludit, cur vnum Mundum à Deo creatum credimus, non plures Mundos? cur dicimus, vnum tantum Diluuium vniuersale totam terram obruisse, non plura diluuia? cur septem tantum credimus esse Sacramenta à Christo instituta, non decem, aut viginti? nam neq; diuina Scriptura negat, plures mundos à Deo creatos, neque multiplex diluuium extitisse, neque dicit, septem tantum Sacramenta à Christo fuisse instituta. Porrò si Catholici ex negatiuis concludunt, vnicum mundum à Deo creatum, & vnicum diluuium vniuersale, & septem tantum Sacramenta à Christo instituta, quia Scriptura non dicit, plures mundos creatos, aut plura diluuia extitisse, aut plura Sacramenta, quam septem à Christo instituta, cur etiam non licebit arguere, B. Augustinum non fuisse Monachum, vel Eremitam? quia neque ipse Augustinus, nec Possidius, qui illius vitam scripsit, neque aliquis autor illorum temporũ idoneus de hoc aliquid scripsit: sed omnes, quotquot de hac re scripserunt neoterici sunt incertæ autoritatis, & qui manifestæ falsitatis conuincuntur, vt in sequentibus patebit.

III. DEinde qui asserunt, B. Augustinum Mediolani, vel in Hetruria vitam Eremiticam duxisse, huic fundamento potissimum nituntur, quod B. Augustinus baptizatus fuerit, non quidem anno ætatis suæ trigesimo tertio, vti res se habet, sed anno ætatis suæ trigesimo, in quo fundamento necesse est illos omnes conuenire, quippe quo negato, totum ædificium vitæ Eremiticæ Augustini, & institutionis eremitarum per Italiam ruit, & in nihilum suum redit. Nam cum tencamus, totam periodum vitæ illius annum 76. non excessisse, cũ etiam constet, illum in Africa post suum reditum ex Italia quadraginta, & tribus annis vixisse, nimirum tribus annis apud agros proprios, & quadraginta in Clericatu, & in Episcopatu, si affirment anno trigesimo tertio baptismum suscepisse, vnum è duobus necessario fateri compellũtur, aut falsa esse omnia, quæ illi fingunt de mãsione Augustini post baptismũ in Monasterio Mediolanensi sub Sancto Simpliciano, & in monte Pisano, & Centum cellis cum eremitis in eis locis degẽtibus: aut certè illum monasticam vitam duxisse, & cum Eremitis vixisse, illisq; regulas vitæ regularis tradidisse cum nondum Christianus esset. & in luto vitiorum hæreret; quæ an vera esse possint, ipsis decernendum relinquimus. cæterum B. Augustinum non anno ætatis trigesimo, sed trigesimo tertio baptizatum fuisse, orẽnsum est superius cap. 4. ad quem locum remittimus. Hoc igitur fundamento sublato, apertissimè ruunt, & in nihilum soluuntur supradictæ omnes assertiones.

Tertio, B. Augustinus, quo mense baptizatus fuit Mediolani, reperit se cum matre, & socijs apud Ostia Tiberina, vt in Africam rediret: Et licet non statim post mortẽ matris in Africam traiecerit, tamen non alibi, quam Romæ commoratus est: ac demum ante elapsum annum ad patriam domum, & ad agros proprios remeauit, vt superius cap. 5. expromet Augustino ostensum fuit. quomodo ergo potuit Mediolani apud Simplicianum per annum cum dimidio, & in monte Pisano, & in Centum cellis altero anno cum dimidio vitam eremiticam duxisse, & eremitis regulas tradidisse, quas fingunt Paulus Bergomensis, & Ambrosius Coriolanus?

IV. DIcetur, esto ita sit, quod B. Augustinus, non triginta, sed triginta trium annorum baptizatus fuerit, & statim post baptismum Mediolano abscedẽs ad Ostia Tiberina contenderit, quid prohibet, illum antequam Mediolano discederet, habitum monasticum, & cucullam eremiticam induisse, & per Hetruriam iter facientem eremitas in ea prouincia degentes visitasse, ac illos sanctis institutionibus, & regulis informauisse?

Respondeo, multa esse, quæ prohibeant. Primo quia cum assertores vitæ eremiticæ B. Augustini ad eam astruendam pro fundamento sibi assumant, quod ille anno trigesimo baptizatus fuerit, & quod triennio in Italia commoratus sit, cum illud fundamentum apertæ falsitatis conuincatur, omnia ruere necesse est, quæ eidem fundamento hærent, iuxta regulam vulgatam ipsius Augustini, qua probat in epist. 8. ad Hieronymum, & alibi, Scripturam sacram etiam in rebus minimis non mentiri: *Quia, inquit, admisso semel in tantum autoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum li-*

brorum particula remanebit, quæ non vt cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis eadem pernicio cissima regula ad mentientis autorũ consilium, officiumq; referatur. Secundo prohibet antiquissima omnium Patrum, & Monachorum consuetudo, quæ nunquam vel neophitos statim baptizatos ad habitum religionis admisit, aut certè admissos sine aliquo magistro, sub cuius disciplina in regularibus institutis instruerentur, & firmarentur, dimittere consueuit. Tertio quod dicant Possidius, & ipse Augustinus, non Monachum, aut Eremitam, sed laicum ex Italia discessisse. Ac tandem, quia si cum habitu, & instituto monastico ex Italia discessit, à quonam huiusmodi habitum, & institutum accepit? an à se ipso, an ab alio? dicunt à B. Ambrosio, vel à Simpliciano: Ergo Augustinus non fuit autor sui instituti, sed instituti alieni professor, maximè si verum est, quod Coriolanus ait, illum accepisse habitũ Pauli primi Eremitæ, & illius institutum tenuisse in monasterio Mediolanensi sub Sancto Simpliciano. Si enim hoc verum est, cur quæso Venerandi Patres Eremitæ B. Augustinum sui Ordinis fundatorem facere volunt? cur suum Ordinem vocant Eremitarum S. Augustini? vocent Ordinem Eremitarum Pauli primi Eremitæ, aut B. Ambrosij, aut Simpliciani, certè Ordinis S. Augustini vocari iure non possunt, nec illũ sui Ordinis fundatorem facere, cum potius ille alterius Ordinis professor fuerit, & alieni habitus gestator.

V. His rationibus communibus præmissis, ostendam nunc singillatim omnes, & singulas supradictas assertiones falsas esse. Et primo ostendo, falsam esse primam assertionem, in qua asseritur, quod B. Augustinus statim baptizatus indutus fuit à B. Ambrosio cuculla nigra, & zona pellicea præcinctus. Hæc enim assertio est manifestè contraria ipsi Ambrosio, cuius verba referuntur in cap. accepisti, il secondo de consecr. d. 4. & Rabbano relato ibidem in cap. post baptismum, & S. Augustino in serm. 157 de tempore. & D. Dionys. de Ecclesiastica Hierarchia cap. de Baptismo, & antiquissimæ traditioni, & consuetudini totius Ecclesiæ hactenus seruatæ, quam probat Card. Bellarm. in lib. de Baptismo cap. 27. secundum quam consuetudinẽ, & traditionem temporibus B. Ambrosij & ante, & post, baptizati non cuculla nigra, sed albis stolis induebantur: quam ob causam hebdomada post Pascha vocatur hebdomada in Albis.

Scio, respondent, qui contra sentiunt, B. Augustinum indutum veste nigra non statim post baptismum, sed paulò post, nimirũ vel in octaua Paschæ, vel postea. Sed cum autoritas tantorum Patrum, & vsus Ecclesiæ ostendat, nuper baptizatos consueuisse deferre vestimenta candida, hæc autoritas, & consuetudo saltem transfert in contrarium asserẽtes onus probandi, quod asserunt, quod illi nullo modo probant, nisi ex autoribus apocryphis, & dubiæ autoritatis, qui contra illos expresse dicunt. Quero enim an sermo ille, qui B. Ambrosio tribuitur, & epistola illa sub nomine Valerij, & alia sub nomine Sigiberti, & testimonium D. Antonini in illo vltimo cap. suæ Chronicæ certam fidem in hoc facere debeant, an non? si certam fidem non faciunt, mendacij conuincuntur, qui dicunt B. Augustinum post baptismum ab Ambrosio cuculla nigra indutum: nam eiusmodi assertio illis autoritatibus solum nititur, nec aliunde probari, quod hactenus viderim, consueuit, sin autem illorum autoritas, certa est, illi dicunt, quod non post octo dies, sed statim post baptismum nigra cuculla fuit indutus. Profero illorũ verba, ne quis me illis imponere arbitretur. D. Ambrosius in serm. illo de baptismo Augustini ita scribit: *Triumphare tamen visus est Augustinus illa præsertim hora, in qua nouum hominem sacro baptismate induimus.* & post pauca; *Nouum Christianum, nouis vestimentis cuculla nigra induimus, singulo ex corio nos ipsi præcinximus, quod Simplicianum nostrum ingenti lætitia donauit.* & quod iste sit sensus verborum D. Ambrosij, audi Antoninum in loco citato §. 2. in princ. *Notandum etiam, quod B. Augustinus habitu religioso in triplici sui statu indutus est: nam primo post conuersionem suam, & baptismum, licit Ambrosium in serm. de baptismo, & Augustini conuersione, hunc S. Augustinum in Christo genitu, & postquam baptizatus eum indui cucullam nigram: & ipse ad differentiam Monachorum se cinxit Zona, pergens ad Simplicianum.* & Sigibertus in epistola ad Macedonium. *Qui baptizatus Augustinum mox ad virum Simplicianum perrexit.* Supponitur autem ab omnibus quod iuerit ad Simplicianum cum habitu monastico, quia dicunt, quod iuit ad illum, vt secum maneret in monasterio: & vt omnis tergiuersandi occasio tollatur, ecce sibi testimonium epistolæ Valerij Hipponensis dicentis: *Qui mox celebratu sacrosancti mysterijs te exutum habitu seculari, sacro baptismatis lauacro perfudit, & Te Deum laudamus, non sine lachrymis te respondente, te Dominum confitemur, præ gaudio cecinit, statimq; talarem nigram tunicam te induit, ita vt omnes e monachum existimarent, nisi zona pellicea præcinctus fuisses, ob tunicæ longitudinem, vt scribit, ad differentiam Monachorum.* Consentit frater Iordanus de Saxonia lib 1. in Vitas fratrum cap. 15. dicẽs, B. Augustinum fuisse indutum tali habitu immediatè post baptismum. Verba illius sunt: *Quod autem B. Augustinus habitu nigro cum zona pellicea nigra vestitus fuerit, quodq; ipse immediatè post baptismum talem habitum, autore Zante B. Ambrosio assumpserit, & quod eodem habitu fratres sui vsi fuerint, apparet expresse ex sermone suo de filio prodigo, & in sermone de cœna Domini, & in sermone ad presbyteros Hipponenses.* Et sanè autor sermonum ad Eremitas hoc expresse etiam dicit in serm. de filio prodigo ad finem, vt videri potest, præsertim in illis verbis: *Sic enim mihi S. Pater Ambrosius, quando me regenerauit in Christo anno ætatis meæ trigesimo, mihi petenti respondit.* Quare vt semel resolutè dicamus, aut dicendum, B. Augustinum mox baptizatum cuculla nigra indutum fuisse, quod sine manifesto

præiu-

præiudicio veritatis, & traditionis antiquissimæ totius Ecclesiæ Catholicæ, & autoritatis ipsorum Ambrosij, & Augustini dici non potest: aut absolutè respuendam nigram cucullam, & zonam pelliceam ab Augustino per manus B. Ambrosij sumptam; vt merito reijci debet, ne ipsos Augustinum, & Ambrosium, & traditionem Ecclesiæ abijciamus.

VI. SEcundo ostendo, falsum esse, quod secundo loco dicunt, B. Augustinum post baptismum illo habitu indutum in monasterio B. Simpliciani cum fratribus secundum institutum B. Pauli primi Eremitæ per annum cum dimidio vixisse. Primo, quia falsum, & prorsus fabulosum est B. Simplicianum fuisse monachum, vel Eremitam: fuit enim Sacerdos Romanus, & Archidiaconus, ac deinde Episcopus Ecclesiæ Mediolanensis, quem Damasus Pontifex B. Ambrosio nuper ex laico ad Episcopatum assumpto ex Vrbe Roma veluti coadiutorem, imò & Magistrum dedit, quemq; vt Magistrum ipse Ambrosius, & vt Patrem semper veneratus est: vt testatur Baronius tom. 4. sub anno 375. num. 20. & seqq. & sub anno 385. nu. 9. & tabulæ antiquissimæ ipsius Ecclesiæ Mediolanen. nec non S. Carolus eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopus in actis eiusdē Ecclesiæ parte 7. Epist. de translatione sancti Simpliciani, & ostendunt etiam antiquissimæ imagines eiusdem Sancti, quæ passim habentur, & seruantur Mediolani in varijs locis Ecclesiarū, & Monasteriorum, præsertim in præclarissimo Cœnobio Sancti Simpliciani Ordinis D. Benedicti, quibus omnibus magis credendum est, quam Coriolano, & similibus. Secundo, quia plusquam falsum est, B. Augustinum per annum cum dimidio, addo etiam per mensem, post baptismum Mediolani commoratum fuisse, vt satis constare potest ex dictis supra cap. 4 & 5. Tertio, quia Paulus primus Eremita non fuit autor alicuius instituti Eremitici, vel Monastici, nec gestauit habitum monasticum, præsertim cucullam nigram, & cingulū coriaceum. Fuit enim Anachorita, & toto vitæ suæ tempore post annum quintum decimum solitarius vixit, & illius indumentum fuit tunica ex foliis palmarum in modum sportæ confecta. Extat illius vita à B. Hieronymo scripta, quæ habetur in tomo. 1. post epist. 169. extāt illius acta in Breuario Romano registrata, vt mirum valde sit, non solum ausos nonnullos scribere, aut in monasterio Mediolanensi sub nutritore Ambrosio illos Monachos, seu Fratres institutum, vel habitum Pauli primi Eremitæ habuisse aut habitū, quem ferunt Ambrosium Augustino dedisse, habitum Pauli primi Eremitæ fuisse, quemadmodum Coriolanus scribit: & multò magis mirum, reperiri homines cordatos, qui eiusmodi assertis fidem adhibere velint

VII. TErtio ostendo, falsum esse, quod dicunt tertio loco, quòd cum illi fratres quasi in libertate viuerent. Beatus Augustinus ex præcepto Simpliciani primo inter illos instituit, vt vitam Apostolicam tenerent. Et quam quæso vitam, si non Apostolicam, tenebant illi boni fratres? Tales enim vocat B. Augustinus eos, qui Mediolani in monasterio sub Ambrosio nutritore degebant, lib. 8. confess. cap. 6. & si fratres illi secundum institutū Pauli primi Eremitæ viuebant, quodnam erat genus vitæ Pauli primi Eremitæ, & aliorum Eremitarum, & Monachorum, nisi institutum vitæ Apostolicæ, quod in obseruatione non solum præceptorum, sed etiam consiliorum positum erat, nimirum in abnegatione sui ipsius propter Christum cum abdicatione omnis proprietatis temporalium bonorum, & custodia castitatis? Deinde quis tam grauem iniuriam non solum bonis illis fratribus, sed ipsis Sanctis Viris Simpliciano, & Ambrosio manifestè irrogatam sine stomacho ferat. vt dicatur, Monasterium illud tantopere à B. Augustino commendatum, sub regimine tantorum virorum, qualis Ambrosius, & Simplicianus erant, vsque in illam diem sine certis legibus vixisse, & opus habuisse à Neophito vix baptizato, ad normam vitæ Apostolicæ perduci? Et vnde obsecro didicit ipse Augustinus eam normam vitæ Apostolicæ, quam secum ex Italia in Africam perduxit, nisi in Ecclesia Mediolanensi, & ab Ambrosianis Clericis, vt S. Carolus Epistola citata scribit? Et qua probabilitate suadet Coriolanus illos fratres ab Augustino adhuc Neophito vitæ normam didicisse, cū ille sui immemor in Chronica de eodem Augustino scribat: *Dictum est, quod quicquid mali egerit, quoniam sui iuris non erat, non sibi, sed Simpliciano, sub cuius viuebat custodia, tribuit.* Nam si mali aliquid agebat, adhuc imperfectus erat, & egebat ipse ad certam viuendi normam ab alijs dirigi, quod in omnibus religionibus bene institutis seruatur, vt iuuenes à senioribus dirigantur, non vt ipsi seniores doceant, & in via virtutis dirigant.

VIII QVarto ostendo, falsum esse, quod quarto loco, ac etiam quinto, & sexto dicitur, B. Augustinum Mediolano abscedentem, altero anno cum dimidio cum Eremitis in Monte Pisano, & in Certum cellis degentibus vixisse, illisque duas regulas tradidisse, tum per ea, quæ dicta sunt supra c. 4. & 5. tum etiam quia illæ duæ regulæ, quas Coriolanus, & quidam alij dicunt, fuisse ab Augustino traditas Eremitis, siue in Italia, siue etiam in Africa existentibus, quæ habentur in primo tomo operum D. Augustini ante tertiam Regulam, quæ vocatur Speculum Clericorum, vel sermo de communi in vita Clericorum, illæ, inquam, ab omnibus doctis, & eruditis pro spurijs & suppositijs, non pro veris Augustini fœtibus respuuntur, circa quas, vt Erasmica censuram omittamus, videri possunt doctores Louanienses, & Cardinalis Bellarm de scriptoribus Ecclesiasticis in Augustinū. Per hæc puto omnibus posse constare, quod B. Augustinus non fuerit Monachus, aut Eremita priusquam ex Italia in Africam rediret.

CAPVT OCTAVVM.

Beatum Augustinum in Africa non fuisse Monachum, aut Eremitam ante presbyteratum.

I. QVi contendunt, B. Augustinum in Italia cucullam Monasticam, seu Eremiticam sumpsisse, & institutа Monachorum in Africam inuexisse, multo magis cõtendunt, illum ad propriam domum, & agros teuersum, vitam Monasticam duxisse: Imò verò, affirmant, priusquam à B. Valerio sacris ordinibus esset initiatus, monasterio in quodam nemore extructo Eremitas ex varijs locis collegisse, & cum illis triennio vitam Eremiticam duxisse: & vt breuibus rem perstringamus, tria Monasteria à B. Augustino fuisse extructa, primum in nemore, siue in solitudine, priusquam factus esset presbyter. Secundum in horto sibi donato à Valerio, cum presbyter est ordinatus. Tertium in domo Episcopali, cum esset assumptus ad Episcopatum. Etsi verò ista sententia confutatione non egeat, vtpotè ex falso principio deducta, nimirum quod B. Augustinus Mediolani cucullam Eremiticam à D. Ambrosio indutus fuerit, & ex fictis narrationibus sermonum ad Eremitas, & Epistolæ Sigiberti hausta, quæ falsa esse, & apocrypha suis locis euidenter conuincemus: nihilominus, vt ex hoc etiam capite omnis dubitandi occasio tollatur, Ostendam nunc, B. Augustinum, antequam à B. Valerio sacris ordinibus esset initiatus, neque aliquod Monasterium instituisse, neque vitam monasticam, siue eremiticam duxisse, neque habitum Eremiticum detulisse. Id vero præter rationem illam generalem superius cap. 6. adductam duplici via demonstratur. Et primò quidem si B. Augustinus ante presbyteratum monasterium extruxit, ac in eo Eremitas collegit, & cum illis vixit, vbinam fuit monasterium illud institutum? Respondet Autor illius Epistolæ sub nomine Sigiberti, quod B. Valerius ipsum Augustinum accersiri fecit, & hortum secretum, & a Ciuitate remotum illi dedit, in quo horto Beatus Augustinus cum cæteris amicis suis in despecto habitu in magna humilitate animis tribus vixit. Deinde cum multitudinem ad se venientium ferre non posset, duobus ferè miliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, vbi cunctis habitationes ex lapidibus construi fecit: ac demum aduenientibus festis Pentecostes, B. Valerius ad illum misisse, & presbyterum licet inuitum eum ordinasse. verum ista hæc verbis non solum Possidij, sed etiam B. Augustini manifestissimè contraria quis ferat? cum ipse Augustinus fateatur, nõ nisi factum presbyterũ se à Valerio accepisse hortum illum, in quo Monasterium constituit, & non Valerium ad illum misisse, vt eum ordinaret, sed à populo, nil tale cogitantem, apprehensum, & Episcopo præsentatum, inuitum ordinatum fuisse. Modestius loquitur autor sermonum ad Eremitas scribens ser. 5. B. Augustinum primũ monasterium extruxisse quidẽ ope, & adiutorio Beati Valerij, non tamen in horto, sed in nemore, siue in eremo à gentibus segregata: postea verò B. Valerium dedisse sibi hortum, in quo ædificauit secundum monasterium, quo adhibito presbyter licet inuitus ab eodem Valerio fuit ordinatus; cui sententiæ consentiunt D. Antoninus loco citato §. 2. siue frater Iordanus lib. 1. cap. 7. & 13. & Volaterran⁹ loco etiam citato. Sed nec ista sententia admittẽda est, cum aduersus illam habeamus apertissima testimonia Possidij, & ipsiusmet Augustini vt statim dicemus. Ideo alij dixerunt, primum illud Monasterium ab Augustino extructum fuisse non apud Ciuitatem Hipponensem, sed in agro Tagastensi, aiunt enim, B. Augustinum, mox vt in patriam redijt, quod ex facultatibus parentum superat vendidisse, & ex eo partem Christi pauperibus dedisse: ex parte vero altera sibi, & socijs tugurium in eremo construxisse, & in eo cum centum ferè religiosis fratribus vitam Monachi traduxisse. ita Cornelius Lancillottus lib. 2. cap. 12. in principio.

II. VErum hæc omnia falsa esse, præter quod ostendit tam aperta sententiarum varietas, & inconstantia, quæ indicat, hos Autores non ex certa scientis, sed diuinando, loqui: Sicut enim verum vero semper constat, ita mendacium nec veritati, nec sibimetipsi constare vnquam potest: Præter hæc inquam, ostendo apertissimis testimonijs, quibus non poterunt vllo modo legitimè contradicere. Primum testimonium est Possidij, qui omnium, aut saltem multorum gestorum Augustini, etiam ante presbyteratum, non solum auritus sed etiam oculatus testis fuit certissimus. & veracissimus. Cũ enim per annos quadraginta eidem Beatissimo Patri inhæserit, vt illemet fatetur in fine sui libri, & cum eo dulciter & familiariter vixerit, & Augustinus ipse non nisi quadraginta annis vixerit in Episcopatu, & Clericatu, necesse erit, Possidiũ vel ante illius presbyteratum, vel statim quando factus fuit presbyter, ipsi B. Augustino adhæsisse. iam tanti viri testimoniũ proferamus de rebus ab Augustino gestis post reditum suum in Africam, & ante presbyteratum: *ac placuit, inquit, ei percepta baptismi gratia, cum aliis ciuibus, & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Africã, & ad propriam domum, agros q; remeare: ad quos venientes, & in quibus constitutus fermè triennio, & a seculi negotijs curu seculi abnuentibus, cum iis, qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiunijs, orationibus, bonis q; operibus, in lege Domini meditans die, ac nocte, & de iis, quæ sibi Deus cogitanti, atque oranti in cellula reuelabat, & præsentes, & absentes sermonibus, ac libris docebat. Contigit forte eodem tempore, vt quidam ex iis, quos dicunt agentes in rebus, apud Hipponem regium constitutus, bene Christianus, Deumq; timens, comperta eius bona fama, atque conver-*

na desi-

III. EX his conuincitur primo, falsu
aiunt Sigibertus, autor sermo
mitat, D. Antoninus, siue frater Ior
onia, Volaterranus, & alij, B. Aug
presbyteratũ extruxisse Monasteriu
ne, siue in eremo, siue in nemore Co

na desideraret, atque optaret eum videre, promittens, se posse huius mundi omnes contemnere cupiditates, atque illecebras, si aliquando ex eius ore Dei verbum audire meruisset. Quod cum ad se fideli fuisset relatione delatum, liberare animam cupiens ab huius vita periculu, morteq; aterna, ad memoratam vltro, atque confestim venit Ciuitatem, & hominem visum allocutus frequentius, atque exhortatus est, quantum Deus donabat, vt quod vouerat, redderet. Hæc si ille facturum de die in diem pollicebatur, nec tamen in eius tunc hoc impleuit præsentia, sed vacare vtique, & inane esse non potuit, quod per tale vas mundum in honore, vtilo domino, ad omne opus bonum paratum in omni loco diuina gerebat prouidentia. Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi catholica Valerius Sanctus Episcopatum gerebat, qui cum flagitante Ecclesiastica necessitate de prouidendo, & ordinando presbytero Ciuitatu plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur, iam scientes Catholici S. Augustini propositum, & doctrinam, manu iniecta, quoniam & idem in populo securus, & ignarus, quid futurum esset, astabat. Solebat autem laicus, vt nobis dicebat ab eu tantum Ecclesijs, quæ non haberent Episcopos, suam abstinere præsentiam. Eum ergo tenuerunt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt &c.

Hæc Possidius cap. 3. & 4. in quibus summatim omnes res gestas eiusdem Augustini perstringens à suo reditu in Africam, vsque ad assumptionem ad presbyteratum inclusiuè sex dicit, quibus si fides adhibenda est, manifestæ falsitatis reuincuntur, quæ supradicti autores quicunq; illi sint, tradunt de monasterio, & cohabitatione Augustini, vel in nemore, vel in solitudine Ciuitatus Hipponensis, vel in eremo agri Tagastensis cum Eremitis. primum est, Beatum Augustinum ex Italia redeuntem ad propriam domum, & agros iuisse. secundum eundem August. in agris proprijs fermè triennio constitutum cũ socijs, & amicis vixisse. tertium quod quo tempore viuebat cum socijs, & amicis in agris proprijs, venit ad Ciuitatem Hipponensem, propter lucrandum Ciuem illum Hipponensem, qui erat agens in rebus. quartum, quod dum Hippone Regio illam ob causam moraretur, & quadam die B. Valerio Episcopo de presbytero Ciuitatis ordinando plebem Dei alloquenti, præsens in populo adstaret, repente. & inopinato apprehensus fuit à populo, & præsentatus Episcopo, ab illo quanquam inuitus, & reluctans presbyter est ordinatus. quintum, quòd illo tempore B. Augustinus erat adhuc laicus. sextum, quod adhuc tenebat agros proprios, ait enim textus, ad propriam domum, & agros proprios remeauit, ad quos veniens, & in quibus triennio fermè constitutus.

III. EX his conuincitur primo, falsum esse, quod aiunt Sigibertus, autor sermonum ad Eremitas, D. Antoninus, siue frater Iordanus de Saxonia, Volaterranus, & alij, B. Augustinum ante presbyteratũ extruxisse Monasterium in solitudine, siue in eremo, siue in nemore Comitatus Hipponensis, illic Eremitas congregasse, & cum illis triennio vixisse, & multo magis falsum esse, quod de alio monasterio in cauernis petrarum à B. Augustino ædificato fingit Sigibertus. Quomodo enim hæc vera esse possunt, si verum est, quod Possidius ait, illum toto triennio vsque ad tempus sui presbyteratus in agris proprijs cum suis amicis, & socijs vixisse? profecto cum inter hæc duo non possit dari medium, aut negandus est Possidius, qui rerum à se narratarũ testis auritus, & oculatus extitit: aut negandi Sigibertus, & qui illum in hoc sequuntur: at testimonium Possidij à nullo sapiente reijci potest. ergo reijcienda omnia, quæ de Monasterio ab Augustino in Eremo extructo, & de Eremitis ibidem congregatis ab istis autoribus gratis. & sine causa finguntur.

IV. SEcundo conuincetur, etiam falsum esse, quod Cornelius Lancillottus, & quidam alij scribunt B. Augustinum statim, vt ad propriam domum redijt, quod reliquum erat sui patrimonij, vendidisse & partem pauperibus distribuisse, & ex parte alia tugurium sibi. & suis Eremitis in eremo extruxisse: nam Possidius aliter dicit, scilicet illum ad agros proprios redijsse, & in illis constitutum triennio vixisse. si vixit in agris proprijs vsque ad presbyteratum: ergo non illos statim vendidit, non in tugurio in Eremo extructo moratus est toto illo triennio.

Tertio conuincitur, B. Augustinum vsque ad suum presbyteratum, licet vitam religiosam in votis habuisset, & omnes mundi curas à seipso iam ablegasset, non tamen verè regularem alicuius ordinis fuisse: sed laicum, & cum laicis vixisse, & propriam domum, & proprios agros vsque in illam diem tenuisse. Quare quod de seipso fatetur ipse Augustinus in serm. 1. de communi vita clericorum: *Vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerent & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus.* non antea accidit, quam B. Pater ad Presbyteratum euectus, monasterium in horto Valerij ad hoc sibi donato instituere cœpisset. & hæc omnia patent ex verbis Possidij. Nunc aliud testimonium ad eandem veritatem comprobandam, ex ipsomet Augustino proferamus.

CAPVT NONVM.

Assertio Capitis præcedentis testimonio B. Augustini confirmatur.

NOn minori euidentia, & certitudine confirmari potest eadem veritas testimonio ipsius Sanctissimi Patris, qui de seipso verba faciens in primo sermone de communi vita Clericorum, ita scribit: *Ego, quem Deo propitio videtis Episcopum vestrum*

I.

strum nouerunt, & quærebam, vbi construerem Monasterium, & viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem seculi reliqueram, & quod esse potui, esse nolui: nec tamen quæsiui esse, quod sum. Elegi in domo Dei mei abiectus esse, magis quam habitare in tabernaculo peccatorum. Ab eis, qui diligunt seculum, segregaui me: sed eis qui præsunt populis, non me coæquaui: nec in conuentu Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem, & abiectum; & placuit illi dicere mihi, ascende sursum, vsq; adeò autem timebam Episcopatum, vt quoniam ceperat esse aliquina iam momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco sciebam esse Episcopum, non illò accederem. Cauebam hoc, & agebam, quantum poteram, vt in loco humili saluarer, non in alto periclitarer: sed vt dixi, Domino seruus contradicere non debet. Veni ad illam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio. Quasi securus peruenì, quia locus habebat Episcopũ. Apprehensus presbyter factus sum, & per hunc gradum ad Episcopatum peruenì. Non attuli aliquid, non veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum ijs indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia hoc disponebam, esse in Monasterio cum fratribus, cognito instituto, & voluntate mea, beata memoria senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni proposiri fratres colligere, compares meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego censum paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerent & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus. Hæc Augustinus. Circa quæ notãda prius, & corrigenda varietas lectionum, quæ ex quorundam licentia irrepsit in hoc textu, quæ triplex est, prima circa illa verba, *vt nobiscum esset in monasterio.* Nam aduersarij contendentes, hunc sermonem à B. Augustino habitum ad suos Eremitas, quam etiam ob causam inter sermones ad Eremitas illum numerant loco istius particulæ nobiscum, ponunt, vobiscum, & legunt, *vt vobiscum esset in monasterio.* verùm si sermo ille ad Eremitas in monasterio degẽtes habitus fuit, vt legendum sit, *vobiscum esset in monasterio*, non autem, *nobiscum.* quid sibi volunt verba illa sequentia inferius in eodem sermone: *Videbo quid sit iure, sicut Deus voluerit, cum pauca fratribus fidelibus honoratis Deo propitio de numero vestro, id est, de plebe vestra.* non ergo ille sermo habitus est in monasterio, neque ad Eremitas, sed in Ecclesia, & ad plebem, vnde non potest recte legi, vt esset vobiscum in monasterio cum fratribus, sed legendum, vt esset nobiscum. Secunda varietas est circa illa verba. *Et quia hoc disponebam, esse in monasterio cũ fratribus.* Quæ lectio est antiquissima, & retenta in Concilio Aquisgrani: & nihilominus à recentioribus mutata est, & positum, *quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus*, & positum aduerbium loci pro pronomine demonstratiuo. Tertia circa illa verba, *nec veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum ijs indumentis, quibus illo tempore vestiebar*: nam loco harum dictionum *ijs indumentis* à nonnullis positæ sunt istæ, his indumentis, ad suadendum, quòd B. Augustinus in Episcopatu teneret illamet indumenta, quę secum tulerat, quando à populo apprehensus, presbyter est ordinatus. quasi eadem essent indumenta hominis adhuc laici, & Episcopi in Ecclesia conciones ad populos habentis: vel quasi illa vestimenta, quæ Augustinus laicus ante presbyteratum ferebat, nec dum veterauissent, & illi adhuc vsui fuissent, quando iam senex illum sermonem ad plebem Hipponensem habebat: illum enim tũc temporis senem extitisse, habes euidenter ex alio sermone qui incipit: Charitati vestræ. ab eodem Augustino eadem de causa, ad eandem plebẽ Hipponensem post paucos dies habito, in quo senem se, & canitie perfusum testatur dicens: *Fateor enim vobis, de preciosa veste erubesco. quia non decet hanc professionem, hanc admonitionem, hac membra, hos canos.*

Hæc autem Augustini verba ostendunt, illum ante presbyteratum, etsi animo statuisset vitam regularem in monasterio cum fratribus ducere, quod non negamus, nec ab aliquo negari potest, nihilominus rem tantam nonnisi post presbyteratum opere perfecisse. quod triplici ratione fit probatur. Primò ex illis verbis: *Et quia hoc disponebam, esse in monasterio.* qui enim aliquid facere disponit, nondum illud opere compleuit, & qui opus absoluit, de illo faciendo non amplius cogitat: habitibus enim præsentibus cessat omnis motus, & transmutatio, vt in 1. de Generatione tex. 55. Aristoteles docet: & qui intelligit, quid sit disposito, vel disponere aliquid facere, simul intelligit, quod nondum id fecit. Si ergò Augustinus ante presbyteratum disponebat hoc, quod est esse in monasterio cum fratribus, nondum cum illis fuerat in monasterio. & licet alij aliter illum textum legant, scilicet: *Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus.* tamen nihil refert, & idem omnino sensus resultat, & eadem vis rationis, quòd qui disponit aliquid facere, illud nondum fecit: nisi quod prima lectio vim huius rationis magis efficaciter exprimere videtur.

Secundo. Idem probatur ex alijs verbis, quæ immediatè subiungit. *Cognito instituto, & voluntate mea, in memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium.* hæc verba indicant, B. Valerium, quando B. Augustinum presbyterum ordinauit, aliquid nuper cognouisse, quod antea non nouerat, scilicet propositum, & voluntatem Augustini fuisse, viuere cum fratribus in monasterio. Hinc deducitur B. Augustinum ante presbyteratum nondum cum fratribus in monasterio vixisse, neque cum cuculla, vel habitu monastico ad ciuitatem Hipponensem accessisse, neque cum tali habitu à populo apprehensum, & B. Valerio oblatum, vt quidam sine fundamento, & probabilitate affirmant. nam si id antea egisset, vel cum habitu monastico, vel regulari ad Ciuitatem accessisset, & B. Valerio oblatus fuisset, satis ex illo cognouisset B. Valerius, illius institutum, & voluntatem fuisse, viuere in monasterio cum fratribus,

nisi

nisi cœcus esset, vel illum apostatam futurum credidisset.

Tertio. Idem probatur ex verbis sequentibus: *Cœpi boni propositi fratres colligere, comparesmeos, nihil habentes, sicut ego nihil habebam, & imitantes me.* Si tunc cœpit Augustinus fratres colligere, qui secum viuerent in monasterio, nihil habentes, & illum imitantes: non ergo ante illud tempus fuerat in monasterio cum fratribus, nec illos in monasterio collegerat: nam qui aliquod opus nunc incipit, antea illud opus nondum egerat, nec inceperat. Alioquin mentitus est Augustinus dicens: *cœpi boni propositi fratres colligere &c.* si ante illud tempus fratres in monasterio collegerat, vel in monasterio cum illis vixerat, vt præfati Autores dixerunt.

II. VIm huius argumenti confirmant, quæ Possidius cap. 5. scribit: *Factus ergo presbyter, monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit, secundum modum, & regulam sub Sancto apostolo constitutam.* Si enim antea in monasterio vixerat, sub qua obsecro regula? vixisse namque illum in monasterio sub nulla regula, assertio est, quæ fidem Sapientum minimè sibi conciliare potest: cum Monachum non faciat habitus, neq; monasterium, sed regularis professio, vt est in prouerbio, & colligitur ex cap. Porrectum extra de Regularibus: Regularis autem professio idem est, atque professio regulæ, vt D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. interpretatur: Dicent, sub regula ab ipsomet conditâ. Sed præterquam quod ab omnibus communiter asseritur, B. Augustinum vnicam tantum regulam scripsisse, quam D. Thomas ad normam regulæ Apostolicæ conquadratam scribit, omnes Regulæ ab Ecclesia Catholica probatæ, à quibuscunque conditæ fuerint, eatenus pro veris probatis, & legitimis sunt habitæ, quatenus deductæ sunt ex ipsamet regula Apostolica, & in illa vel formaliter, vel saltè virtualiter contentæ. Sicut enim omnes ordines regularium ex primæuo illo instituto vitæ communis Christianorum, qui fuerunt in Ecclesia temporibus Apostolorum, veluti ex matrice natæ sunt, quemadmodum Lyranus in Actis Apostolorũ cap. 4 notauit: ita omnes regulæ monasteriorum, ex regula illa Apostolica in eisdem Actis exarata ortum habuerunt, & ad illius archetypum exemplatæ. Quod non solum de regulis Clericorum, verum etiam Monachorum verissimum esse, verba illa Sanctissimi Pontificis Gregorij huius nominis Primi ostendunt, à Gratiano in cap. ex autoritate 16. q. 1. relati. *Sacerdotibus Monachu Apostolorum figuram tenentibus licet prædicare &c.* hinc si B. Augustinus ante presbyteratum in monasterio vitam monasticã, aut eremiticam duxisset, secundum regulam Apostolicam, & sub regula Apostolica ante illud tempus proculdubio vixisset. Mentitus igitur fuisset Possidius scribens, illum factum presbyterum mox secundum modũ, & Regulam sub Sanctis Apostolis institutam viuere cœpisse: at non mentitus Possidius, ergo falsum est, illum ante presbyteratum monasticam vitam in monasterio duxisse.

NOn me latent, quæ Coriolanus in 1. p. defen- III.
sorij cap. 5. ad sextum argumentum ad vim huius rationis, & totius discursus præsentis capitis eneruandam, multis conuitiorum parergis exornata multipliciter effundit, dicens, constare ex ipsiusmet locis B. Augustini, & Possidij, ipsum Augustinum monasterium habuisse, & cum fratribus suis in monasterio secundum regulam Apostolicã vixisse, priusquam presbyter fieret: Sed Fridionarios ad hanc veritatem tegendam ipsorum Doctorum verba ad illorum sensum detruncata protulisse, præsertim textum illum Possidij cap. 5. Integer enim textus illius capitis ita se habet: *Factus ergo presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuique prout cuique opus erat, quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset.* Ecce ex his vltimis Possidij verbis Augustinus illam vitam, quam cœpit in monasterio factus presbyter, ante presbyteratum tenuerat, dum de transmarinis ad propria remeasset. Hoc testimonium Ioan. Marquez cap. 8. §. 6. adeo exaggerat, & magni facit, vt dicat, extra omnem dubitationem positum esse, quod B. Augustinus antequam in Africam remearet, vitam religiosam duxerit in communitate formata.

Verùm vt interim indulgeam hominis trato cõuitia, quæ in Canonicos Lateranen. fundit, ac etiã Ioanni Marquez nimiam facilitatem in credendo, quæ optabat, hæc verba non eas habent vires, ob quas constanter ad eo asserendũ sit, extra omnem dubitationem positum esse, quod B. August. priusquam ex Italia ad Africam remeasset, vitam regularem duxerit in communitate formata. primò quia ex illis verbis: *Quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset.* nisi meus Priscianus me fallit, non colligitur, illum communem vitam cum socijs duxisse, antequam ex Italia in Africam remearet, sed solum postquam ad Africam peruenit. Secundo quia hoc pronomen relatiuũ: *Quod ipse prior fecerat.* non refert omnia verba præcedentia, nec iungendum est cum illis verbis: *Monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cœpit viuere secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam.* sed cum clausula sequenti. *Maximè vt nemo quidquã proprium in illa societate haberet: sed essent illis omnia communia, & distribueretur vnicuique, prout cuique opus erat.* Sequitur enim statim: *Quod iam ipse prior fecerat &c.* & hunc esse verum, & germanum sensum istorum verborum, præter quod verba ipsa præferunt; Ostendo ex Cardinali Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino in censura sermonum ad Eremitas ita scribente: *Sermones ad fratres in Eremo videntur magna ex parte confici, Dicit enim author illorum sermonum, Augustinum*

digisse

degisse in solitudine cum Monachis, ibiq; ad eos sermones ipsos habuisse: At constat ex Possidio in vita S. Augustini, Augustinum post baptismum Mediolani susceptum redysse in patriam ad propriam domum, & agros, ibiq; tres annos cum paucis amicis suis in commune vixisse: deinde factum presbyterum Hipponensem, monasterium habuisse intra ipsam Ecclesiam, ibiq; cum nonnullis vitam Apostolicam duxisse. Hæc tantus vir, quem non est dubium, aut partium studio addictum talia scripsisse, aut Possidij verba minimè intellexisse.

IV. SEcundo dico, ex postremis illis verbis, *quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad propria remeasset.* nō solum Augustini Monachismum, sed ne Christianismum quidem nobis sufficienter constare, nisi aliunde ille probaretur. nam ex eiusmodi verbis nil amplius nobis cōstat, quam quod post reditum ad Patriam, communem vitam duxerit cum socijs & amicis: at dico, & iterum repeto, ex vita cōmuni ipsius Augustini baptismum non sufficienter probari, nisi ex alio capite illum probare possemus. Quod vt certo certius probemus, & errorum nebulas, quæ nonnullorum oculos obfundunt, de medio tollamus, vnum maximi ponderis notandum est, quod colligitur ex eodem Augustino lib. 6. Confess. cap. 14. videlicet Sanctissimum illum virū communem, & socialem vitam multorum amicorum, quibus essent omnia communia, semper adeò dilexisse, ac in votis habuisse, vt non solum postquam factus est presbyter, sed etiam ante baptismum, & cum libidinis, & peccati seruus nihil de baptismo cogitaret, eiusmodi vitæ genus cum multis amicis suis numero fermè duodecim Mediolani degētibus condixisset: illudq; opere perfecissent, nisi mulierculæ, quas eorum nōnulli habebant cum animi ingenti mœrore illos à proposito disturbauissent. Quæ omnia ab ipsomet loco præcitato scripta sic accipe: *Multis amicis agitaueramus animo & colloquentes, & detestantes turbulentas humanæ vitæ molestias, penè iam firmaueramus, remoti à turbu ociosè viuere, id ocium sic moliti, vt si quid habere possemus, conferremus in mediū, vnamq; rem familiarem conflaremus ex omnibus, & per amicitiæ sinceritatē non esset aliud huius, aliud illius, sed quod ex cunctis fieret vnum, & vniuersum singulorum esset, & omnia omnium.* paulo inferius de Romaniano sibi amicissimo verba faciens, qui eidem vitæ socialis maximè instabat: *Sed (inquit) posteaquam cœpit cogitare, vtrum hoc mulierculæ sinerent, quæ & alij nostrorum iam habebant, & nos habere volebamus, totum illud placitum, quod bene firmaueramus, dissiluit in manibus, atq; confractum est: inde ad suspiria, & gemitus conuertebamur.* vides hinc, quam frigidum, & leue argumentum ex vita communi ab Augustino ante presbyteratum acta ad vitam Eremiticam, & cucullam monasticam probandam afferatur, quod ne dum ad illius Christianismum demonstrandum sufficeret, nisi aliunde illum probaremus. Non detrecto itaque, B. Augustinum ante presbyteratum cum socijs, & amicis communem vitam apud agros prorios, imò verò ante suum reditum in Africam egisse, id namq; præter verba Possidij superius posita, indicat ipse Augustinus nono Confess. cap. 8. sic dicens. *Simul eramus simul habitabamus Placuit Sancto, quærebamus quisnam locus nos vtilius haberet seruientes tibi, pariter remeabamus ad Africam.* Non etiam negauerim, illum post susceptum baptismū altiori consilio, & sancti Spiritus impulsu ad illam communem vitam summoperè in Actis Apostolicis commendatam, & ad contemptum bonorum temporalium excitatum: sed hoc solum contendo, ex illa communi vita, quam apud agros proprios cum amicis ante presbyteratum duxerat, ostendi sufficienter non posse, illum per id temporis monasterium aliquod instituisse, vel in monasterio vitam regularem in communione formata duxisse. Nam præter communem vitam, quæ, vt dixi, etiam in non baptizatis esse poterat, alia multa ad Ordinē regularem instituendum, & ad Monasterium fundandū, & ad vitam regularem formandam requiruntur, nimirum certus habitus, & regulæ professio cum votorum emissione, de quibus habes apud Dionysium cap. 6. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, quæ omnia communi illi vitæ ab Augustino ante presbyteratum institutæ deerant. Et præter illa decrat etiam autoritas fundandi Monasterium, quæ penes Episcopos, aut saltem Sacerdotes, & Parochos, non autem penes laicos manebat, ex Concilio quarto Carthaginensi tempore ipsius Augustini celebrato, ex Chalcedonensi, & alijs relatis in cap. quidam Monachorum 18. q. 2. ex quibus habes, circa tempora Augustini consuetudinem generalem totius Ecclesiæ fuisse, vt Monachi sine conscientia suorum Episcoporum Monasteria, vel cellas extruere non possent.

Denique si Beatus Augustinus statim reuersus in Africam Monasterium fundauit, & Ordinem instituit, & illum professus fuit, quæro de illo ordine, an fuerit ordo antiquus ab alio institutus, vel ab ipsomet Augustino excogitatus. Quod fuerit ordo ab alijs prius institutus nullus affirmat; quod vero fuerit ordo primitus ab ipso excogitatus, omni specie probabilitatis carebit, si Basilium, Pacomium, Benedictum, Norbertum, Dominicum, & vtrumque Franciscum, & alios intueamur, quotquot Regularium Ordinum Fundatores fuerunt, cum neminem viderimus, nisi post exploratam per multos annos regularem disciplinam, quam cæteris imponere volebant, religiosos congregare, & illis viuendi regulas tradere voluisse. Sed reliquum est, iam vt contrariæ assertionis fundamenta perpendamus.

CAPVT

CAPVT DECIM

Argumenta, quibus non bant B. Augustinū a byteratum, Eremitā, nachum fuisse, perper & soluuntur.

I. QVia teste Philoso libro de Anima, obliqui Iudex est in præcedentibus dimus, cum dixi Augustinum ante tum non monach inter laicos vixisse, ponderabimus nu orum rationes, quibus nostræ asserti us veritati nebulas obfundere pro v tur. Primum illorum argumentum testimonio B. Ambrosij in sermone conuersione & baptismo, iunctis ep Valerij Hipponensis ad Augustinum ad Macedonium, nec non etiam serm us Augustini ad Eremitas, ex quibus tenter habemus, B. Augustinum sta tum, ab Ambrosio, vel Simpliciano v dutum, & zona pellicea præcinctum vitam susceepisse. ita recentiores, pleri ducunt, præsertim Frater Iordanus Bartholomeus Vrbinas, Petrus de Na ciscus Petrarcha, Truxillo, Volaterran numeri. Sed maximè D. Antoninus i partis Summæ historialis.

Huic argumento, vt plenè satisfac primis dicendum mihi occurrit, si hæ Augustini cuculla, & vita eremitica e probabilis aliquo modo videri posse maximè suspectam reddi, quod ad il dam necesse fuerit mēdacia tam mani tentosa figmentare, vt Baronij verbis dis vtar, qualia sunt figmenta sermon mine Ambrosij de Augustini conuersi tismo, & B. Augustini ad Eremitas, & sub nomine Valerij Hipponensis, & alia, de quibus inferius distinctè agend ostendemus, illa non esse ab Auto quorum nomina præseferūt, sed ab al posteribus pro illorum commodo co mentito nomine Ambrosij, Augustin in plebibus pertulgata. Quorum si au fulti recentiores, non seiparantes preci & amarum pro dulci degustantes, dixe gustinum cucullatum, vel Eremitam rum autoritas magnifieri non debet, partes formales in eadem causa se ipsi runt, quales fuerunt Frater Iordanus & Bartholomeus Vrbinas, Coriolanus

CAPVT DECIMVM.

Argumenta, quibus nonnulli probant B. Augustinũ ante presbyteratum, Eremitã, aut Monachum fuisse, perpenduntur, & soluuntur.

I. QVia teste Philosopho in primo libro de Anima, rectum sui, & obliqui Iudex est, vt rectè nos in præcedentibus locutos ostẽdimus, cum diximus, S. Patrem Augustinum ante presbyteratum non monachum, sed laicũ inter laicos vixisse, ponderabimus nunc aduersariorum rationes, quibus nostræ assertioni, seu potius veritati nebulas obfundere pro viribus nituntur. Primum illorum argumentum colligitur ex testimonio B. Ambrosij in sermone de Augustini conuersione & baptismo, iunctis epistolis Beati Valerij Hipponensis ad Augustinum, & Sigiberti ad Macedonium, nec non etiam sermonibus ipsius Augustini ad Eremitas, ex quibus omnibus patenter habemus, B. Augustinum statim baptizatum, ab Ambrosio, vel Simpliciano veste nigra indutum, & zona pellicea præcinctum monasticam vitam suscepisse. ita recentiores, plerique; omnes deducunt, præsertim Frater Iordanus de Saxonia, Bartholomeus Vrbinas, Petrus de Natalibus, Frãciscus Petrarcha, Truxillo, Volaterranus, & alij innumeri. Sed maximè D. Antoninus in vlt. cap. 3. partis Summæ historialis.

Huic argumento, vt plenè satisfaciam, illud in primis dicendum mihi occurrit, si hæc sentẽtia de Augustini cuculla, & vita eremitica ex alio capite probabilis aliquo modo videri posset, ex hoc vel maximè suspectam reddi, quod ad illam suadendam necesse fuerit mẽdacia tam manifesta, & portentosa figmentare, vt Baronij verbis infra allegãdis vtar, qualia sunt figmenta sermonum sub nomine Ambrosij de Augustini conuersione, & baptismo, & B. Augustini ad Eremitas, & epistolarum sub nomine Valerij Hipponensis, & Sigiberti, & alia, de quibus inferius distinctè agendum erit, vbi ostendemus, illa non esse ab Autoribus edita, quorum nomina præseferũt, sed ab aliquibus impostoribus pro illorum commodo conficta, & sub mentito nomine Ambrosij, Augustini, aut aliorũ in plebibus peruulgata. Quorum si autoritate suffulti recentiores, non separantes preciosum à vili, & amarum pro dulci degustantes, dixerunt, B. Augustinum cucullatum, vel Eremitam fuisse, illorum autoritas magnifieri non debet, maximè qui partes formales in eadem causa se ipsos præstiterunt, quales fuerunt Frater Iordanus de Saxonia, & Bartholomeus Vrbinas, Coriolanus, & alij eiusdem instituti. Testimonium verò D. Antonini, in quo magni m præsidium recentiores nonnulli sibi ipsis constituunt, præsertim Ioannes Marquez qui per singulas fere paginas illud exaggerat, & commendat, tam imbecillum est, vt vix responsum mereatur, non quod B. Antonini auctoritas magna non sit, sed quia in eo capitulo, si D. Antonini est, de qua re dubito, non ex propria sententia, sed ex sola relatione cuiusdã religiosi Ordinis Eremitarũ loquitur, cui relationi, vtpotè falsæ, ille in multis contradicit, vt ex principio illius capitis apparet, quod sic incipit: *De Sacro Ordine Eremitarũ S. Augustini, qui in priuilegijs interdum mendicantes cõputantur, quæ inuenti hic refero. Quidam religiosus dicti Ordinis fecit scribi: Reuelatũ fuit Prophetico Spiritu Abbati Ioachimo, &c.* Ecce tibi cuius ponderis sit testimoniũ B. Antonini in illo cap. ad cucullam eremiticã B. Augustini confirmãdam. Contraria omnia pene scribit de B. Augustino ipse Antoninus ex propria sententia loquens supra tit. 10. cap. 8. per multos paragraphos, in quibus Augustini res gestas ad lõgum describit. Quis vero fuerit religiosus Ordinis Eremitarum, ex quo illud postremum capitulum tertiæ partis accepit, consulas Fratrem Iordanum de Saxonia in suis libris in Vitas Fratrũ nuncupatis, vbi contenta in dicto capite omnia reperies.

II. SEcundum Argumentum, quod magnifacit Ioannes Marquez cap. 8. §. 5. B. Augustinus post baptismũ aliquãdiu fuit cũ S. Simpliciano, qui fuit Eremita, & etiam in Monte Pisano, & in Centum Cellis cũ Eremitis moratus est. Fatetur ipse Augustinus lib 9. Confessionũ cap. 12. ad funus piissimæ suæ Matris multos fratres, & personas religiosas accurrisse. quæ res præter testimonium ipsius Augustini multipliciter probatur, & primo ex Breuiario Ecclesiæ Bracharensis lect. 5. & 6. in officio S. Augustini. Secundo ex Licentio Augustini comite in codẽ itinere Italico, cuius verba referuntur à B. Augustino in Epistola 39. Tertio ex Martino Papa V. in sermone de trãslatione Beatæ Monicæ, vt omittamus Franciscũ Petrarchã, Ioannẽ Baptistam Mantuanum, Bartholomæum Vrbinatẽ, Iacobũ Philippum Bergomensem, & alios recentiores.

Huic argumento, priusquam respondeã, dato, & non concesso, quod Simplicianus fuisset Eremita, vel Monachus, & quod B. Augustinus fuisset cũ Simpliciano, vel cum alijs Eremitis in Monte Pisano, & in Centum cellis, & alibi, quid inde? num ex hoc conuinceremus, illum Monachũ, vel Eremitã extitisse? minimè profectò. Quot enim fuerunt, & nunc sunt laici religiosi Dei cultores, qui cũ Monachis, & aliis regularibus etiam intra claustra diuturnã necessitudinem, & familiaritatẽ habent, & cum illis in monasterijs longo tempore viuunt, nec tamen sunt Monachi, nec alicuius regularis instituti professores? Sed vt argumento per partes singulas occurramus, primùm nego, B. Simplicianum fuisse vnquam Monachũ, vel Eremitã. Videantur, quæ de illo scribit Card. Baron. tom. 4.

sub anno 374. nu. 22. & seq. & sub anno 385. nu. 9. & tom. 5. sub anno 397. nu. 52. quibus Acta Ecclesiæ Mediolanensis adstipulantur, & Sanctus Carolus eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopus in actis ipsius Ecclesiæ par. 7. in Epist. 5. de translatione S. Simpliciani, ex quibus habes, illum non Monachum, vel Eremitam fuisse, sed presbyterum Romanum, vitæ sanctitate, & doctrinæ eruditione celeberrimum, quibus Victorinũ Rhetorem illius temporis præstantissimum ex cultu simulacrorum ad Christi fidem cum totius Vrbis admiratione conuerterat: quem Damasus B. Ambrosio ex laico ad Episcopalis dignitatis gratiam euecto, & in rebus Ecclesiasticis minus versato Archidiaconum & adiutorem dedit. Illum enim Ecclesiæ Mediolanensis Archidiaconum fuisse, illius Ecclesiæ tabulæ & picturæ vetustissimę ostendunt. Quibus omnibus, vt appareat, quantum Augustini cum Simpliciano familiaritas ad cucullam eremiticam suadendam præstet, subiungam hic verba S. Caroli Archiepiscopi ex præcitata Epist. 5. de Translatione S. Simpliciani: *institutionem* (inquit) *vitæ communis Hipponensium Clericorum à Simpliciano presbytero professã, ab eo, Augustinum apprime edoctum, ad quem & libros de Trinitate post modum Augustinus scripsit, veluti aurũ probans ex affatu, &c.* Didicit igitur Augustinus à B. Simpliciano institutionem vitæ cõmunis, quam suos Clericos Hipponenses docuit, non quam eremitæ in solitudine ducebant.

Sed vt omisso Simpliciano ad Augustinum veniamus. Vbi quæso docet Augustinus velin libris confessionum vel alibi, se in Monte Pisano, vel in Centum cellis cum eremitis subsistisse, vel eremitas allocutum, vel illos saltem in transitu vidisse? nam ego quantacunque attentione illos libros, & alios plures legerim, hoc inuenire nunquam potui, nec Marquez locum notauit. illud etiam doceri vellem, ex quo Augustini loco habeatur, ad funus pijssimæ illius Matris multos fratres eremitas occurrisse? dicet ex verbis illis, quæ lib. 9. confession. cap. 12. leguntur: *Audito autem, quod ageretur, conuenerunt multi fratres, ac religiosæ fœminæ, & de more illæ, quorum officium erat, funus curantibus. ego in parte, vbi decenter poteram, cum eis, qui me non deserendum esse censebant, quod erat temporis congruum, disputabam.* Sed Marquez semper in eadem Salebra hæret, vt quoties nomen fratres, vel fratrum apud Augustinum, vel alios Patres auditum fuerit, de suis Eremitis intelligi necesse sit, quod illius pace magis negligendum est, quam vt sit aliqua ratione confutandum. Sensus illorum verborum est, ad exequias Beatæ illius fœminæ celebrandas multos Christianos pios, multas fœminas religiosas de more occurrisse, & illius funeri associando, & corpori tumulando piam operam dedisse: non quod fratres Eremitæ, qui tunc temporis nusquam, & nihil erant, vel ex Monte Pisano, vel ex Centum cellis aciti illuc volauerint.

III. AD testimonium Licentij, fatcor illum B. Augustini discipulũ, & comitem itineris, præsertim Italici fuisse. Sed quod ille dixerit, B. Augustinum, siue in Italia, siue in Africa eremitam fuisse, aut cum eremitis vnquam vixisse, hoc falsum esse contendo. Verba Licentij ab eodem Augustino in dicta Epistola 39. recitata inter alia hæc sunt.

Omnibus transactos reuocet si pristina soles.
Latificũ autora otiũ, quos libera tecum
Otia tentantes, & candida iura bonorum,
Duximus Italiæ medio, montesq; per altos.

Fatetur Licentius his verbis, se cũ Augustino per altos Italiæ montes otia libera tentando, & candida iura bonorũ sectando, lætos dies plurimos duxisse. sed hoc ne est, Licentium cum Augustino in Monte Pisano, vel in Centum cellis vitam eremiticam duxisse? an nullus cũ Augustino lætos dies & libera otia, id est Philosophiæ studia, sic ab illo appellata, præsertim lib. 6. Confess. cap. 14. & lib. 9. cap. 3. 4. & 8 in medio Italiæ, vel in eius montibus ducere potuit, nisi cum eremitis in Monte Pisano, vel apud Centum cellas vixisset?

Sed ait Marquez pag. 120. satis apertè Licentiũ indicasse, de eremitis se locutum fuisse, dum ait:

Otia tentantes, & candida iura bonorum.

Nam illorum verborum sensus legitimus hic est, S. Augustinum in illis montibus personis religiosis simplicissimis, & à populorũ strepitu remotissimis leges tradidisse; quod idem Augustinus indicauit lib. 9. Confess. cap. 8. cum ait, Euodium, qui prius fuerat miles, & ante Augustinum baptizatus fuerat, cum vidisset, ipsum Augustinum cum Adeodato, & Alipio non solum baptizatum, sed etiã Monachum, relicta militia seculari, socium se illis adiunxisse. *Qui habitare* (inquit) *facit vnanimes in domo, consociasti nobis & Euodium iuuenem ex nostro municipio: Qui cum agens in rebus militaret, prior nobis ad te conuersus est & baptizatus, & relicta militia seculari accinctus est in tua.* Commentatur Marquez hæc verba in hunc modum, quod illorum sensus sit, Euodium relicta militia seculari accinctum fuisse in militia Christi per ingressum religionis, & assumptionẽ cuculiæ eremiticæ, & relicto cingulo ensis, quod erat signum militiæ secularis, assumpsisse zonam pelliceam eremiticam. Quod commentum non ille prior cogitauit, sed à Coriolano cap. 1. & alibi acceptũ retulisse debuerat. Verũ hæc omnia (quod illius pace dixerim) falsa sunt, non ex Augustino, aut ex Licentio accepta, sed de proprio hausta, maximè quod ait, Euodium adhæsisse Augustino, quod illum viderit monachum, aut cucullã nigra indutum. Vbi enim Augustinus hoc dixit? Vbi etiam, quod Euodium reliquisse militiam seculi, & accinctum fuisse in militia Christi, idem sit, quod Euodium factũ esse Eremitã Augustinanũ, assumpta cuculla nigra præcincta cum zona pellicea? Augustinus de baptismo Euodij, & illius conuersione in illis verbis loquitur, per quam ille abrenunciaris militiæ Satanæ, & huius mundi factus

est mi-

est miles Christi: at hoc ne est mona
eremitam? num soli Eremitæ Augu
balteum coriaceum cingunt, mili
cantur? an non omnes Christiani
ab Apostolo dicuntur 1. ad Corinth
ad Corinth. 10. & 1. ad Timoth. 1. &
ctorum Patrum agmina omittam?
ta seruorum Dei militia non est sup

IV. AD testimoniũ Breuiarij Eccles
sis respondeo, tenendã esse tra
siæ Romanæ, quæ est Catholica, &
illius Breuiarijs fidem adhibendam:
cessarium esse, fidem adhibere trac
Breuiarijs huius, aut illius Eccles
præsertim in ijs, in quibus Ecclesiæ
explicitè, vel implicitè contradicun
ditio illa Ecclesiæ Bracharensis. N
Romana in Breuiario nuper reform
Augustinum anno ætatis suæ 33. fac
initiatum, corruũt statim omnia, qu
B. Augustini cum Eremitis, siue Mo
Monte Pisano, siuè in Centum Cel
siuè ab Ecclesia Bracharensi, siuè ab
particularibus Ecclesijs. Præter quo
non puto, neque prorsus à veritate
cari, illam traditionẽ astu aliquius pa
sim in Ecclesiam Bracharensem, & illi
irrepsisse, per quã viam alios plures
tiquum Breuarium Romanum obr
facit antiquum Breuarium Augustæ
editum anno 1520. quod Romæ i
Sanctæ Mariæ Pacis nostri Ordinis f

Ad aliud testimonium desumptur
Martini Papæ V. respondeo. Primun
re, an ille sit sermo illius Pontificis, a
phæi Vegij, aut alterius sub nomine
tificis, ad fidem sibi conciliandam inv
hoc est virisimponere, cũ constet de
sermonibus, & epistolis in gratiam hu
ab incertis Autoribus cõfictis, & sub
ctorum Ambrosij, Augustini, Valer
invulgatis, de quibus suo loco dicem
esto ille sit sermo habitus ab illo Pont
detur, Sanctos Patres in sermonibus
ad populos erudiendos, siuè ad pieta
dos, opinionibus non solum veris, s
pro veris à popularibus habebãtur, vt
do ad populos excitandos ad pietate
Talis erat fortasse temporibus illius P
nio illa in vulgus sparsa, quod B. Aug
diolano in Africam reuertens, eremit
Pisano, & in Centum Cellis degente
Et tandem, vt demus, Summũ Pontifi
pria sententia locutum, & opinionem
secutum, quid inde? S. Pontifex hoc s
B. Augustinus per Tusciam proficisce
loca ibidem existentia visitauit: Sed
Pontificem Augustinum verum Ere
nigra, & cuculla nigra indutum dix

est miles Christi: at hoc ne est monachum fieri, vel eremitam? num soli Eremitæ Augustiniani, & qui balteum coriaceum cingunt, milites Christi vocantur? an non omnes Christiani milites Christi ab Apostolo dicuntur 1.ad Corinth. 9. & 14. & 2. ad Corinth. 10. & 1.ad Timoth. 1. & 2.cap. 2. vt Sanctorum Patrum agmina omittam? an denique vita seruorum Dei militia non est super terram?

IV. AD testimoniũ Breuiarij Ecclesiæ Bracharensis respondeo, tenendã esse traditionẽ Ecclesiæ Romanæ, quæ est Catholica, & Apostolica, & illius Breuiarijs fidem adhibendam: non autem necessarium esse, fidem adhibere traditionibus aut Breuiarijs huius, aut illius Ecclesiæ particularis, præsertim in ijs, in quibus Ecclesiæ Romanæ, vel explicitè, vel implicitè contradicunt. talis est traditio illa Ecclesiæ Bracharensis. Nam cũ Ecclesia Romana in Breuiario nuper reformato tradat, B. Augustinum anno ætatis suæ 33. sacro baptismate initiatum, corruũt statim omnia, quæ de mansione B. Augustini cum Eremitis, siue Mediolani, siuè in Monte Pisano, siuè in Centum Cellis traduntur, siuè ab Ecclesia Bracharensi, siuè ab alijs quibusuis particularibus Ecclesijs. Præter quod temerarium non puto, neque prorsus à veritate alienum suspicari, illam traditionẽ æstu alicuius partium studiosi in Ecclesiam Bracharensem, & illius Breuarium irrepsisse, per quã viam alios plures errores in antiquum Breuarium Romanum obrepsisse, fidem facit antiquum Breuarium Augustæ Taurinorum editum anno 1520. quod Romæ in Monasterio Sanctæ Mariæ Pacis nostri Ordinis seruatur.

Ad aliud testimonium desumptum ex sermone Martini Papæ V. respondeo. Primum, non constare, an ille sit sermo illius Pontificis, aut potius Maphæi Vegij, aut alterius sub nomine Romani Põtificis, ad fidem sibi conciliandam invulgati. neque hoc est viris imponere, cũ constet de alijs pluribus sermonibus, & epistolis in gratiam huius opinionis ab incertis Autoribus cõfictis, & sub nomine Sanctorum Ambrosij, Augustini, Valerij, & aliorum invulgatis, de quibus suo loco dicemus. Secundò esto ille sit sermo habitus ab illo Pontifice, respondetur, Sanctos Patres in sermonibus popularibus, ad populos erudiendos, siuè ad pietatem hortandos, opinionibus nõn solum veris, sed etiam quæ pro veris à popularibus habebãtur, vsos esse, quando ad populos excitandos ad pietatem iuuabant. Talis erat fortasse temporibus illius Pontificis opinio illa in vulgus sparsa, quod B. Augustinus Mediolano in Africam reuertens, eremitas in Monte Pisano, & in Centum Cellis degentes visitauerit. Et tandem, vt demus, Summũ Pontificem ex propria sententia locutum, & opinionem Vulgarium secutum, quid inde? S. Pontifex hoc solũ ait, quod B. Augustinus per Tusciam proficiscens eremitarũ loca ibidem existentia visitauit: Sed hoc non est, Pontificem Augustinum verum Eremitam veste nigra, & cuculla nigra indutum dixisse. & dato quod hoc etiam dixisset, tanquã priuatus Doctor, non tanquam Summus Pontifex, & Caput Ecclesiæ Catholicæ locutus est: & ideo illius testimonium non maioris auctoritatis æstimandũ est quam alia testimonia particularium Doctorum.

V. TErtium Argumentum, B. Augustinus fatetur, quando baptizatus cum socijs in Africam redibat, se fratres sui Ordinis socios habuisse, & cum fratribus in Africa vixisse, prius quam presbyter ordinaretur. Loca Augustini sunt innumera, Primum, in 9. Confess. cap. 12. *Audito autem quid ageretur, conuenerunt multi fratres, & religiosæ fœminæ, & de more illis, quorum officium erat, funus curantibus.* Secundum, in libro 1. Retractationum c. 26. *Quoniam ab ipso tempore iuuentutis meæ interrogabar à Fratribus, postquam in Africam venimus, quando me vacantem videbant.* Tertium, in epistola 148. vbi ait, quando à Valerio factus est presbyter, multos ex Fratribus sui Monasterij præsentes fuisse illius ordinationi, qui eum flentem cum viderent, solari nitebantur. *Et hinc erant* (inquit) *lachrymæ illæ, quas me fundere in ciuitate ordinationis meæ tempore nonnulli Fratres aduerterunt: & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum nõ pertinerent, tamen bono animo consolati sunt.* Monet autẽ Ioan. Marquez cap. 5. §. 5. vbi hoc argumentum adducit notandam esse dictionem, *Fratres*, vel à *Fratribus*, hæc enim dictio indicat, illos, de quibus loquitur, religiosos siue regulares, non simplices laicos fuisse.

Hoc argumentum inferius repetendũ est. Nunc quod ad rem attinet, dico, nomen fratris, aut fratrum non esse aliqua lege obnoxiũ, ad semper portandum significatum Fratrum Eremitarum, etiam si literis maiusculis scribatur. Obseruandum enim est, sex modis posse aliquos appellari fratres.

Primò quia descendunt ab vno principio naturali, siue immediatè, siue etiam mediatè: & hoc pacto dicti sunt fratres Cain, & Abel, Genesis cap. 4. Esau & Iacob. Gen. 25. Abraham, & Loth. Genes. 13. & omnes Iudæi dicti sunt fratres. 2. Machabæorum cap. 1.

Secundò quia descendunt ab vno, & eodem patre secundum generationem spiritualem: sic omnes Christiani dicuntur fratres, quia omnes vnum Patrem agnoscunt, & protestantur in Cœlis, Matthæi cap. 6. hoc pacto Summi Pontifices, & Sancti Patres omnes Christianos in suis sermonibus ad populos, nomine fratrum appellare consueuerũt. Elegãter de more Chrysostomus homil. 15. in epistolam ad Hebræos: *Si enim quis frater* (inquit) *nominatur in vobis; fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intelligi, non monachum tantum. Quid autem est, quod facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum Patrem?* Vide reliqua, quæ etiam referuntur in c. ad mensam 11. quæst. 3.

Tertiò quia conueniunt in eodem ordine. hoc pacto Episcopi ad inuicem vocantur fratres, imò

etiam dicuntur fratres Domini Papæ c.fratrem. 86.d.c.quia fratres.7.q.1.c.frater.16 q.1. & ſtilus Cancellariæ Apoſtolicæ eſt, vt in literis Pontificijs, quæ Epiſcopis diriguntur, Epiſcopi vocentur fratres.

Quarto, quia participant in eodem officio. Sic Pontifex Romanus, quando loquitur de toto Collegio Cardinalium, vocat illos fratres, cap. fundamenta, de elect. in 6. & nota gloſ. ibidem in verbo fratres. & cap. 1. de officio legati in 6. quia Collegium Cardinalium participat cum Summo Pontifice in eodem officio regendi Eccleſiam.

Quinto ex quadam humilitate, & charitate: ſic Saluator noſter vocauit Lazarum fratrem. Ioan. cap 11. ſic Clemens Papa vocauit clericos Ieroſolimis cum Iacobo degentes, ſuos fratres. cap. dilectiſſimis. 12. quæſt. 1. eodem modo loquendi vtitur Octaua ſynodus, cuius verba referuntur in cap. ſi quis frater. 11. quæſt. 3. ſi tamen eſt canon illius ſynodi.

Sexto ex inſtitutione & quia conueniunt in habitatione, & in modo viuendi. ſic ab initio naſcentis Eccleſiæ conſuetudo obtinuit nominandi fratres eos omnes, qui in eodem loco habitarent, quibus eſſet cor vnum, & anima vna in Deo, vna ſubſtantia & vnus mos tendendi in Deum, ſiue illi clerici eſſent, ſiue monachi, ſiue etiam laici: de qua re elegantiſſimè & doctiſſimè Auguſtinus in Pſal. 132. circa illa verba: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* cuius aurea verba eſſent hinc tranſcribenda, maximè propter eos, quibus nomen Fratrum etiam inter religioſos gratum olet, niſi quod in aliorum libris tranſcribendis, vt noſtros oneremus, longiores eſſe non poſſumus. in hoc ſenſu etiam laici viuentes in eodem Collegio, vel quomodolibet in vno Collegio vniti dicuntur fratres, & multo magis monachi, imò etiam clerici hac ratione dicuntur fratres, & ſunt textus expreſſi non ſolum B. Auguſtini in ſerm. 1. & 2 de Communi vita cler. ſed etiam in Decreto c. accuſatores, & cap. Clericus il 3.46.d. & cap terrulas. 12. q. 2. & cap. quæſitum. 13. quæſt. 3. & in cap. relatum. de præbend.

Omnibus ſupradictis modis vſus eſt B. Auguſtinus hoc nomine fratrum in ſuis libris. & primo quidem modo vſus eſt in lib. de Beata vita, ſtatim poſt proœmium, cum ait. *Erant autem in primis noſtra mater, cuius meriti credo eſſe omne, quod viuo. Nauigius frater meus, Trigetius, & Licentius ciues, & diſcipuli mei.* & lib. 9. confeſſionũ cap. 11. cum inquit: *ego ſi flebam, & fleui frenebam. Frater autem meus quidã locutus eſt, quo eam non peregre, ſed in patria defungi tanquã faliciũ optaret.* ſecundo modo vſus eſt nomine fratrum lib. 9. confeſſ. cap. 12. in fine cũ ait: *oro peccatum meum fleat ipſe ad te Patrem omniũ fratrum Chriſti tui,* & cap. 13. in fin. in illis verbis: *meminerint cum affectu proparentum meorum in hac luce tranſitoria, & fratrum meorum ſub te patre in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Ieruſalem.* & ſupra cap. 7. in princip. *non longè coperat Mediolani ſis Eccleſia gemu hoc conſolationis, & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus, & cordibus.* eſtque modus vſitatiſsimus, & frequentiſsimus apud Auguſtinum, quoſcunque baptizatos appellare nomine fratrum, addo etiam Cathecumenos, nam in eodem lib. cap. 4. vocat Alipium fratrem ſuum, quem tamen ſubiũgit. fuiſſe tunc cathecumenum, cũ ipſo Auguſtino cathecumeno in villa Caſiciaco nuncupata. Iuxta tertium, & quartum modum vſus eſt hoc nomine, tum in 9. Confeſſ. cap. 13. vbi vocat omnes ſacerdotes fratres ſuos dicens: *& inſpira Domine Deus meus, inſpira ſeruis tuis fratribus meis, filijs tuis dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis ſeruio, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam eius coniuge,* &c. & in epiſtolis paſsim, vbi dum ad Epiſcopos ſcribit, eos ſemper titulo & nomine fratrum ſalutare conſueuit. Quinto etiam modo ex humilitate, & charitate conſueuit omnes fideles ſubditos, ſiue clericos, ſiue laicos hoc nomine amoris, & charitatis pleno vocare; ita paſsim in ſermonibus ad populum, vt in homil. 9. ex lib. quinquaginta homiliarum in principio, cum inquit: *fratres, interrogemus conſcientias noſtras.* & in ſerm. 1. de communi vita cleric. cum inquit, *videbo: quid ſit iure, ſicut Deus voluerit cum pauciis fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero veſtro, id eſt de pleb. veſtra.* vt alia eiuſmodi ſexcenta exempla omittamus. Iuxta ſextum modum vſus eſt etiam hoc nomine pluribus in locis, vt in eodem ſerm. 1. de communi vita cleric. cum ait: *& quærebam, vbi conſtruerem monaſterium, & viuerem cum fratribus meis.* non quod tunc haberet monaſterium, & fratres in ordine regulari viuentes, ſed quia illos habere optabat, ſicut optabat habere monaſterium. & infra. *Cœpi boni propoſiti fratres colligere compares meos,* &c. & in ſerm. 2. cum ait, *Nuncio ergo vobis vnde gaudeatis, quia omnes fratres, & clericos meos, qui mecum habitant, presbyteros, diaconos, & ſubdiaconos, & Patritium nepotem meum, tales inuenit quales deſiderauit.* & lib. 8. Confeſſ. cap. 9. cum ait: *Et erat Monaſterium Mediolani plenum bono fratribus extra vrbis mœnia.* & in expoſitione Pſal. 132. cum ait: *Iſta enim verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia tam in cantico, quam in intellectu etiam monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt.* iuxta hanc acceptionem Auguſtinus etiam antequam monaſteria fundaſſet, aut regulare inſtitutum profiteretur, vocabat omnes ſuos ſocios & amicos fratres, præſertim illos, qui ſecum ſocialem vitã in cõmunione ducebant, ſicut patet ex 9. Confeſſ. cap. 4. vbi vocat Alipium fratrem cordis ſui: & ex lib. 1. Retract. cap. 26. cum ait: *Quoniam ab ipſo primo tempore conuerſionis noſtræ vnum in Africam venimus, ſicut interrogabat à fratribus, quando me vocare videbant.* & in eodem ſenſu fortaſsis

eſt lo-

eſt locutus in d. ſerm. 1. de commu
rum, cum dixit, quod quærebat l
ſtrueret monaſterium, & viueret
fortaſsis enim loquebatur non ſolũ
quos poſtea in monaſterio collegit
qui ſocialem vitam, & communẽ
proprijs ducebant, qui ſecum in
volebant. Neque ex hoc poteſt in
tunc eſſent monachi, vel eremitæ
lum quod ſimul viuebant, habent
animam vnam, & ſubſtantiam com
modum tendendi in Deum: ſicut
fratres, qui numero centum vigi
poſt Chriſti reſurrectionem, Spiri
linguis igneis acceperunt, & illi qui
am ſimul vniti Dominum reſuſcit
& illi, qui omnia vendentes, & pre
poſtolorum ponentes, ſimul viueba
laici, de quibus omnibus videas
enarratione eiuſdem Pſal. 132. & vt
vocati fuerint fratres, nõ tamen fui
vide epiſtolam Auguſtini 64. ad A
ginenſem, vbi commendatur, & lau
quod poſtea quam Auguſtinus fa
monaſterium inſtituit, & in eo viuc
dum modum, & regulam apoſtolic
Alipius in corũ ſocietate manere, &
vitę amplecti voluerit. Quod aperte
um, qui vnus erat ex Auguſtini ſoc
vixiſſe, vt tamen ante extructum il
um, liberum illi eſſet, ſi voluiſſet,
recedere. Aliàs enim vanè laudare
profeſſus, quod nollet recedere à fo
batis, & Monachorum.

VI. HÆc omnia longius fortaſſe, c
proſecutus ſum, vt appareret,
& leue ſit fundamentum, quod qui
unt in hoc nomine, ſiue prænomin
probandum, quod Auguſtinus hab
rium, & monachos ante presbyter
patet etiam reſponſio ad autoritate
guſtino pro illorum ſententia alle
primam dico, quod nomen fratru
ſecundo modo, & ſimiliter dico ad
dato quod accipiatur ſexto modo
tur, quod Beatus Auguſtinus in A
fratres ſecum viuentes in communi
detrecto, non ſequitur, illos fuiſſe v
vel eremitas alicuius certi ordinis re
fores; ſicut ex hoc, quod v.g. in Coll
Oratorij, vel Apollinaris, & alijs Ro
bus, communis, & ſocialis vita ducit
inferri, quod illi ſint verè regulares
tam in eiſdem collegijs ducunt: ſic
infertur, quod qui ſunt de Societa
Roſarij, vel Stigmatũ, vel Corrigiæ,
nachi, vel Eremitæ regulares, quia n
vel ſororum ſeſe inuicem compell
runt. Ad tertiam verò autoritatem

est locutus in d. serm. 1. de communi vita clericorum, cum dixit, quod quærebat locum, vbi construeret monasterium, & viueret cum fratribus: fortasis enim loquebatur non solùm de fratribus, quos postea in monasterio collegit, sed de amicis qui socialem vitam, & communē cum illo in agris proprijs ducebant, qui secum in monasterio esse volebant. Neque ex hoc potest inferri, quòd illi tunc essent monachi, vel eremitæ cucullati: sed solum quod simul viuebant, habentes cor vnum, & animam vnam, & substantiam communē, & vnum modum tendendi in Deum: sicut illi vocati sunt fratres, qui numero centum viginti simul vniti, post Christi resurrectionem, Spiritum sanctum in linguis igneis acceperunt, & illi quingenti, qui etiam simul vniti Dominum resuscitatum viderunt, & illi, qui omnia vendentes, & pretia ad pedes Apostolorum ponentes, simul viuebant, licèt essent laici, de quibus omnibus videas Augustinum in enarratione eiusdem Psal. 132. & vt videas illos, etsi vocati fuerint fratres, nō tamen fuisse monachos, vide epistolam Augustini 64. ad Aureliū Cartaginensem, vbi commendatur, & laudatur Alipius, quod postea quam Augustinus factus presbyter monasterium instituit, & in eo viuere cœpit secundum modum, & regulam apostolicam, ipse quoq; Alipius in corū societate manere, & illum modum vitæ amplecti voluerit. Quod apertè indicat, Alipium, qui vnus erat ex Augustini socijs, ita cum illo vixisse, vt tamen ante extructum illud monasterium, liberum illi esset, si voluisset, ab illa societate recedere. Alias enim vanè laudaretur monachus professus, quod nollet recedere à societate sui Abbatis, & Monachorum.

VI. Hæc omnia longius fortasse, quam par esset, prosecutus sum, vt appareret, quam frigidū, & leue sit fundamentum, quod quidam constituunt in hoc nomine, siue prænomine Fratrum, ad probandum, quod Augustinus habuerit monasterium, & monachos ante presbyteratum, per quæ patet etiam responsio ad autoritates ex eodem Augustino pro illorum sententia allegatas. Nam ad primam dico, quod nomen fratrum ibi accipitur secundo modo, & similiter dico ad secundam: & dato quod accipiatur sexto modo, & inde sequatur, quod Beatus Augustinus in Africa habuerit fratres secum viuentes in communi, quod minimè detrecto, non sequitur, illos fuisse verè monachos, vel eremitas alicuius certi ordinis regularis professores; sicut ex hoc, quod v. g. in Collegio societatis Oratorij, vel Apollinaris, & alijs Romæ existentibus, communis, & socialis vita ducitur, non potest inferri, quod illi sint verè regulares, qui talem vitam in eisdem collegijs ducunt: sicut etiam non infertur, quod qui sunt de Societate sanctissimi Rosarij, vel Stigmatū, vel Corrigiæ, sint verè Monachi, vel Eremitæ regulares, quia nomine fratrū, vel sororum sese inuicem compellare consueuerunt. Ad tertiam verò autoritatem sumptam ex epist. Augustini 148. dico, salua reuerentia, falsum esse illum sensum, quem Marquez tribuit verbis D. Augustini, quod videlicet fratres illi, qui ordinationi Augustini interfuerunt, & illam, quibus poterant, verbis consolari studuerūt, essent fratres de monasterio ipsius B. Augustini; quod probo euidenter ex Possidio, qui cap. 4. idem factum recensens ita scribit: *Eum ergo tonuerunt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu, & desiderio fieri, perstrig, petentibus magnoquè clamore, & studio flagitantibus. Vbertim eo flente, nonnullis quidem lachrymas eius, vt nobis ipse retulit, tunc superbe interpretantibus, & tanquam eum consolantibus, ac dicentibus, quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatui. Cum ille homo Dei, vt nobis retulit, maiori consideratione intelligeret, ac gemeret, quam multa, & quam magna suæ vitæ pericula de regimine, & gubernatione Ecclesiæ imprendere, & prouenire spectaret, atque ideo fleret.* Hi ergo fratres illi erāt, qui eum flere videntes, consolati sunt, illi inquam, qui eum apprehensum Episcopo ordinandum intulerunt, non eremitæ ex monasterio adducti, quod Augustinus nullum tunc temporis habebat: quorum nonnulli eius lachrymas deteriorem in partem accipientes, per simulationē, & sub specie consolationis illum subsannabant, quamquam non videā, quomodo sine manifesta iniuria sui Ordinis, & sanctissimi Patris dici possit, illum in suo Monasterio, ac præsertim in illius primordijs, tales alumnos temerarios, simulatores, & tanti Parentis irrisores habuisse, & si Sanctissimus Pater in dicta epist. 148. pro summa, quæ illius erat religio, & modestia, illorū temeritatē dissimulare, ac etiam piè interpretari voluerit, cum dixit: *Nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum nō pertinerent, tamen bono animo consolati sunt.*

CAPVT VNDECIMVM.

Alia argumenta contra eandem veritatem excogitata referuntur, & soluuntur.

QVartum argumentū, quo nonnulli recentiores, & præsertim Ioan. Marquez cap. 5. §. 10. & 11. vtuntur, sumitur ex verbis Possidij cap. 2. ita scribentis: *Moxquè ex intimis cordis medullis ad Deum conuersus, spem omnē, quam habebat in sæculo deliquit, tam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores sæculi quærens, sed soli Deo seruire statuit, in illo, & ex illo pusillo grege esse studens, quē Dominus alloquitur dicēs: Nolite timere pusillus grex, quoniā complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynā, &c. & illud, quod iterū dixit Dominus, idem vir sanctus facere cupiens: si vis esse perfectus, vade omnia, quæ habes, &c. & erat tūc* I.

annis maior triginta, sola superstite Matre nomine Monica, sibi adhærēte, & de suscepto eius proposito seruiēdi Deo amplius, quàm de carnis nepotibus exultante. Similia ferè verba habet idēmet Augustinus lib. 9. Confess. c. 8. & sequentibus. Ex istis verbis rectè ponderatis multæ rationes deducuntur ad suadendum, quod B. Augustinus simul cum baptismo vitā monasticam assumere statuerit. Prima sumitur ex perfectissima renunciatione omniū bonorum temporalium, & proposito seruiendi Deo in numero illorum, de quibus scriptum est, *noli te timere pusillus grex, &c.* hoc enim nil aliud est, nisi propositū seruiendi in monasterio, & inter monachos, qui tria consilia profitentur, in quibus summa perfectionis Euangelicæ consistit.

Secunda sumitur ex illis verbis: *Et de suscepto eius proposito seruiendi Deo amplius, quam de carnis nepotibus exultante.* Nam propositum apud graues autores, præsertim antiquos, significat professionem monasticam, vt videri potest apud D. Augustinum li. 2. Retractationum cap. 21. & apud Possidium in Prologo, cum ait: *Memor propositi mei.* Id est, vt glossat Marquez, monachatus mei. & apud Hieronymum in Epistola ad Nepotianum.

Tertia deducitur ex eo, quod ait Possidius, illum vt Deo liberius posset inseruire, Scholasticis renunciasse, quos Rhetoricen docebat, quod indicat, illum simul cum baptismo vitam monasticam animo concepisse: nam aliàs ob solā Christianam professionem necesse non fuerat Scholasticis renunciare.

Quarta deducitur ex proposito seruiendi Deo, & ex hoc Epiteto, serui, aut seruorum Dei, quod Epiteton à sanctis Patribus consueuit tribui personis regularibus, quales sunt monachi, vt probat Marquez dicto cap. 5. §. 10. ex Dionysio, Possidio, Saluiano Massiliensi, Gregorio Romano, & multis alijs.

II. ET hæc omnia confirmantur ab illo §. 11. per autoritatem D. Thomæ in 2. 2. quæst. 189. art. 10. vbi proposita quæstione, an liceat religionem ingredi absque multorum consilio, & matura deliberatione, Respondet affirmatiuè, quia non opus habemus consilio ad deliberandū, an ingressus religionis sit melius bonum: sed solum potest cadere sub consilio, an quis sit aptus religioni, vel an melius sit ingredi hanc religionem, quam illam. & ad tertium ait, quod sub deliberatione cadere non potest, vtrum aliquis debeat renunciare omnibus, quæ possidet, vel si hæc faciēdo, ad perfectionem peruenire possit: sed hoc cadit sub deliberatione, vtrum hoc, quod facit, sit abrenunciare omnibus, quæ possidet; quia nisi abrenunciauerit, non potest Christi esse discipulus. & subiungit, quod timor eorum, qui trepidant, an per religionis ingressum possint ad perfectionem peruenire, esse irrationabilis ex multorum exemplo conuincitur: vnde Augustinus dicit in 8. Confess. c. 11. *Aperiebatur ab ea parte, qua intenderam faciem, & quo transire cogitabam, casta dignitas continentiæ, honesti blandiens, vt venirem, neque dubitarem, & extenderā ad me suscipiendum, & amplectendum pias manus, plurimorum bonorum exemplorum. ibi tot pueri, & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines, anus, & in omnibus ipsa cōtinentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater gaudiorum de marito te domine: & irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret, tu non poteris, quod isti & istæ? An verò isti, & istæ in semetipsis possunt, & non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis, &c.* Hoc Augustini exemplum ex sententia D. Thomæ indicat, illum simul cum baptismo vitam Eremiticam proposuisse, inquit Marquez, alioquin D. Thomas extra rem illud adduxisset, ad eos redarguendos, qui ad religionis ingressum pauerent. Hunc istius viri discursum ita summatim perstringere volui, ne si præterijssem, præcipuū illius opinionis argumentum data opera à me dissimulatum inclamaret.

AD totum istū discursum posset vnica responsione satisfieri, si diceremus, ex eo solum concludi, quod B. Augustinus cum baptismo simul proposuerit diuino seruitio deinceps totus incumbere & omnibus mundi curis, carnis illecebris, diuitiarum cupiditatibus, & alijs diaboli laqueis vale dicere, & ex animo firmiter renunciare, quæ à diuino seruitio illum auertere aliquo modo possent, non tamen quod per hoc vitam Monasticam, vel Eremiticam profiteri voluerit. Quoti enim fuerunt, & nunc sunt, qui corpore in sęculo degentes, & laici cum laicis viuentes, vtuntur hoc mundo, tamquam nō vtantur, & in carne ambulantes non secundum carnem viuunt, vt Apostolus ait? Quoti etiam Clerici omnibus mundi cupiditatibus depositis in sęculo viuētes, ad summam Christianę perfectionis perueniunt absque eo, quod vitam monasticam, vel eremiticam assumant? Ecquis, obsecro, summam totius perfectionis Euangelicæ Augustinianis Eremitis solis credidit, vt nullus perfectè mūdo renunciare, aut Deo seruire potuerit, nisi inter Augustinianos Monachos, aut Eremitas? An non perfectus Abraham, cui dictum ambula coram me, & esto perfectus? An non perfecti Apostoli? An non perfectus Paulus, qui dixit, volo autem omnes homines esse sicut me ipsum? An non perfecti Paulus, & Hilarion, qui licet Eremitæ, non tamen Cœnobitæ, sed Anachoritæ fuerunt? An non perfecta Maria Egyptiaca, Alexius Romanus, & alij innumeri, quorum animi gaudent in Cœlis, & nomina, ac reliquiæ venerantur in Ecclesia, quorum tamen nullus fuit Eremita, vel Monachus Ordinis D. Augustini? III.

NEque verò ponderationes Marquez tanti ponderis sunt, vt magnoperè elaborandum sit pro illarū dissolutione, nam ad illud, quod Primo loco obijcitur, propositū seruiendi Deo cum abdicatione omnium bonorum temporalium esse propositum vitæ monasticæ, vel eremiticæ, & si vt in pluribus, non tamen est vniuersaliter, & absolutè IV.

lutè verum: infiniti enim sunt, qui omnia propter Deum pauperibus distribuunt, & nudum Christum nudi sequuntur, & tamen non sunt Monachi, neque Eremitæ.

Ad Secundum respondeo, propositum seruiendi Deo per quandam excellentiam, & anthonomasiam à Patribus vsurpatum pro statu religionis, nõ tamen in eo sensu, quod nullus extra Religionem verum propositum Deo seruiendi habere, & in eo dẽ proposito esse, & verè manere possit. hoc enim dicere non solum falsum puto, sed etiam erroneum, cum multi in seculo sint in vero proposito seruiendi Deo, & verè seruientes sine professione Religionis. Quare voluntaria omnino est illa glossa Ioan. Marquez, quæ verba Possidonij in proemio libri de vita Augustini *memor propositi mei* de monachatu sic interpretatur, *memor propositi mei*, id est monachatus mei.

Ad Tertium dico, multas fuisse causas, propter quas B. Augustinus ante baptismum Scholastic is suis renunciare voluit, quæ ex eodem accipiuntur. Prima quod exercitium illud videretur sibi nundinatio verborum, & mendaciorum, ad pecunias, & inanem gloriam acquirendas, & ad belle forensia excitanda, quæ tuta conscientia, & sine peccato vix fieri posset. hanc rationem assignat ille met lib. 9. Confess. cap. 1. & 2. vocans cathedram illam cathedram mendacij. *Peccasse me, inquit, in hoc quisquam seruorum tuorum fratrum meorum dixerit, quod iam pleno corde militia tua passus me fuerim vel vna hora sedere in cathedra mendacij.* Secunda fuit dolor pectoris, ob quem, vt ibidem cap. 2. ait, cogebatur magisterij illius farcinam aut omnino deponere, aut si curari, & conualescere potuisset, saltem intermittere. Tertia quia totus diuino seruitio, & meditationi diuinarum scripturarum vacare decreuerat, à qua summopere exercitium illud auertebat: quæ ratio passim habetur ex toto lib. 4. demum quia post baptismum ad patrios lares redire iam decreuerat. Sed Ioan. Marquez ex industria istas rationes dissimulauit, vt vel non veram, vel non adæquatam rationem introduceret.

Ad Quartum admitto, epiteton seruorum Dei personis regularibus tribui consueuisse, ita vt non adeò illorum proprium censeatur, quod nullus verus Dei seruus censendus sit præter Augustinianos Monachos, vel Eremitas, vel quod statim, atque aliquem hoc titulo decoratum legimus, inter Monachos, vel Eremitas referre necessariò debeamus. Nam & Paulus seruum Dei se nominat, & Romanus Pontifex seruum seruorum Dei se profitetur in frontibus suarum epistolarum, & tamen nec Paulus Augustianus Eremita fuit, nec Romani Pontifices Eremitarum mancipia se facere volunt. Et Augustinus vocat Simplicianum seruum Dei lib. 8. Confess. c. 1. qui non monachus, sed clericus fuit, quicquid Eremitæ remurmurent. & lib. 9. cap. 7. vocat Ambrosium seruum Dei, & omnes Sacerdotes, & ministros altaris lib. 9. cap. 13. in fine & omnes de statu peccati ad pœnitentiã conuersos eod. lib. 9. c. 2. ac demum seipsum nondum baptizatum, sed tamen cathecumenum eod. lib. 9. cap. 4. in princ. vt planè videas, quid viriũ habere possit istud epiteton seruorum Dei, ad Augustini, vel suorum Eremiticen probandam.

Ad postremam confirmationem ex D. Thoma petitam respondetur, mentem D. Thomæ esse ibi loci ostendere, quod non debet aliquis propter impedimenta, quibus Diabolus, Mundus, & Caro nos ab ingressu Religionis auertere nituntur, ab illius ingressu retardari; quia etsi non possimus illa propria virtute vincere, possumus tamen cum diuino auxilio, quod Deus paratum nobis offert. quod confirmat testimonio, & exemplo D. Augustini, cui de abrenunciando Satanæ, & de baptismo suscipiendo apud se recogitanti, cum Diabolus impedimenta prauæ consuetudinis cum fœmina prius habitæ, & alia multa obijceret, Spiritus sanctus ex aduerso innumera non solum virorũ fortium, sed puerorum, & puellarum, & omnis ætatis, & sexus virorum, & mulierum exempla apponebat, qui carnis illecebras repugnantes vicerunt, & virginalem continentiam vsque ad senectam, & senium seruantes, cum diuino auxilio gloriosissimos triumphos de hostibus retulerunt. & hæc est summa verborum Augustini, & D. Thomæ, ex quibus non colligitur, quod B. Augustinus tempore baptismi sui monasticam vitam animo conceperit, sed solum perfectam renunciationẽ mundi, & Diaboli, & illecebrarũ carnis, & occasionem labendi rursus in peccata, quod vt quis ad baptismum benè dispositus accedat, firmiter statuere debet. Nec propter hoc, quod cum voto baptismi simul votum vitæ monasticæ non habuit, sequitur, illius testimonium, vel exemplum malè fuisse à D. Thoma allegatum; sufficit enim quod hoc testimonio, vel exemplo probetur, nullum propter metum impedimentorum, quæ nobis obiiciuntur ab hostibus, debere ab ingressu Religionis retardari: quia etsi non possimus illa propria virtute vincere, possumus tamen cum auxilio diuino superare.

ET hæc, quæ hactenus diximus, sufficiunt, ni fallimur, ad totius discursus vim eneruãdam. sed nihilominus secundo loco respondetur, exhoc discursu satis probabiliter elici, B. Augustinum vnà cum baptismo ipsam vitam regularem in votis habuisse, non tamen post baptismum immediatè, vel etiam ante presbyteratum habitum, vel institutum religionis assumpsisse. Quoti enim sunt, qui religionem ingredi firmiter statuerunt, & voluerunt, nec tamen ipsum votum opere secuto statim impleuerunt? & sanè propositum seruiendi Deo, si verborum vim, & efficaciam attendamus, non semper, neque frequenter significat statum religionis, sed desiderium ipsum religionem ingrediendi, vt satis patet. & re vera iste videtur esse planus, & germanus sensus illorum verborum Possi-

dij: *Et de fuscepto eum proposito seruiendi Deo amplius quam de carnis nepotibus exultante.* Quæ verba eundem sensum redolent, quem alia eiusdem Augustini ser. 1. de com. vita Clericorum, cum ait: *Cognito instituto, & voluntate mea beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, &c.* Quæ verba non significant statum vitæ regularis iam inchoatum, & formatum, sed propositum desiderio, & voluntate conceptum. Addo etiam, hoc nomen propositum, apud Augustinum significare votum continentiæ perpetuæ, cum abdicatione rerum temporalium, abstrahendo tamen ab ingressu religionis: & in hoc sensu dixit Augustinus scribens Bonifacio Comiti in epist. 70. *Cum ergò te esse in hoc proposito audiremus, naufragisti, vxorem què duxisti.* Et hoc fuisse propositum Augustini ante presbyteratum, indicant verba Possidij cap. 2. & 4. & ad omnē dubitationem tollendam adde tex. in cap. si quis virorum 30. d. vbi declaratur, nomine propositi, intelligi votum continentiæ.

Dices, saltem ex hoc sequitur, quod si statim post baptismum non fuit monachus, tamen cum baptismo ipsam vitam monasticam, vel eremiticam in votis habuit, quam. n. aliam vitam religiosam in animo habere poterat cum ipse non optaret fieri clericus, sed multo magis clericatui reluctaretur? Respondeo, mihi certissimum videri, illud vitæ genus cum in animo habuisse, quod se Romæ, ac Mediolani vidisse fatetur, quodq; summopere laudauit in 1. lib. de moribus Ecclesiæ cap. 33. illud verò non erat genus monachorū, vel eremitarum. sed genus quoddam religiosorum, qui in Ciuitatibus à conuersatione hominum remotissimi, in vna domo plures simul viuentes communem vitam simul ducebant, quibus præclarissimum elogium ibi decinit: ex quo etiam loco habemus verum intellectum eorum, quæ de monasterio Mediolanensi pleno bonis fratribus sub Ambrosio Nutritore scribit libro 8. Confess. cap. 6. vel si concedamus, B. Augustinum ab initio suæ conuersionis vitam eremiticā animo concepisse, illud pro comperto tenendum est, eam non fuisse vitam eremiticam, cœnobiticam, siue monasticam, sed solitariam, siue anachoriticam. ita enim de se ipso fatetur ipsemet lib. 10 Confess. cap. 43. *Conterritus peccatis meis, & mole peccatorum, & miseria mea cogitaueram in corde, meditabar vsq. fugam in solitudinem. sed prohibuisti me. & confirmasti me, dicens. Ideo pro omnibus Christus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant. sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* Quod tamē desiderium opere non complcuit, vt ex eisdem verbis apparet.

VI. NOn me fugiunt alia dicta huius auctoris innumera, quibus suam opinionem suadere nititur. sed triplici de causa illa omitto. primo ne præceptum Aristotelicum transgrediar, quo monemur, non esse disputandum contra quamlibet opinionem sermonis gratia dictam, nec oportere laborare ad soluēdam quamlibet litigiosam rationem. Secundo, quod illa ex testibus D. Augustini, vel aliorum Doctorum falsò, vel perperam allegatis magna ex parte desumpta fuerint, de quibus inferius peculiaris tractatio nobis habenda erit. Tertiò, ne iuxta regulam traditam à D. Augustino lib. de Bono perseuerantiæ cap. 10. eiusmodi rationes alicuius momenti æstimare videremur, quas maluerim disputatione cohibere, quam silentio præterire. Præsertim quod ex dictis satis patet, B. Augustinum ante presbyteratum, vel monachum, vel eremitam nunquam fuisse: sed inter laicos vitam laicalem, licet communem cum socijs, & amicis apud agros proprios in Tagastensi comitatu vixisse.

CAPVT DVODECIMVM.

Primum monasterium in horto Valerij à B. Augustino presbytero institutum, non Monachorum, aut Eremitarum, sed Clericorum extitisse.

COgitauerat ergo sanctissimus I. Pater ab initio conuersionis suæ Deum, firmiterq; apud se statuerat ad apicē Euangelicæ perfectionis per omnimodam rerum sæcularium renunciationem, & consiliorum obseruantiam contendere cum trium votorum. professione. Verùm rem ipsam ante presbyteratum opere nullatenus complecterat: sed factus Presbyter monasterium intra Ecclesiam, (inquit Possidius) mox instituit: & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub sanctis Apostolis constitutam. De hoc nulli dubitant id omnes pro comperto habent. Cæterum cuiusnam instituti illi essent, quos in eo monasterio instituit, & cum quibus vixit secundum modum & regulam Apostolicam, an monastici, vel eremitici, an verò Clericalis, non est vna omnū sententia, nec desunt, qui pro viribus contendant, illos Dei seruos, cum quibus Augustinus factus Presbyter in eo monasterio vixit, non clericos, sed eremitas, vel monachos fuisse: quamquam qui hoc affirmant, adeò inter se discordes sint, vt non solùm de numero monasteriorum à B. Augustino extructorum, sed etiam de loco, vbi illud monasterium extructum fuerat, apud illos necdum satis constet. Nam Autor sermonum ad eremitas sermon. 5. & 14. tria monasteria à B. Augustino constructa asserit, primum in nemore à Ciuitate remotissimo pro eremitis. Secundum in horto Valerij ab ipsa Ciuitate aliquantum remoto pro ipsis etiam eremitis. Tertium, quod fundauit factus Presbyter in Ciuitate pro Clericis. Sigibertus verò in Epistola ad Macedonium è contrario vult,

pri-

II. PRima assertio. B. Augustinus ante tum nullum Monasterium fun- sertio probata, & firmata relinquit præcedentibus cap. 9. 10. & 11.

Secunda. Primum Monasterium no extructum in horto à B. Valerio institutum postquam illum presbyte- uit. hæc assertio euidenter deducitur cap. 5. vbi ait: *Factus ergo Presbyter Mon Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seru secundum modum, & regulam sub sancti stitutam.* Quod autē Augustinum in nasterium intra Ecclesiam, idem fuc lud instituisse in horto B. Valerij, decl

Primum monasterium ædificatum fuisse in horto Valerij pro eremitis in loco secreto, & remoto à ciuitate. Secundum, adhuc magis distans à ciuitate inter rupes, & saxa item pro eremitis. Tertium verò in ciuitate, postquam factus est presbyter pro Clericis. S. Antoninus, siue Frater Iordanus de Saxonia ait, Primum monasterium ædificatum fuisse in nemore pro eremitis, antequam esset presbyter. Secundũ in horto Valerij in Ciuitate, postquam factus est presbyter, in quo positi sunt viri religiosi, & docti, cum quibus habitauit, & quibus regulam scripsit. Tertium verò in domo Episcopi, postquam ordinatus est Episcopus pro Clericis, cum quibus in Episcopatu vixit. Consentit Frater Iordan. de Saxonia lib. 1. in Vitas fratrum cap. 7. & 13. quamquam dicat, hortum illum fuisse positum extra Ciuitatem, sed in loco vicino, ex quo satis commodum illi erat curam animarum exercere. Azorius tom. 1. Institutionum moralium lib. 12. cap. 23 dicit, Primum Monasterium ædificatum fuisse in nemore pro Eremitis. Secundum in Ciuitate, & horto Valerij, item pro Eremitis. Tertium in domo Episcopi pro Clericis, quamquam fateatur, se potius ex relatione ipsorum Eremitarum, quã ex propria sententia scripsisse, nec dicat, an Monasterium in horto Valerij fuerit extructum ante Augustini Presbyteratum, an post. Volaterranus duo tantum Monasteria ab Augustino extructa affirmat, alterum in nemore, in quo dicit, Augustinum ante Presbyteratum triennio cum Eremitis vixisse: alterum in ciuitate, postquam factus est Presbyter, in quo Canonicos Clericos posuit, quibus in presbyteratu, & Episcopatu conuixit. Nouissimè Ioan. Marquez cap. 5. §. 5 & cap. 6. in princ. & cap. 7. in princ. & §. 1. & cap. 8. in principio, & alibi totis viribus desudat, vt probet, Monasterium, quod Augustinus factus Presbyter in horto Valerij instituit; Eremitarum fuisse, non autem Clericorum. Quæ opinionum inconstantia, & si sola sufficere posit ad illarũ falsitatem ostendendam, & conuincendum, quod non scribunt ex certa notitia eorum, de quibus tractant, nihilominus vt veritas certis rationibus munita, & firmata apud omnes constet sequentibus assertionibus declaratur.

II. PRima assertio. B. Augustinus ante presbyteratum nullum Monasterium fundauit. hæc assertio probata, & firmata relinquitur ex dictis in præcedentibus cap. 9. 10. & 11.

Secunda. Primum Monasterium à B. Augustino extructum in horto à B. Valerio donato, fuit institutum postquam illum presbyterum ordinauit. hæc assertio euidenter deducitur ex Possidio cap. 5. vbi ait: *Factus ergo Presbyter Monasterium intrà Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* Quod autẽ Augustinum instituisse Monasterium intra Ecclesiam, idem fuerit, atque illud instituisse in horto B. Valerij, declarat ipse Augustinus in serm. 1. de communi vita Cleric. dicens: *Cognito instituto, & voluntate mea bon. mem. Senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium, cœpi boni propositi fratres colligere compares meos, &c.* Neque lapsus est memoria Possidius, ponens secundum Monasteriũ in domo Episcopali extructum loco primi, vt putauit Card. Baronius: sed dixit, illud primum monasterium extructum intra Ecclesiam, quia extructum fuit in horto Ecclesiæ vicino, aut etiam Ecclesiæ contiguo, vt statim dicemus. neque ante illud B. Aug. aliud monasterium ædificauit: quia si illud instituisset, cum fundatio monasteriorum sit res grauis, & notabilis, non illam Possidius omisisset, cum aliorum monasteriorum meminerit, & aliarũ rerum, quæ minoris ponderis videbantur. nec etiam illud prætermisisset ipse Augustinus, sicut nõ prætermisit duo monasteria fundata in horto Valerij, & in domo Episcopali.

III. TErtia assertio. Monasterium in horto Valerij institutum, non fuit fundatum in solitudine, aut in loco ab ipsa ciuitate longinquo, sed vel in ipsa Ciuitate Hipponensi, aut certè in suburbio eidem ciuitati propinquo adeò, vt ex eo facilis esset accessus ad curam animarum exercendam in ciuitate. quæ assertio probatur testimonio euidentissimo Possidij cap. 4. scribentis, quod cum B. Valerius Episcopus flagitante Ecclesiastica necessitate de prouidendo, & ordinando Presbytero ciuitatis, plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur, iam scientes Catholici S. Augustini propositũ, & doctrinam manu iniecta eum tenuerunt, & Episcopo ordinandum obtulerunt. quæ verba indicant, B. Augustinum non qualitercunque fuisse ordinatum presbyterum, sed eo fine, vt ciuitatis plebem regeret, & curam gereret animarum ipsius Ciuitatis. Porro si eidem facto presbytero B. Valerius statim dedit hortum, ad construendum ibidem monasterium, & ille ibi loci monasterium mox instituit, ibiq; cum Dei seruis habitauit, ac vixit, nullus nisi in hoc stupidus, vel obstinatus, affirmabit, illũ hortum non adeò propinquum Ciuitati, & parochiali Ecclesiæ fuisse, quin ex illo ad curam animatum in Ciuitate exercendam accessus commodus haberi potuisset. Quod tali ratione sic declaratur. Si B. Augustinus ante presbyteratũ inter Eremitas in nemore, vel in solitudine degisset, postquã presbyter, & Parochus Ciuitatis est ordinatus, Eremitis vale facere, & ad parochiam accedere, ibiq; suam diuturnam habitationem sibi constituere debuisset. quanto minus credendum est, quod postquam fuit ordinatus presbyter, & constitutus Parochus ad regendam plebem Ciuitatis, relicta statim Ecclesia, & parochia, ad eremum conuolare, ibiq; monasterium extruere, & suam diuturnam habitationem constituere voluerit? Hanc rationẽ confirmo euidenti autoritate eiusdem Possidij infra cap. 7. cum prius dixisset, B. Valerium dedisse ipsi Augustino potestatem in Ecclesia prædicandi

Euan-

Euangelium ac frequentissimè tractandi, & quod lucerna accensa, & ardens, eleuata super candelabrum, omnibus, qui in domo erant, lucebat, & quod omnes Christiani, tam Catholici, quàm Donatistæ, qui erant in ciuitate, Augustinum adierãt, rogantes, vt Fortunatum Manichæorum presbyterum, qui plurimos in illa ciuitate seducebat, suis disputationibus cõpesceret, & alia multa, concludit tandem his verbis: *Et docebat ille, ac prædicabat priuatim, & publicè in domo, & in Ecclesia salutu verbũ, cum omni fiducia aduersus Africanas hæreses, maximeque contra Donatistas, & Manichæos, & Pelagianos &c.* Quæ verba cum scribat de Augustino presbytero, & nondum Episcopo, indicio sunt, quod tũc temporis, non in eremo, non in solitudine, non in loco à Ciuitate remoto manebat, sed in ipsa ciuitate, vel in loco adeò propinquo, vt facillimus esset illi accessus ad suam Ecclesiam, & ad totam ciuitatem, & è contrario omnibus ciuibus ad illius domum, in qua docebat. Et confirmatur secundò eadem ratio apertissimo testimonio, & suscriptione etiam aduersariorũ, duobus, vel tribus exceptis. Omnes enim ab hac ratione conuicti, concedunt, monasterium à B. Augustino extructum, postquam factus fuit presbyter, vel in ciuitate institutum, vel in loco ciuitati propinquo, & ad munera parochialia obeunda idoneo. ita enim affirmant Vincentius Beluacẽsis lib. 17. cap. 51. & ex illo D. Antoninus in 2. p. tit. 10. cap. 8. §. 2. & 3. p. tit. 24. cap 14. §. 2. Frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 7. & 13. Volaterran. lib. 21. & Azorius to. 1. liber. 12. cap. 22. quæst. 1.

IV. QVarta assertio. Primum monasterium à B. Augustino in horto Valerij fundatum, non fuit monachorum, aut eremitarum, sed Clericorum, qui vel actu, vel saltem aptitudine proxima tales erant. Hæc assertio prius explicanda est, & deinde probanda. Dixi enim notanter, religiosos illos viros in primo Augustini monasterio constitutos, & institutos, aut actu, aut saltem aptitudine clericos fuisse: quia nõ crediderim, eos, qui monasterium illud ingrediebantur, in ipso statim ingressu omnes clericos fuisse, vel vt tales essent, aliqua certa lege ab Augustino constitutum: sed quod illud monasterium collegium esset religiosorum virorum, ex quo iuxta varias ecclesiarum indigentias ipsi clerici sumerentur, sicut modo sumuntur ex seminarijs, & collegijs in omnibus ferè ciuitatibus ad hunc eundem finem institutis, qualia præsertim Romę plura videmus, vt Seminarium Romanum, Collegium Germanicum, Græcorum, Anglorum, & alia. Et hinc obiter habes, vnde colligas differentiam, qua vsus est Augustinus in dicto serm. 1. de com. vita clericorum, cum de primo monasterio verba faciens, vocat illud simpliciter monasteriũ: de secundo verò loquens, appellat illud non simpliciter monasterium, sed monasterium Clericorum. Ratio enim differentiæ non est, quod primũ monasterium esset domus eremitarum, aut monachorum, vt aliquis fortasse meditabitur, vel quod non esset Collegium. & Seminarium clericorum, hanc enim imaginationem falsam esse, conuincũt illa verba Possidij cap. 11. *Ex monasterio, quod per illũ venerabilem virum & esse, & crescere cœperat magno desiderio poscere, atque accipere Episcopos, & clericos pax Ecclesiæ, atque vnitas & cœpit primo, & postea consecuta est.* Sed ratio differentiæ extitit, quod in 2. monasterio degentes, Ecclesiæ Cathedralis Canonici cum essent, non nisi clerici esse poterant, in sacris, vt plurimum constituti, nimirum presbyteri, diaconi, & subdiaconi: nam in 2. sermone de communi vita clericorum B. Augustinus omnium illorum nomine referens, omnes, vno excepto Patricio, qui illius nepos erat, in sacris constitutos fuisse monstrauit. Verum qui in primo monasterio manebant, & si ex illius monasterij instituto clerici esse possent, & ad clericatum assumi consueuissent, non tamẽ erant actu clerici in sacris constituti, sed ad summum in minoribus, excepto Præposito, vel presbytero: nam per illa tempora ad sacros ordines nonnisi pro Ecclesiarum indigentijs admitti consueuerunt.

Hac præmissa declaratione probatur assertio, primum autoritate Ecclesiæ, quæ in officio D. Augustini in tertia Antiphona in Laudibus canit: *Factus ergo Presbyter, monasterium Clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundum regulam sub sancta Apostola constitutam.* Quod officium licèt non sit in vsu per omnes Ecclesias, est tamen probatum ab Ecclesia Romana per bullam Pij V. editam anno Domini 1570. quæ incipit: *Licet Ecclesia Dei.* Et illius vsus est antiquissimus in multis Cathedralibus, tum in Italia, vt in Ecclesia Perusina, & Eugubina, & extra Italiam in Ecclesia Cæsaraugustana, & Valentiana, referente Trullo lib. 1. de Canonicis cap. 3. & non solum inter Canonicos Regulares, sed etiam apud venerandos Eremitas Augustinianos: nam dicta Antiphona reperitur in illorum Breuiarijs editis Venetijs anno 1587. & in Breuiario edito Augustæ Taurinorum anno 1520. Et dicebatur ab illis in diuino officio ante annos 300. Nam frater Iordanus de Saxonia, qui fuit circa annũ 1320. fatetur lib. 2. in Vitas fratrũ cap. 14. illam suo tempore recitari solitam, ita scribens: *Licet enim etiam prius vixerit secundum modum Apostolicum, non tamen secundum regulam: quia nondum erat facta, quod etiam ibidem dixit Possidius, & cantatur in Antiphona, quod factus Presbyter monasterium Clericorum mox instituit, non dicit monachorum: sed Clericorum: hoc etiam referri debet ad secundum Monasterium suum, quod fecit in horto, in quo, vt plurimum, locauit Fratres Clericos. in primo autem Monasterio, quod erat in Eremo, multi potuerunt esse Laici.* Hæc Frater Iordan. quem Ioan. Marquez non solum pro Beato nobis tribuit, sed pro teste omni exceptione maiore, qui, vt vides, Monasterium in horto Valerij ab Augustino facto presbytero extructum clericis Canonicis libentissimè concedit, quos ab Eremitis, & Monachis

aper-

apertissimè distinguit.

V. ET licet hoc testimonium Ecclesiæ satis, superque ad hanc veritatem probandam sufficere deberet, confirmatur nihilominus secundo loco hæc nostra assertio autoritate Doctorum, ex quibus, vt Canonicos Regulares omittam, primo loco adduco Vincentium Beluacensem lib. 17. Speculi Historialis cap. 51. hæc ad verbum scribentem: *Factus presbyter statim Monasterium Clericorum instituit; & cœpit viuere secundum regulam sub Sancto Apostolo constitutam.* Hic Autor floruit ante Diuum Thomam Aquinatem circa annũ Domini 1250. quem tantæ eruditionis fuisse constat, vt nonnullis in mentem venerit, ipsum D. Thomam ex illo multa accepisse ex ijs, quæ in 1. 2. & 2. 2. scribit: de quibus videatur Cardinalis Bellarmi. de Scriptoribus Ecclesiasticis in D. Thom. obseruat. 3. Secundo adduco ipsum D. Thom. quem Pius V. in Bulla percitata dicit, ordinasse ipsum Officium B. Patris Augustini, in quo hæc Antiphona reperitur: *Factus ergo Presbyter, &c.* Tertio adduco D. Antoninum in 2. par. Historial. tit. 10. cap. 8. §. 2. vbi verba Beluacensis trãscribens ait: *Comperta autem eius fama B. Valerius Hipponensis Episcopus eum ad se accersiri fecit, & licet inuitum, Presbyterum ordinauit.* & paucis intericctis, *Factus ergo Presbyter Monasterium Clericorum mox instituit, &c.* Nec dissimilia scribit in 3. par. tit. 14. cap. 14. §. 2. quanquam non ex propria sententia loquatur, sed solum referendo verba Fratris Iordani de Saxonia.

Et pro multis alijs vnum tandem adduco Cardinalẽ Bellarminum in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino, in censura sermonum sub nomine B. Augustini ad Eremitas, ita scribentem: *Sermones ad fratres in Eremo videntur magna ex parte conficti: dicit enim autor illorum sermonum, Augustinum degisse in solitudine cum monachis, ibiq; ad eos sermones istos habuisse: At constat ex Possidio in vita S. Augustini, Augustinum post baptismum Mediolani susceptum reduisse in Patriam, ad propriam domum & agros, ibiq; tres annos cum paucis amicis suis in commune vixisse. Deinde factum presbyterum Hipponensem, monasterium habuisse intra ipsam Eccl. siam, ibiq; cum nonnullis vitam apostolicam duxisse, non vtique in Eremo, sed intra Vrbem. Denique factum Episcopum cum clericis suis in domo Episcopali vitam communem egisse; De quare extant duo sermones eius de communi vita Clericorum, qui sunt inter sermones ad fratres in Eremo quinquagesimus secundus, & quinquagesimus tertius, qui duo sermones sine indicio cellularum inter sermones ad fratres in Eremo, arguunt alios fictitios esse: inde enim intelligi potest, S. Augustinum monachum quidem fuisse, sed non in solitudine cum Eremitis, sed in ciuitate & Episcopali domo cũ Clericis sua monasticam vitam duxisse.* Hæc Bellarminus, ex cuius sentẽtia primò habes, B. Augustinum eremitam aut monachum nunquam fuisse, accepto nomine monachi, vt contra distinctio à B. Augustino facto presbytero ædificatum in Ciuitate, non fuit monachorum, vel eremitarum, sed collegium virorum religiosorum, qui ab Eremitis, & Monachis distinctꝰ erant. tertiò manifestas esse impostoras illorum, qui autoritate Cardinalis Bellarmini probare contendunt, B. Augustinum vel eremitam, vel monachum fuisse, cum ille expresse neget, alia ratione fuisse monachum, nisi quia in ciuitate, & in Episcopali domo cum clericis monasticam vitam duxit.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Eadem assertio autoritate Possidij confirmatur.

I. CONfirmatur eadem assertio testimonio apertissimo superius allegato ex Possidio in vita Augustini cap. 4. & 5. cuius verba & si superius recitata, nõ piget iterum ad plenorẽ notitiam veritatis explicare: *Eodem, inquit tempore in Ecclesia Catholica Valerius Sanctæ Episcopatum gerebat, qui cum flagitante Ecclesiastica necessitate de prouidendo, & ordinando Presbytero Ciuitatu plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur, iam scientes catholici Sancti Augustinum propositum, & doctrinam, manu inuicta, quoniam, & idem in populo securus, & ignarus, quid futurum esset, assabat tenuerũt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt. & infra, factus ergo Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum, & regulam sub sancto Apostolo constitutã, &c.* Ex quibus verbis quoniã deprompta est antiphona illa, qua Ecclesia in offic. 10 B. Augustini vtꝰ tur, factus ergo Presbyter monasterium Clericorum mox instituit, & Coriolanus in suo defensorio cap. 2. in 2. parte pag. 10. dicit, quod qui composuit illam antiphonam, erraut aut per malitiam, aut per inaduertentiam. Vt appareat non errasse, qui illam antiphonam composuit, sed vẽrũ sensum verborum Possidij assecutum, tria circa supradicta verba diligenter ponderanda sunt. Primũ est, Augustinum non qualemcunque, non simplicem presbyterum postulatum fuisse, vel ordinatũ, sed presbyterum Plebanum, qui plebem regeret, & curam animarum Ciuitatis exerceret. Hoc patet per prima illa verba: *Qui tum de prouidendo, & ordinando presbytero ciuitatu plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur.* Secundum est, quod subiungit Possidius: *Iam scientes Catholici sancti Augustini propositum, & doctrinam, manu inuicta, &c.* Quæ verba indicant, Augustinum tunc neque monachum, neque eremitam fuisse, neque illius propositũ fuisse ad eremum proficisci, & cum eremitis viuere, sed illius propositum fuisse continentiam, & vitam cœlibem seruare, quod propositum omnibus Occidẽtalis saltem Ecclesiæ sacerdotibus necessarium erat. Alioquin si cognouissent, illum fuisse monachum, vel illius propositum fuisse vitam eremiti-

cam du-

cam ducere in solitudine, quorsum dixisset, quod quia sciebant illius propositum, ideo apprehenderunt eum, & Episcopo ordinandum intulerunt? Videretur enim Possidius omnino præter rationē, & repugnantia locutus, tanquam si dixisset, quod quia cognoscebant, cum velle viuere in solitudine, obtulerunt ordinandum presbyterum, vt viueret in medio Ciuitatis. deinde si cognouissent, illum fuisse tunc professum vitam monasticam, non illum apprehendissent, neque B. Valerio ordinandum obtulissent, eo præsertim tempore, quo monachi non nisi ex maxima Ecclesiæ necessitate, & dispensatione Pontificia ad Sacros Ordines promoueri soliti erant. Tertio notandum, quod subiungit cap. 5. in principio: *Factus ergo Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit.* Intellige propè, vel iuxta Ecclesiam, non intra parietes Ecclesiæ, vel in horto Valerij, vt Augustinus ipse exponit. qui erat vicinus Ecclesiæ. At cuinam Ecclesiæ, intra quam Ecclesiam? certè non intra aliam Ecclesiam, quàm Parochialem, propè quam residere necesse erat eum, qui Parochus fuerat ordinatus. Porrò si in Ecclesia parochiali, vel propè illam monasterium instituit, certè non in Eremo, vel in nemore, vel in solitudine, non monachorū, non eremitarum. Quid enim monachis, & eremitis cum ciuitatibus, quid cum Ecclesijs parochialibus? Ergo Clericorum. Ergo verum dixit, qui illam antiphonam composuit: *Factus ergo Presbyter monasteriorum Clericorum mox instituit. &c.*

II. HVius argumenti vis, quam aliquis fortasse contemnet, quia non intelliget, tanta semper extitit, vt nonnulli etiam ex ijs, qui eremitarum Augustini cucullam prædicant, à veritate coacti ingenuè fassi fuerint, monasterium, quod S. Pater factus Presbyter instituit, non monachorum, sed clericorum extitisse, vt sanctus Antoninus, siue frater Iordanus de Saxonia, Volaterranus, & Autor sermonum ad eremitas ser. 5 & 14. & autor epistolæ sub nomine Sigiberti. Alij vero id concedere nolentes, dixerunt: Possidium cum hæc verba scriberet, memoria lapsum, primi monasterij in horto Valerij instituti oblitum, pro illo secundum in domo Episcopali fundatum posuisse: quia. inquiunt, verba illa intra Ecclesiam, non qualemcumque Ecclesiam, sed Cathedralem, quæ per antonomasiam Ecclesia absolutè dicta est, designant. At monasterium intra Ecclesiam Cathedralem institutum, non fuit illud, quod mox factus presbyter instituit, sed quod post promotionē ad dignitatem Episcopalem ædificauit. Ita Card. Baronius, vir aloquin admirandæ eruditionis, tomo 4. sub anno 391. num. 25.

Verùm quis B. Augustini vitam, & res gestas accuratius, fidelius & copiosius scripserit. Possidius, qui Augustini discipulus quadragenarius fuit, & Augustiniani instituti professor, & omnium Augustini gestorum testis oculatus, an Baronius, qui annis mille, ac ducentis post Augustinum exortus fuit, nec plura de illius vita & moribus scire potuit, quam quæ à Possidio vel ab ipso Augustino accepit, sub prudentum virorum censura relinquitur, quemadmodum etiam, an Possidius in B. Augustini vita scribenda circa rem tanti ponderis, quanta est monasteriorum fundatio, vel Ordinum institutio dormitauerit, & primi monasterij oblitus, pro primo secundum posuerit,

Dices: Augustinus duo monasteria fundauit, alterum in horto Valerij, alterū in domo Episcopi, at Possidius vnius tantum meminit. ergo alterius oblitus. Respondeo, illum vtriusque meminisse, primi quidem d. cap 5. alterius vero cap. 15. sub specifico nomine monasterij, & cap. 25. cum inquit. *Cū ipso semper Clerici, vna etiā domo ac mensa, sumptibusq; communibus alebantur. & vestiebantur.* Replicabis. At Possidius dicit, illud monasterium institutum fuisse intra Ecclesiam, B. verò Augustinus dicit, primum monasterium fundatum non intra Ecclesiam sed in horto à Valerio sibi donato. Respondeo, si verborum rigorem attendamus, nec primum, nec secundum intra Ecclesiam fuit institutum: quia sicut primum fuit institutum in horto Valerij, ita secundum in domo Episcopi, non autem in Ecclesia. Et mirum est, Baronium tam leui fundamento nixum, tam nouum commentū, & contra communem sententiam omniū Doctorum adstruere voluisse. Si autem sensum attendamus, vtrunque potuit dici Institutū intra Ecclesiam: quia vtrunque prope ipsam Ecclesiā, & intra illius septa fuerat fundatum, alterum quidem iuxta Ecclesiam parochialem, alterum propè ecclesiam Cathedralem.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quorundam euasio, & verborum Possidij minus legitima interpretatio reijcitur.

I. IOan. Marquez cap. 7. §. 1. videns refugium à Baronio excogitatū ad verborū Possidij vim effringendam, & fugiendam satis tutum non esse, suum Coriolanū ex parte secutus in 1. par. defensorij cap. 2. duplicem aliam interpretationem eorundem verborum excogitauit. Prima est, B. Augustinum instituisse illud monasterium intra Ecclesiam, quia instituit illud in fundo, qui spectabat ad Ecclesiam, & inter illius bona censebatur, videlicet in horto, à B. Valerio sibi ad cum finem donato, licèt ille hortus in loco à Ciuitate valde remoto, & solitario existeret. sed hæc responsio non est in se vera, neque nodum difficultatis soluit, nec etiam attingit. Quod non sit vera, patet, quia si propterea diceretur illud monasterium institutum intra Ecclesiam, quod esset institutum in

fundo

fundo Ecclesiæ, licet valdè remoto a
pari cum Magnus Constantinus & a
res, & Principes multa prædia non s
sed in Africa, & Asia sacrosanctæ Ba
nesi. concesserint, sequeretur, quod
illis prædijs extructa, etiam si fuisse
& in Africa, dicerentur institura in
Lateranensem: quod si quis diceret,
dus esset, quam redarguendus. Qu
dum difficultatis non soluat, neque a
do, quia nodus difficultatis, & vis arg
consistit, quod cum B. Augustinus in
monasterium, postea quam factus
Ciuitat's Hipponensis ad curam ani
dam, & in eodem monasterio vixerit
illud monasterium in loco solitario,
longè remoto extitisse: quem nodu
sio non soluit, sed fortiùs stringit.

II. ALtera illius responsio est, verbo
sessam, idem prorsus significar
disciplinam Ecclesiasticam, vel sub
clesiallica, vel in statu clericali, quia i
cti. & Eremitæ ante illud tempus no
tur clerici, & ideo dicebantur exer
Ecclesiasticam, & illorum monasteri
siam fundata, tunc vero cœperunt p
clesiam, & ad regimen Ecclesiarum, &
dum Dei verbum admitti. & semel B
intra Ecclesiam monasterium institu
atque instituta vitæ monasticæ cum
clericalis tunc primum coniunxisse.

Hæc responsio duplicem sensum
primus, quod B. Augustinus primu
Hippone Clericos ad instituta vitæ
duxit, & cum institutis Clericalibus
stituta monachorum, sicut de Beato
ceilensi Episcopo scribit Ambrosiu
& serm. 59. de obitu ipsius Beati Eus
fecerunt idem Ambrosius, Hilari
Turonensis in suis Ecclesijs, & alij:
verissimus est, quem solum in hoc di
dimus, sed neque ab Authore verbis
etiam intentus. Secundus sensus,
Augustinus dicatur instituisse illud
intra Ecclesiam, quia tunc primum
Eremitæ ad sacros ordines, & ad reg
siarum, & prædicationem diuini ver
satione cœperunt admitti, cum antea
& ab ordinibus Clericalibus arcere
sensum author intendit. sed quam fal
sio, & glossa huius Viri in hoc sen
non erit difficile monstrare. Primo n
hoc dicitur Augustinus primùm insti
sterium intra Ecclesiam, aut si tunc
Eremitæ dicuntur instituti intra Ecc
ex dispensatione sacris ordinibus i
Clericali, & Ecclesiastica disciplina i
runt. Ergo ante illud tempus, & q
nachi ad munera Clericalia nondum

fundo Ecclesiæ, licet valdè remoto ab Ecclesia, à pari cum Magnus Constantinus & alij Imperatores, & Principes multa prædia non solum in Italia, sed in Africa, & Asia sacrosanctæ Basilicæ Lateranensi concesserint, sequeretur, quod monasteria in illis prædijs extructa, etiam si fuissent extra Italiã, & in Africa, dicerentur institutа intra Ecclesiam Lateranensem: quod si quis diceret, potius ridendus esset, quam redarguendus. Quod autem nodum difficultatis non soluat, neque attingat, ostendo, quia nodus difficultatis, & vis argumẽti in hoc consistit, quod cum B. Augustinus instituerit illud monasterium, postea quam factus fuit parochus Ciuitatis Hipponensis, ad curam animarum gerẽdam, & in eodem monasterio vixerit, non potuit illud monasterium in loco solitario, & à Ciuitate longè remoto extitisse: quem nodum hæc responsio non soluit, sed fortiùs stringit.

II. ALtera illius responsio est, verba illa *intra Ecclesiam*, idem prorsus significare, quod intra disciplinam Ecclesiasticam, vel sub disciplina Ecclesiastica, vel in statu clericali, quia inquit, Monachi, & Eremitæ ante illud tempus non ordinabantur clerici, & ideo dicebantur extra disciplinam Ecclesiasticam; & illorum monasteria extra Ecclesiam fundata, tunc vero cœperunt primitus ad Ecclesiam, & ad regimen Ecclesiarum, & ad prædicãdum Dei verbum admitti. & semel B. Augustinum intra Ecclesiam monasterium instituisse, idem est, atque instituta vitæ monasticæ cum institutis vitæ clericalis tunc primum coniunxisse.

Hæc responsio duplicem sensum habere potest, primus, quod B. Augustinus primus fuerit, qui Hippone Clericos ad institutа vitæ regularis adduxit, & cum institutis Clericalibus adiunxit institutа monachorum, sicut de Beato Eusebio Vercellensi Episcopo scribit Ambrosius epistola 82. & serm. 59. de obitu ipsius Beati Eusebij, & sicut fecerunt idem Ambrosius, Hilarius, Martinus Turonensis in suis Ecclesijs, & alij: Et hic sensus verissimus est, quem solum in hoc discursu intendimus, sed neque ab Authore verbis expressus, nec etiam intentus. Secundus sensus, quod Beatus Augustinus dicatur instituisse illud monasterium intra Ecclesiam, quia tunc primum Monachi, & Eremitæ ad sacros ordines, & ad regimina Ecclesiarum, & prædicationem diuini verbi ex dispensatione cœperunt admitti, cum antea Laici essent, & ab ordinibus Clericalibus arcerentur, quem sensum author intendit. sed quam falsa sit responsio, & glossa huius Viri in hoc sensu intellecta, non erit difficile monstrare. Primo namque si ob hoc dicitur Augustinus primùm instituisse monasterium intra Ecclesiam, aut si tunc Monachi, vel Eremitæ dicuntur institutі intra Ecclesiam, quia ex dispensatione sacris ordinibus initiari, & in Clericali, & Ecclesiastica disciplina institti cœperunt. Ergo ante illud tempus, & quando Monachi ad munera Clericalia nondum assumi consueuerunt, extra Ecclesiam erant institutі, quod puto nemo Catholicorum ritè affirmabit: nam Ecclesia duobus modis accipitur, vel pro lapidum structura, vel pro fidelium Congregatione, & hoc secundo modo nullus dicitur esse extra Ecclesiam, saltem Catholicam, nisi vel Hæreticus, vel Infidelis, & omnes Catholici, siue Clerici, siue Monachi, siue laici dicuntur institutі, & constituti intra Ecclesiam. Nec possumus verè dicere, quod aliquod Collegium de nouo incipiat institui intra Ecclesiam, nisi quia illud antea nihil erat, vel erat Collegium infidelium, vel hæreticorum. Quare si tunc primum monasteria monachorum, vel eremitarum cœperunt institui intra Ecclesiam, sequitur, quod antea monachi, & eremitæ essent extra Ecclesiam Catholicam, quod confutatione non eget.

III. SEcundo, reijcitur hæc responsio ex communi consensu, & interpretatione Ecclesiæ, & Doctorum. Nam Ecclesia, & Doctores ita interpretantur hæc verba Possidij, vt idem sit, D. Augustinum monasterium intra Ecclesiam mox instituisse, & monasterium clericorum fundasse, vt patet ex antiphona in officio B. Augustini recitata: sed illi per clericos non intelligunt monachos, aut Eremitas ex dispensatione ordinatos clericos, sed clericos canonicos, siue canonicos communiter viuentes, qui nunc vocantur Regulares, vt videri potest apud Authorem serm. ad eremitas, Sigibertum, Volaterranum, & Iordanum de Saxonia lib. 2. cap. 14. qui expressè notat, nomen clericorum contra distinguere à monachis, qui Author contra Marquez vnus pro omnibus sufficere nobis debet.

Tertio, reijcitur responsio, quia falsum est quòd tempore B. Augustini cœperint monachi ex dispensatione admitti ad ordines sacros, & ad dispensandum Dei verbum in Ecclesia, quia hæc dispensatio generaliter facta non est nisi à Gelasio I. in cap. Priscis 55. d. imò post Gelasium multo tempore etiam manserunt sine sacris ordinibus, vt apparet ex cap. generaliter. 16. quæst. 1 qui est textus Iustiniani Imperatoris. Et D. Benedictus nihil egit in sua Regula de clericis ex ordine monastico assumptis, neque de eorum officijs, quia vsque ad illa tempora necdum vsus obtinuerat, vt ad ordines, nisi ex maxima necessitate. & paucissimi promouerentur. Et quod caput est, talis dispensatio ad Augustinum non pertinebat, sed ad Romanum Pontificem.

Quàrtò, licèt successu temporum postea dispẽsatum fuerit, vt pro necessitate suarum Ecclesiarũ ordinarentur clerici, nunquam tamen legitur dispensatum cum illis vsque in hanc diem, vt in clericos siue Canonicos Cathedralium passim assumerentur, neque ad prædicandum Dei verbum, neq; ad Parochias regendas, & earum animarum exercendam, quod plus clarum est quam vt probatione indigeat, cum potius infiniti sint canones antiqui, & noui, qui hæc munera ipsis monachis ex-

presse interdicunt. At ex monasterio illo Augustini Canonici Cathedralium, & Rectores aliarum Ecclesiarum, & etiam Episcopi sumebantur pro Ecclesiarum indigentijs, absque aliqua dispensatione, quinimò vt Possidius c.11.ait: *Ex monasterio, quod per illum venerabilem virum, & esse, & crescere cœperat, magno desiderio poscere, & accipere Episcopos, & clericos pax Ecclesiæ, atque vnitas, & cœpit primo, & postea consecuta est. Nam fermè decem, quos ipse nouit, sanctos, & venerabiles viros, continentes, & doctissimos Beatus Augustinus diuersis Ecclesijs, nonnullisque eminentioribus rogatus dedit: similiterque & ipsi ex illorum Sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesijs propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente adiectionis verbi Dei cæteris Ecclesijs promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium præstiterunt.* Hæc ille, vt videas, an illi monachi, an clerici fuerint, qui ad sacerdotia, & ad regendas ecclesias certatim petebantur.

IV. QVintò, Esto aliqui monachi ex dispensatione ad sacerdotium, & ad regimen animarum fuerint assumpti: id tamen nunquam factum est, nisi ob grauissimam necessitatem, & ob defectum & penuriam clericorum, ob quam solam talis dispensatio concessa intelligebatur, vt habes ex epistola Innocentij I. qui Beati Augustini contemporaneus extitit, in c. de monach. 16. quæst. 1. & ex Gelasio Augustini discipulo. d. cap. Priscis. 55. d. at in Ecclesia Hipponensi nulla talis erat necessitas clericorum, vel defectus, vel inopia, imò plures ibi erant clerici, quanquam laxioris vitæ, vt habes ex ser. 2. Augustini de Communi vita cleric. Vanum igitur, & sine probabili fundamento esse videtur figmentum istud de eremitis ad clericatum ex dispensatione promotis, & de alijs clericis locutus est Possidius, cum ait, Augustinum factum presbyterorum monasterium clericorum mox instituisse quam de clerico eremitis.

Sextò, qui ex monachatu ad ordines clericales, & ad episcopatum admittuntur, habitum monasticum non deserunt, nec habitum clericalem assumunt, quod etiam temporibus Augustini indispensabiliter seruatum fuisse contendit Marquez c.7.§.6.7.8. dicens, B. Augustinum in Episcopatu cucullam eremiticam, & habitum à clericali distinctum necessariò induisse. Verùm clerici Ecclesiæ Hipponensis ex illo Augustini monasterio assumebantur ex Possidio c.11. in princip. & illi omnes habitum clericalem induebant ipsi Augustino, & omnibus clericis Hipponensis Ecclesiæ communem, ex eod. Augustin. serm. 2. de commun. vit. cleric. quod inferius ex instituto etiam ostendemus. Ergo religiosi illius monasterij in horto Valerij fundati non erant eremitæ, non monachi, sed clerici eiusdem naturæ cum cathedralibus, aut tales, qui sine dispensatione tanquam ex Seminario, in clericos assumi possent.

Septimo, cum tot sint anni, ex quibus cū monachis, & eremitis dispensatum est, vt illi ad sacros ordines assumerentur, nunquam tamen vsus adhuc in Ecclesia obtinuit, vt monachi in clericos ordinati passim & absolute vocentur clerici. aut illorū monasteria vocentur monasteria clericorum. Certè D. Hieronymus quanquam esset sacerdos, sese monachum, non clericum vocabat. imo à clericis distinguebat, vt habes in epist. 1. ad Heliodorum, & refertur in c. alia 16. q. 1. Petrus etiam Damiani cum esset non solum sacerdos, sed etiā Episcopus, & S.R.E. Cardinalis nunquam se clericū, sed semper monachum vocauit, nullumq; vsque in hanc diem exemplum authenticum afferri poterit, vnde constet, monasteria monachorum, vel domus eremitarū absolutè & simpliciter monasteria clericorū appellata. Cum ergo dicatur in officio B. Augustini ab Ecclesia probato, quod factus presbyter monasterium clericorum mox instituit, non de monasterio monachorū, aut eremitarum, sed clericorum canonicorum exponendum erit.

OCtauo, potest hæc veritas argumento ad hominem validissimo confirmari. fatetur enim Marquez c.6.§.2.& alibi sæpius, eremitas ab Augustino in horto Valerij locatos, in paupertate adeò profunda vixisse, vt nihil bonorum temporalium possiderent etiam in communi, præsertim stabilium: at religiosi in illo monasterio degentes, etsi nihil tanquam proprium, & peculiare haberent, multa tamen bona etiam stabilia in communi habebant. Quod non solum colligitur ex Regula, ci loquitur de illis, qui cùm in seculo diuites essent, monasterium ingressi, sua bona eidem contulerāt, & suas diuitias in monasterio partiebantur, sed conuincitur manifestè, ex eodem Augustino in epistola 64. quam adhuc presbyter Aurelio Carthaginensi Episcopo scribit. In ea siquidem epistola inter alia pro agro fratribus collato illorum nomine gratias agit, cuius verba præstabit fidelitèr in hoc loco recensere. *Omnis* (inquit) *fratrum cœtus, qui apud nos cœpit coalescere, tanta tibi prærogatiua obstrictus est, vt loca terrarum tam longe disiuncta ita nobis consuluerit, tanquam præsentissimus spiritus*: & in fine epistolæ. *Agrum fratribus datum prouisione, & liberalitate tua didicimus ante epistolam tuam per sanctum fratrem, & conseruum nostrum Partenium.* Viderit ergo Marquez, qui inter alia signa distinctiua inter clericos, & eremitas hoc præcipuum ponit, quod eremitæ nihil bonorum, siue in particulari, siue etiam in communi possiderent, qua ratione illud monasterium quod agros habebat, inter domos eremitarum iure valeat numerare.

TAndem vt rem exemplo ab eodem Augustino desumpto concludamus, illud certissimū est, monachos, qui olim ad ordines ex dispensatione promouebantur, nonnisi prouectæ ætatis ad illos consuesse promoueri. Id namq; apostolico decreto signanter cauebatur, vt patet ex epistola Siricij Papæ I. cap. 13. qui primus cum aliquibus monachis ob maximam penuriam clericorum dispensauit, vt possent in defectum clericorum pro

V. VI.

moueri,

mouerí, cuiusq; decretum refertur in cap. Monachos.16. quæst. 1. & confirmatum fuit per Gelasium I. in cap. Priscis. 55. d. Verum in monasterio per B. Augustinum constituto etiam iuuenes ad ordines saltem minores promouebantur, quod euidenter colligitur ex epistola illius 261. vbi historiam narrat cuiusdam iuuenis nomine Antonij, qui à paruula ætate in eodem monasterio fuerat nutritus, & in ordine Lectoratus constitutus, & verba illius sunt: *Obtuli quendam adolescentem Antonium, qui mecum erat, in monasterio quidem à nobis à paruula ætate nutritum, sed præter Lectoris officium, nullo clericatus gradibus & laboribus notum.* illud autem monasterium, in quo idem adolescens à paruula ætate fuerat nutritus, non fuisse monasterium episcopale, sed in horto constitutum, fatetur ipse Marquez cap. 5. §. 7 & deducitur ex facto: nam in domo episcopali non nutriebantur paruuli, nutriebantur autem in primo monasterio, vbi etiam nutritus fuerat Ianuarij Presbyteri filius. vt habes ex 1. serm. de communi vita clericorum.

Ex quibus omnibus certissimè cõstare arbitror monasterium illud à Beato Augustino facto presbytero in horto Valerij institutum, non monachorum, non eremitarum, sed religiosorum virorum extitisse, in quo illi iuxta vitam apostolicam in cõmuni viuerent, ac veluti in Seminario quodam tales instituerentur, qui ad clericatum, & ad Ecclesias regendas verbum Dei Populis prædicandum, & curam animarum exercendam ritè assumi possent. Quod magis perspicuum erit ex solutione argumentorum, quæ contra hanc veritatem à nonnullis afferuntur, vt in sequenti capite patebit.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Quorundam obiectiones contra assertionem capitibus præcedẽtibus firmatam expenduntur, & tolluntur.

I. HAnc veritatem tot fundamentis solidissimis firmatam nituntur quidam nonnullis rationibus oppugnare, quas ex eodem Ioanne Marquez, qui eas in vnum collegit cap. 6. § 2. & cap. 7. in principio, hic breuiter adducemus, & soluemus. Primum huius autoris argumentum. Possidius cap. 11. tanquam rem nouã, & ante illud tempus inuisam refert, quod religiosi illius monasterij ab Augustino in horto Valerij instituti ex priuilegio, & dispensatione cœperint in clericos Ecclesiæ Hipponensis ordinari. sic enim ait: *Proficiente vero doctrina diuina sub Sancto, & cum S. Augustino, in monasterio Deo seruientes Ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cœperunt.* Ergo illi religiosi nõ erant clerici canonici, siquidem illi non ex priuilegio, vel ex dispensatione ad ordines clericales assumendi erant, sed ex propria illorum natura.

Respondeo. quod illi religiosi in monasterio B. Augustini degentes, Ecclesiæ Hipponensi clerici cœperint ordinari, verissimum est: at quod cœperint ordinari clerici ex priuilegio, & dispensatione, falsissimum, & inter ea multa numerandum, quæ hic Author doctoribus imponit, de quibus inferius suo loco dicemus. Nam quod clerici alicuius Ecclesiæ incipiant assumi de aliquo Collegio, vel Seminario, non satis est ad probandum, quod personæ de illo Collegio, vel Seminario non nisi ex priuilegio, & dispensatione valeãt ad clericatum promoueri. Exempli gratia, decreuit Concilium Tridentinum, vt in singulis Ciuitatibus instituerentur Collegia adolescentum, quæ modò seminaria clericorum vocamus, in quibus promouendi ad sacros ordines, in disciplina ecclesiastica optimè instituerentur: & præcepit, quod exinde promouendi ad sacros ordines, & præficiendi præsertim Ecclesijs parochialibus, & ex huiusmodi collegijs potissimum assumi deberẽt. Pariter Gregorius XIII Romæ multa collegia instituit Germanorum, Anglorum, Græcorum, &c. ad iuuenes in Fide Catholica in sacris literis, & ecclesiastica disciplina instituendos, qui postea ad partes Germanorum, Anglorum, & Græcorum mitti consueuerunt, & Ecclesijs præfici, qui in illis regionibus existunt. post eiusmodi Seminaria & Collegia instituta, verissimum est dicere, quod ex illis clerici Ecclesijs Parochialibus, ac etiam Cathedralibus quãplures ordinari cœperunt: nec tamen dicimus, illos ex priuilegio, vel ex dispensatione clericos ordinari. ita de Religiosis in monasterio B. Augustini degentibus dixit Possidius, quod ex illo monasterio clerici Ecclesiæ Hipponensi ordinari cœperunt, tanquam ex Collegio quodam, & Seminario Clericorum. Et hoc est, quod tanquam rem nouam, & in illis regionibus inuisam recensẽt, quod cum antea clerici ex laicis, siue ex populo passim, & sine delectu assumerentur, instituto per B. Augustinum illo Collegio, paulatim dimissis secularibus cœperunt ordinari ipsi Ecclesiæ Hipponensi clerici regulariter viuentes: & sic paulatim illa Ecclesia ex sæcularí regularis est effecta: & ad illius imitationem aliæ certatim suos Episcopos, & clericos ex illo Seminario Augustiniano assumentes, successiuè ex secularibus factæ sunt regulares, ita demum, vt ad exemplum Ecclesiæ Hipponensis omnes ferè Ecclesiæ non solum per Africam, sed per Italiam, Hispaniam, Galliam, & per totum orbem cum incomparabili diuini cultus, & animarum profectu fuerint reformatæ. Et hoc vnum est ex maximis beneficijs, quæ per illum sanctissimum virum Ecclesia Catholica à Deo est consecuta. Vel vt breuius dicam sensus verborum Possidij est, quod post extructum ab Augustino illud monasterium, ex illo Hipponensi Eccle-

siæ clerici ordinari cœperunt, id est instituta regularia monasteriorum in Ecclesiam, & inter clericos Hipponenses inuehi, & cum institutis clericalibus iungi cœperunt, sicut de clericis Vercellensibus sub B. Eusebio S. Ambrosius scribit.

II. SEcundum Argumentũ. Idem Possidius in eodem loco dicit, quod Religiosi in illo monasterio degentes in paupertate profundissima viuebãt. Quod de clericis canonicis dici nõ poterat, qui bona Ecclesiæ etiã stabilia saltem in communi possidebant.

Resp. Paupertatem profundam, de qua Possidius loquitur, eam esse, quæ in abdicatione rerum temporalium non solũ quoad effectum, sed multo magis quoad affectum consistit, quæ in dies magis ac magis crescit, quemadmodũ affectus rerũ temporalium in dies magis decrescit: cum qua paupertate profunda, & profundissima stat possessio bonorum temporalium saltem nomine monasterio rum, & in communi, qualis erat paupertas profundissima illorum religiosorum, qui tamen bona etiã stabilia in communi habebant, vt ex epistola Augustini 64. ostensum fuit. Paupertas verò secundũ effectum ex se non est perfecta, neque meritoria: & propterea cum Abrahã exisset de terra sua, & omnia, quæ in patria habebat, reliquisset, nihilominus iterum dictum est illi à Deo, vt exiret de terra sua, & de cognatione sua, Gen. 12. quia etsi reliquisset Patriam quoad effectum, nondum tamen illam reliquerat quoad affectum, vt B. Augustinus lib. 16. de Ciuit. c. 15. notauit: & monachi olim habebant bona in communi, & tamen viuebant in paupertate profundissima.

III. TErtia Obiectio. Si Possidius sciuisset, illud primum monasterium clericorum fuisse, non infra c. 25. tanquam rem nouã, & insolitam notasset quod cum illo semper clerici communi etiam domo, & mensa alerentur, & vestirentur.

Respondeo, falsum omnino esse, quod Possidius tanquam rem nouã, & insolitam referat, quod Augustinus factus Episcopus communem vitam cũ clericis agere cœpisset, nisi omnes libri, quos vidi, mendosi sint & corrupti. Refert sanè Possidius inter alias eximias huius viri laudes hanc præcipuam, quod euectus ad fastigium episcopalis dignitatis, regularia sui monasterij instituta deferere non voluit, tum quod in ea Ecclesia nouum id esset, tum quod non omnes Episcopi ex monasterio assumpti illius instituta in episcopali dignitate seruent. At hoc non est Augustinum cum clericis communem vitam primum ducere cœpisse, vt cuiusuis intelligenti satis patet.

QVarta Obiectio: Monasteriũ, quod erat in domo Episcopi Possidius nunquam nomine monasterij vocauit, sed solum monasterium. quod erat in horto Valerij monasterium simpliciter, & absolutè nuncupatũ fuit; quæ res indicio est, quod religiosi in illo monasterio degentes asperiorem vitam ducerent, quam clerici regulares.

Respondeo. Et hoc falsum esse, quod non meminerit Possidius monasterij existentis in domo episcopali, vel quod illud non vocauerit monasterium: quia monasterium vocauit c. 15. per hæc formalia verba: *& intra monasterium sedente Augustino Sancto coram nobis.* Et esto Possidius domum clericorum monasterium non vocasset, nihil referret, satis enim esset, quod rẽ teneremus: etsi non vocasset Possidius, vocauerat ipse Augustinus dicens in serm. 1. de com. vit. cleric. *Volui habere mecum in domo episcopi monasterium clericorũ.* Non negauerim, primum monasterium aliquãto strictioris, & rigidioris obseruantiæ fuisse, quam secundũ, id enim satis constat ex eodem sermone: non quod primũ esset monasterium eremitarum, secundum verò clericorum, sed quia primum erat veluti Seminarium, & domus quædam nouitiorum; secundum verò sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum prouectioris ætatis; nullus enim in regulari disciplina vel minimum instructus nescit, apud omnes religiosorum cœtus benè institutos domus nouitiorum sub strictiori disciplina custodiri.

QVinta Obiectio. Possidius c. 15. refert de quodã mercatore prius Manichæo, sed ad prædicationem B. Augustini ex Manichæismo ad fidẽ Catholicam conuerso, quod ille homo proposito seruorũ Dei adhærens negotiatoris dimisit actionẽ, & proficiens in Ecclesiæ membris, in alia religione ad presbyterij quoq; Dei volũtate petitus, & coactus officium accessit. si in alia religione, certè non in alia, quam eremitarum, inquit Marquez, quæ tunc in partibus Africæ celebris erat, ac notissima.

Respondeo. textus non dicit, in alia religione, sed in alia regione, quod etiam innuunt verba sequentia: *Et fortè adhuc vsque nunc viuit trans mare cõstitutus.* Neque temporibus Augustini in vsu erat hoc nomen Religionis acceptum pro ordine regulari, sicut nunc dicimus, Religio S. Augustini, Benedicti, Francisci, Dominici: & dato quod textus diceret in alia religione, ex quanam Logica deduceret Marquez, quod ille homo fuisset de Ordine eremitarum, quia ingressus esset aliam religionem diuersam à religione clericorum regularium? An non erant tunc temporis monachi in partibus præsertim Vltramarinis in Gallijs, Hispanijs, Ægypto, Palestina, & in toto Orbe Christiano, qui non erant Eremitæ Augustiniani? qui forsan illo tempore nusquam, vel nihil erant.

IV. SExta obiectio. Primum illud monasterium extra Ciuitatem, & in horto institutum fuit, & nõ ex accidenti, sed quia sic illius instituti ratio postulabat. non ergo fuit monasterium clericorũ, quod extra ciuitatem extruere opus non erat, imò intra ciuitatem erat necessario construendum.

Respondeo, neque monasterium illud extra ciuitatem erat, neque illius instituti ratio ita requirebat, neque Autor id probat, & sufficit, quod in ciuitate Hipponensi propè parochialem esset hortus capax vnius monasterij, quales innumeri in

mul-

multis ciuitatibus cernuntur. neque verba illa: *Cognito instituto, & voluntate mea beat. mem. Senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium*, habent hunc sensum, quod B. Valerius cognouerit, illum fuisse instituti eremitici, hæc enim omnia gratis hic Author affirmat: sed sensus est, quòd B. Valerius cognita mẽte Augustini de monasterio ædificando, dedit ei ad illum finem hortum Ecclesiæ contiguum, & miror valde huius viri inconstantiam, cum illemet dicat cap. 7. in princip. pag. mihi 81. col. 1. in fine illud fuisse primum monasterium ab Augustino in Ciuitate Hipponensi ædificatum.

IV. SEptima obiectio. Vero simile omnino est, B. Augustinum in illo primo monasterio tale institutum plantasse, quale mente gerebat, quando ad Ciuitatem Hipponensem venit, propter lucrãdum illum amicum, vt secum esset in monasterio: At tunc ille nõ solum de clericatu nihil cogitabat, sed potius à populo apprehensus, vt clericus fieret, pro viribus reluctatus fuit, quia laicus manere disposuerat. non ergo vero simile fuerit, illum factum presbyterum monasterium clericorum instituere voluisse, sed laicorum, quales tunc temporis erant monachi, vel eremitæ.

Respondeo. Cum ex consensu vtriusque partis iam constet, quod qui in illo monasterio degebãt, clerici erant, & in hoc solum sit dissensio, quod nos dicimus, illos ex natura clericos fuisse, alij verò ex dispensatione, ista obiectio, in qua arguens omniũ virium suarum neruum ponit, æquè illum premit, sicut aduersarium. sed hic Autor in argumento petit principium, & pro fundamento supponit, quod illi probandum erat, nempe B. Augustinum ante presbyteratum certi alicuius instituti regularis professorem extitisse, quod falsum prorsus esse superius monstratum fuit. Dicendum itaque, B. Augustinum, quando à populo fuit apprehensus, & presbyter ordinatus, alicuius regularis instituti professorem nondum fuisse, sed tamen monasterij ædificandi, ac in eo viuendi propositum habuisse, & illius propositum Hipponensi populo benè notum, & perspectum fuisse. Dices, & quale nam institutum mente gerebat, si clericus fieri nolebat? Respondeo, illum tale institutum dilexisse, quale Mediolani, ac Romæ viderat, ac didicerat, & de quo ipsemet lib. de mor. Eccles. c. 33. scribit, cum ait: *Nec ideo tamen laudabile Christianorum genus contemserim, eorum scilicet, qui in ciuitatibus degunt à vulgari vita remotissimi. vidi ego diuersoria Sanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus vnus presbyter praerat, vir optimus, & doctissimus. Romæ etiam plura cognoui, in quibus singuli grauitate atque prudentia, & diuina scientia prapollentes cæterò secum habitantibus præsunt, Christiana charitate sanctitate, & libertate viuentibus. Nec ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed orientis more, & Pauli Apostoli autoritate manibus suis se transigunt, vnum etiam prorsus incredibile multos exercere didici &c.* Quod non erat institutum monachorum, aut eremitarum, quibus & ciuitatibus tunc temporis nihil commune, aut commercij erat, vt Hieronymus ad Rusticum, & ad Paulinum scribit, cum B. Augustinus illud data opera ab institutis monachorum & eremitarũ distinguat ibidem cap. 31. & 32. sed erat genus religiosorum in medijs etiam ciuitatibus degentium, quibus clericatus, nec necessario competebat, nec etiam repugnabat. sicut repugnabat monachis, & erat illorũ status ad vtrumque indifferens. Et quod tale genus vitæ B. Augustinus, quibusdam tamen causa melioris frugis superadditis, in illo primo monasterio instituerit, plerique ante nos docuerunt, dicentes B. Augustinum illud vitæ regularis institutum in Africâ inuexisse, quod in Italia, præsertim Romæ, & Mediolani didicerat, inter quos non est omittẽdus Cardinalis Baronius tom. 4. sub anno 391. nu. 23. Et satis apertè colligitur ex Regula, in qua fit mentio vnius presbyteri, qui omnium illorum curam gerebat, & exercitij, ac laboris manuum, quo illi operabantur omnia in communi, maiori studio, & frequentiori alacritate, quam si sibi singuli propria fecissent.

Dices: Si B. Augustinus tale institutum mente habuisset, cui clericatus minimè repugnaret, cur ipse suo clericatui tantopere repugnauit. Respondeo. ex ima cordis illius humilitate, qua se tãto munere indignum reputabat. secundo ex grauissimis periculis, quę subeunt, qui curę animarum gerendæ onus assumunt. Primam causam assignat ipse in serm. 1. de communi vita Clericorũ, in illis verbis. *Nec in conuiuio Domini mei superiorem locũ elegi, sed inferiorem & abiectum &c.* secundam in epist. 148. ad Valerium dicens, eam fuisse causam lachrymarũ, quas tempore ordinationis suæ fuderat. Addo etiam, quicquid B. Augustinus ante presbyteratum in animo habuisset, tamen vt vidit, se à populo apprehensum, & presbyterum ordinatum, & ad plebem regendam deputatũ, intellexisse, vocationem suam non fuisse ad vitam monasticã, aut eremiticã, qua homo quantumcunq; perfectus, sibi soli consulit: sed ad vitam clericalem, qua non sibi soli viueret, sed docendo, scribendo, disputando, & alia Clericorum munera exercendo, aliorum saluti procuraret: Id enim apertè habes ex illomet in 10. Confess. cap. 43. in verbis supra citatis. *Contrum pectatu meũ &c.* Et ob eam causam, cũ factus presbyter de monasterio instituenda deliberaret, institutum illud sibi, & suis amplectendum proposuisse, per quod vtilitati totius Ecclesiæ Catholicæ plurimum consuleretur, quale fuit institutũ illud, in quo regulas monasteriorum institutis clericalibus adiunxit, vt rei euentus demonstrauit.

V. Dices tandem, institutum illud, cuius meminit D. Augustinus in lib. de mor. Ecclesiæ cap. 33. non erat Clericorum, imò à clericali distinctum, sicut patet ex antecedentibus: nam ibi distinguuntur quatuor genera religiosorũ. Primum Eremitarũ. secundum Monachorũ. tertium Clericorũ. quar-

tum Eorum, qui in Ciuitatibus remotissimi ab hominum conuersatione viuebant. quare sicut hoc quartũ genus distinguebatur ab Eremitis, & Monachis, ita & à Clericis.

Respondeo. Nihil obstare, quo minus B. Augustinus in suo monasterio fundando illum modũ viuendi ibi constitueret, & noua instituta super adderet, & Clericatum illi adiungeret, vel saltem tales in eo monasterio poneret, qui ad clericatum pro locorum, & temporũ indigentijs eligibiles essent: sicut etiam fortassis votorũ professionẽ, & obseruantiam adiunxit, de qua dubium est, an religiosi illi in diuersorijs Mediolani, ac Romæ degentes vota emitterent, cum ex verbis Augustini contrarium potius colligi videatur, quod videlicet in libertate sine votorum emissione communem vitam ducerent.

VI. OCtaua obiectio sumitur ex verbis D Augustini in Psal. 99. vbi de monasterio in horto ædificato scribit. *Sic & in illa vita communis fratrum, quæ est in monasterio, magni viri sancti quotidie in hymnis, & orationibus, in laudibus Dei inde viuunt, cum suctione illa res est, laborant manibus suis, inde se transigunt, non auarè aliquid petunt, quicquid eis inferetur à pijs fratribus, cum sufficientia, & cum Charitate vtuntur, nemo sibi vsurpat aliquid, quod alter non habet: omnes se diligunt, omnes inuicem se sustinent &c.* Cũ dicat in illa vita, & non in ista, in illo monasterio, & non in isto, plane indicat, illud monasterium longè à Ciuitate remotum fuisse, & consequenter non Clericorum, sed Eremitarum.

Resp. Augustinus dixit, in illa vita, quæ est in monasterio non quod monasteriũ longe abesset à Ciuitate, sed quia sæculares in Ecclesia alloquebatur, quorum vita, quam cum vita religiosorũ comparabat, ab illa vita communi fratrum, quæ erat in monasterio plurimum distabat. & dato quod etiam illud monasterium a Ciuitate plurimũ distitisset, non ex hoc inferri posset quod esset Eremitarum, innumera enim ipsi clerici Canonici olim habuerunt, & etiam nunc habent monasteria à Ciuitatibus remotissima, & in solitudinibus posita, vt in secundo & tertio libro dicemus.

NOna obiectio sumitur ex eisdem verbis Augustini in eodem loco dicentis. *Cum lectione illa res est, Laborant manibus suis, inde se transigunt.* Nam si illi religiosi ex labore manuum viuebant, non erant clerici, quos Ecclesiarum redditus alebant.

Resp. Si Autor librum Actuum Apostolorum, aut B. Pauli Epistolas, aut saltem Augustini librum de opere monachorum attentè legisset, vidisset vtique, B. Petrum, & Paulum, & exteros Apostolos, qui vitæ necessaria à populis petere, & accipere poterant, maluisse nihilominus labore manuum sibi victum comparare, ne alios grauarent. At omissis Epistolis Pauli, & Actis Apostolorum, saltem legere debuerat canones Concilij 4. Chartaginensis, cui Beatus Augustinus subscripsit, clericorum Ecclesiæ Africanæ vitæ normam describentis, in quibus, canone 51. ita cauetur. *Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus, honesto artificio victum quærat, & can. 52. Clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absque officij sui detrimento paret, & can. 53. omnes Clerici, qui ad operandum validiores sunt, & artificiola, & literas discant.* Vides ex his, quibus modis tempore B. Augustini Clerici Hipponenses, & totius metropolis Charthaginensis labore manuum sibi ipsis victum compararent. consimiles canones multos congerit in suo Decreto Gratianus dist. 91. & in cap. cauendum 10. q 3. & cap. 1. 21. q. 1. & licèt B. Augustinus dicat, religiosos illius monasterij manibus suis se transegisse, non negat tamen, illos bona stabilia in communi possedisse, imò hoc expresse docet in Epistola 64. superius allegata.

VLtima obiectio sumitur ex verbis Augustini in eodem loco, vbi dicit, illos religiosos elegisse vitam quietam, remotos à strepitu populariũ, & à turbis inquietis, & à magnis fluentibus sæculi. Quæ omnia indicia sunt vitæ Eremiticæ. Addit Marquez, D. Augustinum ibi loci tria hominum genera distinguere, Primum Secularium. Secundum Clericorum. Tertium illorum in monasterio B. Augustini degentium, & multa alia inculcat, quæ ad rem non faciunt, & nihil concludunt

Respondeo. B. Augustinum ex mea sententia in toto illo Commentario non loqui specialiter de suo monasterio, sed in vniuersum de statu vitæ regularis degentium in monasterijs, & de illius quiete, ac tranquillitate. Sed vt demus, illum etiam in particulari de suo monasterio verba facere, nego ista indicia esse vitæ Eremiticæ, potius quam vitæ Clericalis: Nam per hoc, quod quis in monasterio tranquillam vitam ducit à strepitu popularium, & à magnis fluentibus sæculi remotam, non infertur, illum Eremitici ordinis, potius quam Clericalis esse professorẽ & Augustinus similia prorsus scribit de religiosis illis, qui Mediolani, & Romæ plures simul viuebant in diuersorijs ab omni sæculari conuersatione remotissimi, quos constat Eremitas minimè fuisse. falsum est etiam, quod hic autor fingit ex sententia D. Augustini de triplici illo statu laicorum, Clericorum, & religiosorum, qui in illo monasterio degebant. Non enim hoc dicit Augustinus, sed in vniuersum omnes fideles in tres ordines distinguit. primum piorum sæculariũ laicorum. 2. sæcularium Clericorum. 3. Regularium, sub quo comprehendit omnes siue Clericos, siue Monachos, & etiam conuersos: Monachi enim tẽpore Augustini Clerici non erant, nec tamen inter laicos comprehendebantur, sed potius cum Clericis connumerabantur, vt habes ex D. Hieronymo in c. duo. 12. q. 1. Vnde per vitam illam, quæ erat in monasterio, non accepit vitam, quam ducebant religiosi in suo monasterio, sed in vniuersum omnium regularium in monasterijs degentium, vt dictum fuit, posito singulari pro plurali.

CAPVT

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Beatum Augustinum fuisse verũ Clericum Canonicum, & instituti Canonici professorem etiã in Episcopali domo extitisse.

I. CVm boni Pastoris indicium euidẽs sit, proprij gregis ducem non solum verbo, sed exemplo seipsum exhibere, inter alios pastores, quos Saluator noster Iesus Christus in Ecclesia constituit ad pascendum gregem, quem acquisiuit sanguine suo, istud veri Pastoris indicium euidentissimè omnibus monstrauit B. Augustinus eo potissimum tempore, quo à B. Valerio Episcopo plebis Hipponensis sacerdos, & parochus fuit ordinatus. instituto namque statim monasterio, quod breui tempore Seminariũ Clericorum, Sacerdotum, & Episcoporum feracissimum euasit, non saris se fecisse existimauit, si regularis obseruantiæ iugum super collum discipulorum imposuisset, quod plerique faciunt, nisi eiusdem regularis disciplinę onus primus ipse suis humeris portaret. Non est instituti nostri in hoc loco aduersus Erasmum, & alios nouatores probare, B. Augustinum, & Clericos Canonicos ab illo institutos tria vota Castitatis, Obedientiæ, & communis vitæ solemniter professos fuisse, de qua re præter ipsum Augustinum serm. 1. & 2. de Communi vita Clericorũ, locupletissimè, ac solidissimè scripsit egregius Theologus facultatis Parisiensis Richardus Cenomanus in proprio libro de hac re edito, cuius est titulus, Antidotus contra Erasmi Censuram in regulam B. Augustini, qui ad calcem primi tomi D. Augustini cum ipsa B. Augustini regula reperitur. Verũ quod docere, & probare hoc loco intendimus id est, B. Augustinum factũ presbyterum Clericorum Canonicorum siue Regularium, quos in suo monasterio instituit, vitæ modum, & normam tenuisse etiam cum votorum emissione, & idem vitæ genus in Episcopali domo cum Clericis secum communiter viuentibus retinuisse. Et quanquam suppositio semel primum illud monasterium à D. Patre in horto Valerij institutum, non Monachorum, aut Eremitarum, sed Clericorum extitisse, per necessariam consequentiam inferatur, illum instituto & professione Clericum, non Monachum fuisse, cum certum sit, illum secundum eas regulas in monasterio, & etiam in domo Episcopali vixisse, quas cæteris in eodem monasterio degentibus obseruandas tradiderat. Nihilominus abundantioris doctrinæ gratia ea repetendo, quę superius diximus, Probatur primo hæc veritas testimonio D. Augustini dicentis: *Cognito instituto, & voluntate mea bo. memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni propositi fratres colligere, compares meos, & imitantes me.* Hæc verba indicant, B. Augustinum eandem vitã cũ cæteris in suo monasterio degentibus tenuisse. Quod adhuc magis exprimit Possidius, dum inquit: *Et cum Dei seruus viuere cœpit secundum modum, & regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* At superius ostensum est, illos fuisse Clericos communiter viuentes ad normam regulæ Apostoli æ. Ergo B. Augustinus vere fuit professor instituti Clericorum Apostolicorum, qui Clerici Canonici nunc dicuntur.

Et confirmatur secundo loco eadem veritas authoritate Ecclesiæ in officio D. Augustini, & Doctorũ dicentium, quod B. Augustinus factus presbyter monasterium Clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam.

II. TErtio addere possumus alios Doctores, qui expresse fatentur, B. Augustinum Clericum fuisse, non Eremitam, nõ Monachum. Primus est Paschalis Papa huius nominis Secundus in literis Priori Sancti Frigdiani directis, in quibus de B. Augustino ita scribit. *Vita regularis propositum in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolis institutum, quam B. Augustinus tam constanter amplexus est, vt eam suę regulæ informaret.* Secundus Robertus Holcot in librum Sapientiæ cap. 7. lect. 95 vbi hæc ait: *Omnes isti tam verbo, quàm scripto docuerunt, quod etiam religiosi fuerunt, Hieronymus monachus, Augustinus Canonicus. Canonici vero in canone vocantur Clerici ab Augustino 12. q. 1. cap. nolo vt aliquis. Vnde regula de communi vita Clericorum, quæ vocatur Regula B. Augustini, quam multi alij religiosi sumpserunt postea, inter quos sunt Prædicatores, Carmelitæ, & longe postea Eremitæ Sancti Guilielmi, & Sancti Augustini, & multi alij conuenientes in vnum collegium facti sunt ex Eremitis Vrbanitæ, & assumpserunt S. Augustini regulam, quia Eremiticæ vitæ omnino repugnat, & vocatur modò ordo ille Ordo Eremitarum S. Augustini, de quorum numero nunquam fuit Augustinus, quia nunquam fuit Eremita, sicut patet per verba eius decimo Confess. in fine, vbi loquens ad Deum, sic dicit, Contritum peccatum meum, & mole peccatorum, & miseria mea &c.* Hæc ille; propter quæ non me latet, nonnullos illi diras precatos. Sed Authoritatem suspectus, quod talia scripserit. vt sibi Clericos Canonicos gratificaret. tertius est Cardinalis Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino, cuius verba superius recitata omittimus, ne superflua repetitione legentibus fastidio simus.

III. QVarto confirmatur eadem veritas euidenti ratione, quia credendum est, Beatum Augustinum illorum institutum tenuisse, & professum fuisse, quibus ipse primo regulam scripsit, & tradidit, cum Possidius, & Ecclesia in officio B. Augustini hæc virtualiter saltem tangere videantur, nimirum institutionem monasterij, & traditionem regulæ Apostolicæ: verum Regulam à B. Augu-

stino non Eremitis, sed Clericis traditam, etiam totius Ecclesiæ consensione intra cap.18. ostendemus.

Quinto, Beatus Augustinus in Episcopatu habitum Clericorum Canonicorũ, ac omnibus Clericis Canonicis communem semper gessauit. non ergo ante Episcopatũ fuerat Monachus, sed Clericus. sequela ad hominem necessaria est, ac incuitabilis, cum scribat Ioannes Marquez cap. 7. §. 7. & sequentibus, Augustinum non potuisse in Episcopatu clericalem habitum deferre: quia ante Episcopatum fuerat Monachus, nec poterat proprium habitum dimittere, etiam in Episcopali dignitate constitutus. Ergo si ab oppositio ostensum fuerit, illum in Episcopatu non monasticum, sed Clericalem habitum communem cæteris Clericis secũ viuentibus induisse, consequens erit, illum ante Episcopatum Clericum Canonicum, & non Monachum, vel Eremitam extitisse Induisse verò B. Augustinum in domo Episcopali habitum Clericalem cæteris omnibus Clericis communem, probãdum erit inferius cap. 24. ne quæstiones præueniendo materias ad inuicem confundamus.

Sexto, Hæc duo vnum & idem sunt, Clericus regularis, & Canonicus regularis, ex codẽ Marquez cap. 6. §. 1 pag. 71. col. 1. hæc vero ad inuicem pugnant & mutuo se excludunt, Canonicus regularis, & Monachus ex eodem Autore cap. 5. § 3. At Beatus Augustinus epistola 76. ad Aurelium Carthaginensem aperte fatetur, se esse in numero Clericorum, & se à Monachis distinguit, cuius hæc inter alia sunt verba relata in capit. legi Epistolam 16. q. 1. *Nimis dolendum si ad tam ruinosam superbiam monachos corrigamus. & tam graui contumelia Clericos dignos putemus, in quorum numero sumus: cum aliquando etiam bonus Monachus vix bonum Clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit institutio necessaria, aut persone regularis integritas.*

IV. NOn me latet, Coriolanum in defensorio cap. 5. in fine multum laborare, & multa dicere ad huius rationis vim eneruandam contra Canonicos Frisonarios. Primo quod B. Augustinus fuit fundator plurium monasteriorum Monachorũ, & Eremitarum, quod dictum non probat. secundo quod Monachi illi, de quibus in ea epistola agitur, erant de illis institutis à D. Augustino, quod ũm liter non probat neque deducitur ex illa epistola. tertio quod omnes Monachi primitiuæ Ecclesiæ propriè sumpti erant laici, quod falsum esse superius demõstrauimus. quarto quod Clericus propriè sumptus debet esse in sacris ordinibus cõstitutus, & habere curã animarũ, cuiusmodi sunt Episcopi & presbyteri, quod est absolutè falsum, & cõtra sacros Canones, nã Clericus est ille, qui in sortem Domini vocatus est, & renunciatis omnibus visibilibus solum Deum sortem suam elegit, & est ordinibus Ecclesiasticis initiatus. cap. Clericus 12. q. 1 & hoc siue habeat, siue non habeat curam animarum. quod si mens istius viri sit, velle dicere, Episcopos & presbyteros curam animarum habẽtes, dicendos esse Clericos propriè, id est, magis principaliter, fortasse indulgendum est, sed tamen modus loquendi proprius non est, nec admittendus, vt dicamus solos Episcopos, & Sacerdotes animarum curam habentes esse propriè Clericos. quinto inquit, quod Clericus communiter dicitur ille omnis, qui est constitutus in ordine sacro, siue habeat, siue non habeat curam animarũ: quod etiam impropriè dicit, nam quid est, dici Clericum communiter? ipse enim vtitur termino communiter, vt opponitur huic termino propriè, & sic esse Clericum communiter, idem erit, quod esse Clericum impropriè, vtrum autem in sacris ordinibus constituti sint Clerici impropriè, si curam animarum non habeant, peritis in Theologicis relinquitur decernendum. sexto dicit, quod Monachus propriè dicitur ille, qui professus est aliquam regũlam monachalem ab Ecclesia approbatam. Communiter autem dicitur Monachus quilibet religiosus cuiuscunque ordinis Regularis, & sic appellatione Monachi veniunt etiam Eremitæ. quod dictum præter quod est contra illum, nam eo admisso, corruunt omnia, quæ dicit de monachatu D. Augustini, potest enim dici, quod fuit Clericus Regularis, sed quandoq; appellatus est monachus communiter, est etiam absolutè falsum; Nam Eremitæ Cœnobitæ antiquitus erant monachi vere, & propriè, vt patet ex Cassiano, Hieronymo, & aliis sexcentis. septimo dicit, quod accepto nomine Clerici propriè nullus Clericus, est monachus, sed nec vllus monachus est vere Clericus, adeo q; quãdo monachus fit sacerdos, vel Episcopus, & accipit curam animarum, perdit nomen monachi, & retinet nomen Clerici, ita vt non dicatur amplius frater talis, & monachus talis, sed talis Episcopus. vel Archiepiscopus. Quod dictũ est similiter falsum, & absurdum, & contra consuetudinem Ecclesiæ, nam assumpti ad Episcopatum, & etiam Cardinalatum retinent nomen, & habitum suæ religionis, & se in Epistolis subscribunt, frater talis, vel talis monachus. Videantur epistolæ, & tractatus Humberti de Silua Candida, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopi, & Nicetæ Pectorati in 10. & 11. tom. Annal. Baronij. Videantur Epistolæ B. Petri Damiani, qui cum esset Episcopus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, nunquam se Clericum, & semper monachum vocauit. Sed quid opus est abundare probationibus in re notissima. octauo dicit. Beatum Augustinum in illa Epistola vocare se Clericum, quia erat Episcopus, cum quo stat, quod antea esset Eremita, vel Monachus. & in summa responsio illius est, B. Augustinum se denominasse Clericum, quinquam prius fuisset Eremita, & etiam teneret habitum Eremiticum, quia habebat curam animarum, & quia voluit denominari à nobiliori, quia non erat de numero monachorum propriè sumptorum, qui ab initio erant laici. Quam responsionem sub alijs verbis probat

Mar-

Marquez dicendo, nomẽ Clerici ab Augustino ibi loci accipi, non quatenus est nomen regularis Ordinis, sed quatenus est nomen officij Ecclesiastici, quo pacto etiam monachi, quando ad sacros ordines promouentur, dicuntur Clerici.

V. VErùm vt ostendamus, vtrum responsionem difficultatem minuere, nec rationem soluere Primo aduerto, hanc epistolam Augustini in eodẽ senso, in quo à Canonicis Frigidionarijs (vt Coriolani vocabulo vtar) adducta fuit, ante annos quingentos & quinquaginta, allegatam fuisse ab eruditissimo viro, & omnium Doctorum sui temporis facilè Principe Iuone Carnotense Episcopo in quadam sua Epistola, quam scripsit Petro Pictauiensi Episcopo in causa cuiusdam Clerici Canonicicũ Abbate Sancti Cypriani, cuius verba operæ precium duxi hic transcribenda, vt de vera intelligentia verborum B. Augustini in illa Epistola ex testimonio huius Authoris apud omnes facile cõstare possit: *Si fraternitatem, inquit, vestram in nos vocare potuimus, quantum saluo charitatis vinculo, posset fieri, iure à vobis multas exposturemus iniurias, partim communes, partim proprias; quia Clericum in diœcesi nostra Deo militantem, & pro pulchritudine, & dulcedine vitæ Contemplatiuæ fonti totis desiderijs hiantem, ad publicum redire, quietem suam interrumpere, vestra admonitione, vestra autoritate compulistis, quem cum vobis ad regimen cuiusdam regularis Ecclesiæ diœcesis vestræ vestris Epistolis crebro compulsi concessimus, & canonicè electum ab ipsa Ecclesia transmisimus, non satis aptam à vobis passis est repulsam, qui præposterο ordine dissentire cœpistis, quando iam facta à fratribus, & collaudata à vobis eius electione in Prioratus sui sede eum sublimare noluistis, in quo & illi fratri non modicam intulistis verecundiam, & amico vestro non minimam fecistis iniuriam: non enim erat tanta precum instantia ab amico postulandus, qui ad iniuriam doni, & donantis tam facile mutata sententia fuerat refutandus. Nec satis tuentur fraternitatem vestram literæ Domini Papæ, quibus dictãtis altari interfuimus, quæ confirmant Abbati Sancti Cypriani in illud prædicta Ecclesia, quod se habere dicebat ex legitima concessione quorundam monachorum, quæ vt audiuimus quietam possessionem Clericorum approbant, monachorum verò S. Cypriani intrusionem prorsus improbant. Ad hoc præfatus Abbas modis omnibus nitebatur, vt prædicta Ecclesia Prioratus ei à Domino Papa cõcederetur, quod Dominus Papa nobis reclamantibus, & libertatem Clericorum pro posse nostro defendentibus, facere noluit, præcauens, vt ipse dicebat, ne per hanc occasionem prædictus Abbas Clericos moliretur exludere. Clericorum verò Ordini publicam infert us iniuriam, qui monachorum ordinem ad tam ruinosam superbiam erigitis, vt Clericos eis subrogare studeatis, quorum tanta debet esse excellentia, vt secundum B. Augustinum vix etiam bonus monachus bonum Clericum faciat.* hæc ille, in quibus vides, verba Augustini ab Iuone mutuata, & in eo sensu allegata, vt non opponantur officia Monachorum officijs Clericorum, sed ordo Monasticus ordini Clericali, & clariùs Monachus Clerico, & Canonico Regulari, & vt nomen Clerici accipiatur, non vt significat personam in officio Ecclesiastico positam, sed certi Regularis Ordinis à monastico distincti.

ET quod ista sit germana, & legitima verborũ D. Augustini interpretatio, & intelligentia, probatur, quia licet Monachi olim ex dispensatione, & ob penuriam Clericorum, admitterentur ad Clericatum, & nunc passim absque necessitate admittantur, non tamen propter hoc, quod efficiuntur Clerici, amittunt nomen monachi, neque se à monachis contra distinguunt, vt putent se in ordine superiori constitutos, sed passim monachi, & de ordine Monachorum tum à se ipsis, tum ab alijs vocantur: quia Clericatus ineſt illis quasi ex accidenti, & vnusquisque non secundum illa, quæ ex accidenti, sed quæ substantialiter illi insunt, denominari solet. Et è contrario quando Clericus transit ad monasticam, non amplius vocari solet Clericus, sed monachus. Cum vero Beatus Augustinus se absolutè vocet Clericum, & reponat in numero clericorum, & contradistinguat à monachis, indicium manifestum est se nomen clerici non, vt est nomen officij Ecclesiastici, sed vt est nomen Ordinis à monastico distincti accepisse; aliàs si priùs fuisset Monachus etiam ad Presbyteratum, & Episcopatum assumptus, monachus se fassus fuisset, neque vnquam à monachis distinxisset, sicut nec etiam nunc, qui ad Episcoparum, & Cardinalatum ex monachis assumuntur, se monachos, & de Ordine monachorum esse negant, vel de Ordine clericorum videri volunt. Et tandem esto per hanc rationem, & ex hoc loco præcisè sumpto non conuinceremus, hanc esse legitimam, & necessariam intelligentiam istorum verborum Augustini, conuincitur tamen ex alijs adiunctis, quæ superiùs adduximus: quia communis est sententia Doctorũ, imò & ab Ecclesia probata, quod factus Presbyter monasterium Clericorum instituerit, quod cum clericis tùm in presbyteratu, tùm in Episcopatu communem vitam duxerit, quod clericalem habitum etiam Episcopus gestauerit, quod Regulam clericis tradiderit, quibus omnibus si hoc etiam addideris, quod se clericum nominare, & in numero clericorum reponere, & è monachis distinguere voluit, quod ex dicta epistola habes, necessariò dicendum videtur, illum professione clericum Canonicum, & non Monachum extitisse. VI.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Quænam causa Clericorum Canonicorum, siuè regulariter, & communiter viuentium in Ecclesia Hipponensi instituendorum potissimæ fuerunt, declaratur, & causæ non veræ explodunturquas Marquez excogitauit.

I. INter alia argumenta clericatus B. Patris Augustini, hoc efficacissimum videtur, quod non solùm in presbyteratu cum clericis communem vitam egerit, sed quod in Episcopatu monasterium clericorum statim instituerit, & quod vsque in extremum diem cum clericis communem vitam ducere voluerit. Sic enim ipse de seipso ait in serm. 1. de cõm. vita Clric. *Petunt ad Episcopatum, vide necesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduam quibuscunque venientibus, siue transeuntibus, quod si non fecisset, Episcopus inhumanus diceretur; si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset, & ideo volui habere mecum in domo Episcopi monasterium clericorum. Ecce quomodo hic viuimus, nulli licet at in societate nostra habere aliquid proprium. seò si fortè aliqui habent, faciunt quod non licet.* Hoc testimonium B. Augustini tam apertum nonnullos male torquet, ita vt in omne latus se vertant, si quo modo hac ratione postposita, quæ sola clericorum Canonicorum in domo Episcopali instituendorum vera causa extitit, aliàs non veras adinuenire possint. inter quos iure meritò numerandus est Ioan. Marquez. cap. 6. §. 1. in fine, & §. 2. & seq. vbi de suo duo producit. Primum est, germanam, & veram causam institutionis clericorum Canonicorum in domo Episcopi per B. Augustinum factæ, eam extitisse, vt testes propriæ conuersationis & vitæ apud omnem populum haberet: ne quis putaret illum Episcopalis honoris sedem per ambitum quæsiuisse, ad monasticæ disciplinæ iugum excutiendum, cui ex sua professione obstrictus manebat. Quam ob causam cum non posset diutius in primo monasterio commorari, ad Ciuitatem transijt, & in domo Episcopi monasterium clericorum ædificauit. Porrò hanc huius institutionis veram causam extitisse, pro comperto, inquit, habebunt, qui B. Augustini verba proximè citata cum verbis Concilij Toletani secundi, cap. 1. & Concilij Toletani quarti cap. 22. conferre voluerint.

Alterum est, quod §. 4. subiungit, & longo satis discursu prosequitur etiam in §. sequenti, B. Augustinum post assumptionem ad dignitatem Episcopalem absolutum fuisse à legibus suæ religionis; quia in monacho extinguitur per assumptionem ad Episcopatum obligatio votorum, & potest testari, & est dominus suorum bonorum, & manet solutus ab obedientia.

II. QVæ doctrina quo ad vtrumque dictum salua reuerentia falsa est, ne plus aliquid dicam. nam vt ordine præpostero à secundo dicto incipiam, quod in monacho per assumptionem ad Episcopatum extinguatur obligatio votorum, tum ad hominem, tum secundum rei veritatem falsum esse ostendo. Primo ad hominem, fatetur idem Autor, B. Augustinum in Episcopatu obnoxium fuisse ad gestandum habitum suæ religionis, ob quam causam, quia putat illum ante Episcopatum monachum fuisse, & habitum monasticum induisse, contendit, illum in Episcopatu habitu Clericorum vti minime potuisse, sed eumdem habitum monasticum etiam in Episcopatu retinuisse cap. 7. §. 7. 8 & 9. Cæterum monachum magis teneri ad obseruantiam regulæ & votorum, quam ad delationem habitus, nullus nisi in hac parte ignarus negare potest, cum regulæ, & votorum obseruatio professioni monasticæ intrinseca, & essentialis sit, delatio verò habitus extrinseca, & accidentalis, & apud omnes pro tritum vetustate prouerbium quod monachum non facit habitus, sed regularis obseruantia, & professio, quod etiam refertur in cap. Porrectum de Regul. Viderit ergo, an consequenter loquatur, cum dicit, B. Augustinum post assumptionem ad Episcopatum obnoxium fuisse ad ferendum habitum monasticum, & tamen absolutum mansisse ab obligatione regulæ, & votorum. Deinde secundum rei veritatem hanc doctrinam falsam esse, conuincunt, quæ de hac re scribunt Innocentius primus B. Augustini contemporaneus, in cap. de Monachis 16. q. 1. & D. Thomas cum tota Theologorum Schola in 2. 2. quæst. 185. art. 8. nimirum, quæ monastica institutio compleatur, in duplici esse differentia, alia quæ ordinis Episcopalis exercitio repugnant, & illud impediunt, qualia sunt clausuræ, & silentij custodia, & ab ijs per assumptionem ad dignitatem Episcopatus monachum absolui, iuxta textum in c. statutum, 18. q. 1. Alia verò quæ exercitium Ordinis Episcopalis non solùm non impediunt, sed potius valdè iuuant, & conferunt ad perfectionem ipsius status Episcopalis, vt delatio proprij habitus, & trium votorũ custodia, & ab huiusmodi per promotionem ad dignitatem Episcopalem monachũ nullatenus dispensari. De qua re præter decisionẽ Papalem in dicto cap. de monachis, videndus omnino D. Thom. loco proximè allegato, vbi etiam rationes quas Marquez contra communem sententiam Doctorum producit, examinat, & dissoluit. Neque verum est, quod hic Autor gratis affirmat, Summum Pontificem, quando aliquem Regularem

gularem Episcopum creat, facultate
vt bona temporalia vti propria poss
prietarium illum facere: solum enim
rem, & non dominum eorundem
sum instituit. At si Azorius, aut alius
hoc Autore aliter sentit. non benè f
decretum Innocentij allegatum, co
torem facit expressa definitio Ale
cap. cum ad monasterium de statu r
decernentis, custodiam castitatis, &
proprietatis regulæ monasticæ ita c
se, vt nec etiam Summus Pontifex si
aliquid indulgere. Vide glossam il
per illam allegata. Neque D. Thon
Si tamen ex concessione Papæ testan
non intelligitur ex proprio facere testa
telligatur apostolica authoritate esse
stas sua dispensationis, vt eius dispens
re post mortem. adeò rudis, & ign
credideris, monachum factum
dispensatione Pontificia posse bon
administrare etiam post mortem
dum idem Author D. Thom. impor
innuit: quòd dispositio seu testame
à monacho Episcopo ex concessio
robur & vim habet etiam post mor
statoris.

Dices, in monacho per ordinatio
palem extinguitur obligatio ad obe
superioribus, siue extinguitur votum
ergo idem dicendum de alijs votis.
per assumptionem ad Episcopatu
tur in illo obligatio, seu votum ob
eadem ratione extingueretur vot
Nam quæ maior est ratio de vno q
ro? Dico igitur, in monacho facto
extingui votum obedientiæ, sed sol
poni in exercitio propter defectum
quod longè diuersum est. Nam qua
ciatur Generalis sui Ordinis, & in ca
ritur, non exercet votum obedienti
præcipientis, & tamen per assumptio
neralatum ipsum votum obedientia
extinguitur. Quæ res pluribus exem
lustrari, nam per hoc, quod rhabarb
natur stomacho ab humore colerico
amittit vim purgandi humorem col
hoc, quod aqua linum candidum à
gare non potest, non extinguitur in a
ralis abluendi sordes, quia hæc om
ex defectu obiecti, non autem ex def
agentis.

III. VErùm hæc obiter dixerim, Mult
gis falsum est, quod primo loco a
causam institutionis Clericorum Can
domo Episcopi fuisse vt illi testes ess
los vitæ & conuersationis ipsius Diu
& aliorum Episcoporum. Causa verò
potissima talis institutionis duplex e

gularem Episcopum creat, facultatem illi tribuere, vt bona temporalia vti propria possideat, vel proprietarium illum facere: solum enim administratorem, & non dominum eorundem bonorum illum instituit. At si Azorius, aut alius ex allegatis ab hoc Autore aliter sentit, non benè sentit & præter decretum Innocentij allegatum, contra hunc Autorem facit expressa definitio Alexandri III. in cap. cum ad monasterium de statu monachorum, decernentis, custodiam castitatis, & abdicationem proprietatis regulæ monasticæ ita coniunctum esse, vt nec etiam Summus Pontifex super his valeat aliquid indulgere. Vide glossam ibidem, & iura per illam allegata. Neque D. Thom. cum inquit: *Si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed intelligitur Apostolica authoritate esse ampliata potestas sua dispensatiua, vt eius dispensatio possit valere post mortem.* adeò rudis, & ignarus fuit, vt crediderit, monachum factum Episcopum ex dispensatione Pontificia posse bona suæ Ecclesiæ administrare etiam post mortem, quemadmodum idem Author D. Thom. imponit: sed solùm innuit: quòd dispositio seu testamentum factum à monacho Episcopo ex concessione Pontificia, robur & vim habet etiam post mortem ipsius testatoris.

Dices. in monacho per ordinationem Episcopalem extinguitur obligatio ad obediendum suis superioribus, siue extinguitur votum obedientiæ. ergo idem dicendum de alijs votis. Nego, quod per assumptionem ad Episcopatum extinguatur in illo obligatio, seu votum obedientiæ: nam eadem ratione extingueretur votum castitatis. Nam quæ maior est ratio de vno quam de altero? Dico igitur, in monacho facto Episcopo non extingui votum obedientiæ, sed solum illud non ponit in exercitio propter defectum præcipientis, quod longè diuersum est. Nam quando quis efficitur Generalis sui Ordinis, & in ea dignitate moritur, non exercet votum obedientiæ ex defectu præcipientis, & tamen per assumptionem ad Generalatum ipsum votum obedientiæ in illo non extinguitur. Quæ res pluribus exemplis posset illustrari, nam per hoc, quod rhabarbarum propinatur stomacho ab humore colerico purgato, non amittit vim purgandi humorem colericum, & per hoc, quod aqua linum candidum à sordibus purgare non potest, non extinguitur in aqua vis naturalis abluendi sordes, quia hæc omnia eueniunt ex defectu obiecti, non autem ex defectu virtutis agentis.

III. VErùm hæc obiter dixerim, Multo autem magis falsum est, quod primo loco asserit, veram causam institutionis Clericorum Canonicorum in domo Episcopi fuisse vt illi testes essent ad populos vitæ & conuersationis ipsius Diui Augustini, & aliorum Episcoporum. Causa verò præcipua, & potissima talis institutionis duplex extitit: Altera particularis, quæ ipsius beatissimi Patris spiritualem profectum respiciebat, quam ille dicto serm. 1. de comm. vita Cleric. conceptis verbis explicauit, nimirum vt non solum in presbyteratu, sed etiam in Episcopatu Apostolicæ vitæ formam, & regulam teneret. Hic enim germanus, & legitimus est sensus illorum verborum: *Et quia hoc disponebam, esse in monasterio, cognito instituto, & voluntate mea beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium, cœpi boni propositi fratres colligere &c.* & infra: *Perueni ad Episcopatum, vt dixi necesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus, siue transeuntibus, quod si non faciebam, Episcopus inhumanus dicebar. Si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset. & ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum, ecce quomodo viuimus &c.* Altera verò communis, quæ totius Ecclesiæ Catholicæ profectum, & commodum respiciebat, videlicet communis & regularis vitæ priscorum clericorum à sanctissimis Apostolis institutorum nimis vetustate labentis, & cadentis instauratio, quam etiam expressit eod. serm. 1. cuius verba sic referuntur cap. certè. 12. q. 1. *Certe ego sum, qui statueram, sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, aut si vellet discedere à proposito, recte illi tolleremus clericatum quia discederet sancta societate promissum. captum, consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro nuncupo consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & Ecclesia sua, maneant vbi volunt, & vbi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas; malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere à proposito, sed peius simulare propositum. Ecce dico, audite, qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in actibus Apostolorum deserit, à voto suo cadit, &c.* Et totus sermo ille cum sequenti in eodem argumento versatur. Et hæc potissima causa extitit, quæ Augustinum ad Clericos communiter viuentes instituendos mouit, vt Summi Pontifices, Concilia, Canones, & omnes Catholici passim affirmant, dum ipsum Augustinum Apostolici Ordinis Clericorum Canonicorum Reparatorem prædicant, & mitis encomijs extollunt. Et quanquam in ser. 2. de communi vita Clericorum in Episcopo non solùm bonam conscientiam propter semetipsum, sed etiam bonam famam apud populum necessariam esse affirmet, non tamen deduci hinc potest ex sententia B. Augustini primum, & præcipuam causam institutionis Clericorum Canonicorum fuisse, vt illi testes essent vitæ, & conuersationis ipsius Beati Augustini ad populum Hipponensem. & vt demus, nonnullos Episcopos ob hanc etiam causam Clericos Canonicos in suis Ecclesijs instituisse, non tamen concedo, eiusmodi causam adæquatam fuisse, sed nec etiam præcipuam nec textus ex Concilijs Toletanis secundo, & quarto allegati, vel vnum iota habent, quod huic sententiæ vel in specie quidem faucre possit. Quod quia Marquez contendit, vt qua

fide

fide Autores referat, facilius constare possit, vtrúque capitulum hic fideliter exscribam. Concilium secundum Toletanum capite primo allegato sic habet: *De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in Clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum, vt cum decenti, vel ministerio electorum contradi fuerint, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia à Præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius Cleri, plebisq; conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, placuerit & promissionem castimoniæ suæ absque coniugali necessitate responderint seruaturos, sibi tanquam appetitores artissimæ vitæ (euntibus Domini iugo subdantur, ac primo subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ à trigesimo anno suscipiant: quod si inculpabiliter, ac non sensè vigesimum & quintum annum ætatis peregerint, ad Diaconatus officium, si scientes implere posse, ab Episcopo comprobentur, promoueri debent, eauendum tamen est hoc, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias, aut abortiuos concubitus vltrà audeant.* Quod si forte fecerint, vt sacrilegij rei, ab Ecclesia habeãtur exranei. *His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi permanserit, concessam ab Apostolo sententiam anferre non possumus, ita vt cum proiectæ ætatis in coniugio positi renunciaturos se pari consensu operibus carnis sponderint, ad Sacros Ordines assistant.* Similiter verba Concilij Quarti Toletani in c. 22. allegato hæc sunt: *Similiter placuit, vt quemadmodum Antistites, ita Presbyteri, atque Leuitæ, quos forte infirmitas aut ætatis grauitas in Conclaui suo (alia litera, Episcopi) manere non sinit, vt & ipsi in cellulis suis testes vitæ habeant, vicarios suam sicut & nomine, ita & meritis tenant, &c.* Vtrum verò, ex prædictis canonibus habeatur, veram & potissimam causam institutionis clericorum Canonicorum in Ecclesijs, seu domibus Episcopalibus fuisse, vt Episcopi suæ ipsorum vitæ, ac conuersationis testes ad populos habere possent; alij iudicent, cum primum caput nihil omnino ad rem, secundum verò id solùm præcipiat, quod canonici, siue illi Sacerdotes, siue Leuitæ fuerint, siue in conclaui degentes, siue alibi, testes suæ conuersationis, & custodes habeãt, quod & D. Augustinus in Regula & omnia Regularium Ordinum instituta virorum, & mulierum expresse iubent, & in cunctis religiosorum familijs benè institutis inuiolabiliter seruatur.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Beatum Augustinum suam regulam Clericis Canonicis, non Monachis, vel Eremitis scripsisse, ac tradidisse.

I. QVod superius clericale B. Augustini Patris nostri Augustini institutum ex duplici capite, nimirum ex regula ipsius clericis, non autem Eremitis, vel monachis tradita, & ex illius habitu clericali, non autem monastico probandum spopondimus, nunc breuiter quantum amplitudo materiæ conceserit, præstãdum erit. Et primo de regula, consequenter de habitu dicemus. Circa regulam tria dubia occurrũt. Primum, an Beatus Augustinus plures Regulas scripserit, an vnam tantum, & quænam illa sit. Secundum, an virtis illam, an fœmtnis tradiderit. Tertium, An illam tradiderit clericis, an Eremitis, vel monachis. Quod ad primum attinet, Paulus Bergomensis in Apologia, & Coriolanus in defensorio cap. 2. in secunda parte capitis pagina vndecima, docent, non vnam, sed tres regulas scripsisse. Verba Coriolani sunt. *Secundo nota, quia Augustinus tres regulas composuit. Prima fuit ista, quam composuit in monte Pisano anno ætatis suæ 31 sub anno Domini 408. secunda fuit illa, quæ incipit. Ante omnia fratres charissimi diligatur Deus, deinde proximus. vbi autem istam composuerit, certum hucusque non habeo. Nam aliqui volunt, quod composuerit eam in Centum Cellis in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis, qui adhuc extat, & Anstru habitatur fratribus, & sic inuenti in Libraria Cremonensi in volumine quodam vetustissimo sub illo titulo, S. Regula Beati Augustini, quam fecit fratribus eremitis in loco Centum Cellis anno ætatis suæ trigesimo secundo sub anno Domini 410. aliqui verò dicunt, quod composuit eã in Africa, siue in primo monasterio, quod ex suo patrimonio fecerat, siue in certo monte altissimo per duo milliaria ab illo loco distante, &c. aliqui volunt, quod fecerit eam etiam in Monte Pisano, & hoc insinuare videntur verba præfati sermonis. Tertia regula fuit illa, quam composuit facius Episcopus, quam volunt esse communem, & fratribus, & canonicis, & eam Speculum appellauit.* Habes istas regulas inter opera Diui Augustini ad finem tomi primi: Verum quæ præter tertiam, ab omnibus viris doctis, & prudentibus pro confictis, & fabulosis, & à stilo, & doctrina Diui Augustini alienis, prorsus reijciantur, & non solum ab Erasmo verùm etiam à Catholicis, vt videre est apud Censores Louanienses, & apud Cardinalem Bellarminum in censura primi voluminis operum D. Augustini, præter quod si regulæ illæ ab Augustino editæ fuerunt anno ætatis suæ 31. & 32. vt Coriolanus fingit, cum tunc temporis Augustinus adhuc vel Catechumenus esset, vel etiam in luto vitiorũ hæreret, vt supra cap. 4. probatum fuit, illæ regulæ non hominis Christiani, & monasticis institutis addicti, sed concubinarij, & infidelis, aut saltem catechumeni fuerunt. Omitto quæ Coriolanus dicit de mansione Augustini in monte Pisano, & Centum Cellis, de quibus superius dictum fuit, vbi ostensum, Beatum Augustinum anno ætatis suæ 33. baptizatum, Mediolano statim profectum, ad

Ostia

Ostia Tiberina contendisse, & ibi ar
primum Aprilis eiusdem anni & mo
se. Omitto etiam absurditates, & er
Coriolani in ratione temporum h
ait, Beatum Augustinum anno Dom
se ætatis suæ annorum 31. & anno
fuisse ætatis annorum ætatis 32. cum
sum fuerit, illum anno Domini 388
lis baptizatum fuisse, cum esset ætat
triginta trium, & alia multa præterm
eodem libro castigatione opus habe
vllum verbum sine offensione scribi
dum igitur, ex dictis regulis solam
Speculum Clericorum, vel Sermo
vita clericorum nuncupatur, quæ in
qua vt obseruetis præcipimus in monast
veram germanam, & legitimam Be
gustini sobolem esse, & pro tali ab
tholicis pijs, & Doctis agnosci, a
cuius regulæ dignitate, vtilitate,
superfluum est nunc plura commir
solis luce clarior sit, & vinum pu
suspensa hedera opus non habeat,
illa est toti mundo notissima, sub
clarissimi Religiosorum cœtus alt
lantur, non solùm ex clericis cano
etiam aliorum Ordinum, vt sunt O
catorum, Cruciferorum, Scholarium
Trinitatis, seu Redemptionis captiuo
mitarum, Imbonitarum, Eremit
Augustini nuncupatorum Seruorum
rix, De Mercede, Equitum etiam
Sancti Iacobi de Spata, & aliorum, de
rius sermo crit. Hæc regula illa est,
stres viri suis commentarijs efferun
Sancto Victore, Augustinus Ticinet
Trullo Aragonensis, Regulares C
Humbertus Ordinis Prædicatorum
Magister, Robertus Riccardinus, si
nus, & alij plures.

II. DE hac ipsa Regula, vt ad secun
veniamus, Erasmus, damnatæ m
reticus, in propria censura sic ait: *Hæc*
tentijs, & dictionis figura refert Augustini
pia ciuilitate, humanitate quæ præfert au
quanquam probabile est, eam non clericis
esse scriptam, quæ in vnum collecta sub n
seru Augustini viuebant. eam Præpositam
nium summa potestas erat penes Presbyter
lo autem immutatu accommodari unt ea
istud Erasmi commentum non tanti
ris, vt non posset silentio à nobis pr
magis admiratione dignum, quod in
cos nonnulli alioqui cum primis pij
Erasmi ratiunculas in eius sententiat
adduci, & propter quas obsecro ratio
dem regula paueis mutatis reperitur
dita, quæ in monasterio sub fororis e
Augustini cura & regimine degebant

Ostia Tiberina contendisse, & ibi ante vigesimum primum Aprilis eiusdem anni & mensis constitisse. Omitto etiam absurditates, & errores eiusdem Coriolani in ratione temporum habenda, cum ait, Beatum Augustinum anno Domini 408. fuisse ætatis suæ annorum 31. & anno Domini 410. fuisse ætatis annorum ætatis 32. cum superiùs ostensum fuerit, illum anno Domini 388. 6. Idus Aprilis baptizatum fuisse, cum esset ætatis suæ annorũ triginta trium, & alia multa prætermitto, quæ in eodem libro castigatione opus habent, in quo vix vllum verbum sine offensione scribit. Concluden. dum igitur, ex dictis regulis solam tertiam, quæ Speculum Clericorum, vel Sermo de communi vita clericorum nuncupatur, quæ incipit: *Hæc sunt, qua vt obseruetis præcipimus in monasterio constituti*, veram germanam, & legitimam Beati Patris Augustini sobolem esse, & pro tali ab omnibus Catholicis pijs, & Doctis agnosci, ac teneri. Decuius regulæ dignitate, vtilitate, & præstantia superfluum est nunc plura comminisci, cum ea solis luce clarior sit, & vinum per se vendibile suspensa hedera opus non habeat. Hæc regula illa est toti mundo notissima, sub quæ tot præclarissimi Religiosorum cœtus altissimo famulantur, non solùm ex clericis canonicis, verùm etiam aliorum Ordinum, vt sunt Ordines Prædicatorum, Cruciferorum, Scholarium Sanctissimæ Trinitatis, seu Redemptionis captiuorum, Gulielmitarum, Imbonitarum, Eremitarum Sancti Augustini nuncupatorum Seruorum Beatæ Mariæ, De Mercede, Equitum etiam Rhodiorum, Sancti Iacobi de Spata, & aliorum, de quibus infrà suo sermo erit. Hæc regula illa est, quam tot illustres viri suis commentarijs efferunt, Hugo de Sancto Victore, Augustinus Ticinensis, Ioannes Trullo Aragonensis, Regulares Canonici, B. Humbertus Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, Robertus Riccardinus, siue Ricciardinus, & alij plures.

II. DE hac ipsa Regula, vt ad secundum dubium veniamus, Erasmus, damnatæ memoriæ hæreticus, in propria censura sic ait: *Hæc regula, & sententijs, & dictionis figura refert Augustinum. Quia, & pia cultitate, humanitateque præfert authorem suum, quanquam probabile est, eam non clericis, sed fœminis esse scriptam, quæ in vnum collecta sub moderatione sororu Augustini viuebant. eam Præpositam vocat, sed omnium summa potestas erat penes Presbyterum. Nonnulli autem immutatis accommodauunt eam viris.* Verùm illud Erasmi commentum non tanti erat ponderis, vt non posset silentio à nobis præteriri: illud magis admiratione dignum, quod inter Catholicos nonnulli alioqui cum primis pij & docti, ob Erasmi ratiunculas in eius sententiam fuerint se adduci, & propter quas obsecro rationes? Quia eadem regula paucis mutatis reperitur fœminis tradita, quæ in monasterio sub sororis eiusdem Beati Augustini cura & regimine degebant, vt in Epistola eiusdem Augustini 109. videre licet. Sed esto illis fœminis tradita fuerit, quid obstat etiam clericis in monasterio cum eodem Augustino, & sub illius cura degentibus prius traditam fuisse? Certè ipse Augustinus fatetur, se ijsdem clericis secum viuentibus leges nonnullas præscripsisse. Hoc enim verba eius redolent in 1. serm. de Communi vita clericorum exarata: *Nouerat enim, & noui omnes, qui mecum viuerent, nosse propositum nostrum, nosse legem vitæ nostræ.* Et Possidius c. 25. cum ait, quòd indisciplinationes suorum, & transgressiones à regula arguebat & tollerabat, quantum decebat, & oportebat. & supra c. 5. cum ait, quod cum fratris Dei cœpit viuere in monasterio secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Quid enim est aliud ipsa B. Augustini regula, nisi eadem regula Apostolica, quæ ante sine scriptura seruabatur, in scriptis redacta? Et sanè quis credat B. Augustinum, qui paucis fœminis in monasterio degentibus regulam scribere voluit, suos clericos, cum quibus 40. circiter annis in communi vixit, quorum instituendorum, siue potius ad exemplar vitæ Apostolicæ, reformandorum curam præcipuam mente gerebat, quorum plures adhuc viuẽs Ecclesijs regendis, & monasterijs instituendis in diuersis locis presbyteros, & Episcopos dedit, sine regula scripta relinquere voluisse?

III. VErùm obijcit Erasmus, quòd aspectus fœminarum in regula canonicorum prohibeatur. Secundò, quod bini & bini per Ciuitatem incedere iubeantur. Tertiò propria vestimenta lauare. Quartò, quod in communi operari præcipiantur, & nonnulla, quę in clericos illorum temporum parum quadrabant, quorum maior tunc erat authoritas & libertas. Quinto, quia in calce eiusdem regulæ Augustinus meminit speculi. & odorum, quæ fœminarum potiùs quàm virorum sunt oblectamenta. Sexto, quod in ipsa regula officia Presbyterorum, Diaconorum, & Hippodiaconorum minimè describantur, quæ sanè describenda erant, si dictam regulam clericis scripsisset.

Sed hæc leuissima sunt, quia quod ad primam obiectionẽ attinet, propter maiorem libertatẽ, & autoritatẽ clericorum illius temporis, nõ debebat immoderatus fœminarum aspectus nõ prohiberi, quem diuinæ scripturæ tot grauissimis exaggerationibus interdicunt, ob grauissima damna quę illum sequuntur, & à quibus clericorum licentia, vel autoritas illos minimè tutos, & immunes reddit. Nec diuinæ scripturæ clericos excipiunt ob illorũ licentiam, & autoritatem, cùm iubẽt viros auertere oculos à muliere compta, & non conspicere speciem alienæ mulieris. Eccl. cap. 9. & 25. nec concupiscentia carnis, & oculorum, quam damnat Ioannes Apostolus in sua Epistola Canonica, in antiquis clericis minus damnabilis erat, quam in alijs ob illorum licentiam, & libertatem. Neque verò libertati antiquorum clericorum repugnabat, binos vel ternos, per vrbes, & alia loca incedere.

dere. Alioquin Saluator noster discipulos suos, quorum vitam clerici imitantur, binos, & binos nō miſiſſet, nec etiā docuiſſet ſapiens, melius eſſe duos ſimul, quam vnum, propter emolumentum ſocietatis. multò minùs repugnabat licentiæ vel libertati, vel etiam autoritati, ac dignitati priſcorum clericorum, propria veſtimenta lauare, & proprijs manibus in communi operari, quos ſacri canones, præſertim Concilij 4. Carthaginenſis, tempore ipſius B. Auguſtini celebrati, iubebant, ad exemplū Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum aliquo artificio & labore manuum ſibi ipſis victū comparare. Neque verò ſpeculum, & odores, de quibus B. Auguſtinus in fine regulæ ſcribit, ſolius fœminei ſexus oblectamenta dici debent, cum nō de ſolis fœminis, ſed multò magis de viris, & præſertim de clericis dicat Apoſtolus: *Chriſti bonus odor ſumus.* Et B. ipſe Auguſtinus ſpeculum aliud ex varijs diuinæ ſcripturæ ſententijs conflatū æquè pro viris, ſicut etiam pro fœminis ſcripſerit, vt etiam regula clericis tradita illorum ſpeculum iure merito dici potuerit. Ac demum quòd in eadem regula clericis trādita ſingulorum Ordinū officia diſtincta Presbyterorum, Diaconorum & Subdiaconorum non deſcripſerit, illud in cauſa fuit, quod non Eccleſiæ regimen, ſiuè gubernatio, ſed communis, & regularis vitæ ratio in illa tradebatur.

IV. HAc igitur ſententia tanquam falſa, & non ſolùm contra rationem, ſed contra communē omnium Catholicorum conſenſum reiecta, ſolàm tertium dubium diſcutiendum nobis remanet. An ſuppoſitō, quòd B. Auguſt. non ſolis fœminis, ſed etiam viris ipſam regulam ſcripſerit, & tradiderit, illa clericis canonicis tradita fuerit, an monachis, vel eremitis. Nam Coriolanus, Paulus Bergomen. & quidā alij, quos nouiſſimè ſecutus eſt Marquez c. 7. & §. 3. nullum non mouent lapidem, vt illam eremitis traditam, & pro illis ſcriptam probent, & ſuadeant; etſi poſteà ad clericos canonicos extenſam fuiſſe non negent. E contrario canonici Regulares illam ſuis clericis canonicis traditam contendunt & Speculum clericorum exindè appellatam. Cuius ſententiæ veritas etſi per neceſſariam, & ineuitabilem ſequelam ex hactenus dictis reſultare videatur, neq; qui contra ſentiunt, alia ratione dueantur, niſi quod putent B. Auguſtinum ante presbyteratum verum monachum, & regulariter profeſſum extitiſſe, vt nihilominus illius veritas etiam lippis, & cæcutientibus euidens, ac palpabilis fiat, octo prædicamentis, ſiuè generibus argumentorum illam euidentiſſimè demonſtro. Primo ex tempore, quo B. Auguſtinus illam ſcripſit. Secundò, ex traditione Eccleſiæ Romanæ Catholicę & Apoſtolicæ. Tertiò, ex Bullis Romanorū Pontificum. Quartò, ex ſacris Concilijs. Quintò, ex libris iuris Canonici per cenſores Gregorianos correctis. Sextò, ex Hiſtoricis. Septimò, ex authoritate Doctorum. Octauo ex repugnantia, quam cum vita eremitica habet ipſa regula Auguſtini.

Ex primò capite ſic argumentor: Regula B. Auguſtini non fuit ſcripta, niſi poſt inſtitutionem clericorum canonicorum. Ergò non pro eremitis, vel monachis, ſed pro clericis fuit ſcripta. Sequela huius rationis euidens eſt, quia ſi pro eremitis illam ſcripſiſſet, non opus habuiſſet ad illam ſcribendam inſtitutionem canonicorum expectare, imò ratio & rei natura poſtulabat, vt eremitis ſtatim inſtitutis (ad hominem loquor) illorum viuendi normam certa regula deſignaret: at verò ipſam regulam non niſi poſt inſtitutionem canonicorum ſcriptam fuiſſe, probatur, tùm ad hominem, tùm etiam ſecundum rei veritatem. Ad hominem quidem, quia id apertè fatetur Coriolanus in defenſorio c. 5. pag. 11 & teſtis quem Marquez omni exceptione maiorem producit, Frater Iordanus de Saxonia lib. 2. in vitas fratrum c. 14. ſecundum autem rei veritatem, quia regula B. Auguſtini vocatur ſermo de communi vita clericorum ita enim citatur in iure, vt ſtatim apparebit: quare neceſſe eſt, illam poſt primum, & ſecundum ſermonem ſcriptam fuiſſe, tertium enim primo, & ſecundo poſteriùs eſt, Sed ſecundus ſermo de communi vita clericorum ab Auguſt. iam ſene, & canitie perfuſo eſt habitus, vt illa eiuſdem ſermonis verba indicāt: *Non decet hanc profeſſionē, hæc membra, hos canos.* Igitur regula, quæ tertius ſermo de cōmuni vita cleric. vocatur, non ſolùm poſt canonicos tùm in primo, tum in ſecundo monaſterio inſtitutos, ſed etiā ab ipſo Auguſtino ſenio iam confecto ſcripta fuit.

Secundò probatur eadem veritas ex traditione Eccleſiæ, quę in officio B. Auguſtini ab eadem Eccleſia probato, & non ſolùm inter Canonicos Regulares, ſed etiam inter eremitas ante annos circiter 400. vſitato in hymno ad Veſperas de B. Auguſtino canit:

Tu de vita Clericorum ſanctam ſcribis regulam,
Quam qui amant, & ſequuntur viam tenent regiam,
Atque tuo ſancto ductu redeunt ad patriam.

Quod officium Pius V. in bulla edita anno 1570. per quam officia Congregationis Lateranen. probauit à D. Thoma Aquinate ordinatum affirmat, & ante annos 300. illius vſum in Eccleſia receptum fatetur Fr. Iordanus de Saxonia lib. 2. in vitas fratrum c. 14.

Neque ſatisfacit, quod ait Io. Marquez c. 7. § vltimo poſt ſuum Coriolanum, regulā B. Auguſtini vocari Regulam clericorum, quod eremitis ex diſpenſatione ad clericatum aſſumptis tradita fuerit. Quia nunc monachi, ex diſpenſatione Apoſtolica, omnes ſunt clerici, nec tamen illorum regula dicitur regula clericorum, ſed monachorum: quia nomen clericorum abſolutè prolatum intelligitur de clericis, qui ſunt tales propria natura, non autem de monachis factis clericis ex diſpenſatione: alias D. Benedictus diceretur modò ſcripſiſſe regulam de vita clericorū, quia monachi D. Benedicti modò ſunt clerici, quod nullus vir cordatus dicit. & ſicut monachus factus clericus nō amittit naturā

& ha-

& habitum monachi, ita etiam non
Quare ſi regula B. Auguſtini pro mo
penſatione factis clericis ſcripta fuiſ
Thomas, neque aliquis eruditus, &
ſet abſolutè, B. Auguſtinum ſcripſiſſ
vita clericorum, ſed dixiſſet monach
quod ſacri canones, etiam poſtquar
diſpenſatione facti ſunt clerici, diſtin
nem clericorum ab Ordine monaſti
clericorum abſolutè prolato, non v
canonico ipſi monachi. Quare cū l
cleſiæ ſint interpretandæ iuxta ea, q
nonico habemus, nuſquam legitim
Eccleſiam nomine clericorum abſ
intellexiſſe, vel monachos, vel erem
ricos ex diſpenſatione.

V. TErtiò probatur eādem veritas te
Summorum Pontificum, quor
res ſunt antiqui ante quingentos c
Primus eſt Paſchalis ſecundus in qu
gio ſeptimo conceſſo Priori & Ca
Frigidiani Ciuitatis Lucenſis, cuius
in Archiuo illius Eccleſiæ adſeruatur
noniam inſtitutionem commendat
Vita regularu propoſitum in primitiua E
tur ab Apoſtolu inſtitutum, quam B.
grauiter amplexu eſt, vt eam ſuis regu
Secundus eſt Innocentius huius no
dus, qui in Concilio Romano cap. 5
Praua autem conſuetudo (prout acceptimu
in ſolent, quòd & monachi, & regular
ſuſ. eptum habitum, & profeſſionem fact
torum Magiſtrorum Benedicti, & Auguſt
temporales, & medicinam gratia lucri te
cunt. & infra: *Vt ergo Ordo Monaſticus*
Deo placens in ſancto propoſito inuiolabi
tur, nec hoc vltrius præſumatur, author
interdicimus. Ex hoc aureo decreto du
mò Beatum Auguſtinum fuiſſe Mag
giſlatorem Canonicorum, ſicut B. Be
Magiſter, & legiſlator monachorum
iuxta ſanctos Patres, & antiquā Con
D. Auguſtini eſſe regulam canonica
ſtinctam à monaſtica, ſicut ipſe Ordo
monaſtico ſemper fuit diſtinctus. Ex
tur tertium, videlicet falſam eſſe in
doctrinam Coriolani aſſerentis, Inn
cundum in cap. pernicioſam 18. quæ
Regulam Auguſtini Regulam mona
in dicto cap. quod acceptum eſt ex c
lio Romano, & eſt in ordine vigeſi
expreſsè numeret tres regulas, Bened
Auguſtini, & illarum profeſſores dic
chos, & canonicos, neque vllibi voc
Auguſtini regulam monaſticam, & ſi
9. expreſsè declarauerit, illam eſſe R
morum, non monachorum: cumq
naſticus ab Ordine canonico ſit diſti
ſequenter hi Ordines debeant haber

& habitum monachi, ita etiam non amittit nomẽ. Quare si regula B. Augustini pro monachis ex dispensatione factis clericis scripta fuisset, neque D. Thomas, neque aliquis eruditus, & doctus dixisset absolutè, B. Augustinum scripsisse regulam de vita clericorum, sed dixisset monachorum. Adde, quod sacri canones, etiam postquam monachi ex dispensatione facti sunt clerici, distinguunt Ordinem clericorum ab Ordine monastico, & nomine clericorum absolutè prolato, non veniunt in iure canonico ipsi monachi. Quare cũ locutiones Ecclesiæ sint interpretandæ iuxta ea, quæ in iure canonico habemus, nusquam legitimè dici poterit, Ecclesiam nomine clericorum absolutè prolato intellexisse, vel monachos, vel eremitas factos clericos ex dispensatione.

V. TErtiò probatur eãdem veritas testimonijs triũ Summorum Pontificum, quorum duo priores sunt antiqui ante quingentos circiter annos. Primus est Paschalis secundus in quodam priuilegio septimo concesso Priori & Canonicis sancti Frigidiani Ciuitatis Lucensis, cuius authenticum in Archiuo illius Ecclesiæ adseruatur, in quo Canonicam institutionem commendans, ita scribit: *Vita regularu propositum in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolo institutum, quam B. Augustinus tam grauiter amplexus est, vt eam suis regulis informaret.* Secundus est Innocentius huius nominis secundus, qui in Concilio Romano cap. 9. ita decernit: *Prauas autem consuetudines (prout accepimus) & detestabiles nouerunt, quod & monachi, & regulares canonici post susceptum habitum, & professionem factam spreta beatorum Magistrorum Benedicti, & Augustini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt.* & infra: *Vt ergo Ordo Monasticus, & Canonicus Deo placens in sancto proposito inuiolabiliter conseruetur, nec hoc vltrius præsumatur, authoritate Apostolica interdicimus.* Ex hoc aureo decreto duo habes. Primò Beatum Augustinum fuisse Magistrum, & Legislatorem Canonicorum, sicut B. Benedictus fuit Magister, & legislator monachorum. Secundum, iuxta sanctos Patres, & antiquã Concilia regulam D. Augustini esse regulam canonicam, contradistinctam à monastica, sicut ipse Ordo Canonicus à monastico semper fuit distinctus. Ex quibus sequitur tertium, videlicet falsam esse in iure canonico doctrinam Coriolani asserentis, Innocentium secundum in cap. perniciosam 18. quæst. 2. appellare Regulam Augustini Regulam monasticam, cum in dicto cap. quod acceptum est ex eodem Concilio Romano, & est in ordine vigesimum sextum, expresse numeret tres regulas, Benedicti, Basilij, & Augustini, & illarum professores dicat esse monachos, & canonicos, neque vllibi vocet regulam B. Augustini regulam monasticam, & supradicto cap. 9. expresse declarauerit, illam esse Regulam canonicorum, non monachorum: cumque Ordo monasticus ab Ordine canonico sit distinctus, & consequenter hi Ordines debeant habere regulas distinctas, quænam erit regula, secundum quam iuxta dictum Concilium viuere debeant ipsi canonici? Nam Concilium tres tantum numerauit, primam Diui Basilij, secundam Diui Benedicti, tertiam Diui Augustini. Si enim canonici sub aliqua ex istis tribus regulis viuere debebant, & regula Augustini erat regula monastica. ergo regula canonica erat regula Diui Basilij, vel Diui Benedicti, quod an sit verum, tu cogita. & hinc habes vndè leuitatem illorum redarguas, qui vt Augustini cucullam popularibus suadeant, vetustum officium Beati Augustini deprauantes, loco huius versiculi: *Tu de vita clericorum sanctam scribis regulam.* eo sublato istum reponere voluerunt. *Tu de vita monachorum sanctam scribis regulam.* Quod an bona fide actum sit, mei non interest iudicare. Tertius est Eugenius Quartus in Bulla, per quam Canonicos Regulares Congregationis de Frisonaria nuncupatæ Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensi, vti veros clericos originarios illius Ecclesiæ restituit, in qua ita ait: *Huius profecto Sancti Ordinis, & sacri propositi post sanctos Apostolos primum in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor, & conditor, ac gloriosus Augustinus Episcopus diuinis regulis, & doctrinis decorauit.* Dices, supradictis autoritatibus probari, quòd Beatus Augustinus suis Clericis aliquam regulam tradiderit, non tamen probari, hanc regulam præ manibus habitam, illam esse, quam Augustinus ipsis clericis descripsit. Respondeo. si hæc illa non est, ostendatur alia, & illam à B. ato Augustino clericis traditam probetur.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Doctrina capitis præcedentis autoritate Conciliorum, & S. Canonum comprobatur.

COnfirmatur quarto loco eadẽ veritas authoritate Sacrorum Conciliorum, quorum primum est Concilium Romanũ sub Eugenio II. celebratum, in quo totius Ordinis Canonici generalis reformatio est attẽtata, & pro eadem reformatione libellus editus quinque capitulorum, siue liber Canonicus nuncupatus. Ex quo libello depromptus est textus capituli. in omnibus. de conseruatio. d. 5. In eo siquidem libello sunt tres sermones B. Augustini de comm. vita Cleric. Primus incipit: Propter quod volui. Secundus: Charitati vestræ. Tertius: Hæc sunt, quæ vt obseruetis, præcipimus, in monasterio constituti, & est ipsamet Regula Augustini, quæ vocatur Speculum Clericorum. Secundum est Cõcilium Rhemense sub eodẽ Eugenio II. celebratũ cap 3. vbi sic habet: *Statuimus, vt sanctimoniales,* I.

& mulieres, quæ Canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta Ecclesiarum Benedicti, & Augustini Regulam, vitam in melius corrigant, & emendent. Et licèt Concilium non loquatur de Canonicis viris, sed de Canonissis, sufficit tamen, quòd vsque ad illa tempora Regula B. Augustini censebatur Regula Canonica, non autem Regula Monastica. Non me latet dubium esse, an istud Concilium sub Eugenio II. celebratum fuerit, an sub Eugenio III. & non deesse, qui sub tertio censeant. Verùm in tertio volumine Concilium ponitur celebratum sub Eugenio II. tertium est Concilium Ticinense celebratum anno Domini 855. quod iubet omnes Regulares viuere, vel secundum Regulam B Benedicti, vel secundum Regulam Canonicam, & licèt non meminerit Regulæ B. Augustini, tamen nomine Regulæ Canonicæ intelligendam esse Regulam B. Augustini, quæ per antonomasiam Canonica dici consuevit, tum ex hactenus dictis, tum ex dicendis apertissimè constabit, quartum est Cõcilium Romanum sub Innocentio II. celebratum, quod explicitè vocat Regulã Canonicam Regulam B Augustini, cuius decreta referuntur à Cardinali Baronio tomo 12. sub anno 1139.

II. QVinto loco probatur eadem veritas ex iure Canonico, circa quod vnum supponendum prius est, nempe Summum Pontificem Gregoriũ XIII. accitis vndique viris doctissimis, & in arte peritissimis, conquisitis etiam vetustissimis exemplaribus integris, & incorruptis, Gratiani decretum tam quoad textus, illos cum legitimis, & veris autoribus conferendo, & ab illegitimis, & spurijs vindicando, & legitimis reddendo, quàm quoad glossas, & notas marginales, illas ab erroribus, quibus passim aspersæ fuerant, repurgando, suæ puritati & integritati restituendum, & corrigendum curauisse. Absoluta verò ipsa correctione, ad quorundam nimiam licentiam in libris pro illorum commodo alterandis coercendam, sequens decretum condidisse, quod statim in fronte ipsius Decreti imprimendum mandauit: *Emendationem decretorum librorum, à Gratiano collectorum (erat enim liber mendosus, & testimoniorum depravationibus plenissimus) à nõnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectis, ad id negotium S.R.E. Cardinalibus, & alijs eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem variisque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetustissimis Codicibus vndique conquisitis, autoribusque ipsis, quorum testimonijs vsus erat Gratianus, perlectis, quaque perperam posita erant, suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam esse mandauimus. In quo magna ratio habita est operis huius dignitatis, & publicæ eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & reposita sunt, omnia quam diligentissimè retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.* Hoc supposito, probatur euidenter, Regulam B. Augustini clericis Canonicis traditam esse, non Eremitis, vel Monachis. Nam in Decreto allegantur quatuor textus ex Regula B. Augustini, vel ex sermone 3. de communi vita clericorum, qui cum astu alicuius partium studiosi loco moti essent, & sub titulo sermonum ad Eremitas inuulgati per Correctores Gregorianos deletis titulis sermonum ad Eremitas, suis locis, & suis veris titulis restituti fuerunt. Primus textus est cap. quando necessitas disciplinæ 86. d. qui textus allegatur sub hoc titulo: *Vnde Augustinus de vita clericorum.* Secundus est cap. Non vos iudicetis 5. q. 3 qui textus sic allegatur: *De hoc scribit B. Augustinus sermone 3. de communi vita Clericorum, seu Regula tertia sic dicens &c.* Et aduerte quod Correctores Gregoriani vocant hanc Regulam Augustini tertiam regulam, non quòd probent primam, & secundam superius refutatas, sed per comparationem ad primum & secundum sermonem de communi vita clericorum, qui in Concilio Romano sub Eugenio Secundo, & in Concilio Aquisgran. celebrato referuntur inter Regulas clericorum Canonicorum. Tertius textus est cap. non dicatis 12. q. 1. qui similiter allegatur sub titulo, ex sermone 3. de communi vita clericorum. Quartus textus est c. nec solo. 32. q. 5. qui pariter sic allegatur: *ita Augustinus sermone 3. de communi vita clericorum, & in epist. 109. ad Monachos.* Vbi vides distinctum esse hûc sermonem, qui est Regula clericorum ab epistola, quæ est Regula ad Monachas.

NOn me latet, Io. Marquez c. 7. § fin. & c. 8. § quinto respondere, nullum ex prædictis textibus sumptum esse ex Regula Augustini, sed acceptum fuisse ex quodam sermone, qui inter opera B. August. vagabatur sub tit. de communi vita clericorum tertius in ordine, quod dupliciter suaderi nititur. Primo ex cap. non dicatis 12. q. 1. qui allegatur ex sermone 3. de communi vita clericorum: nam in illo textu sunt multa, quæ non reperiuntur in Regula B. Augustini. Secundo ex Augustino Zarrabita in additionibus ad cap. quando necessitas 86. dist. vbi notat, nullum ex fragmentis Regulæ, quæ Gratianus allegauit, acceptum fuisse ex ipsa Regula, sed ex epistola 109. vel ex sermonibus de communi vita clericorum. Verùm vt bona venia tanti viri dixerim, sic respondens, planè indicat, quæ ex Doctoribus refert, in fontibus non vidisse, aut si vidit, non aduertisse, aut quod suspicari nolim, minus fideliter exscripsisse. Nam in Codice per Censores Gregorianos repurgato, ac restituto (siue inter illos fuerit Augustinus Zarrabita, siue non, nihil ad rem attinet.) Primus ille textus cap. quando necessitas. sic formaliter, & verbaliter (nescio alijs verbis melius hoc exprimere) allegatur: *Vnde Augustinus de vita clericorum.* In additionibus verò sic legimus *Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481 Parmæ impressi, sunt tres sermones de communi vita clericorum, ex quibus in vulgato tomo eorum D. Augustini tomo decimo referuntur duo sermones quinquagesimus secundus & quinquagesimus tertius*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad fratres in Eremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit, sed quæ in epistola diriguntur ad Monachos, in sermone diriguntur ad viros. ex istis tribus sermonibus de communi vita clericorum multa accepit Gratianus, vt suo loco notabitur, & hoc quidem ex tertio. Et similiter secundus canon allegatur ex sermone tertio de communi vita clericorum, siue ex Regula tertia Augustini. pariter in additionibus ad cap. non dicatis 12. q. 1. ita habes: *Hoc caput sumptum est ex sermone 3. de communi vita clericorum, in quo Regula B. Augustini continetur, ac reperitur in epistola 109 sed in ea ad Monachos oratio conuertitur.*

Ex his, quatuor maximi momenti habemus. Primum est, pro vno eodemque tum à Gratiano, tum à Censoribus Gregorianis haberi tertium sermonem B. Augustini de communi vita clericorũ, & tertiam Regulam eiusdem Augustini, quæ regula illa est, de qua nunc agitur: & per hoc præcluditur effugium à Marquez excogitatum, cum ait, dictos canones ex Regula B. Augustini minimè sumptos fuisse, sed ex tertio sermone de communi vita clericorum. Secundum est, B. Augustini Regulam primo viris traditam, exinde monialibus postea adaptatam. Tertium, Regulam B. Augustini pro clericis Canonicis prius fuisse scriptam, licèt alij Religiosorum cœtus illam postea imitandam, & seruandam susceperint. Quartum, falsum omnino esse, nullum ex fragmentis à Gratiano allegatis acceptum ex ipsa Regula, sed vel ex epist. 109. vel ex tertio sermone de communi vita clericorũ illos omnes depromptos fuisse. Nam Censores Gregoriani, quorum censuram Summus Pontifex probauit, pro eodem acceperunt tertium sermonem de communi vita clericorum, & tertiam Regulam B. Augustini: & si tertius ille sermo à Regula diuersus est, eius erit illum nobis inter opera B. Augustini monstrare. Nam nos ex Decreto Gratiani habemus, beatum Augustinum tres sermones de communi vita clericorum scripsisse, & pro tertio nihil præter Regulam habemus. Addo etiam, illi textus extra omnem controuersiam reperiuntur in Regula B. Augustini. Vnde ergo negatur, nullum illorum ex ipsa Regula acceptum fuisse, verùm omnes depromptos ex alio sermone de communi vita clericorum, qui præter ipsam regulam nusquam reperitur?

Dicet, tex. ille cap. non dicatis 12. q. 1. depromptus non est ex Regula Augustini, quia multa habet, quæ in Regula Beati Augustini minimè reperiri possunt. Sed facilis est responsio. Textus ille non ex vno tantum Augustini loco est acceptus, sed ex varijs locis collectus, & confarcinatus quod frequens est in eodem autore. vide textum in cap. Clericus 91. d. quod nec ipsos Correctores Gregorianos latuit, vt ex additionibus satis patet, licèt ijdem correctores illos varios textus loco mouere noluerint, ne cogerentur glossas vel loco mouere, vel delere, quod alibi non semel fecerunt. imò notauerunt ijdem correctores, quædam esse in eodem capite, quæ apud Diuum Augustinum nullibi reperiri possunt: quædam etiam ex prima regula inter regulas B. Augustino attributas, quam vt dictum est supra, omnes tanquam spuriam ab illo reijciunt.

IV. SExto loco probatur eadem veritas testimonio Historicorum, ex quibus, vt recentiores omittamus, primus sit B. Antoninus Florentinus in 2. p. Summæ historialis tit. 10 cap. 8. §. 3. vbi de Sancto Augustino scribit. *Et ab eo dicitur Ordo Canonicorum Regularium habuisse initium, quibus & Regulam scripsit, quam hodie plurimi religiosi profitentur, vt Prædicatores, Eremitæ, Seruitæ, Canonici Regulares omnes, licet diuersarum religionum, & alij.* Hoc Beati Antonini testimonium non potest Marquez reijcere, qui ad secundum verbum eiusdem Antonini testimonio abutitur contra Canonicos Regulares, quod & Ludouicus de Angelis, & frater Cornelius Lancillottus, & alij eiusdem instituti ante illum fecerant. Neque Diuus Antoninus propter hoc in pœnam contradictionis incidit, propter illa, quæ in 3. parte tit. 24. cap. 14. de Ordine Eremitarum scribit, vt idem Marquez cap. 7. §. 15. contendit. Primò, quia, quæ scribit in secunda parte, ex propria sententia scribit, ac etiam in proprio loco tractandi de vita & rebus gestis Beati Augustini. Cæterùm quæ in tertia parte tit. 24. cap. 14. habet, non ex propria sententia se scribere fatetur, sed ex sola relatione fratris cuiusdam Ordinis Eremitarum, quod statim in initio eiusdem capitis admonuit dicens: *De sacro Ordine Eremitarum Sancti Augustini, qui in privilegijs inter Mendicantes computantur, quæ inuoni, hæc refero. Quidam Religiosus dicti Ordinis sic scribit. Reuelatum fuit prophetico spiritu Abbati Ioachimo &c.* Ecce vides, quantæ authoritatis esse debeat testimonium Diui Antonini ex eo loco sumptum, ad Beati Augustini cucullam eremiticam probandam, quod nihilominus prædicti authores per omnes paginas tam frequenter inculcant. Secundo quia in eod tit. 24. cap. 14. idem Antoninus statim in principio postquam Eremitarum sententiam retulit, qui Ordinem Eremiticum non solum à Beato Augustino institutum, sed etiam omnibus alijs Ordinibus mendicantium, & Monachorum, & Canonicorum antiquiorem esse contendebant, illam sententiam tanquam falsam istis formalibus verbis sic reijcit. *Sed declaratio ista non sufficienter probat propositum, nam si Ordo Eremitarum, & in Eremo viuentium capit à Paulo Eremita, non sequitur, quod talis modus viuendi esset Ordo B. Augustini, vel quod viuerent secundum regulam B. Augustini, qui adhuc non erat in mundo, sed postea plus quam per centum annos. Nec legitur alicubi, quod aliquam communem Regulam illi Eremitæ haberent, nec tunc aliquis ordo vel religio erat ab Ecclesia approbata, vt postea fuit. Quod Beatus Benedictus, & eius religio secundum Regulam eius fuerit post Augustinum, certum est; vnde & Canonici Regulares, qui profitentur Regulam Augustini, vtiq;*

fuerunt ante Monachos Benedictinos, & etiam aliqui Eremitæ viuentes religiosi in locis solitarijs potuerunt esse, qui viuerent secundum regulam Augustini, & forte illi, ad quos sermones editi dicuntur ad Eremitas. Sed non erant illi propriè loquendo illius Ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur Eremitani, & habitant in Ciuitatibus, Villis, & Castris. Similiter & si fuerunt aliqui ante ordines Mendicantium, qui viuerent in Eremo secundum Regulam Augustini, non tamen erant tales Ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitæ nunc. Vnde potest dici, quòd, qui dicuntur Eremitani, non fuerint ante Mendicantes, sed postea, vt patebit infra. Hæc ille, quæ si Venerandi Patres Eremitæ perpenderent, cessarent tot concertationes fundatæ in hoc testimonio, quod nihil eis prodest, plurimum autem obest, vtpote per quod ea omnia, quæ illi de institutione, habitu, Regula ab Augustino acceptis tradunt, funditus euertuntur, & tolluntur, quæ necessario animaduertenda esse duxi propter alia multa quæ inferius repetere necessarium erit. Ex quibus etiam D. Antonini verbis quatuor corollaria magni ponderis inferuntur, Primum, quòd tempore Augustini Eremitæ nullam certam Regulam habebant, nec erat aliquis certus Ordo Eremitarum ab Ecclesia approbatus. Secundum, quòd licèt post Augustinum potuerint esse aliqui Eremitæ in solitudinibus degentes sub Regula B. Augustini, illi non erãt eius Ordinis, cuius nunc sunt, qui vocantur Eremitani Ordinis Sancti Augustini, & è conuerso ordo Eremitarum D. Augustini, qui nunc est, nihil commune habet cum antiquis Eremitis. Tertium, quòd illi antiqui Eremitæ in solitudinibus degebant, non in Ciuitatibus, Villis & Castris. Vnde Religiosi illi in horto Valerij à B. Augustino constituti prope Ecclesiam parochialem ciuitatis Hipponensis, Eremitæ nullo modo esse potuerũt. Quartum, quod Ordo Eremitarum, qui nunc est, post Ordines Mendicantes D. Dominici, & D. Francisci fuit institutus, vel saltem approbatus, de qua re inferius dicemus.

V. SEcundus igitur testis sit Lucidus Historicus lib. 10. de Rebus gestis post Christi aduentum cap. 17. vbi ait: *Rubrica de ordine religiosorum testatur communem Clericorum Ordinem à B. Petro, & alijs Apostolis fuisse institutum, qui deinde à B. Augustino insignem, & singularem Regulam accepit.* Tertius est autor Fasciculi temporum fol. 54. vbi ait: *Ordo Canonicus cœpit florere in Beluacensi Ecclesia, qui primò ab Apostolis, postea à B. Augustino regulariter institutus fuit.* Idẽ autem sunt regulariter institui, & regulam accipere. Quartus Vincentius Beluacensis lib. 18. cap. 54. vbi catalogum librorum D. Augustini recensens, numerat Regulam de institutione Clericorum librum vnum. Quintus Author, qui vitam S. Norberti Ordinis Præmonstratensis fundatoris descripsit, & illius discipulus fuit, Hugo appellatus, in vita eiusdem Sancti Norberti: quæ legi potest apud Surium tomo 3. sub die 6. Maij. scribit enim hic autor, cum B. Norbertus de ordine fundando apud se recogitaret, apparuisse sibi B. Augustinũ, & ostendisse regulam, ac dixisse: *Augustinus ego sum Hipponensis Episcopus: ecce habes regulam, quã ego scripsi, sub qua si bene milites uerint confratres tui filij mei, adstabunt securi in extremi iudicij terrore.* Aduertendum est autem, B. Norbertum tunc de instituendo Ordine Canonicorum, non Eremitarum cogitasse, quem de facto talem postea instituit. Sextus est Aimonius Historicus Francorum antiquus ante annos septingentos, nam vixit anno Domini 840. hic Autor duobus in locis meminit Regulæ Beati Augustini lib. 5. historiæ de rebus gestis Francorum cap. 10. & 17. & reddit causam, ob quam in Concilio Aquisgrani sub Ludouico Pio congregato non fit mentio de Regula B. Augustini, cum agitur de reformatione Canonici Ordinis, quia, inquit, Concilium illam supponebat tanquam notissimam, sub qua omnes Canonici tunc viuerent, sed quasdam institutiones super addere volebat, quæ totius vitæ Canonicæ perfectionem comprehenderent, quæ non ita distinctè in ipsa regula designabantur, sicut designantur, quæ spectant ad Monachos in regula B. Benedicti. Septimus est Venerabilis Beda lib. 4. historiæ Gentis Anglorum cap. 4. vbi meminit monasterij in Iugeto nuncupati, sub Regula, & Abbate Canonico degentis. eius verba sunt: *Ipsum namque est, quod nunc grande de monasterio effectum in Iugeto vocatur, & conuersis tam dudum ad meliora instituta omnibus, egregium examen continentiorum, qui de prouincia Anglorum ibidem collecti, ad exemplum Venerabilium fratrum sub Regula & Abbate Canonico, in magna continentia, & sinceritate proprio labore manuum viuunt.* Siue autem illi Religiosi in Iugeto constituti essent verè Canonici, degentes sub regula, & Abbate Canonico, siue illi essent Monachi reformati ad exemplum Canonicorum degentium sub Regula, & Abbate Canonico, vtrũque enim sensum hæc verba referunt, nihil interest. Satis est, ex hoc loco haberi, apud Bedam mentionem fieri tum Regulę, tum Abbatis Canonici: Regula autem Canonica est Regula Augustini, neque enim alia Regula Canonica monstrari potest. Et quod de Regula B. Augustini autor intelligere velit, illa eius verba satis aperte indicant: *sub Regula, & Abbate Canonico in magna continentia & sinceritate proprio labore manuum viuunt.* Nam in Regula B. Augustini specialiter cauetur, vt clerici horis constitutis aliquid in commune operentur, maiori studio, & frequentiori alacritate, quàm si sibi quisque propria faceret. Et videtur Augustinus in ipsa Regula consuetudinem, & statuta Ecclesiæ Africanæ inferere voluisse, quæ iubebant, vt clerici quantumcunque docti aliquo honesto artificio victum sibi ipsis compararent, vt patet ex Concil. 4. Carthagin. cap. 51. & duobus seqq. de quibus supra dictum fuit.

VI. SEptimo probatur eadem veritas testimonijs Doctorum. & sanè pro omnibus Doctoribus

sufficere posset ipse Augustinus, inter cuius opera reperitur ipsa regula, & etiam sermo tertius de cõmuni vita clericorum, qui cum regula coincidit: quæ regula eum tot sæculis ab Ecclesia sub titulo Speculi clericorum, vel de communi vita clericorum, vel Regulæ Canonicorum fuerit recepta, & per antonomasiã regula Canonica passim in Concilijs nuncupata, nescio quam ob causam, & qua licentia nunc sint, qui negare audeant, illam clericis Canonicis traditam fuisse. Nam si ista licentia admittatur, pari modo licebit alia multa huius Sanctissimi Patris scripta in dubium reuocare, aut etiã apertè negare. Addo secundo loco D. Bernardum in lib. de præcepto, & dispensatione cap. 3. & 7. vbi meminit Regulæ D. Augustini, & Ordinis illius, & in epist. 2. & 3. vbi per Ordinem D. Augustini intelligit Ordinem Canonicorum. Tertius est B. Vmbertus S. Ordinis Prædicatorum Generalis magister in commento eiusdem Regulæ. Ille enim Augustini Regulam tanquam Canonicis traditam, & à Canonicis acceptam refert. Et sanè totus Ordo Prædicatorum Regulam B. Augustini non Eremitis, sed clericis Canonicis traditam agnoscit. Quartus est Robertus Holcot in c. 7. lib. Sapientiæ lect. 95. cuius verba superius sunt recitata. Quintus Robertus Arboricensis lib. 2. de Cœlibatu, vbi ait: Ordinem canonicum Augustinianum ab ipso sancto Præsule Regula, & Legibus descriptum. Habetur liber in tomo 2. operum eiusdem Autoris. Sextus Robertus Riccardinus in commentario ad Regulam D. Augustini. Septimus Riccardus Cenomanus in Antidoto ad censuram Erasmi per facultatem Parisiensem probata anno Domini 1539. vbi ad calcem libelli hæc habet. *Denique cum tot retro seculis tam multi Doctores, & Præclari viri hanc crediderint Regulam Augustini traditam viris, quin & Communitates illustrauerint simul, & Sedes Apostolica approbauerit. Nescio si tot Ecclesia, proceribus neglectu quispiam inuenietur vsque adeo insani cordis, vt vos Erasmo monachorum nomen tam grauiter infectum adhereat.* Quæ responsio & approbatio præcedente matura deliberatione facta fuit à Facultate Parisiensi instantibus Canonicis regularibus S. Victoris, non autem fratribus eremitis, vt etiam ex hoc capite videas, illos Facultatem Parisiensem minimè ausos interpellare, vt decerneret an regula B. Augustini ipsis Eremitis fuerit scripta. Nec te moueat, quòd Riccardus Cenomanus in progressu ipsius libelli Monachorum nomine vtatur, ita vt videatur sentire, ipsam Regulam ab Augustino monachis traditam fuisse, quia ex contextu habes, illum nomine monachorum, clericos Canonicos intelligere, nec vis facienda est in nomine, cum de re nobis constat. Alios plures Doctos & probati nominis autores omitto, Hugonem de Sancto Victore, Ioannem Mauburnum Belgam, Martinum Azpilquetam Nauarrum, Augustinum Nouellum Ticennensem, Viros toti Orbi cognitos, ne nostrorum testimonio in causa notissima indigere videamur. Hoc solum pro colophone præsentis capitis annectam, licet dubitatum sit à plerisque, an B. Augustinus autor fuerit Ordinis Eremitarum, nũquam tamen dubitatum in Ecclesia Dei, an idem Augustinus Canonici Ordinis vel Autor fuerit, vel saltem reparator, ac insignis reformator. Vnde consequenter loquentes dicere oportet, non posse in dubium reuocari, an B. Augustinus Clericis Canonicis regulam tradiderit, esto de eremitis in dubium id reuocetur: à quo argumento conuictus Coriolanus in suo defensorio pag. mihi 2. ausus nõ fuit negare, Hanc tertiam Regulam, de qua solum hic loquimur, & quam ab Augustino Episcopo scriptam verissimè fatetur, Canonicis traditam, sed solùm contendit, illam Canonicis & Eremitis communem fuisse, quod etiam dixerat frater Iordanus de Saxonia loco sæpe citato ex lib. 2. in Vitas fratrum cap. 14. hoc solo ab illo discrepans, quòd Coriolanus ipsam Regulam nonnisi ab Augustino Episcopo scriptam asserit, & verum dicit, frater Iordanus ab eodem presbytero post fundatum monasterium in horto Valerij editam affirmat.

CAPVT VIGESIMVM.

Probatur eadẽ veritas ex repugnantia, quam cum vita Eremitica habet ipsa Regula B. Patris Augustini.

POstremum argumentum ad eãdem veritatem confirmandam I.
sumi potest ex repugnantia, quã habet cum vita eremitica ipsa Regula B. Augustini. quæ repugnantia duobus vijs ostendi potest, nempe ratione quadam vniuersali, & comparatione inter ipsam Regulam Augustinianam, & vitam Eremitarum per singula capita facta in particulari. Ratio vniuersalis est, quia quemadmodũ Ordo Clericalis ab initio nascentis Ecclesiæ vsque in præsens semper à monastico, & multo magis ab eremitico, si Ordo Eremiticus à monastico secernatur, distinctus fuit & prodistincto est habitus, ita vt ex vno ad alium ordinem transitus fuerit nõ semel interdictus, vt superius dictum fuit: ita etiam regula monastica, vel eremitica, & regula canonica pro distinctis sunt habitæ, quod etiam ex varijs testimonijs summorum Pontificum, & Conciliorum superius deductum est. Cum itaque ex omniũ sententia nomine regulæ canonicæ semper venerit regula B. Augustini, omni probabilitate carent, qui illam eremitis, & monachis, & non clericis traditam affirmant. Alioqui si Regula B. Augustini pro eremitis, siue pro monachis ab initio condita fuisset, & regula verè monastica ex ipsa institutione esset, cur potius illam, quam Regulam B. Benedicti vel Basilij canonicam dixissent? Cur canonicis sub

cis sub regula Augustini degentibus ad ordinem D. Benedicti transitum prohibuissent? Quod tamen prohibuerunt cap. mandamus cum seq. 19. q. 3. Cur demum ipsis monachis sub regula D. Benedicti degentibus curam animarum personarum sæcularium interdixissent, clericis verò canonicis concessissent, eò quod regulæ laxiori inseruiant? vt dicitur in c. quod Dei timorem. de Statu monach. si æquè esset regula monastica, imò etiam eremitica regula B. Augustini, sicut regula D. Benedicti?

II. VErùm hac ratione omissa, quæ sanè introspecta virium plena est, & magni ponderis apud omnis esse debet, operæpretium erit, vt propius ad rem accedentes, ipsam regulam cum institutis vitæ eremiticæ per singula capita pedetentim conferre incipiamus: ita enim fiet, vt nulli dubium relinquatur, omnia ferè in eadem regula contenta cum vita eremitica è diametro pugnare, & è contrario in clericos canonicos optimè quadrare, & illis conuenire. Prima igitur repugnantia notatur in illis verbis eiusdem regulæ cap. 1. *Qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter velint illud esse commune & infra, nec extollantur si communi vitæ aliquid de suæ facultatibus contulerunt, nec de suæ diuitijs magis superbiant, quia eas in monasterio partiuntur, quàm si eas in seculo fouerent.* Hæc verba indicant, religiosos, quibus Augustinus Regulam tradidit, bona etiam stabilia, & diuitias in communi habere potuisse, & habuisse, quæ eremitis in tugurijs, & in solitudinibus degentibus omnino conuenire non possunt, imò nec etiam in ciuitatibus habitantibus, si tales erant, quales illos fuisse contendit Marquez in cap. 6. §. 2. & alibi, adeo scilicet pauperes, & in paupertate adeo profunda viuentes, vt nihil omnino temporalium bonorum, præsertim stabilium possiderent, etiam nomine totius monasterij, & in communi. Quadrant verò in clericos canonicos, qui bona etiam immobilia in cõmuni habebant. vt patet legenti primum & secundum sermonem de communi vita clericorum, ex quibus habes eos, qui monasterium clericorum ingrediebantur, diuitias in seculo habentes, partem pauperibus erogare, partem parentibus relinquere, partem verò in communi conferre solitos fuisse.

III. SEcunda repugnantia notatur in illis verbis: *Nõ sit notabilis habitus vester, nec affectetu vestibus placere sed moribus.* Hæc nescio quid commune habeant cum cuculla nigra eremitica, vnica zona succincta, quam teste Marquez ipsi eremitæ, nec etiã dormituri soluebant. Vtrum autem quadrent in habitum canonicum, non est præsentis loci prolixius probare, vel explicare.

Tertia repugnantia notatur in illis verbis: *Oculi vestri ei sit aciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur: neque enim quando proceditis, fœminas videre prohibemur. sed appetere, vel ab ipsis appeti velle, crimino sum est.* Quæ verba superfluè ad eremitas dirigi videntur, qui in solitudinibus ab humana conuersatione remotissimi viuebant, secundum Marquez cap. 8. in princ. magnoperè verò ad clericos spectabant, quos necesse erat ob curam animarũ, & alia clericorum munera obeunda frequenter in populis, & in locis, vbi erant fœminæ, conuersari, quorum virtus, vt idemmet Augustinus lib. de moribus Ecclesiæ cap. 32. scribit, tanto mirabilior, maiori prædicatione dignior videtur, quo difficilius est, eam in multiplici hominum genere, & in ista vita turbulentiore seruare.

Quarta repugnantia notatur in illis verbis: *Quando ergo simul estis in Ecclesia, & vbicunque vbi fœmine sunt, inuicem vestram pudicitiam custodite.* Nam ista verba de Ecclesijs eremitarum illorum temporum omnino intelligi non possunt, cum illæ essent in solitudine, & in locis ab omnium conuersatione remotis, quod etiam fatetur Marquez de monasterio à B. Augustino in horto Valerij ædificato, quod in loco à Ciuitate longè distanti extructum fuisse contendit, vt supra visum fuit. Conueniunt autem Ecclesijs clericorum, & præsertim in Parochialibus, vel etiam Episcopalibus existentium, quales erant clerici ab Augustino tum in primo, tum in secundo monasterio instituti.

IV. QVinta repugnantia notatur in illis verbis: *Vestes vestras in vnum habeatis sub vno custode, vel duobus, vel quot sufficere possint ad eas excutiendas, ne a tinea ladantur. etsi fieri potest, ad vos nõ pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnusquisque, quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat, dum tamen vnicuique, prout cuique opus est, non negetur.* Quæ verba in eremitas illorum temporum, tales præsertim, quales monachi secundum Baronium & Marquez ab Augustino in Africa fuerant instituti, omnino quadrare non possunt, qualis exempli gratia fuit D. Fulgentius, quem illi Autores pro discipulo D. Augustini nobis obijciunt: illi enim mutatorias vestes non habebant, quas deponerent, vt loco illarum alias acciperent, vtque propterea inter eos contentiones, & murmura orirentur, quod non acciperet quisque, quod deposuerat. Nam vnica tunica contenti erant, quam semel indutam siue per æstatem, siue per hyemem, non amplius exuebant, quam zona pellicea præcinctam, nec etiã dormituri soluebant. Ita enim expressè fatetur Marquez de habitu priscorum eremitarum ab Augustino institutorum cap. 8. §. 4. & alibi non semel, & ante illum Cardin. Baronius tomo 6. Annalium sub ann. 504. num. 34. Quadrant autem optimè in clericos canonicos, sicut patet ex ijs quæ de illorum communi vestiario scribit ipse D. Augustinus serm. 2. de communi vita clericorum.

SExta repugnantia notatur in illis verbis: *Indumenta vestra secundum arbitrium Præpositi lauentur, siue à vobis, siue à fullonibus, ne interiores animæ sordes cõtrahat mundæ vestis nimius appetitus.* Quæ verba cũ habitu eremitico, tali præsertim, qualem habitum

illo-

illorum eremitarum Augustinian
tentur idem Autores, nihil commu
sunt: ille enim erat vnica tunica nigr
succincta, quam nunquam soluebat
Dicetur, quòd lauabant alia indu
Respondeo primò D. Augustinum
tu superiori, qui omnibus conspicu
etiam supra dixerat. *Non sit notabilis nec affectetu vestibus placere. sed moribus* interiori, quem nemo videt, e
nimius appetitus interiores animæ
here non solet: nimium enim studi
flis non ponitur circa habitum inte
videtur ab alijs, & multi sunt interiu
didi, qui tamen extrinsecus nitidi videt
de si illi eremitæ vestes internas hab
ipsi, vel fullones lauarent, illorum
rat talis, qualis erat habitus Pauli p
Hilarionis, Antonij, Fulgentij, ac
qualem Marquez, & illius similes c
nica videlicet tunica quam nunquar
siue per hyemem, siue per æstatem.

Dicet, quòd illorum habitus era
vel lactincus non artificialis, sed nat
qualem natura præbebat, qualem
Beatum Fulgentium, de quo ait, q
scripsit. *Subtus casulam nigellam, vel lactin
dam mœsit.* Verùm hæc cuasio diffi
tollit, nam neque D. Fulgentius, ne
ctorum Monachorum, vel Eremit
quam semel induit, vmquam lauisse
imò de Sancto Hilarione insigni er
rente legitur, illum saccũ, quo sem
nunquam aut mutasse, aut lauisse, cu
neum esse diceret, munditias in cil
Deinde si habitus illorum eremitar
tunica nigra, sed vel nigra, vel alba, p
natura concedebat. Non ergo habit
quos ab Augustino institutos faten
ca, siue cuculla nigra zona pellicea p
tunica, vel nigra, vel alba, quam nat
color tribuebat. Vtquid ergo pro cu
topere decertant? Certè si hæc respo
tur, fallitatis apertissimæ conuincu
ipsa cuculla nigra scribuntur in serm
brosij, in Epistolis Valerij, & Sigibe
monibus ad Eremitas.

Septima repugnantia notatur illis
*crum etiam corpori, cum infirmitati n
minimè denegetur. sed fiat sine murmure
dicine.* & infra *neque eant ad balneas, si
necesse fuerit, minus quam duo, vel tres.* H
ba credidierim antiquis eremitis in
degentibus vnica tunica siue per æsta
hyemem indutis, parum affabre con
de B. Fulgentio, quem vitæ eremiticæ
stino institutæ verum exemplar prod
bit Autor illius vitæ Anonimus, qui il
lus extitit c. 30 quod persuadentibus

illorum eremitarum Auguſtinianorum fuiſſe fatentur idem Autores, nihil commune habere poſſunt: ille enim erat vnica tunica nigra zona pellicea ſuccincta, quam nunquam ſoluebant, nec lauabãt. Dicetur, quòd lauabant alia indumenta interna. Reſpondeo primò D. Auguſtinum loqui de habitu ſuperiori, qui omnibus conſpicuus eſt, de quo etiam ſupra dixerat. *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.* Non de habitu interiori, quem nemo videt, cuius munditiei nimius appetitus interiores animæ ſordes contrahere non ſolet: nimium enim ſtudium mundæ veſtis non ponitur circa habitum internum, qui non videtur ab alijs, & multi ſunt interius nimium ſordidi, qui tamen exterius nitidi videri volunt. Deinde ſi illi eremitæ veſtes internas habebant, quas vel ipſi, vel fullones lauarent, illorum habitus non erat talis, qualis erat habitus Pauli primi Eremitæ, Hilarionis, Antonij, Fulgentij, ac demum talis, qualem Marquez, & illius ſimiles contendunt, vnica videlicet tunica quam nunquam deponerent ſiue per hyemem, ſiue per æſtatem.

Dicet, quòd illorum habitus erat, vel nigellus, vel lactineus non artificialis, ſed naturalis, & talis, qualem natura præbebat, qualem legimus tuliſſe Beatum Fulgentium, de quo ait, qui eius vitam ſcripſit, *Subtus ea ſaltem nigello, vel lactineo pallio circũdatus ineſſet.* Verùm hæc cuaſio difficultatem non tollit, nam neque D. Fulgentius, nec aliquis Sanctorum Monachorum, vel Eremitarum veſtem, quam ſemel induit, vnquam lauiſſe repertus eſt, imò de Sancto Hilarione inſigni eremitarum parente legitur, illum ſæcũ, quo ſemel indutus fuit, nunquam aut mutaſſe, aut lauiſſe, cum ſuperuacaneum eſſe diceret, munditias in cilicio quærere. Deinde ſi habitus illorum eremitarum non erat tunica nigra, ſed vel nigra, vel alba, prout vellerum natura concedebat. Non ergo habitus eremitarũ, quos ab Auguſtino inſtitutos fatentur, erat tunica, ſiue cuculla nigra zona pellicea præcincta, ſed tunica, vel nigra, vel alba, quam naturalis velleris color tribuebat. Vt quid ergo pro cuculla nigra tãtopere decertant? Certè ſi hæc reſponſio admittatur, falſitatis apertiſſimæ conuincuntur, quæ de ipſa cuculla nigra ſcribuntur in ſermone D. Ambroſij. in Epiſtolis Valerij, & Sigiberti, & in ſermonibus ad Eremitas.

Septima repugnantia notatur illis verbis: *Lauacrum etiam corporis, cum infirmitatis neceſſitas cogit, minimè denegetur, ſed fiat ſine murmure de conſilio medicinæ.* & infra *neque eant ad balnea, ſiue quocumque neceſſe fuerit, minus quàm duo, vel tres.* Hæc etiã verba crediderim antiquis eremitis in ſolitudinibus degentibus vnica tunica ſiue per æſtatem, ſiue per hyemem indutis, parum affabre conuenire. ſanè de B. Fulgentio, quem vitæ eremiticæ à B. Auguſtino inſtitutæ verum exemplar producunt, ſcribit Autor illius vitæ Anonimus, qui illius diſcipulus extitit c. 30 quod perſuadentibus medicis, vt lauacris balneatibus vteretur. *Nunquid balnea, reſpondit, facere poterunt, ne homo mortalis expleto vitæ ſuæ tempore moriatur? ſi vero proximam mortem nec aquarum calidarum poſſunt fomenta repellere, cur mihi obſecro perſuadetis, vt rigorem diu ſeruatæ profeſſionis in fine diſſoluam?* Hæc ſanctus ille Epiſcopus, qui cum morti eſſet vicinus, ne rigorem ſuæ profeſſionis diſſolueret, aquis balneatibus vti noluit.

Nec ſufficere videtur ad has difficultates euitandas, quod inquit Marquez, Eremitas à B. Auguſtino inſtitutos Cœnobitas fuiſſe, non Anachoritas: ſiue enim Anachoritæ, ſiue Cœnobitæ fuerint, ſi tales erant, quales illos fuiſſe, tum ipſe cap. 8. §. 4. tum alij paſſim affirmant, præcipuè Author ille ſermonum ad eremitas ſerm. 5. 24. 27 & 28. Frater Iordanus lib 1. cap. 15. Paulus Bergomẽſis, Ceriolanus, & alij, nempe in ſolitudinibus viuentes, cuculla nigra, eaque zona pellicea nunquam ſoluenda induti, eadem prorſus difficultates manent, & non tolluntur repugnantiæ, ſi dicatur, illos fuiſſe Cœnobitas, & non Anachoritas, vt conferenti patebit.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Contrariæ ſententiæ rationes afferuntur, & ſoluuntur.

I. CONtra ſententiam tribus capitibus proximè antecedentibus firmatam producit Ioan. Marquez. cap. 7. §. 13. Iniuſtimas nõ nullas coniecturas, ad ſuadendum, B. Auguſtinum ſuam Regulam non clericis canonicis, ſed etiam eremitis primitus ſcripſiſſe. Prima coniectura eſt. In editione Plantiniana Operũ D. Auguſtini edita eſt ipſa regula ſub hoc titulo: *Regula B. Auguſtini ad ſeruos Dei.* Certum verò eſt, illum fuiſſe titulum fratrum illorum temporum, quod mille teſtimonijs poſſet probari.

Reſpondeo. quid ſi pro vna Plantiniana editione ſexcentas alias proferamus, quibus eadem regula edita fuit ſub titulo vel Speculi clericorum, vel Regulæ de communi vita clericorum, vel Sermonis de communi vita clericorum? Præterea, vnde conſtat fratres illorum temporum omnes fuiſſe eremitas Auguſtinianos? Vel vnde conſtat eremitas, qui nunc ſunt, fuiſſe temporibus diui Auguſtini? Vnde etiam habent eremitæ, vel diuino, vel humano iure, vel Chriſti, vel Papæ, vel Imperatoris, vel alterius Principis priuilegio, quòd ipſi ſoli nomine ſeruorum Dei nuncuparentur, vt cum audis ſeruum Dei, ſtatim eremitam Auguſtinianũ neceſſe ſit intelligere? Ego enim fateor me eam ignorantiam, iſſiuſmodi priuilegia nunquam vidi.

II. SEcunda coniectura. licet clerici canonici etiam ipſi inter ſeruos Dei computari poſſent, tamen

verus,& proprius illorum titulus erat, quo illos compellauit Valentinus Abbas in epist. 256. Dominos suos clericos illos vocans.

Respondetur. Clerici D. Augustini iure merito vocari poterant Domini,&nihilominus à consortio seruorum Dei non excludebantur, nec consequenter à nomine. Nam & Augustinus vice versa vocat ipsum Valentinum dominum, & tamen à consortio,& nomine seruorum Dei non excludit. videatur epist. 46.&47.

Tertia Coniectura. B. Augustinus fundauit suã Regulam in Actis Apostolorum,præsertim in 4.c. vbi de communi vita Christianorum primitiuæ Ecclesiæ sermo habetur,quam vitam agebat Augustinus,prius quàm clericos institueret.

Respondeo,in primitiua Ecclesia omnes fideles communem vitam ducebant tam clerici,quã laici, & multò magis clerici, inter quos tale institutum per aliquot sæcula durauit: & re vera tale institutum præfert ipsum nomen clerici, vt habes ex cap. duo 12. quæst. 1. Cæterùm vt hæc ratio saperet, multo sale opus esset. Nam esto B. Augustinus suã regulam in actis Apostolorum fundauerit: Esto etiam antequam esset clericus, vel clericos institueret, communem vitam cum socijs & amicis apud agros proprios duxerit, quid inde? Num ex hoc sequitur,quòd vel fuerit eremita,vel quòd eremitas instituerit. vel quòd hanc regulam illis tradiderit,quæ toto Cœlo ab illorum instituto distat, vel quod eam non dederit clericis? minimè gentium. neque vllus licet acutissimus Logicus istiusmodi sequelas per veram artem syllogisticam deducet.

III. QVarta coniectura. Iubet Augustinus fratres suis manibus laborare, & lucrum in commune conferre, & de eo viuere. Hoc in eremitas optimè quadrat,non in clericos,qui de redditibus Ecclesiarum alebantur.

Respondeo. B. Augustinus in regula iubet, vt nullus sibi aliquid operetur, sed vt omnia opera nostra in communi fiant,maiori studio,& frequentiori alacritate,quam si nobis singuli propria faceremus. Quòd verò operemur manibus ita, vt aliquid lucremur, & lucrum in commune conferamus,vt inde sumptus pro victu, & vestitu necessarios nobis faciamus, in regula nostra, non legitur: sed etsi legeretur, quàm optimè in clericos illorũ temporum quadraret,colligitur ex Actis Apostolorum, & ex epistolis Pauli, in quibus Petrus & Paulus,qui erant Apostoli, nihilominus leguntur proprio labore manuum sibi ipsis victum comparare voluisse, vt B. Augustinus notauit in lib. de Opere monachorum. Colligitur etiam ex Decretis Concilij IV. Carthaginensis cap. 51. & duobus sequentibus,cui B. Augustinus interfuit, antequã regulam scriberet,& ex alijs, quæ videri possunt apud Gratianum in suo Decreto 91. d. Esto etiam clerici Hipponenses ex redditibus Ecclesiæ alerẽtur,vtile tamen erat,illos ad ocium fugiendum, & bonam valetudinem seruandam, aliquid manibus suis operari.

Postrema coniectura deducitur ex diuersis modis: quibus B. Augustinus vtrunque Ordinem instituit,eremitarum,& clericorum,quæ coniectura quoniam nullo solido fundamento subnixa est,silentio prætermittitur, ne tempus conteramus. Hoc vnum aduertentes,falsum omnino & contra omnem veritatem esse,quod idem Autor pag. 103. & 104. scribit,in reformatione Ordinis Canonici per Concilium Aquisgrani habitum facta, nõ fieri mentionem Regulæ B. Augustini, quia Ordo Canonicus, de quo in eodem Concilio agebatur, supponebatur à Concilio diuersus ab Ordine per D. Augustinum instituto,quando Regulam scripsit. Hoc inquam falsissimum est; nam si illi diuersi erant à canonicis per D. Augustinũ institutis, cur pro illorum reformatione recitati sunt è Concilio sermones ipsius B Augustini de communi vita clericorum. & in libello pro eadem reformatione edito registrati,nimirum cap. 112. & 113. Dices,at licèt ibi registrati fuerint duo sermones priores,non tamen registrata fuit Regula Respondeo, Regula non fuit registrata, quia supponebatur tanquam notissima, secundum quam omnes canonici passim consueuerant profiteri, quam ob causam vocabatur per anthonomasiam regula canonica: sed nihilominus cum fuerit scripta post primum, & secundum sermonem, & dicatur sermo tertius in ordine de communi vita clericorum, sufficit ad conuincendum,quod Ordo ab Augustino institutus,siue rectius restitutus non fuit diuersus ab Ordine canonicorum, de quibus in Concilio Aquisgrani habito mentio habetur. Porro in hoc verò dicit,cum ait,causam, ob quam Concilium dictæ regulæ non meminit,fuisse, quia mens concilij erat,exactam quandam viuendi normam ex dictis Sanctorum Patrum, & sacris canonibus collectã, ipsis canonicis præbere,quæ non ita exactè in ipsa Regula B. Augustini habetur,sicut habetur in Regula B. Benedicti:& ideò supposita ipsi Regulæ tãquam notissima Concilium in colligendis Canonibus,& dictis Sanctorum Patrũ laborauit. Quod præterquam ab Aymonio Historico illorum temporum lib. 5. de rebus gestis Francorum cap. 10.& 17. notatum fuit,colligitur satis euidenter ex altero Concilio Aquisgrani habito cap. 15.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Quis nam fuerit Clericorum Canonicorum à D. Augustino institutorum verus habitus, & quale indumenti genus esset,

quod

quod Birrum vocaba
catur.

I. PRæter ea,quæ pro
ctissimi Patris inst
do hactenus dedu
eadem veritas alia
steriori,& à signo
sa delatione cleri
cuientissime confirmari. Nam etsi
tum,& protritum vetustate prouerbi
non faciat monachum,sed professio r
porrectum,de Regularibus, Nihilor
terna delatione habitus regularis ad
gularis instituti professionem legitim
se,nullus sciens,& prudens negabit.
quam probemus B. Augustinum etia
piscopali positum communem habi
rum clericorum eum ipso viuentium
peræpretium erit, quisnam fuerit co
ricorum proprius,& verus habitus,
re. Quem B. Augustinus serm. 2. de c
clericorum satis sufficienter his verb
visus fuit,cum ait: *Nemo dat Birrum, ve*
am,vel aliquid aliud,nisi in commune.
verbis colligimus,duo externum vel
genera habitum clericorum canonic
gustino conuiuentium cõstituisse, (
nim nunc non quærimus,) Quorum
Birrus,alterum tunica linea, quibus
tertium genus mea opinione addenc
cet talaris tunica. Nam illos sub tunic
aliquod indumenti oblongi & talaris
se,rationi, & veritati consentaneum
quale indumentum esset Birrus, qual
tunica linea,cuiusnè formæ,aut mate
quis illorum vsus, explicare, hoc op
Dicemes primo de Birris in hoc capi
de de tunicis lineis & alijs indumenti
tibus verba faciemus.

II. CIrca Birros sex inquiremus. Pri
genus vestis illud esset, quod oli
cebatur. Secundò,quæ illius esset for
ex qua materia confici consueuisset.
esset coloris. Quintò, quæ personæ
tur. Sextò,quo tempore, & quibus i
portarent. Circa primum quæsitum
censura ad Regulam B. Augustini cen
stinianum Birrum idem fuisse, quod
brum,quod crederet nomen Birrus,
nomine græco pirron deductum, qu
vel igneum,siue quod idem est, colo
igni, in qua sententia fuerunt etiam
tisolici. Coriolanus referente Marqu
in initio dixit, Birrum Augustinianu
retum clericale,quo etiam Episcopi n
clericis,verùm etiam ex Monachis ass
tur,& citat in eandem sententiam Lu
Angelis lib. quarto, de Vita Diui Au

quod Birrum vocabant, explicatur.

I. PRæter ea, quæ pro clericali Sanctissimi Patris instituto probãdo hactenus deduximus, potest eadem veritas alia ratione à posteriori, & à signo sumpta ex ipsa delatione clericalis habitus euincentissime confirmari. Nam etsi iuxta vulgatum, & protritum vetustate prouerbium, Habitus non facit monachum, sed professio regularis; cap. porrectum. de Regularibus, Nihilominus ab externa delatione habitus regularis ad internam regularis instituti professionem legitimè inferri posse, nullus sciens, & prudens negabit. Verùm priusquam probemus B. Augustinum etiam in sede Episcopali positum communem habitum cæterorum clericorum cum ipso viuentium detulisse, operæpretium erit, quisnam fuerit eorundem clericorum proprius, & verus habitus, prius explicare. Quem B. Augustinus serm. 2. de communi vita clericorum satis sufficienter his verbis explicare visus fuit, cum ait: *Nemo det Birrum, vel lineam tunicam, vel aliquid aliud, vsi in commune.* Ex istis enim verbis colligimus, duo externum vestimentorum genera habitum clericorum canonicorum B. Augustino conuiuentium cõstituisse, (de interno enim nunc non quærimus,) Quorum alterum erat Birrus, alterum tunica linea, quibus nihilominus tertium genus mera opinione addendum; videlicet talaris tunica. Nam illos sub tunica linea genus aliquod indumenti oblongi & talaris non induisse, rationi, & veritati consentaneum non est. sed quale indumentum esset Birrus, qualis etiam esset tunica linea, cuiusue formæ, aut materiæ, coloris, quis illorum vsus, explicare, hoc opus, hic labor, Dicemus primo de Birris in hoc capite, ac subinde de tunicis lineis & alijs indumentis in sequentibus verba faciemus.

II. CIrca Birros sex inquiremus. Primò, quodnã genus vestis illud esset, quod olim Birrus dicebatur. Secundò, quæ illius esset forma. Tertiò, ex qua materia confici consueuisset. Quartò, cuius esset coloris. Quintò, quæ personæ Birris vterentur. Sextò, quo tempore, & quibus in locis birros portarent. Circa primum quæsitum Erasmus in censura ad Regulam B. Augustini censuit, Augustinianum Birrum idem fuisse, quod pileum rubrum, quod crederet nomen Birrus, vel Birreum à nomine græco pirron deductum, quasi flammeũ, vel igneum, siue quod idem est, coloris rubri, vel ignei, in qua sententia fuerunt etiam nonnulli catholici. Coriolanus referente Marquez cap. 7. §. 6. in initio dixit, Birrum Augustinianum fuisse Birretum clericale, quo etiam Episcopi non solum ex clericis, verum etiam ex Monachis assumpti vtuntur, & citat in eandem sententiam Ludouicum de Angelis lib. quarto, de Vita Diui Augustini cap. decimoquinto. & sanè ipse Ludouicus de Angelis duplicem Birrum distinguit, alterum amicularem: alterum quod est capitis tegumentum. & infra dicit, quod Fratres Eremitani Parisijs birretum gestare consueuerunt. Verùm hi omnes à veritate longè aberrant: etsi enim non negem ab hac voce birrus, vel birrum deriuare birretum, quod paruum est capitis operimentum, postea quàm antiquorum Birrorum vsus sublatus fuit, tamen vox ista birrus apud veteres nec pileum, nec quod nunc vocamus birretum, siue rubeum, siue nigrum, siue alterius coloris, vllo modo designabat. nam vsus birreti, ac etiam pilei ex Polidoro Virgilio lib. 4. cap. 18. de Rerum inuentoribus, recens admodum est, veteres enim omnino caput non velabant, vt ille ait, idque præsertim de rubro pileo, siue birreto prorsus affirmari oportet, quæ neque apud Episcopos, neque etiam S. R. E. Cardinales sed apud solos Romanos Pontifices olim in vsu erant, sicut ex lib. 1. cæremoniarum cap. 6. habes. & Innocentius huius nominis IV. Romanus Pontifex primus fuit, qui, Platina referente, ipsos S. R. E. Cardinales rubro pileo ad dignitatem Cardinalitiam decorandam donauit.

III. CArdinalis Baronius tom. 2. Annal. sub anno 261. num. 90. & seqq suspicatur, Birrum Augustinianum idem fuisse cum amictu illo, quo nũc etiam Episcopi, & clerici canonici multis in locis vtuntur. quod almutiam, siue mozzettam nuncupamus. Hunc enim amictum in vsu apud regulares canonicos fuisse non solùm constitutiones pro generali totius Canonici Ordinis reformatione à Benedicto XII. editæ in cap. de forma & honestate habitus & vestimentorum, sed multorum etiam collegiorum vsus antiquissimus in Hispanijs, Gallijs, Italia, & alijs in locis ostendit. & canonici Congregationis nostræ Lateranensis ante annos circiter 25. almutijs in Ecclesijs cum diuinis intererant, semper vti consueuerant, & ego tunc temporis, cũ necdum sacerdos existerem, tali habitu in choro vtebar; Nec satis adhuc exploratam habere potui causam legitimam, ob quam illarum vsus ad solos Prælatos ex omnibus canonicis nunc restringatur. Ab hac sententia non multum distare videtur Coriolanus in defensorio cap. 5. ad tertium argumentum, cum ait, Birrum secundum famosiores Vocabulistas, & Decretistas esse caputium illud intus foderatum (verbis illius vtor) pendens à collo per humeros ad brachia, quasi per cubitum. quo adhuc in Ecclesijs Cathedralibus canonici sæculares vtuntur. etsi non satis explicet, an illud caputium sit almutia, an cappa, an cappuccium de pellibus, quas forcaturas vocant. Hæc Baronij sententia nonnullis satis plausibilis videtur. Sed esto sub nomine Birrorum etiam ipsæ almutiæ quadantenus comprehendantur, non est tamen hoc illius nominis proprij, & solum, & adæquatũ significatũ.

QVo circa resolutè dicendum est, birros olim maximè circa tempora B. Augustini non fuisse bir-

se birreta, nec rubra capitis tegumenta, nec solas almutias nomine birrorum comprehensas, sed vestes amplas & longas fuisse, quæ totum corpus ita contegerent, vt etiam caput possent operire, quæque pilcorum nostrorum, & capparum officio tũc temporis fungerentur, & non solùm apud Episcopos, & clericos, verùm etiam apud monachos, immo & laicos siue nobiles, siue ignobiles, siue Christianos, siue etiam Paganos in vsu essent. Hanc verò ipsissimam fuisse huius nominis acceptionem, & significationem pluribus antiquorum, & quoad hoc probatæ latis fidei Autorum testimonijs statim adducendis constabit. Horum Primus est Ioannes Cassianus lib. 1. de Institutis renunciantiũ cap 7. Vbi de habitu religiosorum primitiuæ Ecclesiæ in Egypto degentium verba faciens inquit: *Post hæc angusti pallia, tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretij compendiosq, sectantes, colla pariter atque humeros tegunt, quod maiorum tam nostro, quam plorum nuncupatur eloquio, & ita planeticarum atque birrorum pretia simul ambitionemque declinant.* Hinc habemus primò, apud veteres eundem fuisse vsum birrorum, & planeticarum, planetica verò cappam longam significat & amplam, 2. habes, birros antiquorum vestes non solum vulgares, sed etiam pretiosas extitisse. Secundus, est Clemens Alexand. lib. 2 Pedagogiæ c. 4 vbi inquit: *Clamys, quæ dicitur ephestis aut birrus quia corpus complectitur.* Tertius, est Pontius Diaconus, qui vitam B. Cypriani scribens ait: *In agrum Sexti perductus est. & ibi sub lacerno birro expoliatus, & genua in terram flexit.* Porro lacernum, siue lacernam non breuem amictum esse, qualis est, quem almutiam vocamus, sed longam vestem amplam & fluentem, habes ex Ciceronis in secunda Philippica, Isidoro lib. 19. c. 24 Suetonio in Claudio c. 6 & in Augusto c. 40. Plin. lib. 18. c. 25. Aulo Gellio lib. 13. c. 20 & ex Iuuenali Satyra 9. vbi notat, lacernam vestem fuisse, quæ togæ superaddebatur ad aëris iniuriam repellendam. Quartus est canon. 11. Cõcilij Gangrensis relatus in c. si quis virorum 30. d. in quo damnantur hæretici Eustathiani, & illorum Sectarij, qui putabant proposito, id est sanctæ continentiæ conuenire, vt pallio vterentur, tanquam ex eo iustitiam habituri, & reprehendebant, vel iudicabant eos, qui cum reuerentia birris vtebantur, & alia veste communi, quæ in vsu erat. Ex quo canone pariter habes, birrum tempore illius Concilij vestem cõmunem fuisse, quæ passim in vsu erat, sicut palliũ. Quintus est Celius Rodiginus, qui lib. 16 antiquarum lectionum ita scribit: *Birrum fuisse Romanam vestem Græci scribunt, & comprobat lib. 4. Martianus, birrum* inquit, *& tunicam non nem vestu habent. Meminit eiusdem vocis Seruius Grãmaticus in decimo Æneidum sed non explicat eam.* Hinc etiam habes, nomen birri ex Latinis ad Græcos profectum, non ex Græcis ad Latinos deriuatum. Habes etiam birrum vestẽ fuisse tum Paganis, tum Christianis communem. Sextus est Flauius Vopiscus in Carino, ad librum Suetonij additus, qui Gallorum Atrebatensium prodigalitatem & luxum exaggerans, quòd birros pretiosos comicis, & scenicis donarent: *Donati sunt,* inquit, *ob Atrebatensium birros pretiosos, birri cauffiati,* Septimus Gregorius Turonensis lib. 2. Historiæ Francorum cap. 1. vbi de Sancto Brixio, siue Britio inquit, quod prunas ardentes in suo birro portauit per ciuitatem ad suam innocentiam demonstrandam. Octauus est Codex Theodosianus lib. 14. l. 2 sub titul. de Vestibus oloueris, siue oloseericis, vbi ait: *Vetuos sane omnium (quorum tamen Dominos iuuat ordine contrahi) uti birris non permittimus, aut cucullis.* Vbi vides, eundem ferè apud veteres etiam Paganos birrorum, & cucullarum vsum extitisse. Non ob hoc tñ Theodosium paganũ fuisse affirmauerim. Nonus est Vincentius Beluacensis, qui in speculo historiali lib. 23 c. 4. de S. Deicola scribit: *Birrum summ, quem Græci amphibalum vocant, deponere voluit, resigendi gratia.* Porrò nulli dubium est, indumentum quod Græci amphibalum vocant, idem esse cũ eo quod nos pallium, siue cappam nuncupamus. Decimus est Ioannes Diaconus, qui lib. 4. Historiæ Longobardorum, c. 6. de Longobardis ita scribit: *Longobardi super equos equitantes tributos birros mittebant, sed de Romanorum consuetudine traxerant.* Ex quibus omnibus apparet, birrum apud veteres non fuisse pileum, aut aliud capitis tegumentum, quod birretum vocamus, sed genus vestis exteriæ amplæ, & longæ, ac fluentis, qua non soli Episcopi, vel clerici, sed monachi, laici, nobiles, vulgares, liberi, ac serui, Christiani, & pagani promiscuè vtebantur.

V. CVius verò formæ illud indumentum esset, nõ est facilè iudicare: nam vel de omnibus birris generaliter, & vniuersaliter sermo est: vel solum de birris ecclesiasticorum, quales clericorum canonicorum Augustinianorum erãt, Et sanè si de omnibus generaliter sit sermo, fateor me certam, ac determinatam formam antiquorum birrorum apud nullum probatum Autorem hactenus deprehendisse: hoc tamen certum & constans, illos talis formæ extitisse, quæ non solùm ad humeros, & totum corpus, verùm etiam ad caput tegendum, si opus foret, & ad iniurias aëris arcendas apta esset. Vnde mihi probabile, ac certum est, antiquos birros vel cucullatos fuisse, vel caputiatos. Id enim deducitur primò ex ipso nomine birri, à quo nulli dubiũ, nomen birreti deductum, quo homines capita contegunt. Secundò, quia ex Codice Theodosiano habemus, vsum birrorum, & cucullarum eundem ferè extitisse; cucullæ verò capiti tegendo inseruiebant: atque ita necessario etiam dicere debent, qui pro eodem accipiunt birrum & almutiã. Nam almutiam, siue almutium olim in vsu ad caput tegendum fuisse, probat Molanus lib 3 de canonicis c. 5. Si autem de birris clericorum, & Episcoporum in specie loquamur, distinctione vtendũ censeo: Nam vel loquimur de birris, quos illi ferebant super vestibus lineis in Eccl. sijs, cum diuinis

officijs

officijs celebrandis aderant, vel de b
tra clausura incedentes per ciuitates
ca gestabant: neque enim credendu
sola tunica linea, sine aliqua superic
& talari per ciuitates incessisse, id n.
tatem, & grauitatẽ minimè decuisset
Synodus c. 18. & Zacch. Papa in syn
& Leo IV. & alij relati à Gratiano. 2
omnibus clericis, præsertim verò Ep
cerdotibus, interdixerunt. Quorum
ipso Augustino posteriores sint, ost
in Ecclesia Dei semper custoditum,
sacerdotes sine decenti habitu; &
longa, & talari, quam stolam, siue c
d. loco vocat, in publicum non prod
dem si de birris Ecclesiasticis, siue q
Ecclesijs vsus erat, loquamur, prob
rim, eos illius formæ, plus minus c
nunc sunt, vel quales olim erant cap
ci tum regulares, tum sæculares in E
bant, ac nunc etiam gerunt, vel claus
anteriori apertæ. Mos enim erat oli
vt clerici etiam sæculares cappas à p
apertas, & nigras deferrẽt à festo om
rum vsque ad festum Paschæ Resu
clusiuè, quod præsertim Romæ seru
clesia Lateranensi, & D. Petri, & S. C
salem, & ab omnibus Clericis camer
latis Curiæ Romanæ: quã ob causar
nium Sanctorum vocabatur festum
tradit Augustinus noster Ticinnensi
cio. p. 2. præfa. 29. aut fortasse conce
nio. illos talis formæ extitisse, qualen
almutiæ, quas Episcopi, & etiam ne
nici, tum sæculares, tum regulares in
runt licèt probabilius sit, almutias lo
tus, quam olim mafortem vocabãt,
liolum succeſſisse, quod multiplicite
tur. Primò ex forma illius habitus
scripta lib. 1. de institutis renunciant
omnino eadem cum forma almutiæ
ait enim mafortem fuisse breue, & a
liolum, quo solum collũ, & humero
Seruius in 1. Æneidum dicit, illum re
nis vocatum, quia sub gula à parte an
tur, & post tergum reijciebatur, quo
optimè quadrare nullus non videt. S
videamus, in more positum fuisse
vt eiusmodi palliolo tum monachi
tum etiam Episcopi vterentur. Qua
de S. Germano Parisiensi Episcopo s
tius Fortunatus, quod Clodouæus
rum, cum ad illum visendum accesi
palliolum allambit. etsi diuinare lices
sis acceptum, vt licèt nõ omnes Epi
laribus assumpti tunica linea vtantu
almutia vti consueuerint, quod almu
cusiaris habitus clericorum, sed eõ
rum, tum monachorum, sicut è c

officijs celebrandis aderant, vel de birris, quos extra clauſtra incedentes per ciuitates, & loca publica geſtabant: neque enim credendum eſt, illos cum ſola tunica linea, ſine aliqua ſuperiori veſte longa, & talari per ciuitates inceſſiſſe, id. n. illorum dignitatem, & grauitatē minimè decuiſſet, quod, & ſexta Synodus c. 28. & Zacch. Papa in ſynodo Romana, & Leo IV. & alij relati à Gratiano. 21. q. 4. expreſsè omnibus clericis, præſertim verò Epiſcopis, & ſacerdotibus, interdixerunt. Quorum canones licèt ipſo Auguſtino poſteriores ſint, oſtendunt tamen, in Eccleſia Dei ſemper cuſtoditum, vt Epiſcopi, & ſacerdotes ſine decenti habitu, & ſuperiori veſte longa, & talari, quam ſtolam, ſiue cappam gloſ. in d. loco vocat, in publicum non prodirent. Et quidem ſi de birris Eccleſiaſticis, ſiue quorum in ſolis Eccleſijs vſus erat, loquamur, probabile crediderim, eos illius formæ, plus minus extitiſſe, cuius nunc ſunt, vel quales olim erant cappæ, quas clerici tum regulares, tum ſæculares in Eccleſijs geſtabant, ac nunc etiam gerunt, vel clauſæ, vel à parte anteriori apertæ. Mos enim erat olim in Eccleſia, vt clerici etiam ſæculares cappas à parte anteriori apertas, & nigras deferrēt à feſto omnium Sanctorum vſque ad feſtum Paſchæ Reſurrectionis excluſiuè, quod præſertim Romæ ſeruabatur in Eccleſia Lateranenſi, & D. Petri, & S. Crucis in Ieruſalem, & ab omnibus Clericis cameralibus, & Prælatis Curiæ Romanæ: quā ob cauſam feſtum Omnium Sanctorum vocabatur feſtum capparum, vt tradit Auguſtinus noſter Ticinnenſis in Dilucidacio. p. 1. præfa 29. aut fortaſſe concedi poſſet Baronio, illos talis formæ extitiſſe, qualem nunc habent almutiæ, quas Epiſcopi, & etiam nonnulli Canonici, tum ſæculares, tum regulares in Choro deferunt licèt probabilius ſit, almutias loco illius habitus, quam olim mafortem vocabāt, ſeu breue palliolum ſucceſſiſſe, quod multipliciter ſuaderi videtur. Primò ex forma illius habitus à Caſſiano deſcripta lib. 1. de inſtitutis renunciantium c. 7. quæ omnino eadem cum forma almutiæ fuiſſe videtur: ait enim mafortem fuiſſe breue, & anguſtum palliolum, quo ſolum collū, & humeros tegebant. & Seruius in 1. Æneidum dicit, illum recinum à Latinis vocatum, quia ſub gula à parte anteriori ligabatur, & poſt tergum reijciebatur, quod in almutium optimè quadrare nullus non videt. Secundo, quod videamus, in more poſitum fuiſſe apud veteres, vt eiuſmodi palliolo tum monachi, tum clerici, tum etiam Epiſcopi vterentur. Quam ob cauſam de S. Germano Pariſienſi Epiſcopo ſcribit Venantius Fortunatus, quod Clodouæus Rex Francorum, cum ad illum viſendum acceſsiſſet, viri ſancti palliolum allambit. etſi diuinare liceat, hinc fortaſſis acceptum, vt licèt nō omnes Epiſcopi ex regularibus aſſumpti tunica linea vtantur, omnes tamē almutia vti conſueuerint, quod almutia non ſit peculiaris habitus clericorum, ſed cōis tum clericorum, tum monachorum, ſicut è contrario vſus birrorum monachis quandoque fuit interdictus, vt colligitur non ſolum ex Caſſiano loco citato, ſed ex Iſidoro in ſua Regula monaſtica.

V.

DEmum ſi quæratur forma birrorum, quos antiqui clerici Auguſtiniani extra clauſtra deferebant, Auguſtinus Ticinenſis non vulgaris eruditionis author loco proximè citato cōtendit, eandem formam illos habuiſſe, quam nunc habēt cappæ, quibus nonnulli canonici regulares, ac inter eos Lateranenſes vtuntur, quam opinionem ſicut pro certa non vendito, ita nec detrecto. Hoc mihi certiſsimum, vſum capparum iuxta formam, qua nunc Lateranenſes vtuntur, antiquiſſimū eſſe, nec Canonicos Lateranenſes eiuſmodi formam à Carthuſianis, vel à Fratribus Ordinis S. Dominici mutuaſſe: quin potius fratres S. Dominici, & Carthuſianos à Canonicis regularibus deſumpſiſſe. Et quod illarum vſus vetuſtiſſimus ſit, colligitur ex Io. And. in Clem. 1. in verb. habitus de electione, & ex picturis vetuſtiſſimis antiquorum canonicorū, quas idem Ticinenſis fatetur ſe vidiſſe Papiæ in templo D. Petri in Cælo aureo, & Lucæ in Eccleſia S. Frigdiani, antequam illi canonici reformationē Frigdonariam ſuſcipiētes noſtræ Congregationi eſſent vniti. Quod etiam fratres Ordinis D. Dominici à canonicis regularibus eiuſmodi habitum acceperint, facilè ſuadetur, quia illi ex canonicis regularibus, non ab illis canonici regulares ortū habuerunt. Ac tandem, quod Carthuſiani eiuſmodi formam habitus à Canonicis regularibus, potius quam canonici regulares ab illis acceperint, præterrationem proximè dictam, nimirum quia illi etiā ex canonicis regularibus ortum habuerunt, colligitur ex eodem Io. And. in c. innotuit de elect. vbi expreſsè dicit, Canonicos regulares ſimiles fuiſſe Carthuſienſibus, quoad formam cappæ, ſub qua tunicam lineam deferebant. loquebatur autem Io. And. non de canonicis in monaſterio Frigdionario reformatis, quippe qui reformationem illam multis annis antecēſſit. ſed de antiquis illis canonicis regularibus, qui paſſim in Gallijs, Italia, & in Anglia degebant: nam & textus illius c. innotuit, de canonicis Anglicanis loquitur, qui cū Carthuſianis antiquiores eſſent, non potuerunt formam habitus ab illis accepiſſe. Iſtorum omnium birrorum, & illorum formæ ſub nomine almutiorum, vel capparum meminit Benedictus XII. in reformatione generali canonici Ordinis c. de forma, & honeſtate habitus, & veſtimentorum.

VI.

QVod attinet ad materiam birrorum, videntur veteres ſenſiſſe, birrorum materiam lanceam, ſed vilem, & aſperam fuiſſe. & ſanè Birrus apud Seuerum Sulpitium Dialogo 1. pro Endromide hirta, & villoſa accipitur, qua viles homines vtebantur, & Auſonius Drēpario ſcribens ait.

VII.

Nobilis horribilis iungatur purpura birro.

Papias quoque birrum amphibalum villoſum eſſe dixit, & cum eſſet habitus quo ſerui, & viles perſonæ vtebantur, conſequens eſt, vt ex vili materia

constaret, idque præsertim, si idem erat birrus, & lacerna: Etenim lacernam ex crassa & vili materia confectam, illi versus Iuuenalis satyra nona indicant.

Pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, crassique, caloris,
Et malè percussat textorum pectine Galli.

Verùm quemadmodum non eadem erat omnium illorum conditio, qui birris vtebantur, sed erant alij nobiles, ac diuites, alij plebei, & pauperes: ita non eadem omnium birrorum erat materia, sed erant alij lanei viles, & asperi, alij verò serici, nobiles, & nitidi, alij etiam mediocris pretij. Constat id præsertim ex verbis Flauij Vopisci supra allegatis, in quibus birrorum Attrebatensium meminit, quos preciosos Comicis donauerant. Et testimonio Cassiani allegato scribentis, antiquos monachos mafortibus vsos, ad birrorum pretia simul, & ambitionem declinandam: sed maximè omnium constat ex D. P. Augustino serm. 2. de Communi vita clericorum, vbi inter vestes pretiosas numerat birrum: *Nolo* (inquit) *talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solos decentius vtar, offeratur mihi v.g. birrum pretiosum. fortè decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem, de pauperibus natum. & infra talem debeo habere vestem, qualem possum, si non habuerit, fratri meo dare.* Sentit ergo Augustinus, suo tempore fuisse in vsu birros preciosos, & birros mediocris valoris, quemadmodum erant etiam infimi.

VIII. DE birrorum colore Festus scribit: *Birrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum.* Quæ sententia placuit Erasmo, qui putauit, birrum dici à voce græca pyrron, quasi igneum, vel flammeum. Consenserunt nonnulli ex Catholicis, inter quos Eusebius Corradus noster. Sed decipiuntur, quia birrus, siue birrum nomen græcum non est, neque ex græco deductum, vt Suidas, & Cælius Rodiginus supra notatus animaduerterunt: imò potius ex Latinis ad Græcos profectum. Vnde nó debet scribi cũ y, sed cum i, & licèt apud antiquos fortasse magis essent in vsu birri flammei, vel rubri coloris, præsertim apud Gallos, vel Germanos, qui etiam nunc frequentius eodem colore in suis vestimentis vti consueuerunt: erant tamen alterius etiam coloris, & D. Gregorius in Registro lib. 7. epist. 5. meminit cuiusdam Christiani, qui de sacro fonte susceptus, birro albo indutus fuit. Et quicquid esset de birris laicorum, tamen birri clericorum, maximè Augustinianorum, mea opinione, rubri non erant, quia si tunc rubeas vestes detulissent, nunc etiam deferrent, sicut deferunt tunicam lineam, neque fuisset illis color rubeus in vestibus interdictus, quem tamen ferè solum, alijs omnibus concessus, Benedictus XII. interdixit: exceptis tamen illis, qui S. Theologiam, vel Ius Canonicum in studio Parisiensi publicè profiterentur.

IX. QVod spectat ad personas quæ birris vtebantur, quanquam illorum vsus iam apud multos aboleuerit, & à solis Episcopis, & clericis retentus fuisse videatur, tamen certum est, apud antiquos, non solùm Episcopos, & clericos, sed fortasse etiam monachos & laicos, siue nobiles, siue ignobiles, siue Christianos, siue etiam Paganos, vsum birrorum habuisse. Et quidem antiquos Episcopos birris vsos, constat non solũ ex dicto serm. 2. Augustini de communi vita clericorum, sed etiam ex martyrio D. Cypriani, ac etiam ex vitis Sanctorum Athanasij Alexandrini per Palladium in Lausiaca cap. 51. & Britij, siue Brixij Turonensis per Gregorium Turonen. lib. 2. Historiæ Francorum cap. 1. descriptis.

Demum circa tempus vtendi eisdem birris hoc solùm dicendum videtur, laicos pro libito in omni loco, & quouis tempore birris vti consueuisse: sicut & modò pallijs, vel cappis vtũtur: Clericos verò birris Ecclesiasticis solùm in Ecclesijs, & inter diuina celebranda vsos: alijs verò in foro, & alijs locis vsos, cum claustra exire oportuisset, quemadmodum & nunc faciunt.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

De tunica linea Clericorum Canonicorum cum D. Augustino in Monasterio degentium.

ALterum vestimenti genus clericorum canonicorum, cum Augustino in monasterijs cõmorantium, erat tunica linea, de qua breuiter videndum, quodnam vestimenti genus illa esset, quæ illius forma, quæ personæ, quo tempore & loco lineis tunicis vterentur. Quodnam indumenti genus esset tunica linea, cuius Beatus Augustinus meminit, cum ait: *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, nisi in communi.* Coriolanus cap. 5. ad 3. in omne latus se vertit vt suadeat, non fuisse vestem lineam, quam nunc canonici regulares Lateranenses gestant, rocchettum nuncupatam, sed illam, quam sacerdotes, vel alij clerici in sacris peragendis deferunt, quæ cotta, siue superpellicem dicitur. Verùm tunica linea, cuius ibi Diuus Augustinus meminit non erat vestis sacra ex sacristia accepta, vel in sacristia seruari solita, sicut cottæ & superpellicea, accipiuntur, ac seruantur, sed vestis communis vsualis, quæ ex communi vestiario omnibus dabatur, & omni tempore ferebatur, quod negare nihil aliud est, nisi negare principia, & veritatem textus Diui Augustini, quæ supponenda est, non in discrimen reuocanda: neque recentiores hoc negare audent, præsertim Marquez capite 7. §. 6. in principio. Prosistius itaque primi dubij resolutione duo re-

I

II. SEcundò dicendum videtur, etsi c
lares Lateranenses in publicis pr
& in sacris peragendis tunicæ lineæ,
perpellicem, siue cottam superindu
iorem erga diuina reuerentiam, nihil
cam lineam vsualem rocchettum r
esse verum & proprium habitum cler
& eiusdẽ naturæ cum superpellicco,
bus æquivalentem, ita vt tã cum sola
quam cum superpellicco addito dican
& propriè in habitu clericali. Hanc v
nem definiuerũt pariter Romani Pon
dictus XII. in dicta Bulla Reformatio
canonicorum regularium in cap. de for
state habitus, vbi pro tunica linea, qu
sentialem, & proprium habitum ca
confusè, & indistinctè accipit superpel
tam, rocchettum, seu camisiam Roma
deri potest, & Pius IV. in eadem senten
ua in causa præcedentiæ inter canoni
nenses, & monachos Cassinenses, in ill
veste linea, clericalique habitu incedente
verborum sensus verus, & legitimus es
Lateranenses remanentes in veste linea
tur rocchettum, sine superpelliceo add
rè in habitu clericali, & sic incedente

lutè

sutè dicenda sunt. Primò tunicam vsualem, & cõmunem clericorum Augustinianorũ, quoad substantiam, eandem fuisse, cum illa, quam nunc etiam clerici canonici multarum Congregationum, ac in primis Lateranenses deferunt, quæ camisia Romana, siue rocchettum vulgo nuncupatur, & hanc vestem eandem essentialiter esse cum illa priscorum canonicorum, ab Augustino instauratorũ. Quæ assertio post longam concertationem inter canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses decreto inappellabili Summi Pontificis Pij IV. fuit probata, quod habetur const. 95. inter bullas eiusdem Pontificis, per quam constitutionem, & sententiam definitiuam iudicialiter decisum extitit, canonicos regulares Congregationis Lateranensis esse de illis veris antiquis clericis; à B. Augustino, seu veriùs à sanctissimis Apostolis institutis: & illorum identitas cum dictis antiquis clericis ex identitate habitus fuit deducta; qui habitus est tunica linea, quam sub cappa deferunt, vt notat gloss. in Clem. 1. de electione in verbo habitus. seriem totius causæ cum allegationibus hinc inde productis, & relationibus trium Illustrissimorum S.R.E. Cardinalium, & sententia definitiua habes in Bullario Canonicorum regularium Lateranensium pag. 509. vsque ad 533. & in libro Allegationum in eadem causa edito Cremonæ, apud Vincentium Comitem anno Domini 1567. Edidit quoque de habitu canonicorum regularium librum eruditissimum Zacharias Ferrerius Sacræ Theologiæ Doctor, & Iurisconsultus suo tempore clarissimus, quem habes cum prædicto Bullario pag. 436. & seqq.

II. SEcundò dicendum videtur, etsi canonici regulares Lateranenses in publicis processionibus, & in sacris peragendis tunicæ lineæ, & vsuali, superpellicem, siue cottam superinduant, ob maiorem erga diuina reuerentiam, nihilominus tunicam lineam vsualem rocchettum nuncupatam, esse verum & proprium habitum clericalem, vnius & eiusdẽ naturæ cum superpelliceo, & ei in omnibus æquiualentem, ita vt tã cum sola tunica linea, quam cum superpelliceo addito dicantur esse verè & propriè in habitu clericali. Hanc verò assertionem definiuerũt pariter Romani Pontifices Benedictus XII. in dicta Bulla Reformationis Generalis canonicorum regularium in cap. de forma & honestate habitus, vbi pro tunica linea, quam vocat essentialem, & proprium habitum canonicorum, consuetè, & indistinctè accipit superpelliceum, cottam, rocchettum, seu camisiam Romanam, vt videri potest, & Pius IV. in eadem sententia diffinitiua in causa præcedentiæ inter canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses, in illis verbis: *In veste linea, clericalique habitu incedentes.* Quorum verborum sensus verus, & legitimus est canonicos Lateranenses remanentes in veste linea, quæ dicitur rocchettum, sine superpelliceo addito, esse verè in habitu clericali, & sic incedentes, vel stantes præcedere posse, & debere ipsos monachos in quibuscunque actibus publicis, & priuatis. Et ita occasione cuiusdam controuersiæ in Congregatione Patauina Sapientię nuncupata exortæ, cui ego intereram, me instante, ac procurante. S. Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super negotijs Regularium declarauit, & pronunciauit per suum Decretum promulgatũ anno Domini 1603. die 1. Septemb cuius tenor ex Authentico exscriptus hic tibi subijcitur.

Decretum Sacræ Congregationis Illustrissimorum DD Cardinalium super negotijs Episcoporum, & Regularium. *Cum superioribus diebus die videlicet 4. Augusti præsentis an. 1603. S. D. N. Clemens Papa VIII. in Congregatione Illustrissimorum DD. Cardinalium super negotijs Episcoporum, & regularium, & ex voto eiusdem Congregationis super controuersia inter canonicos regulares Lateranenses, & monachos Sancti Benedicti congregationis Cassinensis orta, occasione præcedentiæ in congregatione nuncupata Sapientiæ, quæ in ciuitate Patauij celebratur coram Episcopo, interuenientibus in ea vno ex canonicis, & vno ex monachis prædictis, mandauerit obseruari sententiam alias inter eosdem canonicos, & monachos latam à fel. rec. Pio Papa IV. prout iacet. Cumq; deinde alia differentia in eadem congregatione Patauina inter eosdem orta sit, prætendens monachus Cassinensis, vt non solum canonicus regularis Lateranensis ad hoc, vt iuxta dictam sententiam sit præferendus, & anteponendus in digniori loco, teneatur dimittere superiorem vestem pallium, seu cappam nigram, sed etiam induere super linea veste, quam rocchettum vocant, aliud superpelliceum lineum, vulgo cottam nuncupatum, quemadmodum solet fieri ab ipsis canonicis Regularibus in publicis processionibus, Eadem Sacra congregatio negotio maturè discusso declarauit, sufficere, vt ipsi canonici regulares Lateranenses in omnibus actibus publicis, & priuatis, & sic etiam in eadem Congregatione Patauina remaneant dimissa tantummodo superiori veste nigra, in linea veste, videlicet in rochetto, absque alio superpelliceo, & tunc intelligantur esse in habitu clericali iuxta eandem sententiam Pij IV. & ita obseruari mandauit. Romæ die 1. Septemb. 1603.*

Alexander Cardinalis Florentinus. loco sigilli ✠
Hieronymus Aguchius Secretarius.

Et per hanc declarationem cessant omnia quę Coriolanus cap. 5. ad tertium argumentum more suo effundit de tunica linea, quam Augustinus portabat in Ecclesijs, cum diuinis faciendis interesset, quæ non erat rocchettum, sed cotta. & de Episcopis, Patriarchis, & canonicis sæcularibus, & alijs etiam Religiosis Ordinum Mendicantium, qui in Ecclesijs, & in processionibus portant cottã, imò etiam quidam illorum portant rocchettum, & tamen non sunt canonici regulares. Hæc enim omnia non tollunt, quin habitus clericorum à D. Augustino institutorum, & cum quibus Augustinus viuebat, non esset tunica linea, siue illa eadem esset cum cotta, siue non, & quòd per hoc, quòd illam portabant in Ecclesia, non esset illorum habi-

tus quotidianus. Neque etiam tollitur, quòd nunc non sit verus habitus clericorum canonicorum, & quòd clerici conuenientes in hoc habitu cum antiquis clericis Augustinianis, non conueniant etiam in essentia, nisi aliud indumentum superadditum obstet, quod vel canonici sæculares, vel monachi, vel alij vtantur cotta, vel etiam rocchetto. Nam isti omnes catenus vtuntur veste linea, quatenus aliquo modo conueniunt cum antiquis clericis, plus minus, quorum institutum proprie, & principaliter seruatur in Ordine Canonicorum Regularium, tanquam in primo analogato, ac deinde in alijs clericis sæcularibus, qui propiùs ad primum analogatum accedunt, & demùm in monachis, qui naturam clericatus per accidens adiunctam habent: vnde fit vt habitus clericalis, qui est tunica linea, in canonico regulari sit quotidianus, & vsualis, in alijs non item.

III. VTrum verò tunica linea, qua clerici canonici ab Augustino restituti vtebantur, idem vestis genus esset cum eo, quod colobium vocabatur, non facilè asseruerim, primò quia etsi me non lateat, priscos ante D. Augustinum colobijs lineis vsos fuisse, de quibus statim dicemus, tamen neque omnia colobia, neque fortassis maior illorum pars, linea erant, sed lanea, vel serica: eratque habitus, quo Senatores Romani intra vrbis Mœnia vtebantur, vt notat Codex Theodosianus in titulo de habitu, quo intra l. 1. dicens: *Senator intra mœnia chlamydu terrore deposito, quieta colobiorum, ac penularum induat vestimenta.* & Seruius lib. 9. Æneidum. Secundò quia colobium genus vestis omninò sine manicis erat ex Seruio ibidem, Ammiano lib. 14. & liber, qui dicitur Gemma animæ, cap. 211. ait: *Colobium erat cucullata vestis, sine manicis.* Quod si verùm est, non video, quomodo colobium idem esse posset cum tunicis lineis clericorum Canonicorum. Tertiò quia etiam colobia candida plagulis purpureis notabantur, vt Dorotheus Græcus à Iulio Cæsare Bulengero lib. 1. de vestibus sacris cap. vigesimo secundo relatus, & Photius ibidem citatus testantur: & de Sancto Dionysio Areopagita scribit Stephanus Papa huius nominis Tertius, cuius epistolam refert Baronius tomo nono, sub anno 754. num. quarto, quòd cum oraret in æde Sancti Dionysij apud Parisium, apparuit eidem Sanctus colobio candidissimo indutus, purpura clauato, quanquam notæ illæ purpureæ martyrium forsan denotabant. Quarto demùm, quia in vita Sancti Syluestri Papæ legitur, quòd ille primus fuit, qui colobium in dalmaticam mutauit, porrò tunica linea clericorum canonicorum nunquam legitur in dalmaticam mutata. Hæc autem obiter notare volui propter nonnullos, qui cum legunt, vel Diuum Iacobum, vel alios Sanctos Patres, vel Apostolos colobijs vsos, de tunicis lineis clericalibus necessariò intelligi volunt, quod minimè necessarium esse reor, propter supradicta; etsi fortasse apud nonnullos reperiri possit colobium pro tunica linea, quæ clericorum proprius habitus est, aliquando vsurpatum.

PEr hæc facilè respondetur ad secundum quæsitum, quod circa formam tunicarum linearum veterum illorum Augustini clericorum testatur. Formam eandem cum forma superpellicearum, seu cottarum, aut camisiæ Romanæ, quam rocchettum vocamus, fuisse crediderim. Quæ quemadmodum superpelliceorum non vna est forma, alia enim cum manicis fiunt, alia sine manicis: sita vt antiquis clericis in habitu conformemur, sufficit altero istorum modorum conformari, quod etiam ex Bulla Benedicti XII. superius citata non obscurè elici potest. Paulinus tamen in epistola septima ad Seuerum innuere videtur, tunicam lineam priscorum clericorū ad instar chlamydis curtæ formatam, cum ait: *Monachos non chlamyde curtalini, sed sagulo palliatu incessisse.* IV.

DE personis verò, quæ vestibus lineis olim vtebantur Gratianus d. 21. in princip. Guilielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 2. cap. de Sacerdotibus, & Albertus Trottus in lib. de perfecto clerico cap. 16. & 17. affirmant, vsum tunicæ lineæ fuisse antiquissimum apud Sacerdotes & Leuitas antiquæ legis Mosaycæ, in quibus sacerdotes, & leuitæ Legis Euangelicæ præfigurabantur: nam legimus in lib. Exodi cap. 28. & 39. & alibi sæpius, illos ex præscripto Legis ad sacra perficienda lineis vestibus indutos. Verùm an illæ eiusdem essent formæ cum superpelliceis, siue rocchettis nostrorum clericorum, nihil certi apud autores probatos reperi; vnde nec detrecto, nec affirmo. Quidquid sit de Mosaycis sacerdotibus, siue leuitis, hoc certum, & constans, vsum tunicæ lineæ, qui nunc in Ecclesia custoditur, antiquissimum etiam inter ipsos sanctissimos Apostolos; & clericos ab illis institutos fuisse, quod sufficientissimè indicat habitus Domini nostri Apostolici, in quo quemadmodum recta fides, & successio dignitatis Apostolicæ, sic etiam verus habitus Apostolicus seruatur. Præter ea, quæ in confirmationem huiusce veritatis ex probatis, & vetustissimis Authoribus adduci possunt, vtpotè ex Lyrano in sexto capitulo Apocalypsis circa illa verba. *Et ecce equus albus*, vbi ait. *Videntur alij melius dicere, quod per equum album intelligitur sanctus Apostolorum dealbatus sanctitate vitæ, & quia Beatus Iacobus Ierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus, vt dicit Hieronymus in lib. Illustrium virorum, dicitur vsus fuisse tunicis non vestibus laneis, sed lineis, & per consequens albis. Et idem æstimari potest probabiliter de omnibus alijs Apostolis. Vnde & Mahumetus vocat eos viros dealbatos.* Itē ex Chrysostomo, qui homilia octuagesimatertia in Matthæum. Clericos alloquens, inquit: *Hæc est dignitas vestra, hæc stabilitas, hæc corona,* V.

non

non quia tunicam induti candidissimam ambulatis. Item ex Hieronymo libro Pelagianos post medium, vbi ait: *Q inimicitiæ contra Deum, si tunicam ha rem, si Episcopus, presbyter, & Diaconus, do Ecclesiasticus in administratione Sac cãdida veste processerint.* Et clarius in Ep potianum de institutione clerici, vbi habitu clericorum illius temporis inter alia hæc habet. *Non absque amictu sed pretium vestium linearum non haber* Per quæ verba intelligis, tempore B vestem lineam fuisse communem, & nium clericorum, non solùm in Eccl uina peragenda, sed etiam in alijs loc Hieronymus, laudabile esse, clericc veste linea incedere. Ex quibus omn tur, cum vsus linæ vestis sit commu quissimus apud clericos in Ecclesia C primus illius autor monstrari possit, i de traditione apostolica venisse, iuxt Patris Augustini lib. 3. de Baptismo c tistas cap. 24 scribentis: *Quod vniuer nec Concilijs institutum, sed semper reten si autoritate apostolica traditum rectissim* me latent etiam, quæ de lineis Colob rum scribit Cassianus lib 1. de institut tium cap. 5. ac etiam lib. 4. c 10. de qui nachis lineis tantum vestibus vtentib Colobio Episcopali scribit Pius Papa Iustum Viennensem Archiepiscopu genus plura. Verùm vt dixi, an co genus vestis esset cum eo, de quo n mihi valde dubium est, propter supe alia quæ ex Sozomeno, Anselmo, & tantur in additionibus ad libros Ca editis anno 1588. in verbo colobium, ri possunt.

VI. VTrum autem præter Episcopos, pud alios vestes lineæ in vsu essen Virgilius lib. 4. de Rerum inuentorib Herodoto, & Philostrato ait, Ægyptio endis eiusmodi etiam vestibus vsos hoc genus vestis numerat inter habit & Philosophorum. Et sanè Romani colobijs vsos ostendit Codex Theodo legata l. 1. tit. de habitu quo intra. Ro lineis vsos tradit Seruius lib. 9. Æneid nus quoque epist. 7. ad Seuerum inte claras videtur recensere clamydem cu cum ait: *Nec adeant, & renuant conseru nostri, non vestibus pictis superbi, sed horr humiles, nec clamyde curta lini, sed sagu* etiam Ambrosius in sermone de inue ctorum Geruasij & Protasij narrat, ill ruisse vestibus lineis candidissimis indi quissima quoque pictura imaginum Papæ, & Beatorum Gordiani, & Syl rentum, quæ Romæ in sacello Sanct

non quia tunicam induti candidissimam, per Ecclesiam ambulatis. Item ex Hieronymo libro primo contra Pelagianos post medium, vbi ait: *Quæsunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habuero mundiorem, si Episcopus, presbyter, & Diaconus, & reliquus Ordo Ecclesiasticus in administratione Sacrificiorum cum cãdida veste processerint* Et clarius in Epistola ad Nepotianum de institutione clerici, vbi de communi habitu clericorum illius temporis verba faciens inter alia hæc habet. *Non absque amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum non habere laudabile est.* Per quæ verba intelligis, tempore B. Hieronymi vestem lineam fuisse communem, & vsualem omnium clericorum, non solùm in Ecclesijs, & ad diuina peragenda, sed etiam in alijs locis, cum dicat Hieronymus, laudabile esse, clericos non absque veste linea incedere. Ex quibus omnibus deducitur, cum vsus lineæ vestis sit communis, & antiquissimus apud clericos in Ecclesia Catholica, nec primus illius autor monstrari possit, illum non nisi de traditione apostolica venisse, iuxta Regulam B. Patris Augustini lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 24 scribentis: *Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissimè creditur.* Nõ me latent etiam, quæ de lineis Colobijs monachorum scribit Cassianus lib 1. de institutis renunciantium cap. 5. ac etiam lib. 4. c 10. de quibusdam monachis lineis tantùm vestibus vtentibus, & quæ de Colobio Episcopali scribit Pius Papa in epistola ad Iustum Viennensem Archiepiscopum, & alia id genus plura. Verùm vt dixi, an colobium idem genus vestis esset cum eo, de quo nunc agimus, mihi valde dubium est, propter superius dicta, & alia quæ ex Sozomeno, Anselmo, & Isidoro notantur in additionibus ad libros Cassiani Romæ editis anno 1588. in verbo colobium, quæ ibi videri possunt.

VI. VTrum autem præter Episcopos, & clericos apud alios vestes lineæ in vsu essent, Polidorus Virgilius lib. 4 de Rerum inuentoribus cap. 7. ex Herodoto, & Philostrato ait, Ægyptios in sacris faciendis eiusmodi etiam vestibus vsos esse, & alibi hoc genus vestis numerat inter habitus Senatorũ, & Philosophorum. Et sanè Romanos Senatores colobijs vsos ostendit Codex Theodosianus in allegata l. 1. tit. de habitu quo intra. Romanos etiam lineis vsos tradit Seruius lib. 9. Æneidum. Paulinus quoque epist. 7. ad Seuerum inter vestes præclaras videtur recensere clamydem curtam lineam cum ait: *Nos adeant, & reuisant conserui, & compallidi nostri, non vestibus pictis superbi, sed horrentibus cilicijs humiles, nec clamyde curta lini, sed sagulis palliati.* B. etiam Ambrosius in sermone de inuentione Sanctorum Geruasij & Protasij narrat, illos sibi apparuisse vestibus lineis candidissimis indutos. In antiquissima quoque pictura imaginum D. Gregorij Papæ, & Beatorum Gordiani, & Syluiæ illius Parentum, quæ Romæ in sacello Sancti Andreæ apud D. Gregorium conspicitur, cuius etiam meminit Ioannes Diaconus in vita B. Gregorij lib. 4. cap. 89. & ex illo Baronius tom. 8. sub ann. 604. num. 30. tam Gordianus, quam illius mater veste linea subter planeticis induti apparent.

VII. EX quibus etiam facilè fuerit respondere ad vltimum quæsitum, quod spectat ad tempus & locum, in quibus veteres lineis vtebantur. Nam si de clericis sit sermo, regulares omnes clerici, ac etiam Episcopi, cum in publicum prodibant, nunquam sine tunica linea incedebant, ijs dumtaxat Episcopis exceptis, qui ex monachatu assumpti fuissent. Quam ob causam de D. Cypriano legitur, illum in sua confessione birro, & dalmatica exutum, & in veste linea manentem, spiculatoris ictũ excepisse. Clerici verò sæculares in solis Ecclesijs, dum sacra fierent, lineis vestibus vtebantur, quemadmodum & monachi, quibus extra ecclesiastica officia liuearum tunicarum vsus fuit interdictus, quod etiam colligitur ex præcitata epistola septima Paulini ad Seuerum. De laicis verò quonam tempore, quibus in locis lineis vestibus vterentur, diuinare non possum, nec mea interest scire. Sufficitq; vidisse, quodnam indumenti genus esset, & cuius formæ, quod Augustinus suorum clericorũ habitum describens, lineam tunicam nuncupauit, & ostendisse, vsualem habitum illorum clericorũ fuisse, quo non solùm in Ecclesijs, sed in Claustro, & extra illud vtebantur.

VIII. PRæter hirrum, & lineam tunicam, non dubiũ, quin aliam tunicã talarem longam sub tunica linea ijdem Augustiniani clerici deferrẽt, etsi illius B. Augustinus non meminerit, cum eiusmodi vestis omnibus clericis semper in vsu extiterit, & per sacros canones illis præscripta in cap. licet. 23. d. qui est canon antiquissimus Martini Papæ I. & alijs allegatis 21. quæst. 4. Hanc vestem lanceam. & albi coloris fuisse existimo propter ea, quę in Regula de vestibus excutiendis, ne à tinea lædantur, & lauandis ad arbitrium Præpositi B. Augustinus scribit. Vtcunque res fuerit, parum retulerit, quippe quòd neque quoad materiam, neque etiam quoad colorem spectet ad substantiam habitus clericorum canonicorum. & in diuersis regionibus diuersus sit illius color. Nam in Italia omnes Canonici Regulares lanceis supparis albis vtuntur. In Belgio Canonici S. Auberti Cameracensis violaceo vtuntur. & eodem colore vtebantur omnes Canonici Regulares Ecclesiæ Anglicanæ, ex Zaccaria Ferrerio in lib. de habitu canonicorum Regularium §. constituto itaque versic. idem in Anglia, in Gallija, Hispanijs, & Germania, quidam albis, quidam nigris, & quidam griseis supparis vtuntur, de quibus omnibus Benedictus XII. in Bulla generalis reformationis cap. de forma habitus, &c. ita disponit: *Statuimus insuper, quod Canonici dicta Religionis cappis, & vestibus, albis, blaui, nigri, vel quasi nigri coloris duntaxat vtantur.*

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

B. Augustinum tàm in secundo, quam in primo monasterio clericalem habitum cæterorum Clericorum Canonicorum secum degentium induisse.

I. COnstito ex superiùs dictis de vero, & proprio habitu clericorum canonicorum, qui cũ Augustino in monasterio Episcopali communem vitam ducebant, difficile non erit ostendere, B. Augustinum etiã in Episcopali dignitate constitutum, communi habitu ipsorum clericorum vsum fuisse, sicut cõmuni mensa, cibo, ac potu cum illis vtebatur. Nam ipsemet Augustinus de suo & suorum clericorum habitu differens, ita ad verbum scribit in ser. 2. de comm. vit. cleric. *Nemo det birrum, vel lineam tunicã seu aliquid, nisi in commune. de communi accipiam mihi? non sciam communem habere velle, quidquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar. Offeratur mihi v. g. birrum pretiosum, fortè decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem, & de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inueni pretiosas vestes, quas non poteram habere vel in domo patris mei, vel in illa seculari professione mea. Non decet, talem debeo habere, qualem possum. si non habuerit, fratri meo dare, qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decenter Diaconus, & Subdiaconus, talem volo habere, quia in commune accipio. si quis meliorem dederit, vendo, quod & facere soleo, vt quando vestis non potest esse communis, pretium sit commune.* Hæc Augustinus, quæ qui legit, & non intelligit, illum in Episcopatu nullam propriam vestem habuisse, quæ non esset communis omnibus Clericis, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, textum Augustini percipere non videtur. Et nihilominus non desunt, qui in omne latus se vertant, si quomodo valeant à germano, & legitimo sensu in contrarium, & à veritate prorsus alienum eadem verba detorquere, inter quos iure meritò numerari potest Ioan. Marquez cap. 7. §. 9. vbi suum Coriolanum secutus, duo dixit: Primum est, B. Augustinum birro peculiari, & sibi proprio, non autem birro communi clericorum, in Episcopatu vsum fuisse, quod sine vlla probatione, sermonis gratia scribit. Secundum est, Beatum Augustinum in Episcopatu, etsi vsus fuerit birro, non tamen vsum fuisse veste linea, neque vestes suas cũ clericis communes habuisse, neque de communi accepisse. cui si obijciantur statim verba ipsius Augustini dicentis: *Nemo det birrum, vel lineam tunicã, nisi in commune.* Respondet, Beatum Augustinum in illa communione non se ipsum, sed solos clericos concludere voluisse. nam laicos alloquebatur, ac monebat, ne clericis aliquid in particulari tribuerent, sed omnia in commune conferrent, non quidem in commune sibi, sed solùm suis clericis.

Hæc responsio, vt liberè dicam, absurda est.

Primò namque si B. Augustinus, quando sæculares monuit, ne aliquid suis clericis, nisi in commune conferrent, ab illa communitate seipsum discreuit, quæ obsecro erat communis vita, quam in Episcopatu cum ipsis clericis ducebat? & quam ob causam factus Episcopus voluit habere secum in domo Episcopi monasterium clericorum, vt communem vitam Apostolicam etiam in Episcopatu teneret? & quid plus habuisset in Episcopatu cum illo monasterio clericorum, tanto labore, & studio erecto, tanta diligentia custodito, vt non solùm clericos ad communem vitam cogeret, sed etiam laicos, ne aliquid nisi in communi offerrent, publicè in Ecclesia obtestaretur, quam sine huiusmodi monasterio, si communi vita alijs commendata, seipsum ab illa secernere, & nihil cum illis cõmune habere voluisset? bellum sanè figmentum, sanctissimo illo Episcopo dignum, in quem illud Euangelicum quadrasset: *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum: ipsi autem digito suo nolunt ea mouere.*

II. SEcundò, B. Augustinus dicit: *Talem volo habere vestem, quia in communi accipio.* Ergo falsum est, quòd soli clerici in communi acciperent vestes, non autem ipse Augustinus. nam ista duo sunt cõtradictoria in commune accipere vestes, & in commune non accipere, & inter ista non datur medium. S. Augustinus dicit, quia in communi accipio. Marquez dicit: Augustinus vestem in commune non accipiebat. Credamus igitur Augustino.

Tertiò, accipere dicitur relatiuè ad dare, B. Augustinus inquit: talem volo habere vestem, quia in commune accipio. Ergo quando dixit: *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, vel aliquid, nisi in commune.* Ab illa communitate non excludebat seipsum, vt hic autor de suo fingit. Aliàs quid, vel à quo accipiebat in commune, si nemo illi dabat in commune, sed solis clericis in commune dabatur, ipsi autem dabatur in particulari?

Quartò, si vestes non erant communes cum vestibus suorum clericorum, cur exhortans laicos, ad conferendum in commune, quidquid conferebat, exemplificauit de suis vestibus, cum subiunxit, *de communi accipiam mihi ipsi?* & iterum, *quia in commune accipio?* Respondeat Coriolanus, aut respondeãt pro eo Coriolanum defendentes, qui aiunt: canonicos regulares obcecatos in suo sensu, & ignaros dictorum non solum Aristotelis, sed etiam Augustini, & omnium Philosophorum dicentium, exempla enim ponimus, non vt ita sint, sed vt sentiant addiscentes, falsò interpretantur, quod ibi B. Augustinus voluerit aliquid de suo habitu determinare.

nare. Nam præter quod illa verba
sunt exemplificatiua, sed specifica
quod Coriolanus ignorare se finxit
ficandi gratia dixisset: *v. g. offeratur birrum. &c.* Vndè accepit Coriolanu
le, vel alio quouis Philosopho. quod
emplificare in vno contrario ad alt
naturam explicandam. vt v. g. exem
ne ad declarandam naturam aquæ?
stinus vestes communes non habe
commune, neque de communi ac
modo de proprijs vestibus exempli
dendum, quod non deberent dare
culari, sed solùm in communi? nam
sent laici illi respondere, secundum
licum, satis esse discipulis, si sint sicu

III. QVintò, si vestes Augustini n
munes, sed illius tantum pecul
so dixit: *Nolo, talis mihi offeratur sanctit
quasi ego solus decentius vtar?* Nam dat
trariæ opinionis, contrarium & abso
cuter debebat licere, nimirùm volo
ferat sanctitas vestra, quibus ego sol
dem secundum illam opinionem, qu
defendere nititur, omnes vestes Aug
rant, vt illis ipse solus sinè decentius,
sinè per impossibile in decenter vti p
nil commune haberent cum vestibu

Sextò, si vestes Augustini non erat
cum vestibus cæterorum clericorum
*lem vestem volo habere, qualem possum,
fratri meo dare, qualem potest habere pres
potest decenter habere Diaconus, & Subdi
volo habere, quia in commune accipio?* Q
sunt hæc conciliari, vestes Augustin
quales decenter ferre potuissent Au
Diaconi, & Subdiaconi, quia in cor
piebantur, & vestes Augustini ita fui
prias, vt nihil commune cum habitu
ricorum haberent, neque decenter
potuissent?

Septimò, si birrum Augustini ita e
prium, vt nihil commune haberet cu
rum Canonicorum, cur dixit, se nolle,
rum illi offerret, quo ipse solus decen
set, quia & si forsan decuisset Episcop
men decebat Augustinum? Per quam
lecticam deduxit Marquez, birrum
illius proprium fuisse, vt cum birris al
corum nihil commune haberet.

Octauò, B. Augustinus dicit: *Si qui
stem (qua scilicet ego solus vtar) dederit, ve
facere soleo, vt quando vestis non potest es
pretium sit commune.* Qua igitur conf
fronte negari potest, illius vestes fuiss
bus cæterorum clericorum communi

Nonò, Frater Iordanus de Saxonia
annes Marquez pro teste irrefragabili,
ceptione maiore nobis opponit libro

nare. Nam præter quod illa verba Augustini non sunt exemplificatiua, sed specificatiua, vt patet, quod Coriolanus ignorare se finxit, esto exemplificandi gratia dixisset: *v. g. offeratur mihi pretiosum birrum. &c.* Vnde accepit Coriolanus ex Aristotele, vel alto quouis Philosopho quod licitum sit exemplificare in vno contrario ad alterius contrarij naturam explicandam. vt v. g. exemplificare in igne ad declarandam naturam aquæ? sanè si Augustinus vestes communes non habebat, neque in commune, neque de communi accipiebat, quomodo de proprijs vestibus exemplificauit, ad suadendum, quod non deberent dare vestes in particulari, sed solùm in communi? nam statim potuissent laici illi respondere, secundum illud Euangelicum, satis esse discipulis, si sint sicut magister?

III. QVintò, si vestes Augustini non erant communes, sed illius tantum peculiares, cur quæso dixit: *Nolo, alis mihi offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar?* Nam data veritate cõtrariæ opinionis, contrarium & absolutè, & simpliciter debebat dicere, nimirùm volo talia mihi offerat sanctitas vestra, quibus ego solus vtar. Si quidem secundum illam opinionem, quam Marquez defendere nititur, omnes vestes Augustini tales erant, vt illis ipse solus siuè decentius, siuè decenter, siuè per impossibile indecenter vti posset: cum nihil commune haberent cum vestibus clericorum.

Sextò, si vestes Augustini non erant communes cum vestibus cæterorum clericorum, cur dixit: *Talem vestem volo habere, qualem possum, si non habuerit, frater mihi dare, qualem potest habere presbyter, qualem potest decenter habere Diaconus, & Subdiaconus, talem volo habere, quia in commune accipio?* Quomodo possunt hæc conciliari, vestes Augustini tales fuisse, quales decenter ferre potuissent sui Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, quia in commune accipiebantur, & vestes Augustini ita fuisse illius proprias, vt nihil commune cum habitu suorum clericorum haberent, neque decenter ab illis ferri potuissent?

Septimò, si birrum Augustini ita erat illius proprium, vt nihil commune haberet cum birris aliorum Canonicorum, cur dixit, se nolle, vt talem birrum illi offerret, quo ipse solus decentius vti posset, quia & si forsan decuisset Episcopum, non tamen decebat Augustinum? Per quam obsecro dialecticam deducit Marquez, birrum Augustini ita illius proprium fuisse, vt cum birris aliorum clericorum nihil commune haberet

Octauò, B. Augustinus dicit: *Si quis meliorem vestem (qua scilicet ego solus vtar) dederit, vendo, quod & facere soleo, vt quando vestis non potest esse communis, pretium sit commune.* Qua igitur conscientia, qua fronte negari potest, illius vestes fuisse cum vestibus cæterorum clericorum communes?

Nonò, Frater Iordanus de Saxonia, quem Ioannes Marquez pro teste irrefragabili, & omni exceptione maiore nobis opponit libro quarto, cap. decimoquarto de communitate vestium inter alia hæc scribit: *Ex quibus expresse apparet, quod de intentione præceptorum nostri est, quod in vestitu prouideri debet fratribus de communi, sic enim & idem in ipso seruauit, sicut ipse in serm. de communi vita clericorum, qui incipit: Charitati vestræ dixit. Nemo, inquiens, det birrum, vel tunicam vestem, vel tunicam, nisi in commune. De communi acceptam & mihi, cum fratres me communem habere velle, quidquid habeo. Nolo talis offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar.* Hæc ille.

Demum si Augustinus in Sede Episcopali cuculla nigra zona pellicea præcincta vtebatur, quid commune habebat in domo Episcopi cum suis Clericis? IV.

VErùm præter hanc primam rationem ex supradicto textu Augustini deductam, quæ demonstratiua est, & insolubilis, potest alia ratione ex alijs Augustini verbis deprompta eadem veritas confirmari. Nam B. Augustinus fatetur, se factum Episcopum, cum non potuisset in primo monasterio consuetudinem vitæ communis retinere, ob frequentiam secularium, qui ad illum accedebant, voluisse habere in domo Episcopi monasterium, vt cum clericis vitam communem retineret. Possidius quoque scribit cap. 25. *Cum ipso semper clerici vna eadem domo, ac mensa, sumptibusque communibus alebantur.* Hinc vero argumentum efficax deducitur, ad probandum, quod vel habitus Augustini in Episcopatu esset idem cum habitu eorundem clericorum illi conuiuentium, vel quod habitus clericorum idem esset cum habitu Augustini, quod in idem omnino recidit. Et sequela deducitur ex generali, & vetustissima quadam regula Sacrorum Canonum, quæ iubet eos, qui Episcopis in suis domibus Episcopalibus sociantur, eiusdem professionis, & habitus cum eisdem Episcopis esse oportere, quæ regula generalis est, vt dixi, & vetustissima in Concilio Chalcedonensi actione 9. promulgata, & refertur à Gratiano cap. in nona 16. q. 7. & licèt Concilium Chalcedonense paulo post mortem B. Augustini fuerit celebratum, tamen cum fuerit œcumenicum, indicat, fuisse morem vetustissimum totius Ecclesiæ Catholicæ, vt qui cum Episcopis morabantur, eiusdem habitus, & professionis cum illis essent. Omitto Innocentium III. in cap. Deus qui. de communi vita clericorum, vbi hanc regulam etiam ad monachos cum Episcopis morantes extendit, quos vult saltem in habitu exteriori cum illis conformari, quoniam dici posset, hûc canonẽ multis sæculis post ipsum Augustinũ conditum fuisse. Quapropter cum ex allegato serm. 2. de communi vita clericorum apertissimè constet, habitum vsualem clericorum cum Augustino in Episcopali domo commorantium fuisse birrum, & lineam tunicam, consequens est, vt dicamus, eundem fuisse habitum illorum clericorum, & ipsius D. Augustini. Quæ ratio potest ab opposito magis declarari, & roborari. Si enim B. Augustinus professione, & habitu fuisset mona-

chus, vel eremita, & in domo Episcopi cucullam nigram zona pellicea præcinctam induisset, fundaturus in domo Episcopali monasterium Religiosorum secum viuentium, vt prioris vitæ institutum etiam factus Episcopus teneret, non monasterium clericorum, sed monachorum, vel eremitarum instituendum curauisset. Verùm Augustinus factus Episcopus monasterium clericorum, non monachorum, vel eremitarum instituit, vt illemet in serm. 1. & 2. de communi vita clericorum fatetur. Ergo Augustini habitus non monasticus, non eremiticus fuit, sed clericalis.

V. SCio, respondere Ioannem Marquez, & alios nonnullos, clericos illos cum B. Augustino in domo Episcopali viuentes magna ex parte fuisse Eremitas, quos B. Augustinus ex dispensatione ad clericatum promouit, & cum alijs clericis in domo Episcopali locauit, quemadmodum & D. Fulgentius in Sardinia monachos simul cum clericis iunxit. Sed hæc voluntariè dicuntur, & contra rationem, & textum B. Augustini, & cõtra vsum Ecclesiæ. Primò, quia à sæculo non est auditum, quòd monachi vel eremitæ, etiam postquam ex generali dispensatione omnes facti sunt clerici, consueuerint assumi in Canonicos cathedralium clericorũ siue regularium, siue sæcularium, nec contrarium dicentes aliquod exemplum pro illorum sententia proferunt, nec proferre possunt. Dixi autem notanter non consueuisse monachos, multò minus eremitas assumi in Canonicos cathedralium clericorum regularium, vel sæcularium, propter duo. Primò, quia licèt in quibusdam Ecclesijs cathedralibus olim legamus adiunctos monachos Canonicis, vt in Lateranensi, & in Ticinensi D. Petri in cœlo aureo, & in Mediolanensi D. Ambrosij, & Cantuariensi S. Saluatoris, tamen illi monachi nõ assumebantur in Canonicos. Secundò hoc dixi propter quædam monasteria monachorum, quæ autoritate Pontificia erecta fuerunt in Cathedrales, vt Conuentrense in Anglia, in ijs enim perseuerauerunt Monachi loco Canonicorum. Cæterũ in cathedralibus clericorum, qualis erat Ecclesia Hipponensis, non legitur vnquam consueuisse monachos, vel eremitas assumi in Canonicos dictarum ecclesiarum cum clericis siue regularibus, siue sæcularibus, ita vt facerent vnum collegium cum illis. Secundo principaliter, quia siue in illo collegio Augustiniano essent clerici ex eremitis assumpti, siue non essent, B. Augustinus illorum habitus non meminit, sed solius birri, & tunicæ lineæ, qui erat habitus clericorum Canonicorum. Quare aut in illo collegio nulli clerici eremitæ erant, vel deferebant communem habitum aliorũ clericorum. Quod etiam afferunt de D. Fulgentio, ad rem non facit: quia aliud est Episcopum exilio damnatũ clericos, & monachos profugos, & exules in vna & eadem domo colligere, aliud est Episcopum in sua Ciuitate monachos, & clericos diuersorum institutorum in eodem monasterio, ac etiã collegio suæ cathedralis simul iungere: quod, vt dixi, à sæculo nunquam fuit auditum.

VI. TErtiò principaliter confirmatur eadem veritas alio testimonio eiusdem D. Augustini in epist. 248. ad Sapidam virginem sanctimonialem, in qua fatetur Augustinus, se tunicam ab illa dono transmissam accepisse, & induisse, quam cum ipsa Germano suo Diacono ecclesiæ Carthaginẽsis fecisset, & ille morte præuentus eam accipere non potuisset, B. Augustino transmisit, rogans, vt loco fratris defuncti eam indueret. Libet illius epistolæ primordia hic exscribere, quòd ad hanc veritatem illustrandam mirificè iuuent. Exemplum epistolæ est. *Dominæ religiosissimæ, & Sanctæ filiæ Sapidæ Augustinus in Domino salutem. Accepi, quod de ipsius, & pijs laboribus manuum tuarum me accepisse voluisti, ne te grauius contristarem, quam potius consolandam viderem: præsertim quia hoc tuum non paruum deputasti esse solatium. Si eam, quam Germano tuo sancto Dei ministro feceras tunicam, ego indueret, cum iam à terra morientium recedens, nullu rebus corruptibilibus indigeret. Feci ergo quod desideraſti, & qualecunque hoc existimaueris, vel quantumcunque solatium, tuo ergo fratrem pectori non negaui. Missam abs te tunicam accepi, & quando hæc ad te scripsi, eam me vestire iam coperam. Bono animo esto, sed multo melioribus, multoq; maioribus consolationibus vtere, vt nubilum tui cordis humana infirmitate contractum serenetur autoritate diuina, & perseueranter ita viue, vt cum fratre viuas: quoniam sic mortuus est tuus frater, vt viuat. Est quidem materia lachrymarum, quòd Germanum dilectorem tuum, teq́ue plurimum pro tua vita, & sacra virginitatis professione ferentem Diaconum Carthaginensis Ecclesiæ non vides, sicut solebas, intrantem, exeuntem, & in sui Ecclesiastici officij strenuitate versantem &c.* Hęc Augustinus, quę nostram assertionem de clericali habitu illius, & cum habitu cæterorum clericorum communi extra omnem dubitationem ponunt. Siquidem constat, quæcunq; fuerit, illam tunicam pro clerico, & diacono Ecclesiæ Carthaginensis factam, & nihilominus B. Augustinum illam accepisse, & induisse sine scrupulo, vel hæsitatione. Vnde necesse est dicere, B. Augustinum nõ cucullis monasticis vsum, sed tunicis, & vestibus communibus, quibus cæteri clerici non solùm Hipponenſis, verùm etiam Carthaginensis Ecclesię vti consueuerant.

VII. POstremo loco confirmari potest eadem veritas ex Decreto fel. record. Sixti IV. in præfatione relato, in quo prohibet disputare, an præter habitum dignitatis Episcopalis B. Augustinus alienum habitum gestauerit, vel alienæ professioni se subiecerit. habet enim hæc verba maximi ponderis in causa, quam agimus. *Nos attendentes, quòd clarissimum Ecclesia lumen Augustinum præter Episcopalis dignitatis habitum, alium gestasse, aut alienæ professioni se subiecisse, aut affirmare, aut negare ad rem non pertinet, nisi quantum &c.* In his verbis Pontifex duo pro certis, & veris supponit, & vnum prohibet. Primũ, quòd supponit, est, esse in Ecclesia Catholica certum

tum habitum ordinarium dignitatis
& certam professionem ordinariam
piscopalis. Secundum est, B. Augusti
cisse professioni ordinariæ dignitati
& gestasse habitum ordinarium dig
palis. Quod autem prohibet in disp
uocare, est, an B. Augustinus alienum
stauerit, vel alienæ professioni se s
duobus verò, quæ Pontifex pro veri
quitur tertium, quòd habitum cleri
nicorum ordinarium gestauerit, & p
ricus Canonicus fuerit. Nam ordin
dignitatis Episcopalis est habitus lin
chettum: vnde Episcopi cum de digr
pali inuestiuntur, rochettum indut
etiam ordinaria dignitates Episcopa
in primitiua Ecclesia, & tempori bus
erat professio clericorum Canonicor
nes Episcopi olim erant Clerici R
scimus cap. dilectissimis, & tota caus
fessio verò eremitica, & monastica al
fessione Episcopali, ex sua institution
quenter habitus monasticus extranei
tu Episcopali: quòd si aliqui Episc
cum habitum induunt, hoc est ex dis
ex accidenti, sicut ex accidenti, & ex
est, vt monachi assumantur in clerico
pos, & ex ijs, quæ conueniunt Episco
solùm per accidens, & ex dispensatio
inferri, quòd professio dignitatis E
habitus, qui tali dignitati propriè, &
nit, sit professio monastica, vel hab
cus. Et quod hæc fuerit mens Pont
potest ex eo, quia ex vna parte interd
Eremitis Ordinis D. Augustini in ge
uersali, contendere, an B. Augustinu
professioni se subiecerit, vel habitum
induerit. Verùm ex parte Canonico
rium non omnibus Canonicis Regu
hibuit disputare, an B. Augustinus pr
nis clericalis extiterit, vel an habitur
Canonicorum portauerit, hoc enim
certo supponebat, sed solum Cano
nensibus hoc interdixit, ad occasion
inter personas ecclesiasticas, & reg
tandas.

CAPVT VIGESI
QVINTVM

*Ostenditur, B. Augustin
quam Eremitam fuis
bitum Eremitarum
& primus autor habit
nis Eremitarum indic*

tum habitum ordinarium dignitatis Episcopalis, & certam professionem ordinariam dignitatis Episcopalis. Secundum est, B Augustinum se subiecisse professioni ordinariæ dignitatis Episcopalis, & gestasse habitum ordinarium dignitatis Episcopalis. Quod autem prohibet in disputationem reuocare, est, an B. Augustinus alienum habitum gestauerit, vel alienæ professioni se subiecerit. Ex duobus verò, quæ Pontifex pro veris supponit, sequitur tertium, quòd habitum clericorum Canonicorum ordinarium gestauerit, & professione clericus Canonicus fuerit. Nam ordinarius habitus dignitatis Episcopalis est habitus lineus, seu rochettum: vnde Episcopi cum de dignitate Episcopali inuestiantur, rochettum induunt: professio etiam ordinaria dignitatis Episcopalis præsertim in primitiua Ecclesia, & temporibus B. Augustini erat professio clericorum Canonicorum, quia omnes Episcopi olim erant Clerici Regulares cap. scimus. cap. dilectissimis, & tota causa 12. q. 1. Professio verò eremitica, & monastica aliena est à professione Episcopali, ex sua institutione, & consequenter habitus monasticus extraneus est ab habitu Episcopali: quòd si aliqui Episcopi monasticum habitum induunt, hoc est ex dispensatione, & ex accidenti, sicut ex accidenti, & ex dispensatione est, vt monachi assumantur in clericos, & Episcopos, & ex ijs, quæ conueniunt Episcopali dignitati solum per accidens, & ex dispensatione, non potest inferri, quòd professio dignitatis Episcopalis, & habitus, qui tali dignitati propriè, & per se conuenit, sit professio monastica, vel habitus monasticus. Et quod hæc fuerit mens Pontificis, colligi potest ex eo, quia ex vna parte interdixit omnibus Eremitis Ordinis D. Augustini in generali, & vniuersali, contendere, an B. Augustinus monasticæ professioni se subiecerit, vel habitum monasticum induerit. Verùm ex parte Canonicorum Regularium non omnibus Canonicis Regularibus prohibuit disputare, an B. Augustinus professor Ordinis clericalis extiterit, vel an habitum clericorum Canonicorum portauerit, hoc enim implicitè pro certo supponebat, sed solum Canonicis Lateranensibus hoc interdixit, ad occasiones iurgiorum inter personas ecclesiasticas, & regulares amputandas.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Ostenditur, B. Augustinum nunquam Eremitam fuisse, nec habitum Eremitarum induisse: & primus autor habitus Ordinis Eremitarum indicatur.

QVod in hoc capite asserimus, & probare intendimus, non est, B. Augustinum Ordinis, Eremitici autorem, vel fundatorẽ non fuisse, nam de hoc nihil nunc asserimus, vel negamus: sed hoc solum intendimus, B. Augustinum professioni Eremiticæ, aut alij cuiuis, præter clericalem, se minimè subiecisse, & consequenter nullum habitum regularis Ordinis præter habitum clericalem vllo vnquam tempore induisse. Non enim hæc duo sese inuicem necessariò consequuntur, fundare aliquod monasterium, vel Ordinum instituere, & illius institutum profiteri, & potuit B. Augustinum, aut quiuis alius illorum temporum Episcopus monasteria fundare, & Ordines monasticos instituere, & leges illis præscribere, nec tamen necesse erat ciusmodi institutum illos profiteri. In nostra verò assertione probanda supposita veritate eorum, quæ hactenus dicta sunt multo labore opus non erit. Nam si fuit eremita, vel monachus, vel talis fuit ante presbyteratum, & hoc dici non potest, quia ostensum est, B. Augustinum vsque ad presbyteratum laicalem vitam inter laicos duxisse: vel in presbyteratu, & hoc etiam fingi non potest, quia factus presbyter Seminarium clericorum instituit, & nõ in Eremo, sed intra Ecclesiam parochialem, siue in horto illi contiguo cũ Dei seruis vixit secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, vt Possidius cap. 5. scribit. Neque tandem in Episcopatu, quia factus Episcopus, statim voluit habere in domo Episcopi monasterium clericorum, cum quibus communẽ vitam duxit, ex serm. 1. de communi vita clericorum, neque vllus est, qui affirmet, B. Augustinum, postquam factus fuit Episcopus, alienæ professioni se ipsum subiecisse. I.

ET ad hominem potest ratio confirmari ex Ioanne Marquez cap. 7 § 4. vbi ait, nullum Episcopum posse alicuius regularis ordinis institutum assumere, vel profiteri, quod quanquam non sit vniuersaliter verum, & contrarium suadeant exẽpla S. Thomæ Cantuariẽsis, & S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani, quæ referunt Eduardus in vita eiusdem S. Thomæ apud Surium sub die 26. Decembris, & Baronium tomo 12 sub anno 1162. & 1164. & D. Antoninus 3. par. Historiali tit. 18. in principio: tamen sufficit ad firmandam hanc veritatem, quòd B Augustinus eremiticen profiteri non potuit post suam assumptionem ad Episcopatum. II.

De habitu verò eadem ratio militat, quia si habitum cremiticum induit, vel ante presbyteratum, vel in presbyteratu, vel in Episcopatu: & non potest dici primum, quia ante presbyteratum cum esset laicus, nullum regularem habitum induit: neq; secundum, quia factus clericus, & presbyter induit habitum clericorum, nõ monachorum, vel eremitarum: multò minus potest dici tertium, vt patet.

Sed

Sed ne videamur gratis, & sine euidenti ratione hoc affirmare, formemus argumentum in hunc modum: Si B. Augustinus alienum habitum præter habitum clericalis Ordinis, & professionis gestauit, vel talis habitus fuit vagus, incertus, & indeterminatus, vel fuit habitus certus, & determinatus. Primum dici nequit, nec ab vllo viro cordato asseritur. Si dicatur secundum, ostendendum est, quisnam, & qualis eiusmodi habitus extiterit. Dicent, prout de facto asserunt, Augustini habitum fuisse cucullam nigram zona coriacea præcinctam, qualem nunc Venerandi Eremitæ Ordinis D. Augustini nuncupati deferunt. Nullus enim est, quòd videre hactenus potuerim, qui præter habitū clericalem, alium habitum religiosum, seu regularem illi tribuerit. Quapropter si ostendero, B. Augustinum eiusmodi habitum non solùm non tulisse, sed ne per somnium quidem vnquam vidisse, firma, & constans manebit hæc veritas, quòd B. Augustinus præter clericalem, alicui instituti habitum non gestauerit. Id verò facillimum erit probare. Nam quē nunc Venerandi Patres Eremitæ habitum gerunt, nempe cuculla nigra zona coriacea succincta, recens est, nec ante annos circiter quadringentos in Orbe visus, & partim ab ipsis Eremitis electus, partim à Romanis Pontificibus Gregorio Nono, & Alexandro Quarto illis præscriptus. Ergo nō fuit habitus ab Augustino institutus, & multò minus ab Augustino presbytero, vel Episcopo delatus. Quòd verò hic habitus, quem nunc Venerandi Eremitæ portant, sit nouus, & partim ab ipsis Eremitis sponte electus, partim verò per Sedem Apostolicam illis determinatus. & præscriptus, ostendo ex bullis eorundem Summorum Pontificum, quibus Eremitas prius incerti habitus, nominis, & professionis (quod etiam in progressu monstrabimus) in vnum certum Ordinem regularem, sub certa regula, & habitu, & titulo Eremitarum Ordinis S. Augustini reduxerunt, quas bullas, quia ad hanc veritatem, & alias multas materias, quas nunc tractandas suscepimus, illustrandas, maximè conferunt, & vt aiunt, digito rem ipsam demonstrant, operæpretium duxi ex libro Ioannis Marquez, & alijs locis fideliter acceptas, hic rescribere.

Exemplum Bullæ Gregorij IX. sumptum ex lib. Io. Marquez de origine fratrum Eremitarum pag. 13 col. 2.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Episcopis per Anconitanam Marchiam constitutis. Dudum apparuit in partibus Lombardiæ Religio, cuius professores vocati Eremitæ fratris Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, nunc succinctī tunicas cum corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimisso baculo incedebant, pecuniam pro eleemosynis, aliisque subsidijs deposcentes, & adeò variantes Ordinis sui substantiam, vt dilectis filijs fratribus Minoribus, vniformes in derogationem multiplicem ipsorum Ordinis crederentur, eisdem propter hoc minorem apud fideles sentientibus in suis opportunitatibus charitatem. Sanè cum per Venerabilem fratrem nostrum Hostiensem Episcopum, & bonæ memoriæ N. tituli S. Sabinæ presbyterum Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentes, huiusmodi præsumptio ad nostram audientiam peruenisset, Nos ne identitas vestium in Ordinibus ipsis confusionem pareret, & inde scandala grauiora consurgerent, ad vtrorumque quietem prouidimus, statuendum, vt Prior, & vniuersi, ac singuli fratres prædicti Ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse colore, quorum altero videlicet nigro iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, largas, & protensas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa deferant peramplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ita quod omnes cincti de foris eas vestibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandiū. ac expressè in eleemosynarum petitione, cuius sint Ordinis, declarantes, adeò suarum vestium longitudinem temperent, quòd à quibusque ipsorum calceamenta liberè videantur: vt sic habitus confusione semota, & sublata materia scandali, à prædictorum Ordinum fratribus possit virtutum Domino liberius, & gratius deseruiri. Verum cum quidam Eremitæ præfati Ordinis S. Augustini, ac alij Religiosi supradicti Eremitis conformes habitu, in eadem Marchia constituti, formam prædictæ identitatis prohibitam gestare dicantur, in eorundem fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum, fraternitatibus vestris mandamus, vt vniuersis, & singulis Eremitarum, ac Religiosorum prædictorum districtius iniungatis, vt circa præmissa memoratæ prouisionis statutum inviolabiliter obseruantes, eum, qui monitus non resipuerit, donec redeat ad mandatum, à suo consortio excludere non postponatis. Cæterùm, quia pietas persuadet, vt ipsis ex obedientiæ studio pretium honoris, & gratia consequantur, eos prædictam prouisionem laudabiliter obseruare studentes, curetis benigno fauore prosequi, & tanquam Catholicæ Ecclesiæ filios faciatis ab alijs confoueri. Si verò suæ voluntatis arbitrium præferendo iudicio vestro contrauenire præsumpserint, in eos excommunicationis sententiam promulgetis, quam per vestras Ciuitates, & Diœceses publicari solemniter, & eosdem tanquam excommunicatos vsque ad satisfactionem condignam appellatione remota arctius euitari ab omnibus faciatis. Dat. Lateran. ix. Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno decimoquarto.

EX hac bulla habes Primo, illos Eremitas, qui in progressu vocantur absolutè Ordinis S. Augustini, in principio vocari Eremitas fratris Ioannis Boni, quod memoriæ tenendum, propter multa inferius dicenda de origine Eremitarū Ordinis S Augustini nuncupatorum. nunc indicasse sufficiat, eandem fuisse Congregationem, quandoque Eremitarum Ordinis S. Augustini, quandoque verò fratris Ioannis Boni nuncupatā. Quomodo verò Eremitæ fratris Ioannis Boni, qui sine certo titulo, & habitu, & Regula primùm fuerant instituti, postea ex concessione, & largitate Apostolica donati fuerint Regula B. Augustini, ac deinde titulo Eremitarum D. Augustini, ac demum habitu, quem nunc etiam gerunt, ne quæstiones

impor-

II.

IV.

importunè præueniamus, & mater
mus, inferius dicendum erit. Secund
bulla, quòd cum isti Eremitæ fratris
qui tamen primi saltem post Guliel
qui Eremitæ Ordinis D. Augustini
rint, vt infra ostendemus, cum habi
Marchiam Anconitanam, & Lomb
rentur, in multiplex detrimentum S
dinis B. Francisci Assisij, Summus Po
ni confusione semota, in habitu cuiu
distinctio appareret, præcepit, vt ipsi
fra certum tempus nigrum, vel albu
proprio habitu portandum sibi deli
nigrum elegissent, idem Pontifex f
habitus determinauit, præcipiens, v
gras & amplas deferrēt cum manicis
tensis, & desuper cucullas amplas co
rent, patenter omnibus apparentes,
ēt foris, nequaquam vestibus eas co
non etiam portarent in manibus bac
palmorum grandium, vt sic expresè
narum petitione, cuius essent habitu
Et quòd adeò suorum vestimentoru
nem temperarent, vt illorum calcean
nibus liberè videri possent. Quæ om
formaliter in bulla. Et hæc fuerunt cu
ticæ, & zonæ coriaceæ prima incunab
nullum probatum autorem proferer
habitus meminerit, vt infra probabit
dictam bullam promulgatam, quę a
1241. manauit, prodierint statim epis
mones de cuculla nigra, & zona pellic
eremiticis multa continentes, nec ver
liqui magni inter Eremitas nominis,
tis, quæ hic Gregorius Nonus de bac
bus gestando præcipit. D. Gregorio a
fidem conciliandam, vt videre potes a
Iordanum de Saxonia lib. 1. in vitas fra
in fine, ita scribentem: *Vnde etiam olim
rium Papam statutum fuerat, quòd fratres
que palmorum in manibus portare deberen
modum per Alexandrum Papam IV. tanqu
præsenti tempore extitit reuocatum.* Sicu
dam ad Eremitici Ordinis antiquitate
dam, concessiones ab Innocentio C
nullis Eremitis factas, Innocentio Ter
Primo tribuere non timent.

EXemplum Bullæ Alexandri IV. f
Archiuo Monasterij Bononien
Minorū fol. 13. quod etiā refert Marqu

*Alexander Episcopus seruus seruorum D
libus Fratribus archiepiscopis, & Episcopi
dam, Tusciam, & Romandiolam, ac Tarui
comitatum Marchiæ, Ducatum Spoletan
nium Beati Petri in Tuscia, Campaniam &
ac Regnum Siciliæ constituti. salutem,
benedictionem. Recordamur liquido, & m
nemus, quòd dudum apparuit Religio in p
bardiæ, cuius professores vocati Eremitæ C*

importunè præueniamus, & materias confundamus, inferius dicendum erit. Secundò habes ex hac bulla, quòd cum isti Eremitæ fratris Ioannis Boni, qui tamen primi saltem post Gulielmitas fuerunt, qui Eremitæ Ordinis D. Augustini vocari cepérint, vt infra ostendemus, cum habitu incerto per Marchiam Anconitanam, & Lombardiam vagarentur, in multiplex detrimentum Seraphici Ordinis B. Francisci Assisij, Summus Pontifex, vt omni confusione semota, in habitu cuiusque Ordinis distinctio appareret, præcepit, vt ipsi Eremitæ infra certum tempus nigrum, vel album colorem in proprio habitu portandum sibi deligerent. Qui cũ nigrum elegissent, idem Pontifex formam ipsius habitus determinauit, præcipiens, vt cucullas nigras & amplas deferrẽt cum manicis largis, & protensis, & desuper cucullas amplas corrigias portarent, patenter omnibus apparentes, ita quòd cincti foris, nequaquam vestibus eas contegerent: nec non etiam portarent in manibus baculum quinq; palmorum grandium, vt sic expresse in eleemosynarum petitione, cuius essent habitus, declararẽt. Et quòd adeò suorum vestimentorum longitudinem temperarent, vt illorum calceamenta ab omnibus liberè videri possent. Quæ omnia habentur formaliter in bulla. Et hæc fuerunt cucullæ eremiticæ, & zonæ coriaceæ prima incunabula, ante quæ nullum probatum autorem proferent, qui huius habitus meminerit, vt infra probabitur; licèt post dictam bullam promulgatam, quę anno Domini 1241. manauit, prodierint statim epistolæ, & sermones de cuculla nigra, & zona pellicea, & baculis eremiticis multa continentes, nec veriti fuerint aliqui magni inter Eremitas nominis, & autoritatis, quæ hic Gregorius Nonus de baculo in manibus gestando præcipit, D. Gregorio adscribere, ad fidem conciliandam, vt videre potes apud fratrem Iordanum de Saxonia lib. 1. in vitas fratrum cap. 15. in fine, ita scribentem: *Vnde etiam olim per B. Gregorium Papam statutum fuerat, quòd fratres baculos quinque palmorum in manibus portare deberent. Sed hoc postmodum per Alexandrum Papam IV. tanquam abusiuum præsenti tempore extitit reuocatum.* Sicut & alij quidam ad Eremitici Ordinis antiquitatem insinuandam, concessiones ab Innocentio Quarto nonnullis Eremitis factas, Innocentio Tertio, ac etiam Primo tribuere non timent.

IV. EXemplum Bullæ Alexandri IV. sumptum ex Archiuo Monasterij Bononiensis Fratrum Minorũ fol. 3. quod etiã refert Marquez pag. 41.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, Tusciam, & Romandiolam, ac Tarusianam, & Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Campaniam & Maritimam, ac Regnum Siciliæ constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Retractamur liquido, & memoriter retinemus, quòd dudum apparuit Religio in partibus Lombardiæ, cuius professores vocati Eremitæ Ordinis S. Augustini, nunc sine cuculli tunicas suas corrigijs, baculos gestantes in manibus, nunc verò dimisso baculo incedebant, pecuniam pro eleemosyna, vnus, aliquo, subsidijs deposcentes, & adeò variantes habitus sui formam, vt dilectis filijs Fratribus Minoribus vniformes, in derogationem multiplicem ipsorum Ordinis crederentur, ijdem propter hoc minorem apud fideles sentirentur in suis opportunitatibus charitatem. Sanè cum per nos tunc in minori officio constitutos, & bo. mem. N. Tituli S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentes, huiusmodi variationis præsumptio ad fel. recor. Gregorij Papæ prædecessoris nostri audientiam peruenisset, ipse ne identitas vestium in Ordinibus ipsis confusionem pareret, ac indè scandala grauiora consurgerent, ad vtrumque quietem statuendum prouidit; vt Priores, & vniuersi, ac singuli Fratres prædicti Ordinis Sancti Augustini in exterioribus vestimentis, quæ nigri vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo habeu, ipsos idem prædecessor voluit manere contentos, largas, & protensas manicas ad instar cucullarum, & desuper ipsas deferrent peramplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ita quòd omnes cincti deforis eas vestibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expresse in eleemosynarum petitione, cuius sint Ordinis declarantes, adeò suarum vestium longitudinem temperarent, quòd à quibuscunque ipsorum calceamenta liberè viderentur, vt sic habitus confusione semota, & sublata materia scandali, à Prædictorum Ordinum Fratribus possit virtutum Domino liberius, & gratius deseruiri. Cum autem dilectus Frater noster Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas Domos, & Congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam Sancti Augustini, quædam S. Guilelmi, nonnullæ autem Fratris Ioannis Boni, aliquæ de Fabali, aliquæ verò de Biltrinis censebantur, in vnam Ordinis Eremitarum Sancti Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas, & Nos dicti Cardinalis processum conuenientem cum volũtatu nostræ propositio approbantes præmissa omnia duxerimus confirmanda, statuentes, vt vniuersi Priores, & Fratres in professione prædicti Ordinis Eremitarum S. Augustini taliter comiti nigrie duntaxat, & nullo alijs colorũ alterius cuculli aliquatenus vterentur. Nos volentes præmissa, quæ de vestimentis exterioribus à sæpedicto prædecessore nostro circa præfatos Eremitas statuta fuerunt, salubriter, & ab ipsis, vt resolimus, acceptata vbique, & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & alijs vniuersis inuiolabiliter obseruari, fraternitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Priores, & Eremitas, ac alios, qui nigras penitus, seu albas cucullas non portant, quòd vsque ad festum omnium SS. proximè venturum nigri prorsus coloris cucullas assumant, abiectis alijs, deferendas, & firmiter prædictum statutum de cætero studeant obseruare, singulè vestrum per suas Ciuitates, & Diœceses sublato cuiuslibet appellationis, & contradictionũ obstaculo, & literis Apostolicis impetratis, valeritam

impe

impetrandū per eos nequaquam obstantibus monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam districtus compellatis, & eos qui contra fecerint, excommunicationis sententiam promulgetis, quam per vestras Ciuitates, & Diœceses singulis diebus Dominicis, & festiuis publicari solemniter, & eos tanquam excommunicatos vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, euitari arctius ab omnibus faciatis. Dat. Anagniæ viij. Calend. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.

Ex bulla ista habes primo, eosdem fuisse Eremitas, quos Alexander IV. vocauit absolutè Eremitas Ordinis S. Augustini, cum illis, quos Gregorius IX. vocauit Eremitas fratris Ioannis Boni: quia vterque Pontifex idem factum narrat, & de eisdem loquitur. Nam tempore Gregorij IX. idem Alexander IV. in minoribus constitutus, in partibus Lombardiæ nomine Pontificis legatione fungebatur, & ille ex primis fuit, qui Romanum Pontificem de huiusmodi Ordine eremitarum in partibus Lombardiæ primitus viso certiorem fecerunt, vt patet conferenti vtramque bullam simul.

Secundò habes, hunc Ordinem Eremitarum S. Augustini nuncupatorum circa tempora Gregorij IX. & Alexandri IV. primitus videri cœpisse. Nam Alexander IV. fatetur, se liquidò recordari, & memoriter tenere, quando talis Ordo in partibus Lombardiæ primitus apparuit, & ante Gregorium IX. nullus autor idoneus reperitur, qui se huiusmodi eremitas vidisse fateatur.

Tertiò notandum, quod per hanc bullam non fuit facta vnio Ordinis Eremitarum sub vno capite, & vno titulo, & habitu, sed illam supponit absolutam per aliam bullam eiusdem Pontificis, cuius meminit Marquez cap. 4. §. 1. de qua inferius dicemus.

Quartò notandum, licèt Pontifex multas eremitarum Congregationes recensere videatur, dúm ait, quasdam S. Augustini, alias de Fabali, alias de Brittinis, alias fratris Ioannis Boni, & alias D. Guilielmi nuncupari consueuisse: non tamen dixisse Pontificem, quòd omnes dictæ Congregationes reipsa essent distinctæ ab inuicem, sed solùm, quod Congreg. Eremitarum prædict. quædam S. Augustini, quædam S. Gulielmi, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni, aliquæ de Fabali, aliquæ de Brittinis censebantur: hæc enim sunt formalia illius verba. Et in quadam alia bulla Riccardo S. Angeli Diacono Cardinali, & Ordinis Eremitarum primo Protectori directa, idem Pontifex eadem verba repetens, subiungit, quod dictæ Eremitarum Congregationes apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant: vt videas, hæc non tam variarum Congregationum nomina fuisse, quàm diuersarum domorum eiusdem Congregationis. Nam secundum rei veritatem aliquæ istarum Congregationum in idem conueniebant: Etenim Congregatio D. Augustini nuncupata, & Congregatio fratris Ioannis Boni vna & eadem erat, quæ prius fratris Ioannis Boni dicebatur, postea à Gregorio IX. Regula D. Augustini donata, cœpit Congregatio D. Augustini nuncupari, vt ex dictis bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. colligitur, & ex alijs infra dicendis. Quod etiam Congregatio de Brittinis nuncupata, & Congregatio fratris Ioannis Boni eadem esset, & solis nominibus distinguerentur, multò certius est, nec Venerandi Eremitæ negare possunt, præsertim Marquez, qui cap. 21. §. 5. Fratrem Iordanum, & Iacobum Philippum Bergomensem, & alios nonnullos secutus, assertionem defendere nititur, scilicet B. Franciscū Assisium, priusquam sui instituti Seraphici author esset, eremitici Ordinis D. Augustini institutum professum fuisse in manibus fratris Ioannis Boni, in monasterio Brittinensi, prope Pensaurum, & ab illo habitum Eremiticum sumpsisse, cuius color adhuc in habitu fratrum minorum per D. Franciscum institutorum retinetur, quem ideirco Beretinum vocamus, à loco de Brittinis, vbi B. Franciscus habitum cum illo colore accepit. Quod ne me gratis illis imponere quis putet, protero testimonium Cardinalis Ægidij de Viterbo Ordinis Eremitarum, ab eodem Marquez acceptum loco proximè citato. *Hoc tempore (inquit Ægidius Cardinalis) Ioannes Bonus Mantuanus, qui in Flaminia Cesenæ Deo ita se vinxit, vt sui sæculi gloria diceretur, accitus Diui Augustini Eremitæ: vt enim olim Guilelmus in Gallia, ita ipse Ordinem numero Fratrum, & monasteriorum adauxit in Italia, & ad humanarum rerum contemptum, & diuinarum amorem mirum in modum inflammauit, vt veluti à Guilelmo Guilelmitæ, ita à Ioanne Bono Iambonitæ, & à loco, quem incolebant Brittinenses nominati sint. Habeo autores, qui scribant, huius viri sanctitate, & fama illectum Franciscum Assisium magnum Ordinis Minorum autorem, habitum induisse, baculum gestasse, Eremitam egisse, ligneis calceis vsum esse, quam rem nec Vincentius quidem scriptor historiarum accuratissimus inficiatur. Argumento sunt, quòd Mantuæ Chirographum quandoque lectum aiunt, quod in Ioannis Boni manu professus Ordinem sit. Namque is color, quo posteri eius vsi sunt, adhuc hodie Beretinum vocatur, à Brittinis loco non procul a Pensauro, quem Ioannes Bonus incoluerat.* Hæc ille, ex quibus vides, eandem fuisse Congregationem Ioannis Boni, & de Brittinis nuncupatam, & distinctionem solùm fuisse in nomine, non in re ipsa: dicebatur enim Congregatio Ioanni Boni ab Autore, & de Brittinis à loco incolatus.

Idem dicendum videtur de alia Congregatione de Fabali nuncupata, quæ eadem fuisse videtur cum Congregatione Ioannis Boni, & de Brittinis, nam locus de Fabali iuxta Pisaurum est, vbi etiam locus de Brittinis, vt ex libro taxarum Apostolicarum habes, in verbo Pensaurié. Ecclesia. vbi notatur monasteriū Sanctæ Mariæ aliàs Sanctæ Crucis de Fabali, quamuis ponatur monasterium Ordinis S. Benedicti, neque alium locum sub hoc nomine reperire potui, nec ipsi Venerandi Patres Eremitæ alium indicant.

Ex

V. EX quibus tandem omnibus inf
prædictas omnes Congregation
rum, ex quibus Ordo Eremitarum e
secundum rem ipsam ad duas, vel tre
ci, nempe ad Congregationem Guliel
Congregationem fratris Ioannis Bon
hæ secundæ coincidebant Congrega
cti Augustini, & de Brittinis, & de Fa
patæ. Dixi autem notanter ad duas, v
pter aliam Congregationem Eremit
ciæ, quam Innocentius IV. ex varijs
certi habitus, & Regulæ per Tuscian
vagantibus, in vnam Congregation
capite, Regula, & titulo Beati Augusti
redegit, de qua inferius dicetur. Secun
quod cum Gulielmitæ hunc habitum
dò Venerandi Patres Eremitæ geruñt
nem non haberent nam illi colorem a
stibus ferebant: vnde & mantelli albi
cupabantur, ex Renato Choppino in
stico lib. 1. Et Iambonitæ, ac alij partin
electione, partim ex præscripto Sedis
nuper assumpserint, nec talis habitus a
rium IX. in Orbe visus fuerit, multò m
esse habitus Regularis Diui Patris Au
nec per somnium quidem talem ha
quam vidit, vt hic ostenditur. Nec ob
Marquez comminiscitur, ad probari
ante vnionem Congregatio fratris Io
& Congregatio Eremitarum Sancti
essent Cōgregationes tum nomine, tū
inuicem distincta: quia inquit, habeb
ctos Protectores: Nam Protector Co
nis S. Ioannis Boni vocabatur Guliel
nalis Diaconus tituli Sancti Eustachij
verò Congregationis, & Ordinis Ere
rat Riccardus Cardinalis Diaconus
Angeli, quod Marquez affirmat cap. 1
ne. Nam ista imaginatio non solum di
non euertit, sed maximè nostram sen
firmat, quod nulla fuerit Congregatio
gustini nuncupata, quæ Gregorij I
præcesserit. Quod ex concessis euident
bo: quia si illa erat vera Congregatio E
Sancti Augustini, cui cæteræ Congreg
vnitæ, cuius Protector erat Riccardus
Cardinalis tituli Sancti Angeli, si n
fuerit, hanc Congregationem Gregor
para non præcessisse, in confessis erit ap
farium, Ordinem Eremitarum S. Aug
gorij IX. tempora minimè præcessisse, c
conueniat cum Marquez Frater Iorda
xonna lib. 1. cap. 16. in principio, vbi c
Cardinalis Riccardus confirmatus fuit
nem Generalem in protectorem Ord
gustini, quem antea Innocentius IV. ei
ni Protectorem dederat. Verum Co
nem Sancti Augustini nuncupatam,
cessisse IV. Richardum Cardinalem Pr

V. EX quibus tandem omnibus infertur primo, prædictas omnes Congregationes Eremitarum, ex quibus Ordo Eremitarum est constatus secundum rem ipsam ad duas, vel tres solas deduci, nempe ad Congregationem Gulielmitarum, & Congregationem fratris Ioannis Boni, nam cum hac secunda coincidebant Congregationes Sancti Augustini, & de Brittinis, & de Fabali nuncupatæ. Dixi autem notanter ad duas, vel tres propter aliam Congregationem Eremitarum Tusciæ, quam Innocentius IV. ex varijs Eremitis incerti habitus, & Regulæ per Tusciam sine capite vagantibus, in vnam Congregationem sub vno capite, Regula, & titulo Beati Augustini donatam redegit, de qua inferius dicetur. Secundo infertur, quod cum Gulielmitæ hunc habitum, quem modò Venerandi Patres Eremitæ gerunt, ante vnionem non haberent nam illi colorem album in vestibus ferebant: vnde & mantelli albi vulgo nuncupabantur, ex Renato Choppino in suo Monastico lib. 1. Et Iamboniæ, ac alij partim ex propria electione, partim ex præscripto Sedis Apostolicæ nuper assumpserint, nec talis habitus ante Gregorium IX. in Orbe visus fuerit, multò minus potuit esse habitus Regularis Diui Patris Augustini, qui nec per somnium quidem talem habitum vnquam vidit, vt hic ostenditur. Nec obstant, quæ Marquez commiscitur; ad probandum, quòd ante vnionem Congregatio fratris Ioannis Boni, & Congregatio Eremitarum Sancti Augustini essent Congregationes tum nomine, tum re ipsa ab inuicem distincta: quia inquit, habebant distinctos Protectores: Nam Protector Congregationis S. Ioannis Boni vocabatur Gulielmus Cardinalis Diaconus tituli Sancti Eustachij: Protector verò Congregationis, & Ordinis Eremitarum erat Riccardus Cardinalis Diaconus tituli Sancti Angeli, quod Marquez affirmat cap. 13. §. 18. in fine. Nam ista imaginatio non solum difficultatem non euertit, sed maximè nostram sententiam cõfirmat, quod nulla fuerit Congregatio Sancti Augustini nuncupata, quæ Gregorij IX. tempora præcesserit. Quod ex concessis euidentissimè probo: quia si illa erat vera Congregatio Eremitarum Sancti Augustini, cui cæteræ Congregationes sunt vnitæ, cuius Protector erat Riccardus Diaconus Cardinalis tituli Sancti Angeli, si monstratum fuerit, hanc Congregationem Gregorij IX. tempora non præcessisse, in confessis erit apud Aduersarium, Ordinem Eremitarum S. Augustini Gregorij IX. tempora minimè præcessisse, cum in hoc conueniat cum Marquez Frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 16. in principio, vbi dicit, quòd Cardinalis Riccardus confirmatus fuit post vnionem Generalem in protectorem Ordinis S. Augustini, quem antea Innocentius IV. eidem Ordini Protectorem dederat. Verum Congregationem Sancti Augustini nuncupatam, cui Innocentius IV. Richardum Cardinalem Protectorem dederat, non antiquam, sed nouissimam fuisse, & post Gregorium IX. institutam, constat euidenter ex bulla Innocentij IV. data 17. Ianuarij anni 1244. Ex qua habemus, tempore illius Pontificis extitisse in Tuscia multos Eremitas incerti habitus, & Sedium, sine Regula, titulo, & habitu. Et Innocentium IV. opera, & prudentia dicti Cardinalis Riccardi Diaconi S. Angeli illos in vnum corpus Congregationis vniuisse sub vno capite, & illos Regula, ac etiam titulo Eremitarum S. Augustini donauisse: nec non ipsum Riccardum Cardinalem Diaconum tituli S. Angeli Correctorem, & Protectorem illis præfeciisse. Quod ne quis me de meo cerebro confingere arbitretur, subiungo hic exemplum bullæ ipsius Innocentij ab eodem Marquez acceptum cap. 3. §. 3. pag. 20.

VI. *Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs vniuersis Eremitis, exceptis fratribus S. Gulielmi, per Tusciam constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Incumbit nobis ex officio debiti Pastoralis, & plantare sacram Religionem, & fouere plantatam, & quantum in nobis est, vniuersos, & singulos in proposito confirmare, ne si fauore fuerint Apostolico destituti, non proficiant in incepto, sed deficiant potius, vel tepescant. cum igitur per dilectos filios fratres Stephanum, & Vgonem Eremitas propositus vestrum fuerit nobis expositum diligenter, Nos nolentes, vos sine pastore sicut oues errantes post gregum vestigia vagari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in vnum vos Regulare propositum conformantes; Regulam B. Augustini, & Ordinem assumatis, ac secundum eam profiteamini, de cætero vos victuros, saluis obseruantijs, seu constitutionibus faciendis à vobis, dummodo eiusdem Ordinis non obuient institutis. Prouisuri vobis nihilominus de Priore idoneo per electionem Canonicam, cui prælatæ obedientiam, ac reuerentiam debitam impendatis. Si verò super præmissis aliquid difficultatis emerserit, ad Dilectum filium nostrum Riccardum Diaconum Cardinalem S. Angeli, quem vobis Correctorem, & Prouisorem deputamus, recurratis. Dat. Laterani xvij. Ianuarij Pontificatus nostri anno primo.*

Ex hac bulla habes, Primò, quæ fuerit Congregatio eremitarum S. Augustini nuncupata, cui ante vnionem generalem Innocentius IV. Riccardũ Diaconum Cardinalem S. Angeli protectorem dederat, an à D. Augustino propagata, an ab Innocentio IV. instituta post Gregorium IX. Neq; enim legitur dictus Riccardus alterius Congregationis ante generalem vnionem Protector extitisse, neq; Marquez, neque alij aliam monstrant.

Secundò habes, nullos Eremitas vsque ad tempora Innocentij IV. in Tuscia fuisse, qui sub Regula B. Augustini viuerent, & Eremitæ S. Augustini vocarentur, exceptis forsan eremitis S. Gulielmi.

Tertiò, istos eremitas S. Augustini dictos, non tales nuncupatos fuisse, quod à B. Augustino fuissent instituti: sed quia ex concessione Pontificia tales dici obtinuerant: & nihilominus illos ab-

solutè Eremitas Ordinis Sancti Augustini nuncupatos.

Quarto istos Eremitas S. Augustini illos fuisse, qui ante vnionem generalem Richardum Diaconum Cardinalem Protectorem habebant, & ad illos referenda esse verba alterius Bullæ Alexandri IV. per quam ipsum Richardum Cardinalem toti Ordini post generalem vnionem in Protectorem præfecit, cum ait. *Nos itaque considerantes, quod ipsi fratres ab olim te in Patrem benevolum habuerunt, tuq; ipsos amplexatus fuisti sincera in Domino charitate, quodque Fratres, & Ordo prædicti sub tua protectione poterunt Deo propitio salutaria suscipere incrementa &c.* Quam bullã refert Marquez cap. 3. §. 3. Quintò infertur, Cardinalem Gulielmum, qui ante vnionem generalem erat Protector Congregationis Eremitarũ F. Ioannis Boni, tempore vnionis, & post illam, vel vita functum fuisse, vel Protectioni cessisse. Demum quod ad rem attinet, sequitur, siue Congregatio ante vnionem S. Augustini nũcupata, cuius erat Protector Cardinalis Richardus, eadem esset cum illa Ioannis Boni, siue non, non habuisse certum, & determinatum habitum, quem nunc Eremitæ portant, imò nec titulum, & regulam D. Augustini, nisi post Gregorium IX. quod solùm in hoc capite contendebamus.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Refugium Ioannis Marquez, & aliorum nonnullorum præciditur.

I. VIm rationis superioris capite explicatæ senserunt Azorius, & Io. Marquez cap. 4. §. 3. vbi ad illam infringendam multa dicit. Et primo ait, electionem nigri habitus non sub Alexandro IV. sed sub Gregorio IX. ab Eremitis Augustinianis factam: sed quia hoc illius causam non iuuabat, secundo loco addit, Patres Eremitas colorem illum habitus nigrum elegisse, quia B. Augustinus in ipsa fundatione Ordinis Eremitici colorem habitus minimè determinauerat, sed in eorũ optione illius determinationem reliquerat: hoc vnum cauens, vt præter naturalem velleris colorem, nullum alium arte superinducerent? Quod confirmare nititur primo autoritate D. Antonini 3. par. tit. 24. cap. 14. §. 5. secundo exemplo B. Fulgentij quem citra omnem difficultatem Eremitam Augustinianum fuisse constat ex Baronio tom. 6. annal. sub 504. & Ioanne Molano, qui, vt in eius vita à quodam illius discipulo scripta legitur. *Casulam pretiosam vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec suos monachos habere permisit: subter casulam nigello vel tiletaneo pallio circundatus incessit.* Ex quibus verbis Cardinalis Baronius deducit, apud Eremitas Augustinianos nullam fuisse discriminationem colorum, num albo, vel nigro pallio vterentur: dummodo, quem exhiberet in velleribus natura colorem, cum absque delectu in vestibus retinerent.

Verùm hæc responsio non solùm rationem superiori capite allatam non euertit, sed omnia, quæ de cuculla Augustini eremitica ab autoribus sermonũ ad eremitas, & de baptismo Augustini, necnon Epistolarum, sub nomine Valerij, & Sigiberti, & à fratre Iordano, D. Antonino, & Cortolano & alijs traduntur, in discrimen apertum deducit, neque cum D. Antonino, neq; cum prædictis autoribus sed nec cum Baronio, multò minus cum veritate consentit. Primo namq; sic respondentẽ D. Antonino, cuius autoritati nititur, manifestè contradicere, apparet ex verbis eiusdem D. Antonini in princ. illius cap. quibus docet, & dicit, quòd licèt potuerint olim fuisse aliqui Eremitæ sub Regula Augustini in solitudinibus degentes, tamen illi eius Ordinis nõ erant, cuius nunc sunt, qui vocantur Eremitæ Ordinis S. Augustini, quos dicit post fratres Mendicantes institutos: & verba illius sunt posita superius cap. 19. ad quem locum remitto. Confirmatur etiam ex alijs eiusdem Antonini verbis positis infra §. 5. vbi de habitus Eremitici determinatione per Gregorium IX & Alexandri IV. facta sic subiungit. *Et quoniam inter illos simplices fratres dubitabatur, quæ esset verus habitus eorum: hinc est, quòd Sedes Apostolica assistens ad primariam Ordinis originem, habitum superiorem eis determinauit imò verius per S. Augustinum determinatum eis declarauit. statuendo videlicet, quòd eorundem Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini habitus exterior esset cuculla nigri, & nullius alterius coloris, cum longa & protensis manicis, desuper corrigia ampla cincta.* Quæ verba & si re ipsa fidem non faciunt, quia B. Antoninus in principio protestatur, se non ex propria sententia illa scribere, sed referendo ea, quæ religiosus quidam dicti Ordinis scribit, sufficiunt tamen ad ipsius Marquez inconstantiam in autoribus referendis monstrandam, qui dicit, ex sententia B. Antonini Augustinum colorem habitus suis Eremitis non determinauisse, cum è contrario B. Antoninus scribat, nigrum colorem ita ab Augustino determinatum, vt nullius alterius coloris esse posset.

II. SEcundò, data veritate istius responsionis, corruunt, & falsitatis conuincũtur omnia, quæ de nigra Augustini & suorum Fratrũ cuculla, & zona coriacea traduntur ab Autore sermone B. Ambrosio adscripti, & sermonũ ad Eremitas, præsertim serm. 5. 27. & 28. item Epistolæ sub nomine Valerij, & alterius Epistolæ sub nomine Sigiberti, & à D. Antonino ex relatione ipsorum Eremitarũ d. cap. 14. §. 2. & ab alijs, qui eiusmodi cuculla, & zonis libros complent. Nam si B. Augustinus colorem nigrũ cucullæ Eremiticæ minimè determinauit, sed in eorum electione, vel album, vel nigrũ reliquit, cur illum cuculla, & zona nigra indutũ, &

cinctam

cinctum pingunt? Dicent, prout Marquez loco citato, B. Augustinu dem induisse nigrum, sed eiusmod Eremitis minimè præscripsisse. Veri tra prædictos Autores, qui vnanim tentur, non solum B. Augustinum, se discipulos Eremitas nigras cucullas tur serm. 27. ad Eremitas, quem ad p tum notauit, & allegauit frater Iorda legatur etiam B. Antoninus d. cap. 1 bens, ex persona eiusdem Augusti sermone ad Eremitas. *Duodecim fuim induimus cuculla nigram, calceamen gram ad differentiam Monachorum.* Q figmenta esse non negem, sufficiu ostendendum, assertores Augustin nullo fundamento probabili subnixe rere, modò negare, & non minus cũ cum alijs, cum argumentorum mol dgladiari. Præterea si Augustinus sha tus cucullam nigram zona coriacea ctam siue à B. Ambrosio, siue à Simpl ti religiosum, & regularem habitum a que per totam vitam suam etiam in de portauit, nec ab illo portando p nem ad ordinem Episcopalem dispen nec dispensari potuit, vt idem Autor seqq. contendit. vnde probabitur, illu mitas ad eundem habitum portan strinxisse? aut in illorum optione el gri, vel albi coloris reliquisse? Sanè co sunt, ad vim argumentorum fugienda ditata, nec vllus autor & fundator O nus inuentus est, qui colorem habit eiusdem Ordinis in electione suoru rum reliquerit, vt vel nigro, vel alb libito vterentur.

III. TErtiò, contra eandem respons quod B. Antoninus, seu verius nus ait, tempore vnionis Generalis, & tionis habitus Eremitici per Greg. IX drum IV. factæ dubitatum, quisnam habitus Eremitarum; & ideò fuisse eiu tum per Sedem Apostolicam determin vel Ordo Eremiticus, cui Summi P bitum nigrum cucullatum cum zona creuerunt, erat Ordo nouus, vel Ord D Augustino institutus, & in aliquibus tinuatus, ac seruatus. Si est Ordo nouus tus nouus, neque ex illo sciri potest, qu bitus fuerit D. Augustini, vel suorum Si Ordo antiquus, & à B. Augustino c quero, vel fuit continuatus cum diuer tus. & hoc dici non potest, quia ex diu bitus à posteriori infertur diuersitas O doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 8 vel nuatus cum identitate habitus, & hoc non potest, quomodo enim dubitat quisnam esset verus habitus Eremitaru

cinctum pingunt? Dicent, prout de facto dicit Marquez loco citato, B. Augustinum habitū quidem induisse nigrum, sed ciusmodi colorem suis Eremitis minimè præscripsisse. Verùm hoc est cōtra prædictos Autores, qui vnanimi consensu fatentur, non solum B. Augustinum, sed omnes illius discipulos Eremitas nigras cucullas induisse. Legatur serm. 27. ad Eremitas, quem ad præsens institutum notauit, & allegauit frater Iordanus lib. 1. c. 15. legatur etiam B. Antoninus d. cap. 14. §. 2. sic scribens, ex persona eiusdem Augustini in quodam sermone ad Eremitas. *Duodecim fuimus fratres, qui induimus cucullam nigram, calceamenta, & zonam nigram ad differentiam Monachorum.* Quæ omnia etsi figmenta esse non negem, sufficiunt tamen ad ostendendum, assertores Augustinianæ cucullæ nullo fundamento probabili subnixos modò asserere, modò negare, & non minus cū seipsis, quàm cum alijs, cum argumentorum mole premuntur, digladiari. Præterea si Augustinus statim baptizatus cucullam nigram zona coriacea desuper cinctam siue à B. Ambrosio, siue à Simpliciano, velut religiosum, & regularem habitum accepit, illumque per totam vitam suam etiam in Episcopali sede portauit, nec ab illo portando per assumptionem ad ordinem Episcopalem dispensatus fuit, sed nec dispensari potuit, vt idem Autor cap. 7. §. 7. & seqq. contendit. vnde probabitur, illum suos Eremitas ad eundem habitum portandum non adstrinxisse? aut in illorum optione electionem nigri, vel albi coloris reliquisse? Sanè commenta hæc sunt, ad vim argumentorum fugiendam gratis meditata, nec vllus autor & fundator Ordinis hactenus inuentus est, qui colorem habitus essentialis eiusdem Ordinis in electione suorum discipulorum reliquerit, vt vel nigro, vel albo pro eorum libito vterentur.

III. TErtiò, contra eandem responsionem facit, quod B. Antoninus, seu verius frater Iordanus ait, tempore vnionis Generalis, & determinationis habitus Eremitici per Greg. IX. & Alexandrum IV. factæ dubitatum, quisnam esset verus habitus Eremitarum: & ideò fuisse ciusmodi habitum per Sedem Apostolicam determinatum: nam vel Ordo Eremiticus, cui Summi Pontifices habitum nigrum cucullatum cum zona pellicea decreuerunt, erat Ordo nouus, vel Ordo antiquus à D. Augustino institutus, & in aliquibus saltem cōtinuatus, ac seruatus. Si est Ordo nouus: ergo habitus nouus, neque ex illo sciri potest, quòd talis habitus fuerit D. Augustini, vel suorum Eremitarū. Si Ordo antiquus, & à B. Augustino continuatus, quæro, vel fuit continuatus cum diuersitate habitus. & hoc dici non potest, quia ex diuersitate habitus à posteriori infertur diuersitas Ordinis, iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 8 vel fuit continuatus cum identitate habitus, & hoc etiam dici non potest, quomodo enim dubitatum fuisset, quisnam esset verus habitus Eremitarum, si illi cū eodem habitu à B. Augustino instituto, vsque ad tempora Greg. IX. Alex. IV. fuissent continuati? Neque obstant, quæ subiungit idem Antoninus, siue frater Iordanus, quòd Sedes Apostolica aspiciens ad primam originem Ordinis, habitum superiorem eis determinauit, imò verius per S. Augustinum determinatum declarauit. Primo namque vnde habet hic autor, quòd Summi Pontifices talem habitum ita Eremitis determinatum declarauerint aspicientes ad primam originē d. Ordinis, aut quòd per S. Augustinum ipsis determinatum declarauerint? cum in dictis bullis de hac re ne verbum quidem habeatur. Ad hæc, vnde scire potuerunt Summi Pontifices, talem determinationem à B. Augustino factam, cum in omnibus libris authenticis Augustini, vel Possidij, vel in probatis Autoribus antiquis, ne verbum quidē de isto habitu reperiatur? Rursus si Summi Pōtifices talem habitum per B. Augustinum determinatum declarauerunt, cur illum in optione fratrum Eremitarum reliquerunt, vt ipsæ Pontificum bullæ aiunt? cur dicit Marquez, B. Augustinum illius colorē minimè decreuisse, sed in illorum arbitrio reliquisse? Videas quæso, in quantas angustias sese conijciunt, qui non veras causas tueri volunt.

IV. QVartò, contra eandem responsionem maximè vrget exemplum ex D. Fulgentio allatum, in quo Io. Marquez firmissimum præsidium sibi ponit. Dato enim sed non concesso, quòd B. Fulgentius Augustini discipulus, & Augustiniani instituti professor, & æmulator fuerit, quod Baronius gratis, & sine fundamento asserit, de qua re inferius, consequens erit, talem fuisse habitum monachorum siue Eremitarum Augustinensium, qualis eiusdem B. Fulgentij fuit. Verum B. Fulgentij habitus siue quod ad formam, siue quod ad colorē attinet, cum habitu ipsis Eremitis per Sūmos Pōt. determinato nihil prorsus, atq; prorsus commune habet: nam quod ad colorem spectat, ille D. Fulgentij naturalis erat. quem velleribus natura præbuisset, nigellus, siue lactineus iste verò per artē superadditus, & à naturali vellere multum distans, vt patet. Deinde quoad formam, habitus Eremitarū, quē Greg. IX. & Alex. IX. decreuerunt, est cuculla nigra cum amplis manicis, zona pellicea ampla, & omnibus patente desuper cincta, suā longitudinē temperans, adeò vt calceamenta ab omnibus videri possint, quam cucullam B. Fulgentium nunquā induisse legimus. Legimus verò illius habitū fuisse casulam, sub qua pallio nigello, vel lactineo circūdatus incessit, & vt integrum illius habitū, pro quo nonnulli tantopere, & tam perperā strepūt, tibi ob oculos ponam, accipe illū ex eius discipulo Anonimo in ipsius vita cap. 18. ita depictum: *Nūquam*, inquit, *pretiosa vestimenta quæsiuit, aut quotidiana tunica prætermisit, aut conditos suauiter cibos vel inter hospites manducauit, aut discumbendo saltem requiescere, & resoluere rigidum propositum voluit; sed vna tā tum vilissima tunica, siue per æstatem, siue per hyem ē a-*

tienter indutus, gratio quidem, sicut omnes Episcopi, nũquam vtebatur, cingulo pelliceo, tanquam monachus, cingebatur. Sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta suscipiens clericorum, aut vltimi caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tẽpore æstatis vteretur. Intra monasterium sanè interdum soleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat. Casulam pretiosam, vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello, vel lactineo pallio circumdatus incessit. Quando tẽperies aëris inuitabat, solo pallio intra monasterium est coopertus. Scapulo verò nudis nunquam à nobis visus est, nec depositis saltem cingulo somnum petiit, sua autem conscientia, Deo teste, fiduciam gerens, in qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat, & tempore sacrificij mutanda esse corda potius, quàm vestimenta dicebat. Hæc ille, ex quibus habes totam rem vestiariam B. Fulgentij in tribus constitisse, nimirũ in tunica vilissima, cingulo pelliceo cincta, in pallia nigello, vel lactineo, & in casula, quam super pallio ferebat. Conferamus modò hæc eadem vestimenta cum habitu D. Augustini, & videbimus hæc ab illo toto cœlo distitisse, vt mirum sit valdè viros ingenio præclaros repertos, qui affirmare non dubitauerint, B. Augustinum talem habitum gessisse, qualis fuit, quem B. Fulgentius gerebat; B. enim Augustinus fatetur se birrum, & tunicam lineam, & alia clericorum indumenta communia, & ex communi vestiario accipere voluisse. At de B. Fulgentio dicitur, quod ne calceamenta quidem clericorum, aut illorum caligas in hyeme, aut caligulas per æstatẽ accipere volebat. De B. Augustino ait Possidius cap. 22. *Vestes eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, quia hu plerunque vel iactare se insolenter homines solent, vel abijcere, ex vtroque non sua Iesu Christi, sed quæ sua sunt, ijdem quærentes.* De Fulgentio verò illius item discipulus. *Sed vnica tantum vilissima tunica, siue per æstatem siue per hyemem &c.* De Augustino Possidius. *Mensa vsus est frugali, & parca, quæ quidem inter olera, & legumina, etiam carnes aliquando propter hospites, & propter infirmos cõtinebat, semper aliẽ vinum habebat &c.* & infra: *cochlearibus tantum argenteis vtens, cætera vasa, quibus mensa inferebantur cibi, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant.* De Fulgentio idem illius discipulus. *Nunquam denique pretiosa vestimẽta quæsiuit, aut quotidiana tenuia prætermisit, aut conditos suauiter cibos, vel inter hospites manducauit, aut discumbendo salẽ requiescere, & resoluere rigidum propositum voluit.* Conferatur modò idem habitus cum habitu Eremitis per Gregorium IX. & Alexandrum IV. præscripto. Primus habitus D. Fulgentij erat tunica vilissima cingulo pelliceo succincta. hæc verò, quæ sola cum habitu Eremitarum aliquid commune habere videtur, nihil tamen commune cum illo habet. Primò, quia tunica Eremitarum est habitus exterior, & superior omnibus alijs indumẽtis, qui omnia tegit, & à nullo tegitur, at tunica D. Fulgentij erat habitus interior, & inferior, qui pallio & casula tegebatur. Secundò, quia tunica Eremitarũ est cuculla ampla, & amplas habens manicas. Tunica verò D. Fulgentij talis non erat, nec esse poterat, cum esset vestis inferior, quam pallium, & casula tegebant. Tertiò, tunica Eremitarũ necessario debet esse nigri coloris; at tunica D. Fulgẽtij talis coloris non erat, aut saltem in eius vita hoc non legitur, & contrarium potius suadetur, cum de pallio dicatur, illud vel nigellũ, vel lactineũ fuisse, quod valdè probabiliter etiã de interiori tunica dici potest, & debet. Secundus habitus D. Fulgentij erat pallium nigellum, vel lactineũ. Et Baronius hinc deducit, quod non solùm ipse, sed etiã illius Monachi eiusmodi habitu vtebantur. At Eremitæ ex præscripto Summorum Pontificum palliũ siue nigellum, siue lactineum non deferũt, sed nec deferre possũt: quia vestis illorũ superior debet esse cuculla desuper cincta corrigia ampla, & patẽte, quæ ab omnibus videri possit, nec vllo modo tegatur. Nec dici potest, pallium, & cucullam idẽ esse, quia patet esse habitus distinctos, & vt distinctos illos etiã numerat B. Hieronymus in vita Hilarionis dũ ait: *Omnes diuitias suas ei relinquent, Euangelijũ scilicet, & tunicam lineam, cucullam, & palliolũ.* Adde quod cuculla est habitus Monachorũ proprius cap. mãdamus 19. q. 3. & Concilium Aquisgrani cap. 135. Pallium vero est commune, tam Clericis, quã Monachis, vt notat gloss. in cap. Episcopi, in verbo operimento 21. q. 4. Tertius habitus D. Fulgentij, & suorum Monachorũ, erat casula, hanc etiam à cuculla distinctam ostendit Baronius tomo 1. annal. sub anno 58. nu. 69. vbi, autoritate Hierothei Episcopi Constantinopolitani, probat casulã fuisse habitum sacerdotalem. Quare vt rẽ concludamus, si B. Fulgentij habitus, cum habitu Eremitæ per Gregoriũ IX. & Alexandrũ IV. determinato, conferamus, imò etiam cum habitu D. Augustini, videbimus, hunc cum illis nihil prorsus commune habuisse, vt vanissima sint nugamenta, velle ex illo affirmari, quod Summi Pontifices eiusmodi habitũ Eremitis decreuerint, quia talis fuerit habitus D. Fulgentij, vel D. Patris Augustini, vel habitus D. Fulgentij fuisse habitum eiusdẽ D. Augustini.

V. QVinto, determinatio habitus monastici non solùm quoad colorem, verùm etiam, quoad materiam, & formam attendi debet, alias ipsi Eremitæ, qui conueniunt cum Seruitis, & alijs in colore, & materia habitus, conuenirẽt etiam in codẽ Ordine, quod falsum est. At habitus per Greg. IX. & Alexandrũ IV. Eremitis determinatus, neq; in colore, neq; in forma, cum habitu D. Fulgentij, & suorum Monachorũ conuenit, nam quoad colorẽ, ille naturalis erat, ille vero per artem inductus, quoad formã neq; Fulgentius, neq; sui Monachi à Baronio descripti, cucullã leguntur induisse: hic vero est cuculla amplas habens manicas, zona ampla, & patente desuper cincta. Ergo hic Eremitarũ habitus ab illo est omnino distinctus, & diuersus.

Vlte-

CAPVT

Vlterius. Si Eremitæ, quibus G
Alexander IV. habitum huiusmod
crediderunt Summos Pontifices in
do ad primæuam Ordinis institut
se, & declarasse, istum fuisse habitur
no institutum, cur opus fuit ad dic
ferendum, pœnis, & censuris Ec
compellere, vbi præsertim cum re
Marquez simplicissimos fatetur, ag
tuisse verò censuris, & pœnis illos
tum ferendum compellere. ipsa v
Pontificiarum indicant, præsertim
dum ait: *Fraternitati Vestræ per Apo*
virtute obedientiæ districtè præcipiendo
tenus prædictos Priores, & Eremitas, ac
pentur, seu albas, cucullas non portant,
stum omnium Sanctorum proxime vent
seu colorũ cucullas assumant, abiectu alij
firmiter præfatum statutum de cætero
re, singuli Vestrum per suas Ciuitates,
lato cuiuslibet appellationis, & contrad
lo, & literis Apostolicis impetratis, vel
da per eos nequaquam obstantibus, mon
per censuram Ecclesiasticam districtius
eos, qui contra fecerint, excommunicatio
promulgetis &c.

VI. ADdo. Si Venerabiles Eremitæ
cucullam nigram zona coriace
ctam fuisse habitum à Beato Augus
& se esse de numero Eremitarum à
institutorum: cur post Decretum
de cuculis nigris cum zona pellicea
mulgatum, tot precibus se à corrigia
nigra ferenda per Sedem Apostolic
postulauerunt, & obtinuerunt quan
spensatio postea fuerit illis reuocata?
credat, illos à ferenda corrigia dispe
si S. Augustinum ipsam corrigiam tu
tuisse credidissent? Postulasse verò
tas, & obtinuisse dispensationem à
gijs, ostendit bulla Alexandri IV.
VIII. Calend. Martij, Pontificatus su
do, cuius Exemplum ex Archiuo
norum Bononiæ degentium, & ex
giorum fol. 12. extractum hic etiam
emplum est.

Alexander Episcopus seruus seruorum
bilibus Fratribus Episcopis, & Archiepiscop
diam &c. Sequuntur omnia sicut in al
rius cap. præcedenti recitata, vsque
libertius, & gratiis deseruiri. postea s
tes autem verò Frater Andreas tunc Ge
tissimus Ordinis supra scripti, & alij Fra
dicta seruanda, sicut & cæteri, cogere
dem prædecessoru præsentiam accesserunt
mitto præfatu humiliter supplicantes, vt e
rare dignaretur, mandato de cæ. nullo nigrũ fer

Vlterius. Si Eremitæ, quibus Gregorius IX. & Alexander IV. habitum huiusmodi decreuerunt, crediderunt Summos Pontifices in eo determinãdo ad primæuam Ordinis institutionem aspexisse, & declarasse, istum fuisse habitum à B. Augustino institutum, cur opus fuit ad dictum habitum ferendum, pœnis, & censuris Ecclesiasticis illos compellere, vbi præsertim cum religiosis, quos Marquez simplicissimos fatetur, agebatur? Oportuisse verò censuris, & pœnis illos ad talem habitum ferendum compellere. ipsa verba bullarum Pontificiarum indicant, præsertim Alexandri IV. dum ait: *Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta, in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Priores, & Eremitas, ac alios, qui nigras portant, seu albas, cucullas non portant, quòd vsque ad festum omnium Sanctorum proximè venturum, nigri prorsus coloris cucullas assumant, abiectu alijs deferendas, & firmiter prædictum statutum de cætero studeant obseruare, singuli Vestrum per suas Ciuitates, & Diœceses, sublato cuiuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo, & literis Apostolicis impetratis, vel etiam impetrandis per eos nequaquam obstantibus, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam districtius compellatis, & in eos, qui contra fecerint, excommunicationis sententiam promulgetis &c.*

VI. ADdo. Si Venerabiles Eremitæ credidissent, cucullam nigram zona coriacea desuper cinctam fuisse habitum à Beato Augustino institutũ, & se esse de numero Eremitarum à B. Augustino institutorum: cur post Decretum Gregorianum de cuculiis nigris cum zona pellicea ferendis promulgatum, tot precibus se à corrigia super cuculla nigra ferenda per Sedem Apostolicam dispensari postulauerunt, & obtinuerunt quanquam talis dispensatio postea fuerit illis reuocata? Profectò quis credat, illos à ferenda corrigia dispensari voluisse, si S. Augustinum ipsam corrigiam tulisse, & instituisse credidissent? Postulasse verò ipsos Eremitas, & obtinuisse dispensationem à ferendis corrigijs, ostendit bulla Alexandri IV. data Laterani VIII. Calend. Martij, Pontificatus sui anno secundo, cuius Exemplum ex Archiuo Fratrum Minorum Bononiæ degentium, & ex libro Priuilegiorum fol. 12. extractum hic etiam subijcio. exemplum est.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Episcopo, & Archiepiscopo per Lombardiam &c. Sequuntur omnia sicut in alia bulla superius cap. præcedenti recitata, vsque ad illa verba, liberius, & gratius deseruiri. postea subiungit: *Intelligentes verò Frater Andreas tunc Generalis Prior de Brittinis Ordinis suprascripti, & alij Fratres sui, quòd ad prædicta seruanda, sicut & cæteri, cogerentur, ad eiusdem prædecessoris præsentiam accesserunt, prosi, & Eremitæ prædicti humiliter supplicantes, vt eis cucullas portare distinctas, quòd sibi facilius existimabant, concedere dignaretur, mandato de cuculla nigra ferendis circa eos minorem difficultatem, eo quod talis vsus cucullarum, ad distinctionem prædictorum habituum satis sufficere videbatur. Quorum supplicationibus idem prædecessor in hac parte duxit liberaliter annuendum. Verùm cùm sicut accepimus, ipsi Eremitæ de Brittinis, obtentu quarumdam literarum super hoc à Sede Apostolica obtentarum, ac etiam alij Eremitæ tam dicti, contra statutum tam dictum, & prouisionem ad communem pacem prouidè factam, & in eorundem fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum, tam in pluribus venire præsumpserunt: & nos prorsus velimus prædicta, quæ salubriter statuta fuerunt, à supradicto prædecessore nostro, vbique, & ab omnibus Eremitis, siue Religiosis, cuiuscunque sint Ordinis, in exteriori habitu Fratribus Minoribus antedicti conformibus inuiolabiliter obseruari. Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mãdamus, quatenus prædictos Eremitas de cætero statutum prædictum firmiter obseruare, ac illos de Brittinis, cucullas, prout ipsi, vt supra dictum est, tunc acceperunt, gestare distinctas, ac alios omnes, qui nigras non portant, seu albas singuli Vestrum per suas Ciuitates, & Diœceses, sublato cuiuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo, & literis Apostolicis, de corrigijs cinctis super cucullas non portandis, per eos impetratis, nequaquam obstantibus, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam districtius compelletis, & in eos, qui contrauenerint, sententiam excommunicationis promulgetis, quã per Vestras Ciuitates, & Diœceses publicari solemniter, & eosdem, tanquam excommunicatos, vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, euitari ab omnibus artitis faciatis. Dat Laterani VIII. Calend Martij. Pontificatus nostri anno secundo.*

VII. DIcent, Summos Pontifices vsos non fuisse cẽsuris ad cogendos Eremitas veri Ordinis D. Augustini ad ferendas cucullas nigras zona pellicea desuper cinctas, sed ad cogendos alios, qui cũ aliorum essent ordinum, & diuersi habitus, & instituti, ægrè ferebant, proprium habitum relinquere, & alienum assumere. Verùm hæc responsio nihil eos iuuat: nam Ordo Eremitarum, qui nunc est, ex quinq; solis Congregationibus, siue re, siue solo nomine distinctis conflatus fuit; quarum vna S. Augustini vocabatur, alia de Brittinis, alia S. Gulielmi, alia Fratris Ioannis Boni, alia de Fabali, si præter prædictas erant aliæ Congregationes, præter quod nullus dicit, quæ essent? vel vbi essent ille, neque ipsi Ordini Eremitarum fuerunt vnitæ, nec aliquid cum illo commune habent, nec dictus Ordo cum illis. Cæterùm ex supradictis quinque Congregationibus nulla fuit, cuius vel institutio, vel habitus in B. Augustinum veluti autorem reduceretur. Et quidem de Congregatione Gulielmitarum hoc patet, & etiã ipsi Patres Eremitæ hoc concedunt, & de Congreg. fratris Ioannis Boni, & de Brittinis, & de Fabali, idem prorsus dicendum est, & inferius monstrabimus, illorum primæuã institutionem, sine certo habitu, sine regula, & sine titulo. Congregatio verò, quę absolutè D. Augustini

nuncupabatur, vel erat eadem cum Congregatione fratris Ioannis Boni, vt satis euidenter colligitur ex bullis Greg. IX. & Alexandri IV. ad inuicem collatis: vel si erat distincta, dicendum est, illã fuisse Congregationem Eremitarum Tusciæ, quam Innocentius IV. opera Riccardi S. R. Ecclesiæ Cardinalis ex Eremitis incerti habitus, inuicem sub vno capite vnitis constauit, cui Regulam, & titulum Eremitarum S. Augustini donauit, & dictũ Cardinalem Riccardum Protectorem dedit, & hanc fuisse Congregationem Eremitarum S. Augustini absolutè nuncupatorum, sentit Frater Iordanus lib. 1. cap. 16. & ex illo, D. Antoninus dicto cap. 14. §. 6. dum ait, quòd Alexander IV. facta generali vnione Eremitarum confirmauit illis in Protectorem Riccardum Cardinalem S. Angeli, per prædecessorem suum Innocentium primitùs constitutum: Innocentius enim non dederat Riccardum Cardinalem Protectorem Ordini S. Augustini, nisi quia dederat illum dictæ Congregationi Eremitarum Tusciæ, quos Eremitas S. Augustini appellari mandauit. Quare omnibus ponderatis apparet, non posse aliquo documento authentico probari hunc habitum nigrum & cucullatum zona pellicea desuper cinctum, quem Venerab. Patres Eremitæ ferunt, Gregorii IX. tempora præcessisse, multò minus monstrabitur, B. Augustinum, aut illum tulisse, aut alijs ferendum dedisse, & præscripsisse.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Confirmatur eadem veritas ex fundamentorũ contrariæ assertionis euersione, & sermo de Augustini baptismo, & conuersione B. Ambrosio falsò adscriptus reprobatur.

I. POstremum, illudque non leue argumentum, ad supradictam veritatem monstrandam, sumi potest ex infirmitate fundamẽtorum contrariæ sententiæ illorum, qui contendunt B. Augustinum Monasticæ, vel Eremiticæ professioni addictum, habitum monasticum, & cucullam eremiticam zona præcinctam induisse, & alijs portandam tradidisse: quorum sanè opinio si vera esset, non opus fuisset tot commenta meditari, quot ad eandem sententiam firmandam, & suadendam nonnulli finxerunt: Veritas enim quæ pulcherrima est Dei filia, nec fuco, nec purpurisso indiget, nec mendacijs fulciri appetit, sed nec patitur, sicut nec Deus ipse indiget nostro mendacio, vt pro illo dolos loquamur. Verùm, quod pace cõtrarium sentientium dixerim, si omnia fundamẽta, quibus Augustinianæ cucullæ assertores nituntur, ad veritatis radios suspensa diligenter expendamus, & testes vetustos ante annos quadringentos, quos ad hanc sententiam probandam proferunt, ad tribunal ipsius veritatis in iudicium vocemus, omnes suspectos apertissimè conuincemus, quod ne per calumniam, & gratis affirmare videar, proferantur nunc, & examinentur testes, super quorum dictis assertio Augustinianæ cucullæ Eremiticæ potissimum fundatur. Hi sunt, Primus, sermo sub nomine B. Ambrosij de Augustini baptismo, & conuersione. Secundus, Epistola sub nomine Valerij Hipponensis ad Augustinum. Tertius, Epistola sub nomine Innocentij Primi ad Valerij Episcopum Hipponensem. Quartus, Epistola sub nomine Sigiberti ad Macedonium. Quintus, liber sermonum sub nomine B. Augustini ad Eremitas. Sextus, liber sub nomine eiusdem Augustini de vita Eremitica ad sororem. Septimus, Epistola sub nomine eiusdem Augustini ad Presbyteros, Clerum, & Populum Hipponensem, quæ incipit: *Quoniam propter scelera &c.* Octauus, Epistola sub nomine Petri Damiani ad Clericos, & Canonicos, iam singulos aduocemus, examinemus, & videamus, an veridici, an falsi sint, & autoribus, quorum nomina præ se ferunt, per impostu[r]am attributi.

II. PRimus itaque testis cucullæ Eremiticæ profertur sermo sub nomine Beati Ambrosij de Augustini baptismo, & conuersione. Hic sermo, habetur inter sermones Beati Ambrosij ordine nonagesimus secundus, & vltimus. in hoc sermone pro Augustini cuculla, & Monachatu ita legimus: *Nouum Christianum, nouis vestimentis cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nostris præcuximus, quod Sarplucianus noster ingenti lætitia donauit.* De hoc sermone proferam, quæ duo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Baronius, & Bellarminus scripserunt, ne de meo supercilio censere videar. Baronius tomo 4. sub anno 388. num. 77. ita scribit. *Fertur Ambrosij nomine sermo de baptismo S. Augustini, sed qui vt apicem quidem habeat Ambrosij. Multa sanè admisit imperitus fictor, nam vt de dissimilitudine stili dicere prætermittamus, quisquis ille fuerit, impostura per facile arguitur, cum ait, Augustinum Carthaginensem fuisse, atque ex gentilium cultu factum Christianum. Ipsum nãque patria Tagastensem fuisse, nec coluisse aliquando idola, lucè sectator fuerit Manichæorum, tum ipsius confessione, tum Possidij, luce clarius sæpe demonstratur. Impostura quoque ea ex parte autor arguitur, dum habet, ipsum Augustinum cum Ambrosio de pluribus quæstionibus prolixè sæpe disseruisse: cum tamen ipse Augustinus de se testetur, nunquam toto illo tempore, quo fuit Mediolani, inuenisse Ambrosium negotijs vacuum, & frequentia accedentium solitarium, quo cum de animi sui languoribus potuisset miscere sermonem: adeò vt non dicam disputandi, sed nec, vt ait, daretur copia sciscitandi. Sunt omninò hæc Augustini verba. Certè mihi nulla debetur*

copia sciscitandi de tam Sancto Oraculo, sitit, nisi cum aliquid breuiter esset audiem tem illi meæ occasum eum valdè, cui ref quirebant, nec vnquam inueniebant. &c. vbi quereretur, quando quæreretur? No sio. Et vnde illud figmentorum concinnato eum baptismo. Nouum Christianum nouis culla nigra induimus, cum moru esset tu zatum quemlibet alibi induere vestimen

nus quoque in lib. de Scriptoribus in Ambrosio hæc ait: *Sermo quoque n tandus, de Baptismo scilicet Augustini lon filio, & gratiæ Ambrosij: neque ullo mo quòd in eo sermone dicitur, Ambrosiũ sæpe eũ à septimo Augustini liber aret: Augu dispot endo cum Ambrosio, sed eum concion do, ad fidem Catholicam conuersus est, vt tur lib. 5. Conf. c. 13. & lib. 6. c. 1.* Omitto graues innumeros, idem censentes, xus, nam in ore duorum, vel triu omne verbum.

III. RAtiones præcipuæ, quæ illum ad D. Ambrosio suppositum esse sunt, prima, quæ sumitur à diuersit sermonis, & aliorum sermonum, & o D. Ambrosij. Est enim stilus adeò h demissus, vt ne vnum quidem iota monum D. Ambrosij redoleat. Nec s dere, B. Ambrosium alio dicẽdi gene se in sermonibus popularibus, alio in tractandis. Nam omnes alij sermon sunt, & ad populos habiti, & tame hunc stilum redolet, imò omnes qua hoc vno distant, vt vel ex hoc solo ca sitas conijci possit.

Secunda ratio. Autor sermonis hu gustinum Carthaginensem, cùm tam lum patria Tagastensem fuisse, quod similè, B. Ambrosium ignorasse, qui nouerat, & illius matrem, parentes, & secum Mediolani degebant, & cum A ptizati fuerunt: neque enim probabi tanti viri, & publici tùm Mediolani Scholastici ignotam fuisse: aut si alij set, non certè illam ignorasset Ambr lum sacro fonte baptismatis abluere d se verò Tagastam à Carthagine lon spacijs, & Regnis etiam dissitam, co lum ex vniuersali cosmographia, sed stola Augustini 96. ad Aurelium ferè supposito quod Tagasta Hipponensi pinqua esset. Per quæ cessat responsio dicentiũ, Ambrosium vocasse Aug thaginensem, sicut exteri vocant Romanos. Esto enim ita vocassent pl tæ, alias Africæ vrbes, & regiones ign ita illum vocasset Ambrosius, qui no illius adeò ignarus.

Tertia ratio. Autor huius sermon

copia scisitandi de tam Sancto Oraculo esset, petere auderem, nisi cum aliquid breuiter esset audiendum. Ipsius autem illi mei ociosum eum valde, cui respondentur, requirebant, nec vnquam inueniebant. &c. & infrà. Sed vbi quæreretur, quando quæreretur? Non vacat Ambrosio. Et vnde illud figmentorum concinnatori, cum agit de eius baptismo. Nouum Christianum nouo vestimento cucullæ nigræ induimus, cum moru esset inuiolabilis baptizatum quemlibet albo induere vestimento. Bellarminus quoque in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Ambrosio hæc ait: *Sermo quoque nonagesimus secundus, de Baptismo scilicet Augustini longissimè distat à stilo, & grauitate Ambrosij: neque vllo modo credibile est, quòd in eo sermone dicitur, Ambrosiũ sæpè Deũ orasse, vt eũ à captionibus Augustini liberaret: Augustinum autẽ non disputando cum Ambrosio, sed eum concionantem audiendo, ad fidem Catholicam conuersus est, vt ipse idem testatur lib. 5. Conf. c. 13 & lib. 6. c. 1.* Omitto alios autores graues innumeros, idem censentes, ne sim prolixus, nam in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.

III. RAtiones præcipuæ, quæ illum adulterinum & D. Ambrosio suppositum esse conuincunt, sunt, prima, quæ sumitur à diuersitate stili huius sermonis, & aliorum sermonum, & operum ipsius D. Ambrosij. Est enim stilus adeò lutulentus, & demissus, vt ne vnum quidem iota ipsius stili sermonum D. Ambrosij redoleat. Nec sufficit respõdere, B. Ambrosium alio dicẽdi genere vsum fuisse in sermonibus popularibus, alio in alijs negotijs tractandis. Nam omnes alij sermones populares sunt, & ad populos habiti, & tamen nullus alius hunc stilum redolet, imò omnes quam maximè ab hoc vno distant, vt vel ex hoc solo capite illius falsitas conuinci possit.

Secunda ratio. Autor sermonis huius vocat Augustinum Carthaginensem, cùm tamen constet illum patria Tagestensem fuisse, quod non est verisimile, B. Ambrosium ignorasse, qui illum optimè nouerat, & illius matrem, parentes, & amicos qui secum Mediolani degebant, & cum Augustino baptizati fuerunt: neque enim probabile est patriam tanti viri, & publici tùm Mediolani, tùm Romæ Scholastici ignotam fuisse: aut si alijs ignota fuisset, non certè illam ignorasset Ambrosius, qui illum sacro fonte baptismatis abluere debebat. Fuisse verò Tagastam à Carthagine longis terrarum spacijs, & Regnis etiam dissitam, constat non solùm ex vniuersali cosmographia, sed etiam ex epistola Augustini 76. ad Aurelium ferè in principio, supposito quod Tagasta Hipponensi Ciuitati propinqua esset. Per quæ cessat responsio nonnullorũ dicentiũ, Ambrosium vocasse Augustinum Carthaginensem, sicut exteri vocant omnes Italos Romanos. Esto enim ita vocassent plebei, & idiotæ, alias Africæ vrbes & regiones ignorantes, non ita illum vocasset Ambrosius, qui non erat patriæ illius adeò ignarus.

Tertia ratio. Autor huius sermonis dicit, Augustinum contempto Gentilium cultu ad veram Christianam religionem diuino tandem nutu peruenisse. Et infrà, dimidium fermè vitæ inter Gentilium mores, & varias disciplinas, mundanosque errores consumpsisse. At B. Augustinus, esto aliquãdo fuerit à Manichæis seductus, nunquam tamen in errore Paganorum, siue Gentilium versatus fuit, nec idola vnquam coluit.

IV. QVarta ratio. Autor ex nomine, & persona Diui Ambrosij Augustini ingenium, & acumen in disputando extollens, inquit: *Quo Aristotelica institutio, in disputando simulationes, difficultates tendebãt, versutiæ, contentiones, & astutia, quibus maximè erat instructus, argumentaque contra sacrarum literarum scripturas, cum vnà essemus, in quibus diuinum quandoque implorabamus auxilium? Quo tanta in dicendo hominu gratia, tanta in dicendo copia, atque facundia, vt non temerè eius dicta dissolui potuissent? ad hoc vt fides Christi stabiliretur, sæpiùs me eum tentasse intelligitu, quo inter dissensiones vestras virtus diuina operaretur.* Verùm hæc omnia falsò dicta esse ostendunt verba ipsius Augustini à Baronio allegata ex libro 5. Confess. cap. 13 & lib. 6. cap. 1. sed clarissimè cap. 3. vbi fatetur, sæpius se ad B. Ambrosium accessisse animo sciscitandi ex illo solutionem quæstionum, quæ illius animum angebant. & nunquam illum ociosum inuenisse, & tacitum in silentio discessisse, & nullam illi datam copiam sciscitandi, quæ cupiebat, de illo sancto Oraculo, nisi cum aliquid breuiter esset audiendum, neque vnquam illum ociosum inuenisse, cui æstus mentis eius refunderentur. Confer textum textui, & videbis, quæ de Augustino autor huius sermonis affirmat, illum de se ipso loquentem negare, & B. Augustinum cum Ambrosio nunquam disputationes habuisse, sed nec alios sermones, nisi quàm breuissimos, & illius publicis in Ecclesia concionibus, non priuatis collocutionibus ad fidem Catholicam perductum fuisse.

Quintò. ait Autor, nouum in Christi fide militem habemus, acerrimum contra Gentiles hostem, contra hæreticos inuictissimum Imperatorem. At Augustinus contra Gentiles, & contra Hæreticos, nec calamum, nec linguam tunc temporis mouerat. Sed Autor prophetam agens nomine D. Ambrosij Virgiliano more Augustini cõtra Paganos, & hæreticos victorias, & triumphos octingentis annis post factum diuinauit, quemadmodum & Virgilius aduentum Teucrorum in Italiam, & victorias contra Turnum trecentis annis post eiusmodi aduentum Anchisis genitoris nomine prophetauit.

V. SExto. ait Autor: *Nouum Christianum nouo vestimentu cucullam nigram induimus.* cum ex antiquissima Ecclesiæ Catholicæ traditione, autoritate ipsiusmet Ambrosij confirmata in cap. accepisti. de Consecrat. dist. 4. & Augustini sermone 157. de tẽpore, fideles de fonte nuper suscepti non nigris, sed albis induantur. Nec sufficit, quod ait Mar-

quez cap 5. §. 2. Augustinum non statim post baptismum, sed post Octauas Paschæ nigra veste à B. Ambrosio indutum: quia Autor non dicit, indutum cuculla nigra post octauas Paschæ, sed in ipsa hora, in qua de sacro fonte leuatus est, vt supra monstrauimus: vbi etiam ostendimus, Augustinum statim baptizatum Mediolano discessisse, vt in Africam remearet.

Septimò monet hic Autor, agendas esse gratias Deo, qui Religioni Christianæ talem, ac tantum Principem instituit. At quo tempore B. Ambrosius Augustinum baptizauit, ille vix Christi miles esse cœperat, ne dum, vt Princeps Christianæ religionis (quod Epiteton solis Apostolis ab Ecclesia conceditur) meritò posset vocari.

Octauò. Inquit, Deum ad conferendum hominibus subsidium creasse, & illuminasse Augustinũ, à quo tanquam Religionis exordio Christiani auxilium caperent, & suffragium, quæ verba necessariò explicatione opus habent: nam vel nomine Religionis intelligit Religionem Christianam, & sic autor impietatis conuincitur, tribuens Augustino exordium Religionis Christianæ, quod nec Apostolis tribuitur, nec tribui potest. Vel nomine religionis intelligit instituta regularia in vniuersum, & sic mendax: quia Augustinus non fuit primus, à quo Regulares Ordines exordium acceperint, licèt hoc illi Donatistæ, quasi per calumniam, imponerent: vel tandem nomine Religionis intelligit peculiarem Religionem, siue Ordinem, vel Eremitarum, vel Clericorum Canonicorum, & sic nihilominus falsitatis, & mendacij reuincitur: quia siuè Augustinus fuerit, siuè non fuerit Autor Ordinis Eremitarum, pro quo suadendo autor hunc sermonem sub nomine Ambrosij excogitauit, certum est nondum fuisse institutum, quo tempore fingitur B. Ambrosiũ hunc sermonem ad populũ Mediolanensem habuisse, videlicet ipsa die, qua Augustinum baptizauit, aut demus etiam in Octaua Paschæ.

Demùm hic Autor spiritu suo prophetico Augustinum non solùm Religionis fundamentum, sed etiam Religiosorum legislatorem prædicit: *à quo denique Religionis constitutiones oriri poterũt.* Quæ verba satis, superque sufficiunt, ad indicandum, quis huius sermonis autor fuerit, & quo fine illum sub nomine B. Ambrosij diuulgauerit.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Examinantur, & falsitatis conuincuntur Epistolæ sub nomine Valerij Episcopi Hipponensis ad Augustinum, & Innocentij Papæ ad eundem Valerium.

I. SEcundus testis productus est epistola quædam sub nomine Valerij Episcopi Hipponensis, quæ fingitur Augustino Neophito Mediolani degenti, ex Africa missa. Primus huius epistolæ inuentor asseritur fuisse quidem Gabriel Sfortia Archiepisc. Mediolanen. Frater Ducis Francisci Sfortiæ, Eremita Ordinis S. Augustini, quẽ Fr. Cornelius Lancillottus lib. 2. de Vita Augustini, cap. 1. dicit illam in bibliotheca Ducum Mediolani reperisse, & latinitate donatã (ferturenim græco idiomate prius scripta) ex tenebris eruisse. Hanc epistolam Coriolanus cap. 2. §. tertiodecimo. Patet per epistolam B. Valerij. pag. mihi 15. Fatetur, primùm ex græco in latinum traductã, per quendam Iulianum Pomerium Toletanæ Sedis Episcopum, deindè per Franciscum Philelphũ, cuius Francisci traductionem, vti clariorem, & elegantiorem ille ibidem sequitur, vbi exemplum ipsius epistolæ refert. Habebatur olim eadem Epistola, veluti quædam lectio sacra, in Breuiarijs Ordinis Eremitarum, legebaturque in officio D. Augustini tertia die infra illius octauam pro tribus lectionibus primi nocturni, necnon in festo Sancti Simpliciani pro tertia lectione. Habeo ego Breuiarium cum eiusmodi lectionibus, typis editum Augustæ Taurinorum anno 1520. Verùm re melius considerata, Religiosissimi Patres Eremitæ illam prudentissimè ex suis Breuiarijs abstulerunt: nimis quippè indecens erat, Beatum Augustinum, & Sanctos mendacijs tam luculentis honorare. Exemplum epistolæ est. A tergo, siuè in principio epistolæ: *Valerius Hipponensis Episcopus seruo Dei Neophito Augustino compatriotæ suo.* Quanquam Coriolanus translationem Philelphi, vt fatetur, secutus, ita hunc titulum ponat: *Valerius Hipponensis Episcopus Aurelio Augustino in Domino salutem.* Sed prior titulus circumferebatur tempore Augustini Ticinensis, cuius exemplum concordat etiam cum lectionibus dicti Breuiarij, à quibus epistola, quam refert Coriolanus, in aliquibus discrepat. Intus verò sic habet ex Breuiario: *Literis tuis, & Andromacho Ciuis Filio, & Mediolanense siue referente, conuersationem tuam opera Ambrosij eiusdem Vrbis Archiepiscopi, & pientissimi Simpliciani, qui te prædicationibus, disputationibus, & exemplis à Manichæorum errore conuerterunt, sæpiùs didicimus. Cumq; te Catechumenum audisset Simplicianus, mox ex monasterij pecunijs empta panno tunicas, vnam pro filio Deodato, vnam pro te, vna pro Eneco, vel Alipio Hipponensi matri tuæ Monicæ transmisit fecundas, super quibus plus lachrymarum præ gaudio fudit, quam puncta consuerit. Et ad Deodatum inquiens Deum misericors te cum patre tuo Augustino seruos suos efficiat. Tu acceptis à Simpliciano tunicis à matre transmissis in sui monasterij templo affirmasti, nisi Paschatis die baptisma velle suscipere. Et triduo panem, & aquam tantùm degustans, aduentantu Paschatis die autelucanus surrexisti, hu verbis Deodatum alloquens,*

aderat

II. IN hac epistola plura sunt mend
ma. Primùm est in titulo, dum scr
no Neophito; neophiti enim di
baptizati. At quomodo potuit Vale
existens, tam breui temporis interua
lano habere nuncium, qui Augustin
referret, & eidem adhuc Neophito
rescribere? Sed hoc mittamus. Sec
eodem titulo, cum vocat Augustinum
patriotam. Nam Augustinus fuit
Tagastensis, Valerius autem erat Gr
ni sermonis penitus ignarus ex Possi
etiam ob causam fingitur hæc epistol
sed græco idiomate ab ipso Valerio
postor stolidus magis suam fraud
Tertium in illis verbis: *Tu acceptis à S
nicis à matre transmissis, in sui monaster
masti.* Quia Simplicianus, quantum
mitæ refragentur, nunquã fuit Erem
nachus, nec pater Monachorum, n
habuit, sed fuit Clericus, & Presbyte
conus, deindè Episcopus Mediolane
tissimis tabulis illius Ecclesiæ ha
tum in verbis immediate sequentib
nisi Paschatis die baptismum velle susci
nim errorem Beato Augustino im
sciret optimè baptismum solemne
Paschatis secundum morem Eccles
sed in die immediatè præcedenti soli
ri. Quintum in illis verbis: *Opera An
Vrbis Archiepiscopi.* Nullibi enim legi
pora Episcopos Mediolanenses v
Archiepiscopos, nam simpliciter E
bantur. Sextum, cum ait Beatum A
die Paschæ baptizatum, hoc enim lu
se mendacium, nullus nescit: nunq
illa tempora baptismus solemnis
dari consueuit. Septimum cum ait: *S
rem nigram tunicam te induit.* Quod

aderit ne vnquam ille dies: At tu fili voca tyrannes tuos, vt Antistitem Ambrosium adeamus. Deinde profectus ad Fanum, aduersus nonnullos Manichæorum Ambrosiũ disputantem inuenisti, qui mox celebratis sacrosan. mysteriis, te exutum habitu seculari sacro baptismo tuo renouato perfudit, & Te Deum laudamus, non sine lachrymis te respondente, Te Dominum confitemur, præ gaudio cecinit: Statimq, talarem nigram tunicam te induit, ita vt omnes te monachum existimarent, nisi Zona pellicea præcinctus fuisses ob tunicæ longitudinem, vt scribis, ad differentiam Monachorum. Præsul cum populo, Clero q,, & Matre tua Monica profusissimis exultant gaudijs, flentes, pariterq, exultantes. Hæc, & multa insuper, & alia retulerunt Andromachus, & Enecus græcè, vel Euodius latinè, quibidem interfuerunt. Ex quibus peractis, accepta benedictione, apud Ambrosium Antistitem conuiuio acceptus es iucundissimè. Et ante literas tuas multi istinc profecti, de rebus à te gestis literas ostenderunt, & de gratia tibi cælitus collata, quam Deus confirmet. Vale, & pro me ora.

II. IN hac epistola plura sunt mendacia apertissima. Primùm est in titulo, dum scribit Augustino Neophito; neophiti enim dicuntur nuper baptizati At quomodo potuit Valerius in Africa existens, tam breui temporis interuallo ex Mediolano habere nuncium, qui Augustini baptismum referret, & eidem adhuc Neophito Mediolanum rescribere? Sed hoc mittamus. Secundum est in eodem titulo, cum vocat Augustinum suum compatriotam. Nam Augustinus fuit Africanus, & Tagastensis, Valerius autem erat Græcus, & Latini sermonis penitus ignarus ex Possidio cap. 5. quã etiam ob causam fingitur hæc epistola non latino, sed græco idiomate ab ipso Valerio scripta, vt impostor stolidus magis suam fraudem retegeret. Tertium in illis verbis: *Tu acceptu à Simpliciano tunicu à matre transmissa, in sui monasterij templo assumasti.* Quia Simplicianus, quantumcunque Eremitæ refragentur, nunquã fuit Eremita, nec Monachus, nec pater Monachorum, nec monasteriũ habuit, sed fuit Clericus, & Presbyter, & Archidiaconus, deindè Episcopus Mediolanensis, vt ex antiquissimis tabulis illius Ecclesiæ habemus. Quartum in verbis immediatè sequentibus: *Affirmasti, nisi Paschatis die baptismum velle suscipere.* Hoc est enim errorem Beato Augustino imponere, cum sciret optimè baptismum solemnem non in die Paschatis secundum morem Ecclesiæ Catholicæ, sed in die immediatè precedenti solitum ministrari. Quintum in illis verbis: *Opera Ambrosij eiusdem Vrbis Archiepiscopi.* Nullibi enim legitur per illa tẽpora Episcopos Mediolanenses vocatos fuisse Archiepiscopos, nam simpliciter Episcopi vocabantur. Sextum, cum ait Beatum Augustinum in die Paschæ baptizatum, hoc enim luculentum esse mendacium, nullus nescit: nunquam enim per illa tempora baptismus solemnis in die Paschæ dari consueuit. Septimum cum ait: *Statimque talarem nigram tunicam te induit.* Quod similiter esse contra vsum Ecclesiæ, quæ nuper baptizatos albis, non nigris induit ex ipsismet Augustino, & Ambrosio supra monstratum fuit, & ipsius Ecclesiæ vsus nunc seruatus indicat. Octauum cum ait: Augustinum se cingulo pellicco cingere voluisse, ad differentiam monachorum, cum potiùs cingulum pelliceum monachatus signum esset. vt habes in vita sancti Fulgentij cap. 18. in illis verbis: *Pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur.* Et ex Cassiano lib. 1. de Institutis renunciantium cap. 1. Baronio tomo 6. sub anno 504. num. 34. & alijs. Nonum cum ait: *Hæc, & alia multa retulerunt Andromachus, & Enecus, siue Euodius.* Cum Euodius ex latere Augustini nunquam discesserit, & cum illo simul in Africam redierit, ex libr. 9. Confess. capit. 8 præter quod, quem in fine vocat Euodium, scribens: *Hæc, & multa alia retulerunt Andromachus, & Enecus græcè, latinè Euodius.* Supra vocat Alipium, scribens: *Vnam scilicet tunicam pro Eneco siue Alipio Hipponensi.* Vt videas imperitiam, & inconstantiam intollerabilem hominis, modò Enecum pro Alipio, modo pro Euodio vertentis: quia reuera nec Euodium, nec Alipium sonat, nec apud Græcos fortasse est hoc nomen Enecus, auditum. Decimum est Coriolani fingentis, hanc epistolam per Franciscum Philelphum Rethorem sui temporis clarissimum, ex græco in latinum traductam, cui referente Augustino Ticinensi, qui tunc cum primùm illa Epistola fuit inuulgata, in viuis agebat, cum nostri illam obtulissent, vt suam operam agnosceret, miratus est, & ingenuè fassus, se illam nec traduxisse, sed nunquàm alias vidisse.

III. TErtius, qui pro Augustini monachatu producitur, est epistola quædam sub nomine Innocentij I. Valerio Hipponensi Episcopo transmissa, in qua illius autor fingit, Innocentium Papam ad preces Beati Valerij Ordinem Eremitarũ ab Augustino institutum, autoritate Apostolica probasse, & confirmasse. Huius epistolæ exemplum reperire non potui, neque venerandi Patres Eremitæ illud in suis libris ponunt, & prudentissimè, nimis enim grauè esset si falsitatis conuinceretur. Meminerunt tamen eiusdem Epistolæ in summario facultatum, gratiarum, & indulgentiarum typis edito, ad finem libelli diuinorum officiorum Ordinis Eremitarum, edito inquam Venetijs, anno Domini 1587. apud Ioannem Variscum, in quo hæc habentur: *Beatus Innocentius huius nominis Primus anno Domini 406. audita summa doctrina, ac sanctitate Beati P. Augustini, cum de Albano iuxta Romam esset oriundus, plenus etiam odore optimæ famæ, quam S. Augustinus primò in Italia, scilicet Mediolani, Roma, Centum Cellis, & agrũ Tuscia, vbi Ordinem Fratrum Eremitarum instituerat, reliquerat, postea in Africa vbi nonnulla Fratrum Eremitarum monasteria construxerat, atque cum eis viuere cœperat secundum regulam Apostolicam, sicut prius in ita*

lia suum fratrum sub Eremitico fecerat, ad preces B. Valerij Hipponensis Episcopi præfatus summus Pontifex non solum regulam, atque Ordinem à B. Augustino institutũ approbauit; ac autoritate Apostolica confirmauit, verum etiam omnibus fratribus existentibus, tam in Italia, quã in Africa dictam Regulam B. Augustini obseruantibus, infrascripta concessit, videlicet licentiam ædificandi sacella, oratoria, & domicilia, in nemoribus, & syluis, & alijs locis conuenientibus. Illustrissimiliter concessit eis licentiam in commune retinendi hortos, agros, vineas, prata, nemora, pascua, viuaria, & quæcunque eis vtilibet iuridicè donata. & rursus eorum Ecclesijs, & oratorijs, captu, & capiendi, in omnibus festiuitatibus titulorum Ecclesiarum, & Oratoriorum, vnius anni, & quadraginta dierum, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, & manus suas porrigentibus adiutrices, indulgentiam largitus est. Similiter & Zosimus Græcus, qui fuit immediatè post Innocentium supradictũ anno 426. &c. Quæ verba ex Chronica Ambrosij Coriolani in fine sui defensorij addita, fuerunt escripta. vbi multa alia priuilegia eidem Ordini Eremitico concessa per Romanos Pontifices eiusdem Innocentij I. Successores, videlicet Zosimum, Bonifacium I. Sixtum III. Leonem I. Cælestinum I. Gelasium I. Simachum, Gregorium I. II. Benedictum III. & alios refert.

IV. DE hac epistola nihil in particulari affirmari, vel negari potest, quia illius exemplum non habetur. eam verò fuisse ab aliquo impostore confictam, multa ostendunt. primò narratiua illa, & causæ in ipsa explicatæ, ob quas idem Pontifex dicitur motus fuisse ad Ordinem Eremiticum probandum, & tot priuilegijs & gratijs decorandum, quæ sine dubio falsissima est, præsertim quoad ea, quæ de Eremitarum institutione tum in Italia, in Tuscia, & in Centum cellis, tum in Africa per B. Augustinum facta narrantur; vnde suspicio euidens oritur ipsam etiam epistolam, & concessiones in illa factas, fictas & falsas fuisse, & esse. Secũdo, quia neque in Pontificali Romano, neque in voluminibus Conciliorum, neque in Actis Conciliorum Carthaginensis, & Mileuitani, neque inter epistolas Augustini quibus in locis epistolæ, & acta eiusdem Pontificis habentur, vlla prorsus fit mentio huius epistolæ, vel confirmationis Ordinis Eremitici. Tertiò, quia neque Baronius, neque aliquis alius antiquus Autor meminit eiusmodi approbationis, vel confirmationis, vel concessionis, siue per Innocentium, siue per alios Pontifices illius Successores factæ. Quæ si vera fuisset, probabile non est illos eam silentio texisse, tum propter rei magnitudinem, tum etiam propter rei ipsius nouitatem: nam illa fuisset prima confirmatio Ordinum Regularium per Pontificem Romanum facta. Quartò, quia ante Concilium Lateranense non fuit mos in Ecclesia, vt Ordinum, seu monasteriorum Fundatores à Sede Apostolica confirmationem peterẽt, neque D. Benedictus, neque alij ante annum circiter millesimum centesimum leguntur confirmationes suorum Ordinum à Summis Pontificibus accepisse: nam Regulæ Ordinum tacitè approbari ex sola permissione olim censebantur, vt notat in glos. in cap. parsimoniam, & ibi Geminianus, Turrecremata, & Præpositus 41. d. & alia glos. in c. si quis clericum 11. quæst. 1. & text. in l. 1. §. sed religionis, & ibi Bartholus de Collegijs. & certè si tot confirmationes, & concessiones Pontificias tam antiquas habent, cur illas non proferunt? cum sæpius cum alijs mẽdicantibus de antiquitate contenderint. Quintò, quia quæ ex eadem epistola narrantur, non concordant cum ijs, quæ Marquez de profunditissima paupertate suorum Eremitarum cum Augustino degentium scribit, qui non solùm in particulari, sed nec etiam in communi bona præsertim stabilia habere poterant. Sextò, non concordant etiam cum ijs, quæ Frater Iordanus lib. 1. cap. 14. & ex illo D. Antoninus d. cap 14. §. 3. scribit, se in aliquo scripto authentico non inuenisse, quid egerint sui Fratres à tempore dispersionis ex Africa vsque ad Innocentium III. & ideò de hoc nihil scribere voluisse. Nec sufficit dicere, quòd Innocentius I. præcessit dispersionem illam ex Africa, quia in eadem chronica, & serie verborum non solùm narratur confirmatio facta per Innocentium I. sed multæ aliæ factæ post dispersionem ex Africa, nimirum per Innocentium I. Gelasium I. Gregorium III. Benedictum III, Gregorium V. Ioannem XIII. quas si falsas, & confictas esse constiterit, vt de facto constat, ex testimonio eiusdem Fratris Iordani, etiam confirmatio per Innocentium I. facta figmentum esse conuincitur. Quæ enim maior ratio de hac, quam de illis? cum præsertim iuxta Regulam B. Augustini superius relatam, semel mendacij conuictus, omnem fidem sibi abroget, vt tũc maximè suspicemur, illum mentiri, cum se vera dicere affirmauerit.

SVspicor tamen, quæ Innocentius IV. nonnul- V.
lis Eremitis legitur concessisse, Coriolanum ad sui Ordinis dignitatem extollendam, & antiquitatem commendandam in Innocentium I. refudisse. Nam de Innocentio IV. scribit Frater Iordanus loco proximè citato. *Postmodum Innocentius Papa IV. vir vtique magnæ scientiæ, & industriæ, qui sedit anno Domini 1240. considerans ordines Prædicatorum, & Minorum notabiliter crescere, & fructus salubres in Ecclesia Dei proferre, Fratres verò Eremitarum Sancti Augustini sibi solo per bonam vitam prodesse, cœpit velle agere, vt ipsi sicut Prædicatores, & Minores, finem salubrem, & fructum in Ecclesia Dei producere possent. Erant autem tunc temporis in diuersis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Tusciæ diuersi alij eremitæ sub diuersis titulis diuersimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitæ Sancti Augustini conuiuit, reducens eos ad vnum ouile, sub vno pastore, scilicet Priore Generali, mandans, vt omnes sub vna Regula, scilicet S. Augustini, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiusdem constitutionibus vti deberent, muniensque eos*

priuilegijs, & gratijs. Quorum & nonnulla originalia sub Bullis vidi. Hi
ad verbum transcripta leguntur ap
ninum 3. par. tit. 24. cap. 14. §. 3. Ali
emplum habemus apud eundem Fr
num cap. immediatè sequenti in fi
Gregorius IX. præcepisset, ipsos Fra
eleemosynas quærentes, baculos qu
rum grandium longitudinis in man
ille ad sui Ordinis antiquitatem co
illud decretum in B. Gregorium ref
te Gregorium IX. annis sexcentis, &
cessit, nam B. Gregorius fuit circa an

CAPVT VIGES
NONVM.

*Epistola sub nomine Sigi
Macedonium expend
mendax esse comproba*

I. QVartus testis proc
pistola, sub nom
ad Macedonium.
Epistola à Corio
fensorio pag. mi
sæpissimè in code
gatur, quinimò,
dam lectio, posita fuerat in Breuiarijs
remitarum, die 4. infra octauam D. A
tribus lectionibus primi nocturni, vt
in Breuiario Augustæ Taurinorum
1520. eandem Patres Eremitæ imprim
rauerunt tom. 10. operum D. Augus
mones ad Eremitas, cum quibusdam
tionibus eiusdem prorsus odoris & f
deri potest in eodem volumine decim
D. Augustini, Parisijs edito anno D
Allegatur passim testimonium eiusd
non solùm à Coriolano, & Paulo Ber
rùm etiam à recentioribus Cornelio
lib. 2. de vita Augustini cap. 13. & Lude
gelis lib. 4. de vita Augustini cap. 13.
illam, non solùm suo Autori præclar
canit, verum etiam citat alios quosdam
dem epistolæ testimonio vsi fuerunt,
gibertum Augustino notissimum fuis
simè Ioanne Marquez cap. 6. §. 1. & ca
bus in locis vocat Sigibertum Histori
tiquum. Præstat verò exemplum ciu
le hic recensere, tum quòd modò ead
ex libris B. Augustini, cum alijs eius g
narrationibus, fuerit abrasa, tum qu
eius lectio sufficere possit ad planè m
illius falsitatem. Exemplum est:

*Tempore Theodosij senioris Aug. vir acut
bus Carthaginensibus ortus natalibus, v
sicque scholas liberalium artium annu fer
rexit. Denique Mediolanum venit, & dun*

pluribus priuilegijs, & gratijs. Quorum ego exemplaria, & nonnulla originalia sub Bulla vidi. Hæc ille ibi, quæ ad verbum transcripta leguntur apud D. Antoninum 3. par. tit. 24. cap. 14. §. 3. Aliud simile exemplum habemus apud eundem Fratrem Iordanum cap. immediatè sequenti in fine, nam cum Gregorius IX. præcepisset, ipsos Fratres Eremitas eleemosynas quærentes, baculos quinque palmorum grandium longitudinis in manibus portare, ille ad sui Ordinis antiquitatem commendandã, illud decretum in B. Gregorium refundit, qui ante Gregorium IX. annis ſexcentis, & amplius excessit, nam B. Gregorius fuit circa annum 600.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Epistola sub nomine Sigiberti, ad Macedonium expenditur, & mendax esse comprobatur.

I. QVartus testis productus est Epistola, sub nomine Sigiberti ad Macedonium. refertur hæc Epistola à Coriolano in Defensorio pag. mihi 85. eáque sæpissimè in eodem libro allegatur, quinimò, vt sacra quædam lectio, posita fuerat in Breuiarijs Ordinis Eremitarum, die 4. infra octauam D. Augustini pro tribus lectionibus primi nocturni, vt videri potest in Breuiario Augustæ Taurinorum edito anno 1520. eandem Patres Eremitæ imprimendam curauerunt tom. 10. operum D. Augustini post sermones ad Eremitas, cum quibusdam alijs narrationibus ciusdem prorsus odoris & saporis, vt videri potest in eodem volumine decimo Operum D. Augustini, Parisijs edito anno Domini 1541. Allegatur passim testimonium ciusdem epistolæ, non solùm à Coriolano, & Paulo Bergomensi, verùm etiam à recentioribus Cornelio Lancillotto lib. 2. de vita Augustini cap. 13. & Ludouico de Angelis lib. 4. de vita Augustini cap. 13. vbi propter illam, non solùm suo Autori præclarum elogium canit, verum etiam citat alios quosdam, qui ciusdem epistolæ testimonio vsi fuerunt, & fatetur Sigibertum Augustino notissimum fuisse, & nouissimè Ioanne Marquez cap. 6. §. 1. & cap. 8. §. 7. quibus in locis vocat Sigibertum Historicum, & antiquum. Præstat verò exemplum ciusdem epistolæ hic recensere, tam quòd modò eadem epistola ex libris B. Augustini, cum alijs eius generis falsis narrationibus, fuerit abrasa, tum quòd vel sola eius lectio sufficere possit ad planè monstrandam illius falsitatem. Exemplum est:

Tempore Theodosij senioris Aug. vir acutissimus, nobilibus Carthaginensibus ortus natalibus, venit Romam, vbique scholas liberalium artium annis fere sex gloriosè rexit. Denique Mediolanum venit, & dum esset annorũ triginta septem, eu annetum olto, adeuentibus diebus Paschalibus, meritis matris, & prædicatione Ambrosij, mater eius regenerauit Augustinum, cum filio Deodato, & multis alijs ferè XLII. quibus baptizatus Augustinus mox ad virum Simplicianum perrexit, cuius nomen celeberrimam apud Fideles erat, qui etiam habebat monasterium semotum, & à gentibus separatum, cum quo Augustinũ ferè per annum cum domicilio permansisse vidi, & oculata fide probaui. Et quoniam erant in libertate quasi viuentes, licèt probatissimi viri essent, atque perfecti, tandem ex præcepto tanti Patris Simpliciani, Augustinus post inter eos instituit, vt vitam Apostolicam omnes pariter tenerent, & nihil inter eos proprium diceretur. Completo verò anno, Matre Augustini instigante, ad propria venerituri, & moritur Mater Augustini apud Ostia Tiberina. Filius autem apud Carthaginem anno ætatis suæ XIX. Cum autem esset Augustinus cum amicis in Africa, medi tabatur in Lege Domini die, ac nocte, scribens libros, & docebat indoctos. Hoc autem Valerius Hipponensis audiens præ gaudio lachrymabatur, & statim eum ad se accersiri fecit, & hostium secretum, & remouit à Ciuitate Augustino donauit, vbique pius pater Augustinum cæteris amicis, & fratribus in deliciis habuit, & cum incredibili humilitate annis ferè tribus mansit: Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus ferè milliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abijt, ad quem per viam valde asperam, & pænosam adiri potest, ibique Augustinus habitationem ex lapidibus cunctis construi fecit, & si homines fugiens habitabat. Ibique composuit libros de Medicina animæ, & de Vita monastica, de Innocentia Ioannis Baptistæ, & Heliæ. Multi quidem ex Fratribus insita saxa, vel fissuras montium, receptacula sibi fecerant, & ibi propè Patrem Augustinum per iactum balistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem ferè CXXII. qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant, omnia reputantes esse communia. Vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus Sanctus ad eos visitandos veniret. Cum autem appropinquaret festum Pentecostes, Sanctus Episcopus Valerius misit pro Augustino, & inuitum presbyterum ordinauit. Factus presbyter monasterium clericorum instituit in domo Episcopi, & insta annum ibidem viuere cæpit, secundum regulam Apostolicam, vt hactenus fecerat. Hoc autem Valerius Episcopus fecit, quia ipse Græcus erat, & indoctus, maximè in respondendo hæreticis in eorum erroribus: idèo Augustino Episcopo potestatem plenam dedit prædicandi quotiens necessarium fuisset: Nam multi tam hæretici surrexerant, contra quos Dominum Augustinum instituit, & ordinauit. Pondera, obsecro te, Lector singulas huius epistolæ clausulas, & mentiar, si tantam impostoris licentiam in mentiendo patienter feras.

Primò videndum, quisnam fuerit Sigibertus, quem huius epistolæ autorem aiunt, Coriolanus, Marquez, Lancillottus, & quotquot illius epistolæ meminerunt, Sigibertum Historicũ fuisse tradũt, & de illo vti autore notissimo loquuntur. At quæ nam leuitas est, fingere Sigibertum B. Augustino

notis-

notissimum,& Augustini gestorum testem oculatum,qualem illum Ludouicus de Angelis. & Coriolanus,imò verò ipsiusmet epistolæ autor se fingit,cum ait,se oculata fide probasse,B. Augustinũ cum Simpliciano ferè per annum cum dimidio mansisse? Nam Sigibertus Historicus suam historiam vsque ad annum 1111. perduxit, & eodem anno ex hac vita migrauit: Augustinus verò circa annum 431. de corpore mortis huius solutus in æternam requiem concessit, ante Sigibertum anno 700.

II. SEcundò,ait hic Autor,Augustinum ex nobilibus Carthaginensibus ortum. At quomodo hoc dicere potuit homo Augustino tam benè notus, cum Tagastæ natus fuerit, homo pauper de pauperibus natus, vt ipsemet fatetur de se ipso serm. 2. de communi vita clericorum. Tertiò, fatetur hic Autor, Augustinum sex annis scholas liberalium artium Romæ rexisse.lege eundem Augustinum lib.5.contra Faustum Manichæum cap. 5.& inuenies,illum annum ætatis vndetrigesimũ agentem Carthagine fuisse. lege deinde librum sextum confessionum cap.6.& vndecimo.& librũ tertium contra literas Petiliani cap.25.& illum ætatis anno trigesimo in Ciuitate Mediolani Rethoricam profitentem inuenies, vbi vsque ad reditum in Africam mansisse,nullus dubitat. Quartò,ait autor, Augustinum anno ætatis suæ 30.baptizatum. At Augustinus lib.3.contra Academicos cap.20.& lib.2. Soliloquiorum cap.10. ætatis suæ 33.illos libros scripsisse fatetur, quos ante susceptum baptismum scriptos lib.1.Retractat.cap.2.4. 6.scribit:Quintò fatetur hic Autor,cum Augustino baptizatum fuisse Adeodatum eis filium, cum esset annorum octo. Verùm Augustinus dicit libro nono Confessionum,capite sexto,illum fuisse tunc ætatis annorum circiter quindecim. Sexto,ait Autor B. Monicam non solùm ipsum Augustinum,& eius filium Deodatum ad Fidem perduxisse,sed alios plures circiter quadraginta duos. Verùm B Augustinus in eodem libro illius vitam describens,tanti operis non meminit, quod si verum esset,nullatenus omisisset. Septimo, ait hic Autor illos omnes aduenientibus festis Paschalibus simul cum Augustino baptismum suscepisse. Verùm Augustinus eodem lib.4.cap 6. solum Alipium, & Deodatum filium in ipso baptismo socios habuisse fatetur,nec alios siluisset, si cum illo baptizati fuissent. Octauo,ait Augustinum baptizatum Mediolani apud Simplicianum ab hominibus sequestratum per annum ferè cum dimidio mansisse,idque se oculata fide probauisse. Verùm ad hanc impudentiam reuincendam, sufficit testimonium ipsius Augustini scribentis lib.9. Confessionum eodem cap.6. Adeodatum, qui secum baptizatus fuerat,cùm esset in annis circiter quindecim,in Africa mortuum fuisse, cùm esset in annis sexdecim:& cap.11.ad finem,vbi ait,se fuisse in Ostijs Tiberinis, cum esset ætatis suæ annorum triginta triũ,quem constat eodem anno baptismũ suscepisse. Nono,ait Augustinũ post annũ in Africã cum Adeodato, & socijs reuersum, ibiq; apud Carthaginem Adeodatum obijsse, cum esset ætatis annorum decem & nouem. At Augustinus loco proximè citato dicit,illum mortuum fuisse, cũ esset in annis sexdecim. Decimo, ait, Adeodatum mortuum Carthagine. Verùm non ibi, sed Tagastæ mortuum videbis,si conferas,quę Augustinus de illo scribit lib. 9. Confess. cap. 6 vbi ait, illum fuisse interlocutorem libri de Magistro, cum ipse quæ scribit lib. 1. Retractat. cap. 12. ex quo loco habes,illum librum non Carthagine, sed apud agros proprios Augustinum scripsisse. Vndecimo ait Autor,cum Augustinus apud agros proprios cum amicis degeret, Valerius Episcopus eum accersiri fecit,& dedit ei hortum ad monasterium ædificandum.Verùm aliter rem se habuisse, tũ Possidius cap.4.& 5.tum ipse Augustinus serm. 1. de Communi vita Clericorum factum recensens narrat:neque enim Augustinus accersitus, sed alios ipse accersens,Hipponem accesserat,& præter omnem opinionem illi accidit,vt à populo apprehensus,& Valerio oblatus presbyter ordinaretur, & tunc Valerius comperta illius voluntate, dedit ei hortum ad construendum monasterium. Duodecimo ait,id euenisse triennio antequam presbyter ordinaretur. At Augustinum non nisi presbyterum factum,monasterium in horto sibi à Valerio concesso exstruisse fatetur ipsemet cum Possidio locis proximè citatis. Tertiodecimo ait Autor,Augustinum ędificasse illud monasterium in loco valde remoto ab humana conuersatione.Verùm Possidius factum referens ait,intra Ecclesiam Parochialem,id est propè illam, fuisse institutum. Quartodecimo ait, illum elapso triennio, cum multitudinem,& frequentiam aduentantium ferre non posset,aliud monasterium in loco per duo milliaria remoto inter rupes,& saxa, de lapidibus exstruisse,ibique cum socijs ferè ducentis viginti duobus in scissuris petrarum degentibus vixisse, At Augustinum triennio post exstructum primũ monasterium in horto Valerij, ab ipso Valerio episcopalis dignitatis, & muneris coadiutorem factum,& Prosper in Chronico,& Baronius sub anno 391.nu.25.fatentur,& ex supputatione temporis totius vitæ B. Augustini à Possidio cap.31. facta euidenter colligitur.Quintodecimo ait, Augustinum in illa rupe morantem libros de Medicina animæ,de Vita monastica, & de Innocentia Ioannis Baptistæ,& Eliæ scripsisse. Verùm istorum librorum neque Augustinus in libris Retractationum alios libros ante Episcopatum editos retractans,neque Possidius in Indiculo, neque Beda, neque Cardinalis Bellarminus,neque alij probati Autores in libris B. Augustini recensendis meminerunt.Sextodecimo ait,B.Valerium circa festum Pentecostes pro Augustino misisse, & illum presbyterum ordinasse,quod falsum esse constat ex allegato

legato sermone primo de Communi vita Clericorum, & Possidio cap. 4. Decimoseptimò ait Autor, illum consentientem, & volentem presbyterum ordinatum fuisse. Verùm, illum reluctantem, & lachrymas fundentem ordinatum, testantur tũ Possidius d. cap. 4. tum ipse Augustinus epist. 148. ad Valerium Episcopum. Decimo octauo ait, illũ factum presbyterum monasterium in domo Episcopi instituisse, quod falsum esse, monstrant verba eiusdem Augustini sermone 1. de Comm. vita Clericorum dicentis, se monasterium in domo Episcopi non nisi factum Episcopum erexisse. Hic ille est Autor probatus, & antiquus, quem Coriolanus, & alij pro teste veracissimo, vtpote oculato, & Augustino familiarissimo ad ipsius Augustini Eremiticen probandam exhibent. Quis sapiens, & intelligens hæc? vtab vno omnes facilè discamus.

CAPVT TRIGESIMVM.

Sermones ad Eremitas expenduntur, & à legitima D. P. Augustini sobole reijciuntur.

I. VEnio nunc ad quintum testimonium ex autoritate sermonum sub nomine D. Augustini ad Eremitas petitum. Circa quos sermones, vt Erasmi censuram omittam, hoc solo nomine reijciendã, quòd ab Autore damnatæ apud Catholicos memoriæ prodierit, ac etiam censuram Theologorum Louaniensium, & ipsis sermonibus in recentioribus editionibus, & præsertim nouissimæ ex Officina Antonij Hierat Agrippinensis Bibliopolæ præfixam, quòd Ioannes Marquez cap. 8. §. 2. & 3. illam vtpotè à peruersis Censoribus, scilicèt Canonicis Regularibus Martinensibus factam calumniatur. *Qua peruersi*, inquit, *quidam censores illis suppositæ esse calumniantur.* Quasi censura Martini Lipsi, & Ioannis Mauburni Regularium Canonicorum à tota facultate Louaniensi diligenter examinata non fuerit, & communi calculo probata.

Profero Iudices non suspectos, & censores æquiores, simulq; doctiores, & mea opinione seueriores, Illustrissimos videlicèt Cardinales Baronium, & Bellarminum, quos cum ipse Marquez testes omni exceptione maiores ad Augustini monachatum probandum contra nos proferat, vti peruersos, & calumniatores contra se repellere non debet. Cardinalis Baronius tom. 4. sub anno 382. num. 26. hæc habet. *Sed contra ipsam eiusdem Hieronymi assertionem autor illorum sermonum, quos Augustino supposuit. & ad fratres in Eremo scripsit, quisquis ille fuerit, certè in hac parte nonnisi impostor dicendus, cum multorum mendaciorum sanctissimum, & doctissimum virum constituerit assertorem, vt in notis ad Romanum Martyrologium demonstrauimus, hic inquã, aduersus Hieronymi assertionem hæc habet. Legimus enim fratres charissimi Sanctum patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in Ecclesia S. Laurentij Martyris, &c. At quam perspicuè se detegit recentiorem autorem, cum ait, legimus?* Et sub anno 385. num. 12. *Caterum quis æquo animo ferat impostorum absurda mendacia, quibus tradiderunt Hieronymum muliebri indutum veste ab vrbe expulsum? sub Augustini falso nomine frigidus ille fictor ista commentus est, qui cum in aliis sermonibus multa deliria, vana, & fabulosa sub S. Patris nomine imprudenter effutiat, in eo ipso vbi ista somniat, qualia, quamue portentosa mendacia blateret, superiùs dictum est.* In notis quoque ad Romanum Martyrologium sub die quinta Ianuarij sub initium ita scribit, *Ex his omnibus luce clarius cognosces, cuius fidei sit sermo ille, qui nomine Augustini ad fratres de Eremo circumfertur, quem cum aliis schola Louaniensis in hac recentiori editione reiecit in angulum.* Hæc Baronius.

II. CArdinalis verò Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino in censura decimi tomi: *Sermones*, inquit, *ad fratres in Eremo videntur magna ex parte conficti: dixit enim autor illorum sermonum, Augustinum degisse in solitudine cum monachis, ibique ad eos sermones ipsos habuisse. At constat ex Possidio in vita Sancti Augustini, Augustinum post baptismum Mediolani susceptum reduisse in patriam ad propriam domum, & agros, ibique tres annos cum paucis amicis suis in commune vixisse; deinde factum presbyterum Hipponensem, monasterium habuisse intra ipsam Ecclesiam, ibique cum nonnullis vitam apostolicam duxisse, non vsque in Eremo, sed intra Vrbem denique factum Episcopum, cum clericis suis in domo Episcopali vitam communem egisse: de qua re extant duo sermones eius de communi vita clericorum, qui sunt inter sermones ad fratres in Eremo 52. & 53. qui duo sermones sine iudicio collocati inter sermones ad fratres in Eremo, arguunt, alios fictitios esse: inde enim intelligi potest, Sanctum Augustinum monachum quidem fuisse, sed non in solitudine cum Eremitis, sed in Ciuitate, & Episcopali domo cum clericis suis monasticam vitam duxisse. Addo, quòd inter sermones ad Fratres in Eremo multi sunt loci, & fabulosi, vt est sermo vigesimus quartus, in quo narratur Sanctum Hieronymum Cardinalem fuisse in Ecclesia Sancti Laurentij, & veste muliebri indutum irrisum à Romanis, quæ sunt omnia falsa, & conficta. Addo etiam, quòd phrasis horum sermonum excepto duobus de communi vita clericorum, qui verè sunt Augustini, est inepta, impropria, lutulenta, vt mirum sit potuisse eiusmodi sermones Sancto Augustino ab aliquo viro prudente tribui.* Hæc Bellarminus. Exeat nunc quis Madurus, vel Eremita, & dicat, hos duos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales peruersos censores, & calumniatores, quòd sermones ad Eremitas veros Augustini fœtus esse negent. Et ne existimentur hi præclarissimi viri sine cogente ratione in hunc modum de prædictis sermonibus censuisse, ad-

dam hic eorum rationes summatim perstrictas' quæ illorum animos ad eiusmodi fœtus adulterinos,à legitimis Augustini partubus excludendos adduxerunt.

III. PRima ratio sumpta est ex diuersitate phrasis, ac stili horum,& aliorum sermonum, & tractatuum, qui pro legitimis Augustini fœtibus ab omnibus agnoscuntur. Quam regulam ad veros cuiusque autoris fœtus ab adulterinis secernendos tradidit idem Augustinus lib. 33.contra Faustum Manichæum cap. 6. de quibusdam libris Hippocrati Medicorum principi falsò attributis loquens Nam si phrasis illorum sermonum cum aliorum sermonum, tractatuum, librorum, & operum eiusdem Augustini conferatur, toto cœlo istos ab illis distare videbis,adeò abiecta, lutulenta,& fœtulenta est, & barbarismis, ac solœcismis vbique locorum scatens. Accipe hic exempla paucissima de multis, vt intelligas, autorem illorum sermonum,nedum virum doctum nõ fuisse,qualem Augustinum scimus, sed ne quidem in grammaticis mediocriter rectiùs sufficienter versatum, & in regulis grammaticalibus turpiter peccantem. ser. 3 auaritiam Monachorum exaggerãs, inquit: *Nam mercandam in Mona. bo vsuram occultam existimamus*.Serm. 4. *Non erubescam episcopari* & infra, *fauoratus non mediocrem à prædicto Episcopo sene Valerio* Ser.15. *Quæstiones in diuinis, vos qui grossi estis multiplicare non debetis*;Serm.21. *Licèt fauoratus à sancto Episcopo Valerio*.Ser.36. *Studio asserere me in nullo mutatum fuisse,omnia contemnens,cuncta, quæ promiserant spernens, diuitias abhorrens &c*. Serm.39. *Segregaui vos à seculo isto maligno,& eduxi vos per singula Eremi loca,per speluncas,& cellas,vt veluti apostoli ipsi modico contenti pabulo demoretis*.Nota dictiones, mercantiam, fauoratus,episcopari, grossi estis, demoretis, & alias similes, quibus ij sermones vndique scatent,intelliges enim hunc autorem, aut Longobardum, aut Gallum semilatinum extra omnem dubitationem extitisse.

IV. NOn me latet Ioannem Marquex dupliciter huic rationi occurrere. Primò obijciendo nobis personarum, quibuscum Augustinus loquebatur,simplicitatem, & ruditatem, quorum non pauci literas, & præsertim linguam latinam prorsus ignorabant, quam ob causam ipsum Augustinum,vt illorum se captui aptaret, proprium stilum demittere cogebant Verum euasio est nullius momenti:nam aliud est phrasi demissa, simplici,& nuda vti,aliud est sermone barbaro, solœcismis,& erroribus scatente vti:quare etsi Augustinus ob illorum simplicitatem, quos alloquebatur,stilo demisso,& simplici vti debuisset, non tamen barbarismis: nam hoc nullus, nisi ignarus, quantumcunque demissa oratione vtens effecit. Deindè centenos,& millenos sermones ad populum Hipponensem habuit,in quo plebei, rudes, ignari,lanifices,fanij,portitores,& fa minæ numerabantur innumeri,nunquam tamen vt sese suorum auditorum captui accommodaret, eiusmodi barbarismis,& solœcismis vti consueuit,quemadmodum ex lectione tomi 8. 9 & 10. apparet. Non igitur ob audientium,sed propriam imperitiam hic autor sermone adeò barbaro vsus fuit. Præter quod esto nonnunquam Augustinus, vt se audientium captui accommodaret, orationis stilum demittere consueuerit, illius tamen demissio non in barbarismis adeò grossis, vt huius autoris vocabulo vtar, sita erat, sed in nouis quibusdam vocabulis fingendis, quæ à rudioribus facilius intelligi possent,cuiusce rei exemplum ipse ponit in expositione Psalmi 136.circa illa verba: *Non est circumcisum os meum à te,quod fecisti in occulto. Quod*,inquit,*vulgò dicitur ossum,latinè os dicitur,nam possemus hic putare os esse ab eo,quod sunt ora, non os corruptè ab eo, quod sunt ossa. Non est ergo absconditum*, inquit, *os meum à te,quod fecisti in abscondito,habeam in abscondito quoddam ossum, sic enim potius loquamur. Melius est vt reprehendant nos Grammatici,quàm vt non intelligant populi* Hunc stilum obseruauit Augustinus in eo præsertim libello de Agone Christiano, quem quia nonnullis idiotis,& in lingua latina minus versatis scripsit,stilo plano,& peruio vsus fuit, vt ipsemet lib. 2. Retractationum cap. 3 notauit, non tamen in toto illo libro,vel vnus barbarismus reperitur,vt hoc solo exemplo ab Augustino digito monstrato refugium Ioannis Marquez præcludi possit. Demum cum ad stilum demittendum nouis nominibus,aut verbis vti oportet, ea vocabula fingenda sunt,vel assumenda, quorum sit vsus familiaris apud populos, ad quos concionem habere volumus: alias quid proderit me in Italia Italos alloquentem nominibus Gallicis, Punicis,vel Teutonicis vti,vt me facilius populi intelligant? Ita si Augustinus ob audientium ruditatem stilum demittere,& vocabulis barbaris vti cogebatur,certè illis vocabulis vti debebat, quæ ipsi audientes familiaria habebant,non Longobardicis,aut Semigallicis,cuiusmodi sunt vocabula ista, mercantia,fauororari,episcopari,demorare,grossus,& similia,quæ nec punica sunt nec latina.

SEcundò, respondet. Augustinum nonnunquam coactum stilum demittere, ob temporis V. penuriam,& angustias, quòd sæpe sæpius contingeret illum primo mane concionari incipientem, in ipsa concione ab hora prandij deprehensum,vt ille ait sermo. 43. de Verbis Apostoli. Sed præter quod falsò imponit Augustino, illum dixisse in loco allegato, se primo mane concionari incipientem vsque ad horam prandij sermonem perduxisse,cum illius verba sint: *Suscepi hæc verba Apostoli adiuuante Domino exponere vestra charitati. Vacat nobis, mane tina cœpimus, hora prandij non vrget*. Quæ verba contrarium potius indicant. Hæc responsio difficultatem non tollit, nam esto in Ciuitate ad populum conciones habendo sermonem

nem aliquando vsque ad horam p
xisset,tamen hi sermones,qui in Ec
guntur,non adeò prolixi sunt, vt h
etiam dimidiæ interuallo quilibet i
modè expleri non potuisset. Deind
tati cum tot barbarismis, & inept
Augustinus sermonem præmeditari
qui disceret,vt ab erroribus caueret
dignè de tanto viro sentiunt,qui tal
missis nugis ad alia properemus.

VI. SEcunda ratio, quæ istos sermo
reddit, est, quia in illorum non
sententiæ ex lib.D.Gregorij Papæ,
rum etiam Augustino posteriorum
riuntur.Exempli gratia, sermone q
ferè capitulum ex lib. 13. Moralium
cap.35.exscribit, quod cum apud
periretur sub nomine Augustini ad
mo allegatũ cap.sciendũ 8.q. 1. Cor
goriani deleto nomine Augustini D.
stituerunt.sermone item vndecimo
sententiam inserit ex D. Gregorio
Euangelia acceptam,& aliam ex Isid
Summo bono cap.16. quas Correct
riani cap.1.& cap.Pœnitentiam, & c
Pœnit. dist. 3. deleto nomine Augus
autoribus reddiderunt.serm.item 24
vos enim Fratres charissimi Sanctum Hie
Quod etsi non dicat,ex quo libro leg
tamen ad ostendendum ipsum autore
conymo,tum Augustino posteriore
item vigesimoseptimo, meminit præc
di baculos in manibus,quod præcepti
rio IX. emanauit,quamuis Fr.Iordan
Gregorio huius nominis I. emanatu
tentiam nostram non infirmat, sed co
profectò cum ipsi Eremitæ ab eiusm
gestando se humiliter dispensari imp
indicio est, neque Augustinum, nec
sium de baculis gestandis aliquid stat

VII. ACcedit,quòd plerique dictorum
communes sunt declamationes
alicuius declamatoris in arte concio
sum exercentis, quæ ad Eremitas nil
cuiusmodi sunt exempli gratia sermo
aliud est nihil,nisi inuectiua in Clerico
cos,maledictis,& probris vndique s
mon.item 35.36.37.& 38.42.43.46
51.52.& 53.quorum duo posteriores
nes de communi vita Clericorum ac
Hipponensem habiti,nec cum Eremit
ne aliquid habent plus,quàm habeant
cibus olores,& tamen ineptè,& sine iu
sermones ad Eremitas locati, omnes al
suspectos reddunt, vt rectissimè Carc
larminus aduertit: vt planè videas no
sermone perperam D. Augustino adsc
veros reijci,quemadmodum iniustè Io
loco citato queritur: sed pro multis, q

nem aliquando vsque ad horam prandij protraxisset, tamen hi sermones, qui in Eremo habiti finguntur, non adeò prolixi sunt, vt horæ vnius, aut etiam dimidiæ interuallo quilibet ipsorum commodè expleri non potuisset. Deindè quid prolixitati cum tot barbarismis, & ineptijs? Egebatne Augustinus sermonem præmeditari, vt latinè loqui disceret, vt ab erroribus caueret? certè parum dignè de tanto viro sentiunt, qui talia sentiunt. sed missis nugis ad alia properemus.

VI. SEcunda ratio, quæ istos sermones suspectos reddit, est, quia in illorum nonnullis integræ sententiæ ex lib. D. Gregorij Papæ, Isidori, & aliorum etiam Augustino posteriorum insertæ reperiuntur. Exempli gratia, sermone quinto integrũ ferè capitulum ex lib. 13. Moralium D. Gregorij cap. 35. exscribit, quod cum apud Gratianum reperiretur sub nomine Augustini ad fratres in Eremo allegatũ cap. sciendũ 8. q. 1. Correctores Gregoriani deleto nomine Augustini D. Gregorio restituerunt. sermone item vndecimo aliam quandã sententiam inserit ex D. Gregorio homilia 4. in Euangelia acceptam, & aliam ex Isidoro lib. 2. de Summo bono cap. 16. quas Correctores Gregoriani cap. 1. & cap. Pœnitentiam, & cap. Irrisor de Pœnit. dist. 3. deleto nomine Augustini suis veris autoribus reddiderunt. serm. item 24. inquit, *Legimus enim Fratres charissimi Sanctum Hieronymũ, &c.* Quod etsi non dicat, ex quo libro legerit, sufficit tamen ad ostendendum ipsum autorem, tum Hieronymo, tum Augustino posteriorem esse. serm. item vigesimoseptimo, meminit præcepti portandi baculos in manibus, quod præceptum à Gregorio IX. emanauit, quamuis Fr. Iordanus dicat à B. Gregorio huius nominis I. emanatum, quod sententiam nostram non infirmat, sed confirmat. Et profectò cum ipsi Eremitæ ab eiusmodi baculo gestando se humiliter dispensari impetrauerint, indicio est, neque Augustinum, neque Ambrosium de baculis gestandis aliquid statuisse.

VII. ACcedit, quòd plerique dictorum sermonum communes sunt declamationes contra vitia alicuius declamatoris in arte concionandi scipsum exercentis, quæ ad Eremitas nihil spectant, cuiusmodi sunt exempli gratia sermo quintus, qui aliud est nihil, nisi inuectiua in Clericos Canonicos, maledictis, & probris vndique scatens. Sermon. item 35. 36. 37. & 38. 42. 43. 46. 47. 49. 50. 51. 52. & 53. quorum duo posteriores sunt sermones de communi vita Clericorum ad populum Hipponensem habiti, nec cum Eremitis commune aliquid habent plus, quàm habeant cum cornicibus olores, & tamen incptè, & sine iudicio inter sermones ad Eremitas locati, omnes alios meritò suspectos reddunt, vt rectissimè Cardinalis Bellarminus aduertit: vt planè videas non pro vno sermone perperam D. Augustino adscripto alios veros reijci, quemadmodum iniustè Io. Marquez loco citato queritur: sed pro multis, quos neque cum Augustino, neque cum Eremitis commune aliquid habere conuincimus, etiam veros, si fortè inter eos aliqui essent, meritò suspectos haberi.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

Iidem sermones examinantur sigillatim, & multiplicis erroris conuincuntur.

SVmma rationum, quibus dictorum sermonum falsitas probatur, hæc est, quia illorum plerique erroribus grauissimis, vel contra historiam, vel contra naturalem philosophiam, vel etiam contra rectam fidem icarent. Quod vt planum fiat, operæpretium erit, singulos, aut saltem præcipuos illorum sigillatim expendere, & errores in eis contentos in particulari demonstrare. sermone primo fingit illius autor, Augustinum vitam Eremiticam in nemore cum Eremitis ducentem, & Regulam Clericis scriptam illis adaptantem, contra veritatem historiæ à Possidio exaratæ dicentis, Augustinum post baptismũ in Africam ad patriam domum, & agros reuersum, ibi ferè triennio cum amicis in commune vixisse. Deindè factum Presbyterum, mox Episcopum in Ciuitate mansisse, nec vnquam in nemore vitam cum Eremitis duxisse. I.

Serm. quarto ait, Serpentes ad bibendum properantes, venenum ponere, ne aquam inficiant. Quod fabulosum, falsum, & ridiculum est, quasi timeant serpentes suo veneno necari, vel quasi possint venenum ponere, & non sit illis naturaliter inditum iuxta Poëticam sententiam Virgilij scribentis.

Ille malum virus serpentibus addidit atris,
Prædarique lupos iussit, pontumque moueri.

SErmone quintò ait, Beatum Augustinũ post suum ad Ciuitatem Hipponensem accessum, tria monasteria exstruxisse, primum in Eremo, secundum in horto Valerij, tertium in domo Episcopi, contra expressum testimonium Possidij cap. quarto, & ipsius Augustini sermone primo, de Communi vita Clericorum, scribentium, primũ Monasterium in horto Valerij extructum. In eodem sermone referens factum Ianuarij proprietarij, inquit, inuentos post eius mortem centum vndecim siclos, ab illo in pariete cellæ defossos, quos Augustinus cum illo sepeliri mandauit. Nihil tale dixit Augustinus in sermonibus de Communi vita Clericorum ea de causa editis, sed ex alio capite illum proprietarium mortuum deplorat. *Quia*, inquit, *testamentum fecit Presbyter, socius noster, nobiscum manens, de Ecclesia viuens, communem vitam pro-* II.

sirent, testamentum fecit, Virgines instituit. O dolor illius Societatis! Meminit etiam pecuniæ apud illum inuentæ. *Remansit*, inquit, *illi quædam pars pecuniæ, id est, argentum, quod diceret esse filiæ suæ. filia ipsius Deo propitio in monasterio fœminarum est.* & infra, *& quia infra annos erat, & de sua pecunia nihil facere poterat: quamuis ei fideremus fulgorem professionis, tamen lubricum timebamus ætatis.* Ecce quid factum sit de pecunijs apud Ianuarium inuentis, non in pariete defossis, sed palam seruatis, non cum illo sepultis, sed filiæ custoditis. Præterea nomen Sicli neque punicum, neque latinum, neque græcum est, sed hebraicum. Nec vnquam tale nomen ad pecunias numerandas in vsu fuit, & multò minus esse poterat apud simplices, & rudes Eremitas, quos Marquez etiam latinæ, nedum hebraicæ linguæ ignaros facit. *Stater*, inquit, Budæus lib. 4. de Asse, & partibus eius, *pondus est drachmorum quatuor, quod Hebræi siclum dicebant.* Demùm totus ille sermo aliud nihil est, nisi satyra quædam in Canonicos Clericos tot conuitijs, & probris onusta, & ornata, vt facilè suum autorem prodat, in ea præsertim elegantissima antithesi Canonicorum, & Eremitarum ab ipso autore his verbis facta. *Egredimini foras (scilicet vos Canonici) pergite ad fratres meos, discite ab eis, quia mites sunt, & humiles corde, pauperes spiritu, & filij obedientiæ. Egredimini foras, & quid estis, & quid ipsi sint, considerate vos volo. nunquid & vos estis, quales & ipsi sunt? Vos n. voratores estis, & ipsi summa sobrietate. Vos discursores Ciuitatis, & ipsi vsus hominũ fugiũt. Vos impudici, & ipsi casti. Vos derisores, & ipsi seruentissimi oratores. Vos pellibus cuniculorum, vel variorum ornati incedetis, & ipsi ouino colore nigerrimo, aspertimo induti sunt, præter ea, quæ intrinsecus latent. Vos deliciati pascis summè curatis, carnes varias affectantes, & ipsi postquam eremum intrauerunt, nunquam carnes sumpserunt. Vos vina electa, & inebriantia quæritis, & ipsi pauxillum aquæ recipiunt. Vos balthea militum mundo apparere desideratis, & ipsi zonis camelorum renibus succinctis more Eliæ, & Ioannis sunt decorati.* Hi honoris sunt titulj, quibus, si diuis placet, Sanctus Augustinus suos Clericos, quibus cum viuebat, & vsque ad finem huius vitæ mansit, multipliciter exornauit. Oratores illos, vagos, impudicos, derisores, vanos, epulones, vini potatores, ebriosos, & glorioſos vocans, quæ quantum conueniant cum ijs, quæ tum de Clericis cum Monachis in vniuersum comparatis, tum in specie de suis Clericis secum in monasterio degentibus scribit in epistola septuagesima sexta ad Aurelium Carthaginensem, & in sæpè citatis sermonibus de Communi vita Clericorum, vbi illos apud Populum Hipponensem miris encomijs extollit, legentes facilè iudicabunt. Omitto, quæ de pellibus cuniculorum, & variorum nebulo impudens fingit, à quo doceri vellem, an tempore B. Augustini apud Clericos Hipponenses essent in vsu cappæ Canonicales cum pellibus variorum, siue cuniculorum, & vnde hoc haberit?

Illud etiam non prætereundum, quod circa finem sermonis de Simpliciano verba faciens, ligurem illum vocat, scilicet homo rudis, & ignarus, nesciebat Simplicianum presbyterum Romanum fuisse, Romæ educatum, & Ambrosio Mediolanensi nuper ex laico ad Episcopatum assumpto veluti coadiutorem à Damaso Papa transmissum. illud tandem non ferendum, quo veluti portento ipso autore digno sermonem concludit, fingit impostor, Augustinum Episcopum suis Clericis offensum illos tempore Paschæ cum Ecclesia, & populo deseruisse, & ad eremum contendisse, ibique cum Eremitis non solum festa Paschalia, verùm etiam alios multos dies transegisse: eo nimirum tempore, quo probi quique Episcopi Deum timentes, & salutis animarum zelum habentes ad suas Ecclesias ex remotissimis etiam regionibus contendunt: negligentes verò edictis etiam Pontificijs accedere compelluntur.

III

SErmo vigesimus primus, qui est de triplici genere Monachorum multa falsa continet. Primò ait autor, se literas a Beato Hieronymo accepisse, in quibus de triplici genere monachorum Ægypti certiorem illum reddit. at ista epistola inter epistolas D. Augustini à B. Hieronymo scriptas nullatenus habetur: reperitur verò hæc narratio de triplici genere Monachorum Ægypti in Epistola ad Eustochium, vnde illam autor fine dubio accepit. Secundò ait, Simplicianum Augustino in Africam redeunti duodecim socios Eremitas ex suo monasterio dedisse, quos singulos ex nomine vocat. Verùm in tabulis Ecclesiæ Mediolanensis Simplicianus nunquam inter Eremitas numeratur, neque à Baronio, neque ab alio quouis probato autore. Neque Augustinus, qui in suis Confessionibus tum Simpliciani meminit, tum sociorum in Africam remeantium, istorum meminit: vt videas, hoc figmentum esse, sicut cætera omnia, quæ dicit de vita Eremitica Mediolani sub Simpliciano ducta. Tertiò inter illos duodecim socios recenset Proscholum illum pauperem, qui sæculo pecuniarum inuento Mediolani, pitacium publicè exposuit, vt qui pecuniam perdidisset, ad talem locum pergeret, ipsas recepturus, quem Vitalem nominat Contrarium habes ex eodem Augustino ser 21. de verbis Apostoli, & homil. 9. ex lib. quinquagintahomiliarum, vbi eandem rem narrans, hominis illius meminit vti non solùm facie, sed etiam nomine apud Afros penitùs ignoti *Dicam*, inquit, *quid fecerit homo quidam pauperrimus eo tempore, quo sanctus Ambrosius Mediolani erat Episcopus, &c.* Certè non dixisset, quid fecerit homo quidam, si illius nomẽ sciuisset, vel si ille inter suos Eremitas secum in illis partibus morantes extitisset: neq; enim iussũ videbatur, vt autor operis tã nec clari ex proprio etiam nomine notus nõ esset. Vi-

IV

rum ille homo quidam, qui sermonem sub mentito nomine Augustini finxit, vt falsæ narrationi fidem conciliaret, nomine à se conficto, Vitalem illum appellauit. Quartò, idem autor D. Augustino iactationem intolerabilem imponit, cum illũ in hunc modum suos Eremitas alloquentem inducit: *Sic enim videtis, quia ante me multi fuerunt Patres, quos sequi, & imitari debemus: non tamen sicut ego, secundum Apostolicam vitam alios viuere docuerint. Caput ergo, & principium omnium vestrum secundum Apostolicam vitam meipsum dicere non erubescam.* Quis audiuit talia horribilia? & quid docuerunt Marcus in ciuitate Alexandriæ, Antonius in Thebaida, Paulus, Hilarion, Pachomius, Magnus Basilius, Ambrosius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, Martinus Turonensis, & alij, ex quibus ipse Augustinus Apostolicæ vitæ normam didicit, si alios secundum vitam Apostolicam viuere non docuerunt? Quintò ait, quòd cum non sufficerent Augustino facultates propriæ ad monasterium construendum, beatus Valerius ex redditibus Ecclesiæ illum ad tam pium opus perficiendum iuuit. At non legerat impostor, Augustinum sermone primo de Communi vita clericorum dicentem, quãdo ad ciuitatem Hipponensem accessit, vbi etiam à populo apprehensus presbyter est ordinatus, & monasterium ædificare cœpit, se iam omnia bona sua vendidisse, & pauperibus erogasse: *Cœpi*, inquit, *iam proposito fratres colligere, compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam, imitantes me, vt quemadmodum ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui &c.*

IV. SErmone 24. inquit. *Legimus S. Patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in Ecclesia Sancti Laurentij martyris.* Verùm quisnam autor ante Augustinum hoc scripsit, vnde Augustinus hanc fabellam legere potuerit? Certè D. Hieronymus à Paulino Patriarcha Antiocheno Presbyter ordinatus fuit ætatis annorum triginta, post quam ordinationem venit Romam, & Damascum Papam in scribendis Epistolis triennio adiuuit. Deinde in Palæstinam reuersus, ibi vsque ad senium, & obitum vixit; sed nec ante aduentum suum Romam, nec post recessum, alicui titulo vnquam obligari se passus fuit, vt idemmet in Epistola 61. ad Ioannem Ierosolymitanum scribit, & ex illo Baronius tomo quarto, sub ann. 378. num. 66. & 67. & sub anno 382. nu. 26. notauit: quod solum sufficit ad ea omnia falsitatis conuincenda, quæ de Cardinalatu D. Hieronymi, tum hic autor, tum alij nonnulli, incerti tamen nominis scripserunt. Quanquam illi non D. Laurentij, sed S. Anastasiæ Cardinalem fuisse affirment, vt etiam ex hoc capite illorum falsitatem deprehendas. Præter quod si D. Hieronymus titulo sancti Laurentij, vel sanctæ Anastasiæ semel addictus fuit, quis eum ab illo titulo liberauit? semel namque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem constituto, proprium titulum relinquere, vt se in monasterium detrudat, & perpetuo ibi viuat, vius Ecclesiæ Romanæ non permittit. Secundò ait autor, B. Hieronymum, cum Romanos de auaritia, & fœtida luxuria grauius obiurgasset, ab eis veste muliebri indutum illusum fuisse. Hoc etiam ex quibus scripturis accepit? cum notissima sint gesta ipsius D. Hieronymi præsertim in Vita Romana. Tertiò inquit, Hieronymum Roma egressum cum Paula, & Eustochio, quas in fide Christi nutrierat, roganteillarum patre, sicut ipse Hieronymus Augustino per epistolam scripsit. Verùm ista epistola vbi inuenitur, cum tamen inueniantur aliæ à Hieronymo B. Augustino scriptæ? sed quomodo potuit Hieronymus Augustino scripsisse, cum Paula, & Eustochio illarum patre rogante se Roma discessisse, cùm ex eodem Hieronymo Eustochium sanctæ Paulæ filia fuerit, & non soror? Lege epistolam Hieronymi 27. ad Eustochiũ, in qua illam super morte ipsius sanctæ Paulæ matris consolatur.

SErmo 25. grauissimos errores continet. Primus, S. Cyprianum suum compatriotam vocat. Secundus, ait de eodem Cypriano: *Cui non omnibus compellor credere, quia per Spiritum sanctum aperiè locutus est.* An verò B. Augustinus Cypriano per omnia credere compulsus fuerit, & an D. Cyprianus omnia instinctu Spiritus sancti dixerit, vide illius errores ab Augustino notatos, licèt cum excusatione, & summa, quæ illius propria fuit modestia, in epistola 28. ad Hieronymum, sub finem, & Epistola 48. ad finem. & lib. 1 contra Cresconiũ Grammaticum cap. 32. & lib 2. cap. 32. & lib. 1. cõtra Donatistas cap. 18. & lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 4. & lib. 3. de Peccatorum meritis, & remissione cap. 5. & cui nota non est Cypriani sententia de rebaptizandis ijs, qui ab hæreticis essent baptizati? quos tamen errores dubium non est, B. Cyprianũ martyrio, & igne charitatis purgasse. Tertius error in eo, quod ait: *Sed scitote fratres mei, quod antiquitus fratres nostri fideles ieiunare consueuerunt in vigilijs magnarum solemnitatum vsque ad noctem, quod laudandum erat, & non bonum.* Vbi enim reperit, quod non esset bonum ieiunare vsque ad noctem? cum olim ieiunium quadragesimale vsque ad vesperas duraret: vnde & in Ecclesia vsus obtinuit, vt in quadragesima prius dicantur vesperæ, quàm prandeatur. cap. solent de Consecrat. dist. 1. Quartus error, ait hic autor, B. Ambrosium Mediolani instigante illius matre Monica nocturnas vigilias, quæ in Ecclesia à fidelibus agebantur, cessauisse ad tollendos ludos, & saltationes, quæ in Ecclesia fiebant, & quod solùm ieiunium mentis, & corporis cum eleemosyna Mediolanensis Ecclesia fidelibus reliquit. Lege Augustinũ lib. 9. Conf. c. 7. de vigilijs Ecclesiæ Mediolanensis, & videbis, illius matrem in eiusmodi vigilijs celebrandis potiores partes habuisse: *Excubabat*, inquit, *pia plebs in Ecclesia mori parata cum Episcopo suo seruo tuo. Vbi mater mea ancilla tua solicitudini, & vigilarum primas partes tenens, orationibus viuebat.* Sed quod caput est

V.

& nebulonis impudentis impostura retegit, vt videas non Ambrosium Monica instigante vigilias abstulisse, ad saltationes, & commensationes ab Ecclesia tollendas, sed potius Monicam Ambrosio corrigente abusum, quem ex Africa Mediolanum illa aduexerat, emendasse; vide eundem Augustinum lib. 6. Confess. c. 2. hæc de illa, & de vigilijs in Ecclesia Mediolanensi fieri consuetis scribentem: *Itaque cum ad memorias Sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes, & panem, & merum attulisset, & ab ostiario prohiberetur, vbi hoc Episcopum vetuisse cognouit, tam pie, & obedienter amplexa est, vt ipse miraret, quòd tam facilè accusatrix consuetudinis suæ, quâ discepta trix illius prohibitionis effecta sit.* Lege alia loca ex D. Ambrosio, & Augustino adnotata à Baronio in notis ad Martyrologium Romanum sub die 5. Ian. & videbis, temporibus beatorum Ambrosij, & Augustini, in Ecclesia Mediolanensi, & Africana non solùm non fuisse sublatas sacras vigilias nocturnas, propter choreas, vel alios abusus, vt potius contrarium prorsus acciderit, nimirum sublatis chorcis, & abusibus, qui irrepserant, ipsas vigilias per ea tempora sanctius, religiosius, & frequentius celebrari cœpisse.

VI. IN sermone 27. dicit Autor ex nomine Augustini, S. Ambrosium quando illum in Christo regenerauit declarasse sibi interroganti mysterium vestis nigræ, & zonæ pellicea & rasuræ capillorum capitis, innuens implicitè, se fuisse à B. Ambrosio veste nigra indutum & zona pellicea desuper cinctum, & in modum Clericorum in vertice capitis attonsum. contrarium ostendimus supra in censura sermonis sub nomine Ambrosij de baptismo Augustini, ex ipso Augustino, Ambrosio, & ex vsu Ecclesiæ. Ibidem ait ex persona Augustini: *Quando me regenerauit in Christo anno ætatis meæ 30.* Contrarium iam ostensum est pluries, & ex ipsomet Augustino, illum anno ætatis 33. adhuc Catechumenum extitisse: vt nulli dubium esse possit, hunc non esse sermonem Augustini.

In serm. 28. præter solitos barbarismos, cuiusmodi est ille: *Videbatur denique quibusdam, sicut fuit martyr ille sanctissimus, & Doctor Cyprianus, ante Petrum Iudam laudasse, volens Dominus præditum discipulum reuocare.* Inferius circa medium præcipit suis Eremitis senibus & debilibus, vt saltè diebus dominicis, & solennibus vinum, vel ceruisiam bibant. At Regio Africana vsum ceruisiæ non habet, cum maximè abundet vino, & egeat frumento. Videtur Autor Germano, vel Anglico, vel Belgico latinus, in quibus Regionibus frequens est vsus istius potationis.

VII. SErmone 37. Autor fingit, Augustinũ in Æthiopiam ad prædicandum Euangelium profectũ ibiq; monstra hominum varij generis vidisse, aliorum vnum tantum oculum in fronte habentium, aliorum sine capite oculos in pectore gestantium. lege ipsum Augustinum *lib.* 16. de Ciuitate Dei, cap. 8. de istis monstris differentem, an sint re vera in rerum natura, & an fuerint ex stirpe Adæ propagata: & tandem propositam quæstionem in hũc modum soluentem. *Quæritur etiam, vtrum ex filijs Noë vel potius ex illo vno homine vnde etiam ipsi exierunt, propagata esse credendum sit quædam monstruosa hominum genera, quæ gentium narrat historia, sicut perhibentur, quidam vnum habere oculum in fronte media, quibusdam plantas esse versus post crura, quibusdam vtrosque sexus esse naturam, & dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque alternis eiusdem gignere, & parere, aliis ea non esse, eosque per nares tantummodo suscepto, & emisso halitu viuere, alios statura esse cubitales, quos pigmæos à cubito Græci vocant, alibi quinquennes concipere feminas, & octauum annum non excedere. Item ferunt, esse gentem, vbi singula crura pedibus habent, nec poplitem flectunt, & sunt mirabilis celeritatis, quos sciopodas vocant, quòd per æstum in terra iacentes resupini, vmbra se pedum protegant, quosdam sine cervice, oculos habere in humeris, & cætera hominum, vel quasi hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musiuo picta sunt, ex libris deprompta velut curiosioru historia. Quid dicam de cino cephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias, quàm homines confitetur. Sed omnia genera hominum, quæ dicuntur esse, credere non est necesse, verùm quisquis vspiam nascitur homo.* Hæc Augustinus, ex quibus habes: vbi nam ille hæc monstra viderit, an in Æthiopia, an in libris historicorum, & in platea maritima Carthaginis. *Quæ gentium,* inquit, *narrat historia, sicut perhibentur quidam,* &c. *Item ferunt esse gentem,* &c. *& in maritima platea Carthaginis depicta, & ex libro deprompta velut curiosiorũ historia, & genera hominum, quæ dicuntur esse.* Quorum nullum se vidisse Augustinus fatetur, nec omisisset dicere, si vidisset in re, sicut non omisit dicere, quæ vidit in imagine, & in libris historicorum: & tamen quando libros illos scribebat septuagesimum ætatis suæ annum iam excesserat, vt ex lib. 18. cap. fin. habes, vt inde non possit Augustinum suam profectionem in Æthiopiam post scriptos libros de Ciuitate distulisse. Præter quod quis credat, Augustinum in tantis Africanæ Ecclesiæ necessitatibus, periculis, vexationibus, & persecutionibus hæreticorum suam Ecclesiam deserere voluisse, aut si profectus fuisset, Possidium, & alios eiusdem profectionis non meminisse?

In eodem sermone sæpius repetit, & inculcat nomen præbendæ ad sæcularium auaritiam exaggerandam, qui opulentas præbendas Ecclesiasticas suis procurant, vt ipsi cum vxore, & familia de bonis Ecclesiasticis gaudere valeant. Verum vbi erant præbendæ in Ecclesia Hipponensi, cuius Clerici Canonici in communi cum Episcopo viuebant, vt opus fuerit præcipere laicis, ne bona Hipponensis Ecclesiæ tangerent. addo vbietiam, & apud quem probatum autorem reperit impostor ineruditus, nomen præbendæ temporibus B. Augustini, & ducentis annis post Augustinum in vsu apud Catholicos fuisse de præbendis ecclesiasticis

sticis loquor, non enim me latet nomi
dæ antiquitus fuisse: at non erant tunc
ecclesiasticæ, quia Clerici Canonici v
communi, vel saltem bona Ecclesiaru
scopos dispensabantur, præbendæ ve
postquam Canonici ex regularibus sec
sunt, in Ecclesijs instituti cœperunt, v
Autor Rationalis diuinorum officior
passim animaduertunt. In eodem serm
non licere sacerdotibus manibus oper
zare, ferrum fabricare, & similia. Cont
tuit Concilium IV. Carthaginense, c
nus subscripsit. c. 51. 52. & 53. præcipier
clericis, vt quamuis docti aliquo artif
ctum pararent, videatur idem August
de Opere Monachorum. Sed Autor sa
tem indicat: Canones enim, qui facere
ercitia quædam viliora prohibent, rec
vt colligi potest ex Gratiano 91. dist.

VIII SErmone 48. inter alia portentosa
suo reditu in Africam loquens: *Ite
sumus Romam ad intuendum diligentius
dificia, & opera paganorum, & ductus sum
ad videndum cadauer Cæsaris in sepulchro,
omnino esset liuido colore ornatum, putredi
tum, ventrem eius dissuptum, & vermium
ternas transeuntes prospexi, duos, fumelu
colorum pascebantur, crines eius non adhær
dentes eius apparebant labijs consumptis, &
erat verum fundamentum. & intuens m
sticissimam dixi, vbinam est Cæsaris corpus
&c.* Hæc disertissimus, & facundissimus
quibus sanè præclarissimum suum in
pertè monstrat. Quod attinet ad Cæsa
puto etiam pueros, & vetulas non igno
igni combustum, cineresque in vrna re
tunc temporis moris erat, sed etsi dar
uer Cæsaris in sepulcro conditum fuisse
stolidus fuit, vt suadere posse putaret,
lud annis quadringentis, & amplius adh
bus pascendis aptum, aut bufonibus nu
adhuc limorem in cute retinuisse? inqu
idem fictor. *Cum essemus apud Ostia Tib
charitatis sociati, expectantes temporis t
tem, causa remeandi in Africam &c. compul
no Præfecto vrbi clarissimo, qui de Roma ad m
veneral, cum eodem iterum reuersi sumus
subiungit, se cum Matre Monica Rom
Tiberinis redijsse. Vtrum verò Beata M
Ostijs Tiberinis Romam redierit, legen
gustinum lib. 9. Confess. cap. 8. de suo re
fricam hæc scribentem. *Quærebamus, qu
nas vtilis haberet, seruientes tibi, pariter
in Africam, & cum apud Ostia Tiberina esset
defunctam.* Et cap. 10. *Imminente autem
hac vita erat exitura, & c. illic apud Ostia T
remoti à turbu post longi itineris laborem ins
nos nauigationi.* Ecce ille fuerat primus
aduentus ad Ostia Tiberina post longu

flicis loquor, non enim me latet nomen præbendæ antiquitus fuisse: at non erant tunc præbendæ ecclesiasticæ, quia Clerici Canonici viuebant in communi, vel saltem bona Ecclesiarum per Episcopos dispensabantur, præbendæ verò non nisi postquam Canonici ex regularibus seculares facti sunt, in Ecclesijs institui cœperunt, vt Abbas, & Autor Rationalis diuinorum officiorum, & alij passim animaduertunt. In eodem sermone inquit, non licere sacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum fabricare, & similia. Contrarium statuit Concilium IV. Carthaginense, cui Augustinus subscripsit. c. 51. 52. & 53. præcipiens omnibus clericis, vt quamuis docti aliquo artificio sibi victum pararent, videatur idem Augustinus in lib. de Opere Monachorum. Sed Autor satis se recentem indicat: Canones enim, qui sacerdotibus exercitia quædam viliora prohibent, recentes sunt, vt colligi potest ex Gratiano 91. dist.

VIII. SErmone 48. inter alia portentosa inquit, de suo reditu in Africam loquens: *iterum reuersi sumus Romam ad intuendum diligentius magnifica ædificia, & opera paganorum, & ductu sum cum cæteris ad videndum cadauer Cæsarii in sepulcro, & vidi, quod omninò esset liuido colore ornatum, putredine circumdatum, ventrem eius disruptum, & vermium per illum cæteras transeuntes prospexi, duos, famelicos in foueis oculorum pascebantur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebant labijs consumptis, & reuelatum erat naeuum fundamentum. & intuens matrem christianissimam dixi, vbinam est Cæsarij corpus præclarum? &c.* Hæc disertissimus, & facundissimus Orator in quibus sanè præclarissimum suum ingenium apertè monstrat. Quod attinet ad Cæsaris cadauer, puto etiam pueros, & vetulas non ignorare, illud igni combustum, cineresque in vrna repositos, vt tunc temporis moris erat, sed etsi daremus cadauer Cæsaris in sepulcro conditum fuisse, adeò ne stolidus fuit, vt suadere posse putaret, cadauer illud annis quadringentis, & amplius adhuc vermibus pascendis aptum, aut bufonibus nutriendis, & adhuc liuorem in cute retinuisse? inquit præterea idem fictor. *Cum essemus apud Ostia Tiberina matre charitatis sociati, expectantes temporis tranquillitatem, causa remeandi in Africam &c. compulsi à Pontiano Præfecto viro clarissimo, qui de Roma ad nos videndum venerat, cum eodem iterum reuersi sumus Romam.* Et subiungit, se cum Matre Monica Romæ ex Ostijs Tiberinis redijsse. Vtrum verò Beata Monica ex Ostijs Tiberinis Romam redierit, lege ipsum Augustinum lib. 9. Confess. cap. 8. de suo reditu in Africam hæc scribentem. *Quærebamus, quisnam locus nos vtilius haberet, seruientes tibi, pariter remeabamus in Africam. & cum apud Ostia Tiberina essemus, Mater defuncta est.* Et cap. 10. *Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura, & c. illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbu post longi itineris laborem instaurabamus nos nauigatione.* Ecce ille fuerat primus Augustini aduentus ad Ostia Tiberina post longum, & laboriosum iter. subdit inferius cap. 11. *Ad hæc quid responderim non satis recolo. Tum interea vix intra quinque dies, & non multo amplius decubuit febribus.* Et tãdem in fine capitis: *Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est.* Ex ijs conijce, an illa ex Ostijs Tiberinis eum Filio Romam redierit.

IX. SErmone 57. docet, sacerdotes proprium habentes, potestatem absoluendi à peccatis non habere. *Dicit iterum*, inquit, *Saluator noster inter cætera. Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Qui dicit omnibus, nihil proprium à suis discipulis possideri voluit. Qui quidquam possidet in terra, remotus est à disciplina Christi; quis autem non est discipulus Christi, quomodo præsumit sibi potestatem ligandi, & soluendi?* Hæc doctrina an sit tuta in fide, peritis in arte decernendum relinquitur. Hæc verò, & alia innumera, quibus hi sermones sunt exornati, satis ostendunt, quam graue præiudicium Sanctissimo Doctori, & Patri nostro inferamus, si partus hosce nimis certè impuros, & spurios, & tanto homine indignos, à legitima eius sobole proscindamus. Et vtrum Theologi Louanienses Censores peruersi extiterint, qui illos à veris Augustini fœtibus discretos in angulum reiecerunt.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

Rationes nonnullorum pro dictis sermonibus allatæ soluuntur.

VT nullus sit dubitandi locus, præfatos sermones ad Eremitas B. Augustino falsò, & per impostruram adscriptos, profcram nunc rationes, quibus illos Augustini esse legitimos fœtus, aliqui defendere nituntur. I.

Prima ratio est, quia pro talibus agniti sunt à viris omni fide dignis, quorum primus fuit D. Prosper Augustini coætaneus, ac etiam aliquo modo discipulus. Nam ille in libro Sententiarum ex Augustini libris excerptarum aliquas sententias ponit, quæ nonnisi in sermonibus ad Eremitas inueniri possunt. Eiusmodi sunt septuagesima prima, quæ accepta fuit ex sermonibus 30. & 70. tercentesima octuagesima octaua ex serm. 48. excepta. Secundus fuit Autor Cõmentarij in lib. Prouerbiorum Salomonis, qui nomine D. Hieronymi circumfertur, & communiter creditur fuisse Venerabilis Beda circa illa verba: *Hæ quoque sapientibus.* Qui Author refert distichon Augustini vulgatum

Quisquis amat dictis absentum carpere vitam,
Hanc mensam indignam noueris esse sibi.

Qui versus nonnihil inter sermones ad Eremitas, apud Augustinum reperiri possunt, & ex quibus necesse est Bedam illos accepisse, vt in annotationibus ad octauum tomum D. Hieronymi in principio Marianus Victorius Reatinus notauit. Tertius fuit Iuo Carnotensis in 3. p. Decreti cap. 177. vbi citat Augustini textum de Communi vita Clericorũ, sub titulo sermonis ad Eremitas. Quartus fuit B. Augustinus de Padua in 2. Quadragesimali ser. 6. in capite iciunij, qui citat sententiam ex sermone 10. Quintus fuit D. Bonauentura in Meditat. de vita Christi, vbi citat sententiam ex serm. 48. His addere possumus alios recentiores innumeros, fratrem Iordanum de Saxonia, Landulfum de Vita Christi, Bartholomæum Vrbinatem, Ferdinandum Episcopum Tarraconensem, Franciscum Petrarcham, Thomam Waldensem, Dionysium Carthusianum, fratrem Hieronymũ Romanum, Martinum Nauarrum, & alios infinitos ex recentioribus. Pro quibus omnibus sufficere potest vnus Ioannes Mauburnus Canonicus Regularis, & Abbas monasterij Liuriacensis in lib. cui titulus, Venatorium Canonici Ordinis lib 1. cap. 22. qui fatetur hos sermones repertos fuisse in libro cuiusdam Ioannis Capellani Sanctorũ Gerualij & Protasij, qui illos scripsit circa tempora Caroli Magni Regis Francorum.

Respondeo, nullum antiquorum ante annos quadringentos istorum sermonum meminisse, nedum pro veris Augustini sermonibus illos non agnouisse. Ad primum testimonium D. Prosperi, fatcor ipsum D. Prosperum Augustini coætaneũ, amicum, & illius doctrinæ de gratuita Dei Prædestinatione contra Pelagianos, & Semipelagianos acerrimum defensorem extitisse, necnon etiam Regularis vitæ Clericorum communiter viuentium ab Augustino reformatorum æmulatorem strenuum fuisse, quemadmodum ex illius epistolis ad Augustinum datis, & receptis, & ex libris de Vita contemplatiua, & ex epist. 1. Cælestini ad Episcopos Galliarum habes. Addo, illum ex operibus Augustini librum sententiarum excerpsisse, licèt hoc ex libri titulo non satis constet, quoniam dici potest, titulum non ab Autore, sed ab alijs præfixum: nam idẽ liber inter Opera Augustini tomo 3. absque nomine autoris reperitur, vbi etiam notatur, ipsum librum non ex solis sententijs Augustini, sed aliorum etiam Doctorum collectum. Verùm vt concedamus, illum ex libris Augustini excerptum, illud notandum, quod etiã in notis marginalibus eiusdem libri nuper impressi habetur, D. Prosperum non semper Augustini verba in suis sententijs posuisse, sed aliquando ipsa verba accepisse, aliquando verò sensum, non autem ipsa verba. Vnde ad eiusmodi sententias in Augustino inueniendas, necesse non est recurrere ad sermones ad Eremitas, quas si Marquez alibi reperire nesciuit, nihil ad nos attinet.

II. Ad secundum sumptum ex Commentario libri Prouerbiorum, quidquid sit de autore illius Commentarij, nego illud distichon alibi non reperiri, nisi in sermonibus ad Eremitas, & miror valde, Ioannem Marquez illud in vita B. Augustini à Possidio descripta non legisse. Sed hoc illis accidit, qui abijciunt aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, vt eant in viam Ægypti ad bibendum aquas turbidas: miror etiam illum ausum fuisse imponere Mariano Victorio, quòd dixerit, Bedam distichon ex serm. 26. ad Eremitas necessariò accepisse: nam solùm dicit, quòd reperitur in illo sermone, quod non detrecto, sed aliud hoc est.

Ad tertium testimonium sumptum ex Iuone Carnotensi, nego in antiquis Codicibus Iuonis haberi illum textum exceptum ex sermonibus ad Eremitas, cum textus ex quo ille est acceptus, sit sermo secundus de Communi vita Clericorum, qui neque de Eremitis agit, neque ad Eremitas est habitus. sed ad populum Hipponensem, sed qui sermonem illum cum antecedenti inter sermones ad Eremitas collocauit, quique Gratiani decretũ titulis, & notis sermonum ad Eremitas falsò respersit, librum etiam Iuonis illa nota marginali serm. 52. ad Eremitas inficere non timuit.

Ad alios omnes autores citatos, quia longanimis esset cantilena, velle sigillatim respondere vnica responsione dico, illos quadringentis circiter annis quo primum tempore hi sermones paulatim prodire in publicum cum ipsis Eremitis cœperunt, antiquiores non esse. Neque curasse de vero, vel falso titulo, quem ijdem sermones præferebant, sed sententias suo instituto accommodatas quemlibet excerpsisse ex dictis sermonibus sub eo titulo, quem præ manibus habebat, quod non sufficit ad probandum, illos verè ab Augustino editos. Addo etiam nonnullas sententias, quæ citantur ex sermonibus ad Eremitas, in veris Augustini libris reperiri, qualis est sententia illa à D. Antonio de Padua allegata. *Quod aurum ignis, quod lima ferro, hoc facit tribulatio homini iusto*, quæ sententia sub istis verbis non habetur in dicto serm. 10. ad fratres in Eremo, in sensu verò habetur non solùm ibi, sed alibi sæpius apud Augustinũ, & alios; est enim metaphora vulgaris adeò, vt nullus de fructu tribulationum differens, illa non vtatur. Illud non omittendum, falsò affirmari, hos sermones Bartholomæum Vrbinatem pro veris Augustini fœtibus agnoscere: nam vnum ex motiuis, propter quæ Censores Louanienses illos reijciũt, est, quod Bartholomæus Vrbinas vir alioqui doctus, & ex familia Eremitarum illos non agnoscit.

III. Vnus restat Ioannes Mauburnus, cuius tamen testimonium ad eorundem sermonum antiquitatem monstrandam parum iuuat, si verba illius ponderemus, quæ sunt ista. *Passim in fronte libri sermonum istorum inuenimus, quod isti sermones in abbatia S. Dionysij fuerunt comperti in quodam libro, a quodam presbytero Ioanne Capellano Ecclesiæ Sanctorũ*

Gerua-

Gerualij & Protharij tempore Regis Pipini

Cæterùm non dicit Mauburnus, verùm passim in fronte dictorum sermonum cum referentibus Censoribus Louani Mauburnus contra hos sermones ad E nomine D. Augustini confictos, & à C re Apostolico anno 1414. damnatos tos doctè, ac prolixè scripserit in eoder titulum fecit Venatorium Canonico larium, & vt probè rem assequaris, ad bes, aliud esse, Mauburnum dicere, pass in fronte istorum sermonum, quòd is in Abbatia S. Dionysij fuerunt inuen quodam Capellano tempore Regis Pi esse, Mauburnum dicere, verum esse h fronte istorum sermonũ passim inuen burnus primum asserit, secundum nega in fronte eorundem sermonum scripi illos in Abbatia S. Dionysij inuentos fc pore Pipini Regis, non conuincit, illo: pocis verè scriptos fuisse: alias conuinc los fuisse veros sermones D. Augustini sim reperiebantur in Decreto allegati, ne sermonum Augustini ad Eremitas illi Augustini de Communi vita Cleric tamen non obstantibus Censores Gre puncto titulo sermonum ad Eremita: titulis legitimis reddiderunt. Et vt ve emplo illustremus, en tibi exemplum tatione Christi à Venerabili Thoma K gulari Canonico editi, quem Constan tanus, vt suo cuidam conflicto Abbati sen, siue Gessen, siue de Gessate adscrib dum enim de vero autoris cognomine constitit, exemplũ produxit ex vetusta rum D. Benedicti Bibliotheca olim in S. Gratiani apud Castrum Aronæ ditio simæ familiæ Borromæorum, possea probationis Societatis Iesu acceptum, dicti Ioannis Gessen passim in fronte primi libri, sed etiam secundi, tertij, & notatum: & tamen ex confessione illius illuc tulerat, quique in humanis adhuc prehensum est, librum non ex antiqua rum bibliotheca adseruatũ, sed ex pat quando ad sumendum probationis ha accesserat, secum delatum: de qua re v hbellũ eruditissimi Doctoris Heribert ex Societate Iesu titulo Vindiciarum fium prænotatum.

IV. Secunda ratio pro eisdem sermoni gustino adscribendis, sumitur à M textu Gratiani in cap. si quid 14. q. 5. nus serm. 26. ad fratres in Eremo pro v ne Augustini recognouit: monet tamẽ quez, illum canonem non esse accepti 26. ad Eremitas, sed ex serm. 19. de ver li, quo in loco meminit Augustinus ill culi, qui Mediolani, cum sæculum p

Germany & Prothasy tempore Regis Pipini conscripto.

Cæterùm non dicit Mauburnus, verùm esse, quod passim in fronte dictorum sermonum inuenitur, cum referentibus Censoribus Louaniensibus, idē Mauburnus contra hos sermones ad Eremitas sub nomine D. Augustini confictos, & à Conseruatore Apostolico anno 1414. damnatos & reprobatos doctè, ac prolixè scripserit in eodem libro, cui titulum fecit Venatorium Canonicorum Regularium, & vt probè rem assequaris, aduertere debes, aliud esse, Mauburnum dicere, passim inueniri in fronte istorum sermonum, quòd isti sermones in Abbatia S. Dionysij fuerunt inuenti scripti à quodam Capellano tempore Regis Pipini: aliud esse, Mauburnum dicere, verum esse hoc, quod in fronte istorum sermonū passim inuenitur. Mauburnus primum asserit, secundum negat: nā quòd in fronte eorundem sermonum scriptum fuerit, illos in Abbatia S. Dionysij inuentos scriptos tempore Pipini Regis, non conuincit, illos tunc temporis verè scriptos fuisse: alias conuinceremus, illos fuisse veros sermones D. Augustini, quia passim reperiebantur in Decreto allegati, sub nomine sermonum Augustini ad Eremitas, sermones illi Augustini de Communi vita Clericorū, quibus tamen non obstantibus Censores Gregoriani, expuncto titulo sermonum ad Eremitas, suis illos titulis legitimis reddiderunt. Et vt veritatem exemplo illustremus, en tibi exemplum libri de Imitatione Christi à Venerabili Thoma Kempēsi Regulari Canonico editi, quem Constantinus Caietanus, vt suo cuidam commodo Abbati Ioanni Gersen, siue Gessen, siue de Geffate adscriberet, nondum enim de vero autoris cognomine apud illum constitit, exemplū produxit ex vetusta monachorum D. Benedicti Bibliotheca olim in monasterio S. Gratiani apud Castrum Aronę ditionis Illustrissimæ familiæ Borromæorum, postea verò domo probationis Societatis Iesu acceptum, cū nomine dicti Ioannis Geffen passim in fronte non solùm primi libri, sed etiam secundi, tertij, & quarti prænotatum: & tamen ex confessione illius, qui librū illuc tulerat, quique in humanis adhuc agebat, deprehensum est, librum non ex antiqua Monachorum bibliotheca adseruatū, sed ex paterna domo, quando ad sumendum probationis habitum illud accesserat, secum delatum: de qua re videre potes libellū eruditissimi Doctoris Heriberti Rosweidi ex Societate Iesu titulo Vindiciarum Kempensium prænotatum.

IV. Secunda ratio pro eisdem sermonibus D. Augustino adscribendis, sumitur à Marquez ex textu Gratiani in cap. si quid 14. q. 5. vbi Gratianus serm. 26. ad fratres in Eremo pro vero sermone Augustini recognouit: monet tamē idem Marquez, illum canonem non esse acceptum ex d. ser. 26. ad Eremitas, sed ex serm. 19. de verbis Apostoli, quo in loco meminit Augustinus illius pauperculi, qui Mediolani, cum sacculum pecunijs plenum reperisset, nec sciret, cui reddere deberet, pitacium publicè exposuit, vt qui sacculum perdidisset, ad talem locum iret, suam pecuniam signis datis accepturus. nam in dicto serm. 26. ad Fratres in Eremo, alterum casum similem, non tamen eūdem, narrat cuiusdam nomine Vitalis, qui similiter inuenta pecunia, & pari diligentia illius domino quæsito, & reperto, strenam ab illo per importunitatem acceptam in pauperes statim erogauit, licèt Paganus adhuc existeret, quo tempore tam pium, & laudabile opus patrauit. Huic rationi vt satisfaciam, si tamen ratio dici meretur, ingenuè fateor, quid ex eā concludere velit, me satis nondum intellexisse: nam si Gratianus illum canonem ex sermone ad Eremitas non accepit, quomodò illum sermonem pro vero Augustini fœtu recognouit? maximè cum dicat Marquez, alium casum in serm. 26. ad Eremitas, alium verò in serm. 19. de verbis Apostoli narratum, & à diuersis illatio legitimè fieri non possit. Nihilominus, quia in hoc suo qualicunque ratiocinio quædam falsa, nec ferenda pro veris venditat, primū animaduerto canonem illum neq; ex serm. 26. ad Eremitas, neque ex serm. 19. de verbis Apostoli acceptum, sed ex ser. 21. de verbis Apostoli, & ex homilia nona in lib. 50. homiliarum. Secundò dico falsum esse, diuersos esse casus, qui narrantur in d. serm. 26. & alijs locis proximè citatis. Nec iuuat nomina confingere, & imponere ad vnum ab altero distinguendū: nam quod ait Marquez, illum Vitalē Mediolani existentem sacculum pecuniæ inuenisse, & pauperculum fuisse, & hippodidascalum, & pitacium publicè exposuisse, & reddita pecunia strenā per importunitatem acceptam in pauperes statim erogasse, idem totidem verbis excepto nomine Vitalis, narrat Augustinus d. serm. 21. de verbis Apostoli, & homilia nona ex varijs. Et vt ex ipsomet autore sermonum ad Eremitas eundem esse, cuius Augustinus tacito nomine mentionem facit, & quem dictus Autor serm. ad Eremitas Vitalē vocat, aperte conuincamus, ecce tibi aliud testimonium ex serm. 21. ad Eremitas, vbi autor de eodem Vitali verba faciens inquit. *Et assumpto mecum Anastasio, Fabiano, Severo, &c. & Vitali pauperculo, qui pecuniæ sacculum apud Mediolanum inuenit, & non rapuit, de quo iam sermonem fecimus.* Nam si iste ille non est, cuius Augustinus in illis locis meminit, ostendant alium locum in libris Augustini, in quo de illo sermonem habuerit? nam serm. 26. ad fratres in Eremo posterior est: alibi verò de illo sermonem habuisse non inuenitur. Hinc habes, vnde mendacium aliud huius viri in pauperculum illum refutare possis, quo ait, illum quando tam pium opus fecit, non Christianum, sed paganum, Christiani tamen Grammatici hippodidascalum fuisse, & opus adeò præclarum non Christianæ religiositatis, sed Gentilitiæ, siue Paganicæ cuiusdam ciuilitatis, & generositatis effectum extitisse: cum contra dicat Augustinus, illum fuisse Christianum

Pagani

Pagani hominis proſcholum,& memorem diuinæ legis,pitacium propoſuiſſe, pecuniam reddidiſſe, & ſtrenam per importunitatem acceptam pauperibus ſtatim dediſſe. *Dicam*, inquit Auguſtinus, *quid fecerit pauperrimus homo,nobu apud Mediolanum conſtitutus,tam pauper vt proſcholus eſſet Grammatici, ſed planè Chriſtianus,quamuis ille eſſet Paganus Grammaticus,melior ad velum,quàm ad Cathedram.inuenit ſacculum,niſi fortè me numerus fallit,cum ſolidu fermè ducentu,memor legu propoſuit pitacium publicè,reddèdum ſciebat,ſed cui redderet ignorabat. Qui ſolidos perdidit,veniat ad locum illum, & quærat hominem illum.*

Sed replicat Marquez. ſi Auguſtinus illius ſermonis autor non fuit,quis autori poſt mille annos illius nomen reuelauit? id enim neque per diuinam reuelationem,neque ex traditione Africanæ Eccleſiæ ſcire potuit,quia caſus Mediolani contigerat,& non in Africa.Reſpondeo, ſupponit Autor pro verò id,de quo dubitatur,& abſolutè tanquam falſum negatur, illos ſermones in Africa habitos,& pauperculum illum proſcholum in Africa fuiſſe,& Vitalis nomen habuiſſe, quòd nos negamus. Quare ad diuinam reuelationem, vel Eccleſiæ traditionem recurrere opus non habemus,quæ veritatem,non figmenta docet. Quis ergo,inquit,hoc nomen autori reuelauit? Reſpondeo,illemet,qui reuelauit, Valerium Hipponenſem,& Ambroſium Mediolanenſem,Innocentiũ Papam,& Sigibertum Hiſtoricũ,epiſtolas, & ſermonem illum ſcripſiſſe,de quibus in cap.proximè antecedentibus dictum fuit:ille inquam,qui reuelauit,ſermones de communi vita clericorum cum ſermonibus ad Eremitas. ad fucum faciendum, ponere,textus Gratiani deprauare, Auguſtinum anno ætatis ſuæ trigeſimo baptizatum, poſt baptiſmum vno anno cum dimidio Mediolani cum Simpliciano Eremitã egiſſe, hic inquam ille fuit, qui hæc,& alia id genus plurima reuelauit. At, inquit, hoc non permittebat ſumma hominum illius temporis ſimplicitas, & ſinceritas Eremitarũ, qui ad Vrbes nondum acceſſerant, præſertim tẽporibus Pipini Regis Francorum, quibus hos libros inuentos conſtat illis enim temporibus neq; de antiquitate ordinis Eremitici,neque de Auguſtini monachatu ab vllo erudito,& fundato dubitabatur:vt ciuſmodi fictionibus opus nullo modo eſſet:nam contentiones,quæ nunc ſunt,heri natæ fuerunt,& ante annos ducentos, priuſquam excitarentur, ſermones ad Eremitas inter opera D. Auguſtini vagabantur.

Reſpondeo,quod ad ſimplicitatem priorum illorum temporum ſpectat,illud dicendum occurrit,quod Sapiens in lib. Eccleſiaſtes cap. 7. admonet dicens. *Ne dicas,quid putas cauſa eſt, quod priora tempora meliora fuere,quàm nunc ſunt? Stulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio.* Quod attinet ad vitæ ſinceritatem, & ſimplicitatem Eremitarum illorum temporum,qui ad Vrbes nondum acceſſerant, vt Sanctis Eremitis illorum temporum vera ſimplicitas,& ſanctitas illæſa remaneat, nihilominus homo ille,qui deſcendebat ad Ieruſalem in Iericho,nõ in Ciuitate,ſed in deſerto incidit in latrones. De Paulo quoque Eremitarum Principe D. Hieronymus in illius vita ſcribit ſpeluncam, in qua diu latuit,in deſerto poſitam,vbi pecuniæ adulterinæ cudi antiquitùs ſolebant. *Erant*, inquit, *prope eum montem haud pauca habitacula, in quibus ſtabra ærea incudes, & mallei,quibus pecuniæ olim ſignatæ vſitabantur. Hunc locum Ægyptiorum literæ ferunt fuiſſe officinam fuiſſe eo tempore, quo Cleopatra inuidaſt Antonius.* Et Saluator apud Matthæum 7. iubet cauere à falſis Prophetis,qui veniunt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.& quanquam falſiſſimum ſit illos ſermones Pipini Regis Francorum temporibus adinuentos, nam longè poſt illa tempora ex antris prodierũt tamen vt hoc daretur, quis illa Pipini tempora muniuit,vt nullus falſus,& fictus Chriſtianus etiã ex Eremitis tunc eſſet?fateor,per illa tempora, & vſque ad annum Chriſti 1150. de Auguſtini monachatu, vel de antiquitate ordinis Eremitarum S.Auguſtini nuncupatorum,nullatenus dubitatũ quia nullus de huiuſmodi rebus ſcripſerat,nedum non dubitauerat,nam de non entibus non eſt ſcientia. Vtrum autem fictio, quæ in dictis ſermonibus notatur, ſit peruerſitas, & vtrum Cenſores Louanienſes peruerſi calumniatores fuerint,quòd hos ſermones reiecerint in angulum, ſicut Marquez poſt ſuum Maturum ait, aliorum erit ex dictis iudicare.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

Liber de vita Eremitica, & alia quadam Epiſtola Auguſtino adſcripta,illius opera non eſſe comprobantur.

I. SExtus teſtis pro Auguſtini monachatu, & cucullæ Eremiticæ productus, eſt liber de Vita Eremitica ad ſororem, Auguſtino falsò adſcriptus, & inter illius opera primo tomo quandoque diuulgatus : licèt in dictis Auguſtini operibus Lutetiæ editis anno 1541.non reperiatur, & ſimiliter in nouiſſima impreſſione Colonienſi extra primum tomum in illius appendicem,cum prima & ſecunda Regula fuerit reiectus. Verum vt hunc teſtem falſitatis conuincamus,illum ad quæſtionem ponere opus non erit, cum qualis ſit,& haberi velit, libere ſine tormentis prodat.nam cap.14. idem Autor meminit Regulæ D.Benedicti, cap. 19. meminit eiuſdem D. Benedicti. *Beatus* inquit, *Benedictus iubram panu.& emi-*

cuiuscu potus concedit Monacho,quod nos in cationibus non negamus. capite verò 45.inq *dicim bona voluntate,vt ait quidam Sanctus gore.* Hæc autem ſunt verba D.Gregorij cis Romani.De hoc libro Cenſores Lo ita ſcribunt:*Librum hunc Auguſtini non eſſe multu,cap.19.meminit B.Benedicti cap.14.m gulæ B.Benedicti,cap.45.citat Gregorium R Pontificem,quantum opinor.Habet etiam voc dam B.Auguſtino incognita.* Cardinalis Be de eodem libro ſic ait:*Liber de Vita Eremit teſtæ eſſe Auguſtini,cum in eo nominentur Sa Benedictus,& Gregorius.*

II. SEptimus teſtis eſt epiſtola ſub nomi ſtini ad Clerum,& populum Hippon Eremo tranſmiſſa, cuius exemplum C in ſuo Defenſorio pag.9.ſic ponit. *Vnde quit,auctoritas eſt Auguſtini in epiſtola ad Clerum,& Populum Hipponenſem, vbi dicit nu fratribus Clero ſenioribus,& vniuerſæ pl nenſi,cum ſeruis in dilectione Chriſti Auguſti mino ſalutem, quam ſecundum, miſericordia m. Quoniam propter ſcelera inaudita,quæ no hus.Deo teſte,contra noſtram conſcientiam, tem perpetraſſu,ne participes vobiſcum eſſem à vobu elongaui,fugiens cum fratribus meis traducuntes ad vos redire volo, quouſque vos eſſe cogneuero.Charitas namque Chriſti,cui minem,quantum ad ſuam voluntatem perti cupimus,ideo tacere nobis non permittit. Si Clericu ſecundum Euangelicam veritatem lo nullatenus turbari debetis, niſi membrum Sa cupiatis.Deponatis igitur omnem immunditi nem abundantiam malitiæ,vt ſuſcipere poſſ verbum,quod poteſt ſaluare animas veſtras. S omnes fratres mei,quos tales inuẽni, quales u ſideraui.*

Circa hanc epiſtolam nihil de nouo puto,ſed ſufficere,illam ad lucem euex quæ diximus ſupra circa ſermonem qu Eremitas: nam in eodem argumento v ex eiſdem præcordijs eũdem fœtorem cos Canonicos eructat, & B. Auguſtin ſtore,mercenarium facit, qui videns lu contem, & oues rapientem, & diſperge miſſis ouibus fugiat in ſolitudinem:nec lupus famem explcuerit,ad oues redire

III. EIuſdem farinæ cenſendi ſunt alij nonnulli ab eodem Coriolano ad mæ partis eiuſdem libri relati,qui nequ mones ad Eremitas, nec inter alios D. ſermones reperiri poſſunt. Primus de A ne B.Mariæ Virginis,qui ſic incipit: *Eg eum,qui & loquor vobis &c.* Quem ſerm huc tuenis, & nondum ſacerdos ad ſu tas ſe habuiſſe fatetur.Hæc enim illius ex eodem Coriolano. *Vnde ergo tam ſ ſumpto,vt indoctus inter ſapientes, inuenis filius inter patres,leuita inter ſacerdotes au*

eminam potus concedit Monacho, quod nos inclusis delectationibus non negamus. capite verò 45. inquit. *Nihil ditius bona voluntate, vt ait quidam Sanctus, hanc largire.* Hæc autem sunt verba D. Gregorij Pontificis Romani. De hoc libro Censores Louanienses ita scribunt: *Librum hunc Augustini non esse constat ex multis, cap. 19. meminit B. Benedicti cap. 14. meminit Regulæ B. Benedicti, cap. 45. sitat Gregorium Romanorum Pontificem, quantum opinor. Habet etiam vocabula quædam B. Augustino incognita.* Cardinalis Bellarminus de eodem libro sic ait: *Liber de Vita Eremitica non potest esse Augustini, cum in eo nominentur Sancti Patres Benedictus, & Gregorius.*

II. SEptimus testis est epistola sub nomine Augustini ad Clerum, & populum Hipponensem, ex Eremo transmissa, cuius exemplum Coriolanus in suo Defensorio pag. 9. sic ponit. *Vndecima*, inquit, *auctoritas est Augustini in epistola ad Presbyteros, Clerum, & Populum Hipponensem, vbi dicit, dilectissimi fratribus Clero senioribus, & vniuersæ plebi Hipponensi, cum seruis in dilectione Christi Augustinus in Domino salutem, quam secundum misericordiam meremini. Quoniam propter scelera inaudita, quæ nouissimis diebus Deo teste, contra nostram conscientiam, & voluntatem perpetrastis, ne participes vobiscum essemus, meipsum à vobis elongaui, fugiens cum fratribus meis mansi in solitudine: nec ad vos redire volo, quousque vos emendatos esse cognouero. Charitas namque Christi, cui omnem hominem, quantum ad suam voluntatem pertinet, lucrari cupimus, adeo tacere nobis non permittit. Si autem vobis Clericis secundum Euangelicam veritatem locutus sum, nullatenus turbari debetis, nisi membrum Sathanæ fieri cupiatis. Deponatis igitur omnem immunditiam, & omnem abundantiam malitiæ, vt suscipere possitis insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Salutant vos omnes fratres mei, quos tales inuenit, quales inuenire desiderauit.*

Circa hanc epistolam nihil de nouo censendũ puto, sed sufficere, illam ad lucem euexisse. Vide, quæ diximus supra circa sermonem quintum ad Eremitas: nam in eodem argumento versatur, & ex eisdem præcordijs eundem fœtorem in Clericos Canonicos eructat, & B. Augustinum ex pastore, mercenarium facit, qui videns lupum venientem, & oues rapientem, & dispergentem, dimissis ouibus fugiat in solitudinem: nec prius quã lupus famem explecuerit, ad oues redire velit.

III. EIusdem farinæ censendi sunt alij sermones nonnulli ab eodem Coriolano ad finem primæ partis eiusdem libri relati, qui neque inter sermones ad Eremitas, nec inter alios D. Augustini sermones reperiri possunt. Primus de Assumptione B. Mariæ Virginis, qui sic incipit: *Ego puluis & cinis, qui & loquor vobis &c.* Quem sermonem adhuc iuuenis, & nondum sacerdos ad suos Eremitas se habuisse fatetur. Hæc enim illius sunt verba ex eodem Coriolano. *Vnde ergo tam superba præsumptio, vt indoctus inter sapientes, iuuenis inter senes, filius inter patres, laicus inter sacerdotes audeat proferre sermonem? contremisco de cætero elationis superbiæ, vt lutum de figulo &c.* Quæ verba suum autorem satis produnt: nam si autor huius sermonis iuuenis erat, & leuita, auditores verò sacerdotes, & senes, procul dubio autor dicti sermonis Augustinus nõ fuit, nec esse potuit: nam Augustinus vsque ad tempus sui presbyteratus, laicus cum laicis vixit, & repente à populo apprehensus per gradus omnes ordines breui tempore susceptit, nec in ordine leuitarum ministrauit. E contrario verò Eremitæ, cùm quibus vel ante presbyteratum, vel etiam in presbyteratu fingitur vixisse, laici erant, & non nisi ex dispensatione ad sacerdotium assumpti, nec omnes, sed pauci, nec antequam Augustinus factus esset presbyter, sed post illius presbyteratum, vt omnes Augustini monachatus assertores vnanimiter fatentur, ac præsertim Ioannis Marquez cap. 7. ferè per totum. Vnde Autor huius sermonis non potuit esse Augustinus, sicut illi, qui ex illius ore sermonem exceperunt Eremitæ ab Augustino instituti nullatenus esse potuerunt. Accedit, quòd sermo non solùm Augustini phasim non redolet, sed ex varijs fragmentis D. Ambrosij, & aliorum confarcinatus esse conuincitur: nam verba illa. *Quid nobilius Dei matre, quid splendidius ea, quam splendor Patris elegit, quid castius ea, quæ corpus sine contagione corporis generauit? Virgo quippe super omnes virgines fuit, non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli aubitu &c.* ex lib. Diui Ambrosij secundo de Virginibus acceptã nullus nescit: & qui nesciunt, legant Breuiarium Romanum in officio Conceptionis B. Mariæ Virginis in lectionibus secundi nocturni. Alia autem verba, quæ habet propè finem eiusdem capitis: *Experto fratres mei credite, Episcopus loquor coram Deo, & vobis, quia non mentior, longæ cedros Libani, magnos duces gregum, famosissimosque omni sanctitate ornatos sub hac peste cecidisse conspexi, de quorum casu non magis suspicabatur, vel tantum, quantum de Ambrosij, vel Hieronymi impudica turpitudine &c.* Accepta sunt ex quadam epistola, quæ temporibus Vincentij Beluacensis vagabatur sub nomine Augustini ad Archidiaconum Circensem, cuius ille meminit in Speculo morali lib. 3. dist. 5. par. 9. vbi luxuriæ vitium exaggerans, eandem autoritatem adducit, etsi à barbarie verborum, quibus ab autore huius sermonis fuit aspersa, magis purgãtam.

IV. ALter sermo est de Vita actiua, & contemplatiua ad presbyteros Hipponenses, incipit: *Legimus fratres charissimi, quòd Iacob duas vxores habuit, &c.* finis. *Saltem bona voluntate actiui esse debemus.* In eo sermone vocat fratres suos Eremitas solitarios, & segregatos à gentibus. Quod si verum esset, oporteret dicere, Augustinum Anachoritam fuisse, non Cœnobitã, contra quod Coriolanus, & Venerabiles Patres Eremitæ fatentur. Tertius sermo est de Moribus, & vita Clericorũ. incipit: *Nolite arbitrari fratres, quòd alienum sum-*

pserim

pserim exordium. sitis. *Senes enim, in quibus viget sapientia, & pueri, in quibus viget humilitas, amen.* In hoc sermone inter alia hæc scribit. *De forma viuendi habenũ regulam, quam in monte Pisano, prout potuimus, fratribus nostris primò diligenter condidimus iuxta Apostolicam formam.* Quæ verbo sola sufficiunt ad probandum, hunc sermonem Augustini nullatenus esse, cum Augustinus Eremitis in monte Pisano Regulas non dederit, sed nec dare potuerit, & Regula illa, quæ Eremitis in monte Pisano fingitur tradita, veluti spuria ab omnibus reijciatur.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

Testimonium ex sermone, siue epistola B. Petri Damiani S.R.E. Episcopi Cardinalis depromptum examinatur.

I. QVæsitum, illudq; non spernendum testimonium, in quo nõnulli magnum sibi præsidium constitutum esse putant, ad B. Augustini monachismũ probandum, est asserta autoritas B. Petri Damiani S. R. E. Cardinalis Episcopi Ostiensis, in quodam siue sermone, siue epistola ad vniuersos Clericos, & Canonicos. In quo sermone siue epistola (nondum enim satis constat, an sermo fuerit, an epistola) expresse affirmat, B. Augustinum monachum, non autem canonicum extitisse. *Sed quia, inquit, vnum periculosum est, obmutescere velle, introducimus & alios testes, Basilium scilicet, Athanasium, & B. Augustinum, necnon & Hieronymum. Sacræ Legis interpretem, Marianum quoque Rauennatem Episcopum, & Augustinum Anglorum Præsulem, quos nulli dubium est, monachos fuisse.* Producitur hic testis à Coriolano cap. 3. ad finem sub nomine B. Petri Damiani in sermone quodã, qui incipit. *Cunctis amantibus clericis omnes vnanimiter Monachi, &c.* Eadem verba sub nomine sermonis allegantur à Marquez cap. 5. §. 4. in princip. Cæterum Constantinus Caietanus in editione Romana operum B. Petri Damiani eundem sermonem inter epistolas huius autoris reiecit, & est in ordine vltima, in lib. 5. epistolarum B. Petri Damiani.

II. CIrca testimonium huius sermonis, siue epistolæ plura dici possent. Primò B. Petrũ Damiani nomine monachorum quoslibet regulariter viuentes comprehendere voluisse, & accepisse nomen monachi secundum latam significationẽ, prout extenditur etiam ad Clericos Regulares, quo pacto dubium non est, à plerisque grauissimis Autoribus, tum recentioribus, tum etiam vetustis hoc nomen vsurpatum. Verùm quia textus illius sermonis, siue epistolæ hanc interpretationem nõ sine aliqua violentia recipere videtur. Secũdo loco dici potest B. Petrum Damiani salua, quæ tanto viro debetur reuerentia, recipiendum non esse, vtpote monachũ, & causam monachorum contra Clericos agentem, quibus fortassis aliquantulum indignatus, quod monachos à ministerio Sacramentorum, & exercitio curæ animarum personarum sæcularium reijcere voluissent, eam epistolam scripsit ad probandum suos monachos æquè, vt clericos, & canonicos ad exercitium curæ animarum habiles esse, in qua nihilominus causa tractanda modum videtur aliqualiter excessisse, dum Sanctos Apostolos, & primos Ecclesiæ Fundatores nõ clericos, sed monachos fuisse dicit, illosque monachorum non Clericorum Canonicorum more vixisse, quod si de Clericis Regularibus, & communiter viuentibus intelligit, contra seipsum, & contra veritatem loquitur. Contra seipsum, nam in eodem lib. epistola 9. ad clericos Fanenses apertè dicit Canonicos, quos ibi docet esse solos clericos communiter viuentes, Apostolorum locum tenere, & officium in Ecclesia exercere. Contra veritatem verò, nam certissimum est, Clericos Canonicos ex illis primis clericis esse, qui à Sanctissimis Apostolis fuerunt instituti, & per B. Augustinum reformati, & illorum vitam imitari: id enim Summi Pontifices Vrbanus I. Clemens I. & exinde Paschalis II. Benedictus XII. Eugenius IV. Sixtus IV. & nouissimè Pius IV. conceptis verbis docuerunt. Si autem de clericis, siue canonicis sæcularibus proprium habentibus loquitur, nihil adnos, satis enim est, illum sub nomine Monachorũ etiam clericos regulares comprehendere, & sic eis illius testimonio non probatur, B. Augustinum Eremitam, vel Monachum fuisse, accepto nomine Monachi, vt significat personam regulariter viuentem, & à regulari clerico, è regione distinctam.

III. VErùm licèt possemus hoc pacto B. Petri Damiani testimonium interpretari, verior nihilominus responsio est, & mihi quidem verissima, & certissima, sermonem illum, siue epistolam B. Petri Damiani nullatenus esse, sed alicuius impostoris ad inuidiam contra clericos canonicos excitandam, & astu sermonibus, siue epistolis B. Petri Damiani iniectam, ad fidem sibi, & autoritatem apud rudes, & indoctos conciliandam, & quanquam ad fidem illi abrogandam sufficere posset, illam à Coriolano in Catalogo suorum testium productam, quos omnes falsos fuisse, & esse ex illorũ depositionibus conuincimus, non desunt nihilominus ad hoc probandum non solùm graues coniecturæ, verùm etiam euidentissimè rationes, quarum (vt omittamus stili, seu phrasis diuersitatem à communi stilo B. Petri Damiani, tùm quoad figuram dictionis, tùm etiam quoad vocabula quædam B. Petro Damiani minus familiarta) prima sumitur ex titulo ipsius sermonis, vel epistolæ: tum si sermo est, vbi (quæso) consueuit, vel Petrus Damiani,

IV. SEcunda ratio, quæ hanc epistolam Damiani non esse conuincit, hæc est, q huius epistolæ B. Petro Damiani contra Festissimè docet; nam autor epistolæ stat tio scribit *Cum constet à monachis non à c uniuersam Ecclesiam fundatam, & guberna diuersorum errorum cribratam. Apostoli namque & Seniores Ecclesiarum nostra, non vestro bant, vt Lucas Euangelista in Actibus Apost sert, & Philo diserti simus Iudæorum, &c.* Q terquàm quod est falsum, & verissimum los, & cæteros viuersalis Ecclesiæ fund rectores clericos, non autem monach quia monachi in primitiua Ecclesia ad dines non admittebantur, & Zosimus Pa qui cum illis dispensauit, vt ad sacros ord mouerentur: est etiam apertissimè con B. Petrum Damiani lib. 5. epist. 9. ad C

miani, vel alius declamator non ignarus hunc, vel similes titulos, suis sermonibus præmittere? *Cum illu amantibus Clericis, ac Canonicis omnes vnanimiter Monachi.* Nam tituli sermonum non ex personis, ad quas habentur, sed ex rebus, de quibus in illis agitur imponi consueuerunt. Sin autem epistola, cur B. Petrus Damiani suum nomen, sicut in cæteris omnibus epistolis non præmisit? Et cum titulus epistolæ sit: *Omnibus amantissimis Clericis, ac Canonicis omnes vnanimiter Monachi.* Vnde habes, autorem huius epistolæ fuisse B. Petrum Damianiꝰnam ego tibi asserenti non credam. Dices, quia inuenta fuit inter epistolas, vel inter sermones B. Petri Damiani: At hoc leue nimis est, quia dici potest, illam astu alicuius impostoris huius autoris epistolis, vel sermonibus iniectam. Verùm, vt hæc mittamus, ex duplici capite idem titulus falsitatis reuincitur. Primò ex illis verbis: *Cunctis amantissimis clericis, & canonicis*: nam verba epistolæ non ad omnes clericos, & canonicos diriguntur, sed ad pauciſſimos quosdam, qui dixerant, nõ esse communionem à Monachis recipiendam: alioquin non pro beato, sed pro valde temerario habendus esset, qui vnius, vel paucorum canonicorum errorem omnibus in vniuersum clericis, & canonicis imponere voluisset. Secundò ex alijs verbis: *Omnes vnanimiter Monachi.* nam quomodo potuerunt omnes monachi in ea epistola conscribenda consensum vnanimiter præstitisse, quorum maxima pars, an B. Petrus Damiani in mundo existeret fortassis ignorabat? & quamuis non ignorasset, ignorabat tamen causam, quæ autorem ad eiusmodi epistolam scribendam excitauit: Causa enim fuit, *Quia, inquit, quidam vestrorum ausus fuit temerario ore dicere, à monachu nullo modo communionem esse recipiendam: insuper etiam suscipientes excommunicauit, & in opprobrium nostrum, imo in condemnationem suam, & illorum ne communicare præcepit.* Certè istud factum pauci monachorum sciuerunt, quanam igitur specie veritatis dici potest in titulo epistolæ: *Omnes vnanimiter monachi?*

IV. SEcunda ratio, quæ hanc epistolam Petri Damiani non esse conuincit, hæc est, quia Autor huius epistolæ B. Petro Damiani contraria manifestissimè docet; nam autor epistolæ statim in initio scribit *Cum constet à monachis non à canonicis vniuersalem Ecclesiam fundatam, & gubernatam, & à diuersi errore cribratam. Apostoli namque Fundatores, & Rectores Ecclesiarum nostra, non vestro more viuebant, vt Lucas Euangelista in Actibus Apostolorum refert, & Philo disertissimus iudæorum, &c.* Quod præterquam quod est falsum, & verissimum Apostolos, & cæteros vniuersalis Ecclesiæ fundatores, & rectores clericos, non autem monachos fuisse, quia monachi in primitiua Ecclesia ad sacros ordines non admittebantur, & Zosimus Papa I. fuit, qui cum illis dispensauit, vt ad sacros ordines promouerentur: est etiam apertissimè contra ipsum B. Petrum Damiani lib. 5. epist. 9. ad Canonicos Fanenses scripta, in qua illos ad communem vitam, & normam Clericorum primitiuæ Ecclesiæ reuocare studens, primo exempla Israelitarum antiquæ legis Mosaicæ, qui clericos legis Euangelicæ præfigurabant, mox ipsos Apostolos Clericos, & cæteros fideles ipsius primitiuæ Ecclesiæ illis ob oculos ponit, ostendens canonicos, qui propria habere volunt, nec communem vitam cum cæteris tenere, nec nomen canonicorum mereri, nec etiam primitiuæ Ecclesiæ clericos imitari. *Volunt, inquit, canonicum hoc est regulare nomen habere, sed non regulariter viuere. Enimuerò non est hæc primitiua Ecclesiæ forma, satis exorbitat ab institutione Apostolica disciplinæ, &c.* Et tandem concludit clericos canonicos Sanctorum Apostolorum, & septuaginta discipulorum locum in Ecclesia tenere. Vnde etiam argumentum sumit, ad suadendum, vt quorum officium gerunt, illorum mores imitari studeant. *Quapropter, inquit, obsecrò sanctitatem vestram Charissimi, expulso Pharisæorum fermento, natiuitatis vestræ domos cum Abraham Patriarcha relinquite, in vno vos cœnaculo cum Apostolis apud Ecclesiam congregata, propria quaque cum Barnaba, & Stephano veris fulciet renunciatoribus in commune conferte, vt in fine æterna vos vnanimitatè viuentes Spiritus sanctus mereatur inuisere. Vos enim sal terræ. Sed sicut veritas dixit, si sal euanuerit, in quo condietur? Exiguo quippe salis multa dulcescunt, & parua clericorum numero totius Christianæ plebis eruditur, & instruitur multitudo. Sicut enim Episcopi duodecim Apostolorum vicariantur obtinere principatum vita & Sacerdotes Ecclesiæ septuaginta discipulorum ordinem representant.* Et infra. *Cur itaque hæc in Ecclesia legimus, nisi hæc ipsa, quæ leguntur operibus impleamus? præsertim vij, qui per successionum vicissitudines temporum, eorum fungimur officio, eorum procul dubio nos esse est conuersentur exemplo.* Ecce tibi ex sententia B. Petri Damiani, quinam sint in Ecclesia veri Apostolorum, & discipulorũ successores, eorum officio fungentes, illorum vitæ imitatores, ipsi videlicet canonici, id est clerici regulariter, & communiter viuentes, vt vel hoc solo testimonio Autor eius epistolæ turpis impostura meritò conuincatur. lege ipsum Petrum Damiani lib. 2. epist. 10. ad Petrum Archipresbyterum Canonicæ Lateranẽsis, vbi vocat Ordinem Clericorum Principes, qui tenent Ecclesiæ Principatum, & loquebatur ibi de Conuentu Lateranensi, qui erat clericorum canonicorum, sicut verba epistolæ secundum lectionem, qua Baronius tom. 11. sub ann. 1064. nu. 6. vtitur, satis apertè ostendunt, dum ait: *Porro autem, quia sanctæ conuentus Rector ipse institutus es, noli dissimulare culpam.* Licèt Constantinus Caietanus in editione Romana operum Petri Damiani verba immutauerit, fortassis ne institutum Clericorum Canonicorum tunc temporis Laterani degentium agnosceretur.

V. TErtia ratio adhuc magis efficax sumitur ex illis verbis epistolæ: *Manifestè ostendimus antecessoribus vestris præ omnibus clericis hæc sacra-*

menta licitum fuisse contingere, & dispensare, sicut in vita Beati Martini legitur, quod de vino à quodam Anachorita consecrato à maximo, & venerabilibus viris pro benedictione spectabatur. Ante cuius fores sæpe, & Episcopi, & Comites benedictionis gratia pernoctarunt. Quæ verba præter barbariem à stilo Petri Damiani prorsus alienam, quæ sensum Autoris vix, ac ne vix quidem intelligere permittit, dum ait, *quod de vino à quodam Anachorita consecrato, à maximo, & venerabilibus viris pro benedictione spectabatur*, manifestum errorem continent in eo, quod ait licitum fuisse monachis præ omnibus clericis Sacramenta contingere, & dispensare. Certum namque est, quod monachi per ducentos ac ferè trecentos annos ad sacros ordines non fuerunt admissi: & postquam ex dispensatione Apostolica permissum est, vt possint ordinari, semper tamen interdictum illis fuit, Sacramenta populis ministrare, saltem generaliter loquendo. Vide Canonem Concilij Niceni relatum à Gratiano in cap. 1. 16. quæst. 1. Et quanquam nonnulli Pontifices, præsertim D. Gregorius, dispensauerint, vt pro Ecclesiarum necessitate possent monachi sacerdotes Sacramenta populis ministrare: nihilominus illa dispensatio reuocata est per Summos Pontifices tempore ipsius Petri Damiani, quorum canones vide in cap. iuxta Calcedonensis, & cap. peruenit, & cap. interdicimus. eadem causa, & quæstione, cum alijs Eugenij Papæ, & Concilij Calcedonensis ibidem relatis, quos verisimile non est ignorasse virum doctissimum, qualis B. Petrus Damiani extitit.

Quarta ratio sumitur ex alijs verbis paulò superius positis: *Contra vos itaque multum conqueri-mur, quia quidam vestrorum ausu fuit temerario ore dicere monachis nullo modo communionem esse recipiendam, insuper etiam suscipientes excommunicauit, & in opprobrium nostrum, imo in condemnationem suã, & illorum recommunicare præcepit.* Et paulò post. *Et patenter ostendimus, eum in rebaptizatorum secta miserabiliter corruisse.* Quæ verba triplicem grauissimã ignorantiam præ se ferunt. Prima est, quia dicit canonicum illum coegisse eos, qui à monachis communionem accepissent, iterum communicare in suam, & illorum damnationẽ: nam quod ad laicos spectat, qui semel a monachis communionem acceperunt, iterum à suo Parocho Eucharistiã sumere, nullum peccatum est, propter quod damnationem incurrant, imò opus laudabile, & meritorium ab omnibus putatur. Quod autem ad ipsum canonicum spectat, quis nesciat, Parochos suos subditos cogere posse, etiam si ab alijs communionem acceperint, saltem tempore Paschatis in propria Ecclesia communionẽ accipere, & inobedientes pœnis Ecclesiasticis compellere? cum is fuerit vsus antiquissimus Ecclesiæ, nostro etiam seculo seruatus: & cum expresè, & sub pœna excommunicationis interdictũ sit monachis Sacramentum Eucharistiæ tempore Paschatis sæcularibus, qui non sunt de illorum familijs, aut parochijs ministrare, vt habes in Clemen. 1. de Priuilegijs. Secunda ignorantia est, cum ait, canonicum illum, qui suos parochianos compulit ad iterum accipiendum Sacramentum Eucharistiæ, in sectã rebaptizatorum incidisse. Nam secta rebaptizatorum nulla extitit: fuit autem secta Hæreticorum rebaptizantium, sed rebaptizantem cum rebaptizato confundere, stultitia est: potuit enim absque esse rebaptizatus, nec tamẽ sectæ rebaptizantium communicare, v. g. paruuli, vsum rationis nondũ adepti. Tertia verò ignorantia intolerabilis est asserere, parochũ, qui suos subditos Eucharistiam à monachis sumentes in propria parochia iterum communicare præcepit, incidisse in sectam, vel hæresim rebaptizantium: illi enim pro hæreticis habebantur, quòd Sacramentum non iterabile iterabant, & quia extra propriam Ecclesiam vera sacramenta non confici credebant, quorum neutrũ canonicus ille docuerat. Nam Sacramentum Eucharistiæ esse iterabile, nullus nescit: neque dubitari potest, verum sacramentum sumi etiamsi minùs dignè illud recipiatur.

Sed aliam adhuc grauiorem ignorantiam in vltimis verbis epistolæ Autor illius prodit, cum ait: *Quod enim sua peccata nullatenus volent purgare, quomodo possunt aliena dimittere?* Quibus verbis videtur errori Ioannis Wicleffi, & Ioannis Hus per Concilium Constantiense damnato subscribere, quòd sacerdos in mortali peccato existens potestatem soluendi, & ligandi amittat, vel quòd nulla sint Sacramenta à malis sacerdotibus ab Ecclesia toleratis tributa, qui est error manifestus, & damnatus. Adde locutionum improprietates, quibus Autor passim in epistola vtitur, vt exempli gratia cum in principio epistolæ pro verbo dignamini ponit, digni estis: *Mirum quidem fratres charissimi, si ego ista audire, miramur.* Et infra pro secta rebaptizantium ponit sectam rebaptizatorum: *Et patenter ostendimus, eum in rebaptizatorum sectam miserabiliter corruisse.* Et cum pro licitum ponit licita: *Hæc Sacramenta licita fuisse contingere.* Et cum pro deliberabatur ponit spectabatur: *Et de vino à quodam Anachorita consecrato à maximo, & venerabilibus viris pro benedictione spectabatur.* Et cum pro benedicto ponit consecrato ibidem: *Et de vino à quodam Eremita consecrato* Et alia similia, quæ si Constantinus Caietanus vir alioqui doctus, & emunctæ naris animaduertisset, mihi dubium non est, quin eiusmodi epistolam à legitimis B. Petri Damiani fœtibus longè proiecisset: sed de Petro Damiani plura in secundo Libro dicemus.

CAPVT TRIGESI
QVINTVM.

Loca nonnulla indicant Ioannes Marquez in Origine Fratrum Ere pro Augustini monach struendo, aut falsò, aut ram ex Augustino, Autoribus allegauit.

Vm semel cœptũ testes pro Augu chatu adstruẽdo non abs re fuerit monia ex veris qui batis Autoribus, sc sò, ac in sensu pla

à nõnullis recẽtioribus cõfidenter alle legentibus monstrare: ne vel ad creden faciles, vel labori parcere volentes, in iudicium veritatis facilè decipiantur, & pite notabimus loca, quæ Ioannes Ma gauit in suo libro de Origine Fratrum rum, in sequentibus de falsò allegatis de Angelis, & à Fratre Cornelio La suis libris de Vita, & Laudibus Augu dicturi.

Ioannes Marquez in dicto libro Fratrum Eremitarum, vel ob imperi nuensium, quorum opera in libro exsc sus est, vel quòd laboribus in autorit ctorum ex proprijs fontibus excipien nimis voluit, non solùm multa ex libri ni, & Pauli Bergomensis, & similium liter allegata collegit: verùm etiam alia ex probatis, & prisci autoribus allegau eorum libris quæ fieris, aut nullatenus r in sensu planè contrario à vero, & legiti Autoribus intento magnã confident Neque verò omnia perperam in dicto gata hic notanda sumimus: sed solũ aliq tis, quibus inspectis difficilè non erit de dicare. Capite quinto, §. 3. pag. 48 in nomina Monachi, & Clerici, siue Cano laris sunt incompossibilia: allegat Basili in libro Indultorum Canonicorum R Lateranensium, pag. 451. § poterat, &c Molanum libro primo de Canonicis c Basilius Sirenius, siue potius Zacharias ibi allegatus, solùm dicit, quòd Canon res vocantur Clerici, & illorum domus Ioannes verò Molanus tum dicto cap. mediatè præcedenti contrarium long probat. Ecce tibi illius verba fideliter *Ista autem*, inquit, *ex superioribus discam*

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

Loca nonnulla indicantur, quæ Ioannes Marquez in libro de Origine Fratrum Eremitarũ pro Augustini monachatu adstruendo, aut falsò, aut perperam ex Augustino, & alijs Autoribus allegauit.

I. CVm semel cœptũ fuerit falsos testes pro Augustini monachatu adstruẽdo examinare, non absre fuerit aliqua testimonia exveris quidẽ, & probatis Autoribus, sed tamẽ falsò, ac in sensu planè cõtrario à nõnullis recẽtioribus cõsidenter allegata, digito legentibus monstrare: ne vel ad credendum nimis faciles, vel labori parcere volentes, in magnũ præiudicium veritatis facilè decipiantur. & in hoc capite notabimus loca, quæ Ioannes Marquez allegauit in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum, in sequentibus de falsò allegatis à Ludouico de Angelis, & à Fratre Cornelio Lancillotto in suis libris de Vita, & Laudibus Augustini aliqua dicturi.

Ioannes Marquez in dicto libro de Origine Fratrum Eremitarum, vel ob imperitiam amanuensium, quorum opera in libro exscribendo vsus est, vel quòd laboribus in autoritatibus Doctorum ex proprijs fontibus excipiendis parcere nimis voluit, non solùm multa ex libris Coriolani, & Pauli Bergomensis, & similium minus fideliter allegata collegit: verùm etiam alia quamplura ex probatis, & priscis autoribus allegauit, quæ si in eorum libris quæsierit, aut nullatenus reperies, aut in sensu planè contrario à vero, & legitimo, & ab Autoribus intento magnà confidentia allegata Neque verò omnia perperam in dicto libro allegata hic notanda sumimus: sed solũ aliqua de multis, quibus inspectis difficilè non erit de cæteris iudicare. Capite quinto, §. 3. pag. 48 inquit, quòd nomina Monachi, & Clerici, siue Canonici Regularis sunt incompossibilia: allegat Basilium Sirenũ in libro Indultorum Canonicorum Regularium Lateranensium, pag. 451. § poterat, &c. Ioannem Molanum libro primo de Canonicis cap. 12. At Basilius Sirenius, siue potius Zacharias Ferrerius ibi allegatus, solùm dicit, quòd Canonici regulares vocantur Clerici, & illorum domus Canonicę. Ioannes verò Molanus tum dicto cap. tum in immediatè præcedenti contrarium longo discursu probat. Ecce tibi illius verba fideliter exscripta: *Etsi autem* inquit, *ex superioribus discamus Episcopalem domum Hipponensis Ecclesiæ non tantum fuisse sub Augustino domicilium, & cœnobium canonicorum, sed etiam proprij nominis monasterium, eo quòd clerici eius domestici non tantùm canonicam, sed etiam monasticam vitam sub eius regula, & obedientia profitebantur: attamen in eius quoque Episcopatu, & sub ipso Episcopo notabile fuit inter clericos, seu canonicos distinctio &c.* Ex quibus concludit cap. duodecimo, post Archidiaconum in cap. quæsitum, 1 quæstione 3. olim in Gallia omnes Cathedrales monasteria nuncupatas.

Ibidem dicit, canonicos regulares necessariò ferre oportere birretum clericale: allegat textum in cap. mandamus, 19. quæst. 3. & Cardinalẽ Bellarminum libro secundo de Monachis, cap. 40. lege totum illud caput, & Cardinalem Bellarminũ, ac etiam totum Decretum, & omnes libros Cardinalis Bellarmini, fortè nihil tale in ijs libris reperies. Hoc certum, in locis allegatis minimè reperiri.

Eodem cap. 5. §. 4. pag. 50. colum. 2. & cap. 7. §. 3. pag. 87. docet, textum in cap. insinuante. Qui clerici, vel vouentes, de Fratribus Eremitis Augustinianis necessariò intelligi debere. Allegat pro hac sententia Azorium tomo primo Institutionum Moralium libro duodecimo, cap. vigesimo tertio, quæstione quinta. lege textum Azorij, & videbis, illam opinionem, & dicta Eremitarum ibi solummodo referre, & in quæstione immediatè præcedenti apertè dicere, non fieri mentionem Eremitarum Augustinensium in toto libro Decreti, & Decretalium.

Eodem cap. 5. §. 5. pag. 51. colum. 1. ad probandum, quòd B. Augustinus fuerit Autor monachorum, citat testimonium Cardinalis Bellarmini lib. 2. de Monachis cap. 40. lege eundem Autorẽ cap. 8. §. 4. docentem Bellarminum contrarium tenere, sicut reuera tenet, & colligitur ex illius censura in sermones ad Eremitas.

II. EOdem cap. 5. §. 5. pag. 52. colum. 2. dicit constare, quòd Alipius fuerit Eremita Augustinianus: allegat textum Augustini in 8. Confess. cap. 12. lege totum illud caput, & totum librum, & omnes Augustini libros, nihil tale inuenies. Dicet, Augustinus vocat Alipium fratrem suum, & Frater scribitur cum litera maiuscula. Respondeo, nimis numerosus esset Ordo Eremitarum, si omnes, quos Augustinus fratres vocat, essent Eremitæ Augustinenses: nimis etiam facilis esset modus propagandi eremitas, si mutata vna litera de minuscula in maiusculam statim fierent Eremitæ. Quid enim si ego sublata litera maiuscula minusculum ponerem?

Ibidem pag 53. colum. 1. docet, quando Augustinus presbyter factus est, multis ex suis fratribus eremitis illius ordinationi præsentes fuisse, qui cum cum lacrymas fundentem viderent, quibus poterant verbis consolati sunt: allegat epistolam Augustini 148. lege illam epistolam, de fratri-

bus eremitis ne tota vnum inuenies. qui verò fuerint fratres illi, de quibus Augustinus loquitur, lege Possidium cap. 4. expresè dicentem illos fuisse laicos plebis Hipponensis, quorum nonnulli eius lacrymas deteriorem in partem accipiebant.

Ibidem allegat textum ex Augustino lib. 2. Retract. cap. 38. ad probandum, quod Augustinus habebat fratres eremitas. lege illum textum, nihil de Eremitis inuenies, sed Augustinum de quibusdam laicis loqui.

Eodem cap. 5. §. 6. pag. 54. & seq. dicit, Augustinum ex testimonio D. Hieronymi nō solùm fuisse eremitam, sed Patrem eremitarum, & primum qui vitam cremiticam in Africam inuexerit, allegat epist. Hieronymi 89. quæ est 11. inter epistolas D. Augustini, verùm Hieronymus in ea epistola nihil tale dicit, nec verbum habet, quod ad hanc rem aliquo modo spectet.

Eod. c. §. 7. pag. 56. & seq dicit, Antonium quēdam Episcopum Fusalensem fuisse fratrem eremitam Augustinensem: allegat epistolam Augustini 261. ad Cœlestinum Papam. Verùm Augustinus dicit, illum fuisse clericum secum nutritum in suo monasterio, in Ordine Lectoratus constitutum, non autem eremitam. Ibidem dicit, Augustinum imposuisse illi nomen Antonij ob deuotionem erga D. Antonium Patrem Eremitarum. At præter quod voluntariè hoc dicit, sine autoritate, mutatio nominum in ingressu Religionum tūc temporis in vsu nondùm erat, sed nec etiam in baptismo, vt patet in Augustino, Alipio, Euodio, Adeodato, qui eadem nomina, quæ antea habebant, post ipsum baptismum retinuerunt.

Eodem §. cap. 7. pag. 57. col. 2. & §. 8 pag. 59. col. 1. dicit: Augustinum nunquam vocare domum Clericorum monasterium cōtra ipsum Augustinum serm. 1. de Com. vita Cleric. dicentem, *et ideò voluí habere mecum in domo Episcopi monasterium Clericorum.*

Ibidem pag. 58. col. 2 dicit, nomina Fratris, & Monachi non comprehendere Canonicos Regulares, allegat Augustinum Ticinensem in Propugnaculo p. 4. cap. 12. Trullum lib. 1. de Canonicis cap. 29. num. 10. & Basilium Sirenium in libro Indultorum pag. 450. §. poterat. At Ticinensis ibidem nihil tale dicit, & licèt capite immediatè sequenti dicat, quòd nomen Fratris Canonicis propriè non conuenit: tamen in 3. p. 3. probatione probat. quòd quandoque sub nomine Monachorum comprehenduntur Canonici per textum, in cap. post translationem de renunciatione, quamuis modus loquendi sit improprius, Trullus verò, & Sirenius, siuè Zacharias Ferrerius verba Ticinensis transcripserunt.

Eodem cap. §. 11. pag 63. col. 2. dicit, tempore Augustini fuisse Fratres Eremitas in Ciuitate Carthagine, allegat Augustinum lib. 2. Retract. cap. 21. Verùm Augustinus nihil tale dicit, verba verò illa à Marquez allegata: *Vndè etiam inter laicos seruorum propositi, &c.* Idem Marquez supra cap. 5 §. 5 pag. 51. col. 2. in fine de Sæcularibus Carthaginensibus exposuerat.

Eodem cap. 5. §. 12. pag. 66. col. 2. dicit, Augustinum sæpè cùm Ambrosio disputationes incepisse, ex frequentibus cum eo collocutionibus ad fidem perductum fuisse. Allegat eundem Augustinum lib. 5. Confess. cap. 14. & lib. 6. in princ. vt Augustinus tum ib, tum d. lib. 6. c. 3 contrarium conceptis verbis dicit, vt supra adnotauimus.

Capite 6 §. 2. pag 71 col 2 docet veram causam, ob quam Augustinus, & alij Episcopi Clericos Canonicos instituerunt, fuisse, vt testes suæ conuersationis ad populos haberent. Allegat textus Concilij secundi Toletani cap. 1. & Concilij quarti cap. 22. quibus in locis nihil tale prorsus habetur.

Ibidem pagina 73. col. 1. dicit, Eremitas ex monasterio per Augustinum in horto Valerij institutos ex dispensatione cœpisse ordinari in Clericos Ecclesiæ Hipponensis, allegat Possidium in vita Augustini, c. 11. quod replicat infra pag. 80. col. 1 quod absolutè falsum est, nam Possidius nec Eremitarum, nec dispensationis ibi loci, sed nec alibi, vllo pacto meminit. Et solùm dicit, quod Religiosi ex illo monasterio per B. Augustinum inclituto Hipponensi Ecclesiæ Clerici ordinari cœperunt erat enim vt supra dictum fuit, illud monasterium Seminarium quoddam Clericorum.

Eodem cap. §. 3. pag. 75 col. 1. inquit, repugnare in eodem esse Episcopum, & Canonicum Regularem, allegat textum in cap. penult. de vita, & honestate Clericorum, quod ibi non habetur, sed nec alibi.

Cap. 7. pag. 81 col 1. dicit Possidium cap. 25 notasse tanquam rem nouam, & effectum dignitatis Episcopalis, quod D. Augustinus factus Episcopus cœperit viuere in Episcopatu cum Clericis, quod nec verum est, neque à Possidio ibi, sed nec alibi notatur.

Ibidem col. 2. ad probandum, quod D. Augustinus præter Clericos Canonicos, alios Religiosos instituerit, affert exemplum illius mercatoris, qui ad prædicationem Augustini abiurato Manichæismo conuersus est ad rectam fidem. Allegat Possidium cap. 15. dicentem illum Presbyterū per vim ordinatum, in alia Religione Deo seruire cœpisse. Verùm Possidius non dicit, illum mercatorem factum Catholicum Deo in alia Religione seruire cœpisse. sed in alia Regione, Puto verò satis intelligere hunc eruditissimum Theologū, & S. Catholicæ Maiestatis Prædicatorem, quid interesit inter aliam Religionem, & aliam Regionem. Verba Possidij sunt ista: *Et ex eo homo ille propositi seruorum Dei adhærens negotiationis dimisit actionem, profectus in Ecclesiā mētru, in alia Regione ad presbyterij quoq; Dei voluntate petitus, & coactus officiū accepit, tenens, atq; custodiens propositi sanctitatē, & forte adhuc vsq; nunc in rebus humanis vsuit transire in vite consuetudine.*

Eodem

CAPVT TR

Eodem cap. 7. §. 2. & 3. pag. 84. &
cit, quotiescunque in Concilijs, vel b
ficum, vel in libris Sacrorum Canonu
tio Ordinis Sancti Augustini, absolut
Eremitarum non Canonicorum intel
quod falsum esse illius testimonio c
niam ille cap. 9. pag. 127. col. 1. ex suo
dicit, non inueniri aliquod scriptum
cum. in quo dicti Ordinis Eremitar
habeatur, à tempore dispersionis illor
ca, vsque ad innocentium huius nomi
Eodem cap. 7 §. 9 pag. 95 col. 2. dic
stinum nunquam vestem lineam port
rum Clericorum induisse. Allegat ip
stinum in serm. 2. de Communi vita C
quæ de hac re notauimus supra cap. 24
VI. Ap. 8. §. 3. col 2. ex sententia Mat
rij dicit illud distichon:
Quisquis amat dictus absentum rodere v
Hanc mensam indignam nouerit esse
ab Autore Commentarij sub nomine
ronymi in librum Prouerbiorum, ex l
ad Eremitas necessariò acceptum fi
Marianus Victorius non dicit, sed ho
illud distichon in Sermone 26. ad Ere
riri, quod aliud longè est, nec negamu
illi versus prout allegantur à Marque
ab illis, qui leguntur in dicto sermone
tas, vt conferenti patebit.
Eodem cap. 8. §. 4. pag 117. col. 1. dic
ob quam Augustinus secundum mon
domo Episcopi habere voluit, fuisse
stantiam primi monasterij ab ipsa do
pali, ob quam non poterat ad se venic
bere humanitatem, allegat Augusti
de Communi vita Clericorum, lege
sermonem, nullam talem causam al
redditam inuenies, sed aliam longè d
nimirum teneret in domo Episcopi
vitam Apostolicam in primo monast
stitutam. Et profectò si propter han
sam voluit monasterium illud in dom
stituere, quid opus fuisset ad ho
exhibendam monasteria instituere?
caneris? etsi hæc fuit causa institutio
in domo Episcopi, quare idem Auto
§. 2. aliam causam pro vera, & adæq
tauit?
Eodem cap. 8. §. 7. pag. 121. probat
frica Eremitas Ordinis Sancti Augu
ribus eiusdem D. Augustini, ad quod
primò affert testimonium Saluiani E
filensis, & Procopis, sed isti de Erem
nenibus, ne verbum quidem habent
inde aliud testimonium Possidij dic
stinum percepta baptismi gratia ad p
domum. & agros proprios remeasse,
alienatis à se tam curis sæcularibus cu
adhærebant, Deo viuebat iciunijs &

Eodem cap.7.§.2. & 3. pag. 84. & sequenti dicit, quotiescunque in Concilijs, vel bullis Pontificum, vel in libris Sacrorum Canonum fit mentio Ordinis Sancti Augustini, absolutè de Ordine Eremitarum non Canonicorum intelligi debere. quod falsum esse illius testimonio conuincitur: nam ille cap.9.pag.127.col. 1.ex suo Fr. Iordano dicit, non inueniri aliquod scriptum authenticum, in quo dicti Ordinis Eremitarum mentio habeatur, à tempore dispersionis illorum ex Africa, vsque ad innocentium huius nominis III.

Eodem cap.7.§.9 pag.95 col.2. dicit B Augustinum nunquam vestem lineam portasse, vel birrum Clericorum induisse. Allegat ipsum Augustinum in serm.2.de Communi vita Cleric. Lege quæ de hac re notauimus supra cap.24.

VI. CAp.8.§.3 col 2.ex sententia Mariani Victorij dicit illud distichon:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam;
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

ab Autore Commentarij sub nomine Diui Hieronymi in librum Prouerbiorum, ex sermone 26. ad Eremitas necessariò acceptum fuisse, quod Marianus Victorius non dicit, sed hoc solùm ait, Illud distichon in Sermone 26. ad Eremitas reperiri, quod aliud longè est, nec negamus, quamuis illi versus prout allegantur à Marquez, differant ab illis, qui leguntur in dicto sermone ad Eremitas, vt conferenti patebit.

Eodem cap.8.§.4.pag 117.col.1. dicit, causam ob quam Augustinus secundum monasterium in domo Episcopi habere voluit, fuisse nimiam distantiam primi monasterij ab ipsa domo Episcopali, ob quam non poterat ad se venientibus exhibere humanitatem, allegat Augustinum serm.1. de Communi vita Clericorum, lege totum illum sermonem, nullam talem causam ab Augustino redditam inuenies, sed aliam longè diuersam, vt nimirum teneret in domo Episcopi communem vitam Apostolicam in primo monasterio iam institutam. Et profectò si propter hanc solam causam voluit monasterium illud in domo Episcopali instituere, quid opus fuisset ad hospitalitatem exhibendam monasteria instituere? quid lunæ, & cancris? etsi hæc fuit causa institutionis clericorũ in domo Episcopi, quare idem Autor supra cap.6. §.2.aliam causam pro vera, & adæquata venditauit?

Eodem cap.8.§.7.pag.121. probat fuisse in Africa Eremitas Ordinis Sancti Augustini temporibus eiusdem D.Augustini, ad quod probandum primò affert testimonium Saluiani Episcopi Massiliensis, & Procopis, sed isti de Eremitis Augustinensibus, ne verbum quidem habent. Profert deinde aliud testimonium Possidij dicentis Augustinum percepta baptismi gratia ad patriam, & ad domum, & agros proprios remeasse, & quod ibi alienatis à se tam curis sæcularibus cum ijs, qui ei adhærebant, Deo viuebat iciunijs & orationibus, bonisque operibus vacans, in lege Domini meditans die, ac nocte, & de ijs, quæ Deus sibi cogitanti, atque oranti intellecta reuelabat, & præsentes & absentes sermonibus, ac libris docebat. Sed neque in his verbis Eremitarum Augustinensium vlla prorsus mentio habetur: at inquit, D. Thomas affirmat Augustinum ibi monasterium extruxisse, nam dicit: *De Augustino enim legitur, postea quam monasterium instituit, in quo viuere cœpit sub regula à sancto Apostolus constituta, scribebat libros, & docebat indoctos.* Fateor, sed vbi dixit D. Thomas monasterium illud in agris Tagasten. ab August. institutũ? nam ipse D. Thom. in Officio D Patris Augustini per illum ordinato dicit, quod illud monasterium factus Presbyter instituit, non quando viuebat cum amicis apud agros proprios adhuc laicus. Sed Possidius dicit, illum scripsisse libros, dũ esset apud agros proprios. Concedo, sed dico, multò plures scripsisse, & docuisse postquã factus est Presbyter & Episcopus, vt ex libris Retractationum habes.

Ibidem pag.123.col.1. citat Sigibertum Historicum dicentem, primum Augustini monasterũ propè Ciuitatem Tagasten. exstructum fuisse. At Sigibertus siuè quisquis fuerit Autor illius epistolæ, non dicit primum illud monasterium propè Tagastam, sed propè Ciuitatẽ Hipponen. in horto Valerij institutum.

In eodem c.§ 3.pag.114.col.1.dicit 1.textum c.si quid inuenisti.14 q.5.à Gratiano acceptum ex ser. 21.ad Fratres in Eremo. Secundò dicit, illum textum acceptum ex serm.19. de Verbis Apostoli, & vtrumque falsò asserit, quia textus ille neque ex ser,21.ad Eremitas, neque ex ser.19.de Verb. Apostoli est acceptus, sed ex ser.21.de Verb. Apostoli, & ex homil. 9. in libro quinquaginta homiliarum.

Ibidem ait pauperculum illum, qui Mediolani inuentum sacculum pecuniarum, proposito publicè pitacio, proprio illius domino reddendum curauit, quando tam laudabile opus fecit, paganũ fuisse, & Grammatici Christiani Hippodidascalum. Contrarium dicit Augustinus illum Christianum fuisse, & Proscholum Grãmatici Pagani.

VII. CAp.10.pag.133.col.2.inquit Caudiosum Episcopum Bitinensem Neapoli Monasterium Fratrum Eremitarum Augustinensium ædificasse. Allegat Baronium in notis ad Martyrologium sub die 14.Decemb. Sed Baronius, nisi omnes Codices, quotquot videre potui mendosi sint, de Augustino, vel de Eremitis Augustinensibus ibi loci, ne iota quidem habet.

Ibidem & pag.134.col.1.magna cum confidentia dicit constare ex Possidio cap.11. quod B. Augustino adhuc in viuis agente ex monasterio Fratrum Eremitarum exierũt viri Apostolici qui monasteria exstruendo ipsum Ordinem in variis locis dilatauerunt. Verùm Possidius ibi de Ordine Eremitarum, vel de Eremitis nihil dicit, sed nec dicere potuit: nam supra cap.5. dixerat, illud monaste-

rium intra Ecclesiam Vrbis Hipponensis, & consequenter in Ciuitate, non in Eremo institutum.

Eodem cap. 10. §. 1. pag 134. & 135 dicit, d. Hilarium Episcopum Arelatensem Eremitam Augustinensem fuisse. Allegat Epistolam ipsius Hilarij ad Augustinum, & Cardinalem Baronium tom. 5. sub an. 426. Verùm Hilarius in epistola ad Augustinum, de vita Eremitica nihil dicit: sed neque Baronius in loco allegato. Idem verò Baronius tom. 6. sub anno 445. num 19. 20. & 21. apertissimè contrarium docet, ostendens Hilarium vsquequò Sanctus Honoratus Insulam Lirinensem à serpentibus obsessam primò colere cœpit, & ibidem Monachos congregare, non Eremitam, non Monachum, sed sæcularem vixisse: suadente verò ipso Honorato, cum illo ad dictam Insulam profectum, ibidem habitum monasticum ab eodem Honorato accepisse.

Eodem cap. 10. §. 5. pag. 142. affirmat B. Paulinum Nolanum S. Augustini discipulum, & Eremitici Ordinis Augustinensium fuisse, & in Hispaniam profectum multa monasteria Ordinis Eremitarum instituisse. Allegat epistolas 31. 33. & 35. inter Epistolas Augustini. Vide, obsecro te lector benevole, dictas epistolas; in tantùm enim abest, vt Paulinus hoc asserat in dictis epistolis, vt ex illis solis conuincas, falsissimum esse, quicquid autor de ipso Paulino scribit: nam ex epistola 35. quę prima fuit ex ijs, quas Alipio misit, quo mediante in Beati Augustini amicitiam, & familiaritatem venit, fatetur Paulinus, antequam Augustinus Mediolano discederet, ac fortassis etiam priùs quàm baptizatus esset, iam Hispanias peragrasse, & ibidem à Lampio Barchinonensi per vim inflammatæ plebis ordinatum sacerdotem in Italiam redijsse, & à B. Ambrosio Mediolanensi in numerũ suorum presbyterorum cooptatum. Proferam illius verba ex eadem epistola 35. quæ veritatem Solis luce clariùs tibi monstrabunt. *Quod enim*, inquit, *indicasti iàm de humilitate nostræ nomine apud Mediolanũ te didicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me velle cognoscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratularer si à suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, vt eundem ambo videamur habere Autorem: nam ego etsi à Delphino Burdigalia baptizatus, à Lampio apud Barcillonam in Hispania per vim inflammatæ subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosij semper, & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine consoueor. Denique suo me clero vendicare voluit, vt etsi diuersis locis degã, ipsius presbyter censear, sed de me ne quid ignores &c.* Alia de suo monachatus initio ibidem subdit, ex quibus habes, in tantum abesse, vt mediante Alipio inter Eremitas ab Augustino cooptatus in Hispanias ad Ordinem Eremitarum plantandum iuerit, quod hic autor de suo cerebro fingit, vt antequam Augustinus Christianus fieret, ille iam sacerdos Monachi vitam ageret.

VIII

Cap. 13. §. 17. 18. & 201. & seq. refert bullam quandam Innocentij IV. & alteram cuiusdã Cardinalis nomine Gulielmi tunc Protectoris Eremitarum fratris Ioannis Boni, ex quibus dicit haberi, quòd Sedes Apostolica Eremitis fratris Ioannis Boni habitum D. Augustini concesserit, & quòd B. Franciscus fundator Ordinis Minorũ, priusquam dictum Ordinem fundaret, institutum Eremitarum Augustinensium fuerat professus. Neutrum istorum ex dictis bullis colligitur: neq; enim dictum est, vnquam illum habitum D. Augustini fuisse, sed partim ab ipsis Eremitis electũ, partim per Sedem Apostolicam determinatum. De B. verò Francisco ne verbum quidem.

Cap. 14. §. 8. pag. 219. col. 1. ad probandũ, quod Eremitæ Augustinenses in ciuitate Beneuento haberent monasterium tempore Alexãdri Papæ III. allegat Priuilegium Gregorij IX. concessum eidẽ monasterio, cum tamen in eodem Priuilegio habeantur hæc expressa verba: *Cum vos Ecclesia vestra sit Ordo Canonicus secundum Deum & B. Augustinus Regulam nouiter instituistis.*

Cap. 18. §. 3. pag. 263. col. 2. ad probandũ, quod sui Eremitæ in Regno Portugalliæ haberent monasterium antiquius monasterio Canonicorum Regularium D. Vincentij Vlyssipponensis, profert historiã fundationis dicti Monasterij S. Vincentij, quam dicit, se ex Archiuis illius monasterij accepisse. Quæ historia duobus in locis fuit ex industria corrupta, ne detegeretur, quod illi, de quibus historia loquitur, essent Canonici Regulares, nã primò vbi in historia dicitur, quod Gualterus natione Flamengus Canonicus Regularis Præmonstratensis Vlyssiponam venit comitantibus se quatuor socijs sui Ordinis, Marquez ponit hæc verba. *Quidam summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus Flamingus natione Vlyssiponam venit comitantibus se quatuor S. Augustini fratribus.* Secundò vbi dicitur inferius: *Sed cum vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio Canonicorum Regularium.* ille nomen Canonicorum Regularium ex industria omisit.

Eodem cap. 18. §. 4. scribit, reperiri in eodem monasterio S. Vincentij Vlyssiponensi Canonicorum Regularium, ac in eius Archiuo Almario tertio librum, qui dicitur Ordinarium Congregationis S. Rufi, in quo libro fol. 84. hæc habentur: *Rex Alphonsus capta Vlyssipona, & cogitans de ponendo Religiosis in S. Vincentio, accersiri iussit Gualterum, & alios duos fratres Ordinis Eremitarum, & voluerunt ibi manere, tunc euocauit Canonicos S. Augustini.* Verum Ordinarium Congregationis S. Rufi, quod Reuerendiss. Pater D. Antonius à Cruce Prior Generalis summa adhibita diligentia cõquiri fecit, vt de veritate narratorum constaret, tandem in eodem monasterio S. Vincentij repertum, lectum, & sæpius reuolutum, neque in loco à Marquez allegato, nec alibi verba citata, sed nec sensum, nec aliquid eiusmodi habet. Est aliud Ordinarium simile in Monasterio S. Crucis Colimbricensis, quòd diligenter inspectum ne verbum quidem continet, quod ad rem spectare possit.

Eodem cap. 18. §. 5. affirmat, reperiri in prædicto Archiuo S. Vincentij Vlyssiponensis carthã donationis factæ eidem monasterio à Rege Domino Santio primo filio Regis Domini Alphonsi. De quodam Eremitorio existente in monte, qui dicitur Sintra, quod vocabatur Eremitorium S. Saturnini Era 1230. quæ fuit annus Christi 1192. præsentibus testibus fratre Ioanne Priore Eremitarũ, & Ferdinando Canonico S. Vincentij. ex qua cartha colligitur tunc temporis fuisse in ciuitate Vlyssiponensi fratres Eremitas, qui ex dicto monasterio per socios Abbatis Gualteri fundato originem habuerunt. Nihil horum reperitur in prædicto archiuo S. Vincentij. inuenitur autem charta donationis factæ per Regem Dominum Santium Regem Portugalliæ Era 1230. id est anno Christi 1192. de quibusdam Albergarijs de Atrinces, & de quadam cella dicta de Colares & de quodam Sãctuariolo nuncupato S. Saturnini, cuidam Petro Eremitæ de Sintra nuncupato, nullius tamen certæ Religionis, qui postea obtulit seipsum monasterio S. Vincentij, cum omnibus bonis prædictis sibi à Rege Santio donatis & suscepto habitu Religiosorum dicti monasterij post aliquot dies in pace ibidem requieuit, necnon etiam charta oblationis, & donationis factæ per dictum Petrum Eremitam ipsi monasterio S. Vincentij, confirmatæ per Dominum Alphonsum III. Portugalliæ Regem Era 1299. id est anno Christi 1261. cuius exẽplum ab authentico manu publici notarij extracto, & ad me nuper transmisso acceptum, hic fideliter subijcio, vt videas, an Eremitorium S. Saturnini de Sintra, vel an prædictus Petrus Eremita fuerit Ordinis, qui nunc Eremitarum S. Augustini vocatur, & vtrum ex dicta cartha donationis habeatur, tempore prædicti Sanctij Regis Portugallensis fratres Eremitas Augustinenses habuisse monasteria sui ordinis in ciuitate, aut in comitatu Vlyssiponæ. exemplum.

In Dei nomine, & eius gratia, notum sit omnibus tàm præsentibus, quàm futuris, quòd ego Alphonsus Tertius Dei gratia Rex Portugalliæ vnà cum vxore Regina Domna Beatrice illustris Regis Castellæ, & Legion. filia, & filia nostra Infantissa Domna Blanca vidi, & diligenter inspexi cartham donationis, quam auus meus bonæ memoriæ Rex Dominus Santius dedit Petro Eremitæ de Sintra suo sigillo sigillatam, quam mihi ostenderunt Prior; & Conuentus monasterij S. Vincentij deforis ciuitatis Vlysbonen. Ordinis S. Augustini, cuius cartha tenor talis est. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Quia seruire Deo est Religiosorum necessitatibus prouidere, eorumque iustis acquiescere postulationibus. Ideirco ego Santius Dei gratia Portugallens. Rex vnà cum vxore mea Regina Domna Dulcia, & filijs, filiabusque meis do tibi Petro Eremitæ de Sintra, & concedo de iure hereditario Albergaria de Atrinces, cum omnibus hære-

dinarium simile in Monasterio S. Crucis Colimbricensis, quòd diligenter inspectum ne verbum quidem continet, quod ad rem spectare possit.

Eodem cap. 18. §. 5. affirmat, reperiri in prædicto Archiuo S. Vincentij Vlyssiponensis cartham donationis factæ eidem monasterio à Rege Domino Santio primo filio Regis Domini Alphonsi I. de quodam Eremitorio existente in monte, qui dicitur Sintra, quod vocabatur Eremitorium S. Saturnini Era 1230. quæ fuit annus Christi 1192. præsentibus testibus fratre Ioanne Priore Eremitarũ, & Ferdinando Canonico S. Vincentij. ex qua cartha colligitur tunc temporis fuisse in ciuitate Vlissiponensi fratres Eremitas, qui ex dicto monasterio per socios Abbatis Gualteri fundato originem habuerunt. Nihil horum reperitur in prædicto archiuo S. Vincentij inuenitur autem charta donationis factæ per Regem Dominum Santium Regem Portugalliæ Era 1230. id est anno Christi 1192. de quibusdam Albergarijs de Atrinces, & de quadam cella dicta de Colares & de quodam Sacriariolo nuncupato S. Saturnini, cuidam Petro Eremitæ de Sintra nuncupato, nullius tamen certæ Religionis, qui postea obtulit seipsum monasterio S. Vincentij, cum omnibus bonis prædictis sibi à Rege Santio donatis & suscepto habitu Religiosorum dicti monasterij post aliquot dies in pace ibidem requieuit, necnon etiam chartà oblationis, & donationis factæ per dictum Petrum Eremitam ipsi monasterio S. Vincentij, confirmatæ per Dominum Alphonsum III. Portugalliæ Regem Era 1299. id est anno Christi 1261. cuius exẽplum ab authentico manu publici notarij extracto, & ad me nuper transmisso acceptum, hic fideliter subijcio, vt videas, an Eremitorium S. Saturnini de Sintra, vel an prædictus Petrus Eremita fuerit Ordinis, qui nunc Eremitarum S. Augustini vocatur, & vtrum ex dicta cartha donationis habeatur, tempore prædicti Sanctij Regis Portugallensis fratres Eremitas Augustinenses habuisse monasteria sui ordinis in ciuitate, aut in comitatu Vlyssiponæ. exemplum.

In Dei nomine, & eius gratia, notum sit omnibus tàm præsentibus, quàm futuris, quòd ego Alphonsus Tertius Dei gratia Rex Portugalliæ vna cum vxore Regina Domna Beatrice illustris Regis Castellæ, & Legion. filia, & filia nostra Infantissa Domna Blanca vidi, & diligenter inspexi cartham donationis, quam auus meus bonæ memoriæ Rex Dominus Santius dedit Petro Eremita de Sintra suo sigillo sigillatam, quam mihi ostenderunt Prior, & Conuentus monasterij S. Vincentij deforis ciuitatis Vlysbonen. Ordinis S. Augustini, cuius cartha tenor talis est. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Quia seruire Deo est Religiosorum necessitatibus prouidere, eorumque iustis acquiescere postulationibus. Idcirco ego Santius Dei gratia Portugallens. Rex vnà cum vxore mea Regina Domna Dulcia, & filijs, filiabusque meis do tibi Petro Eremitæ de Sintra, & concedo de iure hæreditario Albergaria de Atrinces, cum omnibus hæreditatibus, & pertinentijs suis, quæ sunt determinata per aquas de collibus ad præfatum locum desicientibus vndique concurrentes, ab Oriente videlicet, & Occidente, Septentrione, atque Meridie: Do tibi etiam cellam de Colares, vt est determinata ab Oriente, & Occidente, sicut defluunt aquæ ab Aquilone per lapides de portu, ab Austro per summitatem collis, & hæreditatem de Couom, vt circumfluitur aquis, & Sanctuariolum B. Saturnini de monte de Sintra cum pertinentijs suis, quæ habuit à tempore, quo cæpit habitari, & quæ deinceps habiturum est, habeas tu, & post te quoscunque volueris, viri Religiosi, qui semper in eis habitent, & qui nunquam sint subditi alicui Abbatiæ, præfata loca. Quæ damus tibi pro remedio animarum nostrarum, & parentum nostrorum, vt cras pro nobis adiuues nos precibus tuis, tibique possidenda concedimus, libera, integra, & ab omni Regia, & Ecclesiastica exactione immunia ab hac die vsque in perpetuum. Si quis verò tam de nostra progenie, quàm de aliena, tam de Laicalibus, quam Ecclesiasticis personis hoc factum nostrum infringere voluerit, omnipotentis Dei maledictionem incurrat, & iram, & insuper cum Iuda traditore in inferno durissimam damnationem, & fratribus ibidem commorantibus quingentos Aureos, & damnum quod intulerit, in duplum restituat. facta donationis cartha Era M.CC.XXX. mense Iulio. Ego autem præfatus Rex Santius vna cum vxore mea Regina Domna Dulcia, & filijs, & filiabus meis tibi Petro supradicto Eremitæ de Sintra hoc donationis scriptum loca continens superiora ad perpetuam sanctionem proprio sigillo munio, & coram bonis, & nobilibus personis roboramus. Gonzalus Mendi filius Comitis domni Al. Maior domni curiæ confirmo. Dominus Gonzalus æqualiter confirmo. Domnus Ioannes Ferdinandi dapifer Regis confirmo. Martinus Bracaren. Archiepiscopus confirmo. Nicolaus Visen. Episcopus confirmo. Petrus Colimbrien. Episcopus confirmo. Suarius Suarij testis. Gonzalus Leuer testis. Garzia Alfaquique testis. Gerardus Pelagij testis. Iulianus notarius Curiæ scripsit. Ego prædictus Rex Alphonsus vna cum vxore mea Regina Domna Beatrice illustri Regis Castellæ, & Legion. filia, & filia nostra Infantissa Domna Blanca do, & concedo vobis Priori, & Conuentui monasterij S. Vincentij deforis Ordinis S. Augustini ciuitatis Vlysbon. tam præsentibus, quam futuris omnia supradicta loca, quæ superius, & prout superius sunt expressa, vt habeatis, & possideatis ea in perpetuum, non obstante clausula quæ in cartha prædicti auj mei continetur, quæ talis est, habeas tu, & post te quoscunque volueris, viri religionis, qui semper in eis habitent, & qui nunquam sint subditi alicui Abbatiæ. Et hanc donationem, & gratiam vobis facio, & concedo ad honorem Dei, & Sanctissimæ matris suæ, & gloriosi martyris Vincentij, & in remissionem meorum peccaminum, & parentum meorum.

Et maximè cum supradictus Petrus Eremita obtulerit se monasterio, & Ordini vestro, & ibidem duxerit vitam sub habitu regulari, sibi etiam impleuit debitum naturale: & quod in vestro monasterio me semper tam in vita, quam in morte, Deo vestris orationibus commendetis. Si quis autem tam de meis propinquis, quam extra-

neis qui hanc donationem meam in aliquo infringere attentauerit, non sit ei licitum sed pro sola tentatione, omnipotentis Dei maledictionem incurrat. & insuper cum Iuda traditore in inferno duriſſimam damnationem in perpetuum patiatur, donatione ista nihilominus in perpetuum in suo robore permanente. facta donationis cartha apud Vlyssbonam xij. Kalend. Augusti Rege mandante Era M. CC. nonagesima nona. Domnus Gonzaluus Garzia Alferax Curiæ confirmo. Domnus Ægidius Martini Maiordomus curiæ confirmo. Domnus Martinus Alphonsi tenens Bragantiam confirmo. Domnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmo. Domnus Andreas Fernandi tenens Ripam minij confirmo. Domnus Martinus Ægidy tenens Biram confirmo. Domnus Gonzaluus Menendi tenens Elboram confirmo. Domnus Martinus archiepiscopus Bracharensis confirmo. Domnus Ægeas Episcopus Colimbrienſ. confirmo. Domnus Vincentius Episcopus Portugal. confirmo. Domnus Rodricus Episcopus Ægitanenſ. confirmo. Domnus Petrus Lamacen. Episcopus confirmo. Domnus Matthæus Episcopus Vizm. confirmo. Domnus Martinus Elboren. Episcopus confirmo. Petrus Martini Prætor Vlysbon. Alphonſus Martini super Iudex. Fernandus Fernandi cognomine. Fernandus Ægidij teſtis. Ioannes ſimiliter Decanus Portugallenſ. Martinus Petri clericus Regis, Valaſius Fernandi clericus Regis teſtis. Domnus Stephanus Ioannes Cancellarius curiæ confirmo. Domnus Petri Not. curiæ ſcripſit.

Cap. 19. §. 1. pag 273. profert ſententiam latam à quodam Petro Souſa delegato Apoſtolico anno 1488 in cauſa præcedentiæ inter Canonicos Regulares S. Vincentij ciuitatis Vlyſſiponenſis ex vna, & fratres Eremitas Auguſtinianos monaſterij Beatæ Mariæ de Gratia eiuſdem ciuitatis, quiin hunc modum pronunciauit. Igitur declaro, concludo meam definitiuam ſententiam, Canonicos Regulares S. Vincentij extra muros Vlyſſbonæ commorantes, locum in proceſſionibus, & actibus publicis, cum contingit eas celebrari, obtinere, partemq; dextram tantum in eundo, & redeundo, fratresque Eremitas S. Auguſtini B. Mariæ de Gratia Vlyſſipone commorantes aliam ſiniſtram partem in eundo, & redeundo, hocque præfatu Canonicis, & fratribus ſub excommunicationis pœna mando, vt obſeruent. Datum Vlyſſbonæ anno 1488.

Vt omittamus imperitiam hiſtorici executientis, dum ſcribit, dictum Petrum à Souſa delegatũ à Papa Alexandro Sexto eam ſententiam tuliſſe de anno 1488. cum Alexander Sextus non ante annum 1492. ſub die 2. Auguſti Summus Pontifex fuerit renuntiatus, vt apud omnes certum eſt, & vel ex ſuo Onuphrio ſatis intelligere potuiſſet, ex quo iam habes, quam fidem dictæ ſententiæ meritò adhibere poſſis. Seriem rei geſtæ longè aliter narrant authenticæ ſcripturæ, quas manu publici Notarij exceptas, & in publicam formam inſtrumenti redactas ad me nuper ijdem Canonici S. Vincentij ac illorum Reuerendiſſ. Generalis D. Antonius à Cruce tranſmiſerunt, quarum ſumma illorum verbis collecta hæc eſt:

Anno Domini 1493. moderante huius S. Vincentij cœnobium Priore Domino Didaco Ortiz, Canonici noſtri nondum reformati continuantes adhuc prædictis proceſſionibus publicis, mortuo Archiepiſcopo, Sedeque vacante obtinuit Archiepiſcopatus gubernaculum Petrus à Souſa eiuſdem Sedis Decanus. Hoc autem tempore Guilielmita vulgo Dini Patris Auguſtini Eremitæ vocati, Canonicis noſtris vna in choro compares, ſeu coæquales ſe voluerunt, quod ægrè ferentes Canonici noſtri, & Guilielmitæ inualeſcentes fauore prædicti Decani (facta prius pro parte noſtri cauſidici reclamatione, & proteſtatione) omnes noſtri Canonicum cœnobium regreſſi ſunt. Decanus autem, qui omnibus prædictis Guilielmitis auxilio, & adiumento erat aduerſus noſtros Canonicos ſententiam iniuſtiſſimam, & prorſus inanem protulit, de qua continuò cauſidicus noſter ad ſanctam Sedem Apoſtolicã prouocauit, ſimulque de hac illata vi ad Alexandrum VI. Summum Pontificem eo tempore D. Petri cathedram gubernantem Prior, & Conuentus conqueſti ſunt, quòd eius Apoſtolicas commiſſorias literas hoc negotium archiepiſcopo Elboreuſi detulit, ſeu delegauit, quitalle examinatã noſtrorum Canonicorum iuſtitiam intelligens, aduerſus Guilielmitas impenſis damnatos protulit ſententiam, de qua ſtatim illis appellarunt, ſimulque literas Apoſtolicas ad Decanum, & Cantorem Eccleſiæ Vlyſſiponenſis impetrarunt, qui prædictam ſententiam in parte reuocarunt, ſtatuentes quoſdam in vno choro, alios verò in altero æqualiter procedere. Vnde pro parte noſtrorum Canonicorum, qui huic ſententiæ non adhærebant, ad ſanctam Sedem iterum fuit appellatum, & ad certas Sedis Eborenſis dignitates commiſſorias ſunt adepti literas, qui tunc in Canonicorum noſtrorum fauorem confirmarunt, vt ſcilicet prædictos Eremitas ſolutis expenſis chori vtrique præirent, & quia eas tranſacta longa temporis ſpatio minimè perſoluerunt, aduerſus illos carthæ excommunicationis commonitoria promulgata fuit, cui ſi obtemperantes, vna cum ipſorum Prouinciali in omnibus Vlyſſiponen. Parochiarum ſtationibus declarati fuerunt, atque anathematizati. ex quo proteſtati ſunt, & in manus Canonicorum noſtrorum ſeu ſub poteſtate eorũ tres calices, ſimulque argenteum lychnium penſilem ex traiderunt, dicentes tamen ſe hæc omnia in cautione deponere, donec nuntiu. quem ad Romanam Curiam miſerant, peruenirent. Canonici autem noſtri, non vt cautionem, ſed vt impenſarum ſolutionem acceperunt, ita vt ſibi adiudicatum fuerat, & tandem anno Domini 1499. interceſſione Dominæ Leonoræ Reginæ Portugall, tale pactum, atque per familiarem compoſitionem inierunt, vt Canonici noſtri eiſdem vtriſque eorum choris, prout ab initio ſemper fuerat, & nunc ſibi meritò, atque optimo iure deducatum erat, præcederent, hac tamen conditione, quòd ſi aliquando quemcunque clientum huius compoſitionis facta pœniteret, & denuò aliquid tentare voluiſſet, antequam in iudicio audiretur, pro pœna aureos mille ſolueret. De quo extat quadam concordia ſcripta mandata. Ego frater Paulus de Spoleto nomine Reuerendiſſimi P. Magiſtri Generalis de Fulg. Apoſtolica autoritate Generalis Vicarij, & Rect. ſ. Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini eius vices gerens per præſentem ſub-

ſcriptam concordiam factam inter RR. Patres Canonicos Regulares monaſterij S. Vincentij extra muros Ciuitatis Vlyſbonen. & RR. Patres Monaſterij Dominæ noſtræ de Gratia eiuſdem Ciuitatis Ordinis Fratrum Eremit. S. Auguſt. cum omnibus conditionibus appoſitis confirmo accepto, & quatenus opus ſit robboro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. amen. Habeneque & referens Sereniſſimæ Reginæ Dominæ Leonoræ gratias ingentes, cum virtutibus, & bonitate præfata concordia facta eſt. In quorum ſi tem hæc manu ſcripſi, & ſigillo, quo familiariter vtor communiui. Datum Rom. 19. Augusti 1500.

Supra cap 8. §. 1. pag. 109. ad probandum, quòd tempore D Bernardi Abbatis Clarevallenſis erãt monaſteria Eremit. Ord. S. Auguſt. allegat epiſtolam quandã inter epiſtolas Petri Cluniacenſis lib. 4 epiſtola 31. ſub nomine Petri Pictauienſis ſcribentis nonnullis Eremitis in hunc modum: *Si ad nitorem Auguſtino veſtro de Academico venire dignaremini, ſacra concilia diffugerent, & nouã ſtrueremus Academiam.* Vide pictam epiſtolam in Bibliotheca Cluniacenſi, inuenies primò illam non eſſe epiſtolam Petri Pictauienſis, ſed cuiuſdam Eremitæ ad ipſum Petrum Pictauienſem, eiuſdem tamen inſtituti, cuius erat ipſe Petrus Pictauienſis. Vide deinde Panagyricum eiuſdem Petri Pictauienſis, qui præmittitur libris Petri Cluniacenſis, & inuenies illum fuiſſe Monachum Cluniacenſem. Cur verò dixerit ille Eremita *Si ad nos cum Auguſtino veſtro*, & putò cauſam fuiſſe, quòd ille Petrus Pictauienſis Academiæ eſſet addictus ſicut erat Auguſtinus ante tamen ſuam conuerſionem vtcunque res ſe haberet, omnes illi erant Monachi Cluniacenſes, qui vocabantur etiam Eremitæ.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

Quamplura per Ludouicum de Angelis in libris de Vita, & laudibus Auguſtini editis falsò allegata reteguntur.

L

Dari cenſura digni ſunt libri, quos Ludouicus de Angelis Eremita Auguſtinenſis de Vita, & laudibus B. Auguſtini edidit Pariſijs eusos anno Domini 1614. Nam vt de multis falsò per illum allegatis nonnulla tibi retegam, lib. 2. cap. 4. pag. 29. ad ſuadendum, quod Auguſtinus, exemplo B. Antonij conuerſus fuerit ad vitam monaſticam, citat Auguſtinum lib. 8. Confeſſ. cap. 6. dicentem: *Inde ſermo eius deboluit eſt ad monaſteriorum S. Antonij greges, & mores ſuauolentia.* Vide textum Auguſtini, & de monaſterijs S. Antonij nihil reperies. Verba Auguſti-

subscriptam concordiam factam inter RR. Patres Canonicos Regulares monasterij S. Vincentij extra muros Ciuitatis Vlyssbonen. & RR. Patres Monasterij Domine nostre de Gratia eiusdem Ciuitatis Ordinis Fratrum Eremit. S. Auguſt. cum omnibus conditionibus appoſitis confirmo accepto, & quatenùs opus ſit robòro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. amen. Habeneque & referens Sereniſſimæ Reginæ Domnæ Leonoræ gratias ingentes, cuius virtutibus, & bonitate præfata concordia facta eſt. In quorum fidem hac manu ſcripſi, & ſigillo, quo familiariter vtor communiui. Datum Rom. 19. Auguſti 1500.

Supra cap 8.§.1.pag.109.ad probandum, quòd tempore D Bernardi Abbatis Clarevallenſis erãt monaſteria Eremit. Ord.S. Auguſt.allegat epiſtolam quandã inter epiſtolas Petri Cluniacenſis lib. 4 epiſtola 31.ſub nomine Petri Pictauienſis ſcribentis nonnullis Eremitis in hunc modum: *Si ad noſtrum Auguſtinum veſtro de Academico ventre dignaremini, bona cuncta diffugerent, & nouã ſtrueremus Academia.* Vide pictam epiſtolam in Bibliotheca Cluniacenſi, inuenies primò illam non eſſe epiſtolam Petri Pictauienſis, ſed cuiuſdam Eremitæ ad ipſum Petrum Pictauienſem, eiuſdem tamen inſtituti, cuius erat ipſe Petrus Pictauienſis. Vide deinde Panagyricum eiuſdem Petri Pictauienſis, qui præmittitur libris Petri Cluniacenſis, & inuenies illum fuiſſe Monachum Cluniacenſem. Cur verò dixerit ille Eremita *Si ad nos cum Auguſtino veſtro*, & putò cauſam fuiſſe, quòd ille Petrus Pictauienſis Academiæ eſſet addictus ſicut erat Auguſtinus ante tamen ſuam conuerſionem vtcunque res ſe haberet, omnes illi erant Monachi Cluniacenſes, qui vocabantur etiam Eremitæ.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

Quamplura per Ludouicum de Angelis in libris de Vita, & laudibus Auguſtini editis falsò allegata reteguntur.

I. PAri cenſura digni ſunt libri, quos Ludouicus de Angelis Eremita Auguſtinenſis de Vita, & laudibus B. Auguſtini edidit Pariſijs cuſos anno Domini 1614. Nam vt de multis falsò per illum allegatis nonnulla tibi retegam, lib. 2. cap. 4. pag. 29. ad ſuadendum, quod Auguſtinus, exemplo B. Antonij conuerſus fuerit ad vitam monaſticam, citat Auguſtinum lib. 8. Confeſſ. cap. 6. dicentem: *inde ſermo eius deuolutus eſt ad monaſteriorum S. Antonij greges, & mores ſuaueolentia.* Vide textum Auguſtini, & de monaſterijs S. Antonij nihil reperies. Verba Auguſtini ſunt. *inde ſermo eius deuolutus eſt ad monaſteriorum greges, & mores ſuaueolentiæ tuæ (not a, dicit tua, ideſt Dei, & non dicit Antonij) & vberta deſerta Eremi, quorum nos nihil ſciebamus, & erat monaſterium Mediolani plenum bono fratribus extra vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore.* Vides hic Auguſtinum non de Antonij monaſterijs loqui, ſed de omnibus monaſterijs in vniuerſali.

I. lib.3 cap.4.inquit. *Præterea liber extat vetuſtus, & manuſcriptus in bibliotheca Vaticana, qui ſic in fine, explicit liber S. Auguſtini de Cognitione veræ vitæ, quem fecit fratribus Eremitis in monte Piſano, ipſo exiſtente fratre anno ætatis ſuæ trigeſimo primo.* Verùm ne legentes audito nomine Bibliothecæ Vaticanæ expaueſcerent, ſubiungere debebat neque Auguſtinum, neque Bedam, neque Poſſidium eius libri meminiſſe: recentiores verò illum vt ſpurium reiecisse, & errores continere, vt cum dicit cap. 6. quòd Angeli omnia contingentia nouerunt, antequam fiant. Et quod caput eſt, ſi Auguſtinus illum librum ſcripſit anno ætatis ſuæ 31. in monte Piſano fratribus Eremitis, ipſo ſimiliter exiſtente fratre, neceſſe eſt iſtum librum non à ſancto, ſed neque à Chriſtiano, verùm à concubinario & infideli ſcripto, & fratres illos non ſanctos Eremitas, ſed infideles, & ſcortatores, vt ipſi Auguſtino ſimiles eſſent: nam Auguſtinus anno ætatis ſuæ 31. adhuc infidelis, & concubinarius erat, vt ſupra dictum fuit. Poſt baptiſmum verò neque in monte Piſano ſubſtitit, nec montem Piſanum vidit, vt cap.5. oſtendimus. Et eſto Codex Vaticanus centum, aut etiam 200. annis vetuſtior ſit, nihil refert.

Ibidem refert Poſſidium cap.31.ita ſcribentem. *Vixit (ſcilicet Auguſtinus) annis 76 in Clericatu autem, vel Epiſcopatu ferme quadraginta, latuit monachus in agro Tagaſtenſibus ferme triennio.* Hæc verba, *latuit monachus in agro Tagaſtenſibus ferme triennio*, ab hoc Autore ſunt addita, & in textu non habentur. Et nota, quod vbicunque Poſſidius nominat Auguſtinum laicum, hic Autor addit monachum, quod eſt textus Doctorũ corrũpere, & deprauare.

II. Lib 4.cap.2.ait: *Attonſus ergo fuit Auguſtinus vbi monachus, hac de cauſa tonſuram commendabat illu Africano, quos apud Carthaginem primum ipſam vitam monaſticam docuerat, ſic arguens.* Quo pertinet (quæſo) tam apertè contra præcepta Apoſtoli comarsi? Citatur in margine liber de opere Monachorum cap.31. Quod Auguſtinus Monachos Carthaginenſes prius docuiſſet vitam monaſticam, neque in Auguſtino, neque in Poſſidio reperitur, ſed ab hoc Autore de ſuo additum. Ex libro de Opere monachorum, & ex libro 2. Retractationum cap. 21. ſatis apparet, monachos apud Carthaginem opera Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi eſſe cœpiſſe, quibus Auguſtinus librũ de Opere monachorum ſcripſit rogatus ab ipſo Aurelio.

Eodem lib.cap.3.in princ. citat Martyrologium Romanum Petri Morſalini Pariſiis editum

an.1483.sic dicens: *Tertio nonas Maij Mediolani conuersio S. Augustini Episcopi & confessoris sub Ambrosio Episcopo eiusdem Ciuitatis, & ab eodem baptizati, nigrum monachalemque habitum induti.* Verùm illud Martyrologium Ecclesia Romana nunquá probauit, sed nec probare potuit, cum ex antiquissima traditione Ecclesiæ recens baptizati albis, & non nigris induantur. Quare quod Petrus Morsalinus de habitu nigro Monachali posuit, ab aliquo Eremita deceptus accepit, & illius Martyrologium perperam vocatur Martyrologium Romanum.

Eodem loco inquit, *Vetustæ Augustini per vniuersum Catholicum Orbem imagines cum monachalibus vestimentis indutum authentico testimonio prædicant, quod pralo datum Ambrosius Coranus obtulit ita summo Pontifici Romano Sixto IV. In prima Ecclesia Christianorum Sancti Ioannis Laterani, in capella Domini Papæ in suo Palatio, in Ecclesia S. Petri de Roma, in Ecclesia Sanctæ Sophiæ Constantinopoli. In Ecclesia D. Mariæ Maioris de Roma, in Episcopatu Pisano, Lucano, Florentino, Senensi, atque Papiensi imagines Sancti Augustini cum cuculla nigra, atq; scapulari, id est, cum tunica talari, & caputeo super humerale eiusdem coloris.* Quod ad picturas spectat, inferius tractandum erit. Nunc aduerto duplex mendum in his verbis contineri. Primùm est, testimonium Ambrosij Corani, siue Coriolani in libro, quem obtulit Sixto Quarto, authenticum esse. Nam hoc à veritate in tantum abest, vt propter innumera mendacia conuitia, & calumnias in Canonicos Regulares effusa, idem Sixtus Quartus, & illius successor Innocentius Octauus ipsum librum ante expurgationem suspenderunt, cuius rei fidem facit etiam Trithemius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, vbi cæteros omnes libros Coriolani recensens hûc solùm omisit, quem tamen primo loco recensere debuerat, niti fuisset per Sedem Apostolicam damnatus: nam in editione operum Coriolani Romana, quam solam Trithemius vidit, & cuius ordinè sequitur, in primo loco ponitur Defensorium, siue Apologia. est liber apud nos in monasterio S. Mariæ Pacis de Vrbe, ac etiam Augustinus Ticinensis in libello, cuius est titulus. Clipeus veritatis §. 57. quod necessario monendum duxi, ne legentes illum librum labantur in errorem. Secundum mendum est, in Ecclesia Lateranensi in capella Domini Papæ adesse vetustas imagines S. Augustini cum cuculla nigra, & scapulari eiusdem coloris. Nam omnes illius Ecclesiæ, & hospitalis picturæ antiquæ ante annos centum, vel ducentos, ipsum Augustinum habitu Clericali indutum referebant, sicut etiam nunc referunt, nimirum cum Rochetto, & tunica alba, & pluuiali, & mitra, vt nunc etiam videri potest in pictura, quæ est super altare maius in parte Ciborij, quæ respicit versus austrum altare aliud vbi Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ seruatur, imago verò, quæ nunc cum cuculla nigra cernitur, sub Clemente Octauo suadente Sacrista Pontificio depicta est, quam etiam idem Pontifex deleri, & reformari præcepit, sed pictor tunc temporis Roma discesserat. De alijs inferius dicemus.

EOdem capite ait: *Anno 1084. edificatum est præclarissimum D. Marci templum supra quod, vt instrumento constat authentico, antè centum annos facto, & typis commisso in Apologia Coriolani quatuor Doctorum Ecclesiæ simulachra fuerunt erecta, inter quæ est simulacrum omnium parentis Augustini cum cuculla, seu cappa subtus cum caputeo, seu pluuiali, & caputeo desuper.* Fateor, templum D. Marci anno 1084. inchoatum, & super illo posita eiusmodi simulachra: at non eo tempore quo fuit inchoatum, sed neq; decentis annis post, neque authenticum instrumentum à Coriolano productum contrarium docet.

Ibidem dicit: *in ciuitate Papiæ in Aula Consistoriali ab antiquissimo tempore depictum fuisse Augustinum cum indumentis monasticis.* Sed subscriptio eiusdem picturæ, quam ex industria omisit, indicat eandè picturam anno 1503. factam esse. Ostendemus verò inferiùs publica vexilla ciuitatis Papiensis ante annum 1480. Diuum Augustinum, non Monastico, vel Eremitico, sed Clericali, & Canonicali habitu indutum semper habuisse.

Eodem lib. 4. cap. 4. *Vestem nigram, atque talarè gestabat Episcopus, qualem Monachus venerus ex Eremo Tagasta ad Ecclesiam Hipponensem: inde eam ostendens, & quibus cum diuitijs electus fuerat presbyter, nonnisi cum his vestibus, inquit, quibus illo tempore induebar.* Verum textus emendati Augustini non habent *iis his*, sed *cum iis*, & sanè si quando Augustinus illum sermonem habuit, adhuc habebat vestes, quas ex Tagasta secum tulerat ante presbyteratum, magnum fuit Dei miraculum, quia tunc senex erat, quando illum sermonem ad populum Hipponensem habuit.

IBidem ait: *Secundinus Hæreticus Monasticis vestibus infestissimus, Augustinum docebat in tenebras infernales ex conuiuio nuptiarum cœlestium pellendum, nigrarum causa vestium.* Citatur in margine Secundinus in sexto tomo Augustini ante librum contra Secundinum. Equidem vt hunc Autorem excusem, nihil aliud dicere possum, nisi somnum illum passum esse, cum Secundini epistolam legebat: vbi enim Secundinus in ea Epistola de vestibus monasticis loquitur? vbi dicit Augustinum pellendũ in tenebras exteriores nigrarum causa vestium? Fingit ibi Secundinus Manichæus duas naturas in homine secum pugnantes, alteram boni, alteram mali, quam pugnam dicit in nobis exercere per actus virtutum, & vitiorum. Subdit deinde: *Horum in medio posita anima, cui à principio natura sua dedit victoriam, hæc si vnà cum spiritu virtutem fecerit, habebit cum eo vitam perpetuam, illudque possidebit Regnum, ad quod Dominus noster inuitat: si verò à spiritu vitiũ incipiat trahi, & consentiat, ac per consensum pronitudinem gerat, habebit harum sordium indulgentia finem, carnis enim commistione ducitur, non propria voluntate. At si cum se ipsam cognouerit, consentiat malis, &*

non

non se armet contra inimicum, voluntate sua peccabit quam si iterum pudeat erasse, paratum inuenict mis[ericordiarum autorem: non enim punitur quia peccauit sed quia de peccato non doluit. At si cum eo peccato si[ne venia recedat, tunc excluditur. Tunc virgini stultæ co[parabitur, tunc hæres erit sinistræ manus, tunc à Dom[no pelletur ex conuiuio nuptiarum, nigrarum causa ve[stium, vbi erit fletus, & stridor dentium, ibique cu[Diabolo ad igrem æternum ipsius, quem tua mira pru[dentia aut ex Archangelo factum memorat, aut nihi[se fatetur. Hæc Secundinus, nihil supra. Videa[nunc quâ fideliter & ingenuè autor deducat. S[cundinum nigris Monachorum vestibus infe[sissimum, dixisse Augustinum ex conuiuio nuptia[rum in tenebras exteriores pellendum nigrarum causa vestium. & quàm appositè nigras animæ ve[stes, quæque aliud nihil sunt, nisi peccata, ob qua[vestes iuxta parabolam Euangelicam à Secundino introductam, mali homines è conuiuio nuptia[rum pelluntur in tenebras exteriores, tum suis E[remitis, tum etiam B. Augustino aptauerit.

IBidem. Versiculo Pallium ait: *Hanc vestem ab Au[gustino gestari cum viderit Nectarius, Ciceronem vocat non togatum, sed palliatum, non enim ei con[uenit sequi Romanos rerum Dominos, gentemque toga[tam, sed Græcos, & palliatos Monachos, vt togam ipsam rugarum paginis resolutis palliorum imitatus speciem retorqueret huiusque, & benè Nectarius de Augustino Monacho palliato.* Citatur Nectarius in margine epistola 153. ad Augustinum. Cogor hic loci pro teste veritatis, verba ipsius Nectarij exscribere ex eadem epistola ducentesima quinquagesima ter[tia, & sunt ista: *Sumpsi teris eximiæ tuæ, quibus idolorum cultum, & templorum cæremonias destruxisti, audire mihi visus sum Philosophi vocem, non illius, quem in Academia olim memorant tenebrosis humo an[xium residentem, ex profunda quadam cogitatione deorsum reductu ad frontem caput implicitum genibus, vt alterum præclara inuenta doctrinæ egenum quidam adlumnato opponeret, assertaque præclarè, cum suum nihil defendat, accusaret: sed plane excitatus oratione tua ante oculos stetit Marcus Tullius Consularis, qui innumeru ciuium capitibus conseruatis forensis campi signa victricia stipendijs Græcia scholæ laureatus inferret, tubamque illam canoræ vocis, & linguæ, quam in criminum reos, & Reipublicæ parricidas spiritu iustæ indignationis flauerat, anhelus inuerteret, togamque ipsam rugarum paginis resolutam palliorum imitatus speciem retorqueret.* Hæc Nectarius Augustini orationem contra idola commendans, cuius vehementiam in exaggerando errores paganorum magnificiens, inquit videre sibi visum in illa oratione Marcum Tullium Consularem, & tubam illam canoræ vocis, & linguæ, quam in criminum reos, & Reipublicæ parricidas spiritu iustæ indignationis flauerat, anhelus inuerteret, togamque ipsam rugarum paginis resolutis palliorum speciem imitatus retorqueret. Hic autem autor Nectarium de Augustino Monacho palliato locutum fuisse cõn-

non se armet contra inimicum, voluntate sua peccabit, quam si iterum pudeat erraſſe, paratum inueniet miſericordiarum autorem: non enim punitur quia peccauit, ſed quia de peccato non doluit. At ſi cum eo peccato ſine venia recedat, tunc excludetur. Tunc virgini ſtultæ comparabitur, tunc hædus erit ſiniſtræ manus, tunc à Domino pelletur ex conuiuio nuptiarum, nigrarum cauſa veſtium, vbi erit fletus, & ſtridor dentium, ibique cum Diabolo ad ignem æternum ipſum, quem tua mira prudentia aut ex Archangelo factum memorat, aut nihil loſe fatetur. Hæc Secundinus, nihil ſupra. Videas nunc quã fideliter & ingenuè autor deducat, Secundinum nigris Monachorum veſtibus inſ. ſiſſimum, dixiſſe Auguſtinum ex conuiuio nuptiarum in tenebras exteriores pellendum nigrarum cauſa veſtium. & quàm appoſitè nigras animæ veſtes, quæque aliud nihil ſunt, niſi peccata, ob quas veſtes iuxta parabolam Euangelicam à Secundino introductam, mali homines è conuiuio nuptiarum pelluntur in tenebras exteriores, tum ſuis Eremitis, tum etiam B. Auguſtino aptauerit.

V. IBidem. Verſiculo Pallium att: *Hanc veſtem ab Auguſtino geſtari cum viderit Nectarius, Ciceronem vocat non togatum, ſed palliatum, non enim ei contingit ſaqui Romanos rerum Dominos, gentemque togatam, ſed Græcos, & palliatos Monachos, vt togam ipſam rugarum paginis reſolutis palliorum imitatus ſpeciem retorqueret hucuſque, & benè Nectarius de Auguſtino Monacho & palliato.* Citatur Nectarius in margine epiſtola 153. ad Auguſtinum. Cogor hic loci proteſte veritatis, verba ipſius Nectarij exſcribere ex eadem epiſtola ducenteſima quinquageſima tertia, & ſunt iſta: *Sumptu tuo eximeretur tua, quibus idolorum cultum, & templorum cæremonias deſtruxiſti, audere mihi viſus ſum Philoſophi vocem, non illius, quem in Academia olim memorant tenebroſis humo amictum reſidentem, ex profunda quadam cogitatione demerſum reuocatu ad frontem caput implicitum genibus, vt aliorum præclara inuenta doctrinæ egenus quidam aluminatus oppugnet, aſſertaque præclarè, cum ſuum nihil defendat, accuſet: ſed planè excitatus oratione tua ante oculos ſtetit Marcus Tullius Conſularis, qui innumeris ciuium capitibus conſeruatis forenſis campi ſigna victricia ſtupentibus Gratia ſcholæ laureatus inferret, tubamque illam canoræ vocis, & linguæ, quam in criminum reos, & Reipublicæ parricidas ſpiritu iuſtæ indignationis flauerat, anhelus inuerteret, togamque ipſam rugarum paginis reſolutam palliorum imitatus ſpeciem retorqueret.* Hæc Nectarius Auguſtini orationem contra idola commendans, cuius vehementiam in exaggerando errores paganorum magnificiens, inquit videre ſibi viſum in illa oratione Marcum Tullium Conſularem, & tubam illam canoræ vocis, & linguæ, quam in criminum reos, & Reipublicæ parricidas ſpiritu iuſtæ indignationis flauerat, anhelus inuerteret, togamque ipſam rugarum paginis reſolutis palliorum ſpeciem imitatus retorqueret. Hic autem autor Nectarium de Auguſtino Monacho palliato locutum fuiſſe contendit. Et hæc ſunt Auguſtinianæ cucullæ ſolidiſſima fundamenta.

Ibidem in fine capitis inquit: *Geſtauit enim (ſcilicet baculum) Auguſtinus, & Ordo etiam Eremiticus ad Gregorium Nonum, vt autor eſt Iordanis de Saxonia.* Tria hic falſa dicit. Primùm, quod Auguſtinus geſtauerit baculum Eremiticum. Secundò, quod Ordo Eremiticus geſtauerit baculum vſque ad Gregorium Nonum: nam è contrario res ſe habet, quia Gregorius Nonus primus fuit, qui Eremitis baculos in manibus ferre præcepit, vt apparerent, cuius eſſent habitus, cum cleemoſynas petebant. Tertium eſt, quod hoc dixerit Frater Iordanus: nam ille dicit. Gregorium Primum, ſiue vt eius verbis vtar, beatum Gregorium illum fuiſſe, qui ſtatutum fecit de baculis portandis ab ipſis Eremitis, & de Gregorio Nono nihil.

VI. EOdem lib. 4 cap. 5. ad finem, citat D. Antoninum in 3. p hiſtoriali cap. 24. in fine dicentem: *Dixit Ambroſium hunc, ſcilicet Auguſtinum in Cherſilogenum, & poſtquam baptizauerit eum indui cucullam nigram.* Verùm præter quod malè citat cap. 24. in fine, falsò etiam hoc imponit D. Antonino ſicut & alia multa, quia ſi caput illud poſtremum eſt D. Antonini, de quo probabiliter dubitatur, tamen D. Antoninus in principio illius capitis proteſtatur, ſe ſolum velle referre, quæ religioſus quidam Ordinis Eremitarum ſcribit. vide illum.

Eodem lib. 4. cap. 6. contra illos, qui negãt Auguſtinum fuiſſe Monachum, producit Apologiã, ſiue Antidotum Riccardi Cenomani contra Cenſuram Eraſmi in Regulam Auguſtini, ſed perperam, quia Riccardus Cenomanus apertè indicat, quo ſenſu B. Auguſtinus ſe, & ſuos Monachos appellari voluerit, dicens: *D. Auguſtinus ſe, & ſuos non ſolùm Clericos, ſed Monachos dixit, & ſcripſit, diuerſa tamen ratione: Nam quando veſtitus cauſam, & functionem Clerici, ſeparat à Monacho. Quando verò communitatem, & concordiam conſiderat, confundit.* Vbi vides, ex ſententia Cenomani Auguſtinum ſe, & ſuos permittere vocari Monachos, non ratione cucullæ Eremiticæ, vel profeſſionis monaſticæ, ſed ratione vitæ communis, in qua Clerici Canonici cum Monachis conueniunt.

Eodem lib. 4. cap. 7. dicit S. Antoninum agnoſcere ſermones ad Eremitas pro veris fœtibus Auguſtini. Quod falſum eſt, quia Antoninus ſolum refert dicta eiuſdem Eremitæ, quæ ſtatim in principio illius capitis acriter impugnat, vt ſæpe dictũ fuit. Hic eſt frater Iordanus.

Eodem lib. 4. cap. 8. loquens de baptiſmo Auguſtini refert eundem lib. 9. Confeſſ. cap. 6. dicentem: *Sociauimus eum in gratia tua baptizandum, educandum in diſciplina tua, nempe monaſtica.* Deinde citat Auguſt. 7 Confeſſ. c. 8 dicentem: *Conſociaſti mihi & Euodium iuuenem ex noſtro municipio qui cum ageret in rebus militaret, prior nobis ad te conuerſus eſt, & baptizatus, & relicta militia ſeculari accinctus eſt in tua ſubiungit: Per militiam, in qua poſt baptiſmum*

vixit Eusebius, Monasticam intelligi. Quæ sunt glossæ frigidè ab hoc autore de proprio haustæ, nusquã enim legimus Augustinum militiam Christianam ad solos Monachos restrinxisse, neque Adeodatum, aut Eusebiũ, Monachos, vel Eremitas fuisse.

VII. IBidem addit: *Ad montes Pisanos deinde venit, & Eremitas illic viuentes visitauit*, sicut Licentius eiusdem comes itineris in memoriam ei reuocat hoc versu:

O mihi transactos reuocet si pristina soles
Lætificus autora rotæ, quos libera tecum
Otia tentantes, & candida iura bonorum,
Duximus Italiæ medio, montesq, per altos.

Verùm errat Autor hoc loco, nam præter quod falsum est, Augustinum Eremitas in monte Pisano aliquando vidisse, esto verum id esset, tamen ex verbis allegatis, aut ex alijs, quæ legi possunt in epist. 39. inter Epistolas Augustini, hoc ne per somnium quidem deduci potest, nisi dicamus, in Italia solum montem Pisanum inueniri. Præter quod ille non est in medio Italiæ positus, vt patet.

Ibidem subiungit: *Hæc Baptista Mantuanus, ipsum secutus Augustinum de re monastica scribentem: apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbis, quia scilicet in Eremo habitaret, & in cella, de qua Gersonius mentionem facit dicens, quòd Augustinus fuerit primus matris Monicæ prosecutus fuerit publicè sicut oculo, occultè lachrymosis, ipse solus in cella.* Verùm decipitur Autor, nam in textu Augustini de cella, de monasterio, de monachatu nulla prorsus mentio habetur. verba Augustini sunt: *Imminente iam die, quo ex hac vita erat trãsitura, quem diem tu nouerat, ignorantibus nobis, prouenerat, vt credo, procurante te occulto tuo modo, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram, vnde hortus intra domũ, quæ nos habebat, prospectabatur, illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turba post longi itineris labore instaurabamus nos nauigationi, &c.* Hæc Augustini Eremus apud Ostia Tiberina, hęc illius cella fuit, diuersoriũ vbi cõmorabatur, donec tempus opportunum in Africam trajiciendi adesset, vbi non solus, vt Autor fingit, sed cum filio & socijs morabatur.

In eod. cap. citat epistolam Papę Cyriaci prohibentis, ne sæculares ad dignitates Episcopales eueherentur. At in Catalogo Romanorum Pontificum nullus nomine Cyriacus reperitur. Putarem voluisse dicere Siricij, nisi nomen Cyriaci secundò, & tertiò in textu, & in notis marginalibus haberetur. nam verba ex Cyriaco allegata reperiuntur in epistola Siricij, non ad omnes Episcopos, sed ad vniuersos orthodoxos, in cuius 3. c. inquit: *Certè non fuit prætermittendum, quòd semel aut secundò necessitas hæreticorum intulit, contra Apostolica præcepta velut lege licitum præsumi, neophitum, vel laicum, qui nullo Ecclesiastico functus fuerit officio inconsideratè vel Diaconum, vel Presbyterum ordinare: quasi meliores Apostolis sint, quorum audent mutare præceptum: & qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum.* Verùm hæc verba nihil prosunt, ad probandum, Augustinum fuisse monachum ante presbyteratum, & contrarium apertè ostendunt. quod non prosint, patet, quia sicut Siricius prohibet, ne laici assumantur in presbyteros, ita prohibet monachos sacerdotes ordinari, nisi prouectæ, & maturæ ætatis, & in minoribus ordinibus diu exercitatos. in epistola enim ad Himerum Episcopum Taraconensem c. 9. prohibet, ne laici ante annum 30. promoueantur ad Diaconatum, & ante annum 45. ad Episcopatũ, & cap. 13. Quam ob causam æquæ opus habuit dispensatione, si fuit monachus, ac si fuisset laicus. Obesse autem manifestè sententiæ huius Autoris eadem verba, probatur, quia Siricius distinguit laicos à monachis, & distinctos canones de vtrisque condit. Vnde si Augustinus erat laicus, non erat monachus: & sic falsitatis conuincuntur glossæ huius Autoris, quibus autoritates D. Augustini passim, & præsertim in eodem cap. interpretatur, vt cum legimus Augustinum laicum, monachum interpretemur.

Ibidem citat Cyriacum in epistola ad omnes Episcopos dicentem: *Monachos quoque, quos vitæ, ac fidei institutio sancta commendat, Clericorum officijs aggregari, & optamus, & volumus.* Quibus in verbis tres errores committit. Primò, quia citat ista verba ex Cyriaco Papa, qui nusquam fuit: & mirum est hunc Autorem ista notissima ignorare. sunt autẽ verba allegata non Cyriaci Papæ, sed Siricij, non in epistola ad omnes Episcopos, vt Autor allegauit, qui est secundus illius error, sed in epistola ad Himerum Taraconensem Episcopum, estque caput 13. illius epistolæ. Tertius error est, quia omisit verba præcedentia ex cap. 9. & 10. in quo ætas, & conditiones ordinandorum præscribuntur. obtruncauit etiam verba sequentia, quæ sunt ista: *Ita vt qui intra trigesimum ætatis annum sunt digressi, in inferioribus per gradus singulos promoueantur ordinibus. & sic ad Diaconatus, vel Presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant: nec statim saltu ad Episcopatus culmen ascendant, nisi in ijs eadem, quæ singulis dignitatibus superiùs præfiximus, tempora fuerint emensa.* Quæ verba si fideliter posuisset, vt deburat, vidisset eandem, & multò maiorem difficultatem accidisse in ordinãdo Augustino, siue ex monacho, siue ex laico. Vide epistolam eiusdem Pontificis in primo volumine Conciliorum, quorum fragmenta, quæ ad rem faciunt, referuntur in Decreto cap. Quicunque 77. dist. & cap. Monachos quoque. 16. quæst. 1.

Eodem lib. quarto, cap. nono ait: *Augustinus verò gaudens, à se monachos (ita vocamus nunc Eremitas Canonicis Regularibus dissinctos) institutos fuisse scribebat eu, si fratres, si filij nostri estis, vel potius in Christo fratres vestri sumus, audite, quæ monemus, agnoscite, quæ præcipimus, sumite, quæ dispensamus.* Citatur in margine liber de Opere Monachorum cap. 28. Quod hic ait, Beatum Augustinum, hæc scribere, quia gaudeat Eremitas, qui distinguuntur à canonicis regu-

regularibus à se institutos, est commentum de su
haustum. Quæ causæ Augustinum mouerint, a
scribendum librum de Opere monachorum, i
le eas aperit in initio eiusdem libri de Opere Mo
nachorũ & lib. 2. Retract. c. 21. nec opus est ver
causis dissimularis nouas non veras fingere. An a
tem, qui monachi olim vocabantur à canonic
regularibus distincti, nunc sint Eremitæ Augusti
nenses vocati, Benedictinis, & alijs antiquis mo
nachis disputandum relinquo: si non etiam ipsi
Eremitis, qui dicunt, Augustinum vestę nigræ it
dutum zona pellicea sese præcingere voluisse, a
differentiam monachorum.

Eodem lib. quarto, cap. decimo inquit: *Lo
nienses eandem Regulam Religiosis Monachis datam a
firmant, in locum edentes cum eiusmodi titulo, pro
habetur in vetustis & veteribus Codicibus Regula d
ta ad seruos Dei.* Cæterùm Louanienſibus nun
quam in mentem venisse, epiteton seruorum De
ad Eremitas restringere, ex hoc elicere pote
quod sermones ad Eremitas, & librum de Vita E
remitica ex veris Augustini fœtibus reiecerunt
in tantùm vt propter hoc ipsi Louanienses ab E
remitis censores duri, & peruersi calumniatore
vocentur.

Eodem lib. & cap. dicit, Beatum Fulgentium
Regulæ Monasticæ professorem fuisse, & hoc e
illius vita per eius discipulum scripta constare
quod dicens manifestè indicat, se vel Beati Ful
gentij vitam minimè legisse, vel existimare, cæte
rosillam legere minimè potuisse. quomodo enim
id dicere potuit, cum in toto libro Vitæ Beati Ful
gentij ne verbum quidem de Augustini Regula
vel professione monastica habeatur?

Ibidem inquit: *Vincentius etiam in Africa non ig
nobilis Eremita ad Patrem scribit Augustinum, & circ
regulam, si quid,* inquit, *famulus hic tuæ sanctitatis fra
ter suggesserit Florus, &c.* Citatur epistola 256. in
ter epistolas Augustini. Verùm epistola Vincen
tij non ignobilis Eremitæ in Africa ad Augusti
num, quæ est, & vbi reperitur? Certè epistola 256
non est Vincentij Eremitæ, sed Valentini Abba
tis Augustino familiarissimi, non Eremitæ, sed
Vrbanitæ, qui pro bono regimine sui monasteri
Beati Augustini consilium non rarò quærebat,
quod non solum non nego, sed quam maximè
affirmo.

Eodem libro quarto capite vndecimo, inquit:
*Aliquando nonnulli sciolí, & nouatores dubitauerunt,
vtrum Eremitani Sancti Patris Augustini, Monachi, &
Canonici Regulares vota facerent. Cui rei alma Theo
logorum Academia Parisiensis salubriter occurrit: &
tandem, matura præcedente deliberatione, concluſum,
quòd Religiosi Sancti Augustini, & Monachi illius tem
poris vouebant.* Rectè quadrat. Erasmus damnatæ
memoriæ hæreticus in sua censura Regulæ Au
gustini dixerat, clericos ab Augustino institu
tos vota non emisisse, & de solis clericis in censu
ra loquens, quæ de Augustini cuculla, & balteo

regularibus à se institutos, est commentum de suo haustum. Quæ causæ Augustinum mouerint, ad scribendum librum de Opere monachorum, ille cas aperit in initio eiusdem libri de Opere Monachorũ & lib. 2. Retract. c. 21. nec opus est veris causis dissimularis nouas non veras fingere. An autem, qui monachi olim vocabantur à canonicis regularibus distincti, nunc sint Eremitæ Augustinenses vocati, Benedictinis, & alijs antiquis monachis disputandum relinquo: si non etiam ipsis Eremitis, qui dicunt, Augustinum veste nigra indutum zona pellicea sese præcingere voluisse, ad differentiam monachorum.

Eodem lib quarto, cap. decimo inquit: *Louanienses eandem Regulam Religiosis Monachis datam affirmant, in lucem edentes cum eiusmodi titulo, prout habetur in vetustis & veteribus Codicibus Regula data ad seruos Dei.* Cæterùm Louanienses nunquam in mentem venisse, epiteton seruorum Dei ad Eremitas restringere, ex hoc elicere potes, quod sermones ad Eremitas, & librum de Vita Eremitica ex veris Augustini fœtibus reiecerunt, in tantum vt propter hoc ipsi Louanienses ab Eremitis censores duri, & peruersi calumniatores vocentur.

Eodem lib. & cap. dicit, Beatum Fulgentium Regulæ Monasticæ professorem fuisse, & hoc ex illius vita per eius discipulum scripta constare. quod dicens manifestè indicat, se vel Beati Fulgentij vitam minimè legisse, vel existimare, cæterosillam legere minimè potuisse. quomodo enim id dicere potuit, cum in toto libro Vitæ Beati Fulgentij ne verbum quidem de Augustini Regula, vel professione monastica habeatur?

Ibidem inquit: *Vincentius etiam in Africa non ignobilis Eremita ad Patrem scribit Augustinum, & circa regulam, si quid, inquit, famulus hic tua sanctitatis frater suggesserit Florus &c.* Citatur epistola 256. inter epistolas Augustini. Verùm epistola Vincentij non ignobilis Eremitæ in Africa ad Augustinum, quæ est, & vbi reperitur? Certè epistola 256. non est Vincentij Eremitæ, sed Valentini Abbatis Augustino familiarissimi, non Eremitæ, sed Vrbanitæ, qui pro bono regimine sui monasterij Beati Augustini consilium non rarò quærebat, quod non solum non nego, sed quam maximè affirmo.

Eodem libro quarto capite vndecimo, inquit: *aliquando nonnulli sciolí, & nouatores dubitauerunt, vtrum Eremitani Sancti Patris Augustini, Monachi, & Canonici Regulares vota facerent. Cui rei alma Theologorum Academia Parisiensis salubriter occurrit: & tandem, matura precedente deliberatione, concluserunt, quòd Religiosi Sancti Augustini, & Monachi illius temporis vouebant.* Rectè quadrat. Erasmus damnatæ memoriæ hæreticus in sua censura Regulæ Augustini dixerat, clericos ab Augustino institutos vota non emisisse, & de solis clericis in censura loquens, quæ de Augustini cuculla, & balteo coriaceo in quibusdam libris legebantur, tanquam fabulosa respuens, fatetur, Augustinum se, & suos nunquam monachos vocare consueuisse. Canonici Regulares rogauerunt almam Theologorum Academiam Parisiensem, vt hoc dubium matura discussione, ac deliberatione habita resolueret. Edidit ob id Riccardus Cenomanus eruditissimam Apologiam contra Erasmum, Antidotum nuncupatam: in ea Apologia ostendit, Augustinum se, & suos aliquando Monachos vocare: sed aduertit æquiuocationem nominis Monachi opinionis errorem peperisse, & subiungit: *itaque Augustinus quando respicit causam, & functionem, separat à monacho: quando verò communem vitam, & concordem considerat, confundit.* Eremitarum verò non solum non meminit, sed propter nonnullos, qui æquiuocatione nominis monachi in errorem labebantur, & ipsi alios in errorem trahebant, data opera aduertere voluit, qua ratione Augustinus suos clericos monachos vocauerit, ob vitæ nimirum communitatem. Demum Parisiensis Academia, re maturè discussa, si queris Decretum promulgauit, extractum ex registro facultatis Theologiæ in Vniuersitate Parisiensi.

Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono, die Sabbati vltima Ianuarij, fuit congregata sacra Theologia facultas apud sanctum Maturinum per iuramentum, post Missam de Spiritu sancto, super difficultate orta circa censuram Erasmi super tertiam regulam Religiosorum sancti Augustini. Dubitabatur autem à plerisque, an Religiosi vouebant tempore Augustini. & ad supplicationem fratrum Sancti Victoris, qui petebant solutionem illius difficultatis, facultas disputauit de materia illa, non solum per deputatos, sed per totam facultatem disputatum est diligenter. & tandem matura precedente deliberatione concluserunt, quòd Religiosi Sancti Augustini, & Monachi illius temporis vouebant: & quòd illa censura Erasmi non est probanda, sed est scandalosa: & Apologia Magistri nostri Cenomani contraria illi censuræ est recipienda, & digna, quæ imprimatur. Hinc vides, neque Erasmum, neque Riccardum Cenomanum, neque Academiam Parisiensem de Eremitis Augustinensibus dubitasse, an illi tempore Augustini vouerent, & tamen iactat confidenter hic Autor, per eandem Academiam definitum esse, quod Eremitæ Augustiniani tempore Augustini vouebant.

Eodem libro quarto capite duodecimo inquit: *Ita confirmata est Religio Fratrum Eremitarum Sancti Augustini chari, & accepti Romanis Pontificibus, & specialiter Innocentio Primo, qui constitutionem fecit de omni Ecclesia, & Regulis Monachorum.* Citatur in Margine Platina in Innocentio Primo. Lege Platinam, & omnes, qui vitas Romanorum Pontificum scripserunt, nunquam inuenies, ante Innocentium Tertium Religionem Eremitarum confirmatam: sed nec etiam ipsam Augustini regulam; licèt multi Pontifices, & Concilia illam

vti approbatam omnibus canonicis clericis, & etiam Canonistis seruãdam proponant, de qua re supra dictum fuit. Platinæ verba sunt: *De Iudæis quoque, & Paganis, deque Monachis Regulas quasdam tulit.* At si hoc est Ordinem Fratrum Eremitarum confirmare, cur non etiam Ordo Iudæorum, & Paganorum confirmatus dicitur? Deinde aliud est facere Regulas pro Iudæis, & Paganis, & etiam pro Monachis: aliud est Regulas Iudæorum, vel Paganorum, vel Monachorum confirmare. Platina primum dicit, non autem secundum. Dices, apud Anastasium, & Damasum in Innocentio Primo ita haberi: *Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & de Regula Monasteriorum, & de Iudæis, & Paganis.* Sed hoc non est allegare Platinam. Deinde non dicit, quod fecerit constitutum de Regulis Monachorum, sed monasteriorum, & ne te diutius teneam vide hæc statuta, siue istas regulas ab Innocentio primo factas in epistola illius secunda ad Victricium capite decimo. & refertur in capite de Monachis decimasexta quæstione prima. Sed vt videas, quàm falsum sit, quòd Innocentius I. vel Ordinem Eremitarum, vel Beati Augustini Regulam confirmauerit, audi hunc ipsum Autorem in eodem capite in verbis antecedentibus hęc scribentem: *Antonius, Basilius, Augustinus Auctores Religionum fuerunt: nec vllam leguntur à Pontifice approbationem quæsiuisse, propterea quòd nondum extaret ista Ecclesiasticum id præcipiens. Hæc Illustrissimus Cardinalis Bellarminus. Vnde Ordo Fratrum Augustinensium confirmatus relucet absque solemni Romani Pontificis approbatione, quod Gersonium ita confirmat. De Religiosis antiquis non legimus aliquam approbationem expressam. Sedis Apostolicæ quæsiisse: sed eorum vitam sanctam Ecclesia sciente, & multis viris Sanctis, & approbatis communicante, & multa & varia priuilegia concedente, erat eorum plena confirmatio.*

Eodem libro quarto, & capite duodecimo ad finem inquit: *Vnde Innocentius Papa III. ante ipsum Concilium Lateranense Vlyssiponensi, & Columbriensi Episcopis præcipiens, vt cogerent fœminam quandam habitum Ordinis Sancti Patris Augustini resumere, quippe quæ in manibus vnius ex illius Ordine Eremitæ votum castitatis emiserat. Hæc Azorius libro 12. Institutionum moralium cap. 23.* Verum illius pace dupliciter decipitur. Primò dum ait, Innocentium III. in ea epistola dicere, illam fœminam votum emisisse in manibus vnius ex Ordine Eremitarum S. Patris Augustini. textus præmanibus omnium habetur in capite in fine quæ clerici vel vouentes. Secundò cum ait, hoc dicere Azorium. Nam Azorius dicit se, quæ Eremitani pro illorum antiquitate adstruenda comminiscuntur, solùm referre: & contrariam sententiam canonicorum probabiliorem sibi videri: neque in Decreto, neque in Decretali huius ordinis vllam prorsus mentionem haberi, sed solùm in duobus locis in sexto libro Decretalium. Videillum.

EOdem libro quarto, capite decimotertio inquit, B. Augustinum post primum monasterium in Agro Tagastensi exstructum ob multitudinem, & inquietudinem multorum aduentantium, inde ad duo milliaria recessisse ad quemnam montem altissimum, ad quem nonnisi per viam valdè aridam, & pœnosam aditi poterat, &c. Hæc, inquit, Sigibertus Beato Augustino notissimus in epistola ad Macedonium. Miror huius generalis Chronistæ diligentiam, & fidem in testimonijs historicorum referendis. Sigibertus, siue quisquis fuerit autor illius epistolæ ad Macedonium, scribit, August. primum monasterium apud Hipponem in horto Valerij exstruxisse: hic autem ex Sigiberto in agro Tagastensi exstructum affirmat. Deinde ait, Sigibertum Augustino notissimum fuisse. At Sigibertus, vt supra capite vigesimo nono notandum est, anno Domini 111. fatis concessit.

Eodem capite dicit, illum Ciuem Hipponensem Beati Augustini amicum, propter quem lucrandum ille ex agro Tagastensi Hipponem venerat, cuius meminit Possidius capite tertio, & idem Beatus Augustinus sermone primo de communi vita Clericorum, fuisse Bonifacium Comitem, cui Beatus Augustinus epistolam septuagesimam scribit, idque ex ipsa epistola nititur comprobare. At facilius ignem ex aqua elicere poterit, quàm ex illa epistola, quod autor intendit: nam ex illa epistola aperte habes, Bonifacium Comitem, quo tempore Beatus Augustinus Hipponem iuerat, vxorem habuisse ea verò defuncta, ipsi Bonifacio monasterium ingredi volenti, Beatum Augustinum, vt in sæculo pro Ecclesiæ defensione contra molestias Barbarorum maneret, seruato proposito castitatis, suasisse. Verba Beati Patris Augustini sunt: *Nempè omnes actus publicos, quibus occupatus eras, reliquere cupiebas, & in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua Serui Dei Nemini bi viuunt. Vt autem non faceres, quid te reuocauit? nisi quia considerasti, ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi Ecclesijs, quod agebas, si ea sola intentione ageres, vt defensa ab infestationibus Barbarorum, quietam, & tranquillam vitam agerent, sicut dicit Apostolus, in omni pietate, & castitate: tu autem ex hoc mundo, nihil quæreres, nisi ea, quæ necessaria essent huius vitæ sustentanda tuæ, ac tuorum, accinctus balteo continentiæ, & inter arma corporalia spiritualibus armis tutus, fortisque munitus. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti, vxoremque duxisti. &c.*

EOdem libro quarto, capite decimo quarto ait: *Satis inde superque notum illud monasterium Hipponense non esse Canonicorum, hos enim Beatus Augustinus non vbi factus Presbyter, sed Episcopus instituit.* Citat Possidium in vita Augustini capite quinto, ipsum Beatum Augustinum epistola septuagesima nona, sed falsò, nam verba sunt in epistola septuagesima sexta, Innocen-

tium primum epistola secunda ad Victricium. Omnia tamen extra propositum, & perperam: nullus enim Autorum, quos citat, dicit monasterium illud clericorum non fuisse. E contrario Possidius capite vndecimo dicit, ex illo monasterio consueuisse accipi clericos Ecclesiæ Hipponensi, & alijs, & capite quinto ait, quod factus presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, quod Ecclesia, & etiam ipsi Eremitæ interpretantur de monasterio clericorum, cum dicunt in officio: *Factus ergo Presbyter monasterium Clericorum mox instituit.* Nec valent frigidæ glossæ recens excogitatæ ad obtrudendas nebulas veritati, quòd instituerit monasterium Clericorum, quia Eremitæ facti sunt Clerici. Nunquam enim Eremitæ facti sunt Canonici Cathedralium, quomodo illi Clerici fiebant passim Canonici Cathedralis Hipponensis. Lege Iordanum libro secundo in Vitas Fratrum capite decimo quarto ista commenta vana reijcientem, ac scribentem: *Et cantatur in Antiphona, Quòd factus presbyter monasterium Clericorum mox instituit*: non dicit monachorum, sed clericorum.

Ibidem ait: *Nec de alijs, quàm de Eremitis Hipponensibus clericis, & itaiam institutis Tagastæ, & Carthagine multisque Africæ locis loquitur adhuc monachis ex Campania sanctus Paulinus ad Magistrum suum Alipium, eos ita salutare iubens: Benedictos sanctitatis tuæ comites, & imitatores in Domino Fratres (si dignantur) nostros tum in monasterijs Carthagine, Tagastæ, Hippone Regis, cum toto Parochiatuo, atque omnibus tibi locis Domino catholicè seruientes, multo affectu, & obsequio salutari rogamus.* At quòd Alipius Paulini Magister fuerit, vnde obsecro hausit? cum quo tempore illam epistolam ab autore allegatam, quæ est num. 35. inter epistolas Augustini, scribebat Paulinus, ne dum ipsum Alipium satis nosset, nec vicissim illi notus esset, vt ex serie epistolæ patet. Vbi etiam reperit, illos, de quibus Paulinus scribit, non alios, quàm Eremitas Hippone, & Carthagine clericos factos, esse potuisse? Satiùs fecisset, si hoc vel leui coniectura probasset.

Ibidem. *Multi denique ex ipsis Eremitis assumebantur ex monasterijs ad seruiendum Ecclesijs cathedralibus, prout necessitas postulabat, de qua re Possidius: Ex monasterio, quod per illum memorabilem virum Augustinum esse, & crescere cœperat, magno desiderio posse rire, atque accipere Episcopos.* Et in verbis præcedentibus ad idem probandum citat verba Possidij capite quinto dicentis: *Bono præcedente exemplo accepta ab Episcopo potestate presbyteri nonnulli tractare cœperunt Verbum Dei.* Et alia verba Augustini epistola septuagesimaseptima ad Aurelium. Verùm omnia figmenta sunt. Lege librum Possidij, lege epistolam Augustini, nihil in locis allegatis de Eremitis reperies.

X. LIb. 4. cap. 15. dicit Eremitas, vel monachos assumptos ad ordines Clericales, vel ad Epi-

tium primum epistola secunda ad Victricium: Omnia tamen extra propositum, & perperam, nullus enim Autorum, quos citat, dicit monasterium illud clericorum non fuisse. E contrario Possidius capite vndecimo dicit, ex illo monasterio consuevisse accipi clericos Ecclesiæ Hipponensi, & alijs, & capite quinto ait, quod factus presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, quod Ecclesia, & etiam ipsi Eremitæ interpretantur de monasterio clericorum, cum dicunt in officio: *Factus ergo Presbyter monasterium Clericorum mox instituit.* Nec valent frigidæ glossæ recens excogitatæ ad obtrudendas nebulas veritati, quòd instituerit monasterium Clericorum, quia Eremitæ facti sunt Clerici. Nunquam enim Eremitæ facti sunt Canonici Cathedralium, quomodo illi Clerici fiebant passim Canonici Cathedralis Hipponensis. Lege Iordanum libro secundo in Vitas Fratrum capite decimo quarto ista commenta vana reijcientem, ac scribentem: *Et cantatur in Antiphona, Quòd factus presbyter monasterium Clericorum mox instituit:* non dicit monachorum, sed clericorum.

Ibidem ait: *Nec de alijs, quàm de Eremitis Hippone clericis, & itaiam institutis Tagastæ, & Carthagine, multisque Africæ locis loquitur adhuc monachus ex Campania sanctus Paulinus ad Magistrum suum Alipium, eos ita salutare iubens: Benedictos sanctitatis tuæ comites, & imitatores in Domino Fratres (si dignantur) nostros tum in monasterijs Carthagine, Tagastæ Hippone Regio, cum toto Parochijs tuo, atque omnibus tibi locis Domino catholicè seruientes, multo affectu, & obsequio salutari rogamus.* At quòd Alipius Paulini Magister fuerit, vnde obsecro hausit? cum quo tempore illam epistolam ab autore allegatam, quę est num. 35. inter epistolas Augustini, scribebat Paulinus, ne dum ipsum Alipium satis nosset, nec vicissim illi notus esset, vt ex serie epistolæ patet. Vbi etiam reperit, illos, de quibus Paulinus scribit, non alios, quàm Eremitas Hippone, & Carthagine clericos factos, esse potuisse? Satiùs fecisset, si hoc vel leui coniectura probasset.

Ibidem. *Multi denique ex ipsis Eremitis assumebantur ex monasterijs ad seruiendum Ecclesijs cathedralibus, prout necessitas postulabat, de qua re Possidius: Ex monasterio, quod per illum memorabilem virum Augustinum & esse, & crescere cœperat, magno desiderio posse re, atque accipere Episcopos.* Et in verbis præcedentibus ad idem probandum citat verba Possidij capite quinto dicentis: *Bono præcedente exemplo accepta ab Episcopo potestate presbyteri nonnulli tractare cœperunt Verbum Dei.* Et alia verba Augustini epistola septuagesimaseptima ad Aurelium. Verùm omnia figmenta sunt. Lege librum Possidij, lege epistolam Augustini, nihil in locis allegatis de Eremitis reperies.

X. Lib. 4. cap. 15. dicit Eremitas, vel monachos assumptos ad ordines Clericales, vel ad Episcopatum depositio pallio, & cingulo monachali clericalibus indumentis vti consuevisse, vt essent conformes alijs clericis. Allegat textum Cœlestini I. in Epistola ad Episcopos Viennensem, & Narbonensem. Primò quod ait, Monachos ad sacerdotium assumptos, siue etiam ad Episcopatum, habitum monasticum deponere potuisse, vel consuevisse, & habitum clericalem assumpsisse, falsum omnino est. Nam Pontifices, qui monachis concesserunt, vt pro Ecclesiarum necessitate, vel vtilitate, monachi possent ad sacros ordines promoueri, id catenus permiserunt, si salua manerent tum propositum, tum etiam alia monastica instituta. Ita Innocentius I. in cap. de monachis 16. quæ & Gelasius I. capite Priscis, 55 distinctione. Et quia externus habitus signum est internæ professionis, vt notat D. Thomas quæst. 185 artic. 8. ideò vsus Ecclesiæ Catholicæ semper obtinuit, vt monachi ad Episcopatum assumpti proprium habitum retinerent. Et miror, hunc autorem contrarium dicere sine teste, contra antiquissimam consuetudinem Ecclesiæ, cuius initij non extat memoria, vel notitia apud nos. Sed esto verum id esset, quod tamen falsissimum est, adhuc magis falsum est, quod hoc scribat Cœlestinus in epistola allegata. Et mihi quidem videtur hæc licentia non ferenda, vt cuiuis licitum sit literis Pontificum quicquid placuerit, pro eius libito imponere. Referam verba eiusdem Papæ ex illius epistola, quæ habetur in primo volumine Conciliorum ante Concilium Ephesinum: *Didicimus*, inquit, *quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultu inseruire, quam mentis, vel fidei puritati; sed non mirum, si contra Ecclesiasticum morem faciunt, qui in Ecclesia non creuerunt, sed alio venientes itinere factum hac in Ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti credunt, se scripturæ fidem non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, vt taliter seruarentur, cur non simul pariter, quæ sequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vnà cum baculo teneantur? Habent suum illa mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt magis, quam decet, figuratione seruentur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur, opera vestra luceant, indicantur. Habent tamen illum forsitan cultum, morem potius, quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt. Vnde hic habitus in Ecclesijs Galliæ anis; vt tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi à plebe, vel cæteris summis doctrina, non veste, conuersatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipimus nouitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, vt locum superuacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, &c.* Vide quæsò, an de habitu monachorum abijciendo, cum ad Sacerdotia, & Episcopatus assumebantur, an potius de habitu superstitioso ab Hæreticis,

vel ab his, qui de hæreti ad Ecclesiam veniebant, introducto loquatur, quem omnino abijci Cœlestinus præcipit, & diligenter caueri, ne locum superstitionibus faciamus. Crediderim ego, Cœlestinum de superstitioso habitu quorundam monachorum, hæreticorum tamen Eustathianorum nuncupatorum, locutum, contra quos tempore Sylvestri Papæ I. celebratum est Concilium Grangense. Hi enim inter alias superstitiones pallijs omninò vtendum docebant, & à birris, siue alia veste communi abstinere iubebant. Extat Canon dicti Concilij duodecimus in ordine, qui superstitionem illam sub pœna anathematis interdicit: & refertur in decreto cap. si quis virorum. trigesima distinctione. Vtcunque sit, hoc certum, eos, qui superstitiosum illum habitum in Gallias introducere volebant, de hæresi ad Ecclesiam venisse, ac fortè de longissimis terrarum spatijs, puta ex Oriente, vbi Eustathianorum Monachorum reliquiæ fouebantur: nam dicit Cœlestinus, *quod illi in Ecclesia non creuerant, sed alio venientes itinere, secum hæc in Ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerunt, intulerunt.* Et infra. *Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quàm rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt.* Si autem concedat autor Cœlestinum de suis Eremitis loqui, nolo esse obstinatus in contradicendo, dum tamen illos Beatissimi Patris Augustini familiæ non adscribat.

XI. Lib. 5. cap. 8. inquit: *Illustrissimus verò Bellarminus breuem fecit, & doctam dilucidationem, vt germanos Augustini fœtus agnosceremus, sed à Louaniensibus differt solùm in sequentibus, in primo tomo librum de Vita Eremitica, &c.* Vt qua fide Bellarminum, & alios referat, apud omnes semel constet, ponam hic illius verba, & è regione verba Cardinalis Bellarmini. Autor ex Bellarmino. *In primo tomo librum de Vita Eremitica ambigo an sit Augustini, cum nec in Retractationibus, nec in indiculo reperiatur.* Bellarminus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino in Censura operum tomi primi. *Liber de Vita Eremitica non potest esse Augustini, cum in eo nominentur Sancti Patres Benedictus, & Gregorius.* Autor ex Bellarmino. *In secundo tomo item epistola sexdecim ad Bonifacium, nempè centesima sexagesima secunda, & cæteræ non videntur esse Augustini: non tamen est euidens, non esse Augustini.*

Bellarminus in censura tomi secundi. *Epistolæ sexdecim Augustini ad Bonifacium, & Bonifacij ad Augustinum, quæ inter seruntur inter epistolam ad Honoratum de fuga in persecutione, & epistolam ad Edituam de voto continentiæ, non videntur esse Augustini: sed breuissimæ sunt, & non multum refert cuius sint.*

Autor ex Bellarmino in tomo tertio. *Speculum tribuitur à Possidio non solùm in Indiculo, sed etiam in Vita S. Augustini, tametsi fortasse aliquo mutauerit textum scripturæ, vt puto, quem Augustinus posuerat, posuerit ipse eum, quem nostra translatio habet.*

Bellarminus in censura tomi tertij: *Liber, qui dicitur Speculum, quamuis de eius Autore aliqui dubitauerint, verè S. Augustini est, nam & habetur in Indiculo Possidij, & ipse idem Possidius in vita S. Augustini tradit hunc librum ab Augustino fuisse conscriptum.*

Autor ex Bellarmino in tomo sexto. *Liber de Fide contra Manichæos à nemine reprehenditur & videtur planè Augustini.*

Bellarminus in censura tomi sexti. *Liber de Fide contra Manichæos, non videtur esse Augustini, qui non fit eius mentio in Retractationibus, neque in Indiculo Possidij, & quia vtitur Phrasibus inusitis Augustino, vt est illa cap. 18. Si Deus incorruptibilis est, &c.*

Autor ex Bellarmino in tomo septimo: *Liber contra Fulgentium Donatistam incertum est an sit Augustini, cum non habeat, aliquod testimonium ab aliquo autore graui.*

Bellarminus in censura tomi septimi. *Liber contra Fulgentium Donatistam dialogus est, &c. & certè nihil est in hoc dialogo, vndè probari possit, autorem eius non esse Augustinum, nisi quod eius mentio non habetur in Retractationibus, neque in Indiculo: Sed fieri potest, vt in tanto numero librorum tum ipse Augustinus, tum Possidius vnius libelli oblitus fuerit.*

Lib. sexto, dicit corpus Beati Augustini concessum fuisse Eremitis ex quodam Chronico sui Pamphili. Quod in tantum à vero abest, vt Eremitæ Augustiniani vsque in hunc diem, neque Augustini corpus viderint, nec locum, vbi Sanctissimi Patris reliquiæ conduntur, illic repositæ ob timorem Gallorum, ne subriperentur, antequam Eremitæ ex concessione Ioannis XXII. admitterentur ad Ecclesiam Diui Petri in Cœlo aureo.

Eodem libro 6. cap. 7. de Constitutionibus Petri Portuensis loquens, illas cum Augustini regula confundit.

Dies deficerent, si omnia huius autoris mendacia hic forent scribenda, vnum pro Colophone adnotabo, eodem libro sexto, pagina 171. ex relatione Oldradi Episcopi Mediolanensis scribit, reliquias Beati Augustini ex Sardinia Papiam translatas anno Domini 797. pridiè Kalendas Martij. Qua in re manifestè errat. Hæc enim translatio per Luitprandum Regem Longobardorum facta est, quod nullus negabit: Luitprandus verò sub anno 744. extremum diem obierat, quod ex Paulo Diacono Baronius ibidem notauit. Regnum etiam Longobardorum anno 774. euersum est, vt ibi pariter Baronius ex Annalibus Francorum obseruauit. Sed indulgeo Chronistæ in historiis Longobardorum minùs versato: Saltem vidisset epistolam Oldradi, quam allegauit, nam illam videre poterat apud eundem Baronio tomo nono, sub anno 725. quo anno ciusmodi translationem Rege Luitprando procurante factam in hunc modum scribit:

Dominus

CAPVT TRIG

Domino Regum piissimo Carolo Magno, Petrus Oldradus indignus Mediolanensium Archiepiscopus, perennem in Christo coronam. Opus quod celsitudo vestra, &c. E infra. Vnde Luitprando Asprandi filio Longobardorum Rege, quo tempore à die obitus ipsius Sancti Patris, scilicet Augustini ducenti, & octoginta anni decoluti fuerant Regno Longobardorum adepto, & perseuerante in vero Religionis proposito, quippe qui protector, & defensor fidelis Ecclesiarum Dei extitit, &c. & infra. Legatos suos proceres nobiles cum magno pondere auri, & argenti transmisit in Sardiniam, & redimentes sanctum corpus à Barbaris, mutuque illud imponentes, Dei misericordia, & ingenti eorum gaudio pleni velo per tranquillum mare in vnius dei, & nostri Saluatoris perducti sunt ante portum, & stationem Ianuensem & infra. Hæc translatio corporis S. Augustini facta fuit pridie Calendas Martij. sedente in sancta Petri Sede Gregorio hoc nomine secundo, &c. Vtrùm autem Gregorius secundus vixerit anno 797. quo anno hic Autor prædictam translationem factam scribit, non opus est nunc demonstrare. Et demùm cum litera Oldradi sub anno 795. data fuerit, quomodo potuit Chronista non penitùs obliuiosus eandem translationem in sequentem annum reijcere?

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

Quæ Cornelius Lancillottius in libro de Vita S. Augustini, ad illius monachatum adstruendum, aut falsò, aut perperam allegauit.

I. Frater Cornelius Lancillottus, qui nuper tres libros de Vita S. Augustini edidit, quos impressores Colonienses in nouissima librorum Sancti Augustini editione, cum vita ipsius Augustini per Possidium exarata in limine primi tomi imprimendos curauerunt, vt de sua fide, ac diligentia legentes certiores redderet, statim in principio operis epistolæ sub nomine Possidij ad Macedonium scriptæ fragmentum ponit. *Augustinus, inquit, homo cœlestis, immaculatæ vitæ, Pater Patrum, Doctor Doctorum, abyssus sapientiæ &c. Augustinus par Angelis in feruore, par Propheto in abscondito rerum mysteriorum reuelatione, par Apostolis in prædicatione, par Martyribus in desiderando passionem par Confessoribus in disciplinarum traditione, & par Virginibus in continentiæ obseruatione.* & concludit: *Si omnia membra verterentur in linguas, adhuc non esset sufficiens ad laudandum tantum Patrem, & Doctorem.* Hæc epistola similis est illi, quæ sub nomine Sigiberti Augustino familiarissimi ad Ma-

Domino Regum pijssimo Carolo Magno, Petrus Oldradus indignus Mediolanensium Archiepiscopus, perennem in Christo coronam. Opus quod celsitudo vestra, &c. Et infrà: *Vnde Luitprando Astrandi filio Longobardorum Rege, quo tempore à die obitus ipsius Sancti Patris, scilicet Augustini ducenti, & octoginta anni decoluti fuerant Regno Longobardorum adepto, & perseuerante in vero Religionis proposito, quippe qui protector, & defensor fidelis Ecclesiarum Dei extitit, &c.* & infrà. *Legatos suos proceres nobiles cum magno pondere auri, & argenti transmisit in Sardiniam, & redimentes sanctum corpus à Barbaris, vtrique illud imponentes, Dei misericordia, & ingenti eorum gaudio pleni velis per tranquillum mare in vnius diei, & noctis spacio perducti sunt ante portum Ianuensem* & infrà. *Hæc translatio corporis S. Augustini facta fuit pridie Calendas Martij, sedente in sancta Petri Sede Gregorio hoc. me. eius nominis secundo, &c.* Verùm autem Gregorius secundus vixerit anno 727. quo anno hic Autor prædictam translationem factam scribit, non opus est nunc demonstrare. Et demùm cum litera Oldradi sub anno 796. data fuerit, quomodo potuit Chronista non penitùs obliuiosus eandem translationem in sequentem annum reijcere?

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

Quæ Cornelius Lancillottus in libro de Vita S. Augustini, ad illius monachatum adstruendum, aut falsò, aut perperam allegauit.

I. FRater Cornelius Lancillottus, qui nuper tres libros de Vita S. Augustini edidit, quos impressores Colonienses in nouissima librorum Sancti Augustini editione, cum vita ipsius Augustini per Possidium exarata in limine primi tomi imprimendos curauerunt, vt de sua fide, ac diligentia legentes certiores redderet, statim in principio operis epistolæ sub nomine Possidij ad Macedoniũ scriptæ fragmentum ponit. *Augustinus*, inquit, *homo cœlestis, imago diuinitatis, Pater Patrum, Doctor Doctorum, abyssus sapientiæ &c. Augustinus par Angelis in fernore, par Prophetis in absconditorum mysteriorum reuelatione, par Apostolis in prædicatione, par Martyribus in desiderando passionem par Confessoribus in disciplinarum traditione, & par Virginibus in continentiæ obseruatione.* & concludit: *Si omnia membra verterentur in linguas, adhuc non esset sufficiens ad laudandum tantum Patrem, & Doctorem.* Hæc epistola similis est illi, quæ sub nomine Sigiberti Augustino familiarissimi ad Macedonium circumfertur, & ex eadem officina edita, hoc vno excepto, quod non ita mendacijs scatet, fortè quia autor integrum exemplum non possuit, sed illius fragmentum. Stilus omnino diuersus à stilo Possidij. Huius epistolæ nullus Autor fide dignus meminit. Et vbi quæso tandiu latuit? Vocat Augustinum imaginem diuinitatis, quod etsi aliquo sensu bono, & Catholico admittatur, apud Doctores in vsu non est nam esse imaginem diuinitatis est proprietas quam Paulus Christo tribuit ad Colossens. 1. Secundò Augustinum Apostolis in prædicatione parem facit. Verùm neque Possidius in vita Augustini, neque Ecclesia in eius officio tantum illi tribuere audet. Sed post Apostolos in dispensando Dei verbo illi secundas concedit. *Post quos*, inquit, *secunda dispensandi verbi Dei permotus visus est gratia.* Tertiò, inquit illum parem fuisse Virginibus in continentiæ obseruatione, quod falsum esse nullus ignorat, nec puto Augustini discipulum, & virum alioqui sanctissimum, Magistrum, & patrem mendacijs honorare voluisse, cum non deesset campus feracissimus laudum veritimarum.

Lib. 1. cap. 38. probat Augustinum, quando in Ostijs Tiberinis morabatur, in Africam redituras, monachum fuisse, siue Eremitam. Allegat Augustinum lib. 9. Confess. cap. 10, at nec ibi, nec alibi hoc dixit Augustinus.

Ibidem dicit, Paulinum Nolanum hortari Vincentium ad vitam eremiticam, citat epistolam 36. inter epistolas Augustini. Vide illam, & omnes Augustini epistolas, nihil tale reperies.

II. Lib. 2. cap 1. fatetur, inuentam Mediolani epistolam Valerij Hipponensis Episcopi ex Africa Mediolanum missam, eamque ex Bibliotheca Mediolani Ducum Græco sermone scriptam, latinitate postea donatam. At de dicta epistola cuius fides esse possit, dictum est supra capite vigesimo octauo.

Eodem lib. cap. 4. dicit, Augustinum fuisse Monachum, vt contra distinctum à Clerico, citat Possidium in vita Augustini cap. 2. lege illum, nihil inuenies.

Ibidem fatetur seruari in Bibliotheca Vaticana librum vetustum Augustini de Cognitione veræ vitæ, in cuius fine dicitur, illum scriptum fuisse Eremitis in monte Pisano. Verùm de hoc libro diximus capite præcedenti, vel non esse Augustini, vel in monte Pisano ab Augustino scriptum minimè fuisse qui in monte Pisano non fuit, & fortè illum non vidit.

Eodem libro cap. 5. dicit ex sermone 49. de diuersis haberi Augustinum portasse tunicam longam, zona præcinctam cum cuculla. Sermo præ omnium manibus est, videlicet sermo primus de Communi vita Clericorum, in quo de zona, cuculla, & veste longa, nec iota vnum, nec vnus apex.

Ad idem citat Martyrologium Romanum Petri Morsalini. Verùm istud non est Martyrologiũ Romanum, neq; in Martyrologio Romano aliquid tale reperitur.

Eodem lib. & cap. ad finem inquit: *Quam rem etiam confirmat istud, quod Augustini sequacibus Eremitis idem habitus decretus est aliquot ante seculo, ac contra reprehensores fuit pronunciatum à Leone I. & Alexandro IV. Sedes* (inquit D. Antoninus in fine tertiæ partis historiarum) *Apostolica aspiciens ad primam Ordinis originem, habitum superiorem eis determinauit, imò verius dudum per S. Augustinum determinatum declarauit, statuendo videlicet, quòd eorundem scilicet Eremitarum S. Augustini habitus exterior esset cucullus nigri coloris.*

Hic multa minus vera dicuntur. Primò falsum est, Augustinum cucullam nigram gestasse, aut zonam pelliceam, ex Augustino serm. 2. de comm. vita Clericorum. Secundò falsum est, quòd propter hoc Summi Pontifices hunc habitum Eremitis decreuerint. Causæ verò, propter quas illum decreuerũt, ex bullis Gregorij IX. Innocentij IV. & Alexandri IV. apparent. Tertiò multò magis falsum est, quòd contra reprehensores per Leonem I. & Alexandrum IV. fuerit pronunciatum. Et quidem Leo I. de hoc nihil statuit, nec Autor illius decretum producit. Alexander verò IV. non pronunciauit contra negantes Augustinum cucullam nigram zona pellicea desuper cinctam gestasse, aut eiusmodi habitum Eremitis determinasse, absit: sed pronunciauit contra Eremitas nolentes eiusmodi habitum à Sede Apostolica præscriptum gestare, quos Ecclesiasticis censuris ad id compellendos esse mandauit, vt sublata eiusdem habitus confusione cessarent scandala, quæ in dies oriebantur in non modicum detrimentum Fratrum Minorum, quos piorũ eleemosynis per simulationem eiusdem habitus fraudabãt. Quartò adhuc falsum est, hoc dicere D. Antoninum: nã vt sæpe aduertimus, D. Antoninus in postremo illo capite non ex propria sententia loquitur, sed cuiusdam Eremitæ verba referendo, quæ acriter impugnat.

III. Eodem lib. 2. cap. 7. inquit: *Hanc ob causam venerabilis ille senex Augustinum rogauit, vt scripto sibi, suisque traderet aliquam viuendi normam, quæ veterum Monachorum consuetudini foret accommoda, quod quidem Augustinus et libens præstitit.* Allegatur Sigibertus in Chronico. Legatur Sigibertus in Chronico, nihil tale inuenietur. Inuenitur verò in Epistola sub nomine eiusdem Sigiberti ad Macedonium, quæ cuius sit fidei, & autoritatis, suprà dictum fuit. & mea quidem opinione Autor Sigiberti Chronicum non vidit: non enim dixisset Sigibertum, qui hæc de Augustino scribit, autorem Chronici fuisse, quod anno M. C. XI. absolutum fuit.

Cap. 9. dicit, Augustinum Eremitis in Tuscia degentibus Regulam scripsisse: allegat Antoninũ, sed frustra, nam vt dictum est, Antoninus non ex propria sententia loquitur, sed ex relatione Eremitarum.

Cap. 10. dicit, Augustinum fuisse in annis triginta quinque, quando illius mater Monica ex hac vita migrauit; citat Augustinũ lib. 9. Confess. c. 11. Verùm ex Augustino constat, illum tunc fuisse ætatis annorum triginta trium, de quà re dictũ est suprà cap. 4 & 5.

Cap. 11. Allegat Augustinum lib. 22. de Ciuitate cap. 8. sic dicentem: *Venientes enim de transmarino me, & fratrem meum Alipium, nondum quidem Clericos, sed tamen Deo per religiosæ vitæ obseruantiam seruientes, vt erat cum tota domo sua religiosissimus, ipse susceperat, & apud eum tunc habitabamus.* At hæc verba: *Per religiosæ vitæ obseruantiam* Autor de suo addidit ad vitam Eremiticam insinuandam: quod tamen frigidum est, nam si per religiosæ vitæ obseruantiam intelligi deberet vita Eremitica, etiam ille Vincentius, quem textus dicit, fuisse cum tota domo sua religiosissimum, necessariò cum ipsa domo sua fuisset frater Eremita.

Cap. 12. ex Baronio scribit, Augustinum in Eremo apud Tagastam triennio degisse, ibique circa medium triennij librum de Magistro scripsisse. Baronius hoc non dicit. Sed quomodo Autor hoc dicere potuit, qui scribit, Augustinum fuisse ætatis annorum 35. quando illius mater corpore soluta est? & tamen Augustinus 9. Confess. cap. 6. scribit, Adeodatum libri illius interlocutorem, qui fuit baptizatus cum illo in annis quindecim, mortuum in Africa in annis 16.

Cap. 13 dicit, Augustinum post primum monasterium Tagastæ exstructum, aliud in monte circiter duo milliaria distanti à primo monasterio exstruxisse. Citat Sigibertum in Epistola ad Macedonium. Verùm Sigibertus dicit, primum monasterium iuxta Hipponem in horto Valerij exstructum, non prope Tagastam, idem etiam de secundo in monte illo circiter duo mulliaria distante affirmat.

Cap. 15. dicit, Monasterium Hipponense exstructum fuisse in horto illius Ciuis Hipponensis, propter quem videndum Augustinus Hipponem iuerat. At Augustinus serm. 1. de comm. vita Clericorum dicit, se illud in horto sibi ab Episcopo Valerio ad id donato, institutisse. *Cognito*, inquit, *instituto, & voluntate mea B. memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium.*

IV. Cap. 16. dicit, Ordinem Eremitarum approbatum fuisse ab Innocentio I. à Sixto III. & Leone I. Puto si Venerabiles Patres Eremitæ istas approbationes haberent, quòd in contentionibus, quas super illorum antiquitate non solùm cũ patribus Illustrissimi Ordinis Prædicatorij, sed etiam cum Monachis, & Canonicis Regularibus non semel excitauerunt, aliquando illas produxissent, quas tamen nunquam produxerunt, nec producent.

Ibidem subiungit: *Fuit tamen in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. anno 1215. propter eos, qui vocabantur pauperes de Lugduno, Ordo noster rursus approbatus.* Cui dicto fides adhiberetur, si locum, & verba Concilij notasset, in quibus eiusmodi approbatio habetur: nam apud Latinos hic locus adhuc ignoratur, & puto etiam apud Germanos.

Ibidem subdit: *Ideoque Pontifex Innocentius ante supradictum Concilium Lateranense de hoc ordine approbato sentiens, ac loquens, Priori cuidam Ordinis Augustinianorum imperat, vt declaret excommunicatum Archiepiscopum Cantuariensem, eò quod Priorem quendam Augustiniani Ordinis post appellationem ad sedem Apostolicam excommunicationi subiecerat.* Ego verò sine iactantia affirmare possum, me omnes huius Pontificis Epistolas vidisse, quas etiam apud me teneo, & de Ordine Eremitarum Augustinensium nec vnam minimam syllabam in illis contineri. Reperiuntur autem in primo libro dictarum Epistolarum epistolæ directæ Prioribus Sancti Augustini, & Sancti Hilarij, quibus Innocentius mandauit, Archiepiscopum Cantuariensem excommunicatum denunciare; quòd Priorem monasterij Sancti Saluatoris, & dictæ Ecclesiæ Cantuariensis post interpositam legitimam appellationem ad Sedem Apostolicam, excommunicationi subiecerat. Verum monasterium Sancti Saluatoris Cantuariensis, & similiter monasterium Sancti Augustini, Eremitarum Augustinianorum domus vnquam fuisse, illius pace verum non est: fuerunt enim monasteria celeberrima præclarissimi Ordinis S. Benedicti, quod nullus, qui Anglorum historias legerit, ignorat.

Ibidem subdit: *Ex lib. 2. Epistolarum literis ad Vlyssiponensem, & Colimbricensem Episcopos anno 1199. circa Calendas Decembris datis præcipit, vt cogant fœminam quandam habitum Sancti Augustini resumere, quòdam manibus eiusdem Eremitæ Augustiniani votum castitatis emisisset.* Verba huius Epistolæ referuntur in capite insinuante. Qui Clerici, vel vouentes vbi de Eremitis Augustinianis nihil, cuius verò Ordinis illi essent, de quibus textus loquitur, fuerit loco dicemus.

Ibidem ait: *D. Antoninus asserit 3. par. tit. 24. cap. 13. hanc propagationem ab ipsomet Augustino deductam fine interruptione, in quadam simplicitate permansisse etiam ad hoc vsque Concilium Lateranense, in quo neutiquam fuit Ordo approbatus, vtpote qui iam floreret.* D. Antoninus cap. non tertiodecimo, vt autor citat, sed quartodecimo in principio, cum hanc sententiam Autoris ex quodam Eremita dicti Ordinis recitasset, illam vt falsam, & impossibilem reiecit. Illius verba posuimus suprà cap. 19. Si verò dictus Ordo Eremitarum, quod iam floreret, non fuit approbatus, cur Autor paulò superius in eodem capite dixit, quòd in eodem Concilio sub Innocentio III. propter eos, qui vocabantur pauperes de Lugduno, fuit approbatus? Nam esse, & non esse approbatum ab eodem Concilio, sunt contra-

Ibidem subiungit: *Fuit tamen in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. anno 1215. propter eos, qui vocabantur pauperes de Lugduno, Ordo noster tunc sub approbatus.* Cui dicto fides adhiberetur, si locum, & verba Concilij notasset, in quibus eiusmodi approbatio habetur: nam apud Latinos hic locus adhuc ignoratur, & puto etiam apud Germanos.

Ibidem subdit: *Ideoque Pontifex Innocentius ante supradictum Concilium Lateranense de hoc ordine approbato sentiens, ac loquens, Priori cuidam Ordinis Augustinianorum imperat, vt declaret excommunicatum Archiepiscopum Cantuariensem, eò quod Priorem quendam Augustiniani Ordinis post appellationem ad sedem apostol. cam excommunicationi subiecerat.* Ego verò sine iactantia affirmare possum, me omnes huius Pontificis Epistolas vidisse, quas etiam apud me teneo, & de Ordine Eremitarum Augustinensiũ ne vnam minimam syllabam in illis contineri. Reperiuntur autem in primo libro dictarum Epistolarum epistolæ directæ Prioribus Sancti Augustini, & Sancti Hilarij, quibus Innocentius mandauit, Archiepiscopum Cantuariensem excommunicatum denunciare; quòd Priorem monasterij Sancti Saluatoris, & dictæ Ecclesiæ Cantuariensis post interpositam legitimam appellationem ad Sedem Apostolicam, excommunicationi subiecerat. Verum monasterium Sancti Saluatoris Cantuariensis, & similiter monasterium Sancti Augustini, Eremitarum Augustinensium domus vnquam fuisse, illius pace verum non est: fuerunt enim monasteria celeberrima præclarissimi Ordinis S. Benedicti, quod nullus, qui Anglorum historias legerit, ignorat.

Ibidem subdit: *Ex lib. 2. Epistolarum Isterii ad Vlyssiponensem, & Colimbricensem Episcopos anno 1199. circa Calendas Decembris datu præcipit, vt cogant fœminam quandam habitum Sancti Augustini resumere, quem in manibus cuiusdam Eremitæ Augustiniani votum castitatis emisisset.* Verba huius Epistolæ referuntur in capite insinuante. Qui Clerici, vel vouentes, vbi de Eremitis Augustinianis nihil, cuius verò Ordinis illi essent, de quibus textus loquitur, suo loco dicemus.

Ibidem ait: *D. Antoninus asserit 3. par. tit. 24. cap. 13. hanc propagationem ab ipsomet Augustino deductam sine interruptione, in quadam simplicitate permansisse etiam ad hoc vsque Concilium Lateranense, in quo neutiquam fuit Ordo approbatus, vt pote qui iam floreret.* D. Antoninus cap. non tertiodecimo, vt autor citat, sed quartodecimo in principio, cum hanc sententiam Autoris ex quodam Eremita dicti Ordinis recitasset, illam vt falsam, & impossibilem reiecit. Illius verba posuimus supra cap. 19. Si verò dictus Ordo Eremitarum, quod iam floreret, non fuit approbatus, cur Autor paulò superius in eodem capite dixit, quòd in eodem Concilio sub Innocentio III. propter eos, qui vocabantur pauperes de Lugduno, fuit approbatus? Nam esse, & non esse approbatum ab eodem Concilio, sunt contradictoria, inter quæ medium non datur.

V.

Ibidem subdit: *Ex vetustissimis, & certissimis ipsius Ordinis monumentis apparet, huius nonnulla Cœnobia ante Innocent. III. fundata fuisse, vt Londoniense in Anglia an. 1059. & in Hispania Burgense an. 1144.* Sed Autor pace illius decipitur, nam Londonij siue Londini ante an. Christi 1250. monasterium Eremitarum Augustinensium nullum omninò erat. Erat verò monasterium Ordinis S. Augustini, sed Canonicorum Regularium S. Trinitatis nuncupatum, illudque præclarissimum, & antiquissimum, de quo sequenti libro dicemus. Scripserunt multi de Ecclesijs & monasterijs Anglicanis, scripsit nouissimè Ioannes Pitsius librum de scriptoribus Anglicanis: cæterũ ex omnibus, quotquot videre potui, nullũ vidi qui huic ordini Eremitarũ apud Britannos maiorẽ antiquitatem tribuat, quã trecentorum, & quinquaginta circiter annorum nec ipsi Ven. Patres Eremitæ aliquem testem fide dignum pro maiori antiquitate hactenus produxerunt. Editus est anno 1612. Catalogus monasteriorum Angliæ, Autore Ioanne Speed, in quo monasterium S. Augustini Londinense Ord. Eremitarum an. 1257 ponitur fundatum. Idem de monasterio Burgensi, & de alijs affirmo, quorum fundationes, si annum Christi 1200 præcesserunt, sine dubio illa monasteria vel Canonicorum, vel Monachorum erant, licèt fortassis temporum successibus in manus Eremitarum deuenerint.

Ibidem addit: *Quin & Adelheida soror Hildegardis, quæ Carolo Magno nupserat, strucidata ab Hunnis, mariti, & filiarum corpora sepeliuit in Buccouiensi Augustiniano monasterio, quod pro suo in Eremitas affectu ædificauit.* De hoc monasterio, cum titulum non prodat, diuinare nequeo. Cæterum Aubertus Miræus in lib. de Collegijs Canonicorum sæcularium cap. 76. scribit Adelheidam, siue Adelindam Hildegardis sororem monasterium in Bucouia Canonissarum sub inuocatione SS. Cornelij & Cypriani fundasse. nõ autem Eremitarum. reperi etiam Carolum Magnum, & eius patrem, parentes, & cognatos multa monasteria fundasse, eaq; ingentissimis prædijs, diuitijs & priuilegijs muniuisse: at illa omnia vel Canonicorum, vel Monachorum erant, quorum tantummodo fit mentio in Concilijs Aquisgrani, & Moguntiæ sub ipso Carolo Magno, & eius filijs celebratis. Neque possunt Eremitæ dicere, se sub nomine Monachorum in dictis Concilijs comprehensos esse: nam Concilia expresse indicant, omnes monachos, de quibus in eis mentio habetur, sub B. Patris Benedicti Regula institutos fuisse.

Ibidem: *Martinus quoque Nauarrus perhibet D. Aurelij Augustini tempore fratres Eremitas fuisse, qui illustratoris sui regulæ vitam attemperarunt.* Citatur to. 2. comment. 4. de Regularibus nu. 9. sed hæc manifestissima est impostura. Et mirum valdè est, cum Martini Nauarri nostri libri omnium manibus proterantur, Autorem hæc illi imponere au-

tum fuisse; sed mihi hîmiter suadeo, cum libros Nauarri, quemadmodum & alios multos, quos citat, non vidisse. cuius rei argumentum euidens est, quòd pro tomo 2. citat tractatum secundum: quâquam Commentarij Nauarri de Regularibus, neque sint in tract. 2. neque in tom. 2. sed in to. 1. operum illius. Omitto, quæ ibi dicit de Regulis D. Basilij, & Augustini, non esse certum, quæ illarum fuerit prior, eo quòd vterque eisdem temporibus vixerit, licèt Basilius senior: cum certum sit, Basilium ante Augustini Baptismum ad vitam Beatorum migrasse, quod & Baronius sub anno 378. adnotauit.

VI. EOdem lib. 2. c. 18. dicit, videri D. Hilarium Arelatensem fuisse Eremitam Augustinẽsem, ex illius epistola ad Augustinum, quæ habetur ante libros Augustini de Prædestinatione Sanctorũ. Sed nec etiam si quis lynceos oculos haberet in ea epistola hoc videret: nihil enim de Augustini Eremitis in dicta epistola habetur.

Addit, Verisimile videri, eiusdem instituti fuisse Paulinum Nolanum, ex epist. 31. & 35. inter epistolas Augustini. sed superius dictum est, ex eisdem epistolis, & præsertim ex 35. contrarium haberi, nimirum Paulinum ante Augustini baptismum, & sacerdotem, & monachum fuisse.

Addit, eiusdem instituti fuisse D. Prosperum Regiensem, & Fulgentium Ruspensem: citat Baronium tom. 6. sub anno 504. qui de D. Prospero non loquitur, & alibi contrarium apertè docet, illum fuisse presbyterum, & clericum, non monachum. de vtrisque suo loco aliqua dicemus.

Ibidem subdit: *Vnde non ita diu capta Hipponensi Ciuitate multi religiosorum Neapolim profugere, monasteriumque Niridanum prope illam ædificauerunt, floruerunt hic inter cæteros Adrianus abbas, in Angliam postea missus ad conuersionem eius gentis, item D. Agnellus, & Gaudiosus cum sancto Quodvultdeo, & cæteris præsulibus fuga ex Africa iuxta hanc Ciuitatem delatis.* Citantur in margine Beda lib. 5. historiæ Anglicanæ, cap. 1. Tabulæ Ecclesiæ Neapolitanæ, Paulus Regius in Actis, Baronius in Martyrologio die 28. Octobris. Multa paucissimis in verbis videtur errata. Primum est, Sanctos illos viros Agnellum, Gaudiosum, & Quodvultdeum, & alios Africanos ex Africa fugientes Neapolim migrasse: nam illi non fugientes, sed ab impijssimo Rege per vim pulsi, & nauigijs sine velis, & remigijs ad certum naufragium expositi, diuino miraculo Neapolim sunt delati. Secundum, ex illis profugis fuisse Adrianum à Vitaliano ad Anglos missum, qui annis ducentis Quodvultdeo, & Gaudioso posterior extitit: illi enim sub anno 440. ex Africa pulsi, hic circa annum 660. in Angliam missus. Tertium, monasterium Niridanum ordinis Eremitarum fuisse. Quartum, id haberi ex Autoribus allegatis. Nam vt à primo incipiamus. Beda lib. 5 historiæ Anglorum de Adriano nihil dicit. lib. verò 4. cap. 1. inquit, illum fuisse Abbatem monasterij sancti Petri in Anglia prope Cantuariam. At lib. 1. cap. 33. dicit monasterium illud à B. Augustino Anglorum Episcopo ædificatum, vel sub illo: vnde constat tum ex Beda, tum ex alijs historicis, illud monasterium monachorum Ordinis D. Benedicti, non Eremitarum fuisse. Idem de monasterio Niridano prope Neapolim dicendum, cuius Adrianus Abbas prius fuerat, quod vel solum sufficit ad probandum, non fuisse Eremitam Augustinianum, quia Eremitæ nusquam Abbates habuerunt, neque nunc habent. Tabulæ quoque Ecclesiæ Neapolitanæ, Paulus Regius, & Baronius in Martyrologio solùm affirmant, Quodvultdeum, Gaudiosum, & alios ex Africa pulsos monasterium propè Neapolim exstruxisse, cuius fuit Abbas sanctus Agnellus. De Ordine verò Eremitarum Augustinensium nihil supra. Habetur Martyrologium, habentur alij libri, ad quos remitto.

Ibidem subdit: *Aly teste D. Antonino deuenerunt in Tusciam, vbi Augustinus aliquot monasteria erexit in tempore, quo per ea loca in Africam rediit, &c.* Dicit multa monasteria per illos Eremitas fuisse ædificata in Tuscia, citat Martinum V. in Bulla translationis sanctæ Monicæ, & Franciscum Thomæ in historia Senensi. Verùm de Diuo Antonino millies dixi, illum frustra allegari. omnino verò nõ fuisse in Tuscia Eremitas sub Regula Augustini ante Innocentium IV. illa eius Bulla indicat, quam superiùs cap. 25. reddidimus.

VII. SVbdit: *Venetijs in Aula Audientiæ extare tres eximios Venetorum Patriarchas in habitu Augustiniano, cum eiusmodi subscriptione. Anno 917. Dominus Dauid Venetus Ordinis Eremitarum, Patriarcha Venetiarum num. 13. quem aliquo post intercallo sequuntur Bonifacius Valerius, Michaël Carthego, & ipse Patriarcha.* Egregium profectò eremiticæ antiquitatis monumentum. Primus Venetorum Episcopus, qui dignitatem Patriarchalem ex Ciuitate Gradensi illuc translatam obtinuerit, fertur Beatus Laurentius Iustinianus, qui cum anno 1432. Venetiarũ Episcopus fuisset ordinatus, circa an. 1451. patriarchali dignitate auctus fuit ex Onuphrio in Chronico: & alijs, & nihilominus scribit Autor, reperiri in Aula Audientiæ Dominicum Dauid ordinis Eremitarum S. Augustini sub anno 917. Patriarcham Venetiarum in ordine tertium decimum. Verùm in quanam Aula Audientiæ hoc inueniturẽ fateor in Aula nunc Palatij Patriarchalis, olim Episcopalis, reperiri imagines Episcoporum Venetorum, ac inter illos nonnullos nigro habitu indutos videri, ex quibus est tertius decimus in ordine, quem historię Venetorum Dominicum Dauidis nominant. At neque sub imagine inscriptio reperitur, quam hic Autor fingit, quod maxima diligentia adhibita inspiciendum per plures fide dignos curaui, & nunc etiam videri potest. Neque ex aliquo Autore fide digno ostenditur, solum Eremitam Augustiniani ordinis fuisse: hanc

emi

CAPVT TRIGES

enim homo natione græcus, & professione mo nachus. Cuius instituti, ignoratur. Fortè ex inst tuto D. Basilij. Supersunt Venetijs ex illius fam lia viri nobiles, qui de illius Episcopi Eremiti nihil omnino nouerunt.

Ibidem addit. *In Hispania nostrum institutum pr pagatum est primùm à sancto Paulino, deinde à sanc Donato, qui viuus, mortuusq; claruit miraculis. Id acc disse Era 603. hoc est anno Domini 575. expressè habet A sonius in epistola ad Paulinum 55. Maximus in Chronic Goticis Era 613. Ildefonsus Episcopus Toletanus de Vir Illustribus cap. 4.* Vide obsecro monstra, vide por tenta. Ausonius in ep istola 25. ad Paulinum dici propagatum Ordinem Eremitarum sancti Augu stini in Hispanijs Era 613. hoc est anno 575 & qui est iste Ausonius? quis Paulinus? Si enim Paulinu ille est, quem Augustini Eremitam Autor fingit quique ad Augustinum, & Alipium literas dedit quæ sunt inter epistolas Augustini, cui Ausoniu familiaris fuit, etsi Baronius putet Paulinum, ac quem sunt epistolæ Ausonij, & illius ad Ausoniũ alium ab hoc Paulino esse tom. 5. sub anno 412 num. 38. ille ante Augustini baptismum presbyte à Lampio Barcinonensi Episcopo ordinatus ian in Italiam redierat. Ausonius quoque Gratian Imperatoris magister fuit, qui obijt anno 383. Maximo Tyranno interfectus: & tamen fatetur hic Autor ex relatione Ausonij, Paulinum Ordi nem Eremiticum in Hispanijs propagasse Era 613. hoc est anno Christi 575. Porro quòd ad Ildefonsum attinet, ex quibusnam verbis habet illum dixisse, Sanctum Donatum Eremitam Augustinianum fuisse? Nam verba illius sunt: *Donatus pro fessione & opere Monachus cuiusdam Eremitæ in Africa fertur fuisse discipulus.* nihil supra. De Historia Marci Maximi dicetur infra cap. 51. & 53.

VIII. EOdem lib. 2. cap. 21. inquit: *Quamobrem Innocentius I. hoc institutum magnopere probauit, & Eremitas plurimos sub hac à se confirmata Regula coaduauit.* Citatur in margine Platina in Innocentio I. Iam dictum est cap. præcedenti, Platinam tale nil docere. sed solum dicere, quòd Innocentius fecit quædam statuta seu Regulas de monachis, de Iudaris & Paganis, quod non est Augustini Regulam confirmare, vel Eremitas Augustinenses coaduna re. Constitutiones de Monachis ab Innocentio I. factas vide in cap. de Monachis 16. quæst. 1.

Ibidem subdit, Ordinem Eremitarum multis priuilegijs auctum per Summos Pontifices Zosimum, Leonem I. Sixtum III. & Gelasium I. & Simachum. Verùm istorum Pontificum diplomata nulla ostendit, sed illorum concessiones per viuæ vocis oraculum factas dicit, quod credere nemo tenetur.

Ibidem de Gelasio I. inquit: *Quem in monasterio conuixisse volunt Sancto Augustino, monachum q. fuisse.* Volunt hoc imperiti, nam Gelasius annis circiter quadraginta post persecutionem Wandalorum Romæ vixit, toti mundo conspicuus, & illius res

enim homo natione græcus, & professione monachus. Cuius instituti, ignoratur. Fortè ex instituto D. Basilij. Supersunt Venetijs ex illius familia viri nobiles, qui de istius Episcopi Eremitica nihil omnino nouerunt.

Ibidem addit. *In Hispania nostrum institutum propagatum est primùm à sancto Paulino, deinde à sancto Donato, qui viuus, mortuusq; claruit miraculis. Id accidisse Era 603. hoc est anno Domini 575. expressè habet Ausonius in epistola ad Paulinum 55. Maximus in Chronico Gothico Era 613. Ildefonsus Episcopus Toletanus de Viris illustribus cap. 4.* Vide obsecro monstra, vide portenta. Ausonius in ep istola 25. ad Paulinum dicit, propagatum Ordinem Eremitarum sancti Augustini in Hispanijs Era 613. hoc est anno 575 & quis est iste Ausonius? quis Paulinus? Si enim Paulinus ille est, quem Augustini Eremitam Autor fingit, quique ad Augustinum, & Alipium literas dedit, quæ sunt inter epistolas Augustini, cui Ausonius familiaris fuit, etsi Baronius putet Paulinum, ad quem sunt epistolæ Ausonij, & illius ad Ausonium, alium ab hoc Paulino esse tom. 5. sub anno 412. num. 38. ille ante Augustini baptismum presbyter à Lampio Barcinonensi Episcopo ordinatus iam in Italiam redierat. Ausonius quoque Gratiani Imperatoris magister fuit; qui obijt anno 383. à Maximo Tyranno interfectus: & tamen fatetur hic Autor ex relatione Ausonij, Paulinum Ordinem Eremiticum in Hispanijs propagasse Era 613. hoc est anno Christi 575. Porro quòd ad Ildefonsum attinet, ex quibusnam verbis habet illum dixisse, Sanctum Donatum Eremitam Augustinianum fuisse? Nam verba illius sunt: *Donatus professione, & opere Monachus cuius fama Eremita in Africa fertur fuisse discipulus.* nihil supra. De Historia Marci Maximi dicetur infra cap. 51. & 53.

VIII EOdem lib. 2. cap. 21. inquit: *Quamobrem Innocentius I. hoc institutum magnopere probauit, & Eremitas plurimos sub hac à se confirmata Regula coadunauit.* Citatur in margine Platina in Innocentio I. Iam dictum est cap. præcedenti, Platinam tale nil docere, sed solum dicere, quòd Innocentius fecit quædam statuta seu Regulas de monachis, de Iudæis, & Paganis, quod non est Augustini Regulam confirmare, vel Eremitas Augustinenses coadunare. Constitutiones de Monachis ab Innocentio I. factas vide in cap. de Monachis 16. quæst. 1.

Ibidem subdit, Ordinem Eremitarum multis priuilegijs auctum per Summos Pontifices Zosimum, Leonem I. Sixtum III. & Gelasium I. & Simachum. Verùm istorum Pontificum diplomata nulla ostendit, sed illorum concessiones per viuæ vocis oraculum factas dicit, quod credere nemo tenetur.

Ibidem de Gelasio I. inquit: *Quem in monasterio conuixisse volunt Sancto Augustino, monachumq; fuisse.* Volunt hoc imperiti. nam Gelasius annis circiter quadraginta post persecutionem Wandalorum Romæ vixit, toti mundo conspicuus, & illius res gestæ omnibus notissimæ sunt: nec tamen ex omnibus, qui illius vitam, ac gesta scripserunt, vllus dixit, monachum fuisse, nisi pro monacho clericos regulariter, & communiter viuentes accipias.

Eodem libro capite vigesimo secundo inquit, Eremitas Augustinenses à prima illorum institutione per Augustinum facta circa annum 389. fossitudines incoluisse vsque ad Innocentium, & Alexandrum IV. Quid ergo Eremitis cum monasterijs Hippone, Tagastæ, & Carthaginæ fundatis? quid illis cum clericis cathedralium, & parochialium Ecclesiarum? in quibus passim Religiosi ex Monasterio Sancti Augustini assumpti ordinabantur ex Possidio cap. 11.

Ibidem ait, Diuum Antoninum ex quadam Abbatis Ioachimi prophetia Eremitici Ordinis antiquitatem commendare, & progressum, quem postea fuerat habiturus. Hunc ego, & fratres mei Concanonici longè maiorem, ac fœliciſſimam precamur. cæterum non tacendum D. Antoninū illam Ioachimi Prophetiam, vt fabulosam, & apocryphan ridere.

Lib. 3. cap. 71. dixit Canutum Regem Danorum, & Anglorum Roma redeuntem Papiæ brachium Diui Augustini magno auri, & argenti pondere impetrasse, illudque Conuentriã in Anglia misisse, acibi ob præcipuum, quem erga Eremitas Augustinenses affectum gerebat, multa Eremitis monasteria ædificasse: citat Gulielmum Malbesburiensem libro 2. de rebus Anglorum cap. 11. Baronium, Fasciculum temporum Iacobum Philippum Bergomensem, & Polidorum Virgilium, ac suum Pamphilum. Et hic quoque Autor Æsopi corniculam agit: nam monasterium Conuentriense, ad quod Canutus brachium Sancti Augustini misit, Monachorum Ordinis Diui Benedicti erat, postea in Ecclesiam Cathedralem erectum. Monasteria quoque per Canutum ædificata eiusdem ordinis fuerunt, ex Gulielmo Malbesburiensi, & alijs, nec Autores citati de monasterijs Eremitarum vllum prorsus verbum habet, præter Iosephum Pamphili, qui recens est ex ordine Eremitarum, à quo hic Autor, & alij plures erroris occasiones acceperunt.

Ibidem concludit: *Caterum D. Augustini Corpus Papiæ in nostro monasterio per hac quoque tempora summo est in honore, & locum alioqui celebrem maximè illustrem reddit, quin vniuersam Italiam, audeo dicere, amplius exornat, quàm quicquid in ea sunt antiquitas rerum spectabilium admirata.* Quod illius pace apertissimum est mendum: corpus enim Beati Augustini ob metum, ne Galli illud vi asportarent, à Canonicis Regularibus sub terra in Capella, quæ cornu Euangelij maioris altaris respicit cum cæteris reliquijs locatum fuit, quod etiam Autor Chronicæ Brixiensis memorat, idq; per centum, & amplius annos antequam Eremitæ, Ioa. xxij. cõcedente, monasterium prope Ecclesiam D. Petri exstruerẽt: qui eiusdem Beatissimi Patris reliquias

nunquam

nunquam viderunt, nec vbi positæ sint, licèt maxima diligentia conquisitas inuenire vnquam potuerunt, & cum suspicarentur à Canonicis Regularibus occasione reparationis dicti Sacelli retegendas, ne id fieret, A postolico Decreto impetrato, prohibere studuerunt.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

Prima ratio pro Augustini Monachismo ex nomine Monachi deducta examinatur, & soluitur, & qua ratione Clerici Canonici nonnunquam comprehendantur sub nomine Monachorum explicatur.

I. Si memoria tenes, quæ hactenus tradidimus, facilè tibi restat iter, ac peruium ad soluendas rationes, & tollendas difficultates, quæ contra doctrinam de Clericali Sanctissimi Patris Augustini instituto, & habitu tradidimus, à recentioribus quibusdam obtruduntur, cum vel minùs probatis testibus, vel testimonijs, ex Augustino, Possidio, & alijs probatis Autoribus minùs fideliter allegatis, eorum argumenta fere omnia nitantur, ità vt etiam inutilè videri possit illa nunc repetere, quæ superiùs semel, iterum, ac tertio, non solum tetigimus, sed digito pro talibus indicauimus. Nihilominus quia vt est in prouerbio, malitiæ sola occasione opus est, ne ob penuriam legitimæ responsionis, consultò illa dissimulare videamur, ea summatim nunc perstringemus, & resoluemus. Prima ratio pro Augustini Monachismo, ex ipso nomine monachi, & monasterij desumitur, & ex repugnantia intrinseca, & essentiali inter statum, seu institutionem monasticam, & clericalem; nam inter monachum, & clericum, est essentialis differentia, & incompossibilis repugnantia, ita vt clericus licèt vel Canonicus, vel Regularis dici possit, monachus tamè nullatenus dici possit. Hoc deducitur ex sacris Concilijs, & ex textibus iuris Canonici, in quibus semper Monachi, & Canonici ab inuicem distinguũtur. Hoc probant communiter Doctores D. Thomas, D. Bernardus, Antoninus, Azorius, Ioannes Molanus, Basilius Sirenius, & alij quos refert Ioannes Marquez cap. 5. §. 3. hoc etiam probatur ex diuersitate habitus clericalis, & monastici, nam clerici birretum deferunt, cucullam ferre nõ possunt: E contrario monachorum habitus est cucculla. & est textus expressus in cap. mandamus 19. quæst. 3. quod etiam dicitur probare Cardinalis Bellarminus lib. secundo de Monachis cap. 40. At B. Augustinus fuit monachus, & monachum se fuisse apertè fassus est multis in locis. Primus locus est in libro de Instructione Eremitarum, & Monachorum, vbi ait: *Etiam quoque, & Eliseum, filiosq; Prophetarum imitemur, quos veraciter constat veteris Testamenti monachos fuisse.* Secundus est in libro Supputationum par. 4. cap. 2. vbi ait: *Da mihi gratiam lachrymarum, sicut dedisti patrono meo in deserto, quorum vestigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, sicut ipsi planxerunt die ac nocte, &c.* Hæc duo loca citat Coriolanus in Defensorio. Verùm hi libri adeo spurij visi sunt, vt neque inter opera D. Augustini imprimi digni fuerint. Tertius est in Manuali, vbi Augustinus dicit. *Concede mihi Domine fragilissimo Beatorum Monachorum Patrum meorum imitari vestigia.* Citatur hic locus à Coriolano ibidem, & à Fratre Iordano libro 1. cap. 13. quamuis Frater Iordanus dicat hoc asserere Augustinum in Speculo, siue in Manuali, quasi vnus, & idem sit liber, qui dicitur Speculum, & qui dicitur Manuale: sed neque in Speculo, neque in Manuali hæc verba reperi, & si reperirentur, certum est hos libros Augustini non esse. Nam Manuale opus est alicuius Augustino iunioris, qui illum librum veluti Centonem ex varijs Augustini sententijs, & aliorum consarcinauit, adeo vt vix duo sint capita, quæ eundem Autorem referant. Speculum verò Augustini, siue sub illius nomine, non vnum, sed multiplex est. Primum, cuius meminit Possidius cap. 28. & istud sine dubio est opus Augustini. Hic liber habetur in tom. 3. Operum D. Augustini. Secundũ, quod habetur 9. to. post libru de Cognitione veræ vitæ, & hoc Speculum Augustini esse non posse, ostendunt versus Boetij, quos citat cap. 3. Tertium habetur in eodem tomo ad finem, & istud Augustini non esse stili rusticitas, & ineptiæ, quibus scatet satis ostendunt. His itaq; testimonijs omissis. Quartus Augustini locus est in 3. lib. contra literas Petiliani cap. 40. vbi à Petiliano accusatus, quòd Monachorum autor esset, non negauit, ergo affirmauit. Aliàs si accusatio vera non fuisset, negare debuerat se monachorum autorem extitisse. *Demceps perrexit, inquit, me maledicum vituperationem monasteriorum, ac monachorũ, arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me fuerit institutum. Quod genus vitæ omnino quale sit, nescit, vel potius toto orbe notissimum nescire se fingit.* Quo testimonio nixi Cardinalis Baronius, nec non etiam Bellarminus lib. secundo de Monachis capæ quinto in fine conceptis verbis affirmant Beatum Augustinum monachum fuisse. Quintus locus est in expositione Psalmi 132. circa illa verba: *Ecce quã bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Vbi de nomine, & origine monasteriorum, & monachorum multa scribit, & inter alia sic ait: *Quare ergo non appellemus monachos, cum Psalmus dicat: Ecce quam bonum, & quam iucundum, &c.* His Augustini

gustini locis addere possumus testimonia Doctorum, qui apertissimè, & sine hæsitatione scribunt Beatum Augustinum fuisse monachum, quorum Catalogum refert Ioannes Marquez capite quinto, §. 4. hi sunt; Primus Petrus Damiani in sermone, qui incipit: *Cunctis amantibus clericis*: Secundus Cardinalis Osius in confessione Polonica c. 88. Clemens VI. in quodam sermone in laudem D. Augustini, qui incipit, *Nephtalim Cervus Emissarius*. D. Antonin. in 3. p. tit. 24. c. 14. §. 2. Augustinus triumph°, & alij recẽtiores, qui apud illũ legi possũt.

II. Hvc tamen argumento, quod est cardo rei pro Augustini monachatu adstruẽdo, facillimè nec vno, sed duplici modo, ac via responderi potest. Et primò quidem negando, B. Augustinum se, aut suos religiosos secum viuentes monachos vnquam nuncupauisse, stricto modo accepto nomine monachi pro persona regulari à Clerico regulari, siue Canonico distincta. Quod licèt à contrarium sentientibus constanter asseratur, nullo tamen documento authentico probare possũt: nam quod primo loco obijciunt ex Augustino lib. 3. contra literas Petiliani cap. 40. nullam affert difficultatem, quia ibi Augustinus de hoc nihil affirmat, sed solum hæretici accusationem, & maledicta refert, & vituperationem monasteriorum, & monachorum. Ex quibus si quis contendat elicere, Augustinum monachum fuisse, pari ratione elicere poterit, vitam monasticã vituperatione dignam essenã hæreticus, cuius verba Augustinus refert, monasteria, & monachos vituperabat. Secundò, quia esto verum esset, quod Petilianus Augustino imponebat, illum vitæ monasticæ autorem fuisse non ex hoc deduci posset, illum fuisse monachum, sicut nec Marquez, & qui cum illo sentiunt, ex hoc, quod Augustinus in Ecclesijs Africanis autor fuit instituti Clericorum Regularium cõmuniter viuentiũ, quod nullus negat, admittũt posse deduci, illum fuisse Clericum siue Canonicũ Regularem. Quot enim sunt, & fuerunt Episcopi, qui noua Regularium instituta in suas diœceses inuexerunt, non tamen ipsi Regulares fuerunt? Petilianus Augustinum vitæ monasticæ autorem fecit, non professorem, & mirum est, nonnullos etiam viros doctos tantum momenti in hoc Augustini testimonio locauisse, quod vel ipsi non minus, quàm Clerici Regulares tenentur, nõ de professione, sed de institutione tantùm Monachorũ interpretari, & glossare Dices, non negat Augustinus, se monachum fuisse, ergo affirmat: nam qui tacet, affirmare videtur. Respondeo, hanc regulã non semper, & generaliter veram esse, & contrariã regulam haberi in iure cap. is, qui tacet de reg. iur. in 6. Est autem vniuersaliter vera, quando necessitas loquendi adest, vt cum quis ab infidelibus de propria fide interrogatur, vel cum locus adest de re tractandi, vel disputandi, quorum neutrum tũc occurrebat: non enim ibi de institutis monasticis agebatur, sed de rebus longè diuersis: & sufficie-

gustini locis addere possumus testimonia Doctorum, qui apertissimè, & sine hæsitatione scribunt Beatum Augustinum fuisse monachum, quorum Catalogum refert Ioannes Marquez capite quinto, §. 4. hi sunt; Primus Petrus Damiani in sermone, qui incipit: *Cunctis amantibus clericis*: Secundus Cardinalis Osius in confessione Polonica c. 88. Clemens VI. in quodam sermone in laudem D. Augustini, qui incipit, *Nephtalim Cervus Emissarius* D. Antonin. in 3. p. tit. 24. c. 14. §. 2. Augustinus triumph', & alij recentiores, qui apud illū legi possūt.

II. HVic tamen argumento, quod est cardo rei pro Augustini monachatu adstruēdo, facillimè nec vno, sed duplici modo, ac via respondeti potest. Et primò quidem negando, B. Augustinum se, aut suos religiosos secum viuentes monachos vnquam nuncupauisse, stricto modo accepto nomine monachi pro persona regulari à Clerico regulari, siue Canonico distincta. Quod licèt à contrarium sentientibus constanter asseratur, nullo tamen documento authentico probare possūt: nam quod primo loco obijciunt ex Augustino l. b. 3. contra literas Petiliani cap. 40. nullam affert difficultatem, quia ibi Augustinus de hoc nihil affirmat, sed solùm hæretici accusationem, & maledicta refert, & vituperationem monasteriorum, & monachorum. Ex quibus si quis contendat elicere, Augustinum monachum fuisse, pari ratione elicere poterit, vitam monasticā vituperatione dignam esse: nā hæreticus, cuius verba Augustinus refert, monasteria, & monachos vituperabat. Secundò, quia esto verum esset, quod Petilianus Augustino imponebat, illum vitæ monasticæ autorem fuisse, non ex hoc deduci posset, illum fuisse monachum, sicut nec Marquez, & qui cum illo sentiunt, ex hoc, quod Augustinus in Ecclesijs Africanis autor fuit institutj Clericorum Regularium cōmuniter viuentiū, quod nullus negat, admittūt posse deduci, illum fuisse Clericum siue Canonicū Regularem. Quot enim sunt, & fuerunt Episcopi, qui noua Regularium instituta in suas diœceses inuexerunt, non tamen ipsi Regulares fuerunt? Petilianus Augustinum vitæ monasticæ autorem fecit, non professorem, & mirum est, nonnullos etiam viros doctos tantum momenti in hoc Augustini testimonio locauisse, quod vel ipsi non minus, quàm Clerici Regulares tenentur, nō de professione, sed de institutione tantùm Monachorū interpretari, & glossare. Dices, non negat Augustinus, se monachum fuisse, ergo affirmat: nam qui tacet, affirmare videtur. Respondeo, hanc regulā non semper, & generaliter veram esse, & contrariā regulam haberi in iure cap. is, qui taceat de reg. iur. in 6. Est autem vniuersaliter vera, quando necessitas loquendi adest, vt cum quis ab infidelibus de propria fide interrogatur, vel cum locus adest de re tractandi, vel disputandi, quorum neutrum tūc occurrebat: non enim ibi de institutis monasticis agebatur, sed de rebus longè diuersis: & sufficiebat Augustino hæretici male dicta indicasse, ac patefecisse. Addo non potuisse Augustinum verè dicere, se autorem vitæ monasticæ fuisse in eo sensu, quo illum Petilianus eius generis vitæ autorem faciebat, quia hæreticus fingebat Augustinum fuisse primum inuentorum vitæ monasticæ in vniuersū sumptæ, non huius, vel illius instituti particularis: fingebat enim hic hæreticus, se nescire, quale genus vitæ illud esset, quod monachi profitebantur: & fingebat Augustinum eiusmodi superstitionis primum autorem fuisse, ad inuidiam, & odium in illum concitandum. E contrario verò inquit Augustinus, institutum vitę monasticæ toto orbe notissimum fuisse. Vbi vides de instituto monastico in vniuersum loqui, non de suo instituto peculiari, quod limites Africanos per ea tempora fortassis nondum excesserat: & sic non potuit Augustinus vere dicere se institutj monastici autorem extitisse: At inquit Marquez d. cap. 5. Ordo monasticus toti Orbi notissimus, erat Ordo Eremitarum Augustinensium: nam Ordo Canonicorum Regularium, etsi ab Apostolis esset institutus, tamen tunc temporis vix agnoscebatur. Respondeo, quid si è contrario dixerim Ordinem Clericorum Canonicorum ab Apostolis institutorum, licèt aliquantum à primæuo instituto relaxatum, toti Orbi notissimum fuisse? quod libro sequenti verissimis documentis probabo: E contrario verò Ordinem Eremitarum Augustinensium ante annū Christi millesimum circiter ducentesimum nunquam in Orbe visum? At hunc locum ita intellexerunt Illustrissimi Cardinales Baronius, & Bellarminus. Concedo, sed nego ita necessariò intelligi debere, quod nec etiam ipsi affirmant.

III. ADalium locum ex Commentario Psalm. 132. dici potest, & vt mea est sententia, valdè probabiliter illum de suo monasterio, aut de monachis à se institutis nullatenus loqui, sed de vniuerso Ordine monastico generaliter sumpto. Conferebat enim Augustinus totam Ecclesiam catholicorum, cum ecclesia Donatistarum, qui Catholicis de nomine monachorum insultabant, eosque deridebant, sicut & modò Lutherani, Caluinistæ, ac alij recentes nouatores facere solent, quibus Augustinus nomine totius Ecclesiæ respondet. Vnde verba illa: *Quare ergo nos non appellemus monachos, cum dicat Psalmus, Ecce quàm bonum &c.* non demonstrant in particulari Religiosos ab Augustino, siue ab alio institutos, sed demonstrant totum corpus Ecclesiæ catholicorum, appellatione totius ex præcipua illius parte desumpta, sicut cū homo dicitur crispus, vel claudus, sicut si modò Episcopus, vel prædicator in Ecclesijs, aut scholis contra hæreticos nomen monachorū infectantes, & catholicos illorum occasione vituperātes, diceret, & quare nos non appellemus monachos, esto ipse non esset monachus? Et quòd hic sit germanus, & legitimus sensus illorum verborum, patet ex illis eiusdem Augustini verbis in eodem loco.

Ex

Ex voce huius psalmi appellati sint monachi, ne quo vobis de isto nomine insultet catholicus, quando vos rectè hæreticis de Circoncellionibus insultare cœperitis, vt erubescendo saluentur, illi vobis insultant de monachis. Vide quomodo verbum, seu dictio nos, non monstret totum corpus personarum Regularium, sed totum corpus Ecclesiæ Catholicæ, cui hæretici propter monachos insultabant.

Ad testimonia verò Doctorum, ad primum dico, sermonem sub nomine Petri Damiani apocryphum, & fictitium esse, vt monstratum est supra, alij verò recentiores sunt, & ex turbidis fontibus sermonum ad Eremitas, & alijs libris apocryphis suam sententiam hauserût. Et hic est primus modus non improbabilis dissoluendi prædictam rationem.

IV. AT secundus modus longè probabilior, & facilior eandem rationem dilloluendi est, vt assumptum illud tanquam falsum absolutè negemus, cum ait, inter clericos canonicos, siue regulares, & monachos incompossibilem esse repugnantiam, ita vt clerici canonici sub nomine monachorum minimè comprehendi possint. Etsi enim stricto modo accepto nomine monachi dubium non sit, quin inter monachos, & clericos canonicos sit specifica distinctio, atque ideo distincti specie sint ordines clericalis, & monasticus, & pro distinctis semper habiti fuerint: tamen lata quadam significatione, & acceptione, vsurpato nomine monachi, vel monachorum pro omni genere personarum regulariter cum emissione votorum in monasterijs degentium, quam acceptionẽ non solùm apud populares, & indoctos, sed etiam apud doctos, & eruditos quosque frequentissimã esse nullus in historia Ecclesiastica, vel in iure Canonico versatus ignorat, absolutè, & sine hæsitatione dicendum est, sub nomine monachorum comprehendi clericos canonicos, vsitato nũc vocabulo dictus Canonicos regulares: essẽque nuncupationem frequentissimam tum apud recentes, tum apud priscos autores, ac præsertim inter ipsosmet canonicos regulares. Quod ne me gratis dicere arbitreris, proferam tibi nonnulla tum veterum, tum recentiorum testimonia ex innumeris, quæ in huiusce veritatis corroborationem adduci possunt. Primus, qui sub nomine monachorum clericos canonicos comprehendit, fuit Philo Iudæus in libris de Vita supplicum, qui de Ecclesia Alexandrina per B. Marcum instituta loquens, religiosos omnes ibi sub Marco in monasterijs degentes monachos appellauit, referentibus Eusebio lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ, c. 16. & D. Hieronymo in lib. de Viris Illustribus in Philone, non potest autem negari, inter illos religiosos per D. Marcum in Alexandria institutos, fuisse multos clericos, id enim apertissimè constat tum ex ipso Eusebio ibidem, & ex quamplurimis literis Apostolicis, quas lib. sequenti proferemus. Secundus fuit Ioannes Cassianus, qui libro primo, & toto opere de Institutis renunciantium omnes regulares in Ecclesia Alexandrina olim in Cœnobijs degentes vnico nomine monachorum comprehendit, inter quos negari non potest, illum multos clericos comprehendisse: quinimò si illorum habitum attendamus, ab eo in lib. 1. præsertim capite 5 & 7. descriptum, putari probabiliter potest, illos non monachos, sed clericos fuisse. Tertius est D. Basilius: nam inter constitutiones monasticas integrè cap. scribit de canonicis regularem vitam in cœnobio degentibus, & est 19. in ordine. Quartus est B. Augustinus lib 3. contra epistolas Petiliani cap. 40. vbi sub nomine vitæ monasticæ comprehendit omne genus vitæ regularis, etiam clericorum ex Bellarmino lib. 2. de Monachis cap 5. & clarius de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino in censura decimi tomi. Quintus fuit Paulus Orosius Augustini familiaris in suo lib. 7. de Ormesti misdi cap. 19. vbi dicit, monachos olim vocatos fuisse omnes Christianos, qui ad vnum fidei opus, & missa secularium rerum multimoda actione seruigebant. Sextus B. Ambrosius in epist. 82. & serm. 69. de natali S. Eusebij Vercellen. quibus in locis dicit B. Eusebium clericis Vercellensibus monachatum adiunxisse, & eosdem monachos instituisse, quos clericos, & alia multa id genus, quæ videnda sunt. Septimus Venerabilis Beda lib. 3. Historiæ Anglorum, vbi professionem clericorum regularium in Hybernia per S. Patricium institutorum ad partes Occidentales Anglorum recensens, ad prædicandum illis gentibus Iesu Christi Euangelium, necnon Ecclesias in illis regionibus instituras, & monasteria erecta, illos passim monachos vocat: & nihilominus clericos regulares, seu canonicos illos fuisse apertissimè constat, tum ex illorum muneribus, & officijs prædicandi Verbum Dei, Ecclesias parochiales, & Episcopales regendi, sacramenta populis dispensandi, & alia exercendi, quæ semper in Ecclesia Dei non monachorũ, sed clericorum munera fuerunt: tum etiam ex ipsomet autore cap. 26. dicti libri, vbi de eisdem, quos supra monachos dixerat, verba faciens, inquit: *Nam neque alia ipsis facerdotibus, & clericis vacabat eundi, quam prædicandi, baptizandi, infirmos visitandi, & vt breuiter dicam, animas curandi causa fuit. qui in tantum erant ab omni auaritiæ peste castigati, vt nec territoria, ac possessiones ad construendum monasterium, nisi a potestatibus seculi coacti acciperent: quæ consuetudo per omnia aliquando post hac tempora in Ecclesijs Nordanimbrorum seruata est.* Ecce tibi quales erant, quos Beda in eo lib. Monachos vocauit, idem prorsus cum illis, quos Ambrosius per S. Eusebiũ in Ecclesia Vercellensi constitutos dixit, qui idem erant, quod clerici regulariter viuentes, quos modò canonicos regulares vocamus. Et clarius idem Beda lib. 4. cap. 4. de monasterio in Iugeto per eosdem clericos Hybernos in partibus Anglorum instituto, ac reformato verba faciens, ita scribit: *ipsum namque est, quod nunc grande de modico effectum*

in 2.

in Iugeto consuescè vocatur, & conuersis tamiadum melioratinstituta omnibus egregium examen conu monachorum, qui de prouincia Anglorum ibidem coll ad exemplum Venerabilium fratrum sub regula, & bate Canonico in magna continentia, & sinceritate p prio labore manuum viuunt Et adhuc clariùs lib 27. monachos vocat clericos regulares per Aug slinum Episcopum Anglorum in Ecclesijs Ang canis institutos, quos nulli dubium esse pote fuisse clericos canonicos: id enim constat ex tes B. Gregorij Papæ in cap. Quia tua fraternitas. q. 1. qui textus ad hoc probandum allegatur ibi à Gratiano, necnon etiam ex bulla Eugenij I per quam clericos canonicos seu regulares Ecc siæ Lateran. restituit. Nec difficultatem ingec quòd B. Augustinus in Ecclesijs Anglicanis p fuerit monachos D. Benedicti, quod quidem n aduertentes, putant textum D. Gregorij de m nachis, non de clericis intelligi debere: nam co stat præter monachos, quorum officium erat dic nas laudes in Ecclesijs diu, noctuq; persoluere, eisdem Ecclesijs institutos clericos à monachis d stinctos, quod patet præsertim de Ecclesia S. Sa tato: is Cantuariensi: nam in eadem Ecclesiâ pra ter monachos fuisse etiam canonicos vsq; ad ten pora Alexandri III. habes ex cap. Relatum de pra bendis. & ex vita B. Thom. Cantuar. qui priusqu fieret Regius Cancellarius, à Theobaldo Archi piscopo ordinatus fuit Archidiaconus dictæ Ec clesiæ: quanquam canonici regulares in Secular tunc temporis essent iam mutati, quod de alijs Ec clesijs contigerat. Octauus fuit Eduardus B. The mæ contemporaneus, & scriptor eius vitæ, quar Laurentius Surius abbreuiauit, & habetur in 6. to mo die 26. Decembris, vbi statim ferè in principi inquit, B. Thomam electum Archiepiscopu Cantuariensem, priusquam consecraretur, habiti monachorum assumere voluisse, qui vocãtur Ca nonici regulares. Nonus D. Bernardus in epistol ad Bonifacium Comitem, in qua B. Augustinum monachum appellat, cuius tamen ordinem super in epistola 2. & 3. vocat Ordinem Canonicorum Regularium, & à monastico distinctum. Decimus Nicolaus Papa huius nominis Primus, qui fuit multo tempore ipso D. Bernardo superior. in cap. Præsens 20. q. 3. vbi inquit: *Non putamus Rel giosos Canonicos à Sanctorum monachorum vita, & conuersatione seiungi.* Vndecimus Innocentius III. qui fuit canonicus regularis Lateranensis: & tamen in cap. post translationem. de Renunciatione vocat canonicos S. Frigdiani Lucensis monachos, quos à primæua illius Ecclesiæ institutione vsque in hodiernum diem constat, semper canonicos regulares fuisse. Duodecimus Autor glossæ in cap. Sicut nobis. de Regularibus. vbi vocat monachos canonicos Ecclesiæ Bethlehemiticæ, quia regulares erant. Tertius decimus, Venerabilis Thomas de Kempis, quem constat, canonicum regularem fuisse: & tamen vocat se monachum lib. 3. de Imi-

in lugeto consuetè vocatur, & conuersis tamdudum ad meliora institutis omnibus egregium examen continet monachorum, qui de prouincia Anglorum ibidem coll. Ex ad exemplum Venerabilium fratrum sub regula, & Abbate Canonico in magna continentia, & sinceritate propria labore manuum viuunt. Et adhuc clariùs lib 1 c. 27. monachos vocat clericos regulares per Augustinum Episcopum Anglorum in Ecclesijs Anglicanis institutos, quos nulli dubium esse potest fuisse clericos canonicos: id enim constat ex textu B. Gregorij Papæ in cap. Quia tua fraternitas. 12 q. 1. qui textus ad hoc probandum allegatur ibidē à Gratiano, necnon etiam ex bulla Eugenij IV. per quam clericos canonicos seu regulares Ecclesiæ Lateran. restituit. Nec difficultatem ingerit, quòd B. Augustinus in Ecclesijs Anglicanis posuerit monachos D. Benedicti, quod quidem non aduertentes, putant textum D. Gregorij de monachis, non de clericis intelligi debere: nam constat præter monachos, quorum officium erat diuinas laudes in Ecclesijs diu, noctuq; persoluere, in eisdem Ecclesijs institutos clericos à monachis distinctos, quod patet præsertim de Ecclesia S. Saluatoris Cantuariensium in eadem Ecclesia præter monachos fuisse etiam canonicos vsq; ad tempora Alexandri III. habes ex cap. Relatum de præbendis. & ex vita B. Thom. Cantuar. qui priusquā fieret Regius Cancellarius, à Theobaldo Archiepiscopo ordinatus fuit Archidiaconus dictæ Ecclesiæ: quanquam canonici regulares in sæculares tunc temporis essent iam mutati, quod de alijs Ecclesijs contigerat. Octauus fuit Eduardus B. Thomæ contemporaneus, & scriptor eius vitæ, quam Laurentius Surius abbreuiauit, & habetur in 6. tomo die 26. Decembris, vbi statim ferè in principio inquit, B. Thomam electum Archiepiscopum Cantuariensem, priusquam consecraretur, habitū monachorum assumere voluisse, qui vocātur Canonici regulares. Nonus D. Bernardus in epistola ad Bonifacium Comitem, in qua B. Augustinum monachum appellat, cuius tamen ordinem supra in epistola 2. & 3. vocat Ordinem Canonicorum Regularium, & à monastico distinctum. Decimus Nicolaus Papa huius nominis Primus, qui fuit multo tempore ipso D. Bernardo superior. in cap. Præsens 20 q. 3. vbi inquit: *Non putamus Religiosos Canonicos à Sanctorum monachorum vita, & conuersatione seiunctos.* Vndecimus Innocentius III. qui fuit canonicus regularis Lateranensis: & tamen in cap. post translationem. de Renunciatione vocat canonicos S. Frigdiani Lucensis monachos, quos à primæua illius Ecclesiæ institutione vsque in hodiernum diem constat, semper canonicos regulares fuisse. Duodecimus Autor glossæ in cap. Sicut nobis. de Regularibus. vbi vocat monachos canonicos Ecclesiæ Bethlehemiticæ, quia regulares erant. Tertius decimus, Venerabilis Thomas de Kempis, quem constat, canonicum regularem fuisse: & tamen vocat se monachum lib. 3. de Imitatione Christi cap. 10. & 56. & inter sua illa aurea opuscula scribit Alphabetū monachi, Epitaphiū, siue Enchiridion monachorū, & vitam boni monachi, quæ tamen omnia ad suos canonicos dirigit. Quartusdecimus est B. Antoninus in 2. parte historiæ tit. 16. cap. 13. §. 8. vbi de Gottifredo Ierosolimorum Rege scribit, quod postquam Regni coronam est assecutus, statim in Ecclesia Dominici Sepulchri & templi Domini canonicos regulares instituit, eisque ampla beneficia assignauit: *Adduxerat enim*, inquit, *secū vir Deo amabilis de claustris monachos disciplinatos, qui toto itinere horas diuinas pariter, & nocturnas diuina illi ministrabant Officia.* Quintusdecimus est Ioannes Auentinus, licèt dānatæ memoriæ hæreticus, qui in suis annalibus passim canonicos regulares vocat monachos Augustinianos, præsertim lib. 6. vbi de monasterio S. Magni in Suburbio Ratisbonensi loquitur. Vide Hundium in Metropoli Salisburgensi, & Aubertum Miræum de Collegijs Canonicorum regularium cap. 26. & 68. ex quibus autoribus habes, iam in vsu apud Germanos positum esse, vt Canonici regulares nomine monachorum vocentur. Sextusdecimus est Ioannes de Nigraualle Apostolicus Bibliothecarius in Epilogo Chronicarum 3 cap. 18. vbi vocat Hugonem, & Riccardum Victorinos monachos ordinis canonicorum Regularium D. Augustini: & tamen ille erat canonicus regularis ordinis Præmonstratensis. Decimusseptimus est Cardinalis Bellarminus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino, vbi dicit, illum fuisse quidem monachum, sed non in solitudine cum eremitis, sed in Ciuitate, & Episcopali domo cūm clericis suis monasticam vitam duxisse. Decimus octauus est Riccardus Cenomanus in Apologia contra censuram Erasmi, cuius verba superius sunt notata. Quibus omnibus addo nuper de anno 1620 prodijsse Ingolstadij libellum annotationum cuiusdam canonici regularis nomine Simonis Werlini Præpositi monasterij in Dieffem sub hoc titulo: *S. P. N. Aurelij Augustini regula Monastica.* Vt videas, quàm sit modò in vsu apud Alemannos comprehendere canonicos regulares sub nomine monachorum.

V. Sì autem quæras, quam ob causam cum clerici canonici à monachis in genere Regularium specie distinguantur, atq; ipsi ordines clericalis, & monasticus pro distinctis semper habiti fuerint, nihilominus tam frequenter sub monachorū nomine comprehendantur, Respōdeo, duplicē illius denominationis causam potissimā extitisse, altera fuit, quòd cum monachis in solemni rerum temporalium abdicatione, & votorum emissione ipsi clerici conueniunt. Hanc causam assignat Nicolaus Papa in d. cap. Præsens. 20. q. 3. cum inquit: *Religiosos Canonicos à monachorum vita, & conuersatione non putari seiunctos.* Sicut enim omnia Regularium ordinum instituta in vno quodam generalissimo instituto conueniunt, quod est perfecta

rerum temporalium abdicatio, cum solemni Votorum emissione; ita omnes Regularium ordines generalissima quadam nuncupatione monachorũ nomine appellari consueuerũt. Quam ob causam Sixtus IV. in Decreto, quod ad finem præfationis notauimus, ordinem canonicorum, & ordinem Eremiticum, vnum, & eundem ordinem esse dicit. Altera verò ratio, quam eleganter prosequitur D. Augustinus in Commentario Psalm. 132. sumitur ex vita communi, quam Canonici Regulares ducunt in vna domo, communi mensa, victu, & vestitu vtẽtes. Monachos enim à *Monos* græce, quod latinè vnus dicitur, deriuat: & ideo quia Canonici Regulares simul in vna domo, & sub vno capite viuunt, habentes cor vnum, & animam vnam in Deo, & omnia bona in communi possident, nec quisquam aliquid suum esse dicit: ideo illorũ domus, monasteria, & ipsi monachi nonnunquam appellantur. *Ista verba psalterij*, inquit Augustinus, *iste dulcis sonus, ista suauis melodia, tam in canticis, quã in intellectu etiam monasteria peperit, ad huius sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt.* & infra: *Quare ergo, & nos non appellemus monachos, cum dicit Psal. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum? Monos enim vnus dicitur, & nec vnus quomodocunque, nam in turba est vnus, sed vnã cum multis dici potest, monos non potest, idest solus, monos enim vnus solus est. Qui ergo sic viuunt in vnum, vt vnum hominem faciant, vt sit illis quomodo scriptum est, vna anima, & vnum cor; multa corpora, sed non multæ animæ, multa corpora, sed non multa corda, vere dicitur monos, id est vnus solus.* & infrà: *Merito insultant nomini vnitatis, qui se ab vnitate præciderunt, merito illis displicet nomen Monachorum, quia illi nolun habitare in vnum cum fratribus.*

VI. EX hactenus dictis tria collige. Primò, nomen Monachi duobus modis accipi consueuisse, vno modo, vt nomen genericum, & genericè cõprehendens quodlibet Regulare institutum, & quascunque personas regulariter viuentes: altero modo, vt nomen specificum pro certa, & distincta specie instituti, & personæ regulariter viuentis ab alijs distinctæ. Secundò collige, licèt nomen Monachi Regularibus Canonicis nonnunquã adaptari consueuerit, diuersa tamen ratione dici de Canonico Regulari, & de eo, qui strictè Monachus vocatur: nam Canonicus Regularis dicitur monachus ab vnitate vitæ communis, quam cum suis fratribus profitetur: at qui strictè, & specificè monachi dicuntur, à singularitate vitæ lugubris, & secundum carnem tristitię plenè tales dicuntur. Vnde Concilium Nicenum à Gratiano relatum in cap. Placuit, il primo. 16. q. 1. *Placuit omnibus residẽtibus in sancta Nicena Synodo, Vt Monachorum conuersatio, & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim græcè, latinè singularis dicitur. Vnde Monachum per omnia singulariter agere oportet &c.* Et Eugenius II. in cap. placuit. il secundo, eadem causa, & quæstione inquit: *Agnoscat homo, monos enim græcè, latinè vnus, ab hoc quod est, latinè tristis sonat, inde dicitur monachus, idest, vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet.* Tertiò colligе, quam ob causam domus Canonicorum Regularium, monasteria, tum ab ipso Augustino, tum ab alijs vocentur, propter communem scilicet, & Regularem vitam, quam in illis Canonici ducunt. Et tandem collige solutionem ad æquatam primæ rationis in initio huius capitis propositæ, ad Augustini monachatum probandum: nam admisso, quòd Augustinus in loco allegato ex 3. lib. contra literas Petiliani cap. 40. se, & suos, monachos vocari concedat, non inde sequitur, fuisse monachũ alicuius Regularis instituti ab Ordine Clericorum Regularium distinctũ: sed eatenus se, & suos, monachos vocari permisisse, quatenus vel nomẽ monachi in vniuersum omne genus personę regularis complectitur, vel quatenus significat personam in communi cum cæteris in eadem domo viuentem. Et quòd hæc sit germana verborum D. Augustini interpretatio, patet ex Cardinali Bellarmino lib. 2. cap. 5. qui cum illa verba Augustini adduxisset ad probandum, quòd Augustinus fuerit monachus, tamen in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino aduertit, illum eatenus fuisse monachum, quia in Ciuitate, & in domo Episcopali cum suis clericis communem vitam duxit. Eodem modo interpretandi sunt Doctores, qui vocant Augustinum monachum, aut absolutè negandi, cum recentiores sint, nec tantæ autoritatis, vt meritò reijci non possint, vtpote scripturas apocryphas, vel autoris sermonum ad Eremitas, vel aliorum secuti, errorem ex lutulentis, & turbidis fontibus haurientes, & alijs propinantes. Hæc autem omnia prolixiùs fortasse, quàm oportuerat, fuimus prosecuti, non solùm vt rationem soluceremus: sed propter nonnullos, qui statim, atque nacti fuerint nomen monachi, nihil aliud quærentes, personam in suas copias traijciunt, sicque viros illustres, & præclaros ab Ordine Clericorum Canonicorum abigentes suo Ordini perperam adscribunt.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

Aliæ nonnullæ rationes pro Augustini Monachatu adstruendo afferuntur, & soluuntur.

SEcunda ratio pro eodem Augustini monachismo probando sumitur ex prænomine Fratris vel Fratrum: nam etsi clericus possit dici Regularis, vel Religiosus, non tamen potest, nec solet dici frater, sed clerici Canonici Dominorum siue Domnorum prænomine vocari consueuerũt, Domnus Petrus, Domnus Paulus, non frater Petrus, vel frater Paulus. Hoc assumptum

sumptum nititur Marquez pluribus vijs probari in dicto cap. 5. §. 3. & 8. Primò testimonijs ipsorũ Canonicorum Regularium, qui sunt, Primus, Ioannes Trullus lib. 1. de Canonicis cap. 29. nu. 10. Secundus, Augustinus Ticinensis in Propugnaculo p. 4. cap. 12. Tertius, Basilius Sirenius in lib. Indultorũ pag. 450. §. poterat. Secundò, quia hæc dictio, Frater, absolutè prolata nõ significat, nec significare potest clericum, vt constare dicitur ex cap. nimis iniqua. & cap. nimis praua. de excessibus prælatorũ, & ex prima Extrau. de Regularib. subinferũt. At B. Augustin' se, & suos, hoc prænomine fratris, vel fratrum frequenter nominare consueuit. Et quidẽ quòd Augustinus se ipsum fratrẽ nuncupauerit, probat frater Iordanus testimonio ipsius Augustini hom. 9. ex lib. 50. homiliarũ, quãuis Augustini verba non referat. Vide illum in primo lib. cap. 13. quòd verò suos religiosos secum in monasterio viuentes Fratres vocauerit, ex multis locis eiusdem Augustini euidenter monstrari potest. Primò, ex sermone primo de communi vita Clericorum vbi ait: *Et quia hoc disponebam, esse in monasterio cum fratribus.* Secundò, ex epistola 64. ad Aurelium Carthaginensem, vbi non semel religiosos dicti monasterij appellat fratres. Tertiò ex lib. de Bono perseuerantiæ cap. 15. vbi ait: *Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus &c.* Alia multa occurrere possunt loca in Augustino ad idem probandum, quæ breuitatis causa omittuntur.

Huic rationi duobus etiam modis respondeti potest: Primò negando Augustinum se, aut suos religiosos secum degentes hoc prænomine fratris aut fratrum vnquam vocasse, accepto eodem nomine eo modo, quo nunc accipitur, cum dicimus, Frater Ioannes, Frater Thomas, &c. etsi enim suos clericos Fratres sæpe vocauerit, vel ob communem religionis, & spiritualis regenerationis parentem, vel ex charitate, aut humilitate, quo pacto cæteros omnes fideles etiam laicos in popularibus præsertim sermonibus compellare consueuerat, non tamen inde sequitur, illum hoc prænomine fratris, aut fratrum in ea significatione, qua arguens vtitur, illos compellasse, nec loca in contrarium allegata intentum illius probant. Et quidem quod in allegata homil. 9. Augustinus se fratrem appellauerit, falsum est, nec in editionibus, quas videre potui, hoc reperitur, & potuit esse mendum ab aliquo obtrusum, quod Correctores deleuerint. De alijs etiam patet, quòd nihil amplius probant, quàm quod Augustinus suos clericos eo modo fratres vocauerit, quo alios fideles, & subditos vocare consueuerat.

II. SEcundò respondetur, negando prænomen fratris, vel fratrum clericis Canonicis minimè conuenire, aut non reperiri in iure Canonico, quod Canonici Regulares hoc prænomine fratrũ absolutè prolato nuncupentur: id namque falsum est: nam etsi ex antiquissima consuetudine, cuius

sumptum nititur Marquez pluribus vijs probare in dicto cap. 5. §. 3. & 8. Primò testimonijs ipsorũ Canonicorum Regularium, qui sunt, Primus, Ioannes Trullus lib. 1. de Canonicis cap. 29. nu. 10. Secundus, Augustinus Ticinensis in Propugnaculo p. 4. cap. 12. Tertius, Basilius Sirenius in lib. Indultorũ pag. 450. §. poterat. Secundò, quia hæc dictio, Frater, absolutè prolata nõ significat, nec significare potest clericum, vt constare dicitur ex cap. nimis iniqua. & cap. nimis praua. de excessibus prælatorũ, & ex prima Extrau. de Regularib. subinferũt. At B. Augustin' se, & suos, hoc prænomine fratris, vel fratrum frequenter nominare consueuit. Et quidẽ quòd Augustinus se ipsum fratrẽ nuncupauerit, probat frater Iordanus testimonio ipsius Augustini hom. 9. ex lib. 50. homiliarũ, quãuis Augustini verba non referat. Vide illum in primo lib. cap. 13. quòd verò suos religiosos secum in monasterio viuentes Fratres vocauerit, ex multis locis eiusdem Augustini euidenter monstrari potest. Primò, ex sermone primo de communi vita Clericorum vbi ait: *Et quia hoc dissonebam, esse in monasterio cum fratribus.* Secundò, ex epistola 64. ad Aurelium Carthaginensem, vbi non semel religiosos dicti monasterij appellat fratres. Tertiò ex lib. de Bono perseuerantiæ cap. 15. vbi ait: *Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus &c.* Alia multa occurrere possunt loca in Augustino ad idem probandum, quæ breuitatis causa omittuntur.

Huic rationi duobus etiam modis respondeti potest: Primò negando Augustinum se, aut suos religiosos secum degentes hoc prænomine fratris aut fratrum vnquam vocasse, accepto eodem nomine eo modo, quo nunc accipitur, cum dicimus, Frater Ioannes, Frater Thomas, &c. etsi enim suos clericos Fratres sæpe vocauerit, vel ob communem religionis, & spiritualis regenerationis parentem, vel ex charitate, aut humilitate, quo pacto cæteros omnes fideles etiam laicos in popularibus præsertim sermonibus compellare consueuerat, non tamen inde sequitur, illum hoc prænomine fratris, aut fratrum in ea significatione, qua arguens vtitur, illos compellasse, nec loca in contrarium allegata intentum illius probant. Et quidem quod in allegata homil. 9. Augustinus se fratrem appellauerit, falsum est, nec in editionibus, quas videre potui, hoc reperitur, & potuit esse mendum ab aliquo obtrusum, quòd Correctores deleuerint. De alijs etiam patet, quòd nihil amplius probant, quàm quod Augustinus suos clericos eo modo fratres vocauerit, quo alios fideles, & subditos vocare consueuerat.

II. SEcundò respondetur, negando prenomen fratris, vel fratrum clericis Canonicis minimè conuenire, aut non reperiri in iure Canonico, quod Canonici Regulares hoc prænomine fratrũ absolutè prolato nuncupentur: id namque falsum est: nam etsi ex antiquissima consuetudine, cuius initij memoria non extat; honoris gratia quemadmodum & alij clerici, Domini, vel Domni vocari consueuerint, de qua re lib. sequenti ex instituto dicemus: tamen à Summis Pontificibus in eorum literis Apostolicis non Domni, vel Domini, sed fratres semper vocari consueuerunt, lege textum Innocentij Papæ huius nominis Tertij in cap. quod Dei timorem de statu monachorum, vbi loquitur de fratribus S. Victoris Bononiensis. Et in Epistolis datis Priori, & fratribus S. Iuentij Papiæ. Item Priori & fratribus de Cimiterio Papiæ. Item Priori, & fratribus Ecclesiæ Sagiensis. Item Episcopo Ecclesiæ Lebusensis. Item Abbati, & fratribus de Valtam. Item Priori & fratribus sanctæ Crucis Colimbricensis. Item Priori & fratribus sancti Stephani in Brolio Mediolani, & alias, quæ habentur in primo, & secundo libro epistolarum dicti Innocentij. Lege textum Alexandri III. in cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, cuius titulus est, Priori, & Fratribus de Guiscburg. Lege alia innumera Pontificum diplomata Canonicis Regularibus, & eorum monasterijs concessa, quæ Basilius Sirenius in vnum volumen collegit, vt Imperatorum, Regum, & aliorũ Principum priuilegia omittamus. Addo non solùm à Summis Pontificibus hoc prænomine fratrum nuncupari, sed etiam ab antiquis Doctoribus probatis. Sic eos vocat D. Bernardus in epistolis 87. quæ est ad Ogerium, & duabus sequentibus, & in vita sancti Malachiæ §. Malachias factus Dunensis Episcopus &c. vbi meminit Venerabilis, & secundum sæculum nobilis viri Wilelmi Prioris monasterij Kimkeam fratrum Regulariũ. Lege, quæ ad longum prosequitur Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 3. ne in aliorum libris rescribendis sim prolixus. Addo tandem in partibus vtriusque Germaniæ, & Poloniæ, ac forsan etiam Galliarum, nunc quoque Canonicos nostros hoc suauissimo prænomine fratrum sese inuicem appellare, vt ex multorum literis recens ad me datis ostendere possum, quo etiam prænomine ex Italicis plurimos vsos esse ante annos ducentos ostendunt authenticæ scripturæ monasteriorum sanctæ Crucis Mortariensis, quæ præcipuæ Congregationis caput extitit, necnon sancti Petri in Cœlo Aureo Papiæ, sancti Frigdiani de Luca, & aliorum, licèt successu temporis apud Italos in dissuetudinem ierit.

III. ADea, quæ in contrarium obijciuntur ex Augustino Ticinensi, Ioanne Trullo, & alijs, quod ad Ticinensem spectat, referam hic illius verba ex propugnaculo parte 4. cap. 13. non duodecimo, vt Marquez scribit, quoniam illa nõnulli recentiores sine causa deteriorem in partem acceperunt. Verba illius sunt: *Et voluerunt inuicem vocari fratres secundum consuetudines priorũ Ordinũ Eremitarum, quod etiam Canonicis Regularibus non conuenit, qui primæua constitutione semper sunt vocati, & inuicem nuncupantur Domini.* Quorum verbo-

rum sensum vt intelligas, scire debes Gregorium huius nominis XII. Canonicos Regulares sancti Saluatoris de Sylua lacus priùs Eremitas Augustinenses Canonicos Regulares instituisse, qui præclarissimæ apud Italos Congregationis Canonicorum Regularium sancti Saluatoris de Bononia nuncupatæ prima fundamenta iecerunt: de quibus, siue propter habitum ab alijs Canonicis in aliquibus diuersum, siue quòd hoc prænomine fratrum se nuncupari maluerint, cum cæteri Canonici non ampliùs fratres, sed Domini vocari cœpissent, dubium oriri cœpit, an illi veri Canonici essent, licèt immeritò. Quis enim iure in dubium vocare poterat, an veri Canonici essent, à Summo Pontifice Canonici creati, & declarati? Porrò quod Ticinensis ait, hoc nomen fratrum Canonicis minimè conuenire, quia primęua illorum institutione vocantur Domini, partim verum est, partim falsum. Verum, quod tunc non conueniebat, vtpote obsoletum, nominibus enim vt nummis vtendum est, qui aliquo tempore, & loco pro legitimis expenduntur, alio verò tempore adulterini putantur, & reijciuntur. Ita prænomen fratrum apud Italos ferè omnes obsoleuerat, & soli Canonici dictæ Congregationis hoc prænomine fratrum nuncupabantur, vt ex priuilegio illorum Congregationi per Gregorium XII. concesso, & octauo in ordine patet, quod incipit: *Fragrantia sacræ Religionis*. Vbi Canonici dictæ Congregationis vocantur Canonici fratres nuncupati, & duodecim vicibus repetitur hic modus loquendi, Canonici fratres nuncupati, Canonicorũ fratrum nuncupatorum, Canonicos fratres nuncupatos, & Canonicis fratribus nuncupatis, quod de alijs Canonicis dictum nullatenus reperies: quam ob causam dixit Ticinensis, reuocatum in dubium, an illi veri Canonici essent. Verùm etiam dixit Ticinensis, Canonicos Regulares ab illorum institutione vocari consueuisse dominos, vt qui ab illorum institutione clerici essent: de qua re libro secundo dicendum erit. At in hoc fallitur, dum ait hoc prænomen fratrum ipsis clericis Canonicis minimè conuenire. Trullus verò, & Sirenius verba Ticinensis exscripserunt: licèt Marquez pro Zacharia Ferrerio iurisconsulto Sirenium nostrum allegauerit, cuius est libellus ille de habitu Canonicorum à Sirenio ibi loci positus.

Porrò textus illi in cap. nimis iniquus, & cap. nimis praua. de excessibus prælatorum, & extrauagans prima de Regularibus, perperam, & falsò, vt alia plura, ab autore allegantur: aliud enim est, Religiosos Ordinis Prædicatorum, & Minorum, & aliorum ordinum Mendicantium vocari fratres, quod solùm ex dictis textibus colligi potest: aliud est non posse vocari fratres clericos Canonicos, siue Regulares, quod illi textus nullatenus dicunt, vt hic autor illis imponit.

IV. TErtia ratio pro eodem Augustini monachismo sumitur ex differentia inter domos Eremitarum, & Canonicorum: nam domus Canonicorum propriè loquendo monasteria dici nõ possunt, vt Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis c. 12. & Basilius Sirenius in lib. indultorum pag. 450. §. poterat: obseruauerunt, Augustinus verò suã domum monasterium vocat ser. 1. de comm. vita Cleric. ibi: *Et quia hoc disponebam, esse in monasterio cum fratribus*. in epist. 64. ad Aurelium, in lib. de Bono perseu. cap. 15. & alibi. Hanc rationem deducit Marquez cap. 5. §. 3. 7. & 8. quibus etiam in locis aduertit, Augustinum nunquam vocasse suum monasterium, domum clericorum, sed solùm domum Eremitarum, & cap. 7. in princ. pag. 81. inquit, Possidium nunquam vocasse monasterium domum clericorum, & alia id genus plura, quæ apud illum videri possunt.

Respondeo, quòd hæc sit differentia inter domos Eremitarum, & Canonicorum, quòd istæ, nisi illæ monasteria vocentur, aut vocari possint, autore de suo sine probabili fundamento dicit, neque vero Ioannes Molanus, neque Basilius Sirenius id asserunt, qui oppositum manifestè docent: Molanus enim dicto lib. 1. cap. 12. statim in initio hæc scribit: *Ex ijs autem, quæ diximus, arbitror vt cuique colligi posse, qua ratione omnia Canonicorum collegia antiquitùs dicta sint monasteria: nam huius rei nouandi adeò sunt imperiti, vt dum alicubi incidunt in locum quempiam apud superiorum ætatum scriptores, in quo Canonicorum Collegium vocatur Monasterium, aut eorum esse, aut monasticum Ordinem antequam Canonici essent, in eo viguisse putent, non alia ratione mihi quàm quòd videant monasterij nomen illi aliquando tributum esse, quorum quàm sit infirma illa ex nomenclatura desumpta ratiocinatio, ignorare non possunt, qui animaduertunt, ex vsitata quorundam locutione, omnia Canonica Collegia olim dicta esse monasteria, sicut Clericorum monasteria, extant ad Gerardum Primum &c.* Et ex Archidiacono in cap. quæsitum prima, quæstione tertia probat, omnes Ecclesias Galliarum olim monasteria fuisse nuncupatas. Vbi vides Molanum non solùm non negare domos siue Collegia Canonicorum rectè monasteria vocari, sed dicere, olim omnia illorum Collegia, vel absolutè monasteria, vel cum additione monasteria clericorum nuncupari solita, & huius autoris ratiocinationem data opera reijcere, dum ex nomenclatura monasterij nititur probare, quod domus Religiosorum cum Augustino commorantium Eremitarum fuerit, non clericorum Canonicorum. Basilius verò Sirenius, siue Zacharias Ferrerius ibidem relatus non negat absolutè domos Canonicorum monasteria dici posse, & nonnunquam tales vocari consueuisse: sed hoc solùm contendit, talem nomenclaturam minùs propriam esse, & magis propriè Canonias, siue Canonicas, vel Ecclesias dici, præsertim quòd istis nominibus in Concilijs sacris, & in iure Canonico soleant frequentiùs vocari, sicut etiam ipsi Canonici frequentiùs, & magis propriè clerici dicuntur, rariùs

autem

autem, & minùs propriè monachi nuncupantur. Putat enim hic autor monasterium quasi monachorum stationem vocari, secutus Ioannem Cassianum collatione 18. cap. 10. ita scribentem: *Licèt à nonnullis soleant monasteria indifferenter pro Cœnobijs appellari: tamen hoc interest, quod monasterium nomen est diuersorij, nihil amplius quam locum, id est habitaculum significans monachorum. Cœnobium verò eius professionis ipsius qualitatem, disciplinamque designat, & monasterium potest etiam vnius monachi habitatio nominari. Cœnobium autem appellari non potest, nisi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio.* Quanquam vt ingenuè dicam, hæc ratio non admodum vrget, quia sicut alia ratione vocantur monachi, quos stricte tales dicimus à clericis distinctos, alia ratione ipsi clerici in communi viuentes, vt supra cap. 38. notauimus: ita alia ratione dicuntur monasteria domus monachorum, alia verò domus Canonicorum. Et quidem domus ipsæ Canonicorum monasteria rectè, & propriè dici possunt ab vnione, seu vnitate communis vitæ, quam clerici in communi viuentes sub vno capite, habentes cor vnum, & animam vnam in Deo, in eisdem domibus ducunt: & hæc est potissima ratio, propter quam B. Augustinus suam domum monasterium vocauit, ab ipsomet assignata in expositione Psalmi 132. superiùs allegata, nec minùs propria, quàm illa à Cassiano in collationibus assignata.

V. SEd etsi daremus, Molanum, vel Sirenium ita sensisse de domibus Canonicorum, quid opus esset illorum testimonijs contra ipsius B. Patris Augustini testimonium apertissimum vti? Nonne ipse Augustinus dicto serm. 1. de comm. vita Clericorum ædes Canonicorum monasterium vocauit? *Et ideo*, inquit, *volui habere mecum in domo Episcopi monasterium clericorum.* sed ait Marquez: Augustinus vocauit illud monasterium clericorum, nõ monasterium absolutè, vel monasterium nostrũ: hæc enim est differentia, quod monasterium Eremitarum absolutè, & sine alio addito monasteriũ vocauit, vel monasterium suum: monasterium autem Canonicorum non nisi cum additione monasterium Clericorum, nunquam verò monasterium suum dixit. At ista autor de suo dicit, & non probat, & probanda supponit. Ego enim dico, tam primum, quàm secundum monasterium Augustini fuisse. Quid enim obstabat, quin suum monasterium ritè vocare posset illud, quod in sua domo Episcopali habebat, in quo cum suis clericis per annos circiter septem supra triginta vixit? sed vt constet hunc autorem sermonis gratia locutum, legatur Possidius cap. 15. de monasterio intra domum Episcopi constituto scribens: *Et post hæc, ni fallar, ecce alia die, vel post biduum venit quidam Firmus nomine, negotiator, & intra monasterium sedente S. Augustino coram nobis, ad pedes eius genibus prouolutus esse inclamat.* Loquitur ibi Possidius de monasterio Clericorum intra domum Episcopi constitu-

autem,& minùs propriè monachi nuncupantur. Putat enim hic autor monasterium quasi monachorum stationem vocari, secutus Ioannem Cassianum collatione 18.cap.10.ita scribentem: *Licèt à nonnullis soleant monasteria indifferenter pro Cœnobijs appellari;tamen hoc interest,quod monasterium nomen est diuersorij, nihil amplius quam locum, id est habitaculum significans monachorum. Cœnobium verò etiam professionis ipsius qualitatem, disciplinamque designat, & monasterium potest etiam vnius monachi habitatio nominari. Cœnobium autem appellari non potest, nisi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio.* Quanquam vt ingenuè dicam, hæc ratio non admodum vrgeat, quia sicut alia ratione vocantur monachi, quos strictè tales dicimus à clericis distinctos,alia ratione ipsi clerici in communi viuentes,vt supra cap.38.notauimus:ita alia ratione dicuntur monasteria domus monachorum, alia verò domus Canonicorum. Et quidem domus ipsæ Canonicorum monasteria rectè, & propriè dici possunt ab vnione, seu vnitate communis vitæ,quam clerici in communi viuentes sub vno capite, habentes cor vnum, & animam vnam in Deo,in eisdem domibus ducunt: & hæc est potissima ratio,propter quam B. Augustinus suam domum monasterium vocauit, ab ipsomet assignata in expositione Psalmi 132.superiùs allegata,nec minùs propria,quàm illa à Cassiano in collationibus assignata.

V. Sed etsi daremus,Molanum, vel Sirenium ita sensisse de domibus Canonicorum, quid opus esset illorum testimonijs contra ipsius B.Patris Augustini testimonium apertissimum vti?Nonne ipse Augustinus dicto serm.1.de comm.vita Clericorum ædes Canonicorum monasterium vocauit?*Et ideo*,inquit,*volui habere mecum in domo Episcopi monasterium clericorum*. sed ait Marquez: Augustinus vocauit illud monasterium clericorum, nõ monasterium absolutè, vel monasterium nostrũ: hæc enim est differentia, quod monasterium Eremitarum absolutè,& sine alio addito monasteriũ vocauit,vel monasterium suum:monasterium autem Canonicorum non nisi cum additione monasterium Clericorum, nunquam verò monasterium suum dixit. At ista autor de suo dicit, & non probat, & probanda supponit. Ego enim dico, tam primum,quàm secundum monasterium Augustini fuisse.Quid enim obstabat,quin suum monasterium ritè vocare posset illud,quod in sua domo Episcopali habebat, in quo cum suis clericis per annos circiter septem supra triginta vixit? sed vt constet hunc autorem sermonis gratia locutum,legatur Possidius cap.15.de monasterio intra domum Episcopi constituto scribens: *Et post hæc, ni fallor,ecce alia die,vel post biduum venit quidam Firmitu nomine,negotiator, & intra monasterium sedente S.Augustino coram nobis,ad pedes eius genibus prouolutus se iactauit*.Loquitur ibi Possidius de monasterio Clericorum intra domum Episcopi constituto,vt ex serie verborum apparet, & ipse Marquez cap.7.in principio,& pag.80.col.2. ad finem liberè fatetur,& tamen absolutè vocat illud monasterium sine additione,clericorum. Vnde etiam habes, vbi contradictionis illum redarguas, cum in verbis sequentibus pag.81.col.1.ad finem inquit. *Et tandem quia si attentè inspiciatur, scilicet Possidius, nunquam vocauit monasterium domum Canonicorum Regularium,sed solùm illud, quod erat in horto Valerij*: sed hæc illorum propria est conditio, qui causam minus veram tueri volunt, vt à veritate coacti modò asserant,modò negent.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

Alia ratio pro Augustini Monachatu ex varijs picturis, & imaginibus cum cuculla Eremitica deducta expenditur, & refutatur.

QVarta ratio pro eodem Augustini monachatu sumitur ab illius habitu, ex quo veluti à posteriori, & à signo argumentum demonstratiuum, ad verã ipsius beatissimi Patris Regularem professionem probãdam sumitur,vt Theologi omnes,ac iureconsulti fatentur,post D.Tho.2.2.q.185.art.8.& post textum in cap.vidua de Regularibus. B. Augustinus cucullam monasticam, & cingulum pellicum more antiquorum monachorum portauit: ergo fuit verè monachus,non autem clericus Canonicus.Antecedens siue assumptum probatur multipliciter.Primò testimonijs B.Ambrosij in serm.de Augustini baptismo, & eiusdem Augustini in sermonibus ad Eremitas,Valerij,& Sigiberti in epistolis,qui pro re constantissima affirmant B. Augustinum eiusmodi habitum tulisse. I.

Secundò,ex habitu D.Fulgentij Episcopi Ruspensis,quem non est dubiũ,B.Augustini discipulum fuisse,& illius habitum induisse, vt docẽt Baronius tom.6.sub anno 504.num.33.& 34. & Ioãnes Molanus lib.1 de Canonicis cap.8. ille enim vestem monasticam induit, & cingulum pellicẽũ portauit,vt in eius vita per illius discipulum scripta legimus,præsertim cap 18.

Tertiò, ex ipsomet Augustino ser.1.de comm. vita Cleric vbi cum esset Episcopus, & ad populũ sermonem haberet,ostendit,se illamet indumenta tunc temporis induisse, quæ ante presbyteratum portabat,quæ res indicio est, illum habitum monasticum induisse,quippe qui non alia ratione illũ habitum in Episcopali dignitate retinuisset, nisi quia Episcopi ex monachis assumpti priorem ha-

bitum tenere debent, cap. penult. de Vita, & honestate Clericorum. Verba Augustini sunt. *Non attuli aliquid, nec veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum his indumentis, quibus illo tempore vestiebar.*

Quartò, ex priuilegijs & bullis Summorũ Pontificum Iulij II. Leonis X. & aliorum, qui dicunt, Eremitas Augustinenses vocatos B. Augustini Regulam seruare, & habitum gerere. Priuilegia sunt 44. & 45. in ordine inter priuilegia fratrum Eremitarum.

Quintò, ex eo, quod Iudices S. Inquisitionis Hispaniarum quandam notam marginalem Erasmi circa vitam B. Augustini à Possidio scriptam ad cap. 22. deleri voluerunt, quæ talis erat. *Vbi est hic baltheus coriaceus & cuculla nigra.* Vbi videntur à contrario probare, habitum D. Augustini fuisse cucullam nigram, & cingulum pelliceum.

Sextò, ex quibusdam apparitionibus miraculosis, quibus B. Augustinus cuculla nigra, & zona pellicea indutus, ac præcinctus diuersis personis apparuit. Has apparitiones referunt Coriolanus in Defensorio cap. 4. & Paulus Bergomensis in sua Apologia. Prima facta fuit Alexandro IV. tribus vicibus in somnis, ex qua visione fuit excitatus ad perficiendam vnionem Ordinis Eremitarum in vnum Ordinem sub vno capite, & vno habitu. Secunda facta fuit Beato Nicolao de Tolentino, dũ grauiægritudine laboraret. Tertia Francisco Mãtuæ Marchioni, qua illi de Ianuensibus victoriam promisit. Has apparitiones Ioannes Marquez c. 7. §. 1. pro omnino certis, ac veris tradit prædictorũ Coriolani, & Pauli Bergomatis autoritate fultus, quibus alibi dicit temeritatis indicium esse, fidem noll. adhibere.

Septimò, ex testimonijs recentium Doctorum, qui vnanimi consensu fatentur, B. Augustinũ habitum monasticum induisse, vt sunt D. Antoninus 3 par. tit. 24. cap 14 §. 2. Volaterranus, Azorius, Gregorius de Valentia, & alij.

II. Octauò tandem ex vetustissimis picturis, imaginibus, & simulachris, in quibus B. Augustinus cuculla nigra indutus, zona pellicea desuper cinctus apparet. Hæ sunt referẽte Coriolano cap. 3. §. 11. patet. Prima in Palatio Lateranensi in Sacello Pontificio. Secunda in Ecclesia D. Petri in Vrbe Roma. Tertia in Ecclesia D. Mariæ maioris. Quarta in Ecclesia Sanctæ Sophiæ Constantinopolis. Quinta in Episcopatu Lucensi. Sexta in Episcopatu Pisano. Septima in Florentino. Octaua in Senensi. Nona in Papiensi. Decima in Porta Cumana Ciuitatis Mediolanensis. Vndecima in capella Sancti Ambrosij Mediolani. Duodecima in Templo D. Marci Venetiarum, quam ante annos circiter 490. Coriolanus erectam affirmat, & probat authentico instrumento Notarij publici manu rogato. Quibus addi possunt aliæ non paucæ ex Ludouico de Angelis, Cornelio Lancillotto, & nouissimè ex Ioanne Marquez cap. 4. §. 3. & cap. 7. §. 5. & duobus sequentibus. Tertiadecima cuiusdam laminæ æreæ, in fundamento cuiusdam ædificij Hippone Regio, tempore Caroli V. in expeditione Tunetana repertæ, in qua erat Augustinus cum Fratribus coram illo genuflexis, cuculla indutus, & cingulo pelliceo cinctus, quam laminã Eques quidam Parthenopæus, qui eius inuentioni affuit, Illustrissimo Cardinali Seripando dono dedit. Quartadecima Imago in libro Historiarum Arabicarum vetustissimo ex Bibliotheca Regis Marochij accepto, qui modò in bibliotheca Regis Catholici seruatur, in quo quidem libro in principijs multorum capitum, Episcopus in sede Episcopali positus cernitur, nonnullos Religiosos ante se genuflexos habens, habitu Eremitarũ Augustinensium indutos, quos Religiosos, qui librũ interpretati sunt, dixerunt illius Prouinciæ Monachos fuisse, aut certè exploratores, sub mentito illorum habitu deprehensos. Quintadecima Imago D. Augustini in fronte operum D. Augustini editionis Plantinianæ. Sextadecima Imago vetustissima in lib. quodam Bibliothecæ Vaticanæ membranaceo depicta. Decimaseptima Imago depicta in Templo D. Marci Venetiarum exstructo anno Dom. 1084. Decimaoctaua in Bibliotheca Vaticana in pariete, vbi D. Augustini opera seruantur. Decimanona in Ecclesia Sancti Saluatoris in Lauro Vrbis Romæ supra sepulchrũ Eugenij Papæ IV. Vigesima in Aula Consistoriali Ciuitatis Papiæ antiquissima, vbi sunt decem & octo Ciuitatis Decuriones coram Beato Augustino genuflexi. Vigesimaprima est statua marmorea supra maiorem Ecclesiam Metropolitanam Mediolani, quam cum Regulares Canonici in habitu canonicali fieri vellent, Alexander VI. cum habitu Eremitico refici mandauit.

Hvic rationi plenè, & planè, vt satisfaciamus, per partes singulas distinctè respondendum erit. Et primò quidem absolutè negandum est, B. Augustinum cucullam eremiticam cingulo pellicco cinctam, cum qua nunc à multis pingitur vnquam induisse, addo etiam vidisse, est enim nouus habitus partim Eremitarum voluntate assumptus, partim Apostolico Decreto præscriptus, nec ante annos circiter quadringentos in orbe visus, vt supra dictum fuit, & in sequentibus adhuc clariùs ostendemus. Et ad primam probationem ex autoritate sermonum D. Ambrosij, de Augustini baptismo, & eiusdem Augustini ad Eremitas. Respondeo: si sententia de Augustini cuculla probabilis alia quauis ratione videretur, ex hoc capite potissimùm labefactari, & omnino suspectã reddi, quod eius assertio testimonijs non solùm apocryphis, sed euidenter falsis nitatur, de quibus quoniam satis in præcedentibus diximus, ad ea legentes remittimus. Videatur cap. 27. & sequentia.

Ad secundam probationem ex habitu D. Fulgentij Augustini discipuli desumptam, pace Cardinalis Baronij, nego B. Fulgentium, aut Augustini discipulum fuisse, aut Augustini habitum gestasse,

stasse, & vt ingenue dicam, miror valde Baroni
tam asseueranter id affirmare, cum tamen suæ a
sertionis nullam etiam leuissimam coniectura
producat. Nam quòd B. Augustini discipulus n
latenus fuerit, sed nec quidem esse potuerit, res
extra omnem dubitationem constituta, cum
Augustinus secundum veriorem temporum r
tionem, quàm Baronius sequitur, anno salutis n
stræ quadringentesimo, & trigesimo, vel trigesi
mo primo satis concesserit. Diuus autem Fulge
tius vsque ad annum quingentesimum decimum
septimum, & amplius, suam ætatem produxeri
Nam circa annum 517. sub Papa Hormisda ider
Fulgentius librum de Fide ad Petrum edidit eo
dem Baronio tradente tom. 6 sub anno 517. num
67. quòd enim B. Fulgentij habitus, illi, quem
Augustinus gestauit, conformis nullatenus fueri
adhuc magis clarum, & constans est, nam Augu
stinus birrum, & tunicam lineam, & cætera fu
clericis communia indumenta portauit, vt ex il
lius sermone secundo de communi vita clericorũ
& aliis supra cap. 24 deductis probatum reliqui
mus: Fulgentius è contrà vna tantum vilissima tu
nica, siue per ætatem, siue per hyemem patiente
indutus, orario quidem sicut Episcopi nunquam
vtebatur, pelliceo cingulo tanquam monachu
cingebatur, sic studio humilitatis ambitionem
vestium fugiens, vt nec ipsa calceamenta susciпi
Clericorum, aut vltimis caligis in tempore hye
mis, aut caligulis in tempore æstatis vteretur. ian
vide, quid commune habuerit D. Fulgentij habi
tus cum habitu Augustini, sed de eodem Fulgen
tio inferiùs sermo redibit, nunc enim de Augusti
ni habitu, & instituto, non D. Fulgentij agendum
Sed esto is fuisset Augustini habitus, quem Fulgẽ
tius ferebat, quæ, obsecro, causa est venerabilibu
Eremitis pro huiusmodi habitu tantoperè tumul
tuari, cum Fulgentij habitus ab eo, quem ipsi
nunc gerunt, toto cœlo distet, vt supra cap. 26
monstrauimus?

IV. Ad tertiam probationem ex verbis D. Augu
stini in sermone allegato de Communi vit
Clericorum dictum est supra, illa verba, nisi cum
his indumentis, quibus illo tempore vestiebar, le
genda esse cum pronomine relatiuo, ijs, ideſt cum
illis indumentis, quibus eo tempore vestiebar, nõ
cum pronomine demõstratiuo, his, ideſt cum isti
indumentis, ne vel miraculum absque necessitate
fingere, vel Augustinum mendacem facere coga
mur, qui iam senex dixerit, se illa ipsa indumenta
induisse quæ ante Clericatum ad Ciuitatem Hip
ponensem tulerat, sed quæstiones sunt, quibus
diutiùs incumbere non vacat.

Ad quartam desumptam ex priuilegijs Sum
morum Pontificum Iulij II. & Leonis X. Respon
deo mentem illorum Pontificum non fuisse hanc
controuersiam dirimere, sed hoc solùm innuere
voluisse, quod cum Venerabiles Patres Eremitæ
Beati Augustini Regulam profitentur, & habitum

stasse, & vt ingenuè dicam, miror valde Baronio, tam asseueranter id affirmare, cum tamen suæ assertionis nullam etiam leuissimam coniecturam producat. Nam quòd B. Augustini discipulus nullatenus fuerit, sed nec quidem esse potuerit, res est extra omnem dubitationem constituta, cum B. Augustinus secundum veriorem temporum rationem, quam Baronius sequitur, anno salutis nostræ quadringentesimo, & trigesimo, vel trigesimo primo satis conecesserit. Diuus autem Fulgentius vsque ad annum quingentesimum decimumseptimum, & amplius, suam ætatem produxerit. Nam circa annum 517. sub Papa Hormisda idem Fulgentius librum de Fide ad Petrum edidit eodem Baronio tradente tom. 6 sub anno 517. num. 67. quòd enim B. Fulgentij habitus, illi, quem B. Augustinus gestauit, conformis nullatenus fuerit, adhuc magis clarum, & constans est, nam Augustinus birrum, & tunicam lineam, & cætera suis clericis communia indumenta portauit, vt ex illius sermone secundo de communi vita clericorũ, & alijs supra cap. 24 deductis probatum reliquimus: Fulgentius è contrà vna tantum vilissima tunica, siue per æstatem, siue per hyemem patienter indutus, orario quidem sicut Episcopi nunquam vtebatur, pelliceo cingulo tanquam monachus cingebatur, sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiens, vt nec ipsa calceamenta susciperẽs Clericorum, aut vltimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis vteretur. iam vide, quid commune habuerit D. Fulgentij habitus cum habitu Augustini, sed de eodem Fulgentio inferiùs sermo redibit, nunc enim de Augustini habitu, & instituto, non D. Fulgentij agendum. Sed esto is fuisset Augustini habitus, quem Fulgẽtius ferebat, quæ, obsecro, causa est venerabilibus Eremitis pro huiusmodi habitu tantoperè tumultuari, cum Fulgentij habitus ab eo, quem ipsi nunc gerunt, toto cœlo distet, vt supra cap. 26. monstrauimus?

IV. AD tertiam probationem ex verbis D. Augustini in sermone allegato de Communi vita Clericorum dictum est supra, illa verba, nisi cum his indumentis, quibus illo tempore vestiebar, legenda esse cum pronomine relatiuo, ijs, ideſt cum illis indumentis, quibus eo tempore vestiebar, nõ cum pronomine demõstratiuo, his, ideſt cum istis indumentis, ne vel miraculum absque necessitate fingere, vel Augustinum mendacem facere cogamur, qui iam senex dixerit, se illa ipsa indumenta induisse quæ ante Clericatum ad Ciuitatem Hipponensem tulerat, sed quæstiones sunt, quibus diutiùs incumbere non vacat.

Ad quartam desumptam ex priuilegijs Summorum Pontificum Iulij II. & Leonis X. Respondeo mentem illorum Pontificum non fuisse hanc controuersiam dirimere, sed hoc solùm innuere voluisse, quod cum Venerabiles Patres Eremitæ Beati Augustini Regulam profitentur, & habitum sub eadem Regula illis à Sede Apostolica præscriptum deferant, eiusdem regulæ, & institutorũ dicti Ordinis diligentes æmulatores esse debent. Hoc enim solùm innuere videntur verba illa, in quibus illi vim faciunt: *Vt Fratres sub Augustini Regula, & habitu Altissimo æmulantes, eiusdem Ordinis instituta obseruent.* Præter quod est textus in cap. si Papa de Priuilegijs in sexto communiter allegatus, quod verba narratiua Bullarum non probant.

Ad quintam, dico ex hoc, quod Iudices generalis Inquisitionis Hispaniarum illam Erasmi notatiunculam ex lib. Possidij deleuerunt, non probari quod definierunt habitum Beati Augustini fuisse balteum coriaceum, aut cucullam eremiticam; nimis enim longinqua est deductio: nõ enim ob hanc causam eam delendam censuerunt, sed quòd esset damnati Autoris, Regularium institutа subsannantis, & carpentis, quam ob causam omnes etiam alias eiusdem Autoris notatiunculas, & censuras tum ad libros D. Augustini, tum aliorum Doctorum omnino delendas sanctissimè decreuerunt.

AD sextam desumptam ex varijs apparitionibus, primò respondeo, illas apparitiones absque aliqua temeritatis nota liberè negari posse: nã quantæ sit temeritatis testimonio Coriolani fidẽ nolle adhibere, vt Volaterranum omittamus lib. 21. scribentem: *Eremitani ordinem suum à B. Augustino fluxisse dicunt in monte Pisano, dum in Africam rediret, à Simpliciano prius institutum. Edidit que Coriolanus eorum paulo ante Generalis super hoc Apologiam: totum tamen apocryphum, nullusque Autor idoneus* satis indicauerunt Summi Pontifices, Sixtus IV. & Innocentius VIII. quorum Decreto eius liber fuit suspensus donec expurgaretur, idem dici potest de Apologia Pauli Bergomatis, quæ eisdem prorsus figmentis, & lædorijs vbique scatet. Et sanè, quod de Alexandro IV. fingit Coriolanus, & ante illum Frater Iordanus lib. 1. cap 15. ipsum Pontificem ad congregandos Eremitas in vnum Ordinem sub vno habitu, & vno capite ex quadam Beatissimi Patris Augustini visione excitatum, apocryphum, & suspectum esse ipsiusmet Alexandri, necnon illius prædecessores Gregorij IV. verba indicant, quibus se fatentur ad certum habitum Eremitis præscribendum, & varias Eremitarum Congregationes in vnum Ordinem sub vno capite compingendas excitatos, non ob apparitiones B. Augustini illis factas, sed quod ijdem Eremitæ sub incerto, & vario habitu per Lombardiam, Marchiã Anconitanam, & alias Prouincias vagarentur, adeo sui habitus formam variantes, vt interdum fratribus Minoribus vniformes viderentur in derogationem multiplicem dicti Ordinis, pecunias pro eleemosynis poscentes, & alia facientes in graue scandalum, & in infamiam plurimorum. Hæc enim sunt formalia verba diplomatum Pontificiorum, quæ inferiùs subijciemus. Addo B. Augustinum

V.

num ante annos tringentos, aut quadringentos pluribus vicibus nonnullis cultoribus suis diuina dispensatione se videndum præbuisse, non tamen cuculla nigra indutum, sed habitu vel Clericali, vel certè Pontificali: legitur enim apparuisse apud Papiam ad tria milliaria in vico, qui Caua dicebatur, quadraginta viris Gallicanis Romam petentibus, sed Pontificalibus indutus: *Viderunt*, inquit, *qui hoc scribit Oldradus Mediolanensis Archiepiscopus egredi hominem habitu pontificali ornatum, qui ipsis appropinquans, per cunctatus est, quò pergerent; & infra, quia esset interrogantibus peregrinis, respondit se esse Augustinum Hipponensem Episcopum.* Vide si placet historiam apud Baronium tom. 9. sub ann. 725. nu. 9. Norberto quoque Præmonstratensium Canonicorum autori de Ordine instituendo, & Regula deligenda apud se cogitanti, ipsum B. Augustinum apparuisse testatur, qui eius vitam scribit, illius discipulus Hugo nomine, à Surio tom. 3. sub die 6. Maij relatus. At non in pullo habitu, zona præcincto, aliàs cui dubium, quòd D. Norbertus non ordinem candidatorum, vt Surius dicit, sed potius nigrorum sub Augustini Regula instituisset? Tertio quoque Hugoni monacho apud Burgundos in monasterio Fontaneti degenti apparuit, referente Iacobo de Voragine in vita eiusdem Augustini: at non in nigro habitu, sed vestibus pontificalibus indutus, & magna comitantium caterua candidis indumentis albicantium: *apud Burgundiam*, inquit, *in monasterio, quod dicitur Fontanetum, erat quidam monachus Hugo nomine, Sancto Augustino valde deuotus, qui in eius scriptis mirò desiderio pascebatur. quem etiam crebra supplicatione rogauerat, vt ipsum ex hac luce migrare non sineret, nisi in die suæ sacratissimæ solemnitatis. Ipse igitur quintodecimo die ante festum eiusdem sic cœpit duris febribus æstuare, vt in vigilia ipsius super humum, tanquam moriens poneretur. Et ecce plures decori ac fulgentes viri amicti albis Ecclesiam dicti Monasterij processionaliter intrauerunt, quos sequebatur quidam Reuerendus Pontificalibus insignitus. Quidam autem monachus in Ecclesia consistens hoc videns, obstupuit, & quinam essent, vel quò pergerent inquisiuit: Cui vnus eorum dixit, quòd Sanctus Augustinus esset cum suis Canonicis, qui ad deuotum morientem pergeret, vt eius animam ad regnum gloriæ portaret. Post hoc illa reuerenda processio ad infirmariam ingreditur,* Hæc Iacobus de Voragine Archiepiscopus Ianuésis, qui floruit circa annum Domini 1290. ex Sixto Senensi in sua Bibliotheca Sancta. Qui Autor aliam quoque apparitionem eiusdem Beatissimi Patris albis vestibus induti sic narrat: *Præpositus cuiusdam Ecclesiæ in Beatum Augustinum magnam deuotionem habens, cum per tres annos grauem infirmitatem incurrisset, ita vt de lecto surgere non valeret, aduenientе solemnitate Sancti Augustini, cum iam in vigilia ad vesperas pulsaretur, ad rogandum Sanctum Augustinum tota deuotione se contulit, cui in Albis Augustinus apparens, eidem ter citato proprio nomine dixit: Ecce adsum toties a te inuocatus, surge citò, & celebra mihi officium vespertinum. Qui statim surgens sanctis stupentibus, Ecclesiam intrauit, & officium deuotè peregit.* Aliæ etiam apparitiones eiusdem Beati Patris idem Iacobus de Voragine ibidem narrat. Nec vsquam dicit, illum nigra cuculla indutum, sed semper vel cum Pontificalibus insignibus, vel albis vestitum, se videndum præbuisse, quas apparitiones cum apud hunc Autorem viderint, & ab illo exscripserint Ludouicus de Angelis lib. 6. de Vita Augustini cap. 4. & Frater Cornelius Lancillottus lib. 3. cap. 67. nescio cur candidi Augustini habitus, & suorum seruorum, quos Iacobus de Voragine Augustini Canonicos vocat, non meminerunt.

CÆterum vt daremus, veras fuisse apparitiones à Coriolano narratas, non inde probari posset Augustinum illum habitum tulisse, cum in humanis hic viueret. sicut enim nec animæ, nec Angeli aliquod corpus illis naturaliter vnitum habent. sed corpora cum quibus apparent, voluntariè ab illis assumuntur ex aëre potissimum conflata: ita cum beati illi spiritus diuina dispensatione ad aliquod officium erga sibi deuotos exercendum, vel beneficium præstandum mittuntur, illum habitum assumunt, sub quo præsertim ab illis se agnoscendos intelligunt. Ea propter cum à tercentis circiter annis paulatim vsus inualuerit, vt B. Augustinus cum cuculla eremitica in Ecclesijs, & alijs locis publicis multis pingatur, & opinio apud vulgares iam obtinuerit, illum esse verum Augustini habitum, hinc fortasse factum est, vt B. Augustinus aliquibus ipsum deuotè colentibus apparens illum habitum assumpserit, non quem viuens portauerat, sed sub quo faciliùs seab illa agnoscendum intelligebat, quemadmodum ante illud tempus non sub habitu nigro, sed candido, & Canonicali, vel Pontificali apparebat.

Ad septimam probationem ex autoritate Doctorum acceptam, respondeo, nullos ex antiquis ante 350. circiter annos dixisse, cucullam istam nigram cum zona pellicea B. Augustini habitum legitimum fuisse. Recentiores verò decepti sunt, vel opinionem vulgarium, vel Autorem sermonum ad Eremitas secuti, præter quod illorum nonnulli ex Eremitarum potiùs relatione, quàm ex propria sententia id affirmant, vt D. Antoninus, Azorius, ac etiam Volaterranus, qui dicit Coriolani Apologiam apocryphum esse, & nullum Autorem idoneum ab eo allegatum.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

Prædicta rationis superiori capite allata postremum membrum expenditur, & de vario modo Augustinũ pingẽdi tractatur.

I.

Vltima supradictæ rationis pa
batio veterem litem excitat, c
ea tempora Summorum Pon
ficum Sixti IV. & Innocen
VIII. exagitatam de legitimo r
ipsius B. Augustini imagines p
gendi. Etsi enim ad illa omn
quæ ex picturis, & simulachris Coriolanus, & r
centiores tanto verborum strepitu, & appara
comminiscuntur, illud dici possit:

Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Et ad figmentum probandũ optimum argume
tũ esse illud, quod sumitur ex testimonio, vel P
ctorũ, vel Poëtarũ. Nihilominùs quod aliter le
quendũ sit de prophanis, aliter verò de sacris ima
ginibus, priusquam ad probationẽ per singula re
spondeamus, operæpretium facturum me arbi
tror, si referam, quæ Ioannes Molanus Docto
Louaniensis, & Theologus suorum temporum
clarissimus lib. 4. de Historia sanctarum imagin
cap. 36. scribit in hoc ipso argumento versans: *Et*
inquit, *aliquando agitata controuersia de nigra Du*
Augustini cuculla, pro qua Ambrosius Coriolanus Roma
nus Generalis Augustinensium in eodem Defensorio a
Sixtum IV. in prima ait Ecclesiæ Christianorum, scilicet
S. Ioannis Laterani in capella Dominis Papæ, in suo Pala
tio, in Ecclesia Sancti Petri de Roma, in Ecclesia D. Ma
riæ Maioris de Roma, in Ecclesia sanctæ Sophiæ Constan
tinopoli, in Episcopatu Lucano, Pisano, Florentino, Se
nensi, atque Papiensi, imagines sancti Augustini cum cu
culla nigra, atque scapulari videntur &c. Addit ante an
nos 400. eandem imaginem erectam esse Mediolani supe
portam Cumenaus, cum sanctus Galdinus Ciuitatis ma
ros instaurari fecit, & anno ab hinc 393. Venetijs ad san
ctum Marcum. Hæc ille. Similia fertur antea congessisse
Paulus Bergomensis; sed vterque aduersarium habuit
Eusebium Conradum Mediolanensem, ex autoritate ca
pensis sui Lateranensis, qui multa congessit, vt euincat
Augustinum non fuisse Ordinis Eremitici, nec gessisse, vt
Eremitani Augustinenses, cucullam nigram. Picturis au
tem quas ipsi posuerunt opponit alias picturas Romæ, &
Mediolani conspicuas. Similiter Iacobus Vimphelingius,
ex aduerso vrget multis in locis, vt Romæ in sancta Maria
maiori basilica dignissimæ imagines S. Augustini videri
sub Canonici specie. His accedit quod Ioannes Mauburnus
Bruxellensis in libro, quem sui Ordinis Kenatorium in
scripsit, multum premat Augustinenses Eremitanos hac
defendentes, qui præter dictum Eusebium, sanctum quo
que Antoninum, & alios obijcit Theologos, & Iurisconsultos. Imò & rationes ex Possidio, & Augustino petitas.
Sed hîc puto nunc non rem agari doctos Augustinenses.
Nemo tamen dicat, quod aliquando factum est: Ergo mẽ
dax, detestabilis, & exterminanda est dicta pictura. Aliud
enim est mendacem esse picturam, aliud rudem: nam si
Augustinus pingatur cum habitu non quem gessit, sed
que cum Augustinenses vestire cupiunt, quia patronum
eum habent, hic ruditas, & simplicitas admitti potest,
quam ego tolerare malim, quam turbare: sed mendacium

I. VLtima supradictæ rationis probatio veterem litem excitat, circa tempora Summorum Pontificum Sixti IV. & Innocentij VIII. exagitatam de legitimo ritu ipsius B. Augustini imagines pingendi. Etsi enim ad illa omnia, quæ ex picturis, & simulachris Coriolanus, & recentiores tanto verborum strepitu, & apparatu omminiscuntur, illud dici possit:

Picturibus atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Et ad figmentum probandũ optimum argumentũ esse illud, quod sumitur ex testimonio, vel Pictorũ, vel Poëtarũ. Nihilominùs quod aliter loquendũ sit de prophanis, aliter verò de sacris imaginibus, priusquam ad probationẽ per singula respondeamus, operæpretium facturum me arbitror, si referam, quæ Ioannes Molanus Doctor Louaniensis, & Theologus suorum temporum clarissimus lib. 4. de Historia sanctarum imaginũ cap. 36. scribit in hoc ipso argumento versans: *Est*, inquit, *aliquando agitata controuersia de nigra Diui Augustini cuculla, pro qua Ambrosius Coriolanus Romanus Generalis Augustinensium in eodem Defensorio ad Sixtum IV. In prima ait Ecclesia Christianorum, scilicet S. Ioannis Lateranensi in capella Dominis Papæ, in suo Palatio, in Ecclesia Sancti Petri de Roma, in Ecclesia D. Mariæ Maioris de Roma, in Ecclesia sanctæ Sophiæ Constantinopoli, in Episcopatu Lucano, Pisano, Florentino, Senensi, atque Papiensi, imagines sancti Augustini cum cuculla nigra, atque scapulari videntur &c. Addit ante annos 400. eandem imaginem erectam esse Mediolani super portam Cumanam, cum sanctus Galdinus Ciuitatis muros instaurari fecit, & anno ab hinc 393. Venetijs ad sanctum Marcum. Hæc ille. Similia fertur antea congessisse Paulus Bergomensis; sed vterque aduersarium habuit Eusebium Conradum Mediolanensem, ex autoritate capituli sui Lateranensis, qui multa congessit, vt euincat Augustinum non fuisse Ordinis Eremitici, nec gessisse, vt Eremitani Augustinenses, cucullam nigram. Picturã autem quas ipsi posuerunt opponit aliàs picturas Romæ, & Mediolani conspicuas. Similiter Iacobus Vuimphelingius, ex aduerso vrget multis in locis, vt Romæ in sanctæ Mariæ maioris basilica dignissimæ imagines S. Augustini videri sub Canonici specie. Huc accedit quod Ioannes Mauburnus Bruxellensis in libro, quem suis Ordinis Venatorium inscripsit, multùm premat Augustinenses Eremitanos hæc defendentes, qui præter dictum Eusebium, sanctum quoque Antoninum, & alios obijcit Theologos, & Iurisconsultos. Imò & rationes ex Possidio, & Augustino petitas. Sed hi puto nunc non refragari doctos Augustinenses. Nemo tamen dicat, quod aliquando factum est. Ergo mẽdax, detestabilis, & execranda est dicta pictura. Aliud enim est mendasem esse picturam, aliud vtdem: nam si Augustinus pingatur cum habitu non quem gessit, sed quo cum Augustinenses vestire cupiunt, quia patronum eum habent, hic ruditas, & simplicitas admitti potest, quam ego tolerare malim, quam turbare: sed mendacium non agnosco. Verum alius, qui putarunt, sermones ad fratres in Eremo Augustino esse, asserentes cuculam eu nigram dedisse in picturu, vt significarent eum sic vestitum fuisse, putarunt hoc illi, ideoque pictura significationem erroneam habuerunt; sed levis hic fuit error, vt non debeat vocari detestabile & execrandum mendacium. Nostra autem sententia ex superioribus intelligitur, rudem esse eam picturam, & nobis minus placere. Si tamen cõmodè tolli non possit, nos corrigere malle significationem, imò etiam eam dissimulare, quam infirmiores ladere. Et hæc sic à nobis dicta accipiantur, vt neque verbis ipsis contendere velimus, neque vlli causam contendendi præbere. nam in Chronico sancti Augustini, quæ Onuphrius in choauit, & Signius Episcopus, perfecit Iosephus Pamphilus, annotatum est, anno 1484. Sixtum Quartum præcepisse sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne fiat contentio, & disputatio inter Augustinianos, & Canonicos Regulares de habitu S. Augustini, sub qua figura debeat depingi. Bullam addit extare in Camera Apostolica lib. 692. fol. 307. quod si Sixtus omnibus disputationem, & contentionem inhibuisset, non incidisset Vuimphelingius in eam difficultatem, de qua ad Matthæum Herbonum scribit Ioannes Trithemius, Iacobus Vuimphelingius, aut, Argentinæ est, grauem à fratribus Eremitis D. Augustini sustinens persecutionem, propterea quod in quodam opere suo de Integritate prænotato, scripsit ipsum Augustinum non extitisse monachum, siue cucullatum. Compatior homini penè vltra vires molestiam ferenti; cuius nobile ingenium iam senescentis ad iurgia compellitur turiliarum: nam in propria persona illum cetari ad Sedem Apostolicam curarunt, cuius Apologiam in centum versiculu editam cum literis meis ad te misi. Hæc ibi Molanus, ex quibus vides, quid ille de Augustini habitu sermonibus ad Eremitas, & de picturis sentiat, quibus B. Augustinus cum nigra cuculla pingitur, cingulo coriaceo præcinctus, eas quidem rudes esse, minusque sibi placere: sed si commodè tolli non possint, potiùs corrigendam significationem, aut tolerandam, & dissimulandã, quàm infirmiores lædendos: quod consilium mihi quoque admodum placet. Putare quoque ijs, quæ Wimphelingius, & Mauburnus de Augustini habitu pingendo scripserunt, nunc non refragari doctos Augustinenses, quod verum ne sit, eorum libri viginti circiter ab hinc annis in lucem editi ostendunt.

II. PORrò, quia hic autor ex Onuphrio, & Iosepho Pamphilo eius censuræ meminit, quam Sixtus Quartus à nobis in præfatione positam ad lites sedandas promulgauit, scire debes, paulò ante huius Pontificis assumptionem, lite inter Canonicos Regulares Laterañ. ex vna, & Eremitas Augustinenses ex altera parte excitata, de B. Patris Augustini habitu, ac instituto, num scilicet clericus Canonicus fuerit, an Eremita, vel Monachus cuculla monastica indutus, scripsisse primùm pro Eremitis Paulum Bergomensem Apologiam, ac deinde pro Canonicis Dominicum Taruisinum eiusdem instituti, tunc temporis apud Italos concio-

nato-

natorem præclarissimum libellum satis breuem sub hoc titulo. *Defensio Canonicorum Regularium cõtra Eremitas.* Liber incipit: *Quoniam veritatem simplicitate, aut malitia impugnantes iustum est refellere.* Quem librum octo capitulis breuissimis absoluit, sola ratione vtens, & à conuitijs, aut probris in aduersarios conijciendis calamum omnino cohibẽs. Verùm aduersarios habuit Bartholomæum Patauinum, qui referente Eusebio Corrado in libro statim allegando, Regij Lepidi in Flaminia Pitacijs publicè ad valuas Ecclesiarum, & per angulos platearum cum nonnullis conclusionibus contra eundem Taruisinum, & contra Canonicos Regulares affixis, post Quadragesimales conciones ibidem habitas, cum tubæ, & nolarum sonitu ipsos Canonicos Regulares ad arguendum prouocauit. Qui tamen nec ipsa die ad congressum præfinita, nec aliàs legitimè citatus comparuit, quam ob causam à R. P. D. Iacobo de Romano S. Antonini Placentiæ Præposito Canonicorum Regul. conseruatore Apostolico sententia excommunicationis contra illum est promulgata. Edidit verò Eusebius Corradus Mediolanensis pro eiusdem Dominici Taruisini, & canonicorum regularium defensione libellum responsiuum ad maledicta Patauini, & cuiusdam Angeli Cremonensis, dicentis, habitum quem canonici regulares induunt, illum esse, quem farinæ, & olerum portitores, & venditores, lanifices, & lanij, atque epuli, & Agasones vestire consueuerunt, illumque B. Augustinum induisse nunquam, nisi eo tempore, quo ad equile, vel ad visendas haras, & pecus suum pergendum esset, in quo libello, vt liberè dicam, doctè quidem, & neruosè causam promouit: at non ea in dicendo modestia, qua decebat virum alioqui Religiosum, & eruditum, etsi lacessitum non reddere maledictum pro maledicto, sed vt Apostolus monet in bono malum vincere. Sed reperit patella suum operculum: statim namque aduersus illum, & Taruisinum, quin & contra totam Congregationem Lateranensem edidit Ambrosius Coriolanus Apologiam Sanctiss. Pontifici Sixto Quarto nuncupatam, tot profectò maledictis, probris, scommatibus onustam, vt pro vna emina modios decem reddiderit. Quod aduertens summus Pontifex personis secularibus offendiculo, & graui scandalo esse, ad contentiones, & scandala tollenda, decretum edidit, quod superiùs adnotaui.

III. QVæ omnia hic recensere compellor, non quòd delectet recordatione præteritorum iurgiorum: sed quòd viderim in libris Ludouici de Angelis, & Ioannis Marquez, ac nonnullorum aliorum Apologiam Coriolani apud Hispanos vulgatam in precio haberi adeò, vt asserant, temerarium esse ipsi Reuerendiss. Coriolano fidẽ nolle adhibere: ne quis putet, vera esse, quæ ille statim initio eiusdem Apologiæ scribit, Dominicũ Taruisinum, & Eusebium Mediolanensem, nec Deũ timentes, nec homines verentes, quàm stolidissimis ausis conatos esse Eremitarum Ordinem polluto, laceratissimoque ore, ac infamatorijs libellis, nutu, & arte diabolica conscriptis denigrare: quæ licentia dicendi vna ex potissimis causis extitit, quòd liber Coriolani per Sixtum IV. & Innocentium VIII. fuerit suspensus: Viderim etiam Consilium quoddam trium Excellentissimorum Salmanticensis Academiæ Doctorum, & Canonici iuris interpretum, quorum sunt nomina DD. Ilephonsius Guillenen. della Carrera apud Salmanticenses Primarius Iuris Canonici interpres, Ioannes Balboa Morgoueia Proprietarius Decretorum interpres, Martinus de Bonilla Vesperarius interpres iuris Pontificij, quod Consilium ad suorem Io. Marquez Salmanticæ typis editum Romam transmissum est anno 1620. & per Romanã Curiam vulgatum, in quo præfati excellentissimi viri ex Coriolano haurientes inter alia hæc scripsi-runt: *Ratio est manifesta, quia Summus Pontifex prædictu literis non prohibet in vniuersum simpliciter etiam assertionem alterius partis, atusque confirmationem, sed tm bulentas, & periculosas altercationes plenas leuitatis & ineptiarum, quæ iurgijs, & scandalu viam aperiant. Tales fuerunt disputationes Dominici Taruisini & Eusebij Mediolanensis canonicorum regularium, aduersus quos Ambrosius Coriolanus Generalis Augustinianorum edidit Apologiam ad eundem Sixtum Quartum sub hoc titulo: Responsio ad maledicta Canonicorum Regularium Congregationis Frisonariæ. Et statim in fine: Hactus dicendi genere Beatissime Pater has meas causas est, quòd superioribus diebus Canonici asserti regulares Congregationis Frisonariæ, & ex his maxime quidam Dominicus Taruisinus, deinde Eusebius Mediolanensis, nec Deũ timentes, nec homines reuerentes, quàm stolidissimis ausis conati sunt bonæ tuum, ac sanctæ Matris Ecclesiæ peculiarem Ordinem pollute, laceratissimoque ore, ac infamatorijs libellis nutu, diabolicaque arte conscriptis denigrare. & talis fortasse fuit eiusdem Coriolani Apologia, animus etiam occasione prædictæ literæ Apostolicæ ab eodem Sixto Pontifice Maximo emanarunt.* Quibus in verbis, pace illorum excellentiæ, modum grauiter excesserunt: nam vel libellos Dominici Taruisini, & Eusebij Corradi viderunt, vel non viderunt. Si non viderunt, nimium credulos in suis consilijs sese præstiterunt, ad solam relationem vnius partis, altera parte inaudita, tam religiosos, doctos, & suorum temporum præclarissimos viros, quales Dominicus Taruisinus, & Eusebius Corradus extiterunt, solo testimonio Coriolani sulti, leues, inepetos, iurgiorum, & scandalorum autores, & fautores in eo consilio vocantes. Debuerant enim Doctissimi Senecæ monitum præ oculis habere, in suæ Medææ scribentis: *Qui statuit aliquid parte inaudita, æquum licèt statuerit, haud tamen æquum est.* Si autem eorum libellos viderunt, & legerunt, certè in suis consilijs minùs cauti fuerunt. nam vt dicimus, Eusebium æstu in contradicendo nimium incaluisse, tamen Dominici libellus ne iota vnum

habet,

habet, quod leuitatis, aut maledicentiæ notari possit. vterq; verò tam solidè, & neruosè rem agit, vt mihi nullatenus dubium sit, ustos excellentissimos Iurisconsultos, si semel eorum libros legerint, illico palinodiam cantaturos.

IV. HIs prænotatis ad probationem illam, ex variis picturis depromptam, in quibus B. Augustinus cuculla nigra, & cingulo coriaceo redimitus videtur, respondeo, ex ciusmodi picturis, & imaginibus nullatenus probari intentum. Primò quòd rudes sint, & pro voluntate effictæ alioquin asseramus, Beatum Augustinum in Ecclesia cum Sacra faceret, ac diuinis interesset, cuculla super pluuiale tuhisse quia Venerandi Eremitæ illum cũ mitra, & pluuiali, & cuculla, seu caputio desuper extenso passim, & in omnibus angulis pingunt contra sacros ritus in toto Christianorum orbe receptissimos. Secundò, quia si antiquitate picturarum ad decernendã esset, possemus nos multò vetustiores producere, cum multas Ecclesias in toto orbe antiquissimas ante quingentos, ac sexcentos annos ostendere valeamus, cum imaginibus B. Patris Augustini vestibus clericalibus indüti, antequam de Eremitarum Ordine verbum haberetur. Tertiò, quia imagines, quas arguentes pro antiquissimis nobis venditant, recentes sunt, & ferè in omnibus locis allegatis vetustiores ostẽdere possumus, in quibus B. Augustinus vel Pontificali, vel Clericali, non autem monastico habitu indutus cernitur. Quod ne gratis dicere videamur, singulas eiusdem argumenti particulas ponderemus. Primò igitur dico, falsum esse, quod inquit Coriolanus, reperiri eiusmodi imaginem in Ecclesia, siue Palatio Lateranensi, in Sacello Pontificio: nam in Ecclesia Lateranensi nulla imago Diui Augustini cum cuculla reperitur, præter illã, quæ picta est sub Clemente VIII. E contrario vero in eadem Lateranensi Ecclesia in Ciborio super altari SS. Apostolorum erecto, ex parte, quæ ad Austrum vergit, & respicit altare, vbi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum seruatur. cernũtur imagines quatuor Doctorum Ecclesiæ, inter quos est B. Augustinus cum mitra, & pluuiali, & rochetto, & veste canonicorum regularium. Hæc autem imago ante annos 250. sub Vrbano V. vel Gregorio XI. est facta, quo tempore in Ecclesia Lateranensi canonici regulares non erant: nec quis illorum consilio eam factam affirmet. De Palatio vero Lateranensi, etsi nihil certi affirmare ausim, quod vetus illud Palatium solo æquatum fuerit, & quod nunc cernitur, nuper sit à fundamentis sub Sixto V. erectum: tamen mihi certissimum est, aut nullam talem imaginem, aut admodum recentem, industria, vel importunitate Sacellarij Pontificis, qui est ex Ordine Eremitarum, admissam. E contrario vero extitisse in eodem Sacello Pontificio ab antiquissimo tempore Imaginem B. Patris Augustini cum habitu canonicali, fidem facit exemplum ab eodem Sacello Pontificio extractum, &

habet, quod scuitatis, aut maledicentiæ notari possit, vterq; verò tam solidè, & neruosè rem agit, vt mihi nullatenus dubium sit, istos excellentissimos Iurisconsultos, si semel eorum libros legerint, illico palinodiam cantaturos.

IV. His prænotatis ad probationem illam, ex variis picturis depromptam, in quibus B. Augustinus cuculla nigra, & cingulo coriaceo redimitus videtur, respondeo, ex eiusmodi picturis, & imaginibus nullatenus probari intentum. Primò quòd rudes sint, & pro voluntate effictæ alioquin asseramus, Beatum Augustinum in Ecclesia cum Sacra faceret, ac diuinis interesset, cucullam super pluuiale tuhssequia Venerandi Eremitæ illum cũ mitra, & pluuiali, & cuculla, seu caputio desuper extenso passim, & in omnibus angulis pingunt contra sacros ritus in toto Christianorum orbe receptissimos. Secundò, quia si antiquitate picturarum nos decernenda esset, possemus nos multò vetustiores producere, cum multas Ecclesias in toto orbe antiquissimas ante quingentos, ac sexcentos annos ostendere valeamus, cum imaginibus B. Patris Augustini vestibus clericalibus indüti, antequam de Eremitarum Ordine verbum haberetur. Tertiò, quia imagines, quas arguentes pro antiquissimis nobis venditarit, recentes sunt, & ferè in omnibus locis allegatis vetustiores ostendere possumus, in quibus B. Augustinus vel Pontificali, vel Clericali, non autem monastico habitu indutus cernitur. Quod ne gratis dicere videamur, singulas eiusdem argumenti particulas ponderemus. Primò igitur dico, falsum esse, quod inquit Coriolanus, reperiri eiusmodi imaginem in Ecclesia, siue Palatio Lateranensi, in Sacello Pontificio: nam in Ecclesia Lateranensi nulla imago Diui Augustini cum cuculla reperitur, præter illã, quæ picta est sub Clemente VIII. E contrario verò in eadem Lateranensi Ecclesia in Ciborio super altari SS. Apostolorum erecto, ex parte, quæ ad Austrum vergit, & respicit altare, vbi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum seruatur, cernũtur imagines quatuor Doctorum Ecclesiæ, inter quos est B. Augustinus cum mitra, & pluuiali, & rochetto, & veste canonicorum regularium. Hæc autem imago ante annos 250. sub Vrbano V. vel Gregorio XI. est facta, quo tempore in Ecclesia Lateranensi canonici regulares non erant: nec quis illorum consilio eam factam affirmet. De Palatio vero Lateranensi, etsi nihil certi affirmare ausim, quod vetus illud Palatium solo æquatum fuerit, & quod nunc cernitur, nuper sit à fundamentis sub Sixto V. erectum: tamen mihi certissimum est, aut nullam talem imaginem, aut admodum recentem, industria, vel importunitate Sacellarij Pontificis, qui est ex Ordine Eremitarum, admissam. E contrario vero extitisse in eodem Sacello Pontificio ab antiquissimo tempore Imaginem B. Patris Augustini cum habitu canonicali, fidem facit exemplum ab eodem Sacello Pontificio extractum, & typis æneis cusum, quod non solùm per Italiam, sed per Gallias, & Germaniam circunfertur, in quo Diuus Augustinus videtur cum mitra, & pluuiali, & sub pluuiali habens superpellicium, cum manicis latissimis, & sub ipso superpelliceo rochettum cum manicis strictis vsque ad mediam tibiam protensum, cum vno canonico ante se genibus flexo, cui vna manu benedicit, & altra cor sagittis vulneratum gestat, Baculum pastoralem tenens, cum inscriptione: *D. Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris genuina effigies, ad exemplar, quod est Romæ in Sacello Pontificio, obijt anno 430.* Hoc exemplum recusum nuper fuit Leodij 1606. Eodem modo de imagine in Ecclesia D. Petri existente dicendum: nam vetusta Basilica penitùs destructa quæ nunc cernitur, nuper fuit exstructa, vbi nulla imago B. Augustini cum nigra cuculla apparet. In Basilica verò sanctæ Mariæ Maioris olim erat imago D. Augustini cum habitu canonicali, vt Iacobus Wimphelingius in lib. de Integritate cap. 32. à Molano citatus scripsit ante annos 120. ex Cardinali Bellarmino in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, quæ nunc etiam ibi cernitur in maiori absida dictæ Ecclesiæ Orientem versus, licèt renouata, ad antiquam tamen formam imaginis prioris.

V. Secundo dico, de alijs imaginibus in Ecclesia Sanctæ Sophiæ Constantinopolis nihil posse constare: in ciuitate verò Lucensi posse canonicos regulares antiquiores imagines D. Augustini cũ habitu canonico monstrare; sicut habent Ecclesias antiquiores, ac inter alias Ecclesiam S. Frigdiani ante Beati Gregorij tempora exstructam: alias verò tum in Episcopatu Lucensi, tum in Pisano, Senensi, Florentino, Papiensi, & Mediolanensi recentes esse, nec arguentem illarum antiquitatem probare, quod facere debuerat, vt ratio intentum probaret. non enim est quæstio, an eiusmodi Augustini imagines cum habitu monastico reperiantur: sed an sint antiquiores ducentis, vel ad summum trecentis annis: hoc enim est, quod negamus, nec arguens probauit. Sed dicit Coriolanus, sanctum Galdinum Mediolani Archiepiscopum eiusmodi imaginem locauisse super portam Cumanam ante annos quadringentos. Sed hoc non probat aliud enim est, Beatum Galdinũ eo tempore muros Ciuitatis reparandos curauisse: aliud Augustini imaginem cum illo habitu ibi tunc positam fuisse: & licèt de primo constet, nõ tamen de secundo. At producit Coriolanus Authenticum instrumentum manu publici Notarij roboratum, quo ostenditur Templum D. Marci ante annos quingentos erectum Venetijs, ac in eo locata simulachra quatuor Ecclesiæ Doctorũ, & inter illa simulachra D. Augustini cum habitu Eremitico, seu cuculla. Tenor instrumenti est: *In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo, quadringentesimo, septuagesimo septimo, indictione decima, die verò quartadecima mensis Iulij. hæc sunt*

quadam digna memoria, quæ ex quibusdam Annalibus, seu Chronicis ciuitatis excellentissimæ Venetiarum collecta sunt, ad instantiam Reuerendissimi Patris Sacræ Theologiæ professoris Magistri Ambrosij de Cora Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, qui quidem Dominus Generalis præsentibus testibus infrascriptis me Notarium rogauit, vt hoc publicum instrumentum confícerem. Digna memoriæ hæc sunt, quod anno Domini 1084. superbum, ac præcellentissimum Templum D. Euangelistæ Marci mira artificio, mirabilique textura manu artificum confectum, ædificatum fuit, & ex illa tunc, sicut est mansit, ac stetit, supra quod quatuor Ecclesiæ Doctorum statuæ, seu simulachra fuerunt erectæ, inter quæ est simulachrum omnium parentis Doctorum Augustini cum cuculla seu cappa subtus, cum pluuiali, & caputeo desuper, vt expressè indutum appareat, ac etiam vt ego ipse Notarius vidi, & perspexi, qui vt hoc instrumentum confícere possim, ad hanc statuam videndam personaliter accessi, &c. Respondeo, ex hoc publico instrumento nihil haberi, quod Coriolani causam in hac parte iuuare possit. Primò quia non dicitur, cuius Autoris fuerint illi Annales, siue Chronicæ, ex quibus illa memoriæ digna Notarius extraxit, vt de illius fide apud posteros constare posset. Quid enim si notarius ex falsis & fictis Annalibus siue Chronicis illa excepisset? Secundò, quia in instrumento multa sunt ambiguè dicta, quæ in vno sensu sunt vera, in altero falsa. Nã cum dicit, anno 1084. Templum D. Marci ædificatum, hoc duobus modis intelligi potest, vel quòd eo anno fuerit inchoatum, & hoc vt verum admittimus; vel quòd eodem anno fuerit perfectum cum omnibus ornamentis, cum quibus modò cernitur, & hoc apertissimè constat esse falsum, & nihilominùs hic est punctus, circa quem cardo vertitur. Iacobus Philippus Bergom. lib. 12. sub an. 1082. dicit. *Demùm hoc Principi inter cætera sua monumenta Templũ D. Marci cæsa fracũ instaurare fecit.* Non igitur illo anno fuit Templum D. Marci ædificatum, vt isti Annales dicunt. Similiter cum dicit, & ex illo tunc, sicut est mansit, & stetit, verba de parietibus intelligi possunt, & verum dicit, vel de ornamentis statuarum, & similium, & hoc constat falsissimum esse, nam simulachra equorum supra portam maiorem posita, longè postea ibi locata sunt, & idem de simulachris Doctorum dicendum, maximè de simulachro B. Augustini cum pluuiali, & caputeo desuper ante annos trecentos nunquam in orbe viso, quod dubium non est, non antea ibi loci positio, quàm cum Eremitæ Augustiniani Ciuitatem Venetorũ sunt ingressi, quod circa annum 1320. sub Andrea Dandulo accidit.

Idem prorsus dicendum de alijs simulachris, & imaginibus, quæ Cornelius Lancillottus, Ioannes Marquez, & alij recentiores producunt. Nam quod de lamina ærea in fundamento domus Hipponensis Ciuitatis reperta fatetur, apocryphum omnino est, nec fide dignum: quia nec nomen, nec tempus inuentoris, & inuentionis illius lamnæ signatur, nec etiam nomen illius Neapolitani, qui eam Cardinali Seripando obtulit, & potuit quis vel ad pecunias lucrandas, vel amicitiam cum illo Cardinali, qui erat Ordinis Eremitarum itemdam, illam finxisse, quemadmodum confictitios fuisse sermones sub nomine B. Augustini ad Eremitas, & Ambrosij de Baptismo Augustini, & alia de quibus supra dictum fuit, sed esto lamina illa in fundamento alicuius domus Ciuitatis Hipponensis inuenta esset, quemadmodum Marquez affirmit, non ob hoc probaretur illius intentum, cum nulla in ea esset inscriptio, ex qua constare posset, illam potiùs D. Augustini, quàm alterius cuiuspiam fuisse & poterant illæ imagines aliquos monachos Africanos, aut Hispanos retulisse ex illis antiquis, qui partes Africæ olim incolebant. Parum fidem faciunt imagines illæ monachorum in libro Arabico repertæ, nam in eo libro non legitur notatus locus, neque tempus, nec Princeps, nec aliæ circunstantiæ personarum, ex quarum obiectatione iudicium de Historijs veris, & fictis potissimũ fieri consueuit, neque illius interpretes concordes fuerunt, vt hariolari, & diuinare oporteat in historiæ sensu eruendo. Et potuerunt monachi in eo libro depicti exploratores Regum Hispaniarum, aut Lusitanorum fuisse, sub habitu monachorum ad illas Regiones missi, aut vti Religiosi ab Episcopis Lusitanis ad Euangelium illa gentibus prædicandum, destinati.

Quod attinet ad imaginem Beati Augustini in fronte operum D. Augustini editionis Plantinæ, leuissima est coniectura, quæ ex illa accipitur, nam Censores Louanienses de veris, & falsis libris sub Augustini nomine editis censuerunt, non de imaginibus, quibus typographi libros exornare deberent. Eiusdem ponderis est imago depicta in libro in Bibliotheca Vaticana seruato, cum non constet de certo tempore, quo aut imago illa picta fuit, aut liber scriptus, aut ibi positus, & certum sit, Bibliothecam Vaticanam sub Bonifacio Nono primùm fuisse constructam. De imagine quoque picta in templo D. Marci Venetiarum idem dicendum: nam etsi templum illud circa an. 1084. exstructum, seu potiùs reparatum fuerit, non tamen necesse est, omnes illius imagines paria cum antiquitatis. De imagine autem in noua Bibliotheca per Sixtum V. erecta nihil dicimus, neque de alia supra sepulchrum Eugenij IV. in templo S. Saluatoris Vrbis Romæ. Solùm restat de imagine in Aula Consistoriali Papiæ posita, & de statua Ecclesia Metropolitana Mediolanensi aliqua breuiter dicendum.

ET quidem quod attinet ad imaginem D. Augustini in Aula Consistoriali Palatij Papiensium, nego illam vetustissimam esse, cum illius antiquitas centesimum, & vigesimum annum non excedat. Habeo illius inscriptionem, siue subscri-

pro-

ptionem, quæ rei fidem adhibet, ea talis est: *Anno M.D.III. Vrbe nostra peste sæuissima afflicta, desperata irritoque humano auxilio. Cœlesti protectori Augusti duodenigenti faces albas quot annis oblaturi, nuncupato voto salubrem statum impetrauerunt.* Sed quod rei perstringit, habeo, qui probent Ciues Papienses ante annum 1488. Beatum Augustinum in publicis vexillis Canonicali habitu indutum pinxisse. Nam vexillum publicum, quo vsque ad illum annum in publicis processionibus vti consueuerant & quod vsque in hanc diem in quadam camera Palatij Episcopalis Ciuitatis Papiensis asseruatur & illius exemplum ex originali fideliter extractum in Sacristia Canonicorum Regularium Sancti Petri in Cœlo aureo cernitur, vt authentico instrumento per manum Iulij Cæsaris de Pellizonibus ciuis Papiensis publici notarij, & Curiæ Episcopalis Papiensis Cancellarij, rogati sub die 4. Augusti anni 1616. probatur) ipsum Augustinum pluuiali crocei coloris, & mitra redimitum refert, nec non tunica linea rochetto nuncupata, & altera tunica longiori alba sub rochetto indutum. Quæ verò causæ ipsos ciues Papienses impulerint, vt Sanctum Augustinum, quem Clericalibus indutum semper coluerant, clericali habitu spoliare, & nigram cucullam induere voluerint, diuinare non possum, nec volo.

VII. DEMùm circa simulachrum D. Augustini in Ecclesia Mediolanensi locatum, nego primum simulachrum ducentesimum antiquitatis annum habuisse, nego etiam Alexandrum Sextũ eiusmodi simulachrum cum cuculla monastica reficiendum præcepisse, vt veri habitus D. Augustini monumenta instauraret, quemadmodum de suo arguens affirmat, sed quòd priori simulachro diruto, cum super habitu, cum quo nouum simulachrum reficiendum esset, inter Canonicos Regulares, & Eremitas Augustinenses controuersia oriretur, eam Summus Pontifex sic instè derimendam censuit, vt cum priori habitu simulachrum illud restauraretur. Quod ne me de meo dicere suspiceris, & vt tam de antiquitate prioris illius simulachri, pro quo renouando tantoperè ab Eremitis certatum est, quàm de causis, quæ Summum Pontificem ad præfatum decretum condendum mouerunt, apud posteros fide certissima deinceps constare possit, ecce tibi ipsiusmet Pontificis edictum ab eisdem Venerandis Patribus Eremitis acceptum, & fideliter redditum, huius, qui sequitur tenoris.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Guidoni archiepiscopo Mediolanensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium votis, per quæ scandalu obuiatur, ac personarum quarumlibet, præsertim sub regulari habitu Altissimo famulantium quieti consulitur, libenter annuimus, atque fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis pro parte dilecti filij Mariani de Genezano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Vicarij Generalis

ptionem, quæ rei fidem adhibet, ea talis est: *Anno M.D.III. Vrbe nostra peste sæuissima afflicta, desperato, irritoque humano auxilio, Cœlesti protectori Augustino duodeviginti faces albas quotannis oblaturi, nuncupato voto salubrem statum impetrauerunt.* Sed quod rem perstringit, habeo, qui probent Ciues Papienses ante annum 1488. Beatum Augustinum in publicis vexillis Canonicali habitu indutum pinxisse. Nam vexillum publicum, quo vsque ad illum annum in publicis processionibus vti consueuerant, & quod vsque in hanc diem in quadam camera Palatij Episcopalis Ciuitatis Papiensis asseruatur, & illius exemplum ex originali fideliter extractũ in Sacristia Canonicorum Regularium Sancti Petri in Cœlo aureo cernitur, vt authentico instrumento per manum Iulij Cæsaris de Pellizonibus ciuis Papiensis publici notarij, & Curiæ Episcopalis Papiensis Cancellarij, rogati sub die 4. Augusti anni 1616. probatur) ipsum Augustinum pluuiali croceî coloris, & mitra redimitum refert, nec non tunica linea rochetto nuncupata, & altera tunica longiori alba sub rochetto indutum. Quæ verò causæ ipsos ciues Papienses impulerint, vt Sanctum Augustinum, quem Clericalibus indutum semper coluerant, clericali habitu spoliare, & nigram cucullam induere voluerint, diuinare non possum, nec volo.

VII DEmùm circa simulachrum D. Augustini in Ecclesia Mediolanensi locatum, nego primum simulachrum ducentesimum antiquitatis annum habuisse, nego etiam Alexandrum Sextũ ciusmodi simulachrum cum cuculla monastica reficiendum præcepisse, vt veri habitus D. Augustini monumenta instauraret, quemadmodum de suo arguens affirmat, sed quòd priori simulachro diruto, cum super habitu, cum quo nouum simulachrum reficiendum esset, inter Canonicos Regulares, & Eremitas Augustinenses controuersia oriretur, eam Summus Pontifex sic iustè dirimendam censuit, vt cum priori habitu simulachrum illud restauraretur. Quod ne me de meo dicere suspiceris, & vt tam de antiquitate prioris illius simulachri, pro quo renouando tantoperè ab Eremitis certatum est, quàm de causis, quæ Summum Pontificem ad præfatum decretum condendum mouerunt, apud posteros fide certissima deinceps constare possit, ecce tibi ipsiusmet Pontificis editum ab eisdem Venerandis Patribus Eremitis acceptum, & fideliter redditum, huius, qui sequitur tenoris.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Guidoni archiepiscopo Mediolanensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium votis, per quæ scandalis obuietur, ac personarum quarumlibet, præsertim sub regulari habitu Altissimo famulantium quieti consulitur, libenter annuimus, atque fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis pro parte dilecti filij Mariani de Genezano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Vicarij Generalis petitio continebat, quod licèt à decem, & octo annis citra quædam imago ipsius Sancti Augustini in summitate Ecclesiæ tuæ Mediolanensis cum habitu fratrum Eremitarum eiusdem Sancti habita super hac tunc matura deliberatione sculpta posita fuerit, & vna cum imaginibus aliorum Doctorum ibi permanserit: quia tamen ad præsens agitur, quòd illa, & alia imagines ibidem existentes propter earum nimiam ponderositatem in minori statura reponantur, nonnulli tentant, quod prædicta imago Sancti Augustini reincidatur in lapide marmoreo cum camisia sine scapulari, & corrigia, quod profecto in non modicum dicti Ordinis scandalum cederet, & detrimentum. Quare propatte dicti Mariani asserentis alias fel. recordationis Sixtum Papam Quartum prædecessorem nostrum super ea quam & pluribus alijs contentionem inter dilectos filios Canonicos Regulares dicti Ordinis Congregationis Lateran. & fratres Eremitarum Ordinis, super habitu, & pictura tam exortas eis, & cuilibet eorum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ inhibendo, & præcipiendo mandasse, vt ab eis penitus abstinerent, & ex tunc amplius de illo mentionem facere non auderent, per suas literas amputasse, & penitus extinxisse. Nobis fuit humiliter supplicatum, vt eidem Ordini in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmisso certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus si est ita, per te dictam imaginem Sancti Augustini, prout prius sub eisdem habitu, modo, & forma reincidi, & deinde in eodem loco reponi facias, nec aliquid desuper innoues, seu per alium innouari permittas; & si quid circa dictam imaginem Sancti Augustini innouatum est, ad pristinam formam reducas, contradictores per censuram Ecclesiasticam, omni appellatione postposita compescendo. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCVI. 18. Nouembru, Pontificatus nostri anno quarto.

CAPVT QVADRAGESIMVMSECVNDVM.

Cardinalis Baronij sententia de Augustini monachatu reijcitur, & plures eius lapsus in Diui Augustini vita scribenda reteguntur.

IN recensendis Doctoribus, qui Monachatui B. Augustini adstipulantur, multos consulto omisimus, tum, quòd recentiores sint, tum etiam quòd solo numero, non autem pondere fidem augere possint, nec oportuerit, I.

teat iuxta sententiam Philosophi libro primo Physicarum Auscultationum, contra quamlibet opinionem sermonis gratia prolatam disputare, aut in quauis cauillosa ratione soluenda diutiùs morari. Vnus superest Illustrissimus Cardinalis Baronius, cuius autoritas in Ecclesia magna est, & magni ponderis esse debet, qui Diui Augustini monachismum tam apertè docet, tam efficaciter confirmat, & tot præconijs extollit, vt non leuem temeritatis notam incurrere videri meritò possint, qui eius testimonium negare, vel eius sententiæ refragari ausi fuerint. Is tomo quarto suorum Annalium sub anno 391. num. vigesimotertio, & sequenti, verba illa Possidij expendens: *Factum ergo Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere, &c.* In hunc modum de Augustini monachatu subiungit: *Quòd igitur Sanctus Augustinus primus fuit, qui monasticæ vitæ instituta inuexit in Africam, eademque primus seruare cœpit, aliisque seruanda tradidit, inde accidit, vt Donatistæ putarint eiusmodi vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum. Nam sic ipse aduersus Petilianum: Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum, & monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me fuerit institutum, quod genus vitæ omnino quale sit, nescit, vel potius toto orbe notissimum nescire se fingit. Euexerat ipse ex Italia eiusmodi viuendi formam: viderat enim, quod ipse testatur, apud Mediolanenses ciuitatem nobile monasterium, consexerat & Roma plura, eaque peregregia, quæ tanquam beatorum ciuium choros laudauit, quam quidem disciplinam æmulatus, in Africana Ecclesia quamprimùm instituere conatus est. Sensit verò hu in primis haereticos aduersarios, nempe Donatistas, de quibus etiam superiùs dictum est. Caterùm tam ante presbyteratum adhuc Laicus vna cum suis socijs, de quibus diximus, idem vitæ genus in Africa excoluerat apud Tagastam: sed nondum eliquod adeo institutum fuerat monasterium, cuius erigendi gratia se Hipponem contulerat, Hipponensem ciuem Agentem in rebus, cuius Possidius meminit, conuenturus, à quo fuerat accersitus. At erit iucundius hæc omnia ex ipsomet Augustino ad populum pro concione narrante percipere, ait enim. Quærebam vbi constituerem monasterium, & viuerem cum fratribus meis, &c.* Et cum huic suæ sententiæ de Augustini monachatu Possidium sibi aduersarium deprehendisset, illum obliuionis, & oscitantiæ accusans, subdit: *Verùm quod dixit Possidius, Augustinum factum presbyterum monasterium intra Ecclesiam mox instituisse, aliter se rem habuisse, cum præcedens Augustini sermo declarat, tum quæ subdit hu verbis: Peruenit ad Episcopatum, vidi necessitatem habere Episcopum, exhibere humanitatem quibuscunque venientibus, siue transeuntibus, quod si non feciſſem, Episcopus inhumanus dicerer. Si autem in monasterio ista consuetudo permissa esset, indecens esset: & ideò volui habere mecum in domo Episcopi monasterium Clericorum. Hæc ipse, quibus declaratur, non nisi facto ipso Episcopo accidisse, quod ait Possidius, construxisse ipsum monasterium intra Ecclesiam. vt ex his videas, duo ab ea orsa fuisse Hippone monasteria, alterum, cum adhuc presbyter esset, in horto: alterum verò, cum factus est Episcopus, in ipsa episcopali domo, quæ inhærens esse solet Ecclesiæ, &c.*

FAteor equidem, tanti viri autoritatem tum apud omnes, tum apud me ipsum maximi esse, & æstimari. Verùm non tanti, vt ob illam sanctissimæ veritati primas non concedamus, aut etiã ab iniuria, si eam læsam offenderimus, non pro viribus tueri debeamus? ac in ijs præsertim, in quibus, vel ob communem naturæ imbecillitatẽ, propter quam nullus absque speciali Dei auxilio supernaturali nõ mentitur, vt Apostolus ad Romanos 3. ait: *Est autem Deus verax; omnis autem homo mendax: sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*: vel ob rei tractandæ amplitudinem, & historiæ multiplicitatem, ac varietatem, talis, ac tantus vir manifestè lapsus deprehenditur, inter quæ primum locum sibi vendicat historia, quam exarauit de vita, & rebus præclarè gestis D. Augustini.

Notabo hic breuiter, & fideliter illius in vita B. Augustini describenda assertiones, quæ cum veritate minùs consistere videntur: ac exinde quid, vel quantùm illius autoritas valeat ad Augustini monachatum probandum, saniori consilio prædicto decernendum relinquam. Primus igitur huius viri lapsus fuit, quòd apocryphas historias Sigiberti, & autoris sermonum ad Eremitas, cum alijs minùs oculatis secutus, dixit in Martyrologio primò edito, Beatum Augustinum anno ætatis suæ trigesimo, sacro baptismate regeneratum. Verùm à Georgio Vedano Vercellensi Congregationis nostræ olim Abbate Generali de suo errore testimonijs apertissimis eiusdem Diui Augustini libro tertio de Academicis capite vigesimo, & libro secundo Soliloquiorum, capite 10. certior factus, cum in dictis locis fateatur Augustinus, se quando illa scribebat, in annis triginta tribus extitisse, & in primo libro Retractationum capite secundo, & quarto dicat, se illos libros adhuc Catechumenum scripsisse, in secunda editione Martyrologij errorem correxit, & sub die quinta Maij pro anno trigesimo annum trigesimum tertium restituit, quod etiam in Annal. tomo 4. sub anno 388. num. 71. notauit.

VErùm vt est magnorum ingeniorum confitio, proprios errores aut non facilè agnoscere, aut rarò fateri, vt primum hunc errorem corrigeret, vel excusaret, alterum addidit. Nam tom. 4. sub anno tercẽtesimo octuagesimo octauo, nu. 71. ita scribit: *Hoc ipso anno Paschali tempore contigit baptismus Magni Patris Augustini, de quo nobis agendum est. Ac primùm, quæ sunt temporis, elucidanda erunt, cuius quidem exactius disquisitionis rationem in nostris notis, illis tamen posteriùs editis, nempe Plantinianis typis, in quibus errorem illum emendauimus præ-*

rijs editionib, in quem incauti ob textum eiusdem sancti

Augustini deprauatum impegimus. Quod enim, dum ipse egit de obitu matris suæ, dicat: Ergo die nono agrituduinis suæ quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo, & tertio anno ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est, quòd contigit, vt dicemus, anno sequẽti mensis Maij, si verum est, quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum triginta trium, vtique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptizatum, conuersum verò trigesimo. Verùm ille corrigendus est textus, vt loco trigesimi tertij ponendum sit annus trigesimus quintus, idque ex alijs Augustini locis, vt in primis, cum ita ait libro tertio contra Academicos, cum trigesimum tertium ætatis annum agam, &c. Verùm erraſſe in hoc Baronium, & illius textum, non autem Augustini corrigendum esse, præter vnanimem concordiam omnium exemplarium, siue exemplorum eius libri, quot quot videre potuimus, siue typis edita, siue manuscripta, in quibus sine vlla hæsitatione, aut litura 33. annus ætatis Augustini notatur, non 35. præter hoc inquam, duplici alia ratione ex ipsius August. & Possidij verbis deducta euidenter demonstro. Primò fatetur Aug. lib. 9. Confess. c. 6. secum baptizatum illius filium Adeodatum annum 15. eum verò mortuum in Africa cum esset in annis sexdecim. Siue ergo baptizatus fuerit Augustinus anno ætatis suæ 33. siue trigesimo quarto, post integrum annum suam profectionem in Africam tãdiu dubitasse non potuit, vt inter illius baptismum, & mortem matris integer annus, & ampliùs intercederet (post cuius etiam obitum non est dubium, illum Romam reuersum, ibique nonnullos menses subsistisse) si anno sequenti cum puero Adeodato in Africa fuit constitutus. Secundò Possidius ait, Augustinum annos sex, & septuaginta vixisse, ac ex illis ad quadraginta in Clericatu, & Episcopatu, & ante Clericatum tribus annis vixisse cum suis amicis apud agros proprios in Tagastensi Comitatu. quare cum Augustinus anno ætatis suæ trigesimo tertio baptizatus fuerit, aut secundum Baronium trigesimo quarto, & anni triginta tres iunctialijs quadraginta & tribus, integrum numerum septuaginta & sex annorum perficiant, illi duo anni, quos superaddit Baronius, dum vult pro anno ætatis Beati Augustini trigesimo tertio ponendum trigesimum quintum, redundant, & vel delendi, vel delendus Possidius, qui capite trigesimo primo scribit. *Sanè ille sanctus in vita sua prolixa pro vtilitate, ac fœlicitate Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ diutiùs conuersatus vixit annis septuaginta sex.* Et pro annis 76. ponendi anni 78. aut delendus ipse Baronius. Vter illorum corrigendus sit, prudentes iudicent.

IV. TErtius lapsus fuit, quia putauit, & asseruit, Beatum Augustinum non anno ætatis suæ trigesimo tertio, sed trigesimo quarto baptizatum: quem errorem ex alio errore hausit, dum credidit, beatum Augustinum ante idus Nouembris, qui illius dies natalitius fuit, libros de Acade-

Augustini deprauatum impegimus. Quod enim, dum ipse egit de obitu matris suæ, dicat: Ergo die nono agrituduinis suæ quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo, & tertio anno ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est, quòd contigit, vt dicemus, anno sequẽti mensis Maij, si verum est, quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum triginta trium, vtique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptizatum, conuersum verò trigesimo. Verùm ille corrigendus est textus, vt loco trigesimi tertij ponendum sit annus trigesimus quintus, idque ex alijs Augustini locis, vt in primis, cum ita ait libro tertio contra Academicos, cum trigesimum tertium ætatis annum agam, &c. Verùm erraſſe in hoc Baronium, & illius textum, non autem Augustini corrigendum esse, præter vnanimem concordiam omnium exemplarium, siue exemplorum eius libri, quot quot videre potuimus, siue typis edita, siue manuscripta, in quibus sine vlla hæsitatione, aut litura 33. annus ætatis Augustini notatur, non 35. præter hoc inquam, duplici alia ratione ex ipsius August. & Possidij verbis deducta euidenter demonstro. Primò fatetur Aug. lib. 9. Confess. c. 6. secum baptizatum illius filium Adeodatum annum 15. eum verò mortuum in Africa cum esset in annis sexdecim. Siue ergo baptizatus fuerit Augustinus anno ætatis suæ 33. siue trigesimo quarto, post integrum annum suam profectionem in Africam tãdiu dubitasse non potuit, vt inter illius baptismum, & mortem matris integer annus, & ampliùs intercederet (post cuius etiam obitum non est dubium, illum Romam reuersum, ibique nonnullos menses subsistisse) si anno sequenti cum puero Adeodato in Africa fuit constitutus. Secundò Possidius ait, Augustinum annos sex, & septuaginta vixisse, ac ex illis ad quadraginta in Clericatu, & Episcopatu, & ante Clericatum tribus annis vixisse cum suis amicis apud agros proprios in Tagastensi Comitatu. quare cum Augustinus anno ætatis suæ trigesimo tertio baptizatus fuerit, aut secundum Baronium trigesimo quarto, & anni triginta tres iunctialijs quadraginta & tribus, integrum numerum septuaginta & sex annorum perficiant, illi duo anni, quos superaddit Baronius, dum vult pro anno ætatis Beati Augustini trigesimo tertio ponendum trigesimum quintum, redundant, & vel delendi, vel delendus Possidius, qui capite trigesimo primo scribit. *Sanè ille sanctus in vita sua prolixa pro vtilitate, ac fœlicitate Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ diutiùs conuersatus vixit annis septuaginta sex.* Et pro annis 76. ponendi anni 78. aut delendus ipse Baronius. Vter illorum corrigendus sit, prudentes iudicent.

IV. TErtius lapsus fuit, quia putauit, & asseruit, Beatum Augustinum non anno ætatis suæ trigesimo tertio, sed trigesimo quarto baptizatum: quem errorem ex alio errore hausit, dum credidit, beatum Augustinum ante idus Nouembris, qui illius dies natalitius fuit, libros de Acade-

Augustum deprauatum impegimus. Quod enim, dum ipse agit de obitu matris suæ, dicat: Ergo die nono agitundum sua quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo, & tertio anno ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est, quòd contigit, vt dicemus, anno sequenti mense Maij, si verum est, quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum triginta trium, vtique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptizatum, conuersum verò trigesimo, Verùm ille corrigendus est textus, vt loco trigesimi tertij ponendum sit annus trigesimus quintus, idque ex alijs Augustini locis, vt in primis, cum ita ait libro tertio contra Academicos, cum trigesimum tertium ætatis annum agam, &c. Verùm erraſſe in hoc Baronium, & illius textum, non autem Auguſtini corrigendum eſſe, præter vnanimem concordiam omnium exemplarium, ſiue exemplorum eius libri, quotquot videre potuimus, ſiue typis edita, ſiue manuſcripta, in quibus ſine vlla hæſitatione, aut litura 33. annus ætatis Auguſtini notatur, non 35. præter hoc inquam, duplici alia ratione ex ipſius Auguſt. & Poſſidij verbis deducta euidenter demonſtro. Primò fatetur Aug. lib. 9. Confeſſ. c. 6. ſecum baptizatum illius filium Adeodatum anni 15. cum verò mortuum in Africa cum eſſet in annis ſexdecim. Siue ergo baptizatus fuerit Auguſtinus anno ætatis ſuæ 33. ſiue trigeſimo quarto, poſt integrum annum ſuam profectionem in Africam tãdiu diſtuliſſe non potuit, vt inter illius baptiſmum, & mortem matris integer annus, & ampliùs intercederet (poſt cuius etiam obitum non eſt dubium, illum Romam reuerſum, ibique nonnullos menſes ſubſtitiſſe) ſi anno ſequenti cum puero Adeodato in Africa fuit conſtitutus. Secundò Poſſidius ait, Auguſtinum annos ſex, & ſeptuaginta vixiſſe, ac ex illis ad quadraginta in Clericatu, & Epiſcopatu, & ante Clericatum tribus annis vixiſſe cum ſuis amicis apud agros proprios in Tagaſtenſi Comitatu. quare cum Auguſtinus anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio baptizatus fuerit, aut ſecundum Baronium trigeſimo quarto, & anni triginta tres iunctis alijs quadraginta & tribus, integrum numerum ſeptuaginta & ſex annorum perficiant, illi duo anni, quos ſuperaddit Baronius, dum vult pro anno ætatis Beati Auguſtini trigeſimo tertio ponendum trigeſimum quintum, redundant, & vel delendi, vel delendus Poſſidius, qui capite trigeſimo primo ſcribit. *Sanè ille ſanctus in vita ſua proluxa pro vtilitate, ac ſalutate Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ diutius condonata vixit annis ſeptuaginta ſex.* Et pro annis 76. ponendi anni 78. aut delendus ipſe Baronius. Vter illorum corrigendus ſit, prudentes iudicent.

IV. TErtius lapſus fuit, quia putauit, & aſſeruit, Beatum Auguſtinum non anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio, ſed trigeſimo quarto baptizatum: quem errorem ex alio errore hauſit, dum credidit, beatum Auguſtinum ante idus Nouembris, qui illius dies natalitius fuit, libros de Academicis abſoluiſſe. Cum enim dicat beatus Auguſtinus in fine tertij libri de Academicis, ſe, cum illum abſolueret, in annis triginta & tribus conſtitutum, quo tempore nondum baptizatus fuerat, ſi liber ille ante idus Nouemb. fuit abſolutus, neceſſariò ſequitur, illum anno ætatis ſuæ non trigeſimo tertio, ſed trigeſimo quarto baptizatum. Hanc rationem illemet tum in notis ad Martyrologium, tum in Annal. tomo quarto, loco proximè citato ſic explicat: *Cum igitur fateatur, ſe annorum fuiſſe triginta trium, cum ſcriberet contra Academicos, atque aquè conſtet, eos ab ipſo elaboratos libros, cum Mediolani adhuc Catechumenus eſſet, id quidem ipſo teſtante, & ante menſem Nouembrem, quod ipſe etiam demonſtrat, dum ait, illos ſcriptos eſſe, antequam ſcriberet de Vita Beata, quam ſcriptionem habebat præmanibus, vt ex ipſo apparet, eo anno tempore natalis ſui idibus Nouembris, vtique aſſirmandum eſt, eos anno ſuperiori ab ipſo fuiſſe conſcriptos in ſua ætate trigeſimi tertij ſua ætatis, quo pariter anno idibus Nouembris inchoaretur trigeſimus quartus. Cum verò ex variis Poſſidij teſtificatione liqueat, ipſum baptizatum eſſe Paſchali tempore, vtique etiam dicendus erat non anno ſuperiori, ſed præſenti, anno dicto tempore ſacro baptiſmate initiatus fuiſſe.* Verùm & in aſſertione temporis baptiſmi Auguſtini & in fundamento ipſius aſſertionis apertè lapſum Baronium videbunt, qui verba Auguſtini legerint, quæ ille ſcribit in eodem libro de Beata vita, nec non in 1. lib. Retractat. cap. 2. nam in lib de Beata vita in principio fatetur Aug. ſe occaſione diei natalis ſui, qui inciderat idibus Nouembris, librum illum ſcripſiſſe: *Idibus*, inquit, *Nouembris mihi natalis dies erat. poſt tam tenue prandium &c.* Verùm in lib. 1. Retractationum capite ſecundo eundem librum recenſens ait: *Librum de Beata vita non poſt libros de Academicis* (nota verba) *ſed inter illos, vt ſcribere mi contigit. Ex occaſione quippè ortus eſt dies natalis mei, & tridui diſputatione completus, ſicut ſatis ipſe indicat.* Ergo ſi liber de Beata vita non poſt abſolutos libros de Academicis, ſed inter illos ſcriptus fuit idibus Nouembris, qui dies natalis ipſius Diui Auguſtini fuit, cum in fine librorum de Academicis fateatur Auguſtinus, quando librum illum abſoluebat, ſe in annis triginta tribus fuiſſe, per neceſſariam, & incuitabilem ſequelam deducitur, quando ſcripſit librum de Beata vita, non annum ætatis trigeſimum quartum, ſed trigeſimum tertium inchoaſſe: & cum liqueat non ſolùm ex Poſſidij teſtificatione, ſed ipſiuſmet Auguſtini confeſſione, lib. 9. Confeſſ. cap. 6. illum tempore Paſchali proximè ſequenti ſacro baptiſmo initiatum, neceſſariò etiam ſequitur, illum anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio, non trigeſimo quarto, vt vult Baronius, baptizatum. Quod ex temporum ſupputatione proximè facta confirmatur: quia ſi anno trigeſimo quarto, non autem 33. fuit baptizatus, totus decurſus vitæ illius erit annorum ſeptuaginta & ſe-

ptem, non autem septuaginta, & sex. Nam ex Possidio habemus, illum in Africa baptizatum annis quadraginta tribus vixisse, scilicet in clericatu quadraginta, & laicum annis tribus. Et ad omnem dubitationem tollendam, vt videas, Baronium quoad hoc in meridiana luce offendisse, vide, quę ille scribit supra sub anno tercentesimo septuagesimo septimo, numero septimo, vbi fatetur, beatum Augustinum natum anno Christi tercentesimo quinquagesimo quinto, Idibus Nouembris, & numera vsq; ad annum tercentesimum octuagesimum octauum, quo anno tempore Paschali ille dicit, Beatum Augustinum fuisse baptizatum, & videbis, non potuisse eo tempore esse in annis triginta quatuor, sed solùm triginta tribus: nam ab anno quinquagesimo quinto die decima tertia Nouembris, vsque ad annum octuagesimum octauum die quinta Maij, non anni triginta quatuor, sed solùm triginta & tres inchoati interceduns.

V. QVartus eius lapsus fuit, quòd in Martyrologio Romano ab illo recognito sub die quinta Maij in fine scripserit: *Mediolani sanctæ Geruasij Episcopi. Ibidem conuersio sancti Augustini Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, quem beatus Ambrosius Episcopus fidei Catholicæ veritatem docuit, & hac die baptizauit.* In quem errorem nescio quomodo labi potuerit vir doctissimus, non solùm in Ecclesiastica historia versatus adeò, verùm etiam de Theologia optimè meritus. Certum enim est, Beatum Augustinum tempore Paschali ritu solemni, qui tunc in Ecclesia seruari consueuerat, baptizatum fuisse, quod colligitur non solũ ex Possidio dicente: *Vt appropinquantibus diebus sanctis Paschæ saluti aquam perciperet.* Sed eodem Augustino scribente lib. 9. Confess. cap. 6. *Inde vbi tempus aduenit, quo nomen dare oporteret, relictorum ire, Mediolanum remeauimus.* Nam qui tempore Paschali baptizandi erant, ante mediam quadragesimam nomina dabant, quibus datis, Catechismi fiebant, ac exorcismi, quibus peractis, sabbato ante Dominicam Resurrectionis viuificæ baptizabantur. Eratque mos Ecclesiæ tanto rigore seruatus, vt nullus excepto casu necessitatis, extra tempus Paschæ Dominicæ Resurrectionis, vel Pentecostes lauacro salutifero ablueretur, vt secùs facientes acriter corriperentur, quemadmodum Cardinalis Bellarminus lib. de Bapt. cap 16. ex varijs Summorum Pontificum decretis adnotauit, & colligitur ex ipsomet Aug. de Cur. pro mor. agenda c. 12. Quæ cum ita sint, vbi quæsò inuenit Baronius, aut quisquis illius causam tueri velit, diem sabbati proximè præcedentis festum Dominicæ Resurrectionis, aut etiam Pentecostes, in quintum diem Maij vel incidisse, vel incidere vnquam posse, vt dixerit B. Augustinum eo die, scilicet 5. Maij à B. Ambrosio baptizatum? non ergo 5 die Maij baptizatus fuit, sed 8. Aprilis, vt supra dictum fuit.

QVintus eiusdem viri lapsus fuit, quòd dixerit eodem tom. 4. Annal. sub anno 388. nu. 7. & sub anno 389. num. 1. Beatam Monicam non solùm non eodem anno defunctam, quo Augustinus fuerat baptizatus, sed anno sequenti, die quarta Maij, quem errorem esse, conuincitur non solùm ex textu ipsius Augustini lib. 9. Confess. cap. 11. in fine, vbi fatetur, se annorum ætatis triginta trium fuisse, quando B. Monica ex hac vita excessit, etsi Baronius dicat, textum illum deprauatum, quem tamen ab errore vindicauimus, sed etiam ex temporum supputatione sæpiùs facta: quia si integer annus inter Augustini baptismum, & matris obitum intercessit, cum certum etiam sit, illum post obitum matris non statim in Africam profectum, sed nonnullis mensibus postea Romæ commoratum, vt statim dicemus, necesse erit dicere, aut Augustinum in Africa tribus, & quadraginta annis post illius reditum non vixisse, aut illius ætatem post annum septuagesimum sextum producere, aut illius baptismum ante annum trigesimum tertium ponere: quæ omnia cum falsa sint, falsum etiam erit illud ex quo sequitur, nimirùm B. Augustinum integro anno ante obitum matris Monicæ baptizatum.

SExtus eius lapsus fuit, quòd eodem tomo 4. sub anno 389. in principio docuit, B. Augustinum eo anno Romæ hyemasse, expectata opportuna, ac tuta nauigatione: postea verò ad Ostia Tiberina descendisse, inde soluturum in Africam: ibi verò aliquantulum retardatum sanctæ matris ægritudine, ea verò defuncta, persolutisque illi postremis pietatis officijs vnà cùm socijs in Africam nauigasse. Nam è contrario euenisse, vt Mediolano discedens ad Ostia Tiberina protinùs contenderit: exinde matre defuncta Romam redierit, ibique illa æstate commoratus fuerit, vbique dum tempus nauigationi opportunum adesset, multa Beati Augustini loca ostendunt, & in primis illius verba libro nono Confessionum capite decimo: *Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura, quem diem tu nouerat ignorantibus, &c. illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos nauigationi.* Nam longum illud, ac laboriosum iter, post quod remoti à turbis sese nauigationi instaurabant, priusquã B. Monica ex hac vita migraret, ex Vrbe Roma nullatenus esse potuit, illud enim non longũ, nec laboriosum est, quod trium horarũ spatio intra per profluentem delata sine vllo prorsus labore conficitur, sed ex Vrbe Mediolanensi necessariò extitit, vt supra cap. 5. dictum fuit. Quod verba illa capite vndecimo eiusdem libri confirmant, in quibus Beatus Pater Augustinus fatetur, anno ætatis suæ trigesimo tertio religiosam, & piam illam animam corpore solutam fuisse, quod verè dici non poterat, si post baptismum ante ipsius Beatæ Monicæ obitum Romæ hyemassent, vt ibidem deduximus. Reuersum potrò Beatum Augustinum

stinum in Vrbem post matris obitum, ibiq; per aliquot menses commoratum, ostendunt primò libri de Moribus Ecclesiæ, & Manichæorum, nec non de Quantitate animæ; Romæ post baptismum ab illo absoluti, & libri de Libero arbitrio ibidem inchoati, quorum meminit libro primo Retractationum capite septimo, octauo, & nono: ac deinde illius verba libro tertio contra literas Petiliani capite vigesimo quinto, quibus dicit, se ex Italiæ peregrinatione post Maximi Tyranni mortem Africam repetiuisse nam Maximi Tyranni mortem eodem anno tercentesimo octuagesimo octauo sexto Kalend. Septemb. accidisse, idem Baronius fatetur sub anno tercentesimo octuagesimo nono, numero 1. licèt ibi quoque in errorem labatur affirmans B. Augustinum post mortem eiusdem Maximi Romæ hyemasse, quod habita ratione temporis, quo post reditum suum in Africam vixit, nullatenus esse potest, vt sæpius dictum fuit.

VIII SEptimus eiusdẽ Baronij lapsus fuit in eo, quod Possidium oscitantiæ, & obliuionis redarguit, quòd dixerit, Beatum Augustinum factum Presbyterum intra Ecclesiam monasterium mox instituisse: *Aliter enim rem se habuisse tum præcedens Augustini sermo*, inquit, *declarat, tum quæ subdit: Perueni ad Episcopatum, vidi necessitatem habere Episcopum, &c. & ideò volui habere mecum in domo Episcopi Monasterium Clericorum, &c.* Vide obsecro, quomodo ingenia præclara, dum sibi ipsis nimium placent, in luce meridiana nonnunquam hallucinentur. Possidius quadragenarius Augustini discipulus, omnium eius gestorum non solum obseruator, verùm etiam æmulator studiosissimus, in re tanti ponderis, quanti erat primi illius monasterij institutio, sua nouitate albis calculis scribenda, præsertim si verum est, quòd Baronius fatetur, B. Augustinum primum fuisse, qui monasticæ vitæ institutа inuexit in Africam, obdormiuit adeò, vt memoriã lapsus, primi illius monasterij in horto Valerij instituti oblitus, pro illo secundum in domo Episcopi fundatum posuerit. Et quam obsecro ob causam? quia inquit, quod factus Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, quod nõ nisi ipso Augustino facto Episcopo accidit: nam primum illud monasterium non intra Ecclesiam, sed in horto Valerij fuerat institutum. Sed quæro, num secundum monasterium fuerit institutum intra Ecclesiam? quia sicut Augustinus in illo sermone non dicit, primum monasterium fuisse institutum in Ecclesia, sed in horto Valerij: ita nec secundum dicit in Ecclesia exstructum, sed in domo Episcopi: *Volui*, inquit, *habere mecum in domo Episcopi monasterium Clericorum.* Ecce tibi, non dicit in Ecclesia, sed in domo Episcopi. Sed respondet, illud secundum dicitur institutum intra Ecclesiã, quia domus Episcopi inhærens esse soleret Ecclesiæ. Atego dico, quid si etiam hortus Valerij Ecclesiæ parochiali inhærebat? nonne pari ratione monasterium in horto illo exstructum poterat di-

stinum in Vrbem post matris obitum, vbiqs per aliquot menses commoratum, ostendunt primò libri de Moribus Ecclesiæ, & Manichæorum, necnon de Quantitate animæ, Romæ post baptismũ ab illo absoluti, & libri de Libero arbitrio ibidem inchoati, quorum meminit libro primo Retractationum capite septimo, octauo, & nono: ac deinde illius verba libro tertio contra literas Petiliani capite vigesimo quinto, quibus dicit, se ex Italica peregrinatione post Maximi Tyranni mortem Africam repetiuisse nam Maximi Tyranni mortem eodem anno tercentesimo octuagesimo octauo sexto Kalend. Septemb. accidisse, idem Baronius fatetur sub anno tercentesimo octuagesimo nono, numero 1. licèt tibi quoque in errorem labatur affirmans B. Augustinum post mortem eiusdem Maximi Romæ hyemasse, quod habita ratione temporis, quo post reditum suum in Africam vixit, nullatenus esse potest, vt sæpius dictum fuit.

VIII SEptimus eiusdẽ Baronij lapsus fuit in eo, quod Possidium oscitantiæ, & obliuionis redarguit, quòd dixerit, Beatum Augustinum factum Presbyterum intra Ecclesiam monasterium mox instituisse. *Aliter enim vere se habuisse tum præcedens Augustini sermo*, inquit, *declarat, tum quæ subdit: Perueni ad Episcopatum, vide necessitatem habere Episcopum, &c. & ideò volui habere mecum in domo Episcopi Monasterium Clericorum, &c.* Vide obsecro, quomodo ingenia præclara, dum sibi ipsis nimium placent, in luce meridiana nonnunquam hallucinentur. Possidius quadragenarius Augustini discipulus, omnium eius gestorum non solum obseruator, verùm etiam æmulator studiosissimus, in re tanti ponderis, quanti erat primi illius monasterij institutio, sua nouitate albis calculis scribenda, præsertim si verum est, quòd Baronius fatetur, B. Augustinum primum fuisse, qui monasticæ vitæ institutа inuexit in Africam, obdormiuit adeò, vt memoriã lapsus, primi illius monasterij in horto Valerij instituti oblitus, pro illo secundum in domo Episcopi fundatum posuerit. Et quam obsecro ob causam? quia inquit, quod factus Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, quod nõ nisi ipso Augustino facto Episcopo accidit: nam primum illud monasterium non intra Ecclesiam, sed in horto Valerij fuerat institutum. Sed quæro, num secundum monasterium fuerit institutum intra Ecclesiam? quia sicut Augustinus in illo sermone non dicit, primum monasterium fuisse institutum in Ecclesia, sed in horto Valerij: ita nec secundum dicit in Ecclesia exstructum, sed in domo Episcopi: *Volui*, inquit, *habere mecum in domo Episcopi monasterium Clericorum*. Ecce tibi, non dicit in Ecclesia, sed in domo Episcopi. Sed respondet, illud secundum dicitur institutum intra Ecclesiã, quia domus Episcopi inhærens esse soleret Ecclesiæ. Atego dico, quid si etiam hortus Valerij Ecclesiæ parochiali inhærebat? nonne pari ratione monasterium in horto illo exstructum poterat dici institutum intra Ecclesiam, sicut etiam illud institutum in domo Episcopi? quæ enim maior erat ratio de vno, quàm de altero, ob quam homo nostratricus, qui annis mille, ac ducentis post Augustinum vixit, qui de rebus gestis B. Augustini catenus aliquid veri scribere potuit, quatenus ei Possidius facem prætulit, Possidium testem oculatũ, & quadragenarium in re tanti ponderis, vti mendosum, & obliuiosum redarguere iure merito potuerit?

OCtauus eiusdem lapsus, fatetur hic Autor, B. Augustinum primum fuisse, qui monasticæ vitæ instituta inuexit in Africam. ac primus ipse illa seruare cœpit, & alijs seruanda tradidit; & tomo sexto sub anno quinquagesimo quarto, numero trigesimo quarto de B. Fulgentio loquens: *Sed vnde*, inquit, *huiusmodi, quam refert, monasticæ institutio fluxit in Africam, si rectè memoria tenes, non ab alio, quàm ab ipso scilicet Augustino, qui eandem ex Romana, & Mediolanensi Ecclesia primitus mutuatus in Africam inuexit, atq; latissimè propagauit. vt planè intelligas, quam S. Fulgentius professus est monasticam regulam, ab ipso S. Augustino deriuasse, diuersiq; Ordinis ab eo institutas fuisse Clericos, aliorum nempè, qui in Ciuitatibus degentes eius essent vitæ, atque vestitus, cuius hic vides Fulgentium esse cultorum.* His, & alijs verbis ex tom. 4. superius narratis hic præclarissimus, & Illustrissimus Doctor tria dicit, primum, B. Augustinum primum fuisse, qui monasticæ vitæ instituta inuexit in Africam, quod non est vndecunq; certũ, & constans, sed nunc transeat. Secundum, B. Augustinum duo genera Religiosorum, siue Regularium in Africa instituisse, alterum Clericorum communiter viuentium, & in Ciuitatibus degentium: alterum Monachorum, qui procul à Ciuitatibus degentes, eius essent vitæ, ac vestitus, cuius Diuus Fulgentius erat. Tertium, hoc genus vitæ monasticæ Beatum Augustinum ab Ecclesia Mediolanensi, & Romana primitus mutuatum fuisse, & in Africam inuexisse. Quod euidentiùs declarat supra citato tomo quarto, sub anno tercentesimo nonagesimo primo, cum ait: *Inuexerat ipse ex Italia eiusmodi viuendi formam: viderat enim, quod ipse testatur, apud Mediolanensem Ciuitatem nobile monasterium, conspexerat & Romæ plura eademque peregregia, quæ tanquam beatorum Ciuium choros laudauit: quam quidem disciplinam æmulatus, in Africana Ecclesia quã primùm instituere conatus est.* Hoc autem tertio eius dicto stante, vt videas, quæ in secundo dicto de Monachis à Beato Patre Augustino in Africa institutis à Clericis Regularibus distinctis, & in solitudinibus degentibus, eius vitæ, & habitus, cuius Fulgentius extitit, ille scribit, apocrypha esse, & contra expressam Beati Augustini sententiam voluntariè dicta, pone tibi ob oculos non alium, quam ipsummet Beatum Augustinum in eo loco, vbi de monasterijs loquitur, quæ Mediolani, ac Romæ viderat, quę tanquam beatorũ ciuiũ choros laudauit. Est is locus in libro de Moribus Ec-

IX.

clesiæ capite trigesimo tertio, nam alium inter B. Patris Augustini libros non habemus, præter duo verba, quæ de monasterio Mediolanensi sub Beato Ambrosio nutritore scribit octauo libro Confessionum capite sexto. Igitur in dicto libro de Moribus Ecclesiæ Catholicæ videns, Manichæos suorum electorum simulatam continentiam, & sanctitatem vanè iactitantes, primùm quidem capite trigesimo primo, opponit illis perfectam cõtinentiam, & castitatem multorum Catholicorũ, quibus Manichæi nullo pacto essent comparandi: *tamenim*, inquit, *accipite Manichæi perfectorum Christianorum, quibus summa castitas non laudanda tantùm, sed etiam capessenda visa est, mores. & continẽtiam singularem: ne vos impudenter iactare apud animos imperitorum quasi difficillima rerum abstinentia, si quid in vobis pudoris est, audeatis.* Exinde quatuor hominum genera inter Catholicos continentiam seruantium distinguit, quorum primos recensct Anachoritas, qui secretissimi penitùs ab omni hominum conspectu pane solo qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt. Secundo loco ponit Monachos, & Cœnobitas; qui plures simul in eisdem domibus habitantes, sub Decanis, & Præpositis, & alijs maioribus degebant, quorũ mores, vitamque eodem planè modo, quo B. Hieronymus, & Cassinus de Monachis Ægypti loquentes, describit ibidem cap. 31. quem vide. postea cap. 32. tertium genus recolit, nimirum clericorum, quorum virtus, inquit, cò mihi mirabilior, & maiori prædicatione dignior videtur, quòd difficiliùs est eam in multiplici hominum genere, & in ista vita turbulentiore seruari. tandem cap. 33. quartum genus ponit illorum Christianorũ, quorum plurima diuersoria se Romæ, ac Mediolani vidisse fatetur, quæ tanquam beatorum ciuium choros laudat, vt rectè Baronius scribit, quorumque institutum æmulatus in Africam inuexit. De istis igitur sic scribit D. Augustinus. *Nec idcò tamen laudabile Christianorum genus contempserim, eorum scilicet, qui in Ciuitatibus degunt, à vulgari vita remotissimi. Vidi ergo diuersoria Sanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus vnus presbyter præerat, vir optimus, & doctissimus (ecce tibi monasterium Mediolanense, de quo lib. 8. Confess. cap. 6. scribit Mediolani positum extra vrbis mœnia) Romæ etiam plura cognoui, in quibus singuli gravitate atque prudentia, & diuina scientia præpollentes, cæterũ secum habitantibus præsunt Christiana charitate, sanctitate, & libertate viuentibus. ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli autoritate manibus suis se transigunt. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sapissimè sine cibo, ac potu ducere, neque hoc in viris tantùm, sed etiam in fœminis, quibus item multa viduis, & virginibus simul habitantibus &c.*

Si hoc quartum institutum illud est, quod Augustinus Mediolani, ac Romæ didicit, quodq; ipse primus æmulatus inuexit in Africam, vt Baronius semper in hoc sibi constans ait, conuincitur planè multipliciter illum decipi. Primò cum dicit, B. Augustinum institutum vitæ monasticæ, quod Mediolani, ac Romæ didicerat, in Africam inuexisse nam illud quartum institutum Augustinus à monastico data opera distinguit, vt vides. Secundò cùm ait, Augustinum duas classes instituisse, alteram clericorum communiter in Ciuitatibus viuentiũ, alteram monachorum procul à Ciuitatibus degentium, eius vitæ, ac vestitus, cuius B. Fulgentius erat: nam B. Augustinus è contrario scribit, illos quidem ab humana conuersatione remotissimos, sed in Ciuitatibus habitare consueuisse, non in eremo, non in solitudine, vt Baronius de suo dicit. Tertiò cum ait, Religiosos ad imitationem Mediolanensium, & Romanorum in Africa institutos, eius vitæ, ac vestitus fuisse, cuius B. Fulgentius fuerat. Vbi enim quæso hoc dicit Augustinus? vbi de habitu eorum qui Romæ, aut Mediolani degebant, vel vnum verbum protulit? Hinc ergo videas Baronium, quæ de monachis à B. Augustino in Africa institutis in locis à Ciuitatibus longè remotis degentibus, & de illorum habitu scripsit, non ex Augustino accepta, vt ille innuit, etsi locum non designet, sed contra mentem Augustini de suo dixisse, & recentiores in illius autoritate nõ adeo firmum præsidium sibi constituere potuisse, ad D. Augustini monachatum docendum. Dicet Saltem habemus, illud genus vitæ, quod B. Augustinus primitus instituit ante Episcopatum, non fuisse institutum Clericorum, vt Canonici Regulares prædicant, sed ab illo diuersum: quandoquidem Augustinus dicto libro de moribus Eccles. quartum illud genus Christianorum in Ciuitatibus degentium, à Clericis distinguit. Respondeo institutum illud à clericali distinctum fuisse, non vt species à specie distinguitur, quo pacto distinguuntur clerici, & monachi, sed vt imperfectum, & perfectum in genere clericorum, & sicut distinguitur collegium Canonicorum à seminario, vel alijs collegijs, ex quibus ipsi Canonici assumuntur, de qua re supra dictum fuit.

NOnus eiusdem Baronij lapsus fuit, cum ait *Quam Beatus Fulgentius professus est monasticã Regulam, ab ipso B. Augustino deriuasse.* Et B. Augustinum monachos instituisse, qui eius essent vitæ, & vestitus, cuius ipse D. Fulgentius erat, nempe vnica contenti tunica, eademque zona pellicea constricta, quam nec soluerent dormituri, illudq; institutum ipsum Augustinum in primis coluisse nam vt omittam Baronium gratis hoc dicere sine vllo fundamento, & contra ea, quæ Fulgentij discipulus de illius monachatu scripsit cap. 4. vitæ eiusdem Fulgentij dicens, illum eiusdiam Episcopi Fausti nomine in monasterio ab eodem Episcopo instituto discipulum fuisse. Deinde verò

Fausto

Fausto ex eo loco turbato, ad aliud monaste
cui Fœlix Abbas erat præfectus, se transtulisse
que nonnullos dies duxisse. Si B. Augustinus
instituti, ac vitæ, & habitus professor extit
quem B. Fulgentius tenebat, illum vtique in
Episcopali quadantenus retinuisset. Verùm
gustini habitum, & vitæ institutum cum ha
& instituto D. Fulgentij conferas, nihil com
inter illa intercessisse videbis. Sanè B. Aug
vestes & calceamenta, & lectualia ex modera
competenti habitu erant, nec nitida nimiùm
abiecta plurimum, vt Possidius cap. 22. scribit
sa illius frugalis, & parca quæ quidem inter
& legumina, etiam carnes al quando propte
spites, vel infirmos continebat. Semper autem
num habebat, cochlearibus argenteis vteb
Habitus illius birrum & tunica linea, quæ in
mune, & de communi accipiebat, nec precio
mis, nec omninò abiecta, sed talia, quæ dari
sent cæteris clericis si non habuissent, vt ill
ferma de communi vita Clericorum ait: Q
cum habitu B. Fulgentij, & illius vitæ institut
illius discipulo cap. 18. descripto conferas,
cælo ab inuicem distitisse videbis. *Susceptis, in*
B. Fulgentius Episcopatum, sine aliqua ambitione,
maxima deuotione, manente in contradictores diuin
nouitec ita factus est Episcopus, vt esse desisteret
nachus: sed accepta Pontificis dignitate, professioni
erita seruauit integritatem: seruata verò profes
integritas plus ornauit Pontificis dignitatem.
quam denique preciosa vestimenta quæsiuit, aut q
bana tenuia præteruisit, aut conditus suauiter
vel inter hospites manducauit, aut discumbendo sa
requiescere, & resoluere rigidum propositum voluit
na tantum vilissima tunica, siue per æstatem, siu
hyemem patienter indutus, Orario quidem sicut or
Episcopo nunquam vtebatur, pelliceo cingulo rang
monachis vtebatur. sic studio humilitatis ambitio
vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta susciperet
ricorum, aut vel simis calgis tempore hyemis, aut
gulo in tempore allatis vteretur. intra monasterium
nè inter dum soleas accipiebat, frequenter nudis pe
ambulabat, & solum precosam, vel superbi coloris, ne
se habuit, nec monachos suos habere permisit, sub tu
solam nigella, vel lacticeo pallio circundatus incr
Quando temperies aëris inuitabat, solo pallio intra
nasterium est coopertus: scapulis verò nudis nunqua
nolu visus est, nec deposito saltem cingulo somnum
ans: sua autem confidentia Deo tolle fiduciam gerens
qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat, & temp
sacrificij mutanda esse corda potius, quàm vestime
dicebat. Huic beatissimo sacerdoti nullus aliquando
torsit cuiuslibet generis carnes accipere &c.

Decimus eiusdem lapsus fuit, quod sub an
377. nu. 7. dixit Augustinum natum anno Chr
355. Idibus Nouembris, & postea sub anno 4
nu. 75. ponit illius obitum quinto Kalendas S
tembris: nam Augustinus vixit annis 76. ex Pos
dio. Si autem ab anno 355. Idibus Nouembris

Fausto ex eo loco turbato, ad aliud monasterium, cui Fœlix Abbas erat præfectus, se transtulisse, ibique nonnullos dies duxisse. Si B. Augustinus eius instituti, ac vitæ, & habitus professor extitisset, quem B. Fulgentius tenebat, illum vtique in sede Episcopali quadantenus retinuisset. Verùm si Augustini habitum, & vitæ institutum cum habitu, & instituto D. Fulgentij conferas, nihil commune inter illa intercessisse videbis. Sanè B. Augustini vestes & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimiùm, nec abiecta plurimum, vt Possidius cap. 22. scribit, mensa illius frugalis, & parca quæ quidem inter olera, & legumina, etiam carnes aliquando propter hospites, vel infirmos continebat. Semper autem vinum habebat, cochlearibus argenteis vtebatur. Habitus illius birrum & tunica linea, quæ in communi, & de communi accipiebat, nec preciosa nimis, nec omninò abiecta, sed talia, quæ dari possent ceteris clericis si non habuissent, vt illemet serm. 2. de communi vita Clericorum ait: Quæ si cum habitu B. Fulgentij, & illius vitæ instituto ab illius discipulo cap. 18. descripto conferas, toto cœlo ab inuicem distitisse videbis. *Suscepit*, inquit, *B. Fulgentium Episcoparum, sine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in contradictores diuina vltione: nec ita factus est Episcopus, vt esse desisteret monachus: sed accepta Pontificis dignitate, professionis præcepta seruauit integritatem: seruata verò professionis integritas plus ornauit Pontificis dignitatem. Nunquam denique preciosa vestimenta quæsiit, aut quotidiana ieiunia præteriit, aut conditos suauiter cibos, vel inter hospites manducauit, aut discumbendo saltem requieuit, & vestituere rigidum propositum voluit: sed vna tantum vilissima tunica, siue per æstatem, siue per hyemem patienter indutus, Oratorio quidem sicut omnes Episcopo nunquam vtebatur, pellicea cingulo tanquam monachus vtebatur. Sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta suscipiens clericorum, aut vel firmis calligis tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis vteretur. Intra monasterium sanè interdum soleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat, & sabulam preciosam, vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec monachos suos habere permisit, subtus calsulam nigello, vel lactineo pallio circundatus incessit. Quando temperies aëris inuitabat, solo pallio intra monasterium est coopertus: scapulis verò nudis nunquam à nobis visus est, nec deposito saltem cingulo somnum petiit: sua autem confessionis Deo tesse fiduciam gerens, in qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat, & tempore sacrificij mutanda esse corda potius, quàm vestimenta dicebat. Huic beatissimo sacerdoti nullus aliquando extorsit cuiuslibet generis carnes accipere &c.*

Decimus eiusdem lapsus fuit, quod sub anno 377. nu. 7. dixit Augustinum natum anno Christi 355. Idibus Nouembris, & postea sub anno 430. nu. 75. ponit illius obitum quinto Kalendas Septembris: nam Augustinus vixit annis 76. ex Possidio. Si autem ab anno 355. Idibus Nouembris numeres vsque ad annum 430. quinto Kalendas Septembris, habebis annos 75. non 76. vnde dicendum est, Augustinum non anno 430. sed 431. ex hac vita migrasse. Habes etiam, vnde multos errores autoris illius corrigas, qui B. Augustini vitam ex Annal. Baronij consarcinatâ, operibus D. Augustini nuper Coloniæ impressis præmittendam curauit, in qua præter eâ, quæ ex Baronio malè hausit, plures etiam errores de suo addere voluit, inter quos, quòd monasterium ab Augustino Hippone ædificatum in horto cuiusdam ciuis fuerit institutum.

Hæc longiori fortassis quàm oportuerat, oratione prosecutus sum, non vt tanto viro, ac tam præclaro notam aliquam inurerem: sed vt ostenderem, ad Augustini monachatum probandum debile nimis fundamentum in eius autoritate locari.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

Quid Azorius de B. Augustini Monachatu, & de fundatione S. Ordinis Eremitarum senserit, fideliter, & summariè declaratur.

I. QVoniam Ioannes Marquez cap. 5. §. 4. post multos graues Autores, quos pro B. Augustini monachatu recensuit, vltimo tandem loco Azorium cõstituit, vt hoc militte postremũ agmen clauderet. Quòd eius libros non omnes ita facilè præ manibus habere possint, libet hic eorum, quæ ille de hac controuersia scribit tom. 1. lib. 12. cap. 22. & 23. summam breuiter notare. Primò igitur cap. 22. proponit primam quæstionem, an B. Augustinus suam Regulam in secundo monasterio scripserit, vt docet Coriolanus, an in tertio, vt tradit Augustinus Ticinensis: & in solis opinionibus referendis moratur, vbi neque opiniones fideliter recensет, neque nodum difficultatis tangit, quòd opiniones nõ fideliter referat, patet, quia Coriolanus non dicit tertiam Regulam, de qua solùm controuertitur, scriptam fuisse in secũdo monasterio. nam in probanda prima veritate cap 3. & in 7. veritate, vbi ipsam Regulam ponit, expresè fatetur, Augustinũ illam scripsisse posteaquam factus est Episcopus, eamq; communẽ clericis, & eremitis fecisse, quòd verò difficultatis nodum non attingat, ex eo conuincitur, quod ait, statum difficultatis, & punctum controuersiæ in hoc consistere, an B. Augustinus ipsam Regulam scripserit in secundo, an in tertio

monasterio. Verum non in hoc fiat dubium, sed vtrum B. Augustinus tria monasteria instituerit, vt Coriolanus affirmat, primum antequam factus esset presbyter, secundum postquam factus est presbyter, tertium verò cum factus esset Episcopus: nam rei veritas ita se habet, quod non tria, sed duo tantum monasteria instituit, vt supra probauimus. Deinde dubium est, an monasterium à D. Augustino facto presbytero institutum fuerit clericorum, an eremitarum, vel monachorum: nam si fuit clericorum, vt nos asserimus, siue ipsa Regula in secundo, siue in tertio monasterio sit scripta, nihil refert, quia necesse erit dicere, illam non monachis, sed clericis traditam fuisse.

II. IBidem quæst. 2. inquit Azorius, quòd antiquitus Canonici, etsi Regulam Apostolicam seruarent, non tamen tria vota profitebantur: & inde orta est distinctio inter Canonicos regulares, & sæculares, qui enim tria vota profiteri cœperũt, Canonici Regulares sunt nuncupati. Quare Canonici Regulares ex sæcularibus per restrictionẽ orti sunt, & ipsis Canonicis sæcularibus posteriores fuerunt, in qua re toto cœlo à vero distat, & errat, nam clerici omnes primitiuæ Ecclesiæ tria vota emittebant, & Regulares erant: & vt omittamus, ipsos etiam Apostolos substantialia Religionis vouisse iuxta sententiam D. August. D. Thomæ, & aliorum, de qua secundo libro dicemus, ipsos clericos Apostolicos tria vota emisisse, textus est expressus Clementis I. in cap. Dilectissimis, & Vrbani I in cap. Scimus 12. q 1. & hic modus viuẽdi duravit in omnibus Clericis in tota Ecclesia Dei vsque ad tempora B. Syluestri Papæ, & Magni Constantini, vt tradit Eusebius Cæsariensis lib. 2 Historiæ Ecclesiasticæ cap. 16. & 17. Porro post tempora Magni Constantini, cum Ecclesiæ magnis redditibus ditari cœpissent, etiam ipsi Clerici à primæuo illo instituto paulatim relaxari cœperunt, pro quo instaurando strenuè certatum est in variis mundi partibus, in Italia quidem à Sanctis Eusebio Vercellensi, Gaudentio Nouariensi, & Ambrosio Mediolanensi, in Ecclesia Alexandrina à Magno Athanasio, in Cappadocia à Magno Basilio, in Gallijs à Sanctis Hilario Pictauiensi, Martino Turonensi, & Prospero Rhegiensi: at super omnes alios in Ecclesia Africana per Beatum Augustinum Episcopum Hipponensem, cuius reformationem adeò libenter cæteri omnes Episcopi amplexati sunt, & in suis Ecclesijs instituerunt, vt breui interuallo in tota Ecclesia Catholica obtinuerit. Vnde non Clerici Canonici seu Regulares ex sæcularibus per restrictionem, sed è contrario seculares à Regularibus per relaxationem originem habuerunt.

III. TErtiò fatetur ibidem quæstione tertia Eugenium Quartum primum fuisse, qui reformationem Canonici Ordinis in Monasterio Frisonariæ anno 1400. factam approbauit, in quo etiam multipliciter errat, primò quia reformatio Frisonariæ facta, nulla Romani Pontificis approbatione opus habuit, cum nulla in ea Canonici Ordinis facta sit immutatio, sed sola reductio ad primæuum statum per Canonicos eiusdem instituti, & habitus, in monasterio item eiusdem instituti & habitus, ad quod nulla Romani Pontificis noua concessio necessaria est: neque reperitur aliquis Pontifex, qui dictam reformationem explicitè confirmauerit. Si verò de confirmatione implicita sit sermo per concessionem gratiarum, indultorum, & Priuilegiorum, longè ante Eugenium Quartũ legimus, illam fuisse confirmatã, primò per Gregorium XII. deinde per Martinum V. quorum Priuilegia videri possunt in libro indultorum Congregationis Lateranensis pag. 286. vsque ad 303.

QVartò fatetur ibidem quæstione quarta ex relatione Onuphrij in libello de septem Vrbis Ecclesijs, Gelasium Primum illum fuisse, qui Canonicos Regulares in Ecclesia Lateranensi constituit, quorum loco Gregorius Tertius posuit monachos Diui Benedicti, quibus deficientibus iterum introducti sunt Canonici Regulares, qui sub obedientia Prioris, loco Abbatis monastico more viuebant, in qua re neque cum veritate neq; cum ipso Onuphrio concordat, & satis indicat se Onuphrij libellum non legisse, seque quod ex Onuphrij relatione scribit, ab aliquo ignaro accepisse. Nam Onuphrius in eo libello pagina mihi 131. & sequentibus apertissimè dicit, monachos D. Benedicti fuisse quidem Canonicis in eadem Ecclesia ad Dei laudes die, noctuque canendis, loco, & more laicorum adiunctos, ipsis Canonicis interim circa ministerium Sacramentorum, & verbi Dei prædicationem, & exercitium curæ animarum occupatis. At non dicit, Canonicos vllo tempore vsque ad Bonifacium Octauum abijsse Ecclesia electos; quin è contrario dicit, ipsos Canonicos semper in ipsa Ecclesia mansisse, & numero multiplicatos, deficientibus monachis D. Benedicti illorum munera supplere cœpisse, officium diuina die, noctuque in eadem Ecclesia canendi, quod munus ipsi monachi ex Gregorij III. & aliorum Pontificum statuto in dicta Eccl. sia præstabant. Verba Onuphrij referemus lib. 2. cap. 14. ad quem locum remitto, quæ etiam habetur in secundo libro de Ecclesia Lateranensi cap. 3. & alibi. Porrò secundum rei veritatem non Gelasius Clericos Canonicos, siue Regulares in Lateranensi Basilica primus constituit, sed Syluester tempore Magni Constantini, vt lib. 2. dicemus.

Quintò ait Azorius ibidem quæstione quinta qualiter interdictum esse Clericis Canonicis, & monachis officium aduocandi, & procurandi, quod falsum esse de Canonicis, dummodo patrocinium gratuitum impendant, notauit Gratianus, & cum illo glossa cap. obseruandum 15 quæst. 1.

SExtò ait cap. 23. quæstione quarta in toto corpore iuris canonici non fieri mentionem Ordinis

dinis Eremitarum Augustinensium, nisi duabus vicibus in sexto Decretalium, nimirum in c. Quorundam de electione, & in cap. Religionum. de religiosis domibus. Hinc habes contra Marquez primò falsum esse, quod textus in cap. insinuant qui clerici, vel vouentes. ex sententia Azorij loquatur de Eremitis Augustinensibus. Secundò falsum esse, quod ait, quando in iure canonico fit mentio Ordinis Sancti Augustini, absolutè intelligendum esse de Ordine Eremitarum, cum in toto corpore iuris canonici duabus tantum vicibus illorum mentio habeatur.

Demum eodem cap. 23. quæst. 5 ait, & profitetur omnia, quæ de antiquitate Ordinis Eremitici & illius monasterijs ante Lateranense Concilium existentibus scribit, se ex relatione eorundem fratrum Eremitarum scribere, ijsq; non obstantibus alios probabilius tenere. Beatum Augustinum Eremitam nunquam fuisse, nec aliquem ordinem Eremitarum particularem instituisse, nisi quòd aliquos Eremitas in Africa degentes ad melioris vitæ frugem, consilio, & documentis redegit, & cum ante Alexandrum IV. varia essent Eremitarũ genera, ipsum Alexandrum omnes in vnum ordinis congregatos, alijs omnibus titulis suppressis, Eremitas D. Augustini vocari iussisse. *Eo quod, inquit, eius Regulam professi, amictum etiam ac cingulum, quæ etiam nunc vtuntur, delegerunt. Atque ita, vt B. Antonium scriptum reliquit loco citato, vnus è multis S. Augustini nomine constatus est Ordo. fuerunt igitur longè ante Innocentij Tertij, & Concilij Lateranensis tempora per Occidentem Eremitæ, fuerunt canobia Sancti Augustini nomine dicta, vt quæ sub eius vt diximus Regula militabant, viuebant exemplo eorum, quos præceptu, & moribus informauit; sed nondum Ordo Eremitarum fuerat institutus.* Hæc ille, ex quibus videre potes, quàm validum, & virium plenum sit testimonium Azorij, quod Marquez postremo loco ad miltum suorum agmen claudendum (vt inquit) reseruauit.

CAPVT QVADRAGESIMVMQVARTVM.

Probabilem esse opinionem, quòd B. Augustinus præter Clericos Canonicos ad normam vitæ Apostolicæ institutos, veriùs restitutos, nullum Ordinẽ Regularem instituerit, illum præsertim, qui Eremitarum Augustinensium dicitur.

dinis Eremitarum Augustinensium, nisi duabus vicibus in sexto Decretalium, nimirum in c. Quorundam de electione, & in cap. Religionum. de religiosis domibus. Hinc habes contra Marquez, primò falsum esse, quod textus in cap. insinuante qui clerici, vel vouentes. ex sententia Azorij loquatur de Eremitis Augustinensibus. Secundò falsum esse, quod ait, quando in iure canonico fit mentio Ordinis Sancti Augustini, absolutè intelligendum esse de Ordine Eremitarum, cum in toto corpore iuris canonici duabus tantum vicibus illorum mentio habeatur.

Demum eodem cap. 23. quæst. 5 ait, & protestatur omnia, quæ de antiquitate Ordinis Eremitici, & illius monasterijs ante Lateranense Concilium existentibus scribit, se ex relatione eorundem fratrum Eremitarum scribere, ijsq; non obstantibus alios probabiliùs tenere. Beatum Augustinum Eremitam nunquam fuisse, nec aliquem ordinem Eremitarum particularem instituisse, nisi quòd aliquos Eremitas in Africa degentes ad melioris vitæ frugem, consilio, & documentis redegit, & cum ante Alexandrum IV. varia essent Eremitarū genera, ipsum Alexandrum omnes in vnum ordinē congregatos, alijs omnibus titulis suppressis, Eremitas D. Augustini vocari iussisse. *Eo quod*, inquit, *eius Regulam professi, amictum etiam ac cingulum, quo etiam nunc vtuntur, delegerunt. Atque ita, vt B. Antoninus scriptum reliquit loco citato, vnus è multis S. Augustini nomine constatus est Ordo. fuerunt igitur longè ante Innocentij Tertij, & Concilij Lateranensis tempora per Occidentem Eremitæ, fuerunt cœnobia Sancti Augustini nomine dicta, vt quæ sub eius, vt diximus Regula militabant, viuebant exemplo eorum, quos præceptis, & moribus informauit; sed nondum Ordo Eremitarum fuerat institutus.* Hæc ille, ex quibus videre potes, quàm validum, & virium plenum sit testimonium Azorij, quod Marquez postremo loco ad mil tum suorum agmen claudendum (vt inquit) reseruauit.

CAPVT QVADRAGESIMVMQVARTVM.

Probabilem esse opinionem, quòd B. Augustinus præter Clericos Canonicos ad normam vitæ Apostolicæ institutos, veriùs restitutos, nullum Ordinē Regularem instituerit, illum præsertim, qui Eremitarum Augustinensium dicitur.

SI daremus Baronio, B. Augustinum primum fuisse, qui vitæ monasticæ institutā inuexerit in Africam, quod tamen gratis asserit; non ob hoc sequeretur, ipsum Augustinum illud vitæ institutum primitus coluisse, quod ipse etiā gratis, multò magis affirmat. Quot enim sunt, ac fuerunt Episcopi, qui noua Regularium instituta in suas Ciuitates inuexerunt, nec tamen ipsi ea profitentur? Verum illud etiam addimus, probabilem videri illorum sententiam, qui non solum negant, B. Augustinum monachum fuisse; verūm neque aliquem Ordinem Monasticum vel Eremiticum in Ecclesia Africana, vel alibi instituisse, quod de illustrissimo Ordine Eremitarum Augustinensium vocato potissimum intelligimus. Est enim sententia multorum Autorum calculo probata, ac in primis illorum omnium, qui ante annos quadringentos, de vita, & laudibus B. Augustini scripserunt: Illi enim solum dicunt, B. Augustinum Clericos Canonicos instituisse, nullā de Monachis, vel Eremitis mentione habita, quos non omisissent, si illos à B. Augustino institutos credidissent: nam fundatio Ordinum inter præcipua illius opera præclarè gesta recenseri debuisset. Quam sententiam ab annis circiter quadringentis plerique alij scriptores cum primis docti, & graues tenuerunt, Vincentius Beluacensis in speculo Historiali vbi plura de Augustino scribit de Clericis ab illo institutis, de Regulā eis tradita, de Eremitis ne verbum quidem. Nauclerus volumine secundo Generatione 40. & 41. vbi primam fundationem Ordinis Eremitarum refert in D. Guilielmum Ducem Aquitaniæ, & in Ioannem Bonum Mantuanum, Volaterranus lib. 21. vbi scribit: *Demceps Eremitarum viri, qui tertium inter mendicantes obtinent locum. Hi ab initio, vt ait Ioannes Andreæ, ex pluribus ordinibus ac Eremitis, simul in vnum coacti, sub Augustini Ordine cum baculo, & zona pellicea, Alexandro IV. ac S. Bonauenturæ eius Legato probati fuēre.* Idem Ioannes Andreæ in cap. Religionum de Religiosis domibus, vbi ait, quòd Ordo Eremitarum S. Augustini ex pluribus Ordinibus factus fuit, quod accidit sub Alexandro IV. & idem Ioannes Andreæ relatus in glossa cap. quorundam in verbo Prædicatorum de elect. in 6. dicit, quòd semper Prædicatorum Ordo præmittitur, quia illius antiquior fuit institutio. Robertus Holkot in septimum cap. Sap. lect. 95. vbi scribit: *Et longè postea Eremitæ S. Guielmi, & S. Augustini, & multi alij conuenientes in vnum collegium, facti sunt ex Eremitis Vrbanitæ, & assumpserunt S. Augustini Regulam, quæ eremiticæ vitæ omnino repugnat, & vocatur modò Ordo ille, Ordo Eremitarum S. Augustini, de quorum Ordine nunquam fuit Augustinus.* D. Antoninus part. 2. tit. 10. cap. 8. vbi solum dicit, B. Augustinum Clericos instituisse, & Regulam eis dedisse, nulla facta mē tione de Eremitis, vel de Monachis, & 3. par. ti. 24.

cap. 14. vbi licet referat multa, quæ Frater Iordanus de Saxonia scribit de Ordine Eremitarum, quem ex D. Augustino deducere conatur, tamen illius sententiam quoad hoc vti falsam reijcit, cum prophetia illa Abbatis Ioachimi, cui Frater Iordanus nitebatur. Et post multa sic tandem concludit: *Et etiam aliqui Eremitæ viuentes religiosè in locis solitarijs potuerunt esse, quo viuerent secundum Regulam Augustini, & sortè illi, ad quos sermones dicuntur editi ad Eremitas, sed non erant illi propriè loquendo illius Ordinis, & modi vitæ, cuius nunc, qui dicuntur Eremitani, & habitans in Ciuitatibus, Villis, & Castris. Similiter etsi fuerunt aliqui ante Ordines Mendicantium, qui viuerent in Eremo secundum Regulam Augustini, non tamen erant talis Ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc. Vnde nō potest dici, quod qui dicuntur Eremitani nunc, fuerint ante Mendicantes. sed postea, vt patebit infra.* Cardinal Bellarminus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino reijcit tanquam spurios sermones ad Eremitas, & illos, qui dicunt, Augustinum cum Eremitis degisse, & consequenter, quæ de institutione Eremitarum per Autorem illorum sermonum finguntur. Azorius loco citato cap. præcedēti ad finem. vbi refert verba ex D. Antonino proximè citata, quem sequitur Arnoldus Wion Belga lib. Ligni Vitæ cap. 9. vbi dicit, quod tempore B. Petri Damiani, qui fuit circa annum Domini 1050. nulli Eremitæ Regulam D. Augustini obseruabant, vt ex historijs compertum est. Frater Prudentius de Sandoual Hispanus in lib. de Fundatione Ordinis D. Benedicti, vbi agit de Sancto Ildephonso Toletano, vbi ait, B. Augustinum nullum Ordinem nouum instituisse, sed tantùm Regulam pro suis Clericis scripsisse. vt alios omittamus, qui negant, etiam Clericos Canonicos ab illo fuisse institutos, de quibus supra cap. 2. diximus.

II. NEque verò sic dicentes illustrissimo Ordini Eremitarum Augustinensium detrimentum aliquod afferunt, nec afferre intendunt; sicut iniuria non afficiuntur monachi D. Hieronymi nuncupati, si dicamus, illos à B. Hieronymo verè non esse institutos, neque Ordini seruorum B. Mariæ Virginis, aut etiam Prædicatorum, & alijs multis, qui sub B. Augustini regula militant, & illam profitentur: præsertim quòd ita dicentes ore Pontificum, & Ecclesiæ Catholicæ loquuntur, quæ dicit, Eremitas Augustinenses titulum, & regulam B. Augustini ex concessione Apostolica obtinuisse, vt ex Bullis Pontificum statim adducendis patebit. Neque tandem sic dicentes, B. Augustini dignitatem se vllo pacto lædere arbitrantur, quem solida, non ficta laude honorare, & colere debemus. Vt non omittam, quod elegāter Baronius tom. 6. sub ann. 494. nu. 76. de D. Benedicto scribit, perperam illos facere, qui ei, quos non genuit, alienos partus supponunt: etenim non fœcundis, sed sterilibus supponi aliena soboles consuecuit.

III. CAusæ, quæ nostram sententiam probabilem reddunt, sunt in primis silentium omnium veterum Pontificum, Conciliorum, Canonum, Doctorum, & Historicorum vsque ad tempora Magni Lateranensis Concilij sub Innocentio III. congregati, quos omnes si diligenter scrutati fuerimus, nullum reperiemus, qui de hoc Ordine Eremitarum Augustinensium verba fecerit. Quod ne quis de meo me dicere opinetur, testes profero ab aduersarijs datos, & omni exceptione maiores vocatos, quos respuere nullatenus possūt. Hi sunt, primus Frater Iordanus de Saxonia lib. 1. in vitas Fratrum cap. decimoquarto, ita scribens: *Qualiter autem fratres nostri Ordinis in illo interuallo tanti temporis, scilicet à dispersione sua de Africa vsque ad tempora prædicti Innocentij Papæ vixerint, quidue egerint, scripto authentico non inueni: vnde de hoc aliquid scribere nescio. Sed hoc vnum certum est, quod illa sancta propago S. Augustini non omnino extincta fuit, sed in aliquibus bonis fratribus, in quadam sancta simplicitate viuentibus perduravit vsque ad annum 1212. quando celebratum fuit præfatum Concilium Lateranense sub præfato Domino Innocentio Papa III.* Secundus est D. Antoninus Florentinus 3. par. tit. 24. cap. 14. §. 3. vbi verba Fratris Iordani repetens inquit: *Denique ab illa dispersione multi fluxerunt anni vsque ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit Primus Papa, quem circa Ordinem illum aliquid speciale fecisse legi. Quanquam verisimile sit, quòd ante eum plures Romani Pontifices ipsum Ordinem fuerint congruis fauoribus prosecuti: licet propter temporis antiquitatem, & fratrum simplicitatem, nihil à nobis de hoc scriptum inueniatur. Nam antiquis Sanctis Patres de priuilegijs, & gratijs scriptis semper occupabant sed simplicem fauorem Sedis Apostolicæ, & Prælatorum eum sufficere arbitrati sunt. Vnde scitur etiam de B. Francisco, quòd ipse super gratia indulgentiæ, quam fratres Minores prædicant esse in Assisio, priuilegium scriptum à Papa petere non curauit, contentus de oraculo viuæ vocis. Sic existimo fuisse temporibus illis in antiquo, qui adhuc in maiori simplicitate viuebant, quàm sanctus Franciscus, cum ipsis in eremo habitaret. Qualiter alij fratres dicti Ordinis in illo interuallo tanti temporis, id est, à dispersione sua de Africa vsque ad tempora Domini Innocentij vixerint, quidue egerint, in scripto authentico non inueni: vnde de hoc aliquid scribere nescio curam.* Hæc D. Antoninus, quæ vt dixi, cum multis sequentibus ex Fratre Iordano lib. 1. in vitas Fratrum cap. decimoquarto de verbo ad verbum sunt excepta: ne decipiaris, dum legis illum scribere, se formam priuilegij Innocentij III. & aliorum Pontificum Ordini Eremitico indultorum legisse. Hi duo testes, qui ab aduersario negari nō possunt, apertissimè fatentur, ante magni Lateranensis Concilij tempora non inueniri aliquo scripto authentico, vbi Eremitæ fuerint, quidue egerint: quod tam diuturnum silentium iudicio est, illos ante Lateranense Concilium nullatenus fuisse.

NEc sufficit illorum temporum Eremitarum simplicitas ad illud excusandum. Nam quo-

uerunt post D. Augustinum vsque ad tempora Concilij Lateranensis viri sanctissimi, simplicissimi, etiam ex eremitis in solitudinibus degentes, ab hominum aspectu, & conuersatione longè remotissimi, quorum gesta Deus toti mundo notissima esse voluit, quorum pleni sunt omnes libri sacrarum historiarum, quorum monasteria, & familias sine illorum simplicitatis læsione Summi Pontifices, Reges, Principes, priuilegijs, & fauoribus amplissimis prosecuti sunt, quorum exempla nunc etiam manent?

Verum vt huius argumenti vires magis sentiantur, non ab re fuerit, eandem rationem inductione facta per singula Summorum Pontificum, Conciliorum, & sacrorum Canonum decreta, ac aliorum probatæ fidei autorum testimonia confirmare. Et quidem quòd ad Bullas Pontificum spectat, quæ vel in actis Romanorum Pontificum, vel in Registris Cancellariæ Apostolicæ, vel in Bullarijs, vel in libris Conciliorum videri possunt, certo certius est, nullam inueniri, in qua de hoc Ordine vel minimum verbum habeatur ante dictum Cōcilium Lateranense. Et licèt scribat Coriolanus, Innocentium I. suis literis ad Valerium Hipponensem datis hunc ordinem confirmasse, aliosque Pontifices ante Concilium Lateranense multis priuilegijs illum auxisse, idque etiam noteturin officio Sanctorum Ordinis Eremitarum. tamen nec ipse Coriolanus, nec alij exempla dictarum literarum, aut priuilegiorum vsque in hanc diem produxerunt, quod certè faecerent, si illa haberent. Quin potiùs è contrario scribit Frater Iordanus dicti Ordinis Prior Generalis lib. 1. cap. 19. B. Augustinum in vno solo cæteris Ordinum institutoribus minus fecisse, quòd videlicet confirmationem sui Ordinis à Sede Apostolica non impetrauit, contentus autoritate ordinaria in Diœcesi sua: *Nec mirum*, inquit, *non enim illo adhuc tempore vsus inoleuerat, Sedem Apostolicam circa talia occupari: quia nulla fuit adhuc prohibitio, vel restrictio de Ordinibus instituendis, sed quilibet liberè Deo seruiuit, sicut libuit: præsertim cum ante tempora S. Augustini nullus adhuc Ordo Regulæ fuerit ab Ecclesia solēniter approbatus.* Quæ si vera sunt, vide, quid veritatis habeant quæ Coriolanus de Ordinis Confirmatione, Priuilegiorumq; concessione per Innocentium facta scribit in sua Chronica Ordinis Eremitarū in principio.

V. IN Concilijs etiam siue Generalibus, siue Prouincialibus, vel synodalibus, nunquam reperitur facta mentio dicti Ordinis ante Concilium Generale Lugdunense sub Gregorio X. Nam quod nonnulli dicunt, factam illius mentionem sub nomine monachorum, frigidum nimis est: quia Concilia, quæ monachorum meminerunt, omnes monachos sub Regula D. Benedicti, aut D. Basilij concludunt, vt videri potest in secundo Concilio Aquisgrani celebrato sub Gregorio IV. anno 837. in consultatione secundi capituli, §. siue cap. 15 vbi præcipitur, omnes monachos cuiusq;

uerunt post D. Augustinum vsque ad tempora Concilij Lateranensis viri sanctissimi, simplicissimi, etiam ex eremitis in solitudinibus degentes, ab hominum aspectu, & conuersatione longè remotissimi, quorum gesta Deus toti mundo notissima esse voluit, quorum pleni sunt omnes libri sacrarum historiarum, quorum monasteria, & familias sine illorum simplicitatis læsione Summi Pontifices, Reges, Principes, priuilegijs, & fauoribus amplissimis prosecuti sunt, quorum exempla nunc etiam manent?

Verum vt huius argumenti vires magis sentiantur, non ab re fuerit, eandem rationem inductione facta per singula Summorum Pontificum, Conciliorum, & sacrorum Canonum decreta, ac aliorum probatæ fidei autorum testimonia confirmare. Et quidem quòd ad Bullas Pontificum spectat, quæ vel in actis Romanorum Pontificum, vel in Regestris Cancellariæ Apostolicæ, vel in Bullarijs, vel in libris Conciliorum videri possunt, certo certius est, nullam inueniri, in qua de hoc Ordine vel minimum verbum habeatur ante dictum Cõcilium Lateranense. Et licèt scribat Coriolanus, Innocentium I. suis literis ad Valerium Hipponensem datis hunc ordinem confirmasse, aliosque Pontifices ante Concilium Lateranense multis priuilegijs illum auxisse, idque etiam notetur in officio Sanctorum Ordinis Eremitarum. tamen nec ipse Coriolanus, nec alij exempla dictarum literarum, aut priuilegiorum vsque in hanc diem produxerunt, quod certè facerent, si illa haberent. Quin potiùs è contrario scribit Frater Iordanus dicti Ordinis Prior Generalis lib. 1. cap. 19. B. Augustinum in vno solo cæteris Ordinum institutoribus minus fecisse, quòd videlicet confirmationem sui Ordinis à Sede Apostolica non impetrauit, contentus autoritate ordinaria in Diœcesi sua: *Nec mirum*, inquit, *non enim illo adhuc tempore vsus inoleuerat, Sedem Apostolicam circa talia occupari: quia nulla fuit adhuc prohibitio, vel restrictio de Ordinibus instituendis, sed quilibet liberè Deo seruiuit, sic. ut libuit: præsertim cum ante tempora S. Augustini nullus adhuc Ordo Regularis fuerit ab Ecclesia solemniter approbatus.* Quæ si vera sunt, vide, quid veritatis habeant quæ Coriolanus de Ordinis Confirmatione, Priuilegiorumq; concessione per Innocentiũ facta scribit in sua Chronica Ordinis Eremitarũ in principio.

V. IN Concilijs etiam siue Generalibus, siue Prouincialibus, vel synodalibus, nunquam reperitur facta mentio dicti Ordinis ante Conciliũ Generale Lugdunense sub Gregorio X. Nam quod nonnulli dicunt, factam illius mentionem sub nomine monachorum, frigidum nimis est: quia Concilia, quæ monachorum meminerunt, omnes monachos sub Regula D. Benedicti, aut D. Basilij concludunt, vt videri potest in secundo Concilio Aquisgrani celebrato sub Gregorio IV. anno 831. in consultatione secundi capituli, §. siue cap. 15 vbi præcipitur, omnes monachos cuiusq; Religionis secundum traditam à B. Benedicto regulam viuere debere, Idem de Monialibus statuitur in Concilio Rhemensi cap. 3. vbi præcipitur, vt canonicæ viuant secundum regulam D. Augustini: aliæ verò moniales secundum regulam D. Benedicti. Idem habetur in Concilio Romano sub Innocẽtio II. cuius verba refert Gratianus in cap. Perniciosam 18. quæst. 2. neque verum est, quod Coriolanus ait, Concilium numerare monachos inter professores Regulæ D. Augustini: nam supra c. 9. idem Concilium inquit: *Prauæ autẽ consuetudo, & detestabilis moleuit, quod & monachi, & Regulares Canonici post susceptum habitum, & professionem factã, spreta Beatorum Magistrorum Benedicti, & Augustini regula leges temporales, & medicinam gratis lucri temporalis addiscunt.* Vbi vides, monachos locari sub magistratu & Regula D. Benedicti, & Canonicos Regulares sub Regula B. Augustini.

VI. NVnc quod spectat ad libros sacrorum Canonum, certum est in 1. volu. quod Decretum nuncupatur, nullibi fieri mentionem Ordinis Eremitarum S. Aug. nam quod ait Coriolanus, illos contineri sub nomine monachorũ, & monachos numerari inter professores regulæ B. Augustini, non solùm voluntariè, sed falsò dictum esse nunc ostendimus. imò si fides adhibenda est glossę ipsius Decreti, vsque ad tempora autoris eiusdem glossæ, nondum constabat, quodnam genus vitæ esset illud Eremitarũ, c. Qui verè. 16. q. 1. & inter personas regulares nõ comprehendebantur, c. Scripsit. 27 q. 2. & poterant habere proprium, & vxores ducere. ibidem, & c. Perlatum. 19. q. 3. Adde, quod cũ nonnulli fictoli quosdã canones ipsius Decreti notauissent titulis fermonum ad Eremitas, censores Gregoriani illos titulos deleuerunt, proprijs titulis restitutis, vt supra notauimus. De secunda verò parte, quæ dicitur Decretale, Azor. tom. 1. lib. 12. c. 23. q. 4. ità inquit: *Quo fit, vt in toto libro Decretalium iussu Gregorij Noni collecto solummodo reseruentur duo Ordines Mendicantium, Prædicatorum scilicet, & Minorum, c. Nimiũ. de Excessibus Prælat. c. in ij. de Priuilegijs: per eadẽ enim tempora uondũ autoritate Pontificia, & publico scripto Augustinianorũ, & Carmelitarũ Ordines confirmati fuerant.* Vnde patet etiã, quàm sit à veritate alienũ, quod Marquez c. 2. in princ. & c. 7. § 3. & c. 15. § 12. affirmat, ex sententia Azor. tex. illũ c. insinuante Qui Clerici, vel vouentes. de fratribꝰ Eremitis Ordinis S. Augustini loqui: nã Azorius dicit, Fratres Augustinenses ita illum locum interpretari, quorum interpretationem nõ probat, sed impugnat, vt meritò impugnandam esse inferius dicemus, inter soluendum contraria argumenta. Porrò in tertio volumine, quod dicitur sextus Decretalium, duabus tantum vicibus huius Ordinis mentio habetur, semel in c. Religionũ, de Religiosis Domibus, qui est textus Concilij Lugdunensis sub Greg. X. celebrati, & 2. in c. Quorundam de Elect. qui est Canon Bonifacij Papæ VIII. & quanquã in d. c. Religionum dicatur, q; illius institutio

Conci-

Concilium Lateranense præcessit: non tamen dicitur, illum ante Concilium Lateranense fuisse approbatum: sed tunc primum ex omnium Doctorum consensu censetur fuisse approbatus, vel paulò ante per Alexandrum Quartum. Et potuit dictus Ordo præcessisse materialiter, sed non formaliter, ideò fuerunt ante Concilium Lateranense quidam Eremitæ, ex quibus postea conflatus fuit vnus Ordo Eremitarum, sub titulo S. Augustini: at non fuit ipse Ordo Augustinensium formatus, qui nunc cernitur.

VII. TAndem si antiquorum Doctorum, vel Historicorum volumina scrutemus, nullum testem idoneum dabunt ante annum 1200. qui huius Ordinis meminerit. Quod etiam patebit inducentibus per singulos testes, quos producunt: nam vetustiores testes, quos proferunt, sunt serm. B. Ambrosij de Augustini baptismo, epist. Valerij ad Augustinum, epist. Sigiberti ad Macedonium, sermones ad Eremitas, cum lib. de Vita eremitica, & quibusdam epistolis Augustini, quæ ab omnibus apocrypha putantur, & vt talia reijciuntur. Proferunt deinde Petrum Damiani, D. Bernardū epistola ad Bonifacium, & Abbatem Ioachimum, & Petrum Cluniacensem. Sed illa epistola, siue sermo sub nomine Petri Damiani illius esse non potest. B. Bernardus Augustinum largo modo vocat monachum: cæterum sexcentis in locis pro Ordine S. Augustini intelligit Canonicos Regulares. Abbas Ioachimus de Eremitis Augustinianis nō loquitur, & ambiguis verbis vtitur, de quo inferius. Petrus Cluniacensis expresè de Monachis Cluniacensibus verba facit. Cæteri omnes, quos afferunt, posteriores sunt, vt videas, ingenuè dixisse fratrem Iordanum, nullum authenticum testimonium antiquitatis huius Ordinis ante Lateranense Concilium inueniri.

VIII. POtest & secundo loco probabilitas eiusdem sententiæ probari, ex ordine præcedendi inter Mendicantes hactenus obseruato: ordo enim præcedendi inter Regulares sumitur ex ordine institutionis, & approbationis ipsarum Religionum, vt notat glossa communiter recepta, & probata in cap. Quorundam de electione in 6. & in cap. fin. in verb. Prædicatores de pactis, eod. lib. 6. & Ioannes Andreæ in cap. nimis, il secondo, in prine. & ibidem Ostiensis de excessibus Prælatorum. Et hic ordo est fundatus tum in iure Canonico, iuxta quod primo institutus præcedere debet, secundo loco institutum cap. Episcopos 17. d. & ibi post glossam notauit Præpositus n. 2. versiculo nota, quod qui prior, & in cap. Episcoporum 93. d. & qui prior est tempore debet esse potior in iure, cap. renouantes 22. d. cap. qui prior. de Regulis iuris in 6. & cap. antiqua de priuilegijs: tum etiam in iure ciuili, quo cauetur, vt priores tempore sint etiam priores in honoribus, & sessionibus. l. honores de Decurionibus §. finali, & ibi Bartholus C. de tyrombus lib. 12. §. ordinationem authent. de monachis: de qua re videri possunt, quæ notantur per Abbatem, & alios Doctores in cap. 1. de maioritate & obedientia, & Decium consil. 61. col. 1. versiculo Dominus. Vnde si Ordo Eremitarum à B. Augustino fuisset institutus, omnes alios ordines saltem monasticos præcessisset, & nunc etiam præcederet, excepto ordine D. Basilij. præsertim si verum esset quod Coriolanus affirmat, dictū ordinem non solum per B. Augustinum fuisse institutum, sed etiam per Innocentium I. autoritate Apostolica probatum, & confirmatum, quin & priuilegijs auctum & decoratum. Cæterùm ipse eremitæ non solùm non præcedunt monachos, sed nec etiam Prædicatores, & Minores, quin potius ab illis præcedantur in omnibus actibus publicis, & priuatis. Ergo probabile est, illorum institutionem satis antiquam non esse, & saltem non esse referendam in B. Augustinum. Quæ ratio confirmari potest, quia si dictus Ordo fuisset per D. Augustinum verè institutus, etiamsi de illius approbatione minimè constaret; imò constaret nunquam à Sede Apostolica specialem approbationem obtinuisse, adhuc iure prioris institutionis omnes Ordines monasticos, excepto Ordine D. Basilij præcessisset, ac nunc etiam præcederet: nam antiquitùs præsertim circa tempora B. Augustini, & longè post illa poterant Episcopi in suis diœcesibus, monasteria, & Ordines Regularium instituere, eisque Regulas scribere. Et qui ab Episcopo vel instituti, vel probati erant, absque alia Romani Pontificis probatione, vel confirmatione pro legitimis & approbatis ab omnibus Catholicis habebantur, vt colligitur ex cap. Parsimoniam, vbi Geminianus, Turrecremata, & Præpositus 41. dist. & notat idem Geminianus in cap. si quis, extra versic. si autem 30. d. & glo. in cap. si qui Clericorū 11. q. 1. & ex cap. religionum de religiosis domibus in sexto, iunctis ijs, quæ traduntur in l. 1. §. sed religionis, de Collegijs, à Bartolo ibidem, & ab Alexandro in 2. volum. consil. quod etiam probauit Frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 19. & Ioannes Marquez cap. 14 §. primo.

Neque videtur ratio euacuari, dicendo cum Coriolano, non semper attendi prioritatem institutionis in ordine præcedendi, & potuisse fratres Prædicatores alijs de causis præcedere, vt quia fuerant priores in loco, vbi de præcedentia agebatur, vel ex aliqua consuetudine locorum, vel ob suam eminam litem inter dictos Ordines Prædicatorum, & Eremitarum in Hispanijs excitatā, ac diu agitata, Summus Pontifex Clemens VIII. eam iudicialiter, & inappellabiliter terminauit, sententiando ipsos Prædicatores omnes Ordines Mendicantes, & specialiter Ordinem Eremitarum præcedere debere, & in Decreto Pontificio notatur, habitam esse rationem antiquitatis, & prioris institutionis vtriusque Ordinis per hæc formalia verba: *Nec confidentes fratres ipsos Prædicatores primum, dignum, & honorabilem locum inter cæteros quoscunque eis-*

*rum Ordinum Mendicantium Religiosos tenere, & ac-
tendentes eum vitum, & ordinem in Vrbe obseruari
quod immediatè post antiquos Ordines monachales sub-
sequuntur fratres Prædicatores, ac lites, causas, & con-
troversias huiusmodi non modicum scandalum genera-
re, ac de antiquitate, & præeminentia cuiuslibet Ordinis
certiores facti, nec non pacem, & quietem, &c.* Videri
potest totum illud decretū, quod refertur in no-
stro Bullario indultorum Congreg. Lateranensis
pag. 643. ad quem locum remitto. plura etiam o-
mittens, quæ ad hanc rationem roborandam, &
firmandam dici possent, ne aliorum causas agere
videri velim.

CAPVT QVADRAGESI-MVM QVINTVM.

*Ad assertionem Capitis præceden-
tis firmandam alia ratio addu-
citur, & Eremitici Ordinis
fundamenta, & tempus funda-
tionis reteguntur.*

I. PRima ratio capite superiori allata ægrè admodum fertur à Coriolano, pro qua in suo Defensorio veritate (vt vocat) secunda ad octauum argumentū, contrà Canonicos Frisonarios nimium in modum excandescit, vocans eos cœcos, Dialecticæ ignaros, & syllogizare nescientes, propterea quod ex isto antecedente, neque in Decreto, neque in Decretali de isto Ordine fratrum Eremitarum S. Augustini fit aliqua mentio, hanc consequentiam deduxerint. Igitur iste Ordo antea non erat, quia ex negatiua, inquit, non sequitur affirmatiua, quod alij alio modo explicant, ex negatiuis argumentem non concludere. At immeritò, primò quia in historicis argumentum ex negatiuis probat, & quandoque demonstrat, vt quando historici omnes silent: nā hoc pacto probamus, vnicum tantum mundum creatum, non plures mundos, quia Sacræ historiæ circa mundi pluralitatem silent, nec nisi vnum à Deo creatum tradunt. Eodem modo probamus septem Sacramenta, non autem plura à Christo Saluatore nostro fuisse instituta, quia historia Euangelica plura non numerat. Eodem modo asserimus, vnam personam diuinam incarnatam, non plures, quia Euangelica narratio plures incarnatas fuisse non affirmat. A pari, cum Sacri Canones de alijs Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium ante Concilium Lateranense probatis verba fecerint, hunc autem silentio texerint, probabilis est coniectura, illum ante Concilium Lateranense minimè institutum fuisse, aut saltem non fuisse approbatum. Secundò, quia Canonici Frisonarij

rum Ordinum Mendicantium Religiosos tenere, & attendentes eum ritum, & ordinem in Vrbe observari, quod immediatè post antiquos Ordines monachales sequuntur fratres Prædicatores, ac litet, causas, & controuersias huiusmodi non modicum scandalum generare, ac de antiquitate, & præeminentia cuiuslibet Ordinis certum fieri, nec non pacem, & quietem, &c. Videri potest totum illud decretū, quod refertur in nostro Bullario indultorum Congreg. Lateranensis pag. 643. ad quem locum remitto. plura etiam omittens, quæ ad hanc rationem roborandam, & firmandam dici possent, ne aliorum causas agere videri velim.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.

Ad assertionem Capitis præcedentis firmandam alia ratio adducitur, & Eremitici Ordinis fundamenta, & tempus fundationis reteguntur.

I. PRima ratio capite superiori allata ægrè admodum fertur à Coriolano, pro qua in suo Defensorio veritate (vt vocat) secunda ad octauum argumentū, contrà Canonicos Frisonarios aliter in modum excandescit, vocans eos cœcos, Dialecticæ ignaros, & syllogizare nescientes, propterea quod ex isto antecedente, neque in Decreto, neque in Decretali de isto Ordine fratrum Eremitarum S. Augustini fit aliqua mentio, hanc consequentiam deduxerint. Igitur iste Ordo antea non erat, quia ex negatiua, inquit, non sequitur affirmatiua, quod alij alio modo explicant, ex negatiuis arguentem non concludere. At immeritò, primò quia in historicis argumentum ex negatiuis probat, & quandoque demonstrat, vt quando historici omnes silent: nā hoc pacto probamus, vnicum tantum mundum creatum, non plures mundos, quia Sacræ historiæ circa mundi pluralitatem silent, nec nisi vnum à Deo creatum tradunt. Eodem modo probamus septem Sacramenta, non autem plura à Christo Saluatore nostro fuisse instituta, quia historia Euangelica plura non numerat. Eodem modo asserimus, vnam personam diuinam incarnatam, non plures, quia Euangelica narratio plures incarnatas fuisse non affirmat. A pari, cum Sacri Canones de alijs Ordinibus Mendicantium. & non Mendicantium ante Concilium Lateranense probatis verba fecerint, hunc autem silentio texerint, probabilis est coniectura, illum ante Concilium Lateranense minimè institutum fuisse, aut saltem non fuisse approbatum. Secundò, quia Canonici Frisonarij non ex solo silentio sacrorum Canonum consequentiam illam deducunt, sed omnium Conciliorum, Pontificum, Historiarum, & aliorum probatæ fidei antiquorum Scriptorum ante ipsum Cōcilium Lateranense, vt vidimus: ex hoc enim tam concordi silentio non solùm probabiliter, verùm etiam demonstratiuè sequela deducitur. Aliàs quam ob causam factum putabimus, vt qui omnes alios Ordines recensuerunt, à Diuis Benedicto, Basilio, Romualdò, Gualberto, Norberto, & Bernardo institutos, siue reformatos, hunc solum omittere voluerint? & vt semel dicam, si omnes de Ordinibus Regularibus scribentes illum omiserunt, vnde nam colligi potest, illum ante Concilij Lateranensis tempora extitisse? nam si liceat sine probatis testibus id affirmare, cur non licebit etiam alia id genus innumera de proprio cerebro confingere, & pro veris historijs venditare, & asserere? Videas itaque Frisonarios non ex ignorantia Dialecticæ, & clausis oculis sequelam illam deduxisse, sed optima ratione Ordinis Eremitici nouitatem, aut probauisse, aut saltem probabilem reddidisse.

II. VErùm vt de veritate supradictæ assertionis omnis hæsitandi scrupulus in posterùm tollatur, probabitur nunc eadem assertio ratione directa, & vt vocant ostensiua, & à priori, veros dicti Ordinis fundatores, & tempus fundationis ipsius producendo, ac digito in luce meridiana indicando. Ait enim Marquez cap. 13. in princ. non posse extra D. Augustinum aliquem dicti Ordinis Eremitarum certum fundatorem monstrari, quod licet non conuincat illius antiquitatē, nec sufficiat ad probandū, illius institutionem in B. Augustinū referendam esse, nam multa sunt recens inuenta, quorum tamen autores ignoramus, vt multis exēplis probat Polidorus Virgilius de rerum inuentoribus lib 3. cap. 18. absolutè tamen falsum esse, designatis veris, ac proprijs ipsius Ordinis fundatoribus, conuincemus. Est verò ante omnia obseruandum cum de fundatore dicti Ordinis Eremitici quæstio agitur, distinctione opus esse, ne vocabulorum amphibologijs decipiamur: nā quæstio esse potest de toto Ordine simul collecto, & vnito sub vno capite, vno habitu, ac titulo Eremitarum S. Augustini, vt nunc est, vel esse potest de singulis Congregationibus, seu domibus Eremitarum, ex quibus in vnum collectis, & vnitis, vnus Ordo autoritate Apostolica fuit conflatus. Et sanè si de toto Ordine quæratur, non opus est, vt in designandis illius certis, ac veris fundatoribus, & tempore fundationis, diu, aut multum laboremus: nā certo certius est, inchoationem ipsius Ordinis in Gregorium IX. ac etiam Innocentium IV. consummationem verò in Alexandrum IV. Romanos Pontifices, referendam esse: id enim apertissimè cōstat ex bullis Gregorij IX. & Innocētij IV. quas refert Marquez cap. 3. 4. & 13. & nos infra reddemus, & ex Bulla Alexandri IV. quā reddidimus supra c. 25.

Hic enim Pontifex in initio sui Pontificatus, quod fuit xij. Kalen. Ianuarij 1254. omnes Eremitas per Italiam, & Siciliã constitutos, qui erant diuersi habitus, professionis, titulorum, & congregationum per Riccardum S.R.E. Diaconum Cardinalem tituli S. Angeli in vnum Ordinem collegit, sub vno capite, & sub Regula B. Augustini, certumq; habitum, quem nunc gestant, autoritate Apostolica eis præfiniuit. Res est notissima, nec saltem nostris tẽporibus controuersa. Vide quæ scribit frater Iordanus lib. 1. cap 19. vbi sui Ordinis fundationem in Ecclesiam Romanam reijcit. *Ipsa enim*, inquit, *Sacrosancta Mater Ecclesia fratres dispersos in vnum congregauit, quod fuit in Ordinis vnione, de qua supra c 14. Item regulam eis tradidit, & modũ profitendi eis determinauit, & Constitutiones authenticauit, vt patet ibid. & lib. 2. c. 14. Item habitum fratribus specificauit, vt supra cap 15. Item titulum eis imposuit, vt supra cap. 18. Itẽ officium diuinum eis assignauit, vt supra cap. 14. & eod. lib. 2. cap. 15. Item eos ad predicationis, & confessionis officia deputauit, vt supra c. 16.* Hæc omnia frater Iordanus dicti Ordinis Generalis, qui primus ferè de suo Ordine scripsit, quique omnia eiusdẽ Ordinis Archiua lustrasse, & monumẽta vidisse, & Priuilegia legisse fatetur, vltrò confitens, hunc ordinem Eremitarum, qui nunc est, ante dictos Pontifices, à quib⁹ hæc omnia obtinuit, neq; Augustini Regulam, neque titulum, neq; determinatum modum profitendi, neq; constitutiones authenticas, neq; certum ac determinatum habitum habuisse, neq; verò certum modum recitandi officium diuinum, nec ad munus prædicationis, neque ad confessiones audiendas eosdem Eremitas antea deputatos: sed hæc omnia ab Ecclesia Romana in ipsa vnione accepisse. Dixi autem notanter, fundationem ipsius Ordinis à Gregorio IX. & Innocentio IV. aliquo modo inchoatam: nam Gregorius IX. primus extitit, qui Eremitas fratris Ioannis Boni, alias de Brittinis, siue de Fabali nuncupatos, sub certo, ac determinato habitu, quem nũc etiam ferunt, viuere coẽgit, vt habes ex ipsius bulla supra cap. 25. recitata. Similiter Innocentius IV. omnes Eremitas in Tuscia existentes, exceptis Gulielmitis, sine capite, sine certo habitu, siue Regula, & sine titulo vagantes, in vnum collegit, eosque Regula, & titulo Eremitarum D. Augustini donauit, quibus Riccardum Diaconum Cardinalem tituli S. Angeli, correctorem præfecit, vt habes ex Bulla Innocentij IV. quam supra eodem cap. 25. notauimus. circa quam memoriæ tenenda sunt, quæ ibid. sunt notata. & quæ etiam infra notabuntur, propter nonnulla, quæ perperam Ioannes Marquez cap. 3. §. 4. & cap. 13. §. 3. & cap. 18. §. 11. & alibi scribit, Innocentium IV. Eremitas in Tuscia degentes alijs Eremitis sancti Augustini, seu illorum Congregationi vniuisse, quod repugnat verbis ipsius Bullæ, in qua iubentur dicti Eremitæ vnum caput sibi deligere, seu vnum Priorem, cui omnes præstent obedientiam, & reuerentiam; hinc enim sequitur, illos non fuisse vnitos alicui Congregationi, sed propriam Congregationem constituisse ab alijs distinctam: aliàs fuissent duo capita eiusdem Congregationis, quod monstruosum fuisset, nec in alijs Congregationibus hactenus visum. Addo etiam, prædictum Innocentium dedisse eisdem Eremitis Protectorem, seu correctorem Riccardum Diaconum Cardinalem tituli sancti Angeli, qui nulli alij Congregationi Eremitarum Protector datus est, ante generalem vnionem Ordinis, vt apparet ex Bulla protectionis ipsius Cardinalis Riccardi, qua illum Alexander IV. anno tertio sui Pontificatus, toti Ordini Eremitarum Protectorem præfecit, quæ videri potest apud ipsum Marquez cap. 3. §. 3. Nec obstat, quod dicitur in literis eiusdem Innocentij. *Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in vnum vos regulare propositum formantes, Regulam B. Augustini, & Ordinem assumatis, ac secundum eum professi eadem vi. De cetero vos viliter vos, saluis Constitutionibus faciendis à vobis, dummodo eiusdem Ordinis non obuiet institutis:* nam per hæc verba solùm habetur, quod ante illam vnionem Eremitarum Tusciæ in vnũ corpus, erat Ordo Eremitarum S. Augustini nuncupatus, quod non negatur, erat enim Ordo fratris Ioannis Boni, aliàs de Brittinis nuncupatus, quem Sedes Apostolica Regulâ Eremitarum S. Augustini donauerat. At non sequitur, quod Eremitæ in Tuscia degentes, tunc ipsi Ordini sancti Augustini nuncupato fuerint vniti: imò totum oppositum, cum concedatur ipsis Eremitis fuisse sibi proprias Constitutiones, dummodo dicti Ordinis non obuient institutis: quod non concederetur, si Pontifex illos alteri Congregationi, aut Ordini vniuisset.

His de fundatione totius Ordinis præmissis, nunc vt singularum Congregationum peculiares fundationes indicemus, ex quibus totus Ordo est conflatus, antequam ad rem ipsam veniamus, duo maximi ponderis notanda sunt. Primùm, omnes Congregationes, siue familias, siue domus, ex quibus ipse Ordo Eremitarum Augustinensium est conflatus, ad quinque reductas fuisse, siue illæ re ab inuicem, siue solo nomine, & vulgi nuncupatione distinguerentur, quarum prima vocabatur Eremitarum S. Gulielmi. Secunda, fratris Ioannis Boni. Tertia, de Brittinis. Quarta de Fabali. Quinta, S. Augustiniista enim numerantur in bulla Alexandri IV. supra cap. 25. recitata. *Cum autem dilectus filius noster Riccardus sancti Angeli Diaconus Cardinalis, vniuersas domus, & Congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam sancti Augustini, quædam sancti Guliel, nonnulla autem fratris Ioannis Boni, aliqua de Fabali, aliqua verò de Brittinis censchantur, in vnum Ordinis sancti Augustini professionem, & regulam obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas:* & in alia Bulla eiusdem Alexandri, qua ipsi Riccardo Cardinali Protectionem totius Ordinis committit. *Denum à nobis mandatum Apostolicum emanauit, de singulis domibus Eremitarum, quarum quædam sancti Gulielmi, quædam Sancti Augustini Ordinum, nonnulla autem fratris Ioannis Boni, aliqua verò de Fabali, alia de Brittinis censebantur, & apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vocitabant.* Quare si ostensum fuerit, omnes & singulas prædictas Congregationes, suos veros, & proprios fundatores ab Augustino distinctos, multis seculis post Augustinum habuisse, consequenter etiam ostensum erit, totum Ordinem Eremitarum, qui nunc est, alios autores, & fundatores habuisse, præter, & extra D. Augustinum, ipso Augustino recentiores, nec opus esse in D. Augustinum eiusdem Ordinis fundationem refundere. Secundò notandum est, omnes prædictas Congregationes, seu domus, ex quarum collectione, ac vnione idem Ordo fuit conflatus, intra Italiæ, ac vtriusque Siciliæ fines fuisse constitutas, id enim constat ex primis verbis Bullæ ipsius vnionis, quæ sunt ista: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo, & Episcopis, per Lombardiam, Tusciam, & Romandiolam, ac Tarusinam, & Anconitanam Marobiæ, Ducatum, Spoletanum, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimam, ac Regnum Siciliæ constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Recordamur liquidò & memoriter &c.* vnam excipio Congregationem Gulielmitarum, quæ extra Italiam per Gallias, Germaniam, & Hispaniam fuerat dilatata, quanquam multa monasteria Gulielmitarum dictæ vnioni non cõsenserint, imò à Sede Apostolica obtinuerint in solito statu posse manere sub Regula B. Benedicti, vt cap. sequenti dicemus. Quod notare volui, vt videas perperam, & incassum laborare Ioannem Marquez ad probandum, quod ante Concilium Lateranense fuerint in Hispanijs, siue in Anglia, siue alibi extra Italiam, & regnum Siciliæ monasteria Eremitarum S. Augustini: nam siue id verũ fuerit, siue non verum nihil ad rem attinet, illa enim non fuerunt comprehensa in Bulla præfatæ vnionis, neque ad Ordinem Eremitarum, qui nũc est, vllo modo attinent, qui ex solis prædictis Cõgregationibus, siue domibus intra Italiæ, ac Sicilię fines existentibus fuit constitutus, excepta, vt dixi, Congregatione Gulielmitarum. His duobus fundamentis iactis consequens est, vt ad singularum Congregationum fundamenta retegenda propiùs accedamus.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

Congregationis Eremitarum S. Gulielmi nuncupatorum fundamenta, & primordia retegũtur.

totius Ordinis committit. *Demum à nobis mandatum Apostolicum emanauit, de singulis domibus Eremitarum, quarum quadam sancti Gulielmi, quadam Sancti Augustini Ordinum, nonnulla autem fratris Ioannis Boni, aliqua verò de Fabali, alia de Brittinio censebantur, & apud homines ambiguum interdum nuncupationibus vacillabant.* Quare si ostensum fuerit, omnes & singulas prædictas Congregationes, suos veros, & proprios fundatores ab Augustino distinctos, multis seculis post Augustinum habuisse, consequenter etiam ostensum erit, totum Ordinem Eremitarum, qui nunc est, alios autores, & fundatores habuisse, præter, & extra D. Augustinum, ipso Augustino recentiores, nec opus esse in D. Augustinum eiusdem Ordinis fundationem refundere. Secundò notandum est, omnes prædictas Congregationes, seu domus, ex quarum collectione, ac vnione idem Ordo fuit conflatus, intra Italiæ, ac vtriusque Siciliæ fines fuisse constitutas, id enim constat ex primis verbis Bullæ ipsius vnionis, quæ sunt ista: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, per Lombardiam, Tusciam, & Romandiolam, ac Taruisinam, & Anconitanam Marchias, Ducatum, Spoletanum, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Campaniam, & Marittimam, ac Regnum Siciliæ constitutis. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Recordamur liquidò & memoriter &c.* vnam excipio Congregationem Gulielmitarum, quæ extra Italiam per Gallias, Germaniam, & Hispanias iam fuerat dilatata, quanquam multa monasteria Gulielmitarum dictæ vnioni non cõsenserint, imò à Sede Apostolica obtinuerint in solito statu posse manere sub Regula B. Benedicti, vt cap. sequenti dicemus. Quod notare volui, vt videas perperam, & incassum laborare Ioannem Marquez ad probandum, quod ante Concilium Lateranense fuerint in Hispanijs, siue in Anglia, siue alibi extra Italiam, & regnum Siciliæ monasteria Eremitarum S. Augustini: nam siue id verũ fuerit, siue non verum nihil ad rem attinet, illa enim non fuerunt comprehensa in Bulla præfatæ vnionis, neque ad Ordinem Eremitarum, qui nũc est, vllo modo attinent, qui ex solis prædictis Cõgregationibus, siue domibus intra Italiæ, ac Siciliæ fines existentibus fuit constitutus, excepta, vt dixi, Congregatione Gulielmitarum. His duobus fundamentis iactis consequens est, vt ad singularum Congregationum fundamenta retegenda propiùs accedamus.

CAPVT QVADRAGESIMVMSEXTVM.

Congregationis Eremitarum S. Gulielmi nuncupatorum fundamenta, & primordia retegũtur.

I.

CIrca originem, & fundationẽ Congregationis, siue Ordinis Eremitarum olim S. Gulielmi nuncupatorum duplex dubiũ oritur. Alterum circa illius autorem: alterum circa primæuum ipsius institutum: Nã de primo autore dictæ Congregationis hæ sunt opiniones. Prima, quæ illius fundationem refert ad Gulielmum quendam Parisiensem, non ad illum, qui Parisiensis Archiepiscopus inter Scriptores Ecclesiasticos recensetur à Cardinali Bellarmino, vt credidit Marquez cap. 14. §. 4. nam hic Gulielmus Archiepiscopus, siue rectiùs Episcopus Parisiensis circa annum salutis 1240. multis annis post dictum Ordinem Gulielmitarum institutum vixit: sed in alterum Gulielmum, qui scholaris Parisiensis cum esset, diuino numine afflatus, spretis Mundi illecebris, vt peccata per pœnitentiam redimeret, vitam Eremiticam magno animi feruore complexus, & præclara sanctitatis exempla diffundens, plures traxit, cum quibus ipsius Ordinis in partibus Galliarum fundamenta iecit. Ita autor fasciculi temporum in Innocentio III. Bernardus Vargaz relatus à Marquez, Augustinus Ticinensis in Dilucidario, & quidam alij. Secunda opinio eiusdem Ordinis institutionem tribuit D. Gulielmo Duci Aquitaniæ, & Comiti Pictauiensi, qui aliquando partes Anacleti Pseudopontificis contra Innocentium II. legitimum Pontificem secutus, suadente D. Bernardo Clareuallensi ad sanam mentem, & obedientiam veri Pontificis reuocatus, prioris erati tanta pœnitentia ductus fuit, vt non solùm longissimas, & laboriosissimas peregrinationes assumpserit, sed etiam vitam Eremiticam in Italiam, ex Ierosolimitana peregrinatione reuersus, aggressus fuerit, & Congregationi præclarissimæ nomen, & initia dederit, quæ multis monasterijs est aucta, qui tandem post asperrimam pœnitentiam peractam in Tuscia apud stabulum Rodis sancto fine quieuit. Et hæc est opinio communior, & probabilior, quam sequitur Theobaldus in vita eiusdem Diui Gulielmi, quam rogante quodam Prouinciali Ordinis Eremitarum scripsit Nauclerus volumine Secundo generat. 40. & 41 Volaterranus libro vigesimo primo Antropologiæ, Onuphrius in Chronico sub anno milleſimo centeſimo ſexageſimo, & alij, quos refert, ac sequitur Marquez cap. 13. §. 7. Ac præter illos Gabriel Flamma ex Congregatione Lateranensi Episcopus Clodiensis in vita Sancti Gulielmi ab eo descripta libro secundo, sub die decima Februarij. Tertia est Illustrissimi Cardinalis Baronij tomo duodecimo, sub anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, vbi contra ea, quæ de sancto Gulielmo scripserat in notis ad Martyrologiũ sub die decima Februarij, reuocat in dubium, an Gulielmus Dux Aquitanię

fuerit ille, quem dicunt post suam reconciliationem vitam Eremiticam assumpsisse, quique perfecta peregrinatione Icrosolymorum in Italiam reuersus, in Tuscia vitam Eremiticam egit, ibique in monasterio sIabulo Rodis nunc Malaualle nũcupato, sanctissimo fine quieuit. Et partem negatiuam defendit: & quanquam non definiat, quis fuerit autor Ordinis Gulielmitarum nuncupati, fatetur tamen, dubitare se, ne plures Gulielmi per errorem in vnum conflati sint à recentioribus, & pro certo habere, non fuisse illum Gulielmum Ducem Aquitaniæ, quem Diuus Bernardus vero Pontifici Innocentio II. reconciliauit. Nam hic Gulielmus post reconciliationem, Compostellam ad Diui Iacobi ædem pœnitentiæ ergo profectus, ibidem vita functus, ante altare maius dictæ Ecclesiæ publicam, & solemnem sepulturam accepit ex Suggerio Abbate S. Dionisij, & illorum temporum autore, qui eidem Gulielmo aliquot annis superuixit. Et licèt non defuerint, qui dicerent, Gulielmum tunc reuera minimè defunctum, sed rem per simulationem ita cum amicis compositã, vt mortuus fingeretur, quò liberior posset, vbi vellet locorum peregrinari. Hanc tamen illorum strophã ex duplici capite infringere conatur. Primò, quia si sic res se habuisset, id Theobaldum Episcopum, qui illius vitam scripsit, minimè latuisset. At ille huius simulationis non meminit. Secundò quia Suggerius, qui ipsius Ducis Gulielmi obitum scripsit, & multos annos suprauixit, & res gestas Ludouici Regis illius generi fuit prosecutus, ipsius Gulielmi non amplius meminit. Tertiò quia cum post illius obitum à Suggerio descriptum, Eleonora eius filia Ludouico Francorum Regi nupta repudium passa fuisset, si tunc Gulielmus eius pater in viuis egisset, verò consentaneum non est, quin ipsi filiæ tam grauem iniuriam passæ opem ferre voluisset, cum rei magnitudo postularet, vt reuocaretur ad vitam, si fieri potuisset.

II. NEc videtur huic rationi satisfactum, si dicatur illos principes ob occultum impedimentum consanguinitatis, siue affinitatis, quo ad contrahendum inhabiles reddebantur, quod postea resciuerunt, ex mutuo consensu ab inuicem separatos ob conscientiæ scrupulum. Quia huiusmodi impedimentum post matrimonium bona fide cõtractum, & consummatũ, Pontificis dispensatione facillimè tollitur etiam inter plebeios, vt quotidiana experientia ostendit, nedum inter Magnos Principes, & Reges, vnde probabile videtur, alias ob causas illàm à Ludouico Rege reiectam, ob dissidia potissimum inter illos orta. Nihilominus, vt dixi, probabiliorẽ existimo istam sententiã, quod Ordo Eremitarum Gulielmitarum nuncupatos ab hoc Gulielmo Aquitaniæ Duce initiũ habuerit, tum quòd sit opinio communior, quam etiam tenuit idem Baronius in notis ad Martyrologium, quòd ratio in contrarium licet sit probabilis, non est tamen necessaria: quia semel apposita perfecta seculi abdicatione, magnum non est, quod tantus vir, manu ad aratrum missa, retrò aspicere noluerit, neque enim res tanti erat, vt propter illam salutem animæ in discrimen adducere deberet, nedum ex mortuis ad vitam reuocari. hæc circa autorem.

DE qualitate verò eiusdem instituti tres etiã opiniones circunferuntur. Prima illorum, qui affirmant hunc Ordinem sub Regula Monastica D. Benedicti institutum, & sub illa vsque ad tempora vnionis generalis factæ per Alexandrum IV. militasse, cuius sententiæ fuit Renatus Chopinus in Monastico, referente Marquez cap. 13. §. 11. vbi illam reijcit. Primò, nam constat, inquit, Gulielmitas ante Alexandrum IV. sub regula B. Augustini militasse, ex quadam Bulla Innocentij IV. directa Priori, & fratribus Eremitarum Vallis Sancti Gulielmi Ordinis S. Augustini, quæ tamen ratio vitari posset dicendo, illos Eremitas non fuisse ex ordine S. Gulielmi, licet locus vocaretur Vallis Sancti Gulielmi, sicut non omnes, qui degunt in monasterijs à Sancto Benedicto, vel Augustino, vel Dominico nuncupatis, sunt ordinis D. Benedicti, vel Augustini, vel Dominici. Secundò, quia Regula B. Benedicti non fuit data Gulielmitis, nisi post vnionem generalem, quia eorum nonnulli alijs noluerunt vniri, quibus idem Alexander D. Benedicti Regulam tribuit, vt apparet ex alia bulla eiusdem Alexandri, quam refert Marquez ibid. cap. 13. §. 14. Verùm si ipsam quoque bullam Alexandri IV. attendamus, illius verba oppositum monstrant, nimirum Gulielmitas ante illud tempus, vel sub D. Benedicti Regula militasse, vel nullam certam regulam habuisse, præter Constitutiones D. Gulielmi. Exemplum dictæ Bullæ hoc est: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filijs Generali, & fratribus Ordinis S. Gulielmi Salutem, & Apostolicam benedictionem. Licet olim pro vnione facienda inter vos, & alios Eremitas tunc diuersorum ordinum, fueritis ad præsentiam nostram vocati quieti tamen, & saluti vestræ paterno prouidi, res affectu, præsentium vobis tenore concedimus, vt sub Regula S. Benedicti secundum institutiones sanctæ Gulielmi remanere in solito habitu liberè valeatis, nullo obstantibus literis, gratijs, vel priuilegijs à Sede Apostolica in contrarium impetratis, vel impetrandis in posterum. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Anagniæ vndecimo Kalend. Septembris. Pontificatus nostri anno secundo.* Pondera illa verba: *Concedimus vt sub Regula sancti Benedicti secundum institutiones sanctæ Gulielmi remanere in solito habitu liberè valeatis.* nam sensus planus, & peruius verborum est, quòd illi antea militabant sub regula Diui Benedicti, quibus Pontifex concedit, quòd sub eadem regula liberè remanere possint. Neque vnquam vidi in bullis, siue literis, siue Priuilegijs Apostolicis, cum Pontifices aliquem Regularem ab obseruatione vnius Regulæ, verbi gratia, D. Augustini

absol-

absoluunt, & alteri Regulæ, puta D. Benedicti, subijciunt, vti hac forma verborum: *Concedimus, vt sub Regula D. Benedicti remanere liberè valeatis*: quemadmodum enim quando in aliquo monasterio vnus Ordo extinguitur, & alius erigitur, & instituitur, semper fit mentio Ordinis, qui supprimitur, & extinguitur, & illius qui de nouo instituitur, vel erigitur: Ita si Ordo Diui Gulielmi à Regula Diui Augustini absolutus fuisset, & sub Regula D. Benedicti constitutus, nõ est credendum, quod vtriusque regulæ mentio expressa facta non fuisset. Quocirca hæc bulla Alexandri IV. in tantùm abest, vt Chopini sententiam infringat, vt illam potius confirmet. sed quod caput est, & Gulielmitas ante Alexandrum IV. sub Regula sancti Benedicti militasse planè conuincit, est bulla Innocentij IV. data die 3 Septembris anni 1248. quam idem Chopinus refert eodem lib. 1. sui Monastici in titulo 1. artic. 5. in qua expresse habes Gulielmitas eo tempore sub B. Benedicti regula degisse. Secunda opinio docet, B. Gulielmum suum ordinem absque aliqua speciali regula instituisse, cum solis constitutionibus, siue institutionibus ab ipsis Eremitis, & ab ipso D. Gulielmo editis, ac cum illis, & sub illis vixisse, & militasse vsque ad tempora Innocentij III. vel secundum alios Gregorij IX. qui eis Regulam, & titulum Eremitarum sancti Augustini concessit, & huius sententiæ fuerunt Nauclerus volum. 2. gen. 40. vbi ait, de Ordine Gulielmitarum loquens. *Ipsum sine titulo perseuerauerunt vsque ad Innocentium Tertium, & Honorium Tertium, qui scilicet Ordo sub titulo Eremitarum sancti Augustini appellari instituit, & confirmauit.* Idem repetit generatione 41. sub anno 1215. & Sanson Haio in lib. quem scripsit de hoc ordine, cuius & alumnus extitit, in quo fatetur, Gulielmitas vsque ad tempora Gregorij IX. sine certa regula, solis quibusdam Constitutionibus à D. Gulielmo editis, per annos fermè octoginta militasse: Gregorium verò, vt Ordo qui ob nimiam vitæ asperitatem reformidabatur, rigore disciplinæ aliquantulum mitigato, dilatari posset, præcepisse, vt Beati Benedicti regulam vti mitiorem sumerent. Huic sententiæ adhæret Cardinalis Bellarminus in Chronologia, quæ habetur in fine libri de Scriptoribus Ecclesiasticis sub anno 1241. hæc scribit: *Ordo Eremitarum sancti Augustini ab Innocentio Quarto hoc nomen accepit, cum antea Gulielmitæ dicerentur.* Tertia demum sententia est, hunc Ordinem à D. Gulielmo sub B. Augustini regula ab initio fuisse institutum. Ita sentiunt frater Iacobus Philippus Bergomen. in suo supplemento lib. 12. sub anno 1157. vbi de D. Gulielmo multa, contra cõmunem Eremitarum sententiam, comminiscitur, ac in primis, quod ipse suum Ordinem non in Italia, & præsertim in Tuscia, sed in Gallijs prope Parisios instituerit. Quam sententiam quoad hoc secutus fuerat Baronius in notis ad Martyrolo-

absoluunt, & alteri Regulæ, puta D. Benedicti, subijciunt, vti hæc forma verborum: *Concedimus, vt sub Regula D. Benedicti remanere liberè valeatis*: quemadmodum enim quando in aliquo monasterio vnus Ordo extinguitur, & alius erigitur, & instituitur, semper fit mentio Ordinis, qui supprimitur, & extinguitur, & illius qui de nouo instituitur, vel erigitur: Ita si Ordo Diui Gulielmi à Regula Diui Augustini absolutus fuisset, & sub Regula D. Benedicti constitutus, nõ est credendum, quod vtriusque regulæ mentio expressa facta non fuisset. Quocirca hæc bulla Alexandri IV. in tantùm abest, vt Chopini sententiam infringat, vt illam potius confirmet. sed quod caput est, & Gulielmitas ante Alexandrum IV. sub Regula sancti Benedicti militasse planè conuincit, est bulla Innocentij IV. data die 3 Septembris anni 1248. quam idem Chopinus refert eodem lib. 1. sui Monasticon titulo 1. artic 5. in qua expresse habes Gulielmitas eo tempore sub B. Benedicti regula degisse. Secunda opinio docet, B. Gulielmum suum ordinem absque aliqua speciali regula instituisse, cum solis constitutionibus, siue institutionibus ab ipsis Eremitis, & ab ipso D. Gulielmo editis, ac eum illis, & sub illis vixisse, & militasse vsque ad tempora Innocentij III. vel secundum alios Gregorij IX. qui eis Regulam, & titulum Eremitarum sancti Augustini concessit, & huius sententiæ fuerunt Nauclerus volum. 2. gen. 40. vbi ait, de Ordine Gulielmitarum loquens. *Idem sine titulo perseuerauerunt vsque ad Innocentium Tertium, & Honorium Tertium, qui scilicet Ordo sub titulo Eremitarum sancti Augustini appellari instituit, & confirmatus.* Idem repetit generatione 41. sub anno 1215. & Sanson Haio in lib. quem scripsit de hoc ordine, cuius & alumnus extitit, in quo fatetur, Gulielmitas vsque ad tempora Gregorij IX. sine certa regula, solis quibusdam Constitutionibus à D. Gulielmo editis, per annos fermè octoginta militasse: Gregorium verò, vt Ordo qui ob nimiam vitæ asperitatem reformidabatur, rigore disciplinæ aliquantulum mitigato, dilatari posset, præcepisse, vt Beati Benedicti regulam vti mitiorem sumerent. Huic sententiæ adhæret Cardinalis Bellarminus in Chronologia, quæ habetur in fine libri de Scriptoribus Ecclesiasticis sub anno 1241. hæc scribit: *Ordo Eremitarum sancti Augustini ab Innocentio Quarto hoc nomen accepit, cum antea Gulielmita dicerentur.* Tertia demum sententia est, hunc Ordinem à D. Gulielmo sub B. Augustini regula ab initio fuisse institutum. Ita sentiunt frater Iacobus Philippus Bergomen. in suo supplemento lib. 12. sub anno 1157. vbi de D. Gulielmo multa, contra cõmunem Eremitarum sententiam, commiscitur, ac in primis, quod ipse suum Ordinem non in Italia, & præsertim in Tuscia, sed in Gallijs prope Parisios instituerit. Quam sententiam quoad hoc secutus fuerat Baronius in notis ad Martyrologium primitùs editum sub die 10. Februarij, Onuphrius in Chronico sub anno 1160. & Marquez cap. 13. per multos paragraphos, etsi multa dicat, & nihil probet.

IV. QVidquid tandem sit de veritate opinionum, ex illis habemus, primò fundationem dictæ Congregationis, seu potius Ordinis annum 1160. ad summum non excedere posse, si demus illam institutam à Diuo Gulielmo Duce Aquitaniæ, aut etiam recentiorem esse, si concedamus illam à Gulielmo scholari Parisiensi fundatam circa tempora Innocentij III. & fortè si diuinare liceret, Ordo à Gulielmo scholari Parisiensi institutus, non est ille, de quo loquimur, sed ordo Vallis scholarium nuncupatus, quem quidam Gulielmus Parisiensis scholaris, cum alijs tribus socijs sub Regula B. Augustini fundauit apud Parisium, sub Innocentio III. anno 1201. quem postea Honorius III. confirmauit, ex Renato Chopino in monastico tit. 1. art. 13. Quem Gulielmum, quia multi confundunt cum altero Gulielmo Duce Aquitaniæ, labuntur in errores, vt dicant Ordinem Gulielmitarum institutum sub Regula D. Augustini à Gulielmo scholari Parisiensi, & prope Parisium, & confirmatum ab Innocentio III. accipientes hunc Ordinem Vallis scholarium pro ordine D. Gulielmi, vel è contratio, vt velint tribuere Gulielmo Duci Aquitaniæ, quæ tribuenda sunt ipsi Gulielmo Parisiensi.

V. SEcundò colligitur, hanc Congregationem, non esse propagatam per continuatam successionem à D. Augustino, neq; ab aliquibus Eremitis per illum institutis; nam si dicamus, illam fuisse institutam sub Regula D. Benedicti, res est extra controuersiam: & similiter si dicamus, illam fundatam sine vlla certa regula, & postea Regula & titulo S. Augustini donatam ex concessione Põtificum. Sin autem dicatur, D. Gulielmum illam sub Augustini regula instituisse. Quæro, vel illam assumpsit à se, vel à Sede Apostolica acceptam, vel ab aliquo Eremita sub D. Augustini Regula, & habitu militante: nam si à se illam accepit, vel à Sede Apostolica, idem omninò sequitur: si autem dicatur, illum accepisse Regulam, & habitum ab aliquo Eremita existente sub Regula & habitu Diui Augustini, quisnam ille fuit, & vbi, & in quo monasterio degebat? nullus enim historicus, aut Doctor probatus de hoc aliquit scribit, licet de suo cerebro hoc nonnulli Eremitæ confingant, & de habitu Gulielmitarum certum est, si Diuus Gulielmus illum à prædicto Eremita accepit, non accepisse habitum, quem Eremitæ prætendunt esse habitum D. Augustini: nam si habitus Eremitarum D. Augustini est ille, quem modo gerunt, patet quod habitus Eremitarum D. Gulielmi longe diuersus erat, tum ex Eremitis dicti Ordinis, qui cum illo habitu permanserunt, qui non erat cuculla nigra, sed tunica alba cum mantello albo: vnde & vo-

cati sunt mantelli albi, sicut & fratres D. Francisci vocati sunt fratres Beretini à colore, ex eodem Renato Chopino lib. 1. Monasticon tit. 2. artic. 9. & alijs in locis eiusdem libri: tum ex bulla recitata Alexandri IV. per quam conceditur ipsis Gulielmitis, non obstante bulla vnionis, & reductionis omnium Eremitarum, sub habitu, quem nunc ferunt, posse sub Regula D. Benedicti sub solito habitu remanere: vnde qui asserunt, B. Gulielmum sub Eremita Augustiniano Regulam & habitum accepisse, contra seipsos loquuntur, negantes quod affirmare intendunt. Præter quod si B. Gulielmus Regulam, & habitum D. Augustini ab illo Eremita, quem fingunt accepisset, quem, quis fuerit, vel vbi fuerit, ignorant, Ordo à D. Gulielmo institutus, non Gulielmitarum, sed D. Augustini ab initio nuncupatus fuisset, contra id, quod omnes cõmuniter affirmant.

VI. His omnibus adijcio primò, hunc Ordinem Gulielmitarum vsque ad tempora Alexandri IV. magna Sanctitatis opinione in pretio habitum, & multis domibus, ac viris religione, & pietate insignibus non solùm in Italia, sed etiam per Gallias, Germaniam, ac Hispanias auctum, & multis priuilegijs per Romanos Pontifices decoratum: nam vt verè dicit Marquez dicto cap. 13. §. 14. præcipua loca, quæ modò Eremitæ Augustinenses per Italiam, Germaniam, Gallias, & Hispanias obtinent, huius Ordinis Gulielmitarum erãt;

V imò etiam quod ego addo, præcipua priuilegia dicti Ordinis, quæ profert Coriolanus in 2. parte sui Defensorij cap. 3 ipsi Ordini Gulielmitarum primitùs concessa fuerunt, in tantùm, vt sit multorũ sententia, Ordinem Gulielmitarum, illum esse, quem Romani Pontifices in suis literis absolutè vocant Ordinem D. Augustini, & ab hoc Ordine Gulielmitarum ipsum Ordinem Augustinensium prima initia sumpsisse: ita enim sentiunt Cardinalis Bellarminus, Nauclerus, Volaterranus, Wernerus Carthusianus, autor fasciculi temporum, Sabellicus, Vargaz, D. Antoninus, Augustinus Ticinensis, & Iacobus Philippus Bergomensis, loco proximè citato fatetur, in Gallijs illum institutorem Ordinis Eremitarum Augustinensium communiter putari: licet ad hanc communem opinionem labefactandam multipliciter: sed tamen inutiliter laborent.

VII. Postremò. Circa istam Congregationem illud etiam aduertendum, etsi Alexander IV. illam cæteris Eremitis, ac illorum Congregationibus vniri mandauerit, & de facto vniuerit, illos tamen supradictæ vnioni totis viribus reluctatos: nam sub eodem Alexandro IV. illorum Generalis, cum cæteris Prioribus licentiam obtinuit remanendi in antiquo statu, & habitu sub Regula D. Benedicti, vt ex literis Alexandri IV. proximè recitatis appares. Et quoniam cæteri Eremitæ virtute præcedentium literarum eiusdem Alexandri IV. monasteria Gulielmitarum suo Ordini incorporati per locorum Ordinarios postulabant, hinc non leues contentiones, & dissidia inter hos, & illos exorta, vsque ad tempora Clementis Papæ IV. durauerunt, sub quo Pontifice res tandem ita composita est, vt restituerentur ipsis Eremitis sancti Gulielmi nonnullæ domus, quas alij Eremitæ Augustinenses occupauerant. Et ipsi Gulielmitæ sub suo Generali vsque in hanc diem perseuerant, cõcedente, & confirmante eodem Clemente IV. per suas literas datas Viterbij quarto Kalend. Septembris, Pontificatus sui anno secundo; quas refert Marquez dicto cap. 13. §. 14. Vnde infertur, quod etiamsi Gulielmitæ ex veris Eremitis à sancto Augustino institutis descenderent, quod tamen fabulosum est, nec ipsi Gulielmitæ iactare auderent, non possent Eremitæ Ordinis sancti Augustini suam antiquitatem ab illis deducere, quia illi non sunt Ordini Eremitarum Augustinensium vniti, & etiamsi essent vniti, ex tali vnione id minimè probaretur, quia illi modò dicunt, quod præter Gulielmitas erat vna Congregatio antiqua Ordinis D. Augustini nuncupata, & à veris Eremitis D. Augustino institutis propagata, cui cæteræ Cõgregationes D. Gulielmi, Ioannis Boni, & aliorũ fuerunt vnitæ: & hac sola ratione suam institutionem referunt in D. Augustinum, quæ quanti facienda sit, statim dicemus.

CAPVT QVADRAGESIMVMSEPTIMVM.

Eremitarum fratris Ioannis Boni, de Brittinis, & de Fabali nuncupatorum institutio, modus, ac tempus eiusdem institutionis monstrantur.

Circa Congregationem fratris Ioannis Boni illud ante omnia recolendum est, quod supra cap. 25 notauimus, hanc Congregationem vnam, & eandem esse cum Congregatione de Brittinis, siue vt alij legunt de Brittinis nuncupata, quæ Ioannis Boni ab autore, & de Brittinis à loco præcipuo suæ institutionis nuncupabatur, ac etiam cum alia Congregatione de Fabali, quæ, quod videre potuerim, non fuit Congregatio, sed domus eiusdem Congregationis Ioannis Boni in finibus Pisaurienſis, & Fanensis territorij posita, vbi etiam erat monasterium de Brittinis, à qua dicti Eremitæ de Fabali nuncupabantur, sicut nunc Romæ vocantur fratres sanctæ Mariæ de Populo, vel sancti Augustini. Huius igitur Congregationis autor, & institutor B. Ioannes Bonus Mantuanus extitit, qui referente D. Antonino 3. pär. tit. 24. cap. 13. vixit in Æmilia non sine

magna

magna sanctitatis fama, paulo ante Innocentium III. quam ob causam cum plures eius exemplo spretis seculi vanitatibus sancto illius proposito adhærerẽt, & se illi socios, ac discipulos in via Domini instituendos traderent, vir Deo dilectus Cõgregationem Eremitarũ paulatim instituere cœpit, quæ Eremitarum numero in dies aucto, qui Sancto viro se adiungebant, mox creuit, & coaluit. Verùm illud obseruandum, istam Congregationem sine certo habitu, & sine speciali Regula primitus fuisse institutam, sed cum progressu temporis, & religiosorum, & monasteriorum numero creuisset, Sedis Apostolicæ largitate, & concessione, Regulam B. Augustini obtinuisse. Deinde in quodam Capitulo Generali statutum fuisse, vt omnes, & singuli Eremitæ dictæ Congregationis fratris Ioannis Boni, tam quando profitebantur, quàm alias vbicunque, & quandocunque, vocarentur Eremitæ Ordinis sancti Augustini, & sic paulatim se dilatante Congregatione, ipsum quoque nomen Eremitarum sancti Augustini cœpit in populis dilatari, adeò vt ipsi etiam Romani Pontifices hoc titulo eos nuncupare non renuerint, vt videri potest in literis Gregorij IX. cap. 25 recitatis, in quibus semel vocantur Eremitæ fratris Ioannis Boni, & semel Eremitæ Ordinis sancti Augustini, & etiam in alijs literis Alexãdri Papæ IV. ibidem notatis. Cur verò Summi Pontifices hoc titulo Eremitarum sancti Augustini eos appellare voluerint, nulla alia ratio assignari potest, nisi quod ijdem Pontifices illis titulis eos nuncupare voluerunt, quibus ipsi se nuncupari faciebant, & communiter iam cœperant nuncupari. Cæterùm quòd ipsi Eremitæ fratris Ioannis Boni priùs sine certa regula, & habitu, ac etiam titulo fuerint instituti, & quod Regulam, & certum habitum à Sede Apostolica obtinuerint, & tandem titulum Eremitarum sancti Augustini à seipsis per Decretum in Generali cap. editum assumpserint, constat euidenter ex literis Innocentij Papæ IV. datis Perusij 17. Kalend. Maij, Pontificatus sui anno vndecimo, id est 1253 cũ alijs literis insertis Gulielmi Cardinalis sancti Eustachij illorum Protectoris. quorum exemplum à Ioanne Marquez cap. 13. §. 16. acceptum, hic quoque reddendum existimaui. Exemplum literarum est.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Prioribus, & fratribus Ordinis Eremitarum salutem, & Apostolicam benedictionem. Admonet nos cura, quam suscepti regiminis, & auctoritas Pontificalis induxit, vt & plantare sacram Religionem, & plantatam fouere summopere debeamus. Quod vtilius tunc exequimur, si ea, quæ sunt vtilia nutrimus, & corrigimus quæ profectum virtutis impedire noscuntur. Quia verò diuersitas formæ, quam fratres vestri Ordinis olim in profitendo, & eligendo sibi Priorem Generalem seruabant, diuersitatem inducebat etiam animorum, & per consequens scandalum generabat, post diuersas electiones, & concessiones factas de Prioribus in Ordine ipso, & diuersos processus

magna sanctitatis fama, paulo ante Innocentium III. quam ob causam cum plures eius exemplo spretis seculi vanitatibus sancto illius proposito adhærerẽt, & se illi socios, ac discipulos in via Domini instituendos traderent, vir Deo dilectus Cõgregationem Eremitarũ paulatim instituere cœpit, quæ Eremitarum numero in dies aucto, qui Sancto viro se adiungebant, mox creuit, & coaluit. Verùm illud obseruandum, istam Congregationem sine certo habitu, & sine speciali Regula primitus fuisse institutam, sed cum progressu temporis, & religiosorum, & monasteriorum numero creuisset, Sedis Apostolicæ largitate, & concessione, Regulam B. Augustini obtinuisse. Deinde in quodam Capitulo Generali statutum fuisse, vt omnes, & singuli Eremitæ dictæ Congregationis fratris Ioannis Boni, tam quando profitebantur, quàm aliàs vbicunque, & quandocunque, vocarentur Eremitæ Ordinis sancti Augustini, & sic paulatim se dilatante Congregatione, ipsum quoque nomen Eremitarum sancti Augustini cœpit in populis dilatari, adeò vt ipsi etiam Romani Põtifices hoc titulo eos nuncupare non renuerint, vt videri potest in literis Gregorij IX. cap. 25 recitatis, in quibus semel vocantur Eremitæ fratris Ioãnis Boni, & semel Eremitæ Ordinis sancti Augustini, & etiam in alijs literis Alexãdri Papæ IV. ibidem notatis. Cur verò Summi Pontifices hoc titulo Eremitarum sancti Augustini eos appellare voluerint, nulla alia ratio assignari potest, nisi quod ijdem Pontifices illis titulis eos nuncupare voluerunt, quibus ipsi se nuncupari faciebant, & communiter iam cœperant nuncupari. Cæterùm quòd ipsi Eremitæ fratris Ioannis Boni priùs sine certa regula, & habitu, ac etiam titulo fuerint instituti, & quod Regulam, & certum habitum à Sede Apostolica obtinuerint, & tandem titulum Eremitarum sancti Augustini à seipsis per Decretum in Generali cap. editum assumpserint, constat euidenter ex literis Innocentij Papæ IV. datis Perusij 17. Kalend. Maij, Pontificatus sui anno vndecimo, id est 1253 cũ alijs literis insertis Gulielmi Cardinalis sancti Eustachij illorum Protectoris, quorum exemplum à Ioanne Marquez cap. 13. §. 16. acceptum, hic quoque reddendum existimaui. Exemplum literarum est.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Prioribus, & fratribus Ordinis Eremitarum salutem, & Apostolicam benedictionem. Admonet nos cura suscepti regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, vt & plantare sacram Religionem, & plantatam fouere summopere debeamus. Quod vtilius tunc exequimur, si ea, quæ sunt recta nutrimus, & corrigimus quæ profectum virtutis impedire noscuntur. Quia verò diuersitas forma, quam fratres vestri Ordinis olim in profitendo, & eligendo sibi Priorem Generalem seruabant, diuersitatem inducebat etiam rumorum, & per consequens scandalum generabat, post diuersas electiones, & concessiones factas de Prioribus in Ordine ipso, & diuersos processus super his habitos. Nos ad quos spectat errata corrigere, ac nutrire directa, cupientes, pacì, & tranquillitati vestræ, paterna solicitudine prouidere, dilecto filio nostro Gulielmo S. Eustachij Diacono Cardinali, cui dudum Generalem curam Ordinis prædicti commisimus, examinationem electionis celebratæ in Generalem Priorem eiusdem Ordinis de dilecto filio fratre Lamphranco Mediolanensi, tunc Priore domus vestræ Bonauentiæ, & processum eorundem duximus committendam. Cum igitur idem Cardinalis de mandato, & auctoritate nostra, electionem de præfato fratre Lamphranco, qui eam meruit celebratam canonicè, confirmata, super professione, ac electione, nec non & nominatione Prioris Generalis ipsius Ordinis faciendo de cætero, ac alijs articulis eadem auctoritate statutum edidit prouidum, & honestum, prout in ipsius Cardinalis literis inde confectis plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Cardinali super his factum est, ratum, & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: tenorem ipsarum literarum præsentibus de verbo ad verbum inseri faciendo, qui talis est.

Gulielmus miseratione diuina Sancti Eustachij Diaconus Cardinalis, Religiosis viris, & dilectis in Christo Vniuersis Prioribus, & fratribus Ordinis Eremitarum, tam præsentibus, quàm futuris in perpetuum, veram Ordinis vestri formam in profitendo, & in eligendo sibi Priorem Generalem sectantes, in varias inter se dissensionis materiam inciderunt. Propter quod necessariam extitit in hac parte vobis, & eidem Ordini per Apostolicæ Sedis prouidentiam subueniri. Sanè ad audientiam D. Papæ peruenit, quod bonæ memoriæ Frater Ioannes Bonus ..... in Ordine vestro, primum apud Budriolum Cesenatensis Diœcesis de concessione Diœcesani loci eiusdem, domum inceperit, & dum fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum. Ecclesiã in honorem Beatissimæ Mariæ Virginis construxit ibidem: crescente autem numero, & merito eiusdem conuersorum, Religio vestra per eos in diuersis partibus, in quibus mansiones construxerant, extitit propagata. Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatu regulam nõ haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea Beati Patris Augustini regulam sibi dari; & sic ex tunc cœperunt in regularibus Observantijs institui, & regulariter se habere. Et quia eorum habitui, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat, de mandato, & auctoritate diuersorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestatis adhuc habitum, elegerunt, qui cum iam vocarentur Fratres Eremitæ Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, Nouitij, qui recipiebantur ab eis, profitebantur hoc modo: Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & Beatæ Mariæ, & tibi Priori Fratrũ Eremitarum S. Mariæ de Cesena, tuisque successoribus vsque ad mortem secundum Regulam B. Patris Augustini, & constitutiones Fratrum istius loci. In hac verò forma professionis, vbi dicebatur istius loci, auctoritate Generalis Capituli eorundem fratrum, istius Ordinis postmodum

dum dictum fuit, eumque dictus Frater Ioannes Bonus, qui per plures annos fratribus prædictis præfuerat, & fratres ipsi eidem tanquam Institutori Ordinis ipsorum reuerenter intenderant, curæ ipsorum, quæ per excrescentem numerositatem subditorum excreuerat, cedere asperaret, fratre Matthæo, & quibusdam alijs fratribus suis assumptis, ad Episcopum Cesenatensem accesserit, qui Episcopus dictum fratrem Matthæum præsentatum sibi ab eisdem fratre Ioanne Bono, & alijs, in Priorem dictæ domus, & per hoc in Generalem totius Ordinis, sicut dicitur, confirmauit. Quo in Religione prædicta annis pluribus tanquam Generali Priore generaliter ministrante, quamplures intrauerunt Religionem eandem, secundum formam Professionis præscriptæ, quanquam nonnulli ex eis fratri Matthæo prædicto simpliciter, tanquam Generali Priori, non tanquam Priori Sanctæ Mariæ de Cesena se profiteri principaliter crederent, sunt professi. Interea duo fratres Professionis prædictæ Lugduni, ad Sedem Apostolicam venientes generalem curam Ordinis vestri à D. Papa nobis obtinuerunt committi, & priuilegium quoddam commune, in cuius titulis scribebatur: Priori Fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cesena, eiúsque subiectis Prioribus, & fratribus vniuersis, à Sede reportarunt eadem. Prædictus denique frater Matthæus prudenter attendens, quod in administratione curæ, quam assumpserat, sine scandalo diutius remanere non poterat, è quod ad eandem curam à quibusdam fratribus minimè sufficiens haberetur, vocatis Prioribus, & fratribus omnibus de Ordine vestro, quorum intererat Generale Capitulum apud Ferrariam congregauit. Sed inter ipsum fratrem Matthæum, & fratres de Cesena ac quosdam alios Priores, & fratres de Romandiola super cessione ipsius fratris Matthæi, antequam eligeret Diffinitores Generalis Capituli, prout secundum tenorem Constitutionum sui Ordinis poterat, de celebratione Capituli eiusdem contentione suborta, dicti fratres de Cesena, & alij contra præceptum eiusdem fratris de ipso Capitulo tandem diffentientes, & contradicentes ne Capitulum generale fieret, exierũt. Ipse verò frater Matthæus nihilominus Diffinitoribus electis prædictis, in manibus eorum cessit administrationi Generalis, quam exercuerat. & insuper si quodam confirmatione sua ab Episcopo Cesenatensi acceperat, in manibus Nunrij eiusdem præsentis ibidem publicè resignauit. Sicque huiusmodi cessione, ac resignatione receptis quidam fratres ex his, qui ibidem aderant, ad eligendum Priorem Generalem assumpti, fratrem Vgonem Mantuanum in Generalem Priorem totius Ordinis elegerunt. Per illos autem, qui remanserunt, statutũ fuit in eodem Capitulo, vt omnes, qui ex tunc in Ordine ipsorum profiteri deberent, profiterentur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto Obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Generali Eremitarum Ioannis Boni. Post hæc autem vir venerabilis Aquilegensis electus tunc in Lombardia Legatus Apostolica Sede electionem huiusmodi confirmauit. Fratres verò de Cesena, & quidam alij de Romandiola cohærentes ijsdem, apud Cesenam conuenientes in vnum, & tam consuetudini, qua Prior fratrum S. Mariæ de Cesena prædicta per fratres Ordinis ad locum ipsum, tanquam ad primum, & principale, à quo idem Ordo processerat, eligi, & Generalis Prior mertò esse, & appellari solebat, quàm titulo prædicto priuilegij primo in Ordine ipso obtenti, in quo prædicto Priori de Cesena scribebatur, principaliter inhærentes, fratrem Marcum Cesenatem in Priorem dictæ domus, & per hoc in Generalem Priorem totius Ordinis elegerunt, ac electionem, quam de ipso fecerant, obtulerunt confirmari per Episcopum Cesenatem. Diuersis igitur in Ordine vestro assumptu Generalibus Prioribus, aliter in illos, qui obediebant alteri, multiplices excommunicationũ sententias protulerunt, ex quibus nonnulli celebrauerunt diuina, & excommunicati taliter ad sacros ordines sunt promoti. His autem temporibus prædictus frater Vgo proprios nuntios ad Apostolicam Sedem dimittens, mutationem professionis prædictæ, & id quod super electione sua per præfatum Legatum factum exciderat, prout prouide facta fuerant, per eandem Sedem obtinuit confirmari. Quoddam etiam priuilegium tunc obtinuit, quod in nullo alio, quàm in titulo erat à priuilegium. Cum autem Ordo vester esset in duas partes diuisus, & inter multiplices contentiones, & discordias ipso exortas, fere per triennium fluctuaret, tandem fratres ipsius Ordinis cupientes vnitatem, & pacem in eodem Ordine reformari, quatuor ex seipsis procuratores constituũt, illos ad Curiam Romanam, & ad nos specialiter tanquam patronum sui Ordinis transmiserunt. Sed quia tunc eos per nos commodè non poteramus audire, prudentibus viris Electo Paduano, & fratri Simoni Mediolanensi Lectori de Ordine Minorum Capellanis, & fidelibus nostris commisimus, vt Procuratores eisdem super his, quæ vellent proponere, diligenter audirent, & prout fuerit diuinus possent, Ordinem ipsum ad statum vnitatis, & pacis intenderent reuocare. Dicti verò Electus, & frater Simon statu, & conditionibus Ordinis per prædictos procuratores plenius intellectis, quadam in Ordine ipso pro bono statu eiusdem super certis articulis de assensu procuratorum ipsorum pronuntiauerunt seruanda, & iidem procuratores ipsos concordes ad propria remiserunt. Quibus ita rem̃su præfatus Vgo, & Marcus, qui per Generalibus prioribus se gerebant, & alij fratres, quibus debebant eisdem de communi voluntate omnium Generale Capitulum apud Bononiam celebrarunt. In quo videlicet Capitulo, ordinatione, quæ per prædictos Electum Paduanum, & fratrem Simonem tradita fuerat, visitata, & lecta, & Diffinitoribus Capituli Generalis electis, prædictus frater Marcus properauit Cesenam, & omnibus Episcopi Cesenatensis cessit Prioratus loci eiusdem, in quo per ipsum Episcopum fuerat confirmatus, & per eundem à cura Prioratus ipsius extitit absolutus: frater verò Vgo, qui per Sedem Apostolicam confirmatus fuerat, in manibus Magistri Bernardini Canonici Bononien. sis D. Papæ Capellani, cui autoritate apostolica commissum extiterat, quod reciperet cessionem eiusdem, administrationi, & officio suo cessit. Cessionibus itaque huiusmodi taliter expeditis Priores de ipso Capitulo discedentes in partem, prout spectabat ad eos, ad tractandum de electione futuri Generalis Prioris, in quatuor fratres de ipso Capitulo, qui deberent Generalem Priorem eligere consenserunt. Illi autem Spiritus sancti gra-

tia inuocata, fratrem Lamphrancum Mediolanensem tunc Priorem domus vestræ Bononiensis in Priorem Generalem Ordinis vestri vnanimiter, & concorditer elegerunt. Electio cuius approbata per communem consensum omnium de ipso Capitulo, fuit ad Sedem Apostolicam per Procuratores eiusdem Capituli confirmanda, delata, cuius electionis, & eorum, quæ superius sunt narrata, processum nobis D. Papæ examinandum, & plenius intelligendum commisit, inde nos præmissis omnibus intellectis, ea in ipsius D. Papæ, & fratrum suorum præsentia fideliter retulimus, & resistentibus diligenter. Nos itaq; de speciali mandato, & autoritate eiusdem Domini electionem prædicti fratris Lamphranci, quam inuenimus celebratam canonicè, ac ipsum fratrem Lamphrancum in Priorem Generalem vestri Ordinis confirmamus; eadem autoritate nihilominus statuentes, vt idem Prior, & quilibet eius successor in perpetuum, qui quidem cum eligẽdus fuerit, secundum sanctiones canonicas, & statuta vestri Ordinis eligatur, & electionis sua confirmationem ab Apostolica Sede, seu à legato ipsius duntaxat, recipiat. Generalis Prior Ordinis Eremitarum, sine alicuius certi loci, vel proprij nominis expressione de cætero debeat appellari, & si tanquam Priori Generali eorum omnes priores, & fratres ipsius Ordinis, qui etiam nominentur simpliciter fratres Ordinis Eremitarum, in omnibus humiliter obediant, & intendant. Prior quoque S. Mariæ de Cesena, & alij Priores vestri Ordinis, qui consueuerunt in Prioratibus suis institui per Diœcesanos locorum, per eosdem instituantur in eis, & tam Prior Generalis, quam alij Prouinciales, & Conuentuales Priores eiusdem Ordinis, Episcopis, in quorum Diœcesibus degunt, in his, quæ ad iurisdictionem Episcopalem pertinent, intendant reuerenter, & respondeant prout debent: ita tamen, quod eidem Episcopi contra ipsum Priorem Generalem, inconsulto Romano Pontifice nihil attentent, fratres etiam, qui de cætero in Ordine vestro deberint profiteri, eisdem Priori Generali, vel certo eius nuncio profiteantur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini, & tibi Priori Generali Ordinis Eremitarum, tuisq; successoribus vsque ad mortem secũdum Regulam B. Augustini, & Constitutiones fratrum ipsius Ordinis, non obstantibus professionibus, & consuetudinibus quibuslibet vbicunque in Ordine vestro hactenus aliter obseruatis, seu priuilegijs, & Indulgentijs, ac Confirmationibus Apostolicis cuicunque loco, vel personæ ab Apostolica Sede concessis, quæ caduca, & vana, & nullius esse momenti de cætero autoritate decernimus supradicta, seu conditione, quam prædictus Episcopus Cesenatensis in concessione quam fecit fratri Ioanni Bono, de loco Ecclesiæ S. Mariæ de Cesena prædictæ, apposuisse refertur, quod nec ipse frater Ioannes Bonus, nec aliquis eius successor posset locum, & Ecclesiam prædictam alicui loco supponere, vel personæ, aut quod Priores dicti loci fuerunt in coper eundem Episcopum aliquando pro Generalibus Prioribus vestris Ordinis confirmati. Cum illis autem de Ordine vestro, qui alijs Generalibus Prioribus aliter, siue quocunque modo in eodem Ordine hactenus sunt professi, dispensamus autoritate præfata, & decernimus, quod dicto fratri Lamphranco tanquam Priori

ta inuocata, fratrem Lamphrancum Mediolanensem tunc Priorem domus vestræ Bononiensis in Priorem Generalem Ordinis vestri vnanimiter, & concorditer elegerunt. Electio cuius approbata per communem consensum omnium de ipso Capitulo, fuit ad Sedem Apostolicam per Procuratores eiusdem Capituli confirmanda, delata, cuius electionis, & eorum, quæ superius sunt narrata, processum nobis D. Papæ examinandum, & plenius intelligendum commisit, inde nos præmissis omnibus intellectis, ea in ipsius D. Papæ, & fratrum suorum præsentia fideliter retulimus, & recitatis nimis diligenter Nos itaq; de speciali mandato, & autoritate eiusdem Domini electionem prædicti fratris Lamphranci, quam inuenimus celebratam canonicè, ac ipsum fratrem Lamphrancum in Priorem Generalem vestri Ordinis confirmamus; eadem autoritate nihilominus statuentes, vt idem Prior, & quilibet eius successor in perpetuum, qui quidem cum eligendus fuerit, secundum sanctiones canonicas, & statuta vestri Ordinis eligatur, & electionis suæ confirmationem ab Apostolica Sede, seu à legato ipsius duntaxat, recipiat. Generalis Prior Ordinis Eremitarum, sine alicuius certi loci, vel proprij nominis expressione de cætero debeat appellari, & ei tanquam Priori Generali eorum omnes fratres, & fratres ipsius Ordinis, qui etiam nominentur simpliciter fratres Ordinis Eremitarum, in omnibus humiliter obediant, & intendant. Prior quoque S. Mariæ de Cesena, & alij Priores vestri Ordinis, qui consueuerunt in Prouinciis sub millitui per Diœcesanos locorum, per eosdem millituantur in eu, & tam Prior Generalis, quam alij Prouinciales, & Conuentuales Priores eiusdem Ordinis, Episcopis, in quorum Diœcesibus degunt, in his, quæ ad iurisdictionem Episcopalem pertinent, intendant reuerenter, & respondeant prout debent: ita tamen, quod quidem Episcopi contra ipsum Priorem Generalem, inconsulto Romano Pontifice nihil attentent, fratres etiam, qui de cætero in Ordine vestro debuerint profiteri, eisdem Priori Generali, vel certo eius nuncio profiteantur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini, & tibi Priori Generali Ordinis Eremitarum, tuisq; successoribus vsque ad mortem secundum Regulam B. Augustini, & Constitutiones fratrum ipsius Ordinis, non obstantibus professionibus, & consuetudinibus quibuslibet vbicunque in Ordine vestro hactenus aliter obseruatis, seu priuilegijs, & Indulgentijs, ac Confirmationibus Apostolicis cuicunque loco, vel personæ ab Apostolica Sede concessis, quæ caduca, & vana, & nullius esse manent de cætero autoritate decernimus supradicta, seu conditione, quam prædictus Episcopus Cesenatensis in concessione quam fecit fratri Ioanni Bono, de loco Ecclesiæ S. Mariæ de Cesena prædicta, apposuisse refertur, quod nec ipse frater Ioannes Bonus, nec aliquis eius successor posit locum, & Ecclesiam prædictam alicui loco supponere, vel persona, aut quod Priores dicti loci fuerunt in coper eundem Episcopum aliquando pro Generalibus Prioribus vestri Ordinis confirmati. Cum illis autem de Ordine vestro, qui alijs Generalibus Prioribus aliter, siue quocunque modo in eodem Ordine hactenus sunt professi, dispensamus autoritate præfata, & decernimus, quod dicto fratri Lamphranco tanquam Priori Generali eorum, eiusq; successoribus in omnibus ad obedientiam, & reuerentiam teneantur. In priuilegio quoque Ordinis vestri huiusmodi titulus de cætero apponatur. Innocentius Episcopus &c. Dilectis filijs Priori Generali Ordinis Eremitarum, & alijs Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, Conuentibus quoque, ac alijs fratribus vniuersis sibi subiectis, & tam præsentibus, quam futuris eremiticam vitam professis in perpetuum. Ad præmissorum autem omnium memoriam, & perpetuam firmitatem, præsentem paginam scimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Perusij 6. Kalend. Ianuarij anno Dominj 1252. Pontif. D. Innocent. Papæ IV. anno x. indict. ij.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij 17. Kal. Maij. Pontif. nostri anno II.

Circa quas literas primò notandum, falsum omnino esse, quod scribit Marquez cap. 13. §. 18. ex huiusmodi literis haberi, quòd Eremitæ Ioannis Boni à Sede Apostolica obtinuerint, posse regulam B. Augustini profiteri, & eiusmodi B. Augustini habitum deferre, nam de habitu literæ Apostolicæ contrarium prorsus dicunt, quod vt à fratribus Minoribus distincti apparerent, ad tollenda scandala, quæ ex habitus similitudine oriebantur, Romano Pōtifice, ac duobus S.R.E. Cardinalibus præcipientibus, dicti Eremitæ fratris Ioannis Boni nigrum habitum sibi delegerunt, cui Romanus Pontifex formam dedit, quod qualiter gestum fuerit, habes supra cap. 25. in literis Gregorij IX. & Alexandri IV. Ex quibus non solùm id nō habetur (quod Marquez fingit) quod hi Eremitæ à Sede Apostolica obtinuerint facultatem ferendi habitum D. Augustini, qui nunquam huiusmodi habitum induit, nec vidit, sed quòd cum Gregorius IX. electionem coloris albi, vel nigri in illorum optione reliquisset, & nigro colore ab eis electo formam habitus præscripsisset, vt nigras tunicas cum manicis amplis ad instar cucullarum ferre deberent, amplis corrigijs desuper cinctas, & omnibus patentibus, ita vt eas vestimentis nequaquam tegerent, & à nimia longitudine sic tēperarent, vt calceamenta ab omnibus videri possent, ac districtè præcepisset, vt omnes intra certū tempus eiusmodi habitum assumerent, præceptū apostolicum alij neglexerunt, alij se ab illius obseruatione dispensari supplices petiuerunt, ita vt opus fuerit censuris, & alijs pœnis in dictis literis contentis, ad dictum habitum ferendum illos cogere. Iam videat bonus Marquez, an hoc fuerit facultatem portandi habitum B. Augustini à Sede Apostolica obtinere. II.

Secundò aduerte, falsum esse, quod ibidem addit idem Ioannes Marquez haberi ex hac Bulla Innocentij IV. B. Franciscum Assisium priusquam sui Ordinis fundamenta poneret, fratris Ioannis Boni Eremitā fuisse: id enim in ipsa Bulla nulla- III.

nullatenus habetur, sed totum cauetur, quod Eremitæ fratris Ioanni Boni non conueniant in habitu cum fratribus à D. Francisco institutis, quod an sit, B. Franciscum fuisse prius Eremitam Ordinis fratris Ioannis Boni, nullus non intelligit, & dato, quod habitus Fratrum Minorum institutionem illorum Ordinis præcessisset, de qua re disputare non vacat, non hinc sequitur, quod ille esset habitus Eremitarum fratris Ioannis Boni: sed totum oppositum ex prædictis literis habetur. Primò quia constat, fratris Ioannis Boni certum, ac determinatum habitum ante Gregorium IX. minimè habuisse; siquidem modò ipsum, modò illum assumebant cum scandalo personarum secularium, & multiplici eorundem Fratrum Minorum lesione, prout illa Gregorij IX. verba sonant: *verum cum quidam Eremitæ prædicti Ordinis Sancti Augustini, ac alij Religiosi supradicto Eremitis conformes habitu in eadem Marchia constituti formam dicti ordinis prohibitam gestare dicantur, in eorundem fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* Nota infamiam Fratrum Minorum, & scandalum plurimorum. Secundò quia si habitus Fratrum Minorum fuisset verus antiquus habitus fratris Ioannis Boni, & suorum Eremitarum, & S. Franciscus illum à Iambonitis fuisset mutuatus, Sedes Apostolica non illos suo antiquo habitu spoliasset, vt Fratres Minores induerent: neque enim iustitiæ leges permittunt antiquos, & legitimos possessores ex spoliare, vt aduentitios induamus, & parentibus habitum detrahere, vt illum filijs ex benignitate adoptatis tribuamus. Quamobrem cum Sedes Apostolica dictum habitum fratribus Minoribus confirmauerit, & Eremitis omnino interdixerit, mihi probabile, imo & certum est, habitum, quem nunc fratres Minores deferunt, ab Eremitis fratris Ioannis Boni nullatenus mutuatum. Ac vt semel intelligas, quam vim habeat verba istius Bullæ, ad probandum, quod Marquez contendit, & quàm formaliter deducat, B. Franciscum Assisium, priusquam sui Ordinis autor esset, Eremiticum D. Augustini institutum, & Regulam in manibus fratris Ioannis Boni professum fuisse, expende, obsecro, huius assertionis fundamentum, & illud confer cũ verbis eiusdem Bullæ. fundamentum huius assertionis est, quia inquit Ægidius Viterbiensis Cardinalis, ipso Marquez referente cap. 21. §. 5 Mantuæ Chirographum lectum aiunt, quod in Ioannis Boni manu professus Ordinem sit. Dixerat hoc longè ante illum frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 8. in Vitas Fratrum *Erat*, inquit, *quidam frater magnæ sanctitatis vir & nomine Ioannes Bonus, qui primo apud Budriolum Cesenatensis Diœcesis, domunculam quandam de consensu Diœcesani construxit, & ibi vitam Eremiticam in arctissima pœnitentia duxit: cumque fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus, qui Ordinis postea Fratrum Minorum fundator fuit.* Sed omnium clarissimè rem expressit supplementi autor frater Iacobus Philippus Bergomensis lib. 12. sub anno 1199. de eodem Ioanne Bono, & B. Francisco Assisio sic scribens: *Huius autem sanctæ vitæ, & patris Ioannis Boni, & celebres, præstantesque discipulos Seraphicum Franciscum de Assisio sanctissimum Ordinis Minorum conditorem fuisse constat.* & infra. *Sed hoc in loco vno verissimo probabimus testimonio, quod apud Mantuam vbi (vt prædictum est) sacratissima eius sancti extat corpus, & reliquæ ipsius vestimentorum reliquiæ, tabellarij etiam inter antiquissimas monasticas scripturas chirographum aliquando visum est, contineri B. Franciscum de Assisio professionem Eremiticam sub Regula B. Augustini emisisse in manibus fratris Ioannis Boni Eremitæ Mantuani.*

Confer nunc istas sententias cum sententijs ipsius Bullæ. Primo ait Cardinalis Ægidius, lectum esse chirographum, quod B. Franciscus in manu Ioannis Boni professus sit Ordinem Eremitarum S. Augustini. Addit frater Iordanus B. Franciscum professum fuisse in manibus fratris Ioannis Boni in monasterio Sanctæ Mariæ apud Budriolum, & hoc in initio fundationis ipsius Ordinis. Demum subiungit frater Iacobus Philippus illum professum Regulam Diui Augustini. E contrario verba Bullæ testantur, etiam postquam dictus Ordo in diuersis partibus, in quibus domos extruxerat, fuerat propagatus, nullam de approbatis Regulis ipsos fratres Iambonitas adhuc habuisse, sed quosdam illorum ad Sedem Apostolicam accedentes D. Augustini Regulam obtinuisse, & ex tunc in Regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se haberi cœpisse, sed quia eorum habitus, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat, de mandato, & autoritate etiam duorum Cardinalium qui tunc in partibus Lombardiæ Legationis fungebantur officio, nigrum habitum elegisse, & cùm prius profiterentur sub hac forma: *Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ & tibi Priori fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cejna* Autoritate cuiusdam Capituli Generalis statutum fuisse, vt exinde diceretur, Priori Ordinis Eremitarum S. Augustini. Quæ cum circa tempora Gregorij IX. acciderint vt ex Bullis supra cap. 25. relatis non obscurè habes, vide in tantum abesse, vt B. Augustini Regulam B. Franciscus, & Ordinem Eremiticum profiteri potuerit in manu Ioannis Boni, vt potiùs sui Ordinis fundator fuerit, antequã Eremitæ Ioannis Boni, vel D. Augustini Regulam à Sede Apostolica obtinuissent, vel in regularibus obseruantijs instrui, & Ordinis Eremitarum Sancti Augustini vocari cœpissent: nam Gregorius IX. cuius tempore cœperunt primum apparere Eremitæ Ioannis Boni, sub nomine Ordinis Sancti Augustini, fuit circa annum Domini 1227. qui anno ad Pontificatum fuit assumptus. Diuus autem Franciscus suum Ordinem fundauit anno 1209. Quare puto dicendum de isto chirographo sicut de alijs, de quibus supra cap. 27. vsque ad 36.

Ter-

IV. TErtiò aduerte, plusquam falsum esse, quod ibidem tertio loco deducit, fratrem Ioannem Bonum idcirco vocatum restauratorem Ordinis Eremitarum, quia concedente Pontifice Regulam, & habitum, & institutum S. Augustini ab eodem Ordine Eremitarum S. Augustini susceperit: nam ex dictis literis Innocentij IV. apparet, Iambonitas Regulam D. Augustini à Sede Apostolica accepisse, non autem ab Ordine Eremitarum D. Augustini, vt hic autor fingit: nam hæc sunt verba formalia dictarum literarum: *Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulis non haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea Beati Augustini Regulam sibi dari, & sic ex tunc cœperunt in regularibus disciplinis instrui, & regulariter se habere* habitum verò, partem illi elegerunt, scilicet colorem, partem Sedes Apostolica illis præscripsit, & per censuras Ecclesiasticas ad illum ferendum compulit, vt ex literis Gregorij IX. & Alexandri IV. habes. Reliqua vel ab ipso fundatore, aut ex Decretis ab ipsis factis in Capitulis Generalibus habuerunt, & hæc omnia patent in dictis literis Innocentij Quarti.

Quartò aduerte falsum quoque esse quod ibidem subiungit, quod Cardinalis Gulielmus, de quo in dictis literis, non esset Protector Ordinis S. Augustini, quia inquit, alius erat dicti Ordinis S. Augustini Protector Riccardus Diaconus Cardinalis S. Angeli. Gulielmus verò Ordinis fratris Ioannis Boni protector tunc erat. Nam constat Cardinalem Riccardum ante Generalem dicti Ordinis vnionem, non fuisse Protectorem Ordinis Eremitarum, nisi solius Congregationis Eremitarum Tusciæ, per Innocentium IV. ex varijs Eremitis incerti habitus, & sine regula, titulo, & capite vagantibus collectæ, vt iam sæpius diximus. Quare si Ordo Eremitarum D. Augustini is erat, cuius fuerat Protector Cardinalis Riccardus, iam constat de prima origine dicti Ordinis, sicut de fundatione dictæ Congregationis, cui Cardinalis Riccardus datus fuerat.

V. QVintò principaliter aduerte, ex dictis literis hæc omnia distinctè, & conceptis verbis haberi. Primò, quòd hæc Congregatio fratris Ioannis Boni ab initio sine certa regula, & titulo fuit instituta. ibi. *Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulis non haberent.* Secundò, quòd Eremitæ Ioannis Boni regulam B. Augustini ex concessione Sedis Apostolicæ obtinuerint, ibi. *Quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea regulam B. Augustini sibi dari.* Tertiò, quòd post acceptam regulam, & non antea cœperunt viuere modo Regularium, ibi. *Et ex tunc cœperunt in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere* Quartò, quòd habitus niger, quem nunc gerunt, non fuit eis de licentia Sedis Apostolicæ ab aliquo ex Ordine Eremitarum S. Augustini datus, vt Marquez dicit, sed autoritate Pontificis præscriptus, & præceptus, censuris, & alijs

IV. TErtiò aduerte, plusquam falsum esse, quod ibidem tertio loco deduxit, fratrem Ioannem Bonum idcirco vocatum restauratorem Ordinis Eremitarum, quia concedente Pontifice Regulam, & habitum, & institutum S. Augustini ab eodem Ordine Eremitarum S. Augustini suscepit: nam ex dictis literis Innocentij IV. apparet, Iam bonitas Regulam D. Augustini à Sede Apostolica accepisse, non autem ab Ordine Eremitarum D. Augustini, vt hic autor fingit: nam hæc sunt verba formalia dictarum literarum: *Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulis non haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea Beati Augustini Regulam sibi dari, & sic ex tunc cæperunt in regularibus disciplinis instrui, & regulariter se habere.* habitum verò, partem illi elegerunt, scilicet colorem, partem Sedes Apostolica illis præscripsit, & per censuras Ecclesiasticas ad illum ferendum compulit, vt ex literis Gregorij IX. & Alexandri IV. habes. Reliqua vel ab ipso fundatore, aut ex Decretis ab ipsis factis in Capitulis Generalibus habuerunt, & hæc omnia patent in dictis literis Innocentij Quarti.

Quartò aduerte falsum quoque esse quod ibidem subiungit, quod Cardinalis Gulielmus, de quo in dictis literis, non esset Protector Ordinis S. Augustini, quia inquit, alius erat dicti Ordinis S. Augustini Protector Riccardus Diaconus Cardinalis S. Angeli. Gulielmus verò Ordinis fratris Ioannis Boni protector tunc erat. Nam constat Cardinalem Riccardum ante Generalem dicti Ordinis vnionem, non fuisse Protectorem Ordinis Eremitarum, nisi solius Congregationis Eremitarum Tusciæ, per Innocentium IV. ex varijs Eremitis incerti habitus, & sine regula, titulo, & capite vagantibus collectæ, vt iam sæpius diximus. Quare si Ordo Eremitarum D. Augustini is erat, cuius fuerat Protector Cardinalis Riccardus, iam constat de prima origine dicti Ordinis, sicut de fundatione dictæ Congregationis, cui Cardinalis Riccardus datus fuerat.

V. QVintò principaliter aduerte, ex dictis literis hæc omnia distinctè, & conceptis verbis haberi. Primò, quòd hæc Congregatio fratris Ioannis Boni ab initio sine certa regula, & titulo fuit instituta. ibi. *Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulis non haberent.* Secundò, quòd Eremitæ Ioannis Boni regulam B. Augustini ex concessione Sedis Apostolicæ obtinuerint, ibi. *Quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea regulam B. Augustini sibi dari.* Tertiò, quòd post acceptam regulam, & non antea cœperunt viuere modo Regularium, ibi. *Et ex tunc cæperunt in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere* Quartò, quòd habitus niger, quem nunc gerunt, non fuit eis de licentia Sedis Apostolicæ ab aliquo ex Ordine Eremitarum S. Augustini datus, vt Marquez dicit, sed autoritate Pontificis præscriptus, & præceptus, censuris, & alijs pœnis Ecclesiasticis adiunctis, ibi. *Et quia eorum habitus, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat, de mandato, & autoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem adhuc gestatis habitum, elegerunt.* Iunctis alijs, quæ habentur in dictis Bullis cap. 25. recitatis: Quintò, quòd illi Eremitæ, qui primitus fratris Ioannis Boni vocabantur, in quodam Capitulo Generali decreuerunt, quod in posterum vocarentur Eremitæ Ordinis S. Augustini. ibi. *Qui cum iam vocarentur Eremitæ fratris Ioannis Boni Ord. S. Augustini, Nouitij qui recipiebantur ab eis profitebantur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cesena, tuisque successoribus, vsque ad mortem secundum regulam Beati Augustini, & Constitutiones istius loci. In hac vero forma professionis vbi dicebatur, istius loci, autoritate Generalis Capituli eorundem fratrum, istius Ordinis postea dictum fuit* Sextò, quod Decreto Cardinalis Protectoris, Prior Generalis dicti Ordinis cœpit absolutè vocari Prior Generalis Ordinis Eremitarum, sine alia additione. ibi. *Eadem autoritate vniuersum statuentes, vt idem Prior, & quilibet eius successor in perpetuum Generalis Prior Ordinis Eremitarum, siue alicuius certi loci, vel proprij nominis expressione de cætero debeat appellari: & ei tanquam Priori Generali omnes Priores, & fratres ipsius Ordinis, qui etiam nominentur simpliciter fratres Ordinis Eremitarum, humiliter obediant, & intendant.* & ibi. *Fratres quoque qui de cætero in ordine vestro deberint profiteri, eisdem Priori Generali, vel certo eius nuncio profiteantur hoc modo. Ego N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini, & tibi Priori Generali Ordinis Eremitarum, tuisque successoribus vsque ad mortem secundum regulam B. Augustini, & Constitutiones fratrum ipsius Ordinis, &c.* & ibi. *In Priuilegio quoque Ordinis vestri huiusmodi titulus de cætero apponatur. Innocentius Episcopus &c. dilectis filijs Priori Generali Ordinis Eremitarum, & alijs Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, Conuentibus quoque, ac alijs fratribus vniuersis sibi subiectis, & tam præsentibus, quam futuris Eremiticam vitam professis in perpetuum.*

VI. EX quibus omnibus sequitur, fundationem huius Congregationis anno 1300. circiter nõ præcessisse, quo tempore floruit Ioannes Bonus, & non esse per continuatam successionem ab aliquibus Eremitis ab Augustino institutis propagatã; sed dictam Congregationem Eremitarum Sancti Augustini, quia Regula B. Augustini ex Apostolicã concessione fuerat donata. sequitur etiam nullã aliam Congregationem Eremitarum Sancti Augustini floruisse circa tempora Innocentij IV. antequam supradictæ literæ manarent, quia non est verisimile, quod Summus Pontifex in præiudiciũ aliarum Congregationum, voluisset hanc congregationem simpliciter vocari Congregationem, seu

Ordi-

Ordinem Eremitarum, nam sub hoc titulo multò magis debuissent comprehendi Eremitæ dicti Ordinis Sancti Augustini, si ille tunc in mundo fuisset: cum nomina absolutè prolata, semper intelligantur de digniori.

VII. IDem dicendum omnino de Congregatione de Brittinis nuncupata, & de alia dicta de Fabali: quia illæ non erant distinctæ Congregationes, sed distinctæ domus eiusdem Congregationis, siue Ordinis Eremitarum Sancti Ioannis Boni, vt cap. 25. dictum fuit, hoc enim est totum fundamẽtum, cui nituntur frater Iordanus de Saxonia, Philippus Bergomensis, Ægidius de Viterbio Cardinalis, Marquez, ac alij, ad suadendum Beatũ Franciscum Assisium fuisse Eremitã Augustinensem: quia inquiunt, professus est vitam Eremiticam, & sumpsit habitum Eremitarum per manum fratris Ioannis Boni in Monasterio de Brittinis: vnde etiã nunc color habitus, quem deferunt fratres Minores per B. Franciscum instituti, vocatur Berectinus à loco de Brittinis, vbi D. Franciscus illum habitũ primitùs induit, vt longo discursu deducit Marquez cap. 21.

Nõ me latet, successu temporis Eremitas Brittinensis ab alijs Eremitis Ioannis Boni nuncupatis separari, & sese in propriam Congregationem erigere voluisse, quod etiam alij exmictis Eremitis post dictam vnionem generalem progressu tẽporum, & alij Mendicantes aliorum ordinum fecerunt: nam legimus, ipsos Brittinenses quasdam Constitutiones peculiares sibi fecisse, easque Gregorio IX. confirmandas obtulisse, & confirmationem accepisse, idque habetur ex literis Gregorij IX. datis Perusij. Tertiò idus Martij Pontificatus sui anno octauo, quarum exemplum est.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori, & fratribus de Brittinis Fanensis Diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Quæ omnium conditoris honorem, & profectum continent animarum, auore præcipuo diligentes, eo quòd quidquid in desiderio prater illa geritur, apud Dei sapientiam pro nihilo reputetur, dignum fore prouidimus, vt in ijs, quæ intuitu salutis æternæ cupitis, nos fauorabiles ad Redemptoris gloriam habeatis. Hæc præsentata nobis vestra petitio continebat, quod vos vitia carnis cupientes extinguere vt succedente virtutum gratia possitis perennis vitæ bravium obtinere, deliberatione statuistis, vt semper in communi refectorio comedentes, à festo Exaltationis Sanctæ Crucis, vsque ad festum Resurrectionis Dominicæ, exceptis mutuo in necessitate fratribus ieiunetis, hu in die reliquo tempore comesturi, præterquam in quarta, & sexta feria, ac temporibus alijs ab Ecclesia constitutis, nisi Prior, qui pro tempore fuerit, cum fratribus duxerit dispensandum. Debiles quoque, ac infirmi agentes ad obseruantiam dicti ieiunij minimè tenentur, præterquam in sexta feria, Quadragesima S. Martini, & temporibus alijs per Ecclesiam constitutis. Insuper fratres, quorum vtrumque cultellum habeat non acutum, ab esu carnium, & condimento sagiminis præter infirmos penitus abstinebunt. Caseum, & ouа tribus diebus in Hebdomada comedent, exceptis Quadragesima S. Martini, ac Septuagesima, & solemnibus ieiunijs per Ecclesiam constitutis. In quibus nec iter agentes, caseum, & ouа comedant, licet ijs necessitatem patientibus liberum habeant sumere. Statuistis præterea, vt à vobis singulis annis eligatur Capitulum Generale, in quo Diffinitores à Prouinciali, & Visitatoribus eligantur: ipsi verò Diffinitores cum Visitatoribus anni præteriti, corrigendi, & reformandi tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio nouerint indigere, liberam habeant potestatem. Item quod Visitatores etiam ordinentur, qui omnia loca fratrum visitent, corrigant, & reforment, prout secundum Deum, & B. Augustini Regulam ipsis videbitur expedire. Cæterum humiliter attendentes, quod Regnum Dei non in veste pretiosa consistit, & quod inducit paupertatis habitum conditor singulorum, laudabiliter statuistis, vt fratres vestri Ordinis de colore siue valore vestium minimè contendentes, semper intra vilitatem obseruent, & quatuor tunicis, vna cuculla, & duobus scapularijs sint contenti. Item quilibet frater vnguem desuper ampla corrigia non consuta, & illa communiter existat. Item quod non vtantur lineis indumentis, nec extra Eremum possessiones prater hortum, & ibidem habere præsumant super habendis caligis, calceis, & sandalijs Prior secundum suum arbitrium potestatem habeat dispensandi. Item quòd nullus in mensa fratrum recipiatur, nisi religiosus extiterit, vel constitutus in aliqua prælatura. Quare nobis humiliter supplicastis, vt statum huiusmodi Apostolico dignaremur munimine roborare. Vestris igitur iustis precibus inclinati statum ipsum auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, iure Diœcesanorum in omnibus semper saluo. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Perusij tertio idus Martij Pontificatus nostri anno octauo.

Quanquam dici possit, istas Constitutiones illas esse, de quibus loquitur Cardinalis Gulielmus in præfatis literis Innocentij IV. nam & literæ Gregorij IX. non diriguntur Generali, & toti Ordini Eremitarum Ioannis Boni, sed Priori & fratribus Monasterij de Brittinis Fanensis Diœcesis, quod Monasterium præcipuum erat inter Monasteria illius Ordinis, & notandum est, has Gregorij IX. literas sex annis ante alias eiusdem Pontificis editas, quibus præfatis Eremitis fratris Ioannis Boni habitum determinauit, vt cap. vigesimoquinto dictum fuit, & isti videntur fuisse, qui primi habitum nigrum elegerunt, de quibus literæ eiusdem Gregorij IX. verba faciunt cum inquiunt: *In exterioribus vestimentis, qua alibi vel ab aliis debeant esse coloris, quorum alterum videlicet nigrum ipsi electo ab eis, ipsos volumus manere contentos.* Et tandem quidquid sit de identitate huius Congregationis

cum

cum ista Eremitarum fratris Ioannis Boni, constat ex dictis literis ipsos quoque Brittinenses aliquando sine Regula, statutis, & certo habitu vixisse, & hæc omnia sponte, & concessione Sedis Apostolicæ sumpsisse.

CAPVT QVADRAGESIMVMOCTAVVM.

Congregationis Eremitarum S. Augustini nuncupatæ primordialis institutio, illusque Institutores producuntur.

1. QVi Ordinem Eremiticum ex Religiosis per D. Augustinum institutis propagatum affirmãt, cum mole difficultatum præmuntur, Congregationẽ quandam sibi fingunt à supradictis distinctam Sancti Augustini nuncupatam, cæteris omnibus longè anteriorem, in qua Eremitici Ordinis reliquiæ post dispersionem ex Africa, vsque ad magni Lateranensis Concilij tempora, & vsque ad generalem vnionem factam sub Alexãdro IV. seruatæ fuisse contendunt, ad quam vti sacram anchoram confugiunt. aiunt enim Pontifices in tantis vnionum quinque Congregationum meminisse, quarum quatuor priores, nempe Gulielmitarum, Lambonitarum, Brittinensium, & de Fabali, quintæ quæ Sancti Augustini vocabatur, vti antiquiori, in qua verus Augustini Ordo Eremiticus seruabatur, autoritate Apostolica vniuerunt, & hoc postremum illorum est refugium, quo subtato fateri coguntur, hunc Ordinem, qui nunc Eremitarum dicitur, non à D. Augustino, sed multis seculis post illius obitum vel à D. Gulielmo, vel à Fratre Ioanne Bono vel ab alijs recentioribus institutum. Eapropter si semel ostensa fuerint initia huius Congregationis extra D. Augustinum, extra omnem dubitationem res posita erit, non posse scilicet hunc Ordinem in D. Augustinum veluti primum autorem, & fundatorem reduci. Id verò facillimo negotio monstrabitur. nam in hoc solum difficultas posita est, nimirum in designando quænam, & qualis, & vbi fuerit eiusmodi Congregatio Eremitarum D. Augustini nuncupata. Triplex enim reperitur opinio scribentium de hac ipsa Congregatione. Prima illorum, qui affirmant, illam eandem omnino cum Congregatione Gulielmitarum extitisse. huius verò sententiæ fuerunt omnes antiquiores de hac re scribentes, Nauclerus, Autor fasciculi temporum, Volaterranus, inclinat frater Philippus Bergom. in supplemento Chron. lib. 12. sub anno 1257. cum ait, de Sancto Gulielmo illum in Gallijs Ordinem D. Augustini ita restituisse, vt deinceps in Gallijs fratres dicti

cum illa Eremitarum fratris Ioannis Boni, conflat ex dictis literis ipsos quoque Brittinenses aliquando sine Regula, statutis, & certo habitu vixisse, & hæc omnia sponte, & concessione Sedis Apostolicæ sumpsisse.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

Congregationis Eremitarum S. Augustini nuncupatæ primordialis institutio, illiusque Institutores producuntur.

I. DVi Ordinem Eremiticum ex Religiosis per D. Augustinum institutis propagatum affirmãt, cum mole difficultatum premuntur, Congregationẽ quandam sibi fingunt à supradictis diuersam Sancti Augustini nuncupatam, cæteris omnibus longè anteriorem, in qua Eremitici Ordinis reliquias post dispersionem ex Africa, vsque ad magni Lateranensis Concilij tempora, & vsque ad generalem vnionem factam sub Alexãdro IV. seruatas fuisse contendunt, ad quam vti sacram anchoram confugiunt. aiunt enim Pontifices in Bullis vnionum quinque Congregationum meminisse, quarum quatuor priores, nempe Gulielmitarum, Lambonitarum, Brittinensium, & de Fabali, quintæ quæ Sancti Augustini vocabatur, vti antiquiori, in qua verus Augustini Ordo Eremiticus seruabatur, autoritate Apostolica vniuerunt, & hoc postremum illorum est refugium, quo sublato fateri coguntur, hunc Ordinem, qui nunc Eremitarum dicitur, non à D. Augustino, sed multis seculis post illius obitum vel à D. Gulielmo, vel à Fratre Ioanne Bono vel ab alijs recentioribus institutum. Eapropter si semel ostensa fuerint initia huius Congregationis extra D. Augustinum, extra omnem dubitationem res posita erit, non posse scilicet hunc Ordinem in D. Augustinum veluti primum autorem, & fundatorem reduci. Id verò facillimo negotio monstrabitur nam in hoc solum difficultas posita est, nimirum in designando quænam, & qualis, & vbi fuerit eiusmodi Congregatio Eremitarum D. Augustini nuncupata. Triplex enim repetitur opinio scribentium de hac ipsa Congregatione. Prima illorum, qui affirmant, illam eandem omnino cum Congregatione Gulielmitarum extitisse. huius verò sententiæ fuerunt omnes antiquiores de hac re scribentes, Nauclerus, Autor fasciculi temporum, Volaterranus, inclinat frater Philippus Bergom. in supplemento Chron. lib. 12. sub anno 1157. cum ait, de Sancto Gulielmo illum in Gallijs Ordinem D. Augustini ita restituisse, vt deinceps in Gallijs fratres dicti Ordinis, non Augustinenses, sed Gulielmitæ appellari fuerint. Supponit enim hic modus dicendi, eundem fuisse Ordinem Augustinensium, & Gulielmitarum: & loquitur de Augustinensibus, & Gulielmitis ante generalem vnionem: nouissimè verò eandem sententiam docet Cardinalis Bellarminus in Chronica, quæ est in fine libri de Scriptoribus Ecclesiasticis sub an. 1241. Secundum hãc sententiam facillimum erit huius Congregationis primordia demonstrare, quæ eadem erant cum primordijs Congregationis Gulielmitarum nuncupatæ: & hæc opinio nullam maiorem difficultatem sustinet, quam quòd Pontifices Cõgregationem S. Gulielmi ab illa S. Augustini nuncupata distinguunt, illasque pro distinctis numerant, quæ tamen difficultas nullius est momenti, quia vt dictum est sup. c. 25. Pontifices in d. Bullis non numerant omnes supradictas Congregationes, vt re ab inuicem distinctas, cum certum sit Congregationem fratris Ioannis Boni, & Brittinensium eãdem fuisse: sed referunt plures domos, aut etiam plures titulos, ac nomina, quibus dictæ Congregationes vocabantur.

II. NIhilominus secunda est sententia verissima Congregationẽ S. Augustini in Bullis Gregorij Noni, Innocentij Quarti, & Alexãdri Quarti nuncupatam, eandem secundum rem fuisse cũ Congregatione fratris Ioannis Boni. Qua sententia demonstratur tum secundum rei veritatem, tũ etiam ad hominem. Secundum rei veritatem, quia Eremitæ, quos Alexander Quartus in Bulla vnionis edita octauo Kalend. Iulij ann. 2. sui Pontificatus, vocat S. Augustini, erant illimet de quibus locutus fuerat Gregorius Nonus in alia Bulla, per quam habitum nigrum cum zona pellicea ipsis Eremitis determinauit, hoc enim verba ipsa Alexãdri IV. indicant: *Recordamur liquidò, & memoriter retinemus, quod dudum apparuit Religio in partibus Lõbardiæ, cuius professores vocati Eremitæ Ordinis S. Augustini, nunc succinctis tunicas, cum corrigijs, &c. & infra: Sanè cum per nos tunc in minores officio constitutos, & beat. mem. N. tit. S. Sabinæ presbyterum Card. tũc in partibus illis legatione fungentes huiusmodi variationis præsumptio ad sæt. record. Gregorij Papæ prædecessoris nostri audientiam peruenisset, ipse ne identitas vestium in Ordinibus confusionem pareret, ac deinde scandala grauiora consurgerent, ad vtrorumque quietem statuendum prouidit, vt Priores, & vniuersi, ac singuli fratres prædicti Ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, &c.* Illi autem, quos Gregorius Nonus in suis literis, quarum Alexander Quartus meminit, vocauit Eremitas Ordinis S. Augustini, idem erant cum eremitis fratris Ioannis Boni, vt ipsius Bullæ verba illa monstrant quibus idem factum refert: *Dudũ apparuit Religio in partibus Lombardiæ, cuius professores vocati Eremitæ fratris Ioannis Boni S. Augustini, nunc succinctis tunicas cum corrigijs &c.* & infra. *Nos ne identitas vestium in Ordinibus ipsis confusionem pareret, & inde scandala grauiora consurgerent, ad vtro-*

rumq; quæcunq; prouidimus statuendum, vt Prior, & vniuersi ac singuli fratres prædicti Ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, qua nigri, vel albi &c. Ecce tibi, quos primò vocat Eremitas fratris Ioannis Boni, postea absolutè vocat Eremitas Ord. S. Augustini: & illi ijdem sunt, quos Alexander IV. absolutè vocat Eremitas Ordinis S. Augustini. Ergo negari non potest, Congregationem, quæ in literis vnionis S. Augustini absolutè nuncupatur, illum eandem esse, quæ alio nomine fratris Ioannis Boni, & alio de Brittinis vocabatur: Quamobrem monstratis fundamentis Congregationis Fratris Ioannis Boni, huius etiam S. Aug. nuncupatæ fundamenta retecta manent. Ratio euidens est, & necessaria, nec potest nisi negando literas Pontificum labefactari.

III. AD hominem verò probatur, hanc Congregationem D. Aug. nuncupatam eandem fuisse cum Congregatione Iambonitarũ. Primò, quia qui contendũt, D. Franciscum Assisium, antequã Ord. Minorũ institueret, institutũ Erem. Augustinensiũ amplexatum esse, & in eo professionem emisisse, id eatenus affirmant, quia inquiunt, repertum aliquando Chirographum, in quo legeretur, illum in manu Fr. Ioan. Boni in conuentu de Brittinis professionem emisisse. Illi ergo supponunt, vnum & eundem fuisse Ordinem Fr. Io. Bonitalias si diuersos supponerent, quænam esset illorum argumentatio? D. Franciscus professus est in manu Fr. Io. Boni. Ergo professus est institutum eremiticum D. Augustini, illo præsertim tempore, quo Eremitæ Fr. Io. Boni cæteris Eremitis nondũ fuerunt vniti, & vt mea est sententia, nec regulam, nec titulum D. Augustini adhuc impetrauerant. Secundò probatur testimonio Reuerendissimi Ambrosij Coriolani Eremitarum Augustinensium Prioris Generalis in 2. par. Defensorij, nimirùm in Chronica Ordinis, vbi cum successionem, & continuationem ipsius Ordinis vsque ad Innocentiũ IV. deduxisset, subdidit: *Hic Innocentius cognoscens, quod si iste ordo sub vno capite fuisset vnitus, fieret ei, exemptus, multum augeretur, & fructus Ecclesiæ Dei afferret salutiferos, dedit ei vnum Protectorem, scilicet Gulielmum Diaconum Cardinalem tituli S. Eustachij, cui etiam vnionem faciendam, cum esset Legatus Bononiæ commisit, & fecit de aliquibus Prouincijs, & de multis locis vnionem, sed non de toto Ord. ne, sicut intendebat, quoniam morte præuentus talem vnionem facere nequiuit. In ea tamen vnione facta per Capitulum generale Bononiæ celebratum, factus fuit Generalis Fr. Lamphrancus de Mediolano: & iam Ordini taliter vnito Innocentius dignissimum concessit priuilegium, quod primum alias gratias colligendo sub forma Matris magni ordini taliter vnito datum fuit, ac nominaliter fratribus existentibus in Tuscia &c.* Hæc ille, in quibus, etsi multa falsa dicat, ac inter illa, quod sub tempore Innocentij IV. Eremitæ in Tuscia existentes Ordini Eremitarum, cuius erat Protector Cardinalis Gulielmus, & electus Generalis Frater Lamphrancus de Mediolano, vniti fuerunt quod falsum esse conuincitur ex bulla eiusdem Innocentij IV. recitata superiùs c. 25. ex qua habes, Eremitas in Tuscia per Innocentium IV. collectos, proprium caput habuisse, & proprium Protectorem nomine Riccardum S. Angeli Diaconum Cardinalem, vnde non potuerunt tempore Capituli Bononiæ celebrati Ordini Eremitarum Augustinensium vniti esse, qui alium Protectorem nempe Gulielmum S. Eustachij, & alium Generalem habebat. Colligitur nihilominus cum sensisse, Ordinem D. Augustini nuncupatum, & à D. Augustino propagatum, cui cæteri Eremitarum Ordines fuerunt vniti. illum fuisse, cui sub Innocentio IV. datus est Protector Gulielmus Diaconus Cardinalis tituli S. Eustachij, & qui in Capitulo Bononiæ sub eodem Innocentio IV. celebrato, Lamphrancum Mediolanensem Priorem Generalem elegit. Cæterum Ordo, cui ab Innocentio IV. datus est Protector Gulielmus Cardinalis S. Eustachij, non alius fuit, nisi Ordo Erem. Fr. Io. Boni, ex literis eiusdem Innocentij IV. & dicti Cardinalis Gulielmi cap. proximè præcedenti recitatis. Lamphrancus etiam Mediolanensis in capitulo Generali Bononiæ habito Prior Generalis renuntiatus, non alterius ordinis Prior Generalis fuit, nisi Ordinis Fr. Ioannis Boni ex eisdem literis Innocentij IV. & Cardinalis Gulielmi, in quibus hæc habes: *Illi autem Spiritus sancti gratia inuocata Fr. Lamphrancum Mediolanensem tunc Priorem domus vestræ Bononiensis, Priorem Generalem Ordinis vestri vnanimiter, & concorditer elegerunt.* Sentit igitur Coriolanus, eundem fuisse ordinem, qui ante Generalem vnionem vocabatur S. Aug. & qui vocabatur Fr. Ioannis Boni.

NOn me præterit, quod Marquez cap. 11. §. 14. scribit, nõnullos ex autoribus sui ordinis deceptos, confundentes eremitas Fr. Ioan. Boni, cum Eremitis Ord. S. Aug. nuncupatis ante generalem vnionem, aut constituentes Lamphrancum Mediolanen. Priorem Gener. dicti Ord. ante ipsam generalem vnionem: quoniam, inquit, Ordo S. Aug. etsi multis seculis sub obedientiam Episcoporum sine certo capite vixerit, prout ex litera Gregorij IX. & Innocentij IV. allegatis constat, nihilominus ab anno 1110. ipse Ordo Eremitarum suos Generales habuit, Sedi Apostolicæ immediatè subiectos, licèt fratres Ord. vsque ad vnionem generalem manerent Ordinarijs locorum subiecti, & hi fuerunt, primus B. Ioan de Spelunca. Secundus B. Io. de Cella, cum quo nonnulli B. Francisci Assisium apud Pisas vixisse ferunt, licet decipiantur, quia Ioan. ille alius ab isto fuit, nempe Io. Bonus. Tertius, fuit Adiutus de Fano. Quartus Philippus de Parma, quemadmodum testatur Fr. Henricus de Vrimaria, siue de Alemania, qui fuit tempore vnionis Generalis, in quodam suo tract. de Rebus gestis Ordinis Eremit. qui seruatur Parisijs in Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Victo-

S. Victoris. Hi Generales ab illis Ordinis B. Ioannis Boni fuerunt distincti, sub quorum vltimo facta est generalis vnio per Alexandrum IV. post quam vnionem factus est Generalis Prior totius Ordinis idem Lamphrancus Mediolanensis. Verùm hic autor cum multa dicat, nodum non soluit. Et quidem quod nonnulli sui Ordinis circa hoc decepti fuerint, non mirum, nam si illi Generales de illis erant Eremitis, quorum in bullis ab autore allegatis mentio habetur, illi sanè ex Ordine de Brittinis erant: quia Bulla Gregorij IX. edita anno 1234. ad Priorem, & fratres de Brittinis dirigitur, & similiter illa Innocentij IV. quæ refertur ab illo cap. 3. §. 2. de Brittinensibus loquitur Congregatio verò de Brittinis saltem circa tempora Fratris Ioannis Boni eadem erat cum congregatione Iambonitarum, cum ipsi Eremitæ velint B. Franciscum ordinem Eremiticum professum esse in manibus Fratris Ioannis Boni in monasterio de Brittinis, vnde sequitur, illos Generales, quos Marquez à Iambonitis distinguere conatur, conolente, aut volente, ex Brittinensium, vel Iambonitarum ordine fuisse. Si autem dicti Generales non erant illius ordinis, cuius bullæ Pontificum meminerunt, frustrà allegantur bullæ Pontificum. Præterea si verum est, quod idem autor affirmat, Secundum dicti Ordinis Generalem fuisse Fratrem Ioannem de Cella, illumque apud Pisas suum domicilium habuisse, recordetur obsecro bullæ Innocentij Quarti 17. Ianuarij Pontificatus sui anno primo emanatæ, quam ille refert cap. 3. §. 3. nam ex illa habetur, vsque ad tempus datarum eiusdem bullæ, nullos eremitas, exceptis forsan Gulielmitis, in Tuscia degentes, sub regula August. vixisse, primum illũ Pontificem fuisse, qui d. eremitas in vnum corpus, & sub vno capite Generali, dato etiam Protectore Cardinali Riccardo, coegit. Hinc sequitur quatuor illos Generales, quos Marquez ex suo Henrico de Vrimaria recenset, non fuisse Generales alicuius Ordinis S. Augustini nuncupati, & ab alijs distincti, sed vel Ordinis Fratris Ioannis Boni, vel Congregationis de Brittinis, quod in idem recidit, vel illius Congregationis Eremitarum Tusciæ per Innocentium IV. erectæ, aut potuit esse, quod illi essent Priores aliquorum eremitarum ante Cõcilium Lateranense, sine titulo, & regula Augustini degentium, quales illi erant, qui ante Innocentium IV. in partibus Tusciæ degebant, quos quia Frater Henricus de Vrimaria Eremitas fuisse reperit, illorum institutum non attendens, in suas statim copias traduxit, ad sui ordinis antiquitatem probandam, quod enim ait dictus autor: *A tempore Sancti Patris Augustini multi fuerunt Pastores diuersi ordinis, sed & negligentia scribentium, & diuturnitate temporum ignorantur, de quibus tamen ex scripturis antiquis, & ex antiquis Patribus hæc habere potui: Circa annum Domini 1110 electus est Generalis Beatus Ioannes de Spelunca, qui etiam præfuit tempore Ale-*

S. Victoris, Hi Generales ab illis Ordinis B. Ioannis Boni fuerunt distincti, sub quorum vltimo facta est generalis vnio per Alexandrum IV. post quam vnionem factus est Generalis Prior totius Ordinis idem Lamphrancus Mediolanensis. Verùm hic autor cum multa dicat, nodum non soluit. Et quidem quod nonnulli sui Ordinis circa hoc decepti fuerint, non mirum, nam si illi Generales de illis erant Eremitis, quorum in bullis ab autore allegatis mentio habetur, illi sanè ex Ordine de Brittinis erant: quia Bulla Gregorij IX. edita anno 1234. ad Priorem, & fratres de Brittinis dirigitur, & similiter illa Innocentij IV. quæ refertur ab illo cap. 3. §. 2. de Brittinenſibus loquitur Congregatio verò de Brittinis ſaltem circa tempora Fratris Ioannis Boni eadem erat cum congregatione Iambonitarum, cum ipſi Eremitæ velint B. Franciſcum ordinem Eremiticum profeſſum eſſe in manibus Fratris Ioannis Boni in monaſterio de Brittinis, vnde ſequitur, illos Generales, quos Marquez à Iambonitis diſtinguere conatur, conolente, aut volente, ex Brittinenſium, vel Iambonitarum ordine fuiſſe. Si autem dicti Generales non erant illius ordinis, cuius bullæ Pontificum meminerunt, fruſtrà allegantur bullæ Pontificum. Præterea ſi verum eſt, quod idem autor affirmat, Secundum dicti Ordinis Generalem fuiſſe Fratrem Ioannem de Cella, illumque apud Piſas ſuum domicilium habuiſſe, recordetur obſecro bullæ Innocentij Quarti 17. Ianuarij Pontificatus ſui anno primo emanatæ, quam ille refert cap. 3. §. 3. nam ex illa habetur, vſque ad tempus datarum eiuſdem bullæ, nullos eremitas, exceptis forſan Gulielmitis, in Tuſcia degentes, ſub regula Auguſt. vixiſſe, primum illũ Pontificem fuiſſe, qui d. eremitas in vnum corpus, & ſub vno capite Generali, dato etiam Protectore Cardinali Riccardo, coegit. Hinc ſequitur quatuor illos Generales, quos Marquez ex ſuo Henrico de Vrimaria recenſet, non fuiſſe Generales alicuius Ordinis S. Auguſtini nuncupati, & ab alijs diſtincti, ſed vel Ordinis Fratris Ioannis Boni, vel Congregationis de Brittinis, quod in idem recidit, vel illius Congregationis Eremitarum Tuſciæ per Innocentium IV. erectæ, aut potuit eſſe, quod illi eſſent Priores aliquorum eremitarum ante Cõcilium Lateranenſe, ſine titulo, & regula Auguſtini degentium, quales illi erant, qui ante Innocentium IV. in partibus Tuſciæ degebant, quos quia Frater Henricus de Vrimaria Eremitas fuiſſe reperit, illorum inſtitutum non attendens, in ſuas ſtatim copias traduxit, ad ſui ordinis antiquitatem probandam, quod enim ait dictus autor: *A tempore Sancti Patris Auguſtini multi fuerunt Paſtores dicti ordinis, ſed & negligentia ſcribentium, & diuturnitate temporum ignorantur, de quibus tamen ex ſcripturis antiquis, & ex antiquis Patribus hæc habere potui: Circa annum Domini 1110 electus eſt Generalis Beatus Ioannes de Spelunca, qui etiam præfuit tempore Alexandri Tertij, &c.* Vetus eſt Eremitarum aſſertum quod omnes aſſerunt, & nullus probat, & Gazophilatium, in quod omnes pro poſſe ad Ordinem Eremitarum locupletandum aliquid mittere nituntur: ſed pecunias, quas immittunt non probãtes. pro veris & probatis adulterinas, & fragmenta teſtarum pro vnionibus immittunt. Debebat ſanè hic autor quænam ſcripturæ illæ antiquæ, qui Patres antiqui eſſent, oſtendere, ex quibus hæc habere potuit, vt de illorum fide apud poſteros conſtaret, quod cum minimè præſtiterit, ſalua illius reuerentia, fide dignus non habetur, cum è contrario ſcribat Frater Iordanus de Saxonia, qui fuit ipſius Ordinis Prior Generalis, & omnem ordinis ſupellectilem ſcrutatus in lucem protulit, & multa etiam de ſuo addidit. ſc, quid ſui Eremitæ egerint, ex tempore diſperſionis ex Africa vſque ad Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. habitum, nullo ſcripto authentico inuenire potuiſſe: & ob eam cauſam de ipſo Ordine ante Concilium Lateranenſe nihil ſcribere voluiſſe. Et quis nõ videt decipi autorem, cum ait, ante annum 1110. Ordinem Eremiticum multos Generales habuiſſe, ac ſub ipſo anno 1110. electum fuiſſe Generalem Ordinis Beatum Ioannem de Spelunca? Vbi enim reperit Generales Ordinum ante dictum Concilium Lateranenſe? quanquam eſſent quædam monaſteria, quæ aliorum erant capita, & illorum Abbates, ſeu Priores aliorum, quæ membra erant, curam gererent: non tamen erant Generales Ordinum, ſicut nunc ſunt, hic enim mos poſt inſtitutos Ordines Mendicantium inolcuit.

V. VErum vt reuertamur, vnde digreſſi ſumus, fuiſſe Ordinem D. Auguſtini in Bullis vnionis nuncupatum, vnum, & eundem cum Ordine fratris Ioannis Boni, probatur tertio loco ad hominem ex ipſo Ioanne Marquez, qui cap. 7. §. 2. pro generali regula nobis tradit, quod quando abſolutè, & ſine alia additione nuncupatur Ordo Eremitarum de Ordine Eremit. B. Aug. id intelligi debet, id enim etſi gratis ab eo dictum ſit, ac etiam contra veritatem, cũ multi olim eſſent eremitæ, & tales abſolutè vocati, qui tñ non erant de Ordine D. Auguſtini, vt patet de Petro Damiano, & de Eremitis Camalduleníſibus: ſufficit tamen ad conuincendum, hunc Ordinem, quem Marquez ab alijs Congregationibus, ſeu Ordinibus Eremitarũ diſtinguit, eundem eſſe cum Ordine Frat. Ioannis Boni: nam Ordo Eremitarum, qui abſolutè, & ſine additione talis vocabatur, erat Ord. Fr. Ioannis Boni, quem Cardinalis Gulielmus talem appellari mandauit, & Innocentius IV. illius ſtatutum probauit, vt habes ex literis ipſius Innocentij IV. & Cardinalis Gulielmi ſuperiori capite recitatis: neque enim alia congregatio ſub regula Auguſtini conſtitutus hoc titulo inſignita reperitur, nec Marquez illam monſtrat.

Accedit etiam, quod idem autor capite decimo tertio, §. decimo tertio, vt euincat Ordinem San-

cti Augustini nuncupatum, ab Ordine Gulielmitarũ reipsa distinctum fuisse, assumit pro fundamento, quod Congregatio Gulielmitarum Prouinciales non habebat, & è contrario in Congregatione, siue Ordine Eremitarũ S. Aug. erant Prouinciales. Verùm prima Congregatio Eremitarũ, quæ Prouinciales habuerit, quantum ex scripturis, quas ipsi Eremitæ producunt, nobis constare potest, fuit Congregatio Lombonitarum, vt ex eisdem literis capite præcedenti exaratis colligitur: neque ante datas ipsarum literarum reperiuntur alij Eremitæ habentes Prouinciales, nec Marquez, nec alij eos indicant. Ex his itaque argumentis, & alijs coniecturis, quæ breuitatis gratia omittuntur, mihi firmiter suadeo hunc ordinem S. Augustini absolutè nuncupatum, illum fuisse, qui alio nomine Eremitarum Fr. Ioan. Boni vocabatur. Quod si in hac sententia adhuc animus non quieuerit, aliam accipe, quæ est:

VI. TErtia tandem opinio esse potest aliorum dicentium, nomine Congregationis ab Alexãdro IV. S. Augustini nuncupatæ, intelligendam esse Congregationem Eremitarum Tusciæ, quam Innocentius sub regula, & titulo D. Augustini erexit, cui Riccardum Cardinalem Protectorem præfecit Pontificatus sui anno primo, vt habes ex illius Bulla, quam supra cap. 25 reddidimus. nam isti statim erecti Eremitæ Ordinis S. Augustini vocari cœperunt, vt constat ex alia bulla Alexandri IV. data Anagniæ 16. Kal. Augusti Pontif. sui anno 1. ante vnionem Generalem, cuius exemplum ab eodem Marquez c. 3. §. 10. acceptum est.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs vniuersis Prioribus, & fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Apostolica Sedes pijs votis, & honestis precibus fauorem benevolum impertiri. Cum sicut nobis insinuare curastis, Generalis Prior vester de triennio in triennium eligatur, nec sit vobis facile pro ipsius electionis confirmatione ad Sedem Apost. à qua dependere huiusmodi confirmatio dicitur, laborare. Nos volentes vobis paternæ solicitudinis studio consulere in hac parte deuotionis vestræ precibus inclinati, præsentium vobis auctoritate concedimus, quod idem Prior cum vnanimiter, & concorditer electus fuerit, liberè administret, dummodo nihil de bonis Eccl. alienet, donec petendi, & obtinendi confirmationem à nobis, vel à dilecto filio nostro Riccardo S. Angeli Diacono Cardinali vice nostra facultatem habuerit. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Anagniæ 16. Kal. Aug. Pontif. nostri anno 1.

Has Alexandri IV. literas iunge cum alijs Innocentij Quarti c. 25. relatis, & videbis, istos eremitas, quos hic Alexander absolutè vocat Ordinis S. Aug. illosmet esse, quos idem Innocẽtius per Tusciam dispersos in vnam Congregationem sub vno capite compegit, & B. Aug. Regula, & titulo donauit: nam hi de quibus Alex. IV. loquitur sub protectione Cardinalis Richardi, quemadmodũ & illi degebant, & nulli alij ante generalem vnionem sub protectione D. Riccardi Cardinalis leguntur extitisse. Adde ad maiorem corroborationem aliam bullam Alexandri IV. ab eodem autore ibi relatam, quæ incipit:

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Prioribus fratrum Eremitarum in Tuscia Ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum ex Apostolici cura teneamur officij circa Religiosos augmentum attenti, & vigiles inueniri. Nos deuotionis vestræ precibus inclinati, vt volentibus fratrum Ordinis vestri eos congregari collegio, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententijs sunt ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & vos in fratres recipere valeatis, ad instar fel. rec. Innoc. Papæ prædecessoris nostri vobis auctoritate præsentium indulgemus: ita tamen, quod si aliquis ex eisdem eiusmodi sententijs propter debitum sunt astricti, satisfaciant vel remittantur. Nulli ergo hominum omnino liceat, &c. Datum Anagniæ 7. Calend. Iulij Pontif. nostri anno 1. hi enim illi erant, de quibus dictum est cap. 25. & quod de hac Congregatione Eremitarum Tusciæ intelligi debeant verba Alexandri IV. in bulla generalis vnionis, cum ait: *Ex Congregationibus, seu domibus Eremitarum quæ ante vnionem extabant, aliæ S. Augustini, aliæs S. Guilelmi, aliæs fratrum Ioannis Boni, aliæ de Brittinis, aliæ de Fabali nuncupatæ.* probo tum ratione, tum etiam autoritate. Ratione quidem, quia certum est, Eremitas in Tuscia degentes illa generali vnione comprehensos fuisse, & illi non erant ex Gulielmitis, vt patet ex bulla prædicta Innocentij IV. neque ex Brittinensibus, neque ex illis Fr. Ioannis Boni, neque ex illis de Fabali, vt etiam patet. Ergo eorum Congregatio erat, quæ S. Augustini nuncupabatur, Autoritate verò eadem sententia roboratur, nam Fr. Iordanus lib. 1. c. 16. inquit, Alexandrum IV. confirmasse Eremitis Ordinis S. Augustini Protectorẽ Riccardum Diaconum Cardinalem, per prædecessorem suum Innocentium illis datum: Innocentius verò dicti Alexandri Prædecessor nullis alijs Eremitis ipsum Riccardum Cardinalem Protectorem dedit, quam Eremitis in Tuscia sub regula D. Augustini à se congregatis.

SCio obijcere Ioannem Marquez cap. 3. §. 3. verba literarum Innocentij IV. quibus mandat Eremitis Tusciæ, vt Augustini regulam, & ordinẽ assumant, & iterum concedit, vt statuta facere possint, dummodo eiusdem ordinis institutis non repugnent: ex quibus deducit, istam Cõgregationem Eremitarũ Tusciæ supponere ordinẽ S. Augustini & illius institutionem. Verùm dicit patet. Pontificem per Ordinem Sancti Augustini ipsam Regulã intellexisse, in qua ordo fundatur, nam ipse in Iure Canonico Ordo, & Regula pro eodem accipiuntur, vt idem sit viuere secundum regulã & secundum ordinem D. Benedicti, Augustini, Dominici &c. hoc patet ex literis Sixti IV. in co-

pore

pore Præfationis notatis, in quibus vocat Canonicum ordinem, & Eremiticum D. Augustini v. ũ & eundem Ordinem, quod non alia ratione dici potuit, nisi quia vterque ordo eandem regulam D. Augustini profitetur.

Vel dicendum, hanc rationem ad summũ probare, quod ante istam collectionem Eremitarum Tusciæ in vnam Congregationem sub regula D. Augustini, erant in Ecclesia alij Eremitæ Ordinis S. Augustini nuncupati, erant enim Eremitæ S. Gulielmi, & Fr. Io. Boni, & de Brittinis, qui omnes Eremitæ Ord. S. Augustini nuncupabantur, sed hoc non est quod modò controuertitur, sed an illi, qui Eremitæ Ord. S. Aug. vocabantur, ex D. Aug. vel ex Eremitis ab illo institutis continuata serie, ac successione essent propagati: nos enim negamus, quia omnibus Congregationibus in bulla Generalis vnionis nominatis, ac illarum fundationibus, & fundatoribus diligenter inuestigatis, singularum singuli autores, & fundatores extra D. Augustinum & Religiosos ab illo institutos, monstrari possunt, ac de facto monstrantur.

VII. LEt vt finem huic argumento imponamus, si præter Congregationes hactenus perlustratas, alius fuit Ordo Eremitarum D. Patris Augustini, verè & non fictè per illum institutus; vbinam erat, præsertim temporibus generalis vnionis, quæ illius domus, siue monasteria? qui autores illa scribentes? vobis enim Eremitis, pace vestra, non credimus, vel enim hic Ordo erat in Italia, vel extra fines Italiæ omnino constitutus. Si omnino extra Italiam, ille ad Ordinem, qui nunc est, nullo modo attinebat, nam omnes Ordines Eremitarum, ex quibus integer Ordo est conflatus, intra fines Italiæ, & Siciliæ, vel secundum se totos, vel secundum præcipuas illorum partes erant, vt prima illa verba literarum vnionis indicant: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, Tusciã, Romandiolam, ac Tarui sinam, & Auconitanam Marchias, & Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimam, & Regnum Siciliæ constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c.* Cum enim soli Archiepiscopi, & Episcopi per Italiam, & Regnum Siciliæ constituti, dictarum literarum generalis vnionis executores à Pontifice constituantur, non autem in Gallijs, Hispanijs, aut alijs Prouincijs existentes, consequens est Congregationes, & domus Eremitarum in eadem vnione comprehensas, intra fines Italiæ, ac Siciliæ potissimum fuisse constitutas. Si autem dicatur, ipsum ordinem intra fines Italiæ, vel Siciliæ constitisse, monstrent vbi fuerit: nam omnia monasteria, quæ tunc habebant, ad aliquam ex supra memoratis Congregationibus spectabant, nec ipsi vel vnam domum indicare poterunt, quæ vel non esset de Gulielmitis, vel de Eremitis Congregationis Tusciæ, vel de Iambonitis, vel de Brittinensibus, vel de Fabali.

pore Præfationis notatis, in quibus vocat Canonicum ordinem, & Eremiticum D. Augustini vsu & eundem Ordinem, quod non alia ratione dici potuit, nisi quia vterque ordo eandem regulam D. Augustini profitetur.

Vel dicendum hanc rationem ad summũ probare, quod ante istam collectionem Eremitarum Tusciæ in vnam Congregationem sub regula D Augustini, erant in Ecclesia alij Eremitæ Ordinis S. Augustini nuncupati; erant enim Eremitæ S. Gulielmi, & Fr. Io. Boni, & de Brittinis, qui omnes Eremitæ Ord. S Augustini nuncupabantur, sed hoc non est quod modò controuertitur, sed an illi, qui Eremitæ Ord. S. Aug. vocabantur, ex D. Aug. vel ex Eremitis ab illo institutis continuata serie, ac successione essent propagati: nos enim negamus, quia omnibus Congregationibus in bulla Generalis vnionis nominatis, ac illarum fundatoribus, & fundatoribus diligenter inuestigatis, singularum singuli autores, & fundatores extra D. Augustinum & Religiosos ab illo institutos, monstrari possunt, ac de facto monstrantur.

VII. ET vt finem huic argumento imponamus, si præter Congregationes hactenus perlustratas, alius fuit Ordo Eremitarum D. Patris Augustini, verè & non fictè per illum institutus, vbinam erat, præsertim temporibus generalis vnionis, quæ illius domus, siue monasteria? qui autores illa scribentes? vobis enim Eremitis, pace vestra, non credimus, vel enim hic Ordo erat in Italia, vel extra fines Italiæ omnino constitutus. Si omnino extra Italiam, ille ad Ordinem, qui nunc est, nullo modo attinebat, nam omnes Ordines Eremitarum, ex quibus integer Ordo est conflatus, intra fines Italiæ, & Siciliæ, vel secundum se totos, vel secundum præcipuas illorum partes erant, vt prima illa verba literarum vnionis indicant: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, Tusciã, Romandiolam, ac Tarvisinam, & Anconitanam Marchias, & Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimam, & Regnum Siciliæ constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c.* Cum enim soli Archiepiscopi, & Episcopi per Italiam, & Regnum Siciliæ constituti, dictarum literarum generalis vnionis executores à Pontifice constituantur, non autem in Gallijs, Hispanijs, aut alijs Prouincijs existentes, consequens est Congregationes, & domus Eremitarum in eadem vnione comprehensas, intra fines Italiæ, ac Siciliæ potissimum fuisse constitutas. Si autem dicatur, ipsum ordinem intra fines Italiæ, vel Siciliæ constitisse, monstrent vbi fuerit: nam omnia monasteria, quæ tunc habebant, ad aliquam ex supra memoratis Congregationibus spectabant, nec ipsi vel vnam domum indicare poterunt, quæ vel non esset de Gulielmitis, vel de Eremitis Congregationis Tusciæ, vel de Iambonitis, vel de Brittinensibus, vel de Fabali.

Quod vel ipsi autores venerandi Ordinis Eremitarum onere difficultatum oppressi fateri coguntur: cum enim res ad Triarios redigitur, & cõpelluntur loca siue prouincias designare, in quibus Eremitici Ordinis reliquiæ post dispersionem ex Africa vsque ad tempus Magni Concilij Lateranen. fuerunt seruatæ. Respondent, illas seruatas in partibus Tusciæ, ad quas venientes nonnulli eorum in cellis solitarie, alij in cœnobijs Eremiticis se receperunt, seruientes Domino, sicut cuique Dominus inspirauit. Et sic illa sancta Communio per Beatum Augustinum instituta, & per eum obseruata non omnino dirupta fuit, nec abolita, sed in aliquibus bonis Patribus fuit conseruata, donec nouissimis temporibus Deus dignatus est illam congregare: sic enim respondet frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 14 per hæc ipsa verba quæ trãscribit D. Antoninus loco sæpe allegato, illãq; sequuntur Coriolanus, Ludouicus de Angelis, Cornelius Lancillottus, & Ioannes Marquez, & quotquot de hac re vidi. Verùm in partibus Tusciæ præter Eremitas, qui Gulielmitæ vocabantur, nullos alios sub Beati Augustini regula institutos ante Innocentium Quintum degisse, habemus ex dictis literis Innocentij sæpius narratis. De Gulielmitis verò certo certius est illos nuper institutos, & dubium est, an fuerint sub B. Augustini regula instituti, omnes enim, qui de illorum primaria institutione scripserunt, exceptis eremitis Augustinensibus, quibus in propria causa credere non cogimur, illos vel sine certa regula, vel sub regula Diui Patris Benedicti à principio fundatos affirmant. Hinc ergo sequitur ipsismet Eremitis concedentibus, Ordinem illum D. Augustini absolutè nuncupatum, fuisse ordinem per ipsum Innocentium IV. ex Eremitis Etruriæ collectum, & B. Augustini regula, ac titulo Apostolica largitate donatum, & ita de primo ad vltimum concludimus, ante magni Lateranensis Concilij tempora nullum fuisse ordinem Eremitarum S. Augustini ab ipso B. Patre verè institutum, ac denuatum, cui ordini alij Eremitæ aliarum Congregationum postea fuerint vniti, & à quo B. Augustini regulam, titulum, & habitum sumpserint: sed ex largitate, concessione, & ordinatione Apostolica ista omnia illos consecutos, Quæ veritas magis roborabitur ex contrariarum rationum resolutione, vt in sequentibus planum fiet, atque idcirco probabiliter valde locutos, qui ipsi ordini Eremitarum S. Gulielmum, & Beatum Ioannem Bonum Mantuanum primos autores dederunt, scilicet Nauclerus volumine 2. genera. 40. vbi ait, sub anno 1157. Gulielmitæ instituti sunt à Gulielmo Duce Aquitaniæ & genera. 41. vbi addit. Ijdem sine titulo perseuerauerunt vsque ad Innocentium III. & Honorium, qui Ordo sub titulo Eremitarum S. Augustini appellari iussus est, & confirmatus. Robertus Holkot in 7. cap. Sapientiæ lectio 95. D. Antoninus

loco sæpe citato ex 5. par. tit. 24. cap. 14. quem ad hoc propositum allegauit Nauarrus Comment. 4. de Regularibus num. 9. vbi sententiam illam Abbatis Ioachimi à D. Antonino relatam, ac refutatam, eadem ratione, ac totidem fere verbis reijcit. Fasciculus temporum in Innocentio III. Bernardus Vargas, & Episcopus Senogalliensis, quos refert Marquez cap. 1. & 13. & alibi, & nouissimè Cardinalis Bellarminus in Chronica sub anno 1241. & Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 5. vt omittamus Volaterranum lib. 21. Antropologiæ, quem Marquez vti Canonicum Regularem reijcit, in qua re indicat se nunquam istum autorem legisse: nam si legisset, vidisset vtique illum vxorem habuisse, ad quam etiam librũ de Occonomia scripsit, qui in fine voluminis habetur.

CAPVT QVADRAGESIMVMNONVM.

Afferuntur, & soluuntur rationes, quibus Ordinem Eremitarum à B. Augustino institutum quidam ostendere nituntur.

I. CIrca rationes, quibus Patres Eremitæ suam institutionem ex B. Augustino deducere nituntur illud primo aduertimus, omnia argumenta, quæ contra sententiam capitibus proximè præcedentibus explicatam, & firmatam afferri possunt, duplici ex capite deduci, aut enim fundantur in autoritatibus ex libris apocryphis, aut ex libris probatis quidẽ, sed falsò acceptis aut fundantur in autoritatibus, & testimonijs D. Augustini, vel aliorum fide dignorum autorum, quæ in specie illorum opinioni aliquo modo fauere videntur. De primi generis satis dictum est supra cap. 27. vsque ad 37 inclusiuè, ad quæ remitto, & nihil supra. Nunc de secundi generis solùm dicemus rationibus, quas vt quo breuiùs fieri possit, perstringamus, ad tria prædicamenta reducemus. In prima serie recensebimus rationes, seu testimonia, quibus directè probatur, B. Augustinum Eremitas veré instituisse, ac illos præsertim, qui modò Eremitæ Ordinis S. Augustini nuncupantur. In secunda referemus argumẽta ad idem probandum ex viris sanctissimis eiusdẽ Ord. Eremitici, qui ab antiquissimo tempore ipso Augustino adhuc superstite floruerunt. In tertia afferemus argumenta ex antiquis monasterijs Ordinis Eremitarum longè ante Lateranensis Concilij tempora existentibus petita, quibus solutis huius primi libri finis erit.

PRimum argumentum. Ante Augustinum erant in Africa monasteria, nec monachi post illum reperiuntur ciuitates, & oppida monachis repleri. Ergo B. Augustinus fuit verus instaurator monachorum in Africa. Si enim ille non fuit, quis alius extitit? Quod verò ante Aug. in Africa non essent monachi, & post illum latim esse coperint, illa eiusdem August. verba indicant in 2. Retractat. cap. 21. vbi reddens causam, quæ illum mouit ad scribendum librum de Opere Monachorum, inquit: *Vt de Opere monachorum librum scriberem, illa me necessitas compulit, quòd cum apud Carthaginem monasteria esse coepissent, &c.* Et certè in Africa fuissent monasteria, & monachi ante istud tempus, id B. Aug. minimè latuisset. At B. Aug. fatetur, se vsque ad initium suæ conuersionis, nec nomen quidem monachorum audiuisse lib. 8. Conf. cap. 6.

Respondeo, istud argumentum, quod magni æstimat Marquez cap. 5. §. 5. multipliciter defectuosum esse. Primò, quia non sufficienter probat, non fuisse monasteria in Africa ante D. August. ex eo quia non erant Carthagine, tum quia ex vno loco particulari non licet inferre ad omnia loca per Africam constituta, tum quia monachi, & eremitæ illorum temporum, solitudines, & loca ab hominum conspectu, & conuersatione remotissima incolebant, necdum enim facti erant ex Eremitis Vrbani. Secundò, quia si validum esset argumentum, in Africa non erant monachi, & monasteria, quæ Augustinus fatetur, se ante suam conuersionem ne nomen quidem monachorum audiuisse, à pari dicendum esset, quod non fuissent Romæ, aut Mediolani, vbi ante conuersionem per aliquod tempus degerat, quod tamen falsum esse constat ex eodem textu Augustini ibi loci dicentis: *& non monasterium Mediolani extra vrbis moenia sub antistite nutritore. & non noueramus.* Tertiò, quia probabile, ac mihi certum est, ante Augustinum fuisse in aliquibus partibus Africæ Eremitas, siue monachos saltem in locis solitarijs, & ab hominum conuersatione remotissimis. Et quidem quoad Ægypto, quæ inter partes Africæ, vel secundum se totam, vel saltem secundum eius partem à Ptolomæo, & alijs probatis autoribus numeratur, fuerint ante Augustinum, & circa illius tempora multi Eremitæ, & multa monachorum cœnobia non est posita extra omnem dubitationem. Sed quod ijdem fuerint etiam in finibus Numidiæ, & Regni Tunetani, ratio suadet, quia ante Augustinum erant in Hispanijs, Gallijs, in Insulis Mediterraneis, in partibus Ægypti, & Nitriæ infiniti monachi, & eremitæ, & monasteria viris religiosis plena, quam ob causam dixit Augustinus contra Petilianum Donatistam, simulantem ignorare sanctum quodnam genus hominum, & vitæ instituta esset illud monachorum, institutum monasticum toto orbe notissimum fuisse. Cum autem inter Ecclesias Gallicanas, Hispanas, & Africanas assidua

esset

esset commercia, quis credat, tolas Ecclesias Africanas eiusmodi instituto, quod perfectissimum vitæ genus credebatur, carere voluisse? Quarto, quia certum est, tempore Beati Augustini fuisse in Africa, & Insulis adiacentibus Eremitas, siue monachos ab Augustino minimè institutos. Constat hoc primò ex libro eiusdem Beati Augustini de Opere monachorum, vbi de Monachis Carthagine institutis tractans, primum de illis tanquã de alienis loquitur: *Primum*, inquit, *videndum est, quid dicant illi professionis homines, qui operari nolunt.* Nota particulam illius professionis. Deinde illos grauiter obiurgat, quòd dicerent monachis operandum manibus non esse, quæ opinio ex hæresi Euchitarum videtur descendisse ex libro eiusdem D. Augustini de Hæresibus ad Quodvultdeũ hæresi quinquagesima septima. Postremo illos reprehendit, quòd comati incederent, quæ arguunt, illos à D. Augustino instituto non fuisse, & certũ est illos Monachos crinitos, & otiosos ante Augustini tempora fuisse in insula Cypro, quos acriter redarguebat Epiphanius Cyprius, vt patet ex illius gestis, ex qua insula videntur Carthaginem profecti. Secundò constat ex eodem Augustino in epist. 81. ad Eudoxium Abbatem insulæ Capratiæ, illa enim epistola ab Augustino adhuc presbytero, & nondum Episcopo scripta fuerat; nam quidquid sit de D. Augustino, postquam assumptus fuit ad Episcopatum, in hoc omnes consentiunt, illum ante Episcopatũ, postquam factus est presbyter, vnicum monasteriũ extruxisse. Ergo monasterium illud in insula Capraria non fuit à Diuo Augustino institutum. Tertiò constat ex Saluiano Massiliensi lib. 8. de Prouidentia, vbi dicit, multos ex Monachis, qui in persecutione Vandalica perierunt, ex partibus Ægypti ad illas partes Africæ transisse. Quartò constat ex Leporio Episcopo Vticensi, quem B. Augustinus ex hæresi Pelagiana ad sanam doctrinam reuocauit: is enim monachus Gallus, aut Brito extitit ex familia Pelagij in Africam transiectus, vbi & diu mansit, & tandem Episcopus est electus ex Gennadio, & Cassiano, necnon etiam Baronio, qui ambos refert tom. 5 sub anno 410. num. 12. Si autem in Africa monachi alieni instituti, quàm Augustiniani Episcopi fuerunt, cur non etiam monasteria alieni instituti esse potuerunt? Quam enim facultatem habuit Augustinus in sua diœcesi monasteria instituendi, eandem prorsus alij habuerunt in suis diœcesibus, & parochi in suis parochijs, & alij viri Religiosi saltem de licentia suorum Episcoporum.

III. SEcundum argumentum, Constat ipsius B. Augustini testimonio, & confessione, illum fuisse primum autorem vitæ monasticæ in Africa: nam Petiliano sibi hoc obijcienti lib. 3. contra literas Petiliani cap. 40. non negauit. Ergo annuit.

Respondeo Petilianus nomen monachorum genericè sumebat pro quocunque instituto vitæ regularis, non specificè pro instituto monachorũ,

essent commercia, quis credat, totas Ecclesias Africorum ciusmodi institutio, quod perfectissimum vitæ genus credebatur, carere voluisse? Quarto, quia certum est, tempore Beati Augustini fuisse in Africa, & Insulis adiacentibus Eremitas, siue monachos ab Augustino minimè institutos. Constat hoc, primò ex libro eiusdem Beati Augustini de Opere monachorum, vbi de Monachis Carthagine institutis tractans, primum de illis tanquã de alienis loquitur: *Primum*, inquit, *videndum est, quid dicant illi se professionis homines, qui operari nolunt.* Nota particulam illius professionis. Deinde illos grauiter obiurgat, quòd dicerent monachis operandum manibus non esse, quæ opinio ex hæresi Euchitarum videtur descendisse ex libro eiusdem D. Augustini de Hæresibus ad Quodvultdeũ hæresi quinquagesima septima. Postremo illos reprehendit, quod comati incederent, quæ arguunt, illos à D. Augustino instituto non fuisse, & certũ est istos Monachos crinitos, & otiosos ante Augustini tempora fuisse in insula Cypro, quos acriter redarguebat Epiphanius Cyprius, vt patet ex illius gestis, ex qua insula videntur Carthaginem profecti. Secundò constat ex eodem Augustino in epist. 81. ad Eudoxium Abbatem insulæ Capratiæ, illa enim epistola ab Augustino adhuc presbytero, & nondum Episcopo scripta fuerat; nam quidquid sit de D. Augustino, postquam assumptus fuit ad Episcopatum, in hoc omnes consentiunt, illum ante Episcopatũ, postquam factus est presbyter, vnicum monasterium exstruxisse. Ergo monasterium illud in insula Capraria non fuit à Diuo Augustino institutum. Tertiò constat ex Saluiano Massiliensi lib. 8. de Prouidentia, vbi dicit, multos ex Monachis, qui in persecutione Vandalica perierunt, ex partibus Ægypti ad illas partes Africæ transisse. Quartò constat ex Leporio Episcopo Viceasi, quem B. Augustinus ex hæresi Pelagiana ad sanam doctrinam reuocauit: is enim monachus Gallus, aut Brito extitit ex familia Pelagij in Africam transiectus, vbi & diu mansit, & tandem Episcopus est electus ex Gennadio, & Cassiano, nec non etiam Baronio, qui ambos refert tom. 5. sub anno 410. num. 12. Si autem in Africa monachi alieni instituti, quàm Augustiniani Episcopi fuerunt, cur non etiam monasteria alieni instituti esse potuerunt? Quam enim facultatem habuit Augustinus in sua diœcesi monasteria instituendi, eandem prorsus alij habuerunt in suis diœcesibus, & parochijs in suis parochijs, & alij viri Religiosi saltem de licentia suorum Episcoporum.

III. SEcundum argumentum, Constat ipsius B. Augustini testimonio, & confessione, illum fuisse primum autorem vitæ monasticæ in Africa: nam Petiliano sibi hoc obijcienti lib. 3. contra literas Petiliani cap. 40. non negauit. Ergo annuit.

Respondeo Petilianus nomen monachorum genericè sumebat pro quocunque instituto vitæ regularis, non specificè pro instituto monachorũ, vel Eremitarum ab instituto Cleticorum Canonicorum distincto: idcirco etiamsi B. Augustinus id Petiliano, quod obiecerat, concessisset, non inde sequeretur, Augustinum alicuius instituti Monastici, vel Eremitici autorem extitisse: sufficiebat enim, quòd fuisse autor instituti Clericorũ Canonicorum nam & Cardinalis Bellarminus, qui hoc Augustini testimonio vtitur ad probandum illum monachum fuisse, lib. 1. de Monachis cap. 5. ad finem: tamen in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis negat, illum fuisse monachum eo modo, quo nũc monachi nomen vsurpamus, & ait eatenus monachum fuisse, quòd cum suis clericis in Ciuitate, & in domo Episcopali monachorum institutum tenuerit. Potuit quoque D. Augustinus dici autor vitæ monasticæ in Africa, nõ institutione, sed imitatione, & exemplo, quod nimirum videntes Episcopi Ecclesiæ Africanæ, & alij presbyteri B. Augustinum factum presbyterum, & Episcopũ monasteria erexisse, illius sanctum propositum æmulati, ipsi etiam in suis Ciuitatibus, & Parochijs monasteria certatim erigere voluerint, secundum instituta, quæ sibi magis vtilia, & laudabilia visa fuissent. Quanquam rectius fortasse dici possit, ex illo Augustini loco lib. 3. contra Petilianum nihil amplius colligi, quàm quod ex aduersarij oppositione, vel exprobatione contra ipsum Augustinum per sanæ mentis Catholicos colligi potest.

IV. TErtium argumentum, fuerunt in Africa monachi, qui se B. Augustini filios, & alumnos profiterentur, fuerunt, qui ab illo viuendi regulas peterent, & acciperent. Ergo Augustinus monachorum verus autor extitit. Assumptũ probatur. Primò, quia Carthaginenses monachi, ipsius B. Augustini filios profitebantur: nam Orosius in Procœmio librorum de Ormesta mundi Augustino scribens, inquit, *cum sanctus filius tuus Iulianus Carthaginensis seruus Dei satisfieri super hac re petitioni sua eadem fiducia, qua posset, exigeret.* Erat autem Iulianus monachus Carthaginensis, vt epithetum illud monstrat, seruus Dei. Secundò, ipse Augustinus in epist. 76. ad Aurelium indicat, se sub sua cura habuisse monachos à clericis distinctos: loquitur enim de nonnullis monachis, qui Augustino contradicente ex monasterio recesserant, videlicet Donato & illius fratre, quorum alterum Aurelius clericum ordinauerat. Tertio Valentinus monachus in epist. 257. inter epistolas Augustini, petit ab Augustino Regulam sui monasterij. *Si quid*, inquit, *famulus tua sanctitatis frater suggesserit Florus pro regula monasterij, digneris Pater petimus libenter accipere, per omnia nos instruas instruere.* Quarto, Alipius erat monachus, & ille erat ex monasterio S. Augustini, & vtrunque constat ex Epist. 64. & ex lib. 8. Confession. cap. 12. quia vocat Alipium fratrem, & alios etiam habuit ex suo instituto, quos vocauit fratres 1. Retract. cap. 23. & 25. lib. 2. c. 38. epist. 148. & alibi.

Respondeo, negando sequelam, nimirum ex

eo, quod aliqui monachi se Augustini discipulos, & filios vocauerint, aut ab eo viuendi Regulas petiuerint, aut acceperint, inde sequi, eos fuisse ab Augustino primùs institutos. Assumptum etiam non sufficienter probatur, nam id, quod primo loco affertur de Iuliano monacho Carthaginensi, non sufficienter ostendit, Iulianum illum fuisse monachum ex epitheto serui Dei, vt supra dictũ fuit. Et dato, quod esset monachus, non sufficienter ostenditur, illum fuisse ex instituto D. Augustini per hoc, quod vocatur eius filius, aut famulus: imo enim erat, & nunc est, omnes Episcopos vocari Dominos, & Patres. Et nos vocamus Patres Hieronymum, Benedictum, Antonium, & alios, quorum institutum non profitemur. Quod etiam secundo loco affertur, solum ostendit, habuisse Augustinum in sua diœcesi monachos, qui sub illius cura degerent, sicut alij omnes, siue Regulares, siue seculares sub cura Episcoporum olim degebant: non tamen sequitur, illos ab ipso Augustino institutos, præsertim cum multi monachi ex varijs partibus Ægypti, Galliarum, & Hispaniarum tunc in Africam confluere inciperent, multò minus probat, quod tertio loco affertur ex epistola Abbatis Valentini: illud enim monasterium ab ipso Valentino fuerat institutum, non ab Augustino. Nomine verò Regulæ non intelligebat Valentinus eam, quam nunc per antonomasiam Regulam vocamus, sed quidquid ad monasterium aptè regendum conduceret, vt ex serie verborum facilè constare potest. Non negamus autem, Augustinum rogatum, ac etiam spontaneum multis monasterijs eiusmodi Regulas tradidisse, verùm aliud nunc quærimus. Multò minus conuincit quarta probatio ex nomine siue prænomine fratris deducta, vt aliàs dictum fuit, quod euidenter ostenditur exemplo ipsius Alipij, quem Marquez vbique contendit fuisse monachum, siue eremitã ex eo, quoniam ab Augustino tum in dicta epist. 64. tum in 8. Confess. cap. 12. & alibi vocetur frater. Augustinus enim vbique de Alipio loquens, illum fratrem suum vocauit, etiam quando laicus erat, nec dum in monasterio constitutus, quod ne me de meo dicere arbitreris, pone tibi ob oculos eandem Augustini epistolam 64. ad Aurelium, vbi de monasterio à se nuper instituto verba faciẽs, notat pro re singulari ab Aurelio valde commendata, quod Alipius videns Augustinum factum presbyterum monasterium erexisse, & cum fratribus in illo viuere cœpisse, ipse quoq; cum Augustino, & fratribus in illa societate viuere voluerit: *quod*, inquit, *fratrem Alipium in nostra coniunctione mansisse, vt sit exemplo fratribus curas huius mundi vitare cupientibus, benevolentissimè accepisti, ago gratias*: hæc enim verba indicant, Alipium ante illud tempus, etsi Augustino coniueret, eique iunctissimus maneret, nullo tamen vinculo monachatus obligatum fuisse; quin potuisset, si voluisset, ab illa societate discedere. Alioqui quodnam magnum opus esset, ac dignum, vt per literas Augustinus Carthaginensi Episcopo tot terrarum spatijs distanti denuntiaretur Alipium antea Augustini monachum professum, post exstructum Hipponense monasterium, & fratres in eo congregatos in ipsius Augustini coniunctione mansisse? cum etiam si voluisset, absque manifestissima apostasiæ nota illam coniunctionẽ deserere minimè posset. Sed de his satis, ad alia properemus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

Expenditur quartum argumentum ex nonnullis Sermonibus, & Bullis Romanorum Pontificum mutuatum.

QVartum argumentum sumitur ex testimonijs Romanorum Pontificum, qui Eremiticiordinis autorem, & parentem ipsum D. Augustinum apertissimè fatentur, quorum primus est Martinus Papæ V. in Sermone de translatione B. Monicæ vbi inter alia inquit: *Iure igitur, ac merito gaudeam, qui sim tanta pietatis administrator, vt B. huius Monicæ reliquias custodiam, reddamque beatum corpus eius, quæ tanquam optimè filium genuit matri. Iam enim nulla dubitatio est, quin vobis Augustinus imprimis Pater sit, non quidem quo illum nomen religiosè singulari honore salutamus, verum iudicio nostro hoc potissimum causa est, quòd suos vna cum filio mater accesserit, eo quam indigne ferret, non ijs corpore præsens esse, qui se digna religione honorarent. Prosperè credo, velut errantes potuisti, vt suum ipsa quoque nepotes reciperet: nondum enim satis, quam nisi vobis hæc Sancta dicata est, nec alteri, quam Ordini vestro cessit. Multi tamen ad Augustini nomen subiere, tam de ipsa religionis dignitate certentes, quasi solo hic honor debeatur, quem velut primo affectant: sed alius hic locus est: ipsa quidem mater filio cedet, quos tanquam filio cognatos assumeret sponte in Ordinem vestrum succedens.* Addit in eodem sermone, ex speciali Dei prouidentia accidisse, vt mater in Italia decederet, quasi præsentiens filium in Italiam ad se reuersurum, & ambos in Eremitarum ordine mansuros: vnde & illum morti propinquam ita loquentem inducit. *Hic meæ peregrinationis finis, hic meæ mortalitatis limes esto. Vale vestro auxilio, nostraque tutela secura, faustaque tecum pariet, cum ambos filij tui, filijque mei, te in Italiam vocato, religiosa pietate seruabunt.* Addit etiam, diuinã prouidentia disponente factum, vt Augustinus lituus, & mitra magno pretio redempta, & ex Sardinia Valentiam translata, in monasterio Eremitarum Augustinensium collocata, vt omnia

parentis supellex filijs cederet: *Sic enim Ambrosius*, inquit, *tiaram Augustini, lituumque illum pastoralem non ante multos dies reperta, magnoque pretio redempta, è Sardinia Valentiã translata esse. Ita omnibus rebus, & locis bene successit desiderante Deo, vt quiritè præter cæteros Augustinum coleret, sola omnem illius supellectilem possideat: quid enim magis congruit, quàm eosdem rerum, & corporum custodes esse, qui nominis sui sint hæredes? Iam igitur omnem Augustinum habetis, tam vniuersam illius rem, & familiam tenetis, nec deest vobis omni studio Pater, nec defuit in aliquo benefacto Deus. Vnum verò est mansuetudinis iugum, vnaque humilitatis regula, cui primus ipse fuit subiectus, ne quem eius propositi pœniteret.* Rursus de Eremitis in Tuscia degentibus, quos Augustinus visitauit, & cum quibus commoratus est, ista subiungit: *quo medio tempore Augustinum ferunt sanctorum hominum consilia quæsiisse, quorum præsipuè in Tuscia multi fuisse conuentus dicuntur, hodieque apparent apud Pesleros illorum colloquiorum vestigia, in his vos adhuc frequentibus confertis habitatis, as nos cum ex Florentia Romam veniens quodam vidimus in agro Senensi, nec sine magna huius recordationis voluptate per fratres illos transiimus, tanquam adhuc vetustissimarum cellularum ac speluncarum vestigia spectaremus.* Hæc ille, & alia fortassis plurima, quæ videre non potui, quandoquidem integrum sermonem apud nullum inueni, nisi tantùm hæc fragmenta, quæ ex lib. Io. Marquez cap. 8. §. 6. & cap. 9. §. 1. accepi.

Respondeo primò, vt testimonium ex hoc sermone desumptum fidem facere posset, opere pretium fuerat illius autorem verificare, quod hactenus factum esse nõ reperi: nam quod inquit Marquez, illum in libro fratris Iordani, Vitas fratrum nũcupato, ac Romæ edito anno Domini 1587. haberi, minimè verum est, nisi aut eodem anno duæ factæ sint eiusdem libri impressiones, aut post ipsã impressionem de medio sit sublatus hic sermo, ita vt in aliquibus exemplis, quæ per Hispanias circunferuntur, hic sermo habeatur, in alijs verò Romæ, & per alias Ciuitates Romæ propinquas inuulgatis, minimè reperiatur, quod esse potuit: non enim me latet, idem de quibusdam alijs libris factum fuisse. habeo apud me volumen ipsius fratris Iordani quatuor libris distinctum, cuius titulus est: Liber, qui dicitur Vitas fratrũ, compositus per B. fratrem Iordanum de Saxonia Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini &c. Romæ apud Ioannem Martinellum 1587. primum caput incipit: *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna &c.* postremum caput vltimi libri incipit: *ad hanc communionem pertinent omnia puncta Regulæ &c.* Librum diligentissimè lustraui, nec sermonem reperi. Quod etiam addit, Baronium in Notis ad Martyrologium sub die 9. Aprilis eundem pro verò fœtu Martini Papæ V. agnoscere, minus verum est, verba illius sunt: *Translatio S. Monicæ facta est sub Martino Papa V. extatq; diploma in Registro eius tertio decimo sui Pontificatus, legimus & sermonem*

parentis supellex filijs cederet: *Sic enim Abrahamus*, inquit, *tiaram Augustini, lectumque illum pastoralem non ante multos dies reperta, magnoque pretio redempta, è Sardinia Valentiã translata esse. Ita omnibus rebus, & locis bene successit defuncto Deo, vt qui rité præter cæteros Augustinum colitur, soli omnem illius supellectilem possideat: quid enim magis congruit, quàm eosdem rerum, & corporum custodes esse, qui nominis sui sint hæredes? Iam igitur omnem Augustinum habetis, imo vniuersam illius rem, & familiam tenetis, nec deest vobis omni studio Pater, nec defuit in aliquo benefacto Deus. vnum verò est mansuetudinis iugum, vnaque humilitatis regula, cui primus ipse fuit subiectus, ne quem eius propositi pœniteret.* Rursus de Eremitis in Tuscia degentibus, quos Augustinus visitauit, & cum quibus commoratus est, ista subiungit: *quo medio tempore Augustinum ferunt sanctorum hominum concilia quæsiisse, quorum præcipuè in Tuscia multis fuisse conuentus dicuntur, hodieque apparent apud Posteros illorum colloquiorum vestigia, in his vos adhuc frequentibus consortys habitatis, ac nos cum ex Florentia Romam veniemus quædam vidimus in agro Senensi, nec sine magna harum recordationis voluptate per fratres illas transiimus, tanquam adhuc vetustissimarum cellularum ac specuum vestigia spectaremus.* Hæc ille & alia fortassis plurima, quæ videre non potui, quandoquidem integrum sermonem apud nullum inueni, nisi tantùm hæc fragmenta, quæ ex lib. Io. Marquez cap. 8. §. 6. & cap. 9. §. 1. accepi.

Respondeo primò, vt testimonium ex hoc sermone desumptum fidem facere posset, opere pretium fuerat illius autorem verificare, quod hactenus factum esse nõ reperimam quod inquit Marquez, illum in libro fratris Iordani, Vitas fratrum nũcupato, ac Romæ edito anno Domini 1587. haberi, minimè verum est, nisi aut eodem anno duæ factæ sint eiusdem libri impressiones, aut post ipsã impressionem de medio sit sublatus hic sermo, ita vt in aliquibus exemplis, quæ per Hispanias circunferuntur, hic sermo habeatur, in alijs verò Romæ, & per alias Ciuitates Romæ propinquas inuulgatis, minimè reperiatur, quod esse potuit: non enim me latet, idem de quibusdam alijs libris factum fuisse. habeo apud me volumen ipsius fratris Iordani quatuor libris distinctum, cuius titulus est: Liber, qui dicitur Vitas fratrũ, compositus per B. fratrem Iordanum de Saxonia Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini &c. Romæ apud Ioannem Martinellum 1587. primum caput incipit: *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna &c.* postremum caput vltimi libri incipit: *Ad hanc communionem pertinent omnia puncta Regule &c.* Librum diligentissimè lustraui, nec sermonem reperi. Quod etiam addit, Baronium in Notis ad Martyrologium sub die 9. Aprilis eundem pro verò fœtu Martini Papæ V. agnoscere, minus verum est, verba illius sunt: *Translatio S. Monicæ facta est sub Martino Papa V. extatq; diploma in Regestro eius tertio decimo sui Pontificatus, legimus & sermonem eiusdem Pontificis ad fratres Augustinianos, quo etiam historia texitur de eadem tunc facta translatione, insuper & de miraculis, quæ tunc etiam contigerunt.* At non decernit, an sermo verè illius Pontificis extiterit, & vnde id sibi constaret: potuit enim decipi, sicut in multis deceptus est, præsertim cum de B. Augustino agit. Potuit sermo ab aliquo Augustiniano, vel à partium illius studioso compositus, sub nomine Pontificis per priuatas scripturas paulatim inuulgari, vt in similibus fieri solet, ac demũ post illius obitum sub eius nomine palam publicari: & forsan illius autor fuit Maphæus Vegius Laudensis, eiusdem Martini V. Datarius, qui totam prouinciam illius translationis gessit, quique maximè sermonibus in laudem D. Augustini, B. Monicæ, & aliorum Sanctorum scribendis operam dedit: stylus enim similis prorsus est, & numerus orationis vnus & idem.

II. ET profectò Romani Pontificis sermonem non esse, multa sunt, quæ probabiliter suadeant. Primùm enim autor huius sermonis se non, vt vniuersalem pastorem Ecclesiæ, sed vt priuatum aliquem, & partium Eremiticarum studiosum cõtra Canonicos Regulares apertè nimis prodit, ipsos Canonicos Regulares tacito nomine latenter carpens, quòd cum Eremitis de ipsa Religionis dignitate certare velint, quòd ipsis solis hic honor debeatur, quem vt primi inter Augustini filios affectant, vt illa verba indicant: *Multi tamen ad Augustini nomen subiere, iam de ipsa Religionis dignitate certantes, quasi solu hic honor debeatur, quem velut primi affectant.* Quæ verba mihi nunquam suadere potero, ex ore Summi Pontificis excidisse, præsertim in publicis sermonibus.

Secundò, quia in sermone multa continentur apertè falsa. Primum, quod B. Monica solos Eremitas elegerit, quos tanquam filio cognatos assumeret, sponte in illorum ordinem succedens, vnde enim constat de spontanea huiusmodi electione? Constat autem Maphæum Vegium S. D. N. Papæ Datarium, precibus à Pontifice translationem Reliquiarum B. Monicæ obtinuisse: at quod hoc fuerit ex spontanea electione B. Monicæ, elegans est huius autoris prosopopœia, & quidem magis elegans, quam vera: quorsum enim alij ab eius filiatione excluduntur, qui eam pijs officijs dignè coluerint? Secundùm quod ait fratres Eremitas ritè præter cæteros Augustinum colere, soloseque omnem B. Augustini supellectilem, & familiã, & corpus vtriusq; parẽtis possidere. quod quoad reliquias Beati Augustini apertè falsum est. De Reliquijs verò B. Monicæ dicam statim, quid senserint grauissimi autores. Quod autem spectat ad familiam apertissimè falsum esse constat, nullus enim nisi ignarus, & rudis negare potest in familia Beati Augustini Clericos Canonicos legitimè computari. Tertium quod B. Augustinus commoratus fuerit in Tuscia cum Eremitis, in cellulis, & speluncis, quæ res nedum fabulosa, sed etiam falsa

esse

esse communiter ex supra narratis: quod non latuit fratrem Iordanum lib. 1. in Vitas fratrum cap. 7. scribentem, B. Augustinum baptizatum anno ætatis 33. tempore Paschali, & eodem anno, qui terminabatur Idibus Nouembris eius matrē defunctam apud Ostia Tiberina, & toto fere medio tēpore intermedio inter illius baptismum, & reditū in Africam, Romæ commoratū, cum Manichæis disputantem, & libros contra eos scribentem, vnde & reprobat illorum opinionem, qui dicunt B. Augustinum post baptismum suum ante obitum Matris triennio vitam eremiticam duxisse. Hæc autem dixi, vt quid de veritate sentirem liberè indicarem. Cæterum etiamsi daremus hunc sermonem Martini Quinti verè fuisse, non magnum negotium nobis facesseret, cum non vt caput Ecclesiæ, sed vt priuatus doctor illum haberit, cuius autoritas non maiorem fidem faceret, quam cuiuslibet priuati Doctoris, quæ veritate cogente reijci posset, sicut etiam reijciuntur multa, quæ Innocentius Quartus in suo apparatu super libros Decretalium scripsit, vbi in multis communiter non tenetur, licet alia, quæ edidit vt caput Ecclesiæ, quæ Bonifacius VIII. sexto libro Decretalium inseruit, fidem faciant irrefragabilē, verùm, vt dixi mea sententia est, sermonem Martini V. non esse, sed à clandestino aliquo sermocinatore astu invulgatum, sicut alia multa, de quibus supra dictum fuit.

III. CÆterum quandoquidem de Reliquijs Beatæ Monicæ agi cœptum est, & autor huius sermonis illas Ordini Eremitarum diu na Prouidētia, quin & ipsa Monica cligenter, vti solis veris nepotibus concessas tam assueranter affirmat, referam hoc loco, quæ de ijsdem Reliquijs Ioannes Molanus Theologus Louaniēsis clarissimus scribit in suo libro de Natalibus Sanctorum Belgij. sub die quarta Maij: *De Sancta Monica aprito Arcasiensium ex VValtero Priore Arcasiæ. Apud Ostia Tiberina natale Sanctæ Monicæ, cuius vita admiranda ex nono Confessionum libro Sancti Augustini Episcopi colligitur. Celebre autem est hoc festum pridie conuersionis filij sui, quem prius mundo, postea cælo peperit, putant verò Arcasienses thesaurum hunc ad se delatum, quod testem habeant eius rei in manuscriptis codicibus VValterum sui loci Priorem, qui sacras reliquias se eò attulisse memorat. Scripsit autem hæc est summa: Fulbertus Abbas in Arogomantia misit me pro negotijs suis ad Curiam Domini Alexandri, quando imperium contra eum erat commotum. Cum autem Ostiæ à Canonicis ad Diuam Aueam quærerem de Sancta Monica, dicebant eam sepultam esse in portu in antiqua Ostia, & à se vocari latina voce Primam, ab Augustino græca voce Monicam. Quibus intellectu sepulchrum quærere, & clam effringere cogitaui: quod cum frangerem, tanti odoris suauitate respersi sumus, ac si omnium pigmentorum genera sentiremus; cumque cogitarem caput eum minoribus tantum ossibus auferre, adiunxi alios, & sic singillatim omnia, quæ per diuersa pericula maris & terræ, tuli in Arcasiam anno 1162. duodecimo calendas Maij. vbi etiam facta pignora claruerunt. Obijcient forsan contra hæc Romanæ Maphæum Vegium Laudensem, Martini Quinti Datarium suis impensis ex Ostia Monicam eò transtulisse, quodque apud Augustinenses in sacello D. Monicæ, cum officium scripsit, sepulturam acceperit, extare desuper Apostolicam Martini Bullam. Quibus ego, quòd nota, & recepta sint, non reluctor. Per me tamen licet Arcasiensibus in suo sensu abundare.* Hæc Molanus. Fuit autem Arcasia nobile & antiquissimum Canonicorum Regularium Cœnobium, & caput illustrissimæ Congregationis viginti octo Abbatiarum, vt libro secundo ex instituto dicemus, quod etiam Molanus ibi loci breuiter adnotauit. Quod sanorum alicui videatur, per Molanum licere Arcasiensibus non obstante translatione palam facta, & Bulla Martini V. in suo sensu nihilominus abundare, recogitet apud se innumeros penè casus similes in materia sacrarum reliquiarum notissimos, vtpote Sanctorum Bartholomæi, Stephani Protomartyris, Luciæ Virginis Siracusanæ, Helenæ Magni Constantini Matris, & aliorum, sed de sermone satis.

MAiorem difficultatem ingerit secundum testimonium, quod sumitur ex Bulla translationis eiusdem S. Monicæ per dictum Martinum V. editæ, in ea siquidem Beatum Augustinum Eremitici Ordinis Fundatorem vocat, verba illius sunt: *Corpus B. Monicæ Sancti Augustini matris ex eius pijs respectibus, & causis, præsertim quia corpus dicti Sancti ipsius Ordinis Fundatoris in quadam Ecclesia Papiensi dicti Ordinis venerabiliter, prout decet, reconditum existit, à loco Ciuitatis nostræ Ostiensis, vbi sepultum, & reconditum fuerat, ad Ecclesiam domus fratrū Eremitarum dicti Ordinis de Vrbe, transferendi licentiam concessimus.*

Verùm facilis est responsio: nam verba Pontificis non sunt dispositiua, sed narratiua, quæ non probant, vt est apud omnes iuris Pontificij interpretes notissimum: & probant Felinus, & alij ibi allegati, in cap. illud, in versic. nota secundo, de Præsumpt. Dec. consil. 36. col. 3. & consil. 310. col. fin. & consil. 539. col. 1. Imò verò asserunt Doctores, quod narratio Principis super facto alieno non præiudicium tertij non probat, nec illi standum est. Ita Ancheran. in Clem. 1. de Probat. quem sequitur Aretinus in c. Cum à nobis de Testamentis, & in consil. 163. & Dec. consil. 198. col. fin. secutus est autem Pontifex in narratiua dictæ Bullæ opinionem, quæ à supplicantibus pro vera narrabatur, non quæ vera esset, vt patet ex forma verborum dictæ Bullæ, dum ait, *præsertim quia corpus dicti Sancti ipsius Ordinis fundatoris, in quadam Ecclesia Papiensi dicti Ordinis venerabiliter, prout decet, reconditum existit.* hæc enim opinio quantumcunque à venerandis Eremitis pro vera venditetur, falsissima est, vt in fine huius libri ex authenticis scriptis probabitur: illa enim Ecclesia, in qua reliquiæ Diui Augustini apud Papiam conditæ

suc-

fuerunt, à primaria fundatione Clericorum Canonicorum extitit, etiam antequam dictæ Reliquiæ illuc à Rege Luitprando translatæ fuissent, qui in illa vsque in hanc diem perseuerant: & licet Ioannes XXII. venerab. Eremitis concesserit, vt simul cum Canonicis diuina officia celebrare possent in eadem Ecclesia, ac etiam iuxta illam Monasterium suis sumptibus, & soluto pretio ædificare, non tamen dominium ipsius Ecclesiæ à Canonicis ablatum ad Eremitas transtulit, vt illi semper fingunt: quinimò omnia antiqua iura, & priuilegia ipsis Canonicis expresè reseruauit, vt ex eius literis infra adducendis patebit. Potest quoque testimonium Martini V. ex dicta Bulla acceptum sic exponi, vt B. Augustinus dicatur fundator Ordinis Eremitarum non immediatus, sed mediatus, quatenus scilicet Regulam condidit, cui Ordo Eremitarum nititur, Apostolica largitate illi concessam, vt supra dictum fuit.

V. TErtium testimonium sumitur ex literis Ioannis Papæ XXII. per quas concessit ven. Eremitis, vt in Ecclesia D. Petri in cœlo aureo Papiæ simul cum Canonicis Regularibus diuina officia, & missas dicere, & monasterium iuxta dictam Ecclesiam soluto pretio fundi existruere valerent, in quibus quidem literis causam eiusmodi concessionis talem reddit: *Quatenus nobis tanquam membra suo capiti, filij Patri, Magistro discipuli, & deuotionis ardentes, Deo, & ipsi sancto, autoritate fulti Apostolica præcordialibus subijcient, vbi & præceptoris eorum, Patris, & capitis Augustini nouerint reliquias esse sepultas.*

Respondeo hæc verba non eius esse ponderis, vt nonnulli putant, sed infirmissimum argumentū esse, quod ex illis desumitur, non solùm propter rationem iam allatam, quia verba narratiua sunt, & non dispositiua, sed quòd ad illa omnia plenissimè verificanda sufficit, quod ipsi Eremitæ, Regula, & titulo B. Augustini ex largitate Apostolica fuerint donati, nam & Monachi siue Eremitæ B. Hieronymi nuncupati, se ipsius D. Hieronymi filios, discipulos, & milites vocant, & Beatum Hieronymum parentem, Magistrum, ac Ducem agnoscunt, venerantur, implorant: similiter Monachi Vallis Vmbrosæ, Camaldulenses, Cistercienses, Syluestrini, & alij de D. Benedicto Monachorum Occidentalium Patriarcha loquuntur, quin & summi Pontifices ipsum D. Benedictum in suis Bullis, & Priuilegijs illorum Patrem, Magistrum, ac Ducem vocant: nec idcirco aut illi se à D. Hieronymo, vel D. Benedicto immediatè institutos iactitant, nec eos Pontifices pro talibus agnoscūt. Omitto assertiones, quæ vigore dictæ Bullæ in vulgus imperitum funduntur, de quibus inferiùs, illam ex integro reddemus.

VI. QVartum testimonium sumitur ex quibusdā literis Sixti IV. datis die 10. Martij an. 1479. in quibus inter alia habet: *Dudum attentè reuoluimus, quod inter vniuersos intemerata Ecclesiæ Doctores*

fuerunt, à primaria fundatione Clericorum Canonicorum extitit, etiam antequam dictæ Reliquiæ illuc à Rege Luitprando translatæ fuissent, qui in illa vsque in hanc diem perseuerant: & licet Ioannes XXII. venerab. Eremitis concesserit, vt simul cum Canonicis diuina officia celebrare possent in eadem Ecclesia, ac etiam iuxta illam Monasterium suis sumptibus, & soluto pretio ædificare, non tamen dominium ipsius Ecclesiæ à Canonicis ablatum ad Eremitas transtulit, vt illi semper fingunt: quinimò omnia antiqua iura, & priuilegia ipsis Canonicis expresè reseruauit, vt ex eius literis infra adducendis patebit. Potest quoque testimonium Martini V. ex dicta Bulla acceptum sic exponi, vt B. Augustinus dicatur fundator Ordinis Eremitarum non immediatus, sed mediatus, quatenus scilicet Regulam condidit, cui Ordo Eremitarum nititur, Apostolica largitate illi concessam, vt supra dictum fuit.

V. TErtium testimonium sumitur ex literis Ioannis Papæ XXII. per quas concessit ven. Eremitis, vt in Ecclesia D. Petri in cœlo aureo Papiæ simul cum Canonicis Regularibus diuina officia, & missas dicere, & monasterium iuxta dictam Ecclesiam soluto pretio fundi exstruere valerent, in quibus quidem literis causam eiusmodi concessionis talem reddit: *Quatenus mihi tanquam membra suo capiti, filij Patri, Magistro discipuli, & ducimilites obtinentes, Deo, & ipsi sancto, autoritate sulti Apostolica præcordialibus iubilent, vbi & præceptoris eorum, Patris, & capitis Augustini nouerint reliquias esse sepultas.*

Respondeo hæc verba non eius esse ponderis, vt nonnulli putant, sed infirmissimum argumentū esse, quod ex illis desumitur, non solum propter rationem iam allatam, quia verba narratiua sunt, & non dispositiua, sed quòd ad illa omnia plenissimè verificanda sufficit, quod ipsi Eremitæ, Regula, & titulo B. Augustini ex largitate Apostolica fuerint donati, nam & Monachi siue Eremitæ B. Hieronymi nuncupati, se ipsius D. Hieronymi filios, discipulos, & milites vocant, & Beatum Hieronymum parentem, Magistrum, ac Ducem agnoscunt, venerantur, implorant: similiter Monachi Vallis Vmbrosæ, Camaldulenses, Cisterciences, Sylueſtrini, & alij de D. Benedicto Monachorum Occidentalium Patriarcha loquuntur, quin & summi Pontifices ipsum D. Benedictum in suis Bullis, & Priuilegijs illorum Patrem, Magistrum, ac Ducem vocant: nec idcirco aut illi se à D. Hieronymo, vel D. Benedicto immediatè institutos iactitant, nec eos Pontifices pro talibus agnoscūt. Omitto assertiones, quæ vigore dictæ Bullæ in vulgus imperitum funduntur, de quibus inferiùs, illam ex integro reddemus.

VI. QVartum testimonium sumitur ex quibusdā literis Sixti IV. datis die 10. Martij an. 1479. in quibus inter alia habet: *Dudum attentè reuoluimus, quod inter vniuersos intemerata Ecclesia Doctores præcipuum locum beatissimus Aurelius Augustinus subtilissimus Euangeliorum & sacrarum literarū perscrutator &c. & inter cætera Ordinis Eremitarum eius plantator, & præfatus institutor extitit, rationi, & iuri congruum censemus etiam nullis petitionibus pulsati, vt Ecclesia, & loca in eiusdem præcipui sanctissimi Doctoris honorem erecta, & construcla temporale pariter, & spirituale incrementum suscipiant.*

Quintum sumitur ex literis Alexandri VI. dat. 9. Mart. 1496. in quibus hæc habentur: *Ad sacrum Ordinem Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quem gloriosus ipse Doctor egregius in agro dominico plantauit.*

Sextum ex literis Leonis X. datis die 10. Martij 1513. in quibus Generali eiusdem Ordinis scribens, vocat B. Augustinum dicti Ordinis fundatorem, seu institutorem. Eodem modo loquitur Gregorius Tertiusdecimus in quadam Bulla concessionis Indulgentiarum Ecclesijs dicti Ordinis.

Verùm ad hæc omnia respondetur, Verba Pontificum in dictis literis esse narratiua, quæ pronuntur ab ijs, qui ipsis Pontificibus à secretis inseruiunt, prout melius congruere videtur, & in quibus non semper opiniones certæ, ac exploratæ, sed vel probabiles, vel quæ pro talibus habentur, attendi solent, vel quæ pro veris à supplicantibus narrantur, quibus quoniam aliæ literæ Gregorij IX. Innocentij IV. & Alexandri IV. non per verba narratiua, sed dispositiua manifestè contradicunt, dum testantur dictum Ordinem Eremitarum ex varijs Eremitarum Congregationibus priùs sine certa regula, titulo, & habitu institutis, & postea per Apostolicam concessionem habitu, regula, & titulo Eremitarum D. Augustini donatis, conflatum sub vno capite, & vna forma habitus à Sede Apostolica illi præscripto, quin etiam ante Innocentium III. nullum diploma pontificium, nullum Concilium, nullus Canon, & nullus Autor certus, & idoneus, etiam ipsis Eremitis vltrò fatētibus, de hoc ordine est locutus. Ob hanc causam dicimus, per huiusmodi narrationes non sufficiēter illorum intentum probari, qui ex illis deducūt Ordinem Eremitarum à D. Augustino immediatè fuisse institutum: & si quid probant, ad summum probare, illum fuisse institutum à D. Augustino mediatè per traditionem Regulæ, non autem immediatè.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

Quintum argumentum soluitur, & testimonium Abbatis Ioachimi minus idoneum esse comprobatur.

Postre-

1. POstremum argumentum ex ijs, quæ ad istud prædicamentum attinent, sumitur ab autoritate Doctorum, qui conceptis verbis affirmant, B. Augustinum Eremitici Ordinis autorem, & fundatorem extitisse. hos recenset Marquez cap. 20. §. 5. Primum Breuiarium Romanum in officio D. Augustini lectione quarta, vbi dicit D. Augustinum in Ciuitate Hipponensi monasterium Religiosorum fundasse, & cum illis vixisse, qui non erant Canonici, tum quia Canonicos nonnisi factus Episcopus instituit: tum quia illos vocat fratres, quod nomen Canonicis non conuenit, cæterum id verum non esse lib. 2. ostendemus. Secundum est Breuiarium Ecclesiæ Bracarensis, in quo hæc verba habentur in officio D. Augustini lectione 8. & 9. *Augustinus cum fratribus suis Carthaginem aduenisset, patrimonium pauperibus erogauit, & in hortulo monasterio extructo secundū Regulam ab Apostolis institutam viuere cœpit. Deinde in Hipponensi Ecclesia licet inuitus Episcopus promotus, quadraginta annos superuixit, vbi & monasterium Canonicorum instituit.* Verùm Ecclesia Bracarensis nō est tantæ certitudinis, vt non potuerit errare: nam illa historia ferè tota ex superius dictis manifestè falsa esse conuincitur, & non dubito quin Illustrissimi illius Ecclesiæ Præsules, & sapientissimi Canonici, & Clerici, si hæc nostra viderint, illico errorem non sint emendaturi. Tertium est testimonium Abbatis Ioachimi in suo introductorio ad librum Apocalypsis, in quo fatetur B. Augustinū ante Canonicos Regulares, Eremitas instituisse, cuius calamum, inquit Marquez, ob summam illius autoritatem solum contra viginti stare, tum quod sit antiquus autor ante Concilium Lateranense tum quod spiritu prophetiæ à Deo donatus fuerit. vt graues autores asserunt, ac inter illos D. Antoninus tit. 17. c. 1. §. 12. Quartum est testimonium B. Henrici de Vrimaria, Quintum B. Iordani de Saxonia, quibus B. Antoninum addit tit. 24. c. 14. Ferdinandum Hispanum, Franciscum Petrarcham, Iacobum Philippum Bergomensem, Onuphrium Panuinum, Stephanum Garibay, & alios inferioris notæ.

Verùm quia plerique illorum sunt fratres Eremitæ, quibus etsi fide dignissimis, in hoc fidem adhibere non cogimur, D. verò Antoninus, quæ ibi de Ordine Eremitarum scribit, à quodam Religioso dicti Ordinis accepisse fatetur, quem cum suo Propheta Ioachimo in articulo, de quo nunc agimus, reijcit, Petrarcha verò. & si qui sunt alij, posteriores sunt, & fidem non faciunt. Superest vt solùm Abbatis Ioachimi testimonium expendamus, ac videamus, an fortè Goliath ab Orco reuocatus fuerit. tantas vires habens, vt vnus contra viginti meritò stare possit. Igitur quod attinet ad testimonium huius autoris, ante omnia ostendendum erat, illum de isto, qui nunc Eremitarum S. Augustini nuncupatur, Ordine locutum: nam ipsius verba nec D. Augustini, neque verò Ordinis ab Augustino instituti vllam prorsus mentionem habent, verba Ioachimi sunt: *Surget Ordo, qui videtur nouus & non est indutus nigro vestibus, & dissoluens bis crescent, & fama eorum diuulgabitur, & prædicabunt fidem, quam & defendent vsque ad mundi consummationem, & in spiritu Eliæ Prophetæ. Qui Ordo Eremitarum æmulantium vitam angelorum, quorum vita erit quasi ignis ardens in amore, & zelo Dei ad exurendum tribulos, & spinas &c.* Hæc verba de Augustino nihil omnino, sed neque de Ordine Eremitarum, qui nunc est necessariò intelligi debent, quis enim scit, an hæc prophetia v quem hanc dē impleta fuerit? nec vis facienda est in zona, aut in nomine Eremitarum: nam omnes Monachi olim cingulum pellicem ferebant, & Eremitæ vocabantur, & fortè monachus de monachis, non de Eremitis Augustinensibus prophetare cupiebat. potuit etiam de Eremitis Gulielmitis, aut Iambonitis loqui, post quos exortos prophetauit, cum vixerit paulò ante Concilium Lateranense, circa annum 1200. vt ex Bellarmino, D. Antonino, & Sixto Senensi in bibliotheca habemus. Atinquit, quod surget Ordo, qui videtur nouus, & non est, sed quid tum? num quia non est nouus necesse est illum ab Augustino fundatum? At saltem constare ante Concilium Lateranense institutum. Respondeo, constat Ordinem Eremitarū in genere fuisse ante Concilium Lateranense institutum, longe ante Concilium Lateranense institutum, constat etiam Ordines D. Gulielmi, & fratris Ioannis Boni paulò ante dictum Concilium institutos: nec tamen sequitur, ante dictum Concilium fuisse institutum ordinem, qui nunc dicitur Eremitarum D. Augustini.

AN verò inter Prophetas ipsum Ioachimum censere meritò possimus, referam, quid de illo viri docti, & cum primis eruditi, & graues scribant: quoniam in re tanti momenti de meo aliquid dicere non audeo. D. Antoninus, quem Marquez cap. 20. §. 1. numerat inter autores, qui Abbatem Ioachimum, vt veridicum Prophetam sectantur, ac venerantur, in 2 par. tit 17 cap. 1. §. 12. hæc de illo scripta reliquit, Vincentij Beluacensis iudicium suo more secutus. *Eo tempore Abbas Ioachim venit de Calabria partibus ad istum Vrbanum Papam morantem tunc apud Veronam, de quo Ioachim ferebat, quod cum prius non multum ab homine Doctore diligeret, donum intelligentiæ diuinitus accepit à Deo, vt secundū, ac diserte quæstibet diuinarum scripturarum difficultates, vel obscuritates enodaret. Dicebat itaq; mysteria quædam Apocalypsis hactenus latuisse, sed nunc in spiritu prophetiæ clarescere. sicut ex opusculo, quod scripsit, legentibus liquet, & infra. illud verò in libello præ cæteris notabile, & spectatum habetur, quod mundus definit terminum, quem infra duas generationes. quæ secundum ipsum faciunt annos sexaginta, arbitratur resplendum. fertur quoque multa scripsisse, librosque suos Domino Papæ corrigendos obtulisse: nam & in quibus-*

errasse dicitur, vt parebat in sequentibus textus, & tamen ea multa de futuris referata fuisse referuntur: vnde & postea duobus Regibus Francie scilicet, & Anglie, in mente tenentibus apud Messanam Siciliæ Vrbem hyemantibus idem Abbas vocatus dixit, nondum liberationis Ierusalem aduenisse tempus. Super ijs autem, quæ scripsit de futuris temporibus, nos verum incertarum præsagium relinquere conuenit iudicio posterorum. Hæc Vincentius. Sed adde, quod dicit D. Thomas in 4. quod quicunque locuti sunt de fine mundi, determinando certum tempus huius reperiuntur esse falsiloqui, & deinceps ettam inuenientur hoc determinantes. Vnde Augustinus de Ciuitate Dei super illud actor. 1. quod Christus dixit Apostolis: Non est vestrū nosce tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, inquit: his resoluit digitos omnium de hac re calculantium & eos quæ fiere vetuit. Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Ioachimo: *Circumferuntur*, inquit, *quædam vaticinia sub eius nomine de futuris Pontificibus Romanis, quæ quam fidem mereantur, aliorum sit iudicium. Illud mirum est, quod cum ea vaticinia ad solos quamdecim Pontifices pertinent, tamen curiositas nonnullos ad nostra vsque tempora extendere illa conatur.*

Cardinalis Baronius sub anno 1164. tom. 12. de Petro Lombardo loquens ait: *Passus est etiam accusatorem Ioachimum Abbatem Monasterij Floren sis: sed tamen ipse accusator in Concilio Romano sub Innocentio Tertio*, Damnatio verò illius refertur in c. Damnamus de Sūma Trinitate, & Fide Catholica in hūc modum: *Damnamus ergo, & reprobamus libellum, seu tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de vnitate, seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum, & insanum, pro eo quod in sua dixit sententia, quoniam quædam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & illa non est generans, neque genita, neque procedens, vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem asserebat in Deo &c. Nos autem sacro approbante Concilio credimus, & confitemur cum Petro, quod vna quædam summa res est incomprehensibilis, & ineffabilis, quæ vere est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus &c. Si quis igitur sententiam, & doctrinam prædicti Ioachimi in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus habeatur.*

Alphonsus à Castro aduersus hæreses in verbo, Apostoli, hær. 51. inquit: *De Apostolis, cuiuscunque vitæ fuerint, & conditionis aliqua sunt exorta hæreses, quarum vna est, quæ asserit Apostolos non prædicasse Euangelium Christi iuxta spiritualem intelligentiam, sed tantum secundum literam. Hic est error Abbatis Ioachimi, & Petri Ioannis, vt illi impingit Guido Carmelita. Hic Ioachim ex Calabria oriundus fuit, monachusque Ordinis Sancti Benedicti, atque in Florensi Cœnobio eiusdem Ordinis Abbas. Hic multa scripsit, in quibus, meo iudicio, suum leue ingenium ostendit, quoniam in omnibus fere libris suis, vt se futurorum præscium ostenderet, confuse miscere prognostica, quod maximæ leuitatis, & gloriæ cupiditatis indicium est: maximè cum alter se in*

errasse dicitur, vt patebit in sequenti titulo; & tamen ei multa de futuro referata fuisse referuntur: vnde & postea duobus Regibus Franciæ scilicet, & Angliæ, in itinere transmarino apud Messanam Siciliæ Vrbem hyemantibus, idem Abbas voce dixit, nondum liberationis Ierusalem aduenisse tempus. Super ijs autem, quæ scripsit de futuris temporibus, nos rerum incertarum præsagium relinquere conuenit iudicio posterorum. Hæc Vincentius. Sed adde, quod dicit D. Thomas in 4. quod quicunque locuti sunt de fine mundi, determinando certum tempus, huius reuincuntur esse falsiloqui, & deinceps etiam inueniuntur hoc determinantes. Vnde Augustinus de Ciuitate Dei super illud actor. 1. quod Christus dixit Apostolis: Non est vestrũ nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, inquit: hic resoluit digitos omnium de hac re calculantium & eos quiescere iubet. Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Ioachimo: Circumferuntur, inquit, quædam vaticinia sub eius nomine de futuris Pontificibus Romanis, quæ quam fidem mereantur, aliorum sit iudicium. Illud mirum est, quod cum ea vaticinia ad solos quindecim Pontifices pertineant, tamen curiositas hominum ad nostra vsque tempora extendere illa conatur.

Cardinalis Baronius sub anno 1164. tom. 12. de Petro Lombardo loquens ait: Passus est etiam accusatorem Ioachimum Abbatem Monasterij Florensis: sed tamen ipse accusatus in Concilio Romano sub Innocentio Tertio. Damnatio verò illius refertur in c. Damnamus de Sũma Trinitate, & Fide Catholica in hũc modum: Damnamus ergo, & reprobamus libellum, seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de vnitate, seu essentia Trinitatis, appellantes ipsum hæreticum, & insanum, propter quod in suo dixit sententys, quoniam quædam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & illa non est generans, neque genita, neque procedens, vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo &c. Nos autem sacro approbante Concilio credimus, & confitemur cum Petro, quod vna quædam summa res est incomprehensibilis, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus &c. Si quis igitur sententiam, & doctrinam prædicti Ioachimi in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur.

Alphonsus à Castro aduersus hæreses in verbo, Apostoli, hæresi 11. inquit: De Apostolo, cuiuscunque vitæ fuerit, & conditionis aliqua sunt exorta hæreses, quarum vna est, quæ asserit Apostolos non prædicasse Euangelium Christi iuxta spiritualem intelligentiam, sed tantum secundum literam. Hic est error Abbatis Ioachimi, & Petri Ioannis, vt illis impingit Guido Carmelita. Hic Ioachim ex Calabria oriundus fuit, monachusque Ordinis Sancti Benedicti, atque in Florensi Cœnobio eiusdem Ordinis Abbas. Hic multa scripsit, in quibus, meo iudicio, suum leue ingenium ostendit, quoniam in omnibus fere libris suis, vt se futurorum præscium ostenderet, consuescit miscere prognostica, quod maxime leuitatis, & gloriæ cupiditatis indicium est: maximè cum alter se in posterum res habuit, quam ipse prædixit. Nam vt de cæteris taceam, Fridericum Imperatorem hostem Ecclesiæ futurum sic ut fortè somniauerat, prædixit, quem omnes historiæ tradunt, vsque ad mortem in pace, & tranquillitate Ecclesiæ permansisse. Claruit sub Alexandro Tertio huius nominis Pontifice, & Henrico Sexto Imperatore. Quod autem ad præsens dogma spectat, de quo nunc fit mentio, in eius scriptis, quæ legi, non reperi: sed tantùm à Guidone Carmelita eum inuenio de hac re notatum, de qua re valde miror, quoniam cum in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio celebrato condemnatus sit quidam alius error huius Abbatis Ioachimi, de quo postea dicemus, mirandum est, quòd nullus alterius erroris Concilium illud fecerit mentionem, cum tamen plures alios errores habuerit, quemadmodum illi impingit Guido. Verùm possibile fuit, errores illos tunc sic latuisse, vt in aures Concilij non deuenerint. Quare fidamus in hac parte Guidoni. Hic ergo Ioachim inter cæteras fabulas, quas populo Christiano ingerere voluit, has est vna, qua dixit tres hominis status, primus status est, in quo homines secundum statum carnis vixerunt, quem statum ab Adam perduxit vsque ad Christum, secundus status est, in quo mediam inter carnem, & spiritum, vitam homines duxerunt: & hunc statum a Christo vsque ad D. Benedictum protendit. Tertius status est, in quo viuitur (vt dicit) & viuetur secundum spiritum, & hic status protenditur à Ottone Benedicto vsque ad finem mundi, &c. Hæc ille. Ex quibus, & alijs superiùs dictis videas, quanti faciendus sit hic nouus Propheta, quem Marquez vti militem adeò strenuum producit, vt contra viginti armatos solus stare possit. Eadem ferè censura illum notat Abbas Trithemius in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM.

De fragmento asserta historia Lucij Dextri Sancti Paciani filij Iudicium.

I. INter secundi, ac etiam tertij generis argumenta, quibus Marquez originem sui instituti ad tempora B. Augustini perducere, & in ipsum Augustinum refundere nititur, non exigui momenti illud esse videtur, quod testimonio asserta cuiusdam historiæ sub nomine Flauij Lucij Dextri apud Hispanos paucis abhinc annis vulgatæ, & per Marcum Maximum Cæsaraugustanum Episcopum continuatæ, & tandem per Eutrandum, alias Luitprandum Ticinensem Diaconum productæ nititur, de quibus idem Ioannes Marquez cap. 10. §. 4 ita scribit: Et quia ad antiquiora Religionis nostræ vestigia probanda, horum autorum testimonio vti necessarium erit,

qui magna lumina ad obscuritatem ob temporu antiquitatem obfusam tollendam, extiterunt, ostendam prius, quinam illi sint, & quantæ sint autoritatis: ne quis illorum testimonia fingere me arbitretur, quod de Beroso Aniano historicorum fabella dicitur, sicut Melchior Canus in suis locis Theologicis scribit Hi autores vetustissimi sunt, &c. Eapropter priùs quam ad vlteriora gradum faciamus, necessarium fore duxi, quid de veritate prædictæ historiæ nonnulli eum primis docti senserint, ac etiam quid ipse sentiam, breuiter indicare, cuius exemplum magna diligẽtia quæsitum tandem obtulit perillustris, & excellentissimus Doctor Sacræ Theologiæ Dominus Ioannes Salasmalo antiquissimæ, & per totas Hispanias præclarissimæ Ecclesiæ Diuæ Mariæ de Columna, vulgo de Pilari nuncupatæ, Regularis Canonicus Ordinis S. Augustini. Qui quidem liber Cæsaraugustæ recens editus fuit anno 1619. zelo, & labore admodum R. Patris Fratris Ioannis Caldaron ex familia S. Francisci sub hoc titulo: *Fragmentum Chronici, siue omnimoda historiæ Flauij Lucij Dextri Barcinonensis, cum Chronico Marci Maximi, & additionibus S. Braulionis, ac etiam Helecæ Episcoporum Cæsaraugustanorum, ad perillustrem R. D. Petrum de Molina Priorem, & Canonicum Granatensis Ecclesiæ.*

II. QVæ circa hanc historiam ab alijs scribuntur, tam multa sunt, vt si ea transcribenda foret, integrum librum explerent. Verùm quòd breuitati consulam, per summam prius id recensebo, de quo apud omnes conuenit: ac deinde in quibus scribentes circa eandem historiam à se inuicem discrepent. Consentiunt omnes Dextrum S. Paciani filium omnimodam historiam D. Hieronymo nuncupatam scripsisse, id namque Hieronymus ipse in lib. de Viris Illustribus ad finem fatetur. *Dexter*, inquit, *Pacani, de quo supra dixi, filius, clarus apud seculum & Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam nec dum legi.* Hic Dexter ille ipse est, cui vicissim Hieronymus suum librum de Viris illustribus nuncupauit, vt ipsius libri initium monstrat: *Hortatu Dexter, vt tranquillum sequens Ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram.* Fuit enim ipsi Hieronymo amicitia iunctissimus, vt idem Hieronymus in secunda Apologia contra Ruffinum his verbis testatur: *Vnde etiam ante annos fermè decem cum Dexter amicus meus, qui Præfecturam administrauit Prætorij, me rogasset, vt autorum nostræ Religionis eis indicem texerem.* ex quibus verbis habes, etiam hunc Dextrum illum esse, cui Hieronymus ipsum librum de Viris illustribus scripsit. De historia quoque à Marco Maximo Cæsaraugustano continuata, habemus testimoniũ S. Isidori Hispalensis in lib. de Viris illustribus, vt numerosissimam cæteram recentiorum autorum omittamus.

III. VErùm discrepant scribentes circa easdem historias multipliciter. Primò, quia nonnulli Lucij Dextri historiam iniuria temporum deperditam affirmant. Ita Baronius tom. 4. sub an. 392. nu. 36. Alij etsi eam deperditam non omnino asserant, tamen de fide horum fragmentorum, quæ modò præ manibus multorum sunt, non parum dubitant, vt D. Ioannes Perez Episcopus Segorbiensis, & autor Conuenientiæ Monarchiarum Dominicarum, & alij quos refert Didacus Morillo in Præfatione ad librum de Fundatione Sacelli B. Mariæ Virginis de Pilari nuncupatæ pag. 3. Alij tandem ferè omnes horum temporum autores apud Hispanos extare dictam historiam, eamque probatam, & veridicam esse, & pro tali habendam constantissimè fatentur. Aiunt enim illam dictam consilio ex vniuersali diluuio Saracenorum, quo omnes ferè Hispaniarum Ecclesias vastauit, in partibus Alemaniæ apud nobile, ac vetustum Cœnobium Fuldense, quasi miraculo seruatam. Quæ verò eam illò transtulerit, Eutrandus Diaconus Ticinensis in epistola ad Regimundum Episcopum Illiberitanum, quæ in limine ipsorum fragmentorum habetur, putat illam cum alijs multis libris in Fuldensi Bibliotheca à se repertis iussu Caroli Magni ex Hispanijs eò allatam. Alij suspicantur, aliquem Monachum tempore deuastationis Hispaniarum per Saracenos factæ ex Hispania profugum, illam secum tulisse. vtcunque fuerit, conueniunt, qui pro vera illam nobis venditat, eam vsque ad hæc ferè tempora in Fuldensi bibliotheca literis Gothicis seruatam, quibus temporibus scribit Licentiatus Escularius lib. 2. Historiarum Valentiæ cap. 1. cum Cardinalis Baronius iudicem vniuersalem omnium autorum, tam mortuorum, quàm mortuorum agere voluisset, hos duos vetustissimos historicos, scilicet Dextrum & Marcum Maximum, veluti Enoch, & Eliam in extremis mundi seruatos, è cœlis ad testimonium veritati reddendum in terram venisse.

POrro quis horum fragmentorum primus post tot annos, quibus latuerant, inuentor extiterit, cuius ope in Hispanias tandem postliminio repedauerint, non est vna, sed multiplex de hac re scribentium sententia: nam alij asserunt circa annum 860. per Eutrandum, seu Luitprandum Diaconum Ticinensem tunc temporis apud Fuldam exulantem, rogante Regimundo Episcopo Illiberitano postliminio restituta. Ita enim præfert epistola sub nomine ipsius Eutrandi impressa statim in limine dictorum fragmentorum. Alij non ante hoc nostrum seculum dicta fragmenta inter Hispanos visa esse contendunt, primumque illorum inuentorem, aut saltem autorem, cuius opera ad notitiam Hispanorum deuenerunt, fuisse R. P. Thomam Torralbam Societatis Iesv, qui cum Vormaciæ degens, illa in Bibliotheca Fuldensi reperisset, exscribenda curauit, & in Hispaniam R. P. Hieronymo Romano de la Higuera eiusdem Societatis rerum antiquarum indagatori exquisitissimo misisse, vt Ioannes Calderon in Præfatione, quam

ne, quam dictis fragmentis nuper impressis præmisit: etsi non neget, Eutrandum Ticinensem illorum exemplum longe antea Regimundo Illiberitano Episcopo misisse. Rursus alij scribunt, Patrem Torralbam autographum, ex quo exemplum in Hispanias missum exscripsit, non in Fuldensi Bibliotheca, sed apud quendam, qui ex eadem Bibliotheca illud abstulisse confessus fuerat, adinuenisse. Ita Didacus Morillo dicta præfatione pagina secunda. Alij inter quos idem Ioannes Calderon ad finem libelli dictorum fragmentorum pagina decimatertia, volunt Illustrissimum D. fratrem Augustinum à Iesu Archiepiscopum Bracarensem, cum esset Generalis Ordinis Eremitarum, & in Germania monasteria sui Ordinis visitaret, inuenisse ibi historiam Flauij L. Dextri, duo illius exempla extrahi fecisse, ac in Hispanias tulisse. Alterum Catholicæ Maiestati Philippi Secundi Regis velut quendam thesaurum pretiosum obtulisse, ac ab ipso Rege acceptum, & custoditum, altero verò sibi reseruato, ex quo orta est notitia habita hucusque de Flauio L. Dextro, & Marco Maximo in Regno Portugalensi, & in ordine Sancti Patris Augustini ab illo tempore vsque nunc. Quam sententiam exsibilat Gaspar Albarez de Losada Machado in Defensorio Lectionarij antiqui Seguntinæ Ecclesiæ pro officio proprio Sanctæ Liberatæ, cuius corpus imbi requiescit, Illustrissimis DD. Cardinalibus Congregationis Sacrorum Rituum præsentando, in quo inter alia sic scribit: *Quod verò de Dominio Augustino à Iesu asserit, reperisse scilicet ab illo primum in Germania Dextrum, indeque duas extraxisse copias, alterum quarum sibi reseruauit, altera Philippo Secundo Regi Catholico donata, tam à vero abest, quod ipse Illustrissima Archiepiscopus nullam de Dextro notitiam habuisset, nisi ego illi sacras Patru Higuera ad me missas ostenderem, quibus de Sanctis Hasilco, & Ouidio secundo, & tertio Episcopis suæ sedumentio fiebat. Hic enim ab eo perlectis rogauit prædictum Higueram Placentiæ tunc commorantem, vt sibi, quid Dexter de illo diceret, Sanctis Pontificibus quàm citò mitteret, quod & factum est, & extractum ipsum ab Alphonso Munoz Hurtado Notario Apostolico & Regio subsignatum fuit die 13. Septembris anno 1602. quod honoris causa Archiepiscopus in Archiuio suo reponi fecit.* hæc ille. Demum Licentiatus Gaspar Escularius loco, & lib. citato cap. 2. concludit, constare fide dignis testibus, dicta fragmenta seu historias Dextri, & Maximi ante annos 250. extitisse in Hispanijs, in Bibliotheca D. Petri de Pechia Episcopi Giaen. literis Gothicis in pergameno scriptas, necnon apud Archidiaconum Laurentium de Padilla Imperatoris Caroli V. Chronistam.

V. TErtiò discordant autores in legitimis huius historiæ exemplis à spurijs, aut deprauatis, & illegitimis secernendis, & decernendis. Scien-

ne, quam dictis fragmentis nuper impressis præmiserit: si non neget, Eutrandum Ticinensem illorum exemplum longe antea Regimundo Illiberitano Episcopo misisse. Rursus alij scribunt, Patrem Torralbam autographum, ex quo exemplum in Hispanias missum exscripsit, non in Fuldensi Bibliotheca, sed apud quendam, qui ex eadem Bibliotheca illud abstulisse confessus fuerat, adinuenisse. Ita Didacus Morillo dicta præfatione pagina secunda. Alij inter quos idem Ioannes Calderon ad finem libelli dictorum fragmentorum pagina decimatertia, volunt Illustrissimum D. fratrem Augustinum à Iesu Archiepiscopum Bracarensem, cum esset Generalis Ordinis Eremitarum, & in Germania monasteria sui Ordinis visitaret, inuenisse ibi historiam Flauij L. Dextri, duo illius exempla extrahi fecisse, ac in Hispanias tulisse. Alterum Catholicæ Maiestati Philippi Secundi Regis velut quendam thesaurum pretiosum obtulisse, ac ab ipso Rege acceptum, & custoditum, altero verò sibi reseruato, ex quo orta est notitia habita hucusque de Flauio L. Dextro, & Marco Maximo in Regno Portugalensi, & in ordine Sancti Patris Augustini ab illo tempore vsque nunc. Quam sententiam exsibilat Gaspar Albarez de Losada Machado in Defensorio Lectionarij antiqui Seguntinæ Ecclesiæ pro officio proprio Sanctæ Liberatæ, cuius corpus inibi requiescit, Illustrissimis DD. Cardinalibus Congregationis Sacrorum Rituum præsentando, in quo inter alia sic scribit: *Quod vero de Domino Augustino à Iesu asserit, repertum scilicet ab illo primum in Germania Dextrum, indeque duas extraxisse copias, alterum quarum sibi reseruauit, altera Philippo Secundo Regi Catholico donata, tam à vero abest, quod ipse Illustrissimus Archiepiscopus nullam de Dextro notitiam habuisset, nisi ego illi lucras Patrum lignera ad me missas ostenderem, quibus de Sanctis Basilio, & Ouidio secundo, & tertio Episcopis suæ sedi assensio fiebat. Hu enim ab eo perlectis rogauit prædictum Higueram Placentia tunc commorantem, vt sibi, quid Dexter de illa diceret, Sanctis Pontificibus quàm citò mitteret, quod & factum est, & extractum ipsum ab Alphonso Munoz Hurtado Notario Apostolico, & Regio subsignatum fuit die 13. Septembris anno 1602. quod honoris causa Archiepiscopus in Archiuio suo repositum fecit.* hæc ille. Demum Licentiatus Gaspar Escalanus loco, & lib. citato cap. 2. concludit, constare fide dignis testibus, dicta fragmenta seu historias Dextri, & Maximi ante annos 250. extitisse in Hispanijs, in Bibliotheca D. Petri de Pechia Episcopi Giaen. literis Gothicis in pergameno scriptas, necnon apud Archidiaconum Laurentium de Padilla Imperatoris Caroli V. Chronistam.

V. TErtiò discordant autores in legitimis huius historiæ exemplis à spurijs, aut deprauatis, & illegitimis secernendis, & decernendis. Sciendum enim est, huius historiæ non vnum, sed duplex, aut fortassis etiam triplex exemplum apud Hispanos haberi, adeo inter se diuersa, & contraria, vt non solum in progressu historiæ, sed etiam in nomine autoris illius discordent. horum exemplorum vnum est, quo Ioannes Marquez vtitur in suo libro de Origine fratrum Eremitarum, alterum quod Ioannes Calderon ex familia Diui Francisci Cæsaraugustæ anno 1619. typis edendum curauit, quod solum integrum videre potui, nam alterum à Marquez allegatum solum apud illum vidi. Hæc duo exempla si ad inuicem conferas, mirum erat si non rideas, aut forsan excandescas. Primò namque si nomen autoris quæras, autor libri quo Marquez vtitur, vocatur ab illo Marcus Flauius Dexter dicto §. 4. pagina 140. columna prima in principio. Verum autor libri, quem Ioannes Calderon imprimendum curauit, Flauius Lucius Dexter nuncupatur. Rursus fatetur Marquez capite vndecimo in principio post suum Licentiatum Gasparum Escalanum, exempla historiæ Dextri, quæ communiter apud Hispanos habentur, non esse integra, sed compendia quædam ab integra historia extracta, quæ totam historiam non complectuntur: quia verisimillimum est, eam quam Dexter exarauit, copiosissimam extitisse, quandoquidem Diuus Hieronymus de illa scripsit: *Fertur ad me omnimodam historiam texuisse.* At è contrario Ioannes Calderon in Præfatione ait: *Et ne sicut Diuus Ioannes Perez Episcopus Segorbiensis decipiatur, vagatur quædam Chronici Lucij Dextri abbreuiatio, quæ potius dicetur corruptio, vbi nonnulla, & veritati, & grauitati eius historiæ inueniuntur, & contraria. & indigna: ob id enim malui hæc Lucij Dextri, Marci Maximi, sancti Braulionis, & Heleæ opera non vestita, sed nuda nunc in lucem prodere, vt ab omnibus cognita, si non aliquis ante, induam illa.* Tertiò, in libro, quo Marquez vtitur, eodem tradente loco proximè citato ita legimus. *Anno ab Vrbe condita 1176. id est anno Christi nati 424. Sigibultus ad Africam contra Bonifacium se præparat. In Gallijs Exuperantius Præfectus à militibus occiditur. Muro Carthago circundatur, qua ex tempore Romanorum, ne rebellioni esset, munimento murorum non est permissa vallari. Aetius Gaudentij Comitis à militibus in Gallia occisi filius, cum Hunnis Ioanni opem laturus Italiam ingreditur. Toleti fit monasterium sancti Augustini, & in Margine, hoc est monasterium Sisla ex Chronico sancti Augustini.* horum nihil habetur in exemplo quod Ioannes Calderon typis mandauit. In exemplo Ioannis Marquez eodem loco: *Anno ab Vrbe condita 1181. Christi 429. Paulo Tarraconensi Episcopo, Bonifacius etiam Calleaquensis ex monachatu, & ordine Augustiniano succedit.* Verùm in exemplo Calderonis deest dictio illa, ex monachatu. Adde quod liber Ioannis Marquez ponit fundationem monasterij Siflæ Toleti sub

anno Christi 424. sed liber à Calderone editus illam recensetsub anno 562.

VI. SEd quod omnium est caput. Si quæras, quodnam ex dictis exemplis illud sit, cui vt legitimo fidem adhibeamus. Respondet tibi Didacus Morillo. De fundatione Ecclesiæ gloriosæ Deiparæ de Pilari in Prologo pag. 3. sic scribens. *Superest nunc vnum admonere, quod æquum est, vt à toto Mundo intelligatur, ne aliquis errore labatur ob exempla corrupta, & depranata, illud autem est, deuenisse nimirum ad manus meas epitomen, seu abbreuiationem librorum Dextri, & Maximi, qua aliud nihil sunt, nisi illorum depranationes, quæ dicti autores scripserunt, etsi cum in aliquibus cum vero exemplo concordet: tamen in alijs multis mille mendacia profert, ijs directè contraria, quæ Dexter, & Maximus scribunt. Inter alia inquit, quod anno Christi 45. reliquit Apostolus sanctus Iacobus Athanasium Cæsaraugustanæ Ciuitatis Episcopum, & Petrum Bracarensem Episcopum similiter instituit: cum iuxta rei veritatem Dexter ipsius Iacobi Apostoli obitum sub anno 42. ponat, quotiesca si verum esset, quod in dicta Epitome narratur, ille tribus annis post suum obitum Episcopos instituisset. Hinc videas, an magis apertum mendacium dici possit, ac verè ipsius Dextri narrationi magis contrarium. Sub anno Christi 37. meminit S Athanasij, & S. Petri Episcopi Bracarensis. & infra sub anno 41. narrans, quem admodum Diuus Iacobus Ierosolymam reuersus esset, meminit Theodori sacerdotis, quem sanctus Athanasij socium reliquisset, de qua re nihil apud Dextrum inuenies. Pariter sub anno 45. inquit, quod Pacianus Dextri Pater, Senero Martyri, & Episcopo Barcinonensi in Episcopatu successit, quod non reperietur in tota historia Dextri: imo ille Martyrium Sancti Seneri ponit sub anno 285. nec meminit S. Paciani ante annum 348. Atque in hunc modum sunt in dicta epitome aliæ mendæ, quæ ne sim prolixus omitto, &c.* Hæc ille. Ex quibus videas, exemplum Dextri, quod hic autor præ manibus habebat, quo ad dictam epitomem arguendam vtebatur, non illud esse à Ioanne Calderone typis donatum. Porro idem Ioannes Calderon in dicta præfatione, quam suo Dextro præmisit, ipse quoque de eadem abbreuiatione, seu Epitome sic censet: *Vagatur*, inquit, *quædam Chronici Lucij Dextri abbreuiatio, quæ potius dicetur corruptio, vbi nonnulla, & veritati, & grauitati eius historiæ inueniuntur & contraria, & indigna.* Verum è contrario Gaspar Albarez de Losada Machado in Defensorio Lectionarij antiqui supra hoc eodem cap. allegato de libro à Calderone edito hæc ait: *autor conuenientiæ Monarchiarum Dominicarum, & alij subdubitarunt de fide horum Dextri fragmentorum, nec immeritò, vt similiter in dubium reuocare poterant additiones Marci Maximi nuper inuentas, quæ ab Hæreticis Magdeburgensibus vitiatæ fuerant, quæ de re non semel me commonefecit Doctissimus Pater Hieronymus de Higuera: habens enim manifestas repugnantias, atque in ipsis nominibus propijs vbium, & sanctorum non modò depranatæ sunt, additaque illis nonnulla longè à prisci illius sæculi alieni, & quem Ioannes Calderonius excudit Cæsaraugustæ, omnium corruptissimus est, &c.*

IN hac tanta sententiarum multiplicitate nec facilem confusione, in qua tot sunt sententiæ, quot capita, & vniuscuiusque gladius ad proximum suum vertitur, meum non est de cuiusque veritate, vel probabilitate aliquid statuere. Mihi sufficiat, primò ex hactenus dictis nondum constare de vero ac legitimo autographo, vel saltem antiquo exemplo, ex quo quæ nunc præ manibus habentur, accepta feruntur: nam alicui dicunt, extare in Bibliotheca Fuldensi: alij verò apud aliquem, qui illud ex eadem Bibliotheca sustulerit, vel sublatum alijs tradiderit. Secundò esse, qui asserant, historiam Maximi ab Hæreticis Magdeburgensibus vitiatam, quod etiam de historia F. Dextri fateri debent, cum sine vlla & eadem historia per vnum inchoata, & per alterum continuata, vno etiam volumine contenta. Et reuera hæc nomina, monachus Augustinianus, Ordo D. Augustini, vel Augustinianus, vel Diui Benedicti, aut Religio Diui Augustini, vetustis illis temporibus in vsu non erant, nec forsan reperietur ante annum 700. qui eiusmodi vsus fuerit. Est autem frequens modus loquendi apud Germanos, præsertim Historicos, vocare Canonicos Diui Augustini monachos Augustinianos, vt apud Auentinum, Bruschium, Erasmum damnati nominis Hæreticos, ac etiam multos Catholicos videri potest. Tertiò Historiam Dextri, qua Marquez vtitur, non integram historiam esse, verùm epitomen, seu abbreuiationem, & compendium quoddam auctum, vel immutatum, & multipliciter depranatum: hinc enim sequitur, ex illa nullum certum argumentum ad Eremitici Ordinis antiquitatem probandam sumi posse. Quartò, ipsam quoque historiam Dextri, & Maximi per Ioannem Calderonem nuper editam pluribus modis vitiatam esse, ita vt nec etiam ex illa certum argumentum sumi possit. Referam autem paucos errores de multis, quibus vndique illa scatet, ne me illigata imponere suspiceris.

IN Epistola, quæ sub nomine Eutrandi ad Regimundum præmittitur, fatetur autor se hunc libellum ex Bibliotheca Fuldensi accepisse, Regimundo Episcopo transmisisse, post scriptam antidosim, siue antipodosim eidem Regimundo postea transmissam. At si Eutrandus idem esset cum Luitprando Diacono Ticinensi, vt Didacus Morillo in citata præfatione, Ioannes Marquez capite vndecimo, §. secundo, & alij passim fatentur, ille suam antipodosim non cum esset Diaconus Ticinensis, sed cum esset Episcopus Cremonensis, non cum exularet apud Fuldam, sed cum ex legatione Constantinopolitana rediret, non circa annum 860. sed 962. absoluit, vt illemet

in Præfatione ad tertium librum eiusdem antidosis, & ex illo Baronius sub anno Christi 963. num. secundo notauit. Adde hunc autorem dicere, se à Bonito Archiepiscopo Toletano Subdiaconum ordinatum, qui fuit circa annum 860. vt Didacus Morillo fatetur in dicta Præfatione: & tamen Luitprandus Ticinensis in viuis agebat anno 962. vt ex Baronio habes, & eadem ferè Trithemius in Eutrando.

In Epistola, quæ præmittitur nomine ipsius Dextri ad Orosium, autor scribit, se illam Historiam primùm scripsisse Diuo Hieronymo, sed quia ad eius defuncti manus peruenire non potuit; eam multis in locis auctam Orosio nuncupasse quod videtur parum veritati consentaneum, nam Dexter suam historiam absoluit circa annum 390 vt colligitur ex secunda Apologia Hieronymi ad Rufinum supra citata, vbi ait, se decennio antequam illam Apologiam scriberet, librum de Scriptoribus Ecclesiasticis Dextro rogante scripsisse: Apologiam verò circa annum 402. absoluit, vt probat Baronius sub eodem anno. Porrò in fine libri de scriptoribus Ecclesiasticis meminit historiæ omnimodæ per eundem Dextrum compilatæ cum autem ex sententia eiusdem Dextri Diuus Hieronymus sub anno 426. obierit, necesse erit, inter absolutam ab ipso Dextro historiam, & obitum Diui Hieronymi annos sex supra triginta intercessisse. Quis verò credat, tot annorum intercapedine illam ad manus Diui Hieronymi non deuenisse, aut Diuum Hieronymum opus tam præclarum à viro præclarissimo, & sui amantissimo sibi nuncupatum, non quæsiuisse, aut certè ipsum Dextrum omni studio non egisse, vt idem opus ad manus D. Hieronymi veniret? Dicetur, Dextrum suam Historiam multis annis postea scripsisse, Diuum autem Hieronymum illam in Catalogo virorum illustrium, non quo tempore librum scripsit, sed longe postea addidisse. Verùm hæc quoque responsio probabilis non videtur, quia ipse Hieronymus post Dextrum alios recensuit, Amphilochium scilicet Iconij Episcopum & Sophronium, qui laudes Bethleem scripsit: verùm Amphilochius teste Cardinali Bellarmino in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis librum de Spiritu sancto, cuius Hieronymus meminit, circa annum 380. scripsit: fuit enim Sanctorum Gregorij Nazianzeni, & Basilij Magni coætaneus, & amicissimus, vt ex Baronio tom. 4. annalium habemus. In eadem quoque epistola fatetur illius autor quando illud opus Orosio nuncupauit cucurrisse annum Christi 430. At in fine suæ historiæ Dexter scribit, quando illam absoluit, cucurrisse annum 440. vt videre potes. Ergo alius est autor Epistolæ, alius autor libri.

IX. IN progressu historiæ autor scribit: *Sub anno Christi 27. sancta Petronilla annorum decem fuerat, sancti Petri Apostoli filia, ex matrimonio*, quod D. Augustinus libro contra Adimantum cap. 17. &

in Præfatione ad tertium librum eiusdem antidotis, & ex illo Baronius sub anno Christi 963. num. secundo notauit. Adde hunc autorem dicere, se à Bonito Archiepiscopo Toletano Subdiaconum ordinatum, qui fuit circa annum 860. vt Didacus Morillo fatetur in dicta Præfatione: & tamen Luitprandus Ticinensis in viuis agebat anno 962. vt ex Baronio habes, & eadem ferè Trithemius in Eutrando.

In Epistola, quæ præmittitur nomine ipsius Dextri ad Orosium, autor scribit, se illam Historiam primùs scripsisse Diuo Hieronymo, sed quia ad eius defuncti manus peruenire non potuit; eam multis in locis auctam Orosio nuncupasse: quod videtur parum veritati consentaneũ, nam Dexter suam historiam absoluit circa annum 390 vt colligitur ex secunda Apologia Hieronymi ad Rufinum supra citata, vbi ait, se decennio antequam illam Apologiam scriberet, librum de Scriptoribus Ecclesiasticis Dextro rogante scripsisse: Apologiam verò circa annum 402. absoluit, vt probat Baronius sub eodem anno. Porrò in fine libri de scriptoribus Ecclesiasticis meminit historiæ omnimodæ per eundem Dextrum compilatæ: cum autem ex sententia eiusdem Dextri Diuus Hieronymus sub anno 426. obierit, necesse erit, inter absolutam ab ipso Dextro historiam, & obitum Diui Hieronymi annos sex supra triginta intercessisse. Quis verò credat, tot annorum intercapedine illam ad manus Diui Hieronymi non deuenisse, aut Diuum Hieronymum opus tam præclarum à viro præclarissimo, & sui amantissimo sibi nuncupatum, non quæsiuisse, aut certè ipsum Dextrum omni studio non egisse, vt idem opus ad manus D. Hieronymi veniret? Dicetur, Dextrum suam Historiam multis annis postea scripsisse, Diuum autem Hieronymum illam in Catalogo virorum illustrium, non quo tempore librum scripsit, sed longe postea addidisse. Verùm hæc quoque responsio probabilis non videtur, quia ipse Hieronymus post Dextrum alios recensuit, Amphilochium scilicet Iconij Episcopum & Sophronium, qui laudes Bethleem scripsit: verùm Amphilochius teste Cardinali Bellarmino in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis librum de Spiritu sancto, cuius Hieronymus meminit, circa annum 380. scripsit: fuit enim Sanctorum Gregorij Nazianzeni, & Basilij Magni coætaneus, & amicissimus, vt ex Baronio tom. 4. annalium habemus. In eadem quoque epistola fatetur illius autor quando illud opus Orosio nuncupauit cucurrisse annum Christi 430. At in fine suæ historiæ Dexter scribit, quando illam absoluit, cucurrisse annum 440. vt videre potes. Ergo alius est autor Epistolæ, alius autor libri.

IX. IN progressu historiæ autor scribit: *Sub anno Christi 27. Saulla Petronilla annorum decem floret, sancti Petri Apostoli filia, ex matrimonio*, quod D. Augustinus libro contra Adimantum cap. 17. & Baronius sub anno Christi 69. num. 33. reijciunt, & meritò, qui enim hi flores erant quibus illa puella tunc decennis floreret?

Sub anno trigesimo septimo dicit Iacobum Zebedæi autorem Epistolæ Canonicæ fuisse, quod falsum ab omnibus putatur, & contra traditionem Ecclesiæ Romanæ, quæ in festo Sancti Iacobi Minoris prima die Maij iubet poni in officio initium dictæ Epistolæ: quia putat eam ab ipso Apostolo, non à Iacobo Zebedæi scriptam, ibidem pro duodecim tribubus, quæ erant in dispersione, quibus Iacobus epistolam dirigit, vult intelligendos esse Iudæos tunc in Hispanijs commorantes, quod commentum ad illos solos restrictum, ad quos autor refingere videtur, est apertè contra Sacram Scripturam 4. lib. Regum. Sub eodem anno dicit Iudæos, qui erant Ierosolimis, literis datis consensum Iudæorum, qui in Hispanijs erant in mortem Domini, & Saluatoris Nostri Iesu Christi quæsiuisse, quod vanissimum esse commentum, & contra historiam Euangelicam euincitur ex Euangelio Ioannis capit 11. ibi enim inquit Euangelista, post Lazarum resuscitatum Iudæos concilium collegisse ad deliberandum, quid de illo homine fieri deberet: & tandem statuisse, illum perdere, quod cum decreuissent, non amplius consensum aliorum exquisierunt, neque præsolati sunt, sed mandatum ad illum capiendum dederunt; vt verba illa monstrant: *Dederunt autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.*

Sub anno trigesimo octauo ait: *Saulus post conuersionem peruenit Ierosolimam*: quod falsum esse euincitur ex eodem Paulo ad Galat. 1. scribente de sua conuersione. *Cum autem placuit ei, qui me segregauit ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuo non acquieui carni, & sanguini, neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum, deinde post annos tres veni Ierosolimam.* Dices, licet non fuerit Ierosolimam tunc, iuit postea, quod ad historiam verificandam sufficere videtur. Respondeo, non sufficere, primò quia saltem falsò affirmat Paulum profectum Ierosolimam anno trigesimo octauo, vt patet, cum hoc contigerit tantum post annos tres, nimirum anno quadragesimo primo. Deinde autor Historiæ narrat ea, quę Paulus gessit statim post conuersionem eodem anno trigesimo octauo, non quę gessit postea successu temporis, alioqui cur non dixit illum profectum Antiochiam, Ephesum, Corinthum, Romam, & in Hispanias, quandoquidem successu temporis hęc omnia loca vidit?

Sub anno octuagesimo sexto Pontificatum Lini successoris Diui Petri, vsque ad illud tempus perducit, quod ita falsum est, vt opus non sit

illius falsitatem probare. Item sub anno 136. dicit, Policarpum illo anno iuisse Romam sub Aniceto, cum Anicetus ante annum 167. Pontifex renuntiatus non fuerit, sed vt alios multos errores circa annorum computum illi donemus.

Sub anno 384. inquit, Iginium Episcopũ Cordubensem relegatum in Insulam Leronem in Gallijs. Lege historiam S. Honorati primi fundatoris monasterij Litinensis, cuius meminit Baronius to. 5. sub anno 445. nu. 20. videbis ante aduentũ S Honorati, qui multo post annum 384. accidit, insulam illam prorsus inhabitabilem fuisse, vtpote à serpentibus obsessam, quas Sanctus diuino miraculo fugauit.

Sub anno 396. dicit, Paulinum Nolanum Barchinonæ à Lampio Episcopo ordinatum. Vide epistolam Paulini ad Alipium, quæ est in ordine 35. inter epistolas Augustini, & inuenies Paulinum à Lampio ordinatum iam in Italiam redijsse, & inter D. Ambrosij Mediolanẽsis Episcopi presbyteros numeratum fuisse, antequam Alipius cũ Augustino Mediolani baptismum suscepisset, vt supra notatum fuit, quod solùm sufficit ad autoris impostura retegendam, qui nullo modo esse potuit Dexter Paciani filius; quomodo enim historicus tam præclarus circa res suorum temporum, & quæ domi suæ, vt sic dixerim, factæ fuerant, & circa personam adeo conspicuam, qualis erat Paulinus, acciderant. tam oscitanter, tam segniter, ac tam turpiter errare potuisset? Verùm suspicor hoc alicuius additamentum esse eorum, qui Paulinum Nolanum inter Augustinianos Eremitas recensentes, illum post susceptum Ermiticum Augustini institutum in Hispanias profectum fuisse, ibique multa Ermitarum cœnobia exstruxisse, ac tandem à Lampio Barchinonensi Episcopo ordinatum affirmant, quæ quàm vana sint, inferiùs ostendemus.

X. SVb anno 400. inquit: *Paulus Orosius acceptis literis Episcoporum, & Canonibus ex Concilio Cæsaraugustano collectis, ad Episcopos, Africanos ad quoddam Generale Concilium congregatos festinanter se confert.* Verùm non meminit, se superius Orosij natalem sub anno 386 posuisse, vnde necesse fuerat, illum quando nomine Episcoporum Hispaniæ ad generale Concilium Africanum destinatus fingitur, annorum sexdecim extitisse, quod an illi fecissent, prudentes iudicent. Præter quod ex epistola 90. Augustini, & aliorum Episcoporum Cõcilij Carthaginensis ad Innocentium in principio, constat Paulum Orosium, quando missus est ad Concilium, presbyterum fuisse. Idem habetur ex epistola 102. ad Euodium, & notat Baronius sub anno 414. num. 12.

Sub anno 406. inquit, *Leporius Episcopus Vticensis in Betica, prius monachus ex familia S. Augustini mutat suam perditam priorem sententiam, admonitus à S. Augustino præceptore suo.* Quod præterquam est manifestum mendacium in historia, Leporius enim iste fuit Episcopus Vticensis in Africa, non in Betica, est etiam intolerabilis iniuria D. Augustino, & illius familiæ irrogata, ex quâ per Dei gratiam neque hæresiarchæ, neque hæretici saltem illo viuente prodierunt, qualis hic Leporius extitit, qui non solùm hæreticus Pelagianus, verùm etiam autor hæresis Nestorianæ fuit, vt statim ex probatis autoribus ostendemus.

In fine Chronici autor sub nomine Dextri ait: *Cum hæc scriberem, regnabat in Hispania Theodosius Rex, currebat què eius annus xxij. Romæ MCXCII. Olympi. CCCCXL. Æra. CCCCLXVIII. Annus verò nuncupatus iam incipiente decrepitat.* Omitto, autorem epistolæ sub nomine eiusdem Dextri dixisse, quod quando historiam absoluit, & Paulo Orosio nuncupauit, currebat annus 430. hic verò dicit, quod currebat annus 440. Nec potest error esse in impressione, cũ anno Christi 430. Dexter erat annorum 72. Ergo quando Theodosius senior illum Prætorio Orientis præfecit, non maioris ætatis esse poterat, quam annorum circiter viginti: nam D. Hieronymus librum de Viris illustribus ipsi Dextro nuncupauit, quem circa annum 390. absoluisse superiùs ostendimus: at tunc etiam idem Dexter suam omnino eandem historiam absoluerat. Cæterum adolescens ex ephebis nondum excedentem omnimodam historiam texuisse, & eam laudem sibi iam comparasse, vt inter illustres Scriptores Christianorum à D. Hieronymo censeretur, non facile creditur, aut si illius ingenij viuacitati hoc concedatur, vix tamen creditu dignum est, Theodosium Imperatorem Præfecturam Prætorij Orientis illis temporibus, quibus potissimùm Imperium in partibus Orientalibus natabat, adolescentulo concredere voluisse. Hæc circa Dextri historiam paucissima de multis sufficiat indicasse.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.

Errata quædam, & Contradictiones in Additionibus Marci Maximi ad Dextri historiam deprehensæ indicantur.

NOn minus, imò multo magis deprauatæ, ac multis modis corruptæ inueniuntur Marci Maximi additiones ad supradictum Flauij L. Dextri historiam, quas idem Ioannes Calderon cum supradicta historia imprimendas curauit. Primò namque sub anno 432. ait: *Sanctus Isidorus senior dedicat librum Allegoriarum Orosio Episcopo Legionis Septimæ Geminæ in Hispania Conterminum habes apud Dextrum sub anno 432.* Idem inquit: *Scribit per hæc tempora Isidorus iunior Cuba-*

hensis Episcopus Allegoriarum librorum Paulo Orosio Taraconensi. Vide quæso, quomodo continuator historiæ cum ipsa historia continuata consonet: nam Dexter vocat Isidorum autorem Allegoriarum iuniorem, Marcus Maximus seniorẽ, primus ait, librum Allegoriarum Paulo Orosio Taraconensi nuncupatum; secũdus verò Orosio Episcopo Legionensi, & seniorem iuniore posteriorem facit.

Sub anno 439. dicit, obijsse illo anno F. Luciũ Dextrum penè decrepitum: & tamen ex ipsa Dextri historia in fine currebat annus 440. quando autor illam scribebat, vt etiam in fine cap præcedentis notauimus.

Sub anno 471. ait: *Paulus Orosius Taraconensis ciuis centenarius maior, vemẽs ex Africa Carthagine Spartaria moritur.* Vide, quæ scribit Dexter sub anno 384. inuenies Paulum Orosium eo anno natum. Incipe numerare ab illo anno vsque ad quadringentesimum septuagesimum primum, & inuenies non solùm annum centesimum non excessisse, secundum hũc computum, sed nec etiam ad octuagesimum octauum peruenisse.

Sub anno 473. & 474. ait: *Himmericus in Africa Vandalorum Rex vexat Catholicos, eiusdem iussu Liberatus, Bonifacius Diaconus, Rusticus Subdiaconus, Septimus Maximus Monachi Augustiniani pro fide Catholica martyrium illustre moriendo pertulerunt.* Hæc tamen nomina, Monachus Augustinianus, vel ex ordine Augustiniano, vel Ordinis D. Augustini, quæ frequenter in his Dextri, & Marci Maximi assertis fragmentis inculcantur, apud autores illorum tẽporum nusquam inuenientur: sed à recentibus vel Magdeburgensibus, vel alijs partium studiosis de industria sunt addita.

Sub anno Christi 489. inquit: *Fulgentius oriundus Tolete, natus Teleptæ, parentibus tamen Hispanis ex ordine Senatorio ad Africam transmigrauit monachus, & postea Episcopus tantum Ruffensis, multa pro fide patitur.* Rectius puto scripsisset, si vitam D. Fulgentij ab illius discipulo, & teste oculato exaratam legisset: nam in illa scribitur, Fulgentium Teleptæ, qui locus in Africa est, non in Hispania, natum ex parentibus, qui de numero Senatorum Carthaginẽsium, non Hispanorum erant, & in Africa monachum factum, non ad Africam monachum profectum.

II. SVb anno 514. *Vincentius*, inquit, *Abbas Legionensis ex ordine post D. Benedicti, quem accepit paulo ante quam pateretur martyrii. floret. patitur verò sub Reccilane Rege Sueuo hæretico anno 546.* hæc clausula, *ex ordine post D. Benedicti, quem accepit, paulo ante quam pateretur*, sine dubio ab aliquo studioso de industria posita fuit: nam nomen Ordinis S. Benedicti, tunc temporis in vsu non erat, & fortè illius institutum Hispanorum regiones vsq; ad annum 646 non penetrauerat, aut saltem nullo testimonio idoneo id probatur, & hoc omnino certum, D Benedictum ante annum 525. vel circa monachos non congregauisse; sed qui verba ista addidit,

bensis Episcopus Allegoriarum librorum Paulo Orosio Tarraconensi. Vide quæso, quomodo continuator historiæ cum ipsa historia continuata consonet: nam Dexter vocat Isidorum autorem Allegoriarum iuniorem, Marcus Maximus seniorẽ, primus ait, librum Allegoriarum Paulo Orosio Taraconensi nuncupatum; secũdus vero Orosio Episcopo Legionensi, & seniorem iuniore posteriorem facit.

Sub anno 439. dicit, obijsse illo anno F. Luciũ Dextrum penè decrepitum: & tamen ex ipsa Dextri historia in fine currebat annus 440. quando autor illam scribebat, vt etiam in fine cap præcedentis notauimus.

Sub anno 471. ait: *Paulus Orosius Tarraconensis ciuis centenario maior, veniẽs ex Africa Carthagine Spartaria moritur.* Vide, quæ scribit Dexter sub anno 384 inuenies Paulum Orosium eo anno natum. Incipe numerare ab illo anno vsque ad quadringentesimum septuagesimum primum, & inuenies non solùm annum centesimum non excessisse, secundum hũc computum, sed nec etiam ad octuagesimum octauum peruenisse.

Sub anno 473. & 474. ait: *Himmericus in Africa Vandalorum Rex vexat Catholicos, eiusdem iussu Liberatus, Bonifacius Diaconus, Rusticus Subdiaconus, Septimus Maximus Monachi Augustiniani pro fide Catholica martyrium illustre morieudo pertulerunt.* Hæc tamen nomina, Monachus Augustinianus, vel ex ordine Augustiniano, vel Ordinis D. Augustini, quæ frequenter in his Dextri, & Marci Maximi assertis fragmentis inculcantur, apud autores illorum tẽporum nusquam inuenientur: sed à recentibus vel Magdeburgensibus, vel alijs partium studiosis de industria sunt addita.

Sub anno Christi 489. inquit: *Fulgentius oriundus Toleto, natus Teleptæ, parentibus tamen Hispanis ex ordine Senatorio ad Africam transmigrauit monachus, & postea Episcopus tantum Russensis, multa pro fide patitur.* Rectius puto scripsisset, si vitam D. Fulgentij ab illius discipulo, & teste oculato exaratam legisset: nam in illa scribitur, Fulgentium Teleptæ, qui locus in Africa est, non in Hispania, natum ex parentibus, qui de numero Senatorum Carthaginẽsium, non Hispanorum erant, & in Africa monachum factum, non ad Africam monachum profectum.

II. SVb anno 514. *Vincentius*, inquit, *Abbas Legionensis ex ordine post D. Benedictt, quem accepit paulo ante quam pateretur martyrii, floret. patitur verò sub Rechillane Rege Sueuo hæretico anno 546.* hæc clausula, *ex ordine post D. Benedicti, quem accepit, paulo ante quam pateretur*, sine dubio ab aliquo studioso de industria posita fuit: nam nomen Ordinis S. Benedicti, tunc temporis in vsu non erat, & fortè illius institutum Hispanorum regiones vsq; ad annum 646 non penetrauerat, aut saltem nullo testimonio idoneo id probatur; & hoc omnino certum, D Benedictum ante annum 525. vel circa monachos non congregauisse; sed qui verba ista addidit, scopulum præcauens, de industria posuit particulam illam, *post*, ne quis diceret D. Benedictum anno 514. nondum monachos instituisse, neque verò sic se putans satis tutum, vt monachis D. Benedicti ante Vincentij obitum, suum institutum in Hispanias ferendi tempus aliquod permitteret, subdidit, Vincentium ordinem D. Benedicti accepisse, paulò antequam pateretur, nihilrum circa annum 546.

Sub anno 531 inquit: *Turibius Palentinus Romæ à S. Benedicto accepit habitum:* & illud videtur commẽtum simile præcedenti: nam D. Benedictus nunquam Romæ post monachatum habitauit, neque illius monachi ante annũ 567. Monasterium Romæ habuerunt. Erat autem tunc temporis D. Benedictus Sublaci, & cum suis monachis inter mõtes, quos vocabant Simbruinos latens.

Sub anno 634. inquit mortuum fuisse Gennadium Massilienſem scriptorem nobilem. Verum Gennadius sanctorum Prosperi, Hilarij, & Cassiani coætaneus fuisse videtur, paulò iunior, suosque libros Gelasio Pontifici corrigendos obtulit, qui annis quadraginta iam ante obierat.

Sub anno 562. dicit Regem Athanagildũ monasterium Agalienſe Ordinis S. Benedicti prope Toletanam vrbem fundasse, vbi constituit primũ Abbatem Euphemium ex Italia vocatum. Verùm idem autor in verbis sequentibus sui oblitus subiungit: *Athanagildus Rex dicitur Christianus, Catholicusq; fuisse secreto.* Si autem solùm secretò Catholicus erat, certè apparenter saltem hæreticus Arrianus, vel Paganus, quis autem sinat eat Regem, qui publicè, vel Arrianissimum, vel Paganissimum profitebatur, monasteria monachis Catholicis exstruxisse, & ad illa regenda pro monachis D. Benedicti Romam vsque misisse?

Sub eodem anno dicit, monasterium Siſlæ Toleti S. Augustini ab eodem Athanagildo ędificatũ. Quod assertum eandem difficultatẽ patitur, prẽter quod alia exempla, quæ per Hispanias feruntur, huius monasterij fundationem in annum 424. reijciunt. Adde quod monasterium Siſlæ teſte Iuliano Toletano non S. Augustini, sed S. Mariæ nũcupabatur: fuisse etiam manifestè hæreticum Arrianum supradictum Regem Athanagildum, adnotauit Baronius ex Tuditano tom. 7. sub anno 567. num. 17.

Sub anno 568. inquit: *Ego M. Maximus, qui hæc scribo, vixi multos dies in ade S. Mariæ de Columna, à B. Iacobo Zebedæi filio adificata, sub Regula S. Benedicti: propeq; erat monasterium Benedictinorum constitutum.* Hoc quod dicit, prorsus falsum est, nam Ecclesia Diuæ Mariæ de Pilari Cathedralis Cæsaraugustana tunc erat, semperque Clericorum non autem aliquando monachorum, siue Benedictinorum, siue alterius Ordinis fuit, nisi æquiuocatio in verbis lateat, vt pro monacho Regularem clericum intelligere velis: quippe quia in illa Ecclesia institutum clericorum Canonicorum communiter, &

regulariter viuentium à Sanctissimis Apostolis plantatum in hunc vsq; diem, Deo protegente, perseuerat, quod fortassis de nulla alia Ecclesia dici poterit, verùm de antiquissima præcelsæ Genitricis Dei Mariæ Ecclesia de Pilari nuncupata, deque illius dignitate, & præeminentijs lib. 2. data opera, & diffusè dicendum erit. Nec omittendum quod scribit, *propeq; erat monasterium monachorum Benedictinorum*, quod præterquam phrasis illa, Benedictinorum, recens esse monstrat, nescio quid antiquitatis redolet illius monasterij Benedictinorum, quasi illud, quo tempore Maximus hæc scribebat, non amplius extaret, sed iam solo æquatum esset, cum tamen eo tempore monasteria Benedictinorum in Hispanijs vix pullulare inciperent.

III. SVb anno 575. scribit: *S. Donatus, qui Regulam Eremitarum S. Augustini locupletiorem, mitioremq; in Hispaniam primus inuexit, & in agro Setabitano monasterium Seruitanorum construxit, vt verborum meritis, & miraculis abundè nobilitatus, gloriosus migrauit ad Dominum, colituraque Kal. vlt. Nouembris.* Stolidum sanè commentum, quæ enim est hæc Regula Eremitica D. Augustini? nam communis iam est omnium consensus, B. Augustinum vnicam tantum Regulam scripsisse, de qua superiùs diximus: Hæc autem Regula vt Eremitis accommodetur, non mitigatione egebat, cum sit omnium latissima, vt vel etiam Sacri Canones aduertûnt, cap. Quod Dei timorem. de statu Monachorum, sed maxima restrictione. D. Ildephonsus Toletanus Archiepiscopus de Donato loquens, inquit. *Donatus professione, & opere monachus, cuiusdam Eremitæ seruitutis in Africa fuisse discipulus.* Mariana lib. 5. de rebus Hispaniæ, & alij de aduentu S. Donati in Hispaniam, deque illius monachatu plura scripserunt: verùm de Eremitica Augustini regula nihil prorsus: sed vt mendum autoris agnoscas, vide illum infra sub anno 590. Abbatem Seruitanum inter monachos Benedictinenses referentem.

Sub anno 590. inquit: *Marcus maximus Abbas primus Benedictinus sanctarum Massarum Cæsaraugustæ, tunc Archidiaconus Cæsaraugustanus.* quod etiam dixerat supra sub anno 587. quod non videtur verum, Primò, quia non consueuerunt monachi in Archidiaconos Ecclesiarum Cathedralium assumi. Secundò, quia nomen Benedictinorum tunc temporis in vsu non erat, sed qui hæc addidit, consequenter locutus est, vt Ecclesiam B. Mariæ de Pilari monachis D. Benedicti vendicaret.

Sub anno 606. inquit: *Mauhumetus homo impius, & flagitiosus grassatur per Hispaniam*, hoc iuculentũ est mendacium: nam Machumetus nunquam Hispanias vidit, vt plus notum est, quam quod probatione indigeat; & licet Saraceni sub an. 675 Hispanias aggressi fuerint: tamen non ante annum 713. illas ingressi fuerunt, vt ex Tuditano, & alijs autoribus fide dignis probat Baronius tom. 8. sub anno 675. num. 8. & sub anno 713. num 22. & sequentibus.

Tandem cũ ad hæc fragmenta Dextri, & Marci Maximi verificanda, qui illa imprimenda curauit, testimonio Eutrandi siue Luitprandi Ticinensis potissimum nitatur, cuius idcirco epistolam ipsis fragmentis præmisit, cumq; in dicta epistola idem Eutrandus fateatur, se cum eisdem fragmentis continuationem historiæ vsque ad annum 922. deductã Episcopo Regimundo transmisisse, qui causæ fuit, quod ipsam continuationem cum dictis fragmentis non impressit, sed illa veluti spuria reiecta, Braulionis & Heleceæ additiones subiunxit? hoc enim videtur aliud nihil, nisi ipsi Eutrando, & consequenter toti historiæ omnem fidem prorsus allegare.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

Argumenta secundi generis asseruntur. SS. Fulgentium Ruspensem, Gaudiosum Bittinensem, Agnellum Parthenopæũ & Hilarium Arelatensem, Eremitas Augustinenses nunquam fuisse monstratur.

HIs itaq; de Lucij Dextri, & Marci Maximi fragmentis pertractatis, difficile non erit argumenta ad secundum genus spectantia dissoluere, quorum omnes vires in dictorum fragmentorum autoritate potissimum hærent. Sumuntur eiusmodi argumenta ex quibusdam antiquis, & sanctissimis viris, quos inter nes Marquez cap. 10. 11. & 12. & 15. §. 4. & 5. & aliquidam, Eremitici Ordinis Professores fuisse affirmant, & probare nituntur. Hi sunt primus B. Fulgentius Episcopus Ruspensis, secundus Gaudiosus Episcopus Bittinensis: tertius, Agnellus Neapolitanus: quartus, Hilarius Arelatensis: quintus, Profuturus Episcopus Bracarensis: sextus, Paulus Orosius Hispan°: septimus Leporius Episcopus Vticensis: octauus, Paulinus Episcopus Nolanus: nonus Arthuagus Monachus Toletanus: decimus, Ertinodus item monachus Toletanus: vndecimus, Ferdinandus Episcopus Carthaginis Spartariæ, & Archiepiscopus Toletanus: duodecimus, Donatus Abbas fundator monasterij Seruitani: tertiusdecimus, Eutropius Episcopus Valentianus: decimusquartus, Licinianus Episcopus Carthaginis Spartariæ & martyr: decimusquintus, Nuntus Abbas monasterij Meridæ: decimussextus. Patritius Hyberniæ Apostolus: decimus-

septimus,

septimus, S. Germanus Episcopus in Gallijs: decimusoctauus, S. Columba S. Columbani Magister. Addit Marquez sanctum Gallum inter Heluetios Abbatem, & quosdam alios, qui apud illum in locis allegatis videri possunt. De quibus omnibus sigillatim dicendum erit, & ostendendum, nullum istorum Eremitam Augustinensem, ne per somnium quidem extitisse, quod per singulos discurrentibus euidentissimè patebit.

II. PRimus igitur, quem ad Eremitici Ordinis antiquitatem probandam obijciũt, est D. Fulgẽtius Episcopus Ruspensis; illum enim B. Augustini discipulũ, & institũti Augustiniani professorem fuisse, conceptis verbis dicit Cardinalis Baronius tom. 6. sub anno 504. num. 33. & 34. & ante illum Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 8. Cæterum B. Fulgentium prof. ssione non clericum, sed monachum fuisse, satis apertè indicat autor Anonimus, qui illius vitam scribit, vt etiam Baronius loco supra citato notauit.

Respondeo, dicimi, salua reuerentia, Baronium, aut quicunque illi sunt, qui affirment B. Fulgentium vel Augustini discipulum fuisse, vel D. Augustini institutum coluisse, quod Augustini discipulus non fuerit, nec esse potuerit, probatione nõ egent: nam ex ipsomet Baronio Augustini obitus incidit in annum 430. Fulgentij verò in annũ 529. nonaginta nouem annis post obitũ ipsius D. Augustini. Quod autem D. Augustini institutum nõ tenuerit, ostenditur ex delatione habitus, ex qua demonstratiuum argumentum sumitur, licet à posteriori ad instituta Regularium dignoscenda, & distinguenda: habitus enim D. Fulgentij ab habitu D. Augustini adeò distitit, vt vix aciculam cõmunem haberent, vt patet, si ea conferas, quæ de Augustini habitu scribunt, tum ipse Augustinus sermo. 2. de communi vita Clericorum, tum Possidius cap. 22. cum ijs, quæ de habitu D. Fulgentij tradit autor vitæ illius anonimus cap. 18. B enim Augustinus tunica linea, & birro cæteris clericis communibus vtebatur, vestesque illius, & lectualia, vt non erant nitida nimium, nec abiecta plurimum. Verùm Fulgentij habitus erat vnica, eaque vilissima tunica, cingulo pellicco succincta, quod nec etiam dormiturus soluebat, qua veste siue per æstatem siue per hyemem vtens, sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiebat, vt nec Orario sicut cæteri Episcopi vteretur, nec vltima calceamenta Clericorum acciperet, nec caligis in hyeme, nec caligulis per æstatem vteretur. Vide obsecro, quam conuenientiam Fulgentij habitus cum habitu D. Augustini habuerit. Augustinus fatetur ne calceamenta quidem, nisi cæteris clericis communia velle accipere: Fulgentius verò nec ipsa quidem calceamenta clericorum accipere volebat. Augustinus sua calceamenta, & lectualia, nec nitida nimium, sed nec abiecta plurimum accipere volebat: Fulgentius vna vilissima tunica per hyemem, & æstatem vtebatur, quam

septimus, S. Germanus Episcopus in Gallijs. decimus octauus, S. Columba S. Columbani Magister. Addit Marquez sanctum Gallum inter Helueticos Abbatem, & quosdam alios, qui apud illum in locis allegatis videri possunt. De quibus omnibus sigillatim dicendum erit, & ostendendum, nullum istorum Eremitam Augustinensem, ne per somnium quidem extitisse, quod per singulos discurrentibus euidentissimè patebit.

II. PRimus igitur, quem ad Eremitici Ordinis antiquitatem probandam obijciũt, est D. Fulgẽtius Episcopus Ruspensis; illum enim B. Augustini discipulũ, & institũti Augustiniani professorem fuisse, conceptis verbis dicit Cardinalis Baronius tom. 6. sub anno 504. num. 33. & 34. & ante illum Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 8. Cæterum B. Fulgentium professione non clericum, sed monachum fuisse, satis aperte indicat autor Anonimus, qui illius vitam scribit, vt etiam Baronius loco supra citato notauit.

Respondeo, deciui, salua reuerentia, Baronium, aut quicunque illi sunt, qui affirment B. Fulgentium vel Augustini discipulum fuisse, vel D. Augustini institutum coluisse, quod Augustini discipulus non fuerit, nec esse potuerit, probatione nõ egẽt: nam ex ipsomet Baronio Augustini obitus incidit in annum 430. Fulgentij verò in annũ 519. nonaginta nouem annis post obitũ ipsius D. Augustini. Quòd autem D. Augustini institutum nõ tenuerit, colligitur ex delatione habitus, ex qua demonstratiuum argumentum sumitur, licet à posteriori ad institutа Regularium dignoscenda, & distinguenda: habitus enim D. Fulgentij ab habitu D. Augustini adeò distitit, vt vix aliculam cõmunem haberent, vt patet, si ea conferas, quæ de Augustini habitu scribunt, tum ipse Augustinus sermo. 2. de communi vita Clericorum, tum Possidius cap. 22. cum ijs, quæ de habitu D. Fulgentij tradit autor vitæ illius anonimus cap. 18. B enim Augustinus tunica linea, & birro exteris clericis communibus vtebatur, vestesque illius, & lectualia, vt non erant nitida nimium, nec abiecta plurimum. Verùm Fulgentij habitus erat vnica, eáque vilissima tunica, cingulo pelliceo succincta. quod nec etiam dormiturus soluebat, qua veste siue per æstatem, siue per hyemem vtens, sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiebat, vt nec Orario sicut cæteri Episcopi vteretur, nec vltima calceamenta Clericorum acciperet, nec caligis in hyeme, nec caligulis per æstatem vteretur. Vide obsecro, quam conuenientiam Fulgentij habitus cum habitu D. Augustini habuerit. Augustinus fatetur ne calceamenta quidem, nisi cæteris clericis communia velle accipere: Fulgentius verò nec ipsa quidem calceamenta clericorum accipere volebat. Augustinus sua calceamenta, & lectualia, nec nitida nimium, sed nec abiecta plurimum accipere volebat: Fulgentius vna vilissima tunica per hyemem, & æstatem vtebatur, quam nec soluebat dormiturus. Augustinus præcipiebat vestes lauari, in commune seruari, deponi & reddi: Fulgentius, quam semel vestem induebat, nunquã amplius exuebat, nec lauabat, siue per hyemem, siue per æstatem, quippe qui vnicam habebat. Augustinus Ciuitatem, Fulgentius solitudines incolebat & tamen cum toto cœlo Augustini, & Fulgentij habitus distaret, audent viri docti, & graues sine ratione, sine autoritate asserere, B. Fulgentiũ D. Augustini institutum tenuisse, & Regularem habitum gessisse. fuit ergo D. Fulgentius Augustini discipulus, quia illius doctrinam secutus, illius studium, & zelum in Fide Catholica propaganda, & contra hæreticos tuenda æmulatus, strenuissimam operam nauauit, pro qua exilia, carceres, & verbera perpessus est. fuit etiam Augustini discipulus imitatione, quod vt ille, sic iste vitæ regularis institutum coluit. potuit etiam Augustini Regulam sibi, & suis Monachis seruandam sumpsisse, etsi de hoc nullo authentico documento nobis constet. Verùm quod B. Augustini discipulus fuerit, vel quod modus vitæ Regularis, quem tenuit, à B. Augustino fuerit institutus, hoc ego constanter nego.

Dices si modus vitæ Regularis, quem Fulgentius tenebat, à B. Augustino institutus non est, quis illius autor extitit? Respondeo illius vitæ Monasticæ, quàm B. Fulgentius primitus coluit, S. Faustum Episcopum autorem extitisse, vt autor vitæ eiusdem D. Fulgentij cap. 4. fatetur: *Fuit autem tũc temporis Episcopus quidam laudabiliter prædicandus, nomine Faustus, qui prò fide Catholica non longè à Cathedra sua iussu fuerat relegari. De multis enim Sacerdotibus hoc Hunerici Tyranni persecuteris astuta malignitas ordinauerat, vt iuxta propriam patriam peregrinationis incommodum sustinentes, ad negandum Deum facilè flecterentur. in eodem proinde loco, vbi relegatus tenebatur, monasterium sibi construxerat, in quo spiritaliter viuens, apud omnes Christianos honorabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius, quippe ei notissimus, alacriter venit, eig; votum sui cordis fideliter indicauit.* Vide alta si placet. Verum est, B. Fausto è monasterio turbato ad aliud monasterium, cui Fœlix Abbas præerat, ex consensu eiusdem Episcopi transiuisse, ac demum ipsum Fulgentium factum Episcopum propria autoritate alia monasteria instituisse: sed an eiusdem instituti cum priori, an alterius, non constat. hoc certum, illud D. Augustini institutum non fuisse. Sed ratio aduersarij debili fundamento nititur, quod nullus in Africa monasterium instituere potuerit, quod sub B. Augustini instituto non esset, quis enim alios Africæ Episcopos ipsi Augustino subegerat, aut sua potestate priuauerat, vt sicut ille, sic ipsi monasteria instituere non possent?

III. SEcundus, quem producit cap. 10. in principio est S. Gaudiosus Episcopus Bittinensis, is enim cum cæteris Episcopis Africanis à Wandalis exulare coactus, vt Victor Vticensis de persecutione

Wandalica scribit, naurgio Neapolim applicuit, vbi monasteriũ exstruxit, cui S. Agnellus Abbas fuit præfectus, vt constat ex Martyrologio Romano, & ex Annotationibus Cardinalis Baronij ad 28. Octobris, & 14. Decembris. Cum autem Gaudiosus Africanus esset, rationi, & veritati maximè consentaneum est, Eremitarum Augustinẽsium institutum erexisse, quod tunc per totam Africam notissimum, & celeberrimum extabat, præter quod aliud in partibus Africanis non cognoscebatur. Quod verò B. Gaudiosus Neapoli Monasterium erexerit, & Catholicos ex Africa profugos in eo collegerit, eique Monasterio B. Agnellum præfecerit, probat Baronius ex Victore Vticensi, Paulo Regio Vici Episcopo, & ex tabulis Ecclesiæ Neapolitanæ, quæ probatio militat etiam de B. Agnello, si enim ille à B. Gaudioso dicti Monasterij Abbas fuerit institutus, necesse est, illud vitæ genus, quod ibi Gaudiosus plantauerat, eum etiam tenuisse.

Respondeo, decipi Ioannem Marquez, & Ludouicum de Angelis ab eo ibi allegatum. ac etiam Cornelium Lancillottum lib. 2. cap. 18. & si qui sunt alij, qui affirment, aut S Gaudiosum, aut Sanctum Agnellum Eremitas Augustinenses fuisse. De S. Gaudioso constat, illum Episcopum Bitinensem in Africa fuisse, & ex Africa cũ alijs multis Episcopis, & clericis ab Hæreticis pulsum diuino miraculo Neapolim delatum, ibi propè Ciuitatẽ monasterium erexisse, ac in eo clericos profugos collegisse. Id Victor Vticensis, id Baronius tum in Martyrologio ad 28. Octobris, tum in annalibus tom. 5. sub anno 439. num. 31. id tandem tabulæ Sacrosanctæ Neapolitanæ Ecclesiæ consensu vnanimi fatentur. At fratrem Eremitam Augustinensem fuisse, vel monasterium fratribus Augustinensibus fundauisse, ignoscant veritati, est assertio ab omni specie veritatis tam longè distans, vt cum multa diligentia, & pari labore apud omnes quotquot reperiri potuerunt sapientes, & historiarum periti, inquisitio facta fuerit, præter admirationẽ aliud nihil inuenire potuerim, nec puto quod alij inuenient.

IV. QVod ad Agnellum attinet, fateor Paulum Regium, qui Card. Baronio erroris autor est, in vita huius Sancti scribere, B. Gaudiosum cũ propè Neapolim Monasterium erexisset, audita sanctitatis illius fama, cum suis socijs illum eius Ecclesiæ, licèt inuitum, Abbatem constituisse, eumque sic electum in humilitate profunda, cæterisq; virtutum exercitijs magis in dies profeciſſe, ac demũ B. Gaudioso prius vita functo, ipsum quoq; cum ad annum ætatis 61. peruenisset, beato fine quieuisse, die festo S. Luciæ Virginis nimirum 13. Decembris ann. 576. cuius autoris mentem secutus Baronius in notis ad Martyrologium sub die 28. Octobris hæc habet: *In actu S. Agnelli hæc de S. Gaudioso leguntur. Agnellus Abbas electus in monasterio, quod B. Gaudiosus cognomento Septimius Cecilius S. Bit-*

tinensis Ecclesiæ Pontifex in Africa condere studuit in hac Ciuitate Parthenopea, eo tempore, quo ex Africa partibus aduenit cum S. Quodvultdeo, & cæteris Præsulibus fugiens persecutionem Vandalorum, &c. Perseuerat solemnis cultus Neapoli, vbi in eius Ecclesia decenti honore sacra eius pignora asseruantur. Claruit circa annum Domini 440. ea enim persecutio in Africa conflata est. Theodosio XVII. & Festo Coss. an. Domini 439. Verùm hanc Pauli Regij narrationem falsam esse conuincitur ex annorum supputatione: nam B. Gaudiosus Neapolim delatus est an. Christi 440. sed B. Agnellus eodẽ Paulo Regio tradente obijt anno Christi 576. cum esset ætatis annorum 61. aut secundum Baronium in Martyrologio die 13. Decemb. sub Gregorio Papa huius nominis I. & Mauritio Imperatore. Nulla igitur probabilitate dici potest, B. Agnellum cum S. Gaudioso, & cæteris Catholicis ex Africa profugis Neapolim venisse, aut à B. Gaudioso Monasterij à se instituti Abbatem constitutum fuisse. Ob hanc rationem, quæ nisi diuinum miraculum supponamus, videlicet B. Agnellum annos quinquaginta supra centum, & amplius vixisse, vnum ex tribus dicendum videtur, aut B. Agnellum, qui cũ Sanctis Gaudioso, Quodvultdeo & cæteris Catholicis ex Africa Neapolim applicuit, & quem Gaudiosus Monasterio à se exstructo Abbatem præfecit, illum non fuisse, cuius Paulus Regius, & Baronius vitam scripserunt, illius obitum in annum 576. reijciemus, sed aliquem ex B. Augustini discipulis, cuius solum Ioannem de Nigraualle Apostolicum Bibliothecarium in Epilogo Chronicarum 13. cap. 18. meminisse reperi, dum Sanctos Ordinis Canonicorũ Regularium numerat, aut è contrario Gaudiosum, qui B. Agnellum Abbatem instituit, non illum esse, qui tempore persecutionis Wandalicæ ex Africa pulsus, Neapolim appulit, sed alium Salernitanæ Ecclesiæ Episcopum, cuius festum die 26. Octobris celebratur, sub quo die notauit Baronius in Martyrologio, propter nominum identitatem, quæ sunt vnius, alij tributa esse, & vnum ex duobus effectum. Aut tandem si Agnellus Monasterio à B. Gaudioso exstructo Abbas præfuit, non ab ipso Gaudioso, sed longè post illius decessum, ei monasterio præfectus. Hæc autem admonere volui potius ad Pauli Regij historiam corrigendam, quàm ad rationem soluendam: quia vtcunque res se habuerit, absolutè nego, aut B. Agnellum Eremitam Augustinensem, aut Monasterium à B. Gaudioso institutum, Ordinis Eremitarum Augustinensium fuisse, quorum institutum octingentis propè annis antecessit. fateor tamen B. Agnellum antequam vitæ Regularis institutum in eo Monasterio tenuisset, solitariam vitam duxisse, sed aliud est ab eo, de quo nunc disputamus. Scripsit nuper huius Sancti vitam R. P. Cæsar Franciottus Sacerdos ex Congregatione B. Virginis Lucensis, in libro, quem de miraculosis imaginibus, & vitis Sanctorum in Ciuitate Lucensi ex-

stentium

stentium edidit, ann. 1613. At de instituto Eremitarum Augustinensium nihil prorsus.

V. NVnc ad Hilarium Arelatensem veniamus, quem Marquez dict. cap. 10. §. 10. & B Augustini discipulum, & instituti Eremitici professorem fuisse contendit, nam quod fuerit Augustini discipulus, illa eius epistola ad Augustinum indicat, quæ libris illius de Prædestinatione Sanctorũ, & de Bono Perseuerantiæ præmittitur. Quod autem vitam Eremiticam idem Hilarius professus fuerit multipliciter probari potest. Primò per D. Prosperum, qui id testatur in 2. lib. de Vita contẽplatiua cap 9. Secundò per D Eucherium Episcopum Lugdunensem in epistola ad Valerianum de eodem Hilario scribentem: *Hilarium nuper, & de Italia antistes Patronus, ambo ab illa plenissima, vt aiunt, mundanæ potestatis Sede, vnus in Religione, alius in Sacerdotij nomen ascendit.* Tertiò ex Isidoro de viris illustribus in Eucherio scribente: *Eucherius Franciæ Episcopus elegans sententijs, ornatus in verbo, edidit ad Hilarium Arelatensem Antistitem, Eremi deserta petentem, pusillum opusculum de laude eiusdem Eremi luculentissimum, & dulci sermone dictatum, &c.*

Fateor Beatum Hilarium Augustini discipulum, & filium, & amicum charissimum fuisse, fateor etiam Eremi deserta petiuisse, & monasticam vitam egisse in monasterio Lirinensi sub Honorato Abbate, postea Episcopo Arelatensi. At vel Eremitam Augustinensem fuisse, vel institutum Eremiticum ab Augustino profectum ad Insulam Lirinensem cum Honorato detulisse, falsa esse cõtendo. Primus enim Lirinensis monasterij fundator fuit S. Honoratus, qui à S. Crapasio monachus factus, stirpis Senatoriæ cum esset, vanæ laudis fugiendæ ergo, versus Orientem perrexit, vnde post multos annos Deo volente in patriam regressus, Leontio Episcopo suadente ad Leronem Insulam Serpentibus plenam se contulit, ibique Serpentibus fugatis Ecclesiam, & Monasterium non sub Augustini Regula, sed sub instituto, quod vel à Crapasio, vel in Oriente didicerat, fundauit, illuc B. Hilarium Arelatensem, non quidem Eremitam Augustinensem, vt Marquez ait, sed laicum, clarius sæcularem ante illud tempus existentem, duxit ac primus Monachum fecit. Vide verba, quæ de Sanctis Honorato, & Hilario, & Monasterio Lirinensi per eos fundato, necnon de conuersione Sancti Hilarij ex statu vitæ sæcularis ad vitam monasticam per Sanctum Honoratum, scribit Baronius tom. 6. sub anno 445. nu. 20. & videbis etiam falsitatis ea omnia conuinci, quæ Marquez cap. 10. §. 1. & cap. 15. §. 4. de B. Hilario, & de fundatione Monasterij Lirinensis sub Regula D. Augustini scribit: *Cæterum*, inquit, *quod ad S. Honorati genus, & patriam pertinet, ex Senatoria illustri familia, eademque Consulatus dignitate aucta ortum idem tradit Hilarius, fuisseque patria Arelatensem non obscurè significat, dum ait, ipsum Duce Sancto Caprasio sese conuersum in monachum, germanumque nactum domi-*

stentium edidit, ann. 1613. At de instituto Eremitarum Augustinensium nihil prorsus.

V. NVnc ad Hilarium Arelatensem veniamus, quem Marquez dict. cap. 10. §. 10. & B Augustini discipulum, & instituti Eremitici professorem fuisse contendit, nam quod fuerit Augustini discipulus, illa eius epistola ad Augustinum indicat, quæ libris illius de Prædestinatione Sanctorũ, & de Bono Perseuerantiæ præmittitur. Quod autem vitam Eremiticam idem Hilarius professus fuerit multipliciter probari potest. Primò per D. Prosperum, qui id testatur in 2. lib. de Vita contemplatiua cap 9. Secundò per D Eucherium Episcopum Lugdunensem in epistola ad Valerianum de eodem Hilario scribentem: *Hilarium nuper, & de Italia antistes Petronius, ambo abilla plenissima, vt aiunt, mundana potestatis Sede, vocus in Religionis, alius in Sacerdotij nomen ascendit.* Tertiò ex Isidoro de viris illustribus in Eucherio scribente: *Eucherius Franciæ Episcopus elegans sententijs, ornatus in verbo, edidit ad Hilarium Arelatensem Antistitem, Eremi deserta petentem, vnum opusculum de Laude eiusdem Eremi luculentissimum, & dulci sermone dictatum, &c.*

Fateor Beatum Hilarium Augustini discipulum, & filium, & amicum charissimum fuisse, fateor etiam Eremi deserta petiuisse, & monasticam vitam egisse in monasterio Lirinensi sub Honorato Abbate, postea Episcopo Arelatensi. At vel Eremitam Augustinensem fuisse, vel institutum Eremiticum ab Augustino profectum ad Insulam Lirinensem cum Honorato detulisse, falsa esse cõtendo. Primus enim Lirinensis monasterij fundator fuit S. Honoratus, qui à S. Crapasio monachus factus, stirpis Senatoriæ cum esset, vanæ laudis fugiendæ ergo, versus Orientem perrexit, vnde post multos annos Deo volente in patriam regressus, Leuntio Episcopo suadente ad Leronem Insulam Serpentibus plenam se contulit, ibique Serpentibus fugatis Ecclesiam, & Monasterium non sub Augustini Regula, sed sub instituto, quod vel à Crapasio, vel in Oriente didicerat, fundauit, illuc B. Hilarium Arelatensem, non quidem Eremitam Augustinensem, vt Marquez ait, sed laicum, clariùs sæcularem ante illud tempus existentem, duxit ac primus Monachum fecit. Vide verba, quæ de Sanctis Honorato, & Hilario, & Monasterio Lirinensi per eos fundato, necnon de conuersione Sancti Hilarij ex statu vitæ sæcularis ad vitam monasticam per Sanctum Honoratum, scribit Baronius tom. 6. sub anno 445. nu. 20. & videbis etiam falsitatis ea omnia conuinci, quæ Marquez cap. 10. §. 1. & cap. 15. §. 4. de B. Hilario, & de fundatione Monasterij Lirinensis sub Regula D. Augustini scribit: *Cæterum, inquit, quod ad S. Honorati genus, & patriam pertinet, ex Senatoria illustri familia, eademque Consulatus dignitate aucta ortum idem tradit Hilarius, fuisseque patria Arelatensem non obscurè significat, dum ait, ipsum Duce Sancto Crapasio sene conuersum in monachum, germanumque nactum comitem Venantium nomine vitandæ gratia humanæ laudis, iter arripuisse Orientem versus, nauigioque peruenisse in Achaiam, vbi defuncto eodem ipso fratre Venantio, ipsum Honoratum cum suo haud leuiter ægrotantem, inisse consilium patriam repetendi, & licèt quæ patria fuerit, expressè non nominet, tamen Arelatum significat, dum autor ipse Hilarius pro concione alloquens suos Arelatenses illu planè verbis insinuat, vbi ait, hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occulta manu salubritatem regressus sui temperat, &c. Quem ergo ad suos Arelatenses reductum, atque regressum tradit, sanè inde recessisse significat. Redeuntem verò primum omnium consilio Leontij Forojulienſis proximè degentis Episcopi incoluisse Insulam Lerinensem à Serpentibus obsessam, illicq; cedentibus illu, Ecclesiam, & Monasterium erexisse, excepisseq; à sæculo profugos, ad vitam monasticam excolendam docet. Sed & Arelatum cum redijsset, se conuersum à vita sæculari ab eodem Honorato, idem qui ea scribat, affirmat Hilarius: nam ait, tunc primum illam patriam, quam fugiendam dudum tradiderat, agnouit eduxit me secum suam prædam, gaudet, triumphat, exultatque.* Hæc aduertere, & notare debuerat Marquez, qui ad fucum faciendum pro Hilarij monachatu testimonium Baronij dict. cap. decimo. §. 1. allegauit. De monasterio Lirinensi, & de instituto Monachorum, qui ibidem temporibus D. Hilarij degebant, data opera scribit Syluester Mauroli cus lib. 1. suæ historiæ omnium Religionum, vbi ex antiquis autoribus multa colligit, quæ videri possunt.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVINTVM.

Probatur, Profuturum Episcopũ, Paulum Orosium, Leporium Vticensem, & Paulinum Nolanum Augustinenses Eremitas nunquam extitisse.

QVinto loco producit Ioannes Marquez dicto c. 10. §. 2. Profuturum Archiepiscopũ Bracarensem, ac exinde in sequentibus, §. 3. 4. & 5. Paulum Orosium Hispanum, Leporium Episcopum Vticensem, & Paulinum Episcopum Nolanum, quos Eremitas Augustinenses fuisse, ostendere se arbitratur. & sanè quòd ad Profuturum spectat, constat, illum B. Augustini discipulum fuisse ex epistola 10. D. Augustini ad Hieronymum, & ex epistola D. Augustini ad Profuturũ, quæ est inter epistolas Augustini num. 149. Quod autem fuerit frater Eremita, non Clericus Canonicus, probat, quia tenuit Augustinianum institutũ, antequam B. Augustinus esset Episcopus, quãdo adhuc erat presbyter in I.

in monasterio in horto Valerij instituto: nam Clericos Canonicos nonniti factus Episcopus instituit. Addit verò, hunc Profuturum Augustini alumnum Archiepiscopum Bracarensem fuisse in Hispanijs, testimonio Iuliani Archipresbyteri Toletani vsus, qui in suis Chronicis Hispaniarum scribit: *Anno 398. Profuturus Presbyter Africa venit in Hispaniam, & ob egregias virtutes, & mentis sanctitatem succedit Paterno in Sede Bracarensi.* Quod quomodo acciderit, sic declarat, cum Beatus Augustinus S. Hieronymo literas quasdam adhuc presbyter per ipsum Profuturum ferendas destinasset, iussit vt priùs in Hispanias ad Concilium Toletanum contra Priscillianistas celebrandum sese conferret: ac exinde in Palestinam ad D. Hieronymũ cum dictis literis transiret. Eadem ratione vtitur ad suadendum Eremiticon Pauli Orosij: quia constat illum multo tempore cum B. Augustino in Africa degisse sub illius disciplina, vt graues autores tradunt, Flauius Dexter, Martinus Polonus, Vasæus, Cardinalis Bellarminus, Sabellicus, & alij: & colligitur ex epistola 28. Diui Augustini, & ex procœmio librorum eiusdem Orosij de Ormesta mundi, quos Augustino iubente editos eidem nuncupauit. De Leporio verò Episcopo Vticensi Dexter Paciani Filius autor grauissimus, & à D. Hieronymo probatus sic scribit: *Anno ab Vrbe condita 1157. à Christi Natiuitate 406. Leporius Episcopus Vticensis in Betica prius monachus ex familia S. Augustini natat prauitatem suam priorem sententiam admonitus à S. Augustino praceptore suo.* Tandem quòd ad Paulinum Nolanum spectat, probabile admodum est, illum Eremitam instituti Augustiniani professorem fuisse. Primò quia constat, illum B. Augustini discipulum fuisse, in cuius amicitiam venerat mediante Alipio ex epistolis 31. 33. & 35. inter epistolas Augustini. Secundò, quia certum est, illum professione monachum fuisse, quod institutum vel Alipio, vel Augustino suadente susceperit. Tertio, quia constat, illum iubente Augustino in Hispanias transiuisse, & ibi à Lampio Barchinonensi Episcopo presbyterum fuisse ordinatum, & in illis Regionibus monasteria sui Ordinis instituisse, vt colligitur ex Baronio tom. 4. sub anno 394. & expresse tradunt Elias Venetus in Annotationibus ad epistolam sextam ipsius Paulini, & Vasæus in Historia Hispan. ex traditione Petri Criniti. Quartò, quia constat, Paulinum obingens desiderium Augustinum videndi in Africam traiecisse, ex Augustino lib. 1. de Ciuit. cap. 10. & ex epistola 249. Quinto, quia cum idem Paulinus secundò captiuus pro filio viduæ redimendo in Africam transisset, à Regis genero interrogatus, quid artis nouisset: Respondit scire se hortum excolere, ac in eo se exercitio occupauit, prioris sui instituti, & pristini exercitij memor, quod sub D. Augustino in illo primo monasterio in horto Valerij extructo tenuerat. Hæc Marquez loco citato, quæ per multas paginas amplificauit.

REspondeo, hunc autorem multa falsa pro veris supponere: multa etiam falsa pro veris de suo addere, quæ manifestè indicant, illum in historijs, de quibus agitur, parum versatum.

Primò namque falsum est, quod pro fundamẽto supponit: Religiosos cum Augustino presbytero degentes eremitas fuisse, de qua re satis supra nec plura addenda.

Secundò falsum est, quod de Profuturo scribit. Profuturum, qui de familia B. Aug. extitit, cuius ipse Aug. in epist. 10. & 149. meminit Archiepisc. Bracarensem fuisse: nam siue ille, quem Iulianus & alij inter Archiepiscopos Bracharenses referũt, post depositionem Paterni ordinatum, presbyter Africanus fuerit, ac etiam ex familia D. Augustini sue non, hoc certum, non fuisse illum, cuius Aug. meminit in dictis epistolis, & quem D. Hieronymo nuntium destinauit, nã iste ab Augustino Hieronimo destinatus, quem ille alterum se in epist. 149. vocauit, in Africa Episcopus erat sub primatu, siue Archiepiscopatu Numidie, propeque Ciuitates Constantinam, & Calamam, vt aperte colligitur ex dicta epist. 149. in qua Augustinus ipse Profuturo de morte Megalij Numidiæ Primatis scribit, rogans illum, vt indicet, an alium successorem primatus illius inuenerit. Fuisse namque Megalium Numidiæ Primatem, & Calamæ Episcopũ testatur Possidius in vita Augustini cap. 8. Rursus commendat ipsi Profuturo Victorem Consultum proficiscentem, iubetque vt redeuntem moneat per Calamam transire, quas ciuitates omnes in Numidia extitisse, probatione non indiget. Ipsemet fatetur August se in itinere ipsum Profuturũ nuper allocutum: *Si recolis*, inquit, *quid mecum nuper in itinere quodam locutus sis.* quod esse non potuisset, si Profuturus in Brachara Episc. tunc fuisset.

Tertiò, falsum est, quod Marquez etiam aitquando Augustinus Profuturum D. Hieronymo cum literis destinauit, iussisse, vt per Hispanias transiens se ad Concilium Toletanum trãsferret, nam Concilium primum Toletanum non nisi anno 400. celebratum fuit ex historia Conciliorum, aut anno 398. vt ipse Marquez fatetur. At Profuturus ante annum 394. Hieronymo fuit destinatus: nam destinatus est ab illo adhuc existente presbytero, vt habes ex epistola decima citata: Verùm August. anno Christi 394. Episcopus est ordinatus. Ergo Profuturus sex saltem annis ante Concilium Toletanum ipsi Hieronymo fuerat cum dictis literis destinatus.

Quartò falsum est, quod ait illum Toletano Concilio interfuisse, & pro Paterno Bracharensi Episcopum fuisse ordinatum, nam Profuturus, de quo Augustinus loquitur, eodem attestante in dicta epist. 10. dum proficisci ad Hieronymum disponebat, continuo Episcopatus sarcina deiectus in breui defunctus est. Omitto Baronium tom. 5. sub anno 405. num. 43. dicentem, primum Conc.

Tolet.

Tolet. illo anno fuisse celebratum. Sed vt hæc omnia, quæ gratis ait, illi concederemus, vndenam haberet Profuturum Eremitã Augustinensem fuisse? Dicet ex prænomine Fratris, quia Augustinus illum fratrem Profuturum vocat, sed iste nimis fœcundus modus est fratres Eremitas Augustinẽses procreandi. Vide quæ diximus cap. 10. & c. 39.

Quintò, falsum est, quod pari probabilitate, & rationum soliditate de Paulo Orosio sibi persuadet. Nam Paulus Orosius non antequam sacerdos ordinatus esset, ad Augustinum profectus est, vt constat ex epist. Augustini, & aliorum Episcoporum Concilij Carthaginensis ad Innocentiũ I. quæ est in ordine 90. & ex epistola 102. ad Euodium, & notat Baronius sub anno 414. num. 12. vnde consequens est, vt cum Augustino inter sacerdotes, & clericos, non inter eremitas commoratus fuerit, & institutum clericorum Augustinensium, non autem eremitarum tenuerit. Sanè quotquot de Paulo Orosio suorum temporum historico præclaro scripserunt, paucis eremitis Augustinensibus, & in propria causa minimè audiendis exceptis, omnes illum clericum faciunt, & Augustini alumnum, ac discipulum: nullus verò eremitam, sed nec ipse Marquez pro sua opinione aliquid affert, nisi quod nullum in Beati Augustini amicitiam admittendum esse contendit, nisi cucculla eremitica cingulo coriaceo succincta prius indutum, & qui Valerij hortum non prius aliquot diebus colucrit.

III. SExtò multo magis falsum est, nec omnino ferendum, quod de Leporio Vticensi scribit, illum monachum de familia B. Augustini, illiusque discipulum prius extitisse. Nam Leporius Vticensis Episcopus non ex Augustini, sed ex Pelagij familia monachus extitit, erroris Pelagiani sectator, & Nestoriani autor, qui ex Britannia profectus, prius in Gallijs Pelagianum dogma prædicauit. Deinde in Africam traijciens, ibi Vticensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus à presbyteris Ecclesiæ Gallicanæ, ac inter illos à Ioanne Cassiano, nec non à D. Augustino per literas admonitus, vtrumque errorem cum maxima omnium Catholicorum tum lætitia, tum admiratione, ac ædificatione retractauit, quæ omnia habes ex Ioan. Pitseo de Scriptoribus Anglicanis in Leporio, vbi ex antiquis historicis illius monasterium indicat, & ex Gennadio de Viris illustribus in Leporio. Sed clarissimè omnium ex Io. Cassiano, qui illius conuersioni præcipuam operam nauauit in libro 1. de Incarnatione Verbi, vbi hæc de ipso Leporio scribit: *Leporius enim tunc monachus, modo Presbyter, qui Pelagij vt sapa diximus ex institutione, vel potius peruersitate desipiebat, apud Gallias assertor prædictæ hæreseos, aut inter primos, aut inter maximus fuit, à nobis admonitus, à Deo emendatus, ita male conceptam persuasionem magnifice condemnauit, vt non minus pene admiranda sit correctio illius, quam tuta multorum fides: quia primum est errorem penitus non incurrere; secun-*

Tolet. illo anno fuisse celebratum. Sed vt hæc omnia, quæ gratis ait, illi concederemus, vndenam haberet Profuturum Eremitá Augustinensem fuisse? Dicet ex prænomine Fratris, quia Augustinus illum fratrem Profuturum vocat, sed iste nimis fœcundus modus est fratres Eremitas Augustinenses procreandi. Vide quæ diximus cap. 10. & c. 39.

Quintò, falsum est, quod pari probabilitate, & rationum soliditate de Paulo Orosio sibi persuadet. Nam Paulus Orosius non antequam sacerdos ordinatus esset, ad Augustinum profectus est, vt constat ex epist. Augustini, & aliorum Episcoporum Concilij Carthaginensis ad Innocentiũ I. quæ est in ordine 90. & ex epistola 102. ad Euodium, & notat Baronius sub anno 414. num. 12. vnde consequens est, vt cum Augustino inter sacerdotes, & clericos, non inter eremitas commoratus fuerit, & institutum clericorum Augustinensium, non autem eremitarum tenuerit. Sanè quotquot de Paulo Orosio suorum temporum historico præclaro scripserunt, paucis eremitis Augustinensibus, & in propria causa minimè audiendis exceptis, omnes illum clericum faciunt, & Augustini alumnum, ac discipulum: nullus verò eremitam, sed nec ipse Marquez pro sua opinione aliquid affert, nisi quod nullum in Beati Augustini amicitiam admittendum esse contendit, nisi cuculla eremitica cingulo coriaceo succincta prius indutum, & qui Valerij hortum non prius aliquot diebus coluerit.

III. SExtò multo magis falsum est, nec omnino ferendum, quod de Leporio Vticensi scribit, illum monachum de familia B. Augustini, illiusque discipulum prius extitisse. Nam Leporius Vticensis Episcopus non ex Augustini, sed ex Pelagij familia monachus extitit, erroris Pelagiani sectator, & Nestoriani autor, qui ex Britannia profectus, prius in Gallijs Pelagianum dogma prædicauit. Deinde in Africam traijciens, ibi Vticensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus à presbyteris Ecclesiæ Gallicanæ, ac inter illos à Ioanne Cassiano, nec non à D. Augustino per literas admonitus, vtrumque errorem cum maxima omnium Catholicorum tum lætitia, tum admiratione, ac ædificatione retractauit, quæ omnia habes ex Ioan. Pitsio de Scriptoribus Anglicanis in Leporio, vbi ex antiquis historicis illius monasterium indicat, & ex Gennadio de Viris illustribus in Leporio. Sed clarissimè omnium ex Io. Cassiano, qui illius conuersioni præcipuam operam nauauit in libro 1. de Incarnatione Verbi, vbi hæc de ipso Leporio scribit: *Leporius enim tunc monachus, modo Presbyter, qui Pelagij, vt supra diximus, ex institutione, vel potius peruersitate descendens, apud Gallias assertor prauitatis hæreticæ, aut inter primas, aut inter maximos fuit, à nobis admonitus, à Deo emendatus, ita male conceptam perfusionem magnificè condemnauit, vt non minus pene admiranda sit correctio illius, quam ipsa multorum fides: quia primum est errorem penitus non incurrere; secundum bene repudiare. is ergo in se reuersus non solum in Africa, vbi tunc erat, & nunc est, tam erroris sui cum dolore, quam sine pudore confessus est, sed etiam ad omnes Ciuitates Galliæ admodum flebiles confessiones, & planctus satisfactionis dedit, scilicet vt vbi deuotio eius prius cognita fuerat, illic etiam emendatio nosceretur, & qui testes erroris antea fuerant, iidem postea conuersionis essent.* Vide exemplum epistolarum ipsius Leporij apud eundem Cassianum d. lib. 1. cap. 5. vide eundem Cass. lib. 7. vbi alterius illius erroris meminit, ac tandem Baronium tom. quinto sub anno 420. numero duodecimo.

Septimò falsum est, quod ait, hunc Leporium, qui suam perditam sententiam retractauit, Vticæ in Betica Episcopum fuisse, nam fuisse Episcopum Vticæ in Africa, ostendunt verba eiusdem Cassiani cum inquit: *is ergo in se reuersus non solum in Africa, vbi tunc erat, & nunc est, tam erroris sui cum dolore, quam sine pudore confessus est.* Hæc enim verba indicant, illum in Africa, non in Hispanijs degisse, tunc potissimum, quando suum errorem retractauit. Idem omnino scribit Gennadius: *Leporius*, inquit, *adhuc monachus, postea presbyter præsumens de puritate vitæ quam arbitrio tantùm, & conatu proprio, non Dei adiutorio obtinuisse credebat, Pelagianæ dogma cœperat sequi, sed à Gallicanis Doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinum à Deo emendatus, scripsit emendationis suæ libellum.* Et hinc habes vnde impostorem euincas, qui sub nomine Flauij Dextri scribit, Leporium Vticæ in Betica Episcopum ex familia D. Augustini monachum, à Magistro admonitum, suam perditam priorem sententiam emendasse. Sed puto deceptum fictorem imperitum, quia reperit alium Leporium inter B. Augustini clericos, cuius ille meminit in secundo sermone de Comm. vita Clericorum. Alium fortasse Leporium vidit Episcopum Concilio primo Toletano cum cæteris Episcopis subscribentem, & ita ex tribus vnum Leporium effecit, nec loca, nec tempora distinguens, nam Leporius Pelagianus ex Brittania oriundus per Gallias suum dogma prædicauit, exinde in Africam traijciens, ibi mansit, Leporius vero ex familia D. Augustini ciuis Hipponẽsis prædives, & nobilissimus erat. Leporius vero, qui Concilio Toletano subscripsit, Hispanus putatur. Rursus Leporius Hispanus anno 400. Concilio Toletano cum cæteris Episcopis subscripsit. At Leporius ex Augustini familia adhuc erat in Monasterio clericus, cum D. Aug. sermonem secundum de comm. vita cleric. ad populum Hipponensem habuit, quo tempore iam canus, & senex erat, vt illa eius sermonis verba indicant: *Non decet hæc membra, hos canos.* Fictor vero sub nomine Dextri hunc Leporium sub ann. 406. inter Episcopos recenset. Adde non constare, an Leporius Pelagianus Episcopus fuerit, nã & Cassianus, & Gennadius solum presbyterum illum vocant, & etiam Pitsius.

IV. OCtauo, multò magis falsum est, quod idem Marquez de Sancto Paulino Episcopo Nolano scribit, illum eremitam Ordinis Diui Augustini fuisse. Nam ex epistola 31. inter epistolas Augustini, quæ est ipsius Paulini ad Augustinum habemus, illum antequam in B. Augustini amicitiã, ac etiam notitiam veniret, iam presbyterum ordinatum cum coninge Terasia, quæ similiter cum marito continentiam vouerat, Monachi vitam agere cœpisse, & D. Augustino ætate maiorem fuisse, licèt meritis, & ingenio se longè iuniorem fateatur, vnde & ab illo instrui, & in via Domini sanctis monitionibus institui plurimum precatur.

Nonò, multò adhuc magis falsum, & contra veritatem historiæ est, quod ex Vasæo, & ex epistolis ipsius Paulini subdit, Paulinum postquam inter D. Augustini eremitas adscriptus est, iubente Magistro in Hispanias profectum, plura sui ordinis monasteria exstruxisse, & tandem à Lampio Barchinonensi Episcopo presbyterum fuisse ordinatum. nam quod ad Vasæum spectat, ille profectionem Paulini in Hispanias sub anno 381. statuit ex eodem Marquez cap. 10. §. 5. pag. mihi 114. & consequenter septem annis ante baptismum D. Aug. sed quod omnem dubitationem amputat, Paulinus ipse in epistola ad Alipium 35. inter epistolas Diui Augustini fatetur, quando Alipius Mediolani cum Augustino degebat, peragrata Hispania iam ordinatum presbyterum, se in Italia rediisse. & inter B. Ambrosij Episcopi Mediolanensis presbyteros scriptum alicuius famæ inter Dei seruos apud Mediolanenses esse cœpisse: *Quod enim*, inquit, *indicasti tam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanium te didicisse, cum illic initiareris. fateor curiosius me velle cognoscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si à suscipiendo mihi Patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, vt eundem ambo habere videamur autorem, nã ego etsi à Delphino Burdigalia baptizatus à Lampio apud Barcilonam in Hispania per vim inflammatæ subito plebis sacratus sim: tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine consenior. Denique suo me clero vindicare voluit, vt etsi diuersis locis degam in suis presbyter censear.*

V. DEcimò falsum est, quod subiungit, Paulinum desiderio videndi D. Augustinum in Africam traiecisse, cõtrarium enim habemus ex epist. D. Aug. 65. in qua fatetur ipse Aug. desiderio se Paulinum videndi, & alloquendi teneri, at è contra Paulinum è suo loco, scilicet ex Nola non discedere statuisse, ait enim: *Colloqui autem vobiscum talia cupio, si digneminì literis, qualia possemus. si coram vestris sensibus adessemus. Ecce illam epistolam, quam nuper proposueram, tanquam si præsens præsenti inter dubces loquelas obijcerem, plane Christiano intellectu, & deuotione soluisti. Sed nimis curtim & breuiter, posset quippe ibi aliquantò diutiùs, & vberius habitare gratia oris tui, si cum dixisses, ita te illo, quo fuit ester vterus loco perseuerare decreuisse, vt si quid de te aliud Domino placuerit, eius voluntatem præferas tuæ, ad ipsum aliquando apertius explicares, quomodo voluntatem Dei, quæ nostræ voluntati est præponendo, nouerimus.* Ecce tibi non solùm Paulinus in Africam ad Augustinum videndum non iuit, sed ab Augustino forsan inuitatus, & sine dubio desideratus à suo loco, nisi Deus aliter disponente, non discedere animo suo firmiter statueratis autem locus apud Nolam erat in Campania, non in Africa.

SEd audiamus quæso rationes, quæ hunc virum ad Paulini profectionem in Africam ad Augustinum suadendam mouerunt. Prima illius ratio est, quia in ep. 249. ad Aug. fatetur Paulinum, & cum Aug. locutum: *vt tu*, inquit, *ad me aliquando locuturus.* Verùm frigida nimis est ratio, nam Aug. & Paulinus per literas tanquam sensibus præsentes sese inuicem alloquebantur, vt ex verbis eiusdem Aug. in citata proximè epistola habemus. Secunda ratio cum Paulinus sese pro redimendo filio viduæ captiuum tradidisset in Africam ductus, & à Genero Regis interrogatus, quid artium nouisset, respondit se hortum rectè colere nouisse, in eo se exercitio occupauisse ad suum primæuum Monasticum institutum rememorandum, quod in horto Valerij cum D. Aug. prius tenuerat. Egregium sanè commentum, Paulinus sese in horto colendo occupauit, vt ad pristinum institutum reuerteretur, quod cum D. Aug. tenuerat in monasterio in horto Valerij ædificato. Fateor ingenuè, me hactenus in errore maximo versatum putabam enim Aug. in eo monasterio viros religiosos instituisse, qui vtriusque vitæ, contemplatiuæ scilicet ac etiam actiuæ officia in vnum iungens diuinarum scripturarum lectioni, & meditationi, vel bi Dei prædicationi, Sacramentorum dispensationi, populorum saluti procurandæ, & aliis similibus operibus pietatis operam nauarent, sicut D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. ad 2. & alij passim fatentur. Cæterum quandoquidem in eo monasterio olitores, topiarij & viridarij ad terram fodiendam, & olera plantanda instituti sunt, fateor nullã amplius causam esse, vt pro illo cum eremitis contendamus. At mea opinio est, Aug. de hortis colendis non adeo solicitum fuisse, vt pro illorum cultura monasterium, ac etiam Ord. Erem. instituere voluerit.

Quibus omnibus illud etiam adijcio ex sententia Baron. tom. 5. sub anno 412. Paulinum Nolanum illum non esse, cui Ausonius scribit epist. à Marquez commemoratas, sed alium longè diuersum, licèt nonnulli per errorem alterum cum altero confundant, & præter hos duos tertium fuisse Beati Ambrosij Mediolanensis Episcopi Diaconum, & Augustin. familiarissimum, qui scripsit vitam D. Ambrosij, & acerrimus Pelagianorum insectator fuit, cuius meminit Aug. lib. 2. de Gratia Christi contra Pelagium c. 3. & 7. & Isidorus Hispalensis de Viris illustribus,

sed

sed vide Baronium ibid. nu. 38. & 39. & sup. sub anno 394. num. 47. & duob. seqq.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

Quod Arthuagus Gothus, Erthinodus Ferrandus, & alij sup. c. 54. relati Eremitæ Augustinenses non extiterint.

I. ETsi, quę duobus præcedentibus capitibus diximus, sufficere possint ad ea etiam refellenda, quæ de Arthuago, & alijs nonnullis idem Marquez locis ibidem allegatis scribit, sine fundamento illos inter Eremitas sui ordinis recensens, ne tamen data opera quis me illos præterisse existimet, referam breuiter, ac reijciam, quæ de illis cap. 11. 12. & 15. scribit, sit igitur: Nonus in Ordine S. Arthuagus natione Gothus, & professione monachus. De hoc Arthuago M. Maximus sub era 622. id est anno Christi 584. ita scribit: *Arthuagus Gothus ex Ord. ne S. Augustini monachus S. Isidoro Toleti fl. erat opinione sanctitatis.* Ad stipulatur Eutrandus, siue Luitprandus in continuatione Chronici M. Maximi dicens: *Era 622. 1. die Maij moritur Toleti, eo quod sig. Arthuagus monachus S. Isidoro Toleti.* Iustianus quoque Archipresbyter Toletanus: *Era 598. prima Ianuarij Toleti Arthuagus monachus Augustinianus apprimè feruens zelo fidei &c.* Et licèt Ambros. Morales lib. 11. c. 18. & alij eius obitum referant ad annum 630. omnes tamen Monachum Augustinensem affirmant.

Respondeo, licet hæc omnia concedamus, non probari, quod arguens intendit. Primò, quia nomen monachi etiam clericos canonicos ab Augustino institutos comprehendit. Secundò, quia esto fuisset verè monachus, non tamen sequeretur fuisse Ordinis Eremitarum, qui nunc est, vt sæpe alias monitum, & sanè totus hic labor Ioannis Marquez, quo nititur probare Arthuagum, & alios quosdam Augustinianos monachos fuisse, ad antiquitatem sui ordinis deducendam, proiectus videtur, quod etiam D. Antoninus 3. par. tit. 24. cap. 14. in princip. & ex illo Azorius, & Nauarrus supra allegati contra fratrem Iordanum, & alios notauerunt. Verùm absolutè nego historias ex M. Maximo, & Eutrando allegatas, nam illud Chronicon Dextri per M. Maximum, & Eutrandum continuatum, vel illorum autorum nõ est, vel pluribus in locis, aut ab hæreticis Magdeburgensibus, aut ab eremitis Augustinensibus, aut Monachis apud quos multis annis latuisse perhibetur, augendo, minuendo immutando pro illorum com-

sed vide Baronium ibid.nu.38.& 39.& sup.sub anno 394.num.47.& duob.seqq.

CAPVT QVINQVAGESIMVMSEXTVM.

Quod Arthuagus Gothus, Erthinodus Ferrandus, & alij sup.c.54. relati Eremitæ Augustinenses non extiterint.

I. ESt, quę duobus præcedentibus capitibus diximus, sufficere possint ad ea etiam refellenda, quæ de Arthuago, & alijs nonnullis idem Marquez locis ibidem allegatis scribit, sine fundamento illos inter Eremitas sui ordinis recenſens, ne tamen data opera quis me illos prætersisse existimet, referam breuiter, ac reijciam, quæ de illis cap.11.12.& 15.scribit, sit igitur: Nonus in Ordine S.Arthuagus natione Gothus, & professione monachus. De hoc Arthuago M. Maximus sub era 622. id est anno Christi 584.ita scribit: *Arthuagus Gothus ex Ord ne S.Augustini monachus Sistæ Toletæ sanctè & optimè sanctitatis.* Adstipulatur Eurandus, siue Luitprandus in continuatione Chronici M. Maximi dicens: *Era 632. 1.die Maij moritur sanctè, compositeq; Arthuagus monachus Sistæ Toletæ.* Iulianus quoque Archipresbyter Toletanus: *Era 598 primo Ianuarij Toleti Arthuagus monachus Augustini apprimè feruens zelo fidei &c.* Et licèt Ambros. Morales lib.11.c.18.& alij eius obitum referant ad annum 630 omnes tamen Monachum Augustinensem affirmant.

Respondeo, licet hæc omnia concedamus, non probari, quod arguens intendit. Primò, quia nomen monachi etiam clericos canonicos ab Augustino institutos comprehendit. Secundò, quia ésto fuisset verè monachus, non tamen sequeretur fuisse Ordinis Eremitarum, qui nunc est, vt sæpe alias monitum, & sanè totus hic labor Ioannis Marquez, quo nititur probare Arthuagum, & alios quosdam Augustinianos monachos fuisse, ad antiquitatem sui ordinis deducendam, proiectus videtur, quod etiam D. Antoninus 3. par. tit. 24. cap.14.in princip.& ex illo Azorius, & Nauarrus supra allegati contra fratrem Iordanum, & alios notauerunt. Verùm absolutè nego historias ex M. Maximo,& Eutrando allegatas, nam illud Chronicon Dextri per M. Maximum, & Eutrandum continuatum, vel illorum autorum nõ est, vel pluribus in locis, aut ab hæreticis Magdeburgensibus, aut ab eremitis Augustinensibus, aut Monachis apud quos multis annis latuisse perhibetur, augendo, minuendo immutando pro illorum commodo multipliciter fuit depraua tum, quod phrases istæ loquendi, monachus Augustinianus, vel monachus Ordinis sancti Augustini, & similes apertè indicant, illæ enim tunc temporis in vsu non erant. Sunt autem Magdeburgensibus, Auentino, Bruschio, Erasmo hæreticis, imò & Catholicis Germanis familiarissimæ. De historia Iuliani Toletani idem dicendum videtur, maximè quòd ille nec cum M.Maximo, nec cum Eutrando concordat.

II. DEcimus est S. Erthinodus martyr, de quo idẽ Eurandus: *Era 855 Erthinodus Gothus Augustinianus in Sistæ Toletanæ monasterio sui Ordinis, vt martyr in pretio habetur.*

Respondeo, cum quæ de S. Erthinodi monachatu asseruntur, eodem testimonio Eutrandi niti untur, eodem modo respondendum, historiam Eutrandi vel apocryphum esse, vel ab aliquo impostore depraua tã, aut nomine monachorũ Ordinis S.Augusti. clericos canonicos intelligendos esse, quorum institutum improbabile non est, etiã viuente B.Aug. per Regiones Hispaniarum dilatatum, per ea, quæ Possidius de Monasterio Augustini cap.11.scribit.

III. VNdecimus est S. Ferrandus primùm Episcopus Carthaginis Spartariæ, deinde Archiepiscopus Toletanus, hunc inter Fulgentij discipulos recenset M. Maximus sub era 533. id est anno 495.sic enim ait: *Petro Episcopo Toletano succedit Hector in africa Diaconus, dictus Ferrandus, familiaris S. Fulgentij Ruspensis, Episcopus Carthaginu Spartariæ.* & era 534.scilicet anno Christi 496. *Hector Ferrandus Episcopus Toletanus mirum in modum emicat.* & Iulianus Toletanus: *Palmato Episcopo Toletano succedit in eadem sede Hector cognomento Ferrandus Afer.* Flura de hoc Ferrando scribit Marquez cap.11.§.4 ad probandum, illum D.Fulgentij discipulum fuisse, & consequenter eremitam Augustinensem, quia in quadam epistola Diuo Fulgentio scripta, se illius discipulum fatetur, & ipse Beati Fulgentij opera, quæ morte præuentus non absoluerat, ad vmbilicum perduxit, vt Iulianus Toletanus scribit.

Respondeo, hunc autorem multa de suo dicere, quædam voluntariè & sine fundamento, quædam apertè falsa, & ex omnibus nihil concludere. Primò namque voluntariè dicit, in Ecclesia Africana consuetudinẽ fuisse Diaconos, & subdiaconos Ecclesiarum ex monachis assumere, id enim nunquam permissum est, nisi in defectum clericorum, nõ autem ex consuetudine. Secundò, falsum est, M.Maximum dicere, sub era 533. Petro Toletano succe ssisse in sede Episcopali Hectorem dictum Ferrandum, nam in libro per Ioannem Calderonem edito sub era 553. nihil omnino habetur ex his, quæ Marquez ex M. Maximo refert. era verò præcedenti ait: *Palmatio Episcopo Toletano succedit Petrus presbyter Edessenus natione Græcus vir doctissimus, &c.* similiter era sequenti scilicet 534

solùm inquit: *Hector, qui & Ferrandus Carthaginensis Diaconus floret.* quare illa verba: *Episcopus Toletanus mirum in modum emicat.* voluntariè addita videntur. Iulianus verò ipsi M. Maximo apertè contradicit, nam M. Maximus dicit, Palmatio Petrum successisse, & iuxta lectionem, quâ vtitur Marquez Petro successit Hector, qui & Ferrandus. At Iulian', inquit, Palmatio Episcopo Toletano successisse in eadem sede Hectorem cognomento Ferrandum Afrum, quæ tanta confusio satis indicat, quam fidem istis fragmentis adhibere possimus. Sed etsi hæc omnia gratis concedamus, quid inde? an ob hoc, quod Ferrandus B. Fulgentij discipulus, & alumnus extitit, necessariò monachus fuit? an B. Fulgentius præsertim factus Episcopus præter monachos, etiam clericos, & laicos alumnos, & discipulos non habuit? & demum esto ex supra deductis concluderet, hunc Ferrandum monachum ex instituto D. Fulg. fuisse, quod tamen nullatenus in specie quidem probatur, nego illum eremitam Augustinensem fuisse, quemadmodum supra negauimus, ipsum Fulgentium B. Augustini institutum tenuisse.

IV DVodecimus est S. Donatus fundator monasterij Seruitani, de hoc multa inculcat idem Marquez cap. 16. in princ. & §. 1. 2. & 3. quæ omnia vni M. Maximi testimonio nituntur, is enim de Donato monasterij Seruitani fundatore sub era 612. ita scriptum reliquit: *Sanctus Donatus Regulam Eremitarum sancti Augustini locupletiorem, mitioremque in Hispaniam inuexit, & in agro Securitano aliter Setabitano monasterium Seruitanorum construxit, vi verborum, meritu, & miraculis abundè nobilitatus, gloriosus migrat ad Dominum. Colitur 9. Calend. Nouemb.* & cũ ex monasterio Seruitano fuerint etiam sanctus Eutropius, & Nuntus Abbas, & sanctus Licinianus martyr, hinc consequenter probatum relinquitur, illos etiam Ordinis Augustiniani eremitas extitisse.

Respondeo, quod S. Donatus ex Africa in Hispaniam vitam monasticam, sicut etiam eremiticã inuexerit, hoc non solùm assertus autor historiæ M. Maximi, sed etiam alij autores graues, & probati affirmant. At quod inuexerit in Hispaniam regulam eremiticam D. Aug. illamq; mitiorem, & locupletioré reddiderit, hoc falsũ est, & ab aliquo partibus addicto intrusum, vt & alia multa, quæ in ead. hist. legũtur, quod probatur primò ex ipsamet regula Aug. quæ est omnium latissima, quod etiã S. Canones aduertũt, & vt vitæ eremiticæ aptetur, restrictione, non mitigatione opus habet. Secundò, quia neque D. Ildephonsus in lib. de Viris illustribus, vbi aduentũ S. Donati in Hispaniã narrat, neque Mariana, qui lib. 5. de Rebus Hispaniæ cap. 11. idem factum refert, nec alij probati autores, qui de D. Donato loquuntur de regula eremitica D. August. vllum verbum habent. At dicunt illum cuiusdam eremitæ in Africa monachũ fuisse? Quid tum? Ergo eremita Augustinensis? Nego. verum arguens semper in eadem fuisse hæret, quod nullus in Africa fuerit monachus præter suos Augustinenses, quod quoties inculcatur, toties nego, prout negari debet. Tertiò, quia idem M. Maximus inferius sub era 628. scilicet, anno Christi quingentesimo nonagesimo, Abbates, qui interfuerunt Concilio Toletano secundum illum celebrato eodem anno; refert, primo loco numerat Eutropium Seruitanum, secundo, Luxuperium Agaliensem, tertio, Aurasium S. Cosmæ, & Damiani, quarto, Marcum Maximi prius Abbatem Sanctarum Massarum Carthaginensium; tunc Archidiaconum Cæsaraugustanæ, quinto, Emilam Sanctæ Eulaliæ Barchinonensis, qui postea fuit eiusdem Ciuitatis Episcopus, & statim subdit: *Omnes isti ex Ordine S. Benedicti.* Sed Ordine S. Benedicti; quomodo ex Ordine Eremitarum S. Patris Augustini. Addo Trithemium in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Eutropio monasterium Seruitanum in Ordine Diui Benedicti reponere. Addo, apud Sanctum Ildephonsum non pro certo haberi, quod S. Donatus monasterium Seruitanum fundauerit, cum scribat hæc formalia verba: *Seruitanum monasterium ut est constructum esse.* Et hæc sufficiunt ad omnia abrijcienda, quæ de sanctis Eutropio, Licciniano, & alijs ex dicto monasterio profectis, & de Augustinensi illorum instituto Eremitico idem autor dicto capite duodecimo, §. quarto, & sequentibus vsque ad finem capitis prosequitur, in quibus non multa dicat, nihil omnino probat, & extra chorum canit.

Vnus tandem supereſt Patritius Hybernensis Episcopus, & Apostolus B. Germani, ac etiam B. Martini discipulus, ex quo institutum sanctorum Columbani, & Columbæ illius Magistri nonnulli profectum putant. Verùm quia quærad S. Patricium, cuiusque institutum spectant longiorem sermonem requirunt, in sequentem librum reijcimus, vbi de Ordine Canonico per Hyberniam primitus propagato verba faciemus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEPTIMVM.

Argumenta tertij generis ex vetustate quorundam assertorum Eremitici Ordinis Cœnobiorũ afferuntur, & dissoluuntur.

PRostremum fundamentum antiquitatis prædicti Ordinis Eremitarum Augustinensium constituitur in vetustate quorundam monasteriorum, quæ ipsum aliquòt etiam seculis ante Concilium Laterancnsem habuisse, tum Io. Marquez, tum alij nonnulli eiusdem Ordinis professores affirmant, quæ cum certo aliquo ordine referre minimè possim, quamquidem nec illi ordinatè referunt, eodem ordine, quo Ioann. Marquez, eadem recensebo. Ex his itaque primum illud recensetur, cuius meminit Innocentius Tertius in cap. Insinuante. Qui clerici, vel vouentes. Nam cum textus de fratribus Eremitis Ordinis sancti Augustini expresse loquatur, vt Glossa, Azorius, & Benedictus Capra insignis legum Doctor, aiunt, consequens est, vt fratres dicti Ordinis ante Conc. Lateran. in Regno Portugaliæ monasteria habuerint.

Respondeo, rationem nihil concludere, primò quia non constat, textum de Fratribus Eremitis Augustinensibus intelligi oportere. Secundò, quia neque Glossa, neque Azorius hoc dicunt, & si Benedictus Capra id sensit, salua illius in reliquis æstimatione, in hoc deceptus fuit, quin Azorius tom. 1 lib. 12. cap. 23 quæst. 4. expresse fatetur, nullum in Decretali Gregoriano istius Ordinis mentionem haberi. Dices cuius ergo instituti professores erant illi fratres sancti Augustini, de quibus Innocentius in textu loquitur? Respondeo probabiliter exponi posse de Canonicis Regularibus, quorum institutum tunc temporis per totam Lusitaniam summoperè florebat, vt lib. sequenti ostendemus. Secundo dico, verisimilius videri illos fuisse Fratres, seu Canonicos Ordinis Præmonstratensis, qui Ordo tunc temporis in Regno Portugaliæ valde erat dilatatus, quod etiam Ioannes Marquez cap. 8 §. 2 fatetur; imo vocabantur tunc temporis Præmonstratenses Fratres Ordinis sancti Augustini vt colligitur ex historia fundationis monasterij sancti Vincentij Vlyssiponensis, quam illeibi refert, de qua libro secundo diecmus. Aut tertio dici potest illos fuisse Fratres Guilelmitas: nam si Theobaldo fides adhibenda est, qui sancti Guilelmi vitam describit, ille sanctum Guilelmum Portugalliæ partes pertransse, ibique sui Ordinis monasteria exstruxisse refert, idque etiam Ioannes Marquez capite decimo septimo §. 2. fatetur, in eodem Regno ex antiquissima traditione teneri. Quomodo verò Guilelmitæ ante Concilium Lateranense fratres sancti Augustini dicti fuerint, explicauimus supra.

II. SEcundo loco profertur text. in cap. Religionũ de religiosis domibus in sexto, ex quo habetur Ordinem Eremitarum ante Conc. Lateran. institutum, & consequenter habuisse monasteria. Sed hic textus nullam difficultatem ingerit: fuerunt enim ante Concilium Lateran. multæ domus Eremitarum, ac etiam nonnullæ Congregationes, ex quibus ordo, qui nunc est, postea fuit constatus: at non erat idem ordo sub certo titulo, regula, & habitu, qualis nunc cernitur, constitutus.

Tertiò, profertur monasterium sancti Antonij de Ardigneta, nunc Vallis asperæ in maritima Senarum, quod Innocentium Tertium Ordini Ere-

buisse, tum Io. Marquez, tum alij nonnulli eiusdem Ordinis professores affirmant, quæ cum certo aliquo ordine referre minimè possim, quandoquidem nec illi ordinatè referunt, eodem ordine, quo Ioann. Marquez, eadem recensebo. Ex his itaque primum illud recensetur, cuius meminit Innocentius Tertius in cap. Insinuante. Qui clerici, vel vouentes. Nam cum textus de fratribus Eremitis Ordinis sancti Augustini expresè loquatur, vt Glossa, Azorius, & Benedictus Capra insignis legum Doctor, aiunt, consequens est, vt fratres dicti Ordinis ante Conc. Lateran. in Regno Portugaliæ monasteria habuerint.

Respondeo, rationem nihil concludere, primò quia non constat, textum de Fratribus Eremitis Augustinensibus intelligi oportere. Secundò, quia neque Glossa, neque Azorius hoc dicunt, & si Benedictus Capra id sensit, salua illius in reliquis æstimatione, in hoc deceptus fuit, quin Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 4. expresè fatetur, nullum in Decretali Gregoriano istius Ordinis mentionem haberi. Dices cuius ergo instituti professores erant illi fratres sancti Augustini, de quibus Innocentius in textu loquitur? Respondeo probabiliter exponi posse de Canonicis Regularibus, quorum institutum tunc temporis per totam Lusitaniam summoperè florebat, vt lib. sequenti ostendemus. Secundo dico, verisimilius videri illos fuisse Fratres, seu Canonicos Ordinis Præmõstratensis, qui Ordo tunc temporis in Regno Portugalliæ valde erat dilatatus, quod etiam Ioannes Marquez cap. 8. §. 1. fatetur, imo vocabantur tunc temporis Præmonstratenses Fratres Ordinis sancti Augustini vt colligitur ex historia fundationis monasterij sancti Vincentij Vlyssiponensis, quam illeibi refert, de qua libro sequulo dicemus. Aut tertio dici potest illos fuisse Fratres Guielmitas: nam si Theobaldo fides adhibenda est, qui sancti Guielmi vitam describit, ille sanctum Guielmum Portugalliæ partes penetrasse, ibique sui Ordinis monasteria exstruxisse refert, idque etiam Ioannes Marquez capite decimo septimo §. 2. fatetur, in eodem Regno ex antiquissima traditione teneri. Quomodo verò Guielmitæ ante Concilium Lateranense fratres sancti Augustini dicti fuerint, explicauimus supra.

II. Secundo loco profertur text. in cap. Religionũ de religiosis domibus in sexto, ex quo habetur Ordinem Eremitarum ante Conc. Lateran. institutum, & consequenter habuisse monasteria. Sed hic textus nullam difficultatem ingerit: fuerunt enim ante Concilium Lateran. multæ domus Eremitarum, ac etiam nonnullæ Congregationes, ex quibus ordo, qui nunc est, postea fuit conflatus: at non erat idem ordo sub certo titulo, regula, & habitu, qualis nunc cernitur, constitutus.

Tertiò, profertur monasterium sancti Antonij de Ardigneta, nunc Vallis asperæ in maritima Senarum, quod Innocentium Tertium Ordini Eremitarum D. Augustini confirmasse affirmant Frater Iordanus libro primo, capite decimoquarto, & ex illo D. Antoninus tertia parte, titulo vigesimo quarto, capite decimo quarto, §. 3. sed quod ad D. Antoninum spectat, sæpe dictum est illum fratris Iordanis solùm verba referre. Quod verò ad monasterium attinet, cum supra ex literis Innocentij Quarti ostensum sit nullos Eremitas exceptis Guielmitis, de quibus tamen res est valde dubia, ante ipsum Innocentium Quartum in Tuscia, sub Beati Augustini regula degisse, vnum è duobus necessariò dicendum est, aut illud monasterium tunc temporis non fuisse Ordinis Eremitarum, sed postea à Sede Apostolica illi donatum, & fortè Fr. Iordanus pro Innocentio Quarto posuit Innocentium Tertium, sicut pro Gregorio Nono, posuit Gregorium Primum: aut secundo dicendum, illud monasterium tempore Innocentij Tertij Eremitarum Ordinis sancti Guielmi fuisse, cuius Ordinis erant potissima, & præcipua monasteria, quæ nunc obtinet idem Ordo Eremitarum, vt ipse Marquez cap. 13. §. 14. fatetur.

III. QVartum est monasterium sancti Aug. Cantuariensis, cuius meminit Innoc. Tertius in cap. Dilecti, de Appellationibus, quod sumptum est ex quadam epist. Innocentij Tertij scripta Priori sancti Augustini, in qua illi mandat, vt Archiepisc. Cantuariæ excommunicatum denuntiet, ex eo, quia alium Priorem eiusdem Ordinis Erem. post legitimam appellationem ad Sedem Apostolicam excommunicationi subiecerat, præter hanc epistolam, aliam eiusdem Innocentij Tertij refert Marquez cap. 7. §. 3. quæ similem prorsus materiã, & casum continet, excepto quod pro Archiepisc. Cantuariæ, ponit Archiepisc. Conturbiæ. Addens Innocentium Tertiũ ex sententia Azorij de quodam Priore Ordinis Eremitarum sancti Augustini loqui, huius Prioris, & monasterij S. Augustini meminerunt etiam Cornelius Lancillottus lib. 2. de Vita Augustini cap. 16. Ludouicus de Angelis, & alij.

Respondeo, multis modis grauiter errare Marquez, & eos qui putant Innoc. III. in dictis epist. de Prioris. Aug. Ordinis Erem. loqui: primus error est, dum aiunt Azorium de Priori Ordinis Eremitarum verba Innocentij intelligere: Azorius enim solùm refert, quæ Eremitæ dicunt, quorum sententiam implicitè reijcit, cum inquit, in toto Decretali Gregoriano huius Ordinis Eremitici nullam prorsus mentionem fieri. Secundus error est, dum vnum casum in duos diuidunt, nam Innocentius de eodem Episcopo Cantuariæ tam in prioribus, quàm posterioribus literis verba facit, vt statim dicemus. Tertius error est, dum pro Archiepiscopo Cantuariensi, Archiepiscopum Cõturbiensem ponunt, Archiepiscopatus enim Conturbiensis quantum elicitur ex Prouincialı Romano, quod duplex apud me habeo alterum manuscriptum vetustissimum, alterum typis edi-

tum ante centum annos, nullibi reperitur. Conturbia etiam Ciuitas quantum ex Ptolemæo, & alijs omnibus Geographis,& Cosmographis videre potui, nusquam est, aut fuit, solum reperi apud Insubres in agro nostro Nouariensi Pagum, Conturbiam nuncupatum, cuius nomine forsan apprehenso à Fratre Innocentio Rampino Terdonensi ob locorum vicinitatem, quod nomen Cantuariæ obliteratum foret, nec commodè intelligeretur, pro Cantuaria posuit Conturbiam. Fortassis etiam offendit aliquem autorem ignarum, qui Platinæ, vel aliorum historias transferendo ex latino idiomate in Italicum, pro Cantuaria Conturbiam reddiderit,& dato, quod pro Conturbia intelligere voluerit Cantuariam. Quartus error præcipuus est, quia dicunt, Priorem illum Eremitarum Ordinis S. Augustini fuisse, in quem mea sententia non incidissent, si Innocentij literas in fonte, vt aiunt, legissent. Nam si Prior S. Augustini, de quo Innocentius loquitur, eiusdem Ordinis erat cum illo, cuius causa Pontifex Archiepiscopũ excommunicatum declarari præcipit, ille sine dubio erat Prior Ecclesiæ Cantuariensis monasterij Ordinis S. Benedicti, vt patet ex literis, ea de causa ab ipso Innocentio scriptis Archiepiscopo Cantuariensi,& illius suffragancis, quæ habentur libro primo Epistolarum pagina ducentesima decima quarta, & ducentesima decima septima, necnon Prioribus S. Augustini,& S. Gregorij Cantuarien. quæ habentur ex eodem libro pagina centesima septuagesima,& centesima septuagesima prima,& sunt illa quæ allegantur à Ioanne Marquez, & Cornelio Cãcillotto. Et sane si licet arguere, quod ille Prior erat Ordinis S. Augustini, quia intitulatur Prior S. Augustini, liceret etiam dicere, alterũ eius Collegam, cui similiter Innocentius literas dirigit. fuisse Ordinis S. Gregorij, quia intitulatur Prior S. Gregorij: Ordo autem S. Gregorij nullus est. Addo monasterium illud S. Gregorij Canonicorum Regularium fuisse à Lamphranco Archiepiscopo Cantuariense fundatum, vt autor est Guilielmus Malbesburiensis libro 1. de Episcopis Anglicanis in cap. de Episcopis Cantuariensibus: ergo titulus S. Augustini non ordinis, sed loci erat. Et vt omnes ambages amputemus, monasterium S. Augustini Cantuariæ, cuius Priori Innocentius dictas literas dirigit, ordinis D. Benedicti erat, illudque cum primis nobile, vt colligitur ex libro taxarum Apostolicarũ, & expresse aducrtit Ioan. Pitsius in lib. de Scriptoribus Anglicanis sub anno 960. in vita Serlonis monachi eiusdem monasterij,& sub anno 1217. in vita Alexandri dicti monasterij Abbatis. Et aducrte, quòd illa Ecclesia erat dictata D. Augustino Archiepiscopo Cantuariæ, non autem Augustino Episcopo Hipponensi.

IV. QVintum est monasterium Neridanum prope Parthenopem à S. Gaudioso ædificatum, vbi Catholicos ex Africa profugos collegit, quod Cornelius Lancillottus, Marquez, ac alij, eremitarum Augustinensium fuisse ex eo affirmant, quia Gaudiosus, & alij omnes, qui sese in illud monasterium receperunt, Africani erant: vnde consentaneum est, eos monasterium illius instituti exercisse, quod maximè tunc temporis in Africa florebat: illud autem erat institutum eremitarum Augustinensium.

Respondeo, Gaudiosus, & cæteri Africani, pro quibus monasterium Neridanum exstructũ fuit, omnes vel Episcopi, vel Sacerdotes, & Clerici erant, vt aperte indicat Victor Vticensis lib. 1. persecutionis Wandalicæ, vbi inter alia hæc ad literã scribit, seriem profectionis eorundem Episcoporum, & Clericorum narrans: *Tunc vero numerata Vrbu Episcopum, id est Carthaginu, Deo, & hominibus manifestum Quodvolidecim, & maximam turbam illorum nauibus fractis impositam, nudos, atque exspoliatos expelli præcepit, quos Dominus miserationis potestate sua prospera nauigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est Ciuitatem.* & ita etiam dicunt Baronius in notis ad Martyrologiũ sub die 8. Octobris, & tom. 5. Annalium sub anno 439. num. 30. & 31. & autor historiæ S. Quodvultdei, ac etiam tabularia Ecclesiæ Neapolitanæ. Quare deceptionem manifestè Marquez, & qui tam liberè, quam sine vlla probabilitate iactant, monasterium Neridanum eremitarum fuisse: cum constet, illos omnes, pro quibus exstructum est, & qui se in illud collegerunt, non eremitas, sed sacerdotes, & clericos extitisse. Quod autem ait, eo tempore ordinem eremitarum præcipuum, & solum in Africa floruisse, voluntariè dicitur; vt ex supra deductis constare potest.

SExtum est monasterium Insulæ Lerinensis in Gallijs, quod Marquez cap. 10. §. 1. & cap. 15. §. 4. & 5. à B. Honorato, & Hilario sub D. Augustini Regula institutum fuisse affirmat, fal-ò fundamento nixus, quod B. Hilarius eremiticum Augustinensium institutum profiteretur, antequam cum Honorato ad Lerinensem Insulam profisceretur. Multa etiam alia falsa de hoc monasterio comminiscitur; quale inter cætera est illud de commoratione D. Patricij in eadem Insula cum monachis, de quo libro sequenti dicemus. Nùc quod ad præsens negotium attinet, respondeo, deceptissimè hunc autorem in eo, quod ait, D. Hilarium eremitam Augustinensem fuisse, priusquam ad Lerinensem Insulam ab Honorato duceretur: de qua re supra cap. 55. ac etiam in eo, quod ait, monasterium Lerinense sub B. Augustini Regula institutum, quod absque fundamento asserit eam monasterium Lerinense monachorum magnominis, tum sanctitate, tum literatura domesticum, non eremitarum Augustinensium fuit, de quo vide Syluestrum Maurolicum lib. 1.

SEptimum est monasterium Siflæ apud Toletũ vetustissimum. Nam Flauius Dexter sub anno Christi 424. de hoc monasterio ita scribit: *anno ab Vrbe condita 1176. id est Christi 424. Sigibulus ad speciem contra Bonifacium se præparatum Gallis Exuperantius Præfectus à militibus occiditur. Muro Carthaginen-*

sundatur, quæ ex tempore Romanorum, ne rebellionis esset, monumento virorum non est permissa vallari. Actius Gaudentij Comitis à militibus in Gallia occisi filius cum Hunnis Ioannis opem latiturus Italiam ingreditur. Toleti sit monasterium monachorum S. Augustini. hoc est monasterium Siflæ ex Chronico S. Augustini.

Respondeo, præter quod historia sub nomine Flauij Dextri fidem facere non potest, cum de illius autore nondum constet, & è contrario constans sit, illam multis modis esse vitiatam, quod ad rem attinet, hæc omnia, quæ Marquez cap. 11. in principio ex Dextro refert, ab aliquo impostore fuisse additam: nam in exemplo typis edito Cæsaraugustæ nihil horum habetur: & præter hoc Marcus Maximus fundationem monasterij Sisletani sub Era 600. hoc est anno Christi 562. constituit. Subiungit etiam Marquez ex eodem libro Dextri: *hoc est monasterium Siflæ ex Chronico S. Augustini.* Ecce vbi vides additionem istam, *monachus ordinis S. Augustini, non illorum monachorum S. Augustini,* & aliæ similes, in historiam Dextri inuectæ fuerint, ex Chronico scilicet S. Augustini: cuius Chronici cũ nullus antiquorum Historicorum, Chronistarũ, aut aliorum autorum meminerit, illius autorem diuinare difficile non erit. Sed etiam si demus, hãc Dextri historiam veram esse, neque quoad hoc, quod de monasterio Sisletano scribit, aliquo pacto vitiatam. Respondeo secundò, hunc autorem nihil omnino ad sui ordinis antiquitatem probandam ex hoc testimonio posse haurire. Primò quia eremitæ Augustinenses non sunt monachi proprie loquendo, neque inter monachos reputari legitimè possunt: cum ipsi proferant pro authenticis sermones ad eremitas & epistolam sub nomine Valerij ad Augustinum, & testimonium D. Antonini 3. par. tit. 24. cap. 14. ex quorum omnium sententia Augustinus consultò cinxit se zona pellicea, vt sic illius habitus distinctus esset ab habitu monachorum. Hæc namque sunt Augustini verba referente eodem Antonino ibi loci §. 2. *Duodecim fumus fratres, qui induimus cuculam nigram, calceamenta, & zonam nigram, ad differentiam monachorum.* Quæ verba si Marquez, ac cæteri Venerand. Patres Ordinis Eremitarum verè ipsius D. Augustini verba esse putant, sicut etiam illa epistolæ Valerij, vnum è duobus necessariò fateri coguntur, aut se non esse de numero Eremitarum, quos Augustinus instituit: aut se non esse de numero monachorum, cum Augustinus suos data opera à monachis distinguere voluerit. Quare frustra desudant in probando, quòd Augustinus monachos instituerit, vel quòd olim fuerint monachi Ordinis D. Augustini nuncupati, ad probandam sui ordinis antiquitatem. Velle autem, modò esse Eremitas, modò Monachos, & cum iuuat, testimonijs sermonum ad Eremitas vti, & cum iuuat, illos respuere, non videtur bona fide rem agere. Præter quod, vt aliàs dictum est, cum Ordo, qui nunc est Eremitarum, ex quinque solis Congregationibus

cundatur, quæ ex tempore Romanorum, ne rebellionis esset, monimento murorum non est permissa vallari. Actius Gaudentij Comitis à militibus in Gallia occisi filius cum Hunnis Ioannis opem laturus Italiam ingreditur. Toleti fit monasterium monachorum S. Augustini: hoc est monasterium Sisle ex Chronico S. Augustini.

Respondeo, præter quod historia sub nomine Flauij Dextri fidem facere non potest, cum de illius autore nondum constet, & è contrario constans sit, illam multis modis esse vitiatam, quod ad rem attinet, hæc omnia, quæ Marquez cap. 11. in principio ex Dextro refert, ab aliquo impostore fuisse additæ: nam in exemplo typis edito Cæsaraugustæ nihil horum habetur: & præter hoc Marcus Maximus fundationem monasterij Sisletani sub Era 600 hoc est anno Christi 562. constituit. Subiungit etiam Marquez ex eodem libro Dextri: *hoc est monasterium Sisle ex Chronico S. Augustini.* Ecce ubi vnde à additione cæpit, *monachus ordinis S. Augustini, monasterium monachorum S. Augustini*, & aliæ similes, in historiam Dextri inuectæ fuerint, ex Chronico scilicet S. Augustini: cuius Chronici cũ nullus antiquorum Historicorum, Chroniſtarũ, aut aliorum autorum meminerit, illius autorem diuinare difficile non erit. Sed etiam si demus, hãc Dextri historiam veram esse, neque quoad hoc, quod de monasterio Sisletano scribit, aliquo pacto vitiatam. Respondeo secundò, hunc autorem nihil omnino ad sui ordinis antiquitatem probandam ex hoc testimonio posse haurire. Primò quia eremitæ Augustinenses non sunt monachi proprie loquendo, neque inter monachos reputari legitimè possunt: cum ipsi proferant pro authenticis sermones ad eremitas & epistolam sub nomine Valerij ad Augustinum, & testimonium D. Antonini 3. par. tit. 24 cap. 14. ex quorum omnium sententia Augustinus consultò cinxit se zona pellicea, vt sic illius habitus distinctus esset ab habitu monachorum. Hæc namque sunt Augustini verba referente eodem Antonino ibi loci §. 2. *Duodecim fuimus fratres, qui induimus cuculam nigram, calceamenta, & zonam nigram, ad differentiam monachorum.* Quæ verba si Marquez, ac cæteri Venerand. Patres Ordinis Eremitarum verè ipsius D. Augustini verba esse putant, sicut etiam illa epistolæ Valerij, vnum è duobus necessariò fateri coguntur, aut se non esse de numero Eremitarum, quos Augustinus instituit: aut se non esse de numero monachorum, cum Augustinus suos data opera à monachis distinguere voluerit. Quare frustra desudant in probando, quòd Augustinus monachos instituerit, vel quòd olim fuerint monachi Ordinis D. Augustini nuncupati, ad probandam sui ordinis antiquitatem. Velle autem, modò esse Eremitas, modò Monachos, & cum iuuat, testimonijs sermonum ad Eremitas vti, & cum iuuat, illos respuere, non videtur bona fide rem agere. Præter quod, vt aliàs dictum est, cum Ordo, qui nunc est Eremitarum, ex quinque solis Congregationibus supra numeratis constet, siue olim fuerint in Hispanijs siue in Gallijs monasteria monachorum Ordinis S. Augustini nuncupatorum, illa ad hunc Ordinem nihil attinebant; vnde perperam desudant Eremitæ in antiquis monasterijs monachorum conquirendis, & fingendis.

Tertiò respondeo, si demus, vera esse, quæ autores historiæ Flauij Dextri, & Marci Maximi scribunt, pro constanti asserendum; illud monasterium Sisle apud Toletum Ordinis clericorum canonicorum extitisse. Constat enim, eiusmodi Augustinianum institutum ipso Augustino viuente, non solùm in Africa, sed etiam in partibus transmarinis mirabiliter propagatum, vt ex Possidio cap. 11. colligitur, & ita notum est, vt non possit, nisi ab homine, vel prorsus ignaro, vel propria voluntate ad contradicendum obstirmato, negari. Neq; difficultatem facit nomen monachi, tum quòd probabile admodum videatur, hoc nomen Eremitarum industria in historiam Dextri, & Maximi irrepsisse: tum quod, vt superius monitum, mos esset per illa tempora omnes, qui à sæculo segregati in monasterijs degebant, monachos vocare, siue monachi illi essent, siue etiam clerici. Et quod illud monasterium non eremitarum, sed clericorũ fuerit, suadet testimonium Iuliani Toletani ab ipso Marquez cap. 11. §. 3. relatum in hunc modum scribentis: *Item monasterium S. Mariæ Sysle tempore Gothorum ab Augustinianis monachis possessum, nunc Eremitorium.* hæc enim verba apertè indicant, illos monachos eremitas non fuisse: nam aliàs verè dicere non potuisset, illud monasterium prius monachorum fuisse, & postea eremitarum.

VII. Octauum est monasterium quoddam ordinis Gulielmitarum, pro quo Marquez c. 13. §. 16. cum Sampsone Hayo non parũ digladiatur. Quia Sampson illud sub D. Benedicti, è contra Marquez sub D. Augustini Regula institutum affirmat: quod ex forma cuiusdam Priuilegij Pontificij ostendit, quod ab Hayo corruptum fuisse contendit: nam legitima ipsius Priuilegij verba hæc sunt: *In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini Regulam in domibus vestris constitutus esse dignoscitur.*

Respondeo, si ex forma Priuilegij cõstat, quod in illis domibus (siue vnum, siue plura monasteria essent, non curo) ordo canonicus secundum Deũ, & B. Augustini Regulam erat institutus, nulla causa erat, propter quam Marquez tantopere cum Sampsone Hayo pro illis domibus digladiaretur? nisi etiam velit monasteria canonicorum Ordini eremit. vendicare, quod an legitimè fecerit, non erit meum iudicare.

Nonum est quoddam monasterium in ciuitate, aut diœcesi Beneuentana positum, cuius Gregorius IX. in quodam priuilegio meminit, cuiusque fragmentum Marquez c. 14. §. 8. refert, illud autem huiusmodi est. *Cum in Ecclesia vestra sit ordo canonicus secundum Deum, & B. Augusti. regulam na-*

niter instituto, ad exemplar fælic. rec. Alex. Papæ prædecessoris nostri vobis concedimus, vt qui de ciuitate Benevento, siue sint indigenæ, siue aduenæ, se & sua in vita, vel in morte Ecclesiæ vestræ duxerint conferenda, autoritate nostra recipiendi, & retinendi habeatis liberam facultatem. Dat. *Laterani 13. Kal. Decemb. Pontif. nostri an 6.* Dicit autem Marquez ibidem, istud Priuilegium suæ Religioni concessum fuisse, ad exemplar alterius, quod eidem ab Alexan. III. concessum prius fuerat.

Respondeo, pace tanti viri, mirum esse, quod cum intelligat, an Priuilegium ordini canonico, & illius monasterio concessum, dicit possit concessum ordini eremitarum, non vereatur monasteria, quæ Pontifices canonici ordinis esse dicunt, ad ordinem eremitarum velle traducere. Sanè illa Ecclesia tempore Gregorij IX. & Alexand. III. erat Ord canonic. regularium, sicut aliæ innumeræ in Regnis vtriusque Siciliæ, quæ ad aliorum manus deuenerunt. An verò illa sit, quam Eremitæ Augustinenses in Beneuentana ciuitate nunc obtinent, ignoro: quandoquidem nec Marquez illius Ecclesiæ nomen prodit.

VIII. DEcimum est monasterium Seruitanum in Regno Valentiæ à S. Donato ædificatum, quod Marcus Maximus, Stephanus Garibay, Ambrosius Morales, Licentiatus Esculanus, Franciscus Didacus, Hieron. Rom. Anton. Hyepes, & alij à Marq. relati c. 12. per tot. Ordinis Eremit. fuisse testantur.

Respondeo, nullum ex antiquis autoribus probatis, qui monasterij Seruitani meminerunt, affirmare, illud ab eremitis Augustinẽsibus, vel sub D. Augustini Regula fundatũ. Historia Marci Max. in ea potissimum parte, in qua de Regula Augustini eremitica à S. Donato ex Africa in Hispaniam inuecta agit, ab aliquo impostore deprauata, manifestè conuincitur ex his, quæ idem Maxim. infra de Eutropio Abbate monasterij Seruitani scribit, illum inter monachos D. Benedicti referens: quanquam probabile fuerit, hoc etiam additum ab aliquo monacho D. Benedicti. Alij Autores recentes sunt, & turbidam aquam ex turbidis, & vitiatis fontibus hauserunt, sicut alij multi fecerunt, Autores sermonum ad Eremitas, & epistolæ Sigiberti, & alias historias apocryphas minus cautè secuti. Vtrum autem successu temporis aliqui religiosi sub B. Augustini regula in eodem monasterio militauerint, nescio, nec magnopere scire cupio, hoc mihi certum, illos ante annos quadringentos, eius, qui nunc est, Eremitarũ Ordinis esse minimè potuisse, tum propter supradicta: tum etiã quia illi monachi sub Abbatib⁹ viuebãt, quos Augustinenses non habẽt, nec vnquã habuerũt. Nec probabile videtur, quod nonnulli aiunt, ipsos Eremitas Abbatũ titulis renuntiasse, solis titulis Priorum contẽtos, quod & B. Dominicum, ac suos fecisse narrat Antonin. 3. par. tit. 23 c. 4. §. 3. Nam D. Dominicus, & socij, qui illud statutũ fecerũt, oẽs fere canonici regulares erant, & Ordo D. Dominici in monasterio S. Romanæ ciuitatis Tolosanæ, quod canonicorum regularium erat, summa accepit, vt patet ex priuilegio Honorij III. quod habetur in Bullario nuper edito inter Constitutiones illius Pontificis constitutione secunda: & ideo ex humilitate potuit statuere, ne sui deinceps Abbatiales titulos tenerent: quia canonici regulares Abbates habebant, sicut etiam nunc habent. Cæterùm Eremitæ nunquam Abbates habuerũt, imò si illos antea habuissent, multò magis tunc haberent: & mihi persuadeo, quòd si possent, ad Prioratus in Abbatias libentissimè commutarent. Præter quod æquè humiles fuerunt monachi D. Benedicti, & Cistercienses, & alij, qui nihilominus virtute humilitatis illæsa manente Abbates habuerunt, sicut etiam nunc habent.

VNdecimum est antiquissimum, & celeberrimum monasterium Benchorense in Hibernia, siue Hybernia, quod Marquez c. 15. §. 4. inter monasteria Erem. Ord. D. Augustini numerat. Verum si quis Iocelinum in vita S. Patricij, Bedam in libris Historiæ gentis Anglorum, Stanhurstum, & alios de Hyberniæ monachis scribentes legerit, videbit, hoc, quod Marquez de monasterio Benchorensi commentatur, magis falsum esse, quam vt confutari mereatur. Et cum neq; ille huius suæ imaginationis aliud fundamentum afferat, nec quod sibi ita videtur, breuiter dico, si videtur ei, nõ videtur mihi, nec alijs, qui de monasterio Benchorensi scripserunt, ex quibus est etiam D. Bernardus in vita S. Malachiæ: sed videatur Guilelmus Malbesburiensis lib. 1. de Gestis Regum Anglorum c. 3.

Duodecimum est monasterium S. Genesij apud Carthaginem Spartariam, quod idem Marquez c. 15. §. 7. ex eo inter domos Eremitarum numerandum fore contendit, quia fuit in eo Abbas quidam per Carolum Magnum ex partibus Galliarum illuc adductus, ad dictum monasterium visitandum, qui se B. P. Augustini strenuum amatorem præsilabat.

Respondeo, non satis constare, an illud monasterium, aut ille Abbas ex Ordine D. Augustini fuerit. Quod enim erga D. P. Augustinum particularis deuotionis affectum gereret, vel quòd illum æmulari satagaret, non necessariò concludit, illum B. Augustini regulare institutum tenuisse. quot enim fuerunt, & nunc sunt, qui erga illum, & erga alios Sanctos, v. g. Dominicum, Franciscum, Antonium, &c. peculiarem deuotionis affectum gerunt, & illorum virtutes sedulò imitari student, nec tamen illorum regularia instituta profitentur? è quorum numero fuit ille monachus, quem sup. c. 40. retulimus. Si autem dicamus, illum Abbatem ex Ord. D. Augustini fuisse, citra omnem dubitationem affirmandum est, illum canonicum regularem, non eremitam Augustinensem extitisse. Primò quia, vt dixi, maximus, Eremitæ Augustinenses Abbates nunquam habuerunt. Secundò, quia tempore Caroli Magni in Gallijs nulli Eremitæ Ord. S. Aug. extabant, vt supra ostensum fuit, sed omnes regulares vel sub regula D. Benedicti militabant, vt monachi, vel sub regula D. Aug. & illi erant canonici: florebat autem per ea tempora summoperè in Gallijs Ordo canonicorum D. Augustini in tantum, vt generali decreto omnes Galliarum cathedrales illis concessæ fuerint, præter quas alia innumera monasteria habebant, Abbatialibus titulis insignita, vt habes ex Concilijs Turonensibus, Cabilonensi, Aquisgrani, Moguntino, & alijs de quibus seq. lib. dicemus. Quare si Abbas ille ex Gallijs abductus ad monasterium S. Genesij fundandum, erat Ord. S. Aug. nõ est dubium, fuisse ex ordine canonic. & sic monasterium S. Genesij ab institutione ordinis canon. non Erem. fuisse. Addo, potuisse illud monasterium ab antiquo tempore esse alterius instituti ab illo, cuius erat sub an. 1260. quo tempore Hieron. Romanus de Higuera scribit, nonnullos fratres ex antiquo monasterio S. Genesij profectos supplicasse Regi Sancio pro situ ad monasterium sui Ord. S. Aug. exstruendum. Nihil enim prohibet, monasterium antiquum esse; & institutum nouum, vt quotidie videmus, & si illi erant Eremitæ, sine dubio erant ex Ord. S. Guilelmi: illi enim erant fratres erem. Ord. S. Aug. qui per Hispanias vagabantur, vt nonnulli historici scribũt, quos dictos autor recipit, quos Hieronymus Romano aliquo modo antiquos dicere potuit, quod centum annis ante illud tempus Hispanias colerent.

X. DEcimum tertium est ipsum monasterium S. Aug. apud ciuitatem Toletanam eodem an. 1260. eodem Rege Sancio situm concedente, inchoatum, de quo plura idem Marquez c. 15. §. 8. sed istud posi generalem vnionem fuit fundatum, nec intentum probat.

Decimum quartum est monasterium, quod Sanctius Rex Nauariæ de an. 1064. Ord. Cist. donauit, & monasterio S. Prudentij vnitum fuit, cuius meminit Antonius Hyepes tom. 5. cent. 5. sed respondeo, Ant. Hyepes solùm dicit: *S. Aug. Helda Rege Sancho donatu est, qui pro remedio animæ suæ hoc monasterium S. Prudentij monast. donauit, vbi sacra eius pignora requiescunt, facta est donatio Era 1102.* quod quæso inferri hinc potest pro Erem. Ord. commẽdando? an nullum in Orbe fuit monast. S. Augustini, quod Eremit. non esset? eò præsertim tempore, quo Eremitæ Augustinenses nondum extabant.

Decimum quintum est monasterium S. Christophori in diœcesi Visensi, vbi B. Ioan. de Cirita vixit, qui Ordin. Cisterc. in Hispanijs plantando adiutor fuit, quod Marq. c. 15. §. 9. inter monasteria sui Ord. ponit, quod tamen non probat, nisi ex eo, quia ille erat locus Eremitarum. Quæ ratio nimis frigida est: supponit enim rem manifestè falsam, quod nulli in Hispanijs Eremitæ præter Augustinenses esse potuerint.

habuer

habuerunt. Secundò, quia tempore Caroli Magni in Gallijs nulli Eremitæ Ord. S. Aug. extabant, vt supra ostensum fuit, sed omnes regulares vel sub regula D. Benedicti militabant, vt monachi, vel sub regula D. Aug. & illi erant canonici: florebat autem per ea tempora summoperè in Gallijs Ordo canonicorum D. Augustin. in tantum, vt generali decreto omnes Galliarum cathedrales illis concessæ fuerint, præter quas alia innumera monasteria habebant, Abbatialibus titulis insignita, vt habes ex Concilijs Turonensibus, Cabilonensi, Aquisgrani, Moguntino, & alijs de quibus seq. lib. dicemus. Quare si Abbas ille ex Gallijs abductus ad monasterium S Genesij fundandum, erat Ord. S. Aug. nõ est dubium, fuisse ex ordine canonic. & sic monasterium S. Genesij ab institutione ordinis canon. non Erem. fuisse. Addo potuisse illud monasterium ab antiquo tempore esse alterius instituti ab illo, cuius erat sub an. 1260. quo tempore Hieron Romanus de Higuera scribit, nonnullos fratres ex antiquo monasterio S. Genesij profectos supplicasse Regi Sancio pro situ ad monasterium sui Ord. S. Aug. exstruendum. Nihil enim prohibet, monasterium antiquum esse, & institutum nouum, vt quotidie videmus, & si illi erant Eremitæ, sine dubio erant ex Ord. S. Gulielmi: illi enim erant fratres erem. Ord. S. Aug. qui per Hispanias vagabantur, vt nonnulli historici scribũt, quos dictos autor recipit, quos Hieronymus Romano aliquo modo antiquos dicere potuit, quod centum annis ante illud tempus Hispanias colerent.

X. DEcimum tertium est ipsum monasterium S. Aug. apud ciuitatem Toletanam eodem an. 1260. eodem Rege Sancio situm concedente, inchoatum, de quo plura idem Marquez c. 15. §. 8. sed istud post generalem vnionem fuit fundatum, nec intentum probat.

Decimum quartum est monasterium, quòd Sanctius Rex Nauariæ de an. 1064. Ord. Cist. donauit, & monasterio S. Prudentij vnitum fuit, cuius meminit Antonius Hyepes tom. 5. cent. 5. sed respondeo, Ant. Hyepes solùm dicit: *S. Aug. Helda Regi Sancho donatio est, qui pro remedio animæ suæ hoc monasterium S. Prudentij monast. donauit, vbi sacra eius pignora requiescunt, facta est donatio Era 1102.* quid quæso inferri hinc potest pro Erem Ord. commẽdando? an nullum in Orbe fuit monast. S. August. quod Eremit. non esset? eo præsertim tempore, quo Eremitæ Augustinenses nondum extabant.

Decimum quintum est monasterium S. Christophori in diœcesi Visensi, vbi B. Ioan de Cirita vixit, qui Ordin. Cisterc. in Hispanijs plantando adiutor fuit, quod Marq c. 15. §. 9. inter monasteria sui Ord. ponit, quod tamen non probat, nisi ex eo, quia ille erat locus Eremitarum. Quæ ratio nimis frigida est: supponit enim rem manifestè falsam, quod nulli in Hispanijs Eremitæ præter Augustinenses esse potuerint.

Decimum sextum est S. Iuliani in Promontorijs Alcobatiæ, quod frater Bernardus Britto Ordinis Cistercien. monasterium Eremitarum Ordinis S. Augustini fuisse affirmat, dum Regis Alphonsi donationem Ordini Cistercien., & monasterio de Alcobatia factam de anno 1153 recenset, scribens, monachos Cistercienses in illis promontorijs reperisse monasterium S. Iuliani Eremitarum Ordinis S. Augustini.

Respondeo. Bernardus Britto recens est, & adhuc in viuis forsan agit: & probabiliter credi potest, quod de illo monasterio scribit, ex suggestione Eremitarum Augustinensium scripsisse, quibus quòd solida documenta penitus deficiant, nullum non mouent lapidem, vt saltem istis adminiculis suam causam tueantur. Et potuit illud monasterium antiquum Eremitarum domicilium fuisse, non tamen Augustinensium, sed hunc autorẽ vel de suo, vel ex illorum suggestione titulum Ordinis S. Augustini addidisse, quod in historia Dextri, & Maximi non semel factum, supra indicauimus. Aut tandem dicendum, illos Eremitas Gulielmi fuisse, quorum institutum tam in illis promontorijs sedes suas posuerat, vt statim dicemus.

XI. DEcimum septimum est monasterium de Pigna firme in Cluo regionis Lusitaniæ à sancto Martyre Ancirado ædificatum, qui ex Alemannia profectus post monasterium ibi exstructum, cum in Patriã reuerteretur, in finibus Heluetiorum apud Lacum Tigurinum à latronibus confossus, martyr occubuit, sicut Eutrandus Era 888. scribit.

Respondeo, verba Eutrandi esse, si tamen illius historiæ fides adhibenda est. *S. Auctor à suis Eremita ex Germania venit in Hispaniam, Lusitaniam, & in ripa fluminis Tagi propè Ciuitatem Scabilitanam aliquot annos sanctè degit. Reuersus autem ad Alpes, non procul à Lacu Tigurino vulneribus latronum confossus martyrio coronatur. Remanent vestigia huius sancti Abbatis in Lusitania in Oppido huius prouinciæ Ataogiæ, & Monardi.* Vbi vides, quæ Marquez de monasterio de Pigna firme per illum fundato addit, de suo cogitasse: præsertim cum communis illius prouinciæ sit traditio, quam Theobaldus in Vita S. Gulielmi c. 18. & officia Ordinis Gulielmitarum firmant, vel ipso Marquez referente cap. 17. §. 2. illud monasterium de Pigna firme à S. Gulielmo fuisse fundatũ anno 1040. præter quod non desunt, qui affirmẽt, hunc Anciradum S. Benedicti monachum fuisse, & eundem cum S. Meinrado, cuius Trithemius, & Molanus, ac nouissimè Cardinalis Baronius meminerunt. Nec refert, quòd proferat Marquez concessionem eidem monasterio sub anno 1226. sub titulo Eremitarum Ordinis S. Augustini factam, quia Eremitæ, qui in Lusitania olim Ordinis S. Augustini vocabantur, erant Gulielmitæ.

XII. DEcimum octauum est monasterium S. Andreæ Burgense, de quo Azorius tomo 1.

lib.12. c.23. qu. 5. ita scribit: *Ex veris primo, & certissimis Ordinis monumentis apparet, eius nonnulla cœnobia ante Innocentium III. fuisse fundata, vt Londoniense in Anglia anno 1059. in Hispania Burgense anno 1149. & Salmanticense anno 1202.*

Respondeo. Millies dictum, ac decantatum, ea omnia, quæ Azorius toto eo libro de Ordine Eremitarum scribit, fateri se vltrò, ex illorum relatione narrare, quam relationem in multis apertè reijcit, & quod ad antiquitatem attinet, omnino suspectam habet, dum inquit, probabiliorem sibi videri contrariam opinionem, quòd Ordo, qui nùc est, à D. Augustino originem non habuerit, sicut dicit D. Antoninus tit. 24. cap. 14. quanquâ, quod ad monasterium Burgense attinet, si prætensam antiquitatem habet, citra dubium asserendum est, illud à Gulielmitis fuisse fundatum: maximè cum fateatur Marquez, præcipua Eremitarum Cœnobia, quæ nunc illorum Ordo in Italia, Hispanijs, & Gallijs obtinet, à Gulielmitis esse fundata cap. 23. §. 14. prope initium.

Decimum nonum est monasterium S. Engratiæ in Villa Carauagial nuncupata, in quo Eremitas Augustinenses degisse, colligitur ex quadam scriptura quæ reperitur in Ecclesia Bracharensi: sed cum de tempore illius scripturæ non constet, non opus est in ea examinanda diutius immorari.

XIII Vigesimum est monasterium Vlyssiponense circa tempora Alphonsi Henriquez fundatū, quod ab Eremitis Augustinensibus exstructum fuisse, testatur primò Historia eiusdem Regis, quæ in quadam turri ciuitatis Vlyssiponensis custoditur. Secundo habetur ex quodam libro historiarū typis edito certi autoris nomine Ota, qui liber habebatur in Bibliotheca Canonicorum Regularium D. Vincentij. Tertiò ex libro fundationis eiusdem monasterij D. Vincentij. referunt enim prædictæ historiæ, tempore expugnationis ciuitatis Vlyssiponensis per Regem Alphonsum Henriquez factæ, plures magnos Principes, & milites strenuos zelo fidei Catholicæ armatos ex partibus Septentrionalibus Angliæ, Galliæ, & Germaniæ illuc supplicias ei laturos accurrisse: capta vero Ciuitate Regē, vt erat religiosus, & pius, duas Ecclesias, alteram B. Mariæ ad Martyres, alterā D. Vincentio Martyri nuncupatam erexisse: referunt etiam Abbatem quendam Gualterum nomine, cum quatuor socijs, suum Ordinem in illis Regionibus instituendi gratia, illuc contendisse: ac rogasse Regem dictum Abbatem, vt Ecclesiæ D. Vincentij curam susciperet: qua susceptā, cum illam monasterio Præmonstratensi subdere vellet, cuius Ordinis ipse Gualterus erat, Rege annuente idem Gualterus post aliquot dies Ecclesia relicta in suā patriam est regressus, socijs, qui secum venerant, in eadem Ciuitate manentibus: qui Ciuibus flagitātibus monasterium Ordinis Eremitarum in quodam colle Vrbi propinquo erexerunt. Quod autem illi socij, qui cum Gualtero venerant, alterius essent Ordinis ab ipso Abbate, probat Marquez ex eo, quia Gualterus Præmonstratensis Ordinis erat, socij verò erant Ordinis D. Augustini, vt eadem historiæ tradunt. Quod verò essent Eremitæ, probat primò ex eo, quoniam cum Ciues Vlyssiponenses eos rogarent, vt monasterium intra Ciuitatem exstruerent, respondērunt illi, iuxta ipsorum Ordinis instituta, se à Ciuitate separatos vuere oportere, quam ob causam locum in eminentiori, & à Ciuium conuersatione longe remoto, eis ad monasterium exstruendum elegerunt. Secundò idem confirmat ex quodam scripto, quod in Archiuo eiusdem monasterij S. Vincentij Almario tertiò habetur: ibi enim extat liber, qui Ordinarium Congregationis S. Rufi inscribitur, in quo inter alia folio 84. hæc habet. *Rex Alphonsus capta Vlyssipona, & cogitans de ponenda Religiosis in S. Vincentio, accersiri fecit Gualterum, & alios duos fratres Ordinis Eremitarum, & nolentes manere: tunc vocauit Canonicos D. Augustini.* Deinde monasterio Eremitarum per istos socios Abbatis Gualteri ædificato longissimè tractat Marquez cap. 18. & 19. ferè per totum, vbi de illius antiquitate, & de competentia, & iure præcedendi ipsa Canonicos D. Vincentij plura de more effundit.

Respondeo ad hæc omnia. Si Marquez historiam fundationis monasterij D. Vincentij, cuius initur, integra fide in suo libro retulisset, tum ipsum ab onere duo illi capita sui libri videlicet 18. & 19. scribendi, tum etiam nos ab onere illius narrationes retegendi, omnino leuasset. Verum quandoquidem non solùm alienis opibus se ipsum ditare non erubescit, verum etiam Canonicos Regulares ad falsum testimonium ferendum inducit, compellor hoc in loco veridicam & integram historiam ex Cartophilacio, siue Archiuo eiusdem monasterij S. Vincentij, opera Reuerendissimi Patris, & Domini, mihi pluribus nominibus fauoris dī, Domini Antonij a Cruce, Illustrissimæ Congregationis S. Crucis Colimbricensis Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Abbatis Generali, per manum publici Notarij in forma authentica, & probante nuper extractam, ac mihi transmissam exscribere: non afferam totam historiam, quod libro sequenti in describenda fundatione dicti monasterij iterum repetenda sit: sed solum illius fragmentum, quod etiam solum ad rem attinet, quodque Ioannes Marquez egregiè ad suum commodum immutauit, fragmentum hoc est, quod etiam ille cap. 18. §. 3. licet corruptè exaruit: *Cogitante interea Rege, vt prædiximus, de instituendo ibi Collegio, ecce summa sanctitatis Abbas nomine Gualterus Canonicus Regularis Præmonstratensis Flamengus natione Vlyssiponam aduenit, comitantibus se quatuor sui Ordinis fratribus, cuius itineris causam nouam velle ædificare Congregationem: de quo Rex audiens bona plurima dixit, in eius aduentu omnes lætos fecit, iamq; parat præponere illum præfatæ Basilicæ, cuius commoda tenebatur solicitus. Prædictus igitur*

Abbas,

CAPVT QVINQVAGE

Abbas, cum instantiæ ad Regem, & ab eo postulasset locum ædificandæ Congregationi aptum: Rex petitioni eius talē fertur dedisse responsum: est mihi Abbas quædam Basilica à de nouo fundata, quam apud me vehementer diligens vsque modo seruauī, sperans de die in diem mihi destinari a Deo hominem, cui securus regimen eius committere possem: nunc ergo cernens spem meam Diuino nutu ad votum esse completam, opto vos eiusdem Basilicæ libenter suscipere curam, & consilium planè nostrum, & auxilium cum patrocinio æque regio vos semper comitabuntur. Ita à Rege peracto, Ecclesiæ S. Vincentij gubernacula suscepit Abbas Gualterus, &c. & infra: *verum de cætero rectores dicte, qui eiusdem fuerint Rectores, vsque ad tempora nostra, nam in prima eius fundatione vexit illam Rex Alphonsus, per vices in ea constituens presbyteros, qui missa quotidie celebrarent, quorum primus fuit Rhoardus, cuius supra mentionem fecimus: secundus, Hota genere Anglus: tertius, Saluius similiter Anglicus, qui & monasterium fundendo venit Abbas Gualterus, qui vt prædiximus, Rege consiliante, primo prælatus est ei: sed cum vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio Canonicorum Regularium, vt esset filia eius, Rex verò non acquiescens, dimissa ea cum pace, in terram suam reuersus est ad eos.* Hæc ex prædicta historia ne in apice quidem immutata, quæ si cum eadem historia à Marquez exscripta conferas, videbis ab eo duobus in locis illam immutatam, primo in principio, nam loco illorum verborum. *Ecce summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus, Canonicus Regularis Præmonstratensis Flamengus natione Vlyssiponam aduenit comitantibus se quatuor sui Ordinis fratribus:* Deleto nomine Canonicorum Regularium Præmonstratensium, & sociorum sui Ordinis, reposuit ista verba: *Erat quidam summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus Flamengus natione Vlyssiponam aduenit comitantibus se quatuor Ordinis S. Augustini fratribus.* Secundò in fine nam pro illis verbis: *sed cum vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio Canonicorum Regularium, vt esset filia eius.* Deleto similiter nomine Canonicorum Regularium posuit: *Sed cum vellet eam subdere monasterio Præmonstratensi, vt esset filia eius.* Quos errores si corrigas, & verba historiæ fideliter restituas, falsitatis apertissimè conuinces ea omnia, quæ de monasterio Ordinis Eremitarum per socios Abbatis Gualteri Vlyssiponæ ædificato duobus illis capitibus idem autor scribit: primò namque falsum est, socios illos, qui cum Abbate Gualtero venerunt Vlyssiponam, alterius Ordinis fuisse, cum textus historiæ dicat, illos eiusdem Ordinis, cuius erat Gualterus extitisse: secundò, multò magis falsum est, illos non fuisse eiusdem Ordinis, quod essent Ordinis S. Augustini, Gualterus verò Ordinis Præmōstratensis, cum nullus nesciat Ordinem Præmonstratensem, D. Augustini Ordinem esse, & talem communiter vocari: tertiò falsum est, illos socios fuisse Ordinis Eremitarum, cum essent Ordinis Canonicorum Regularium: quartò falsum est, Ordinarium Congregationis S. Rufi dicere, Gual-

Abbas, cum intraßet ad Regem, & ab eo postulasset locu aedificandæ Congregationi aptum: Rex petitioni eius tale fertur dedisse responsum: est mihi Abbas quadam Basilica de nouo fundata, quam apud me vehementer diligens vsque modo seruauit, sperans de die in diem mihi dilinari à Deo hominem, cui securus regimen eius committere possim: nunc ergo cernens spem meam Diuino nutu ad votum esse completam, opto vos eiusdem Basilicæ libenter suscipere curam, & consilium planè nostrum, & auxilium cum patrocinio æque regio vos semper comitabuntur. Ita à Rege peroratu, Ecclesia S. Vincentij gubernacula suscepit Abbas Gualterus, &c. & infra: *verum de cætero restat dicere, qui eiusdem fuerint Rectores, vsque ad tempora nostra, nam in prima eius fundatione rexit illam Rex Alphonsus, per vices in ea constituens presbyteros, qui missæ quotidie celebrarent, quorum primus fuit Rhoderdus, cuius supra mentionem fecimus: secundus, Hora genere Anglus, tertius, Salerius similiter Anglicus, qui & monachus fuit eidem venit Abbas Gualterus; qui vt prædiximus, Rege consilium dante, primo prælatus est ei: sed cum vellet eam subdere Præmonstratensi monasterio Canonicorum Regularium, vt esset filia eius, Rex vero non acquieuisset, dimissa ea cum pace, in terram suam reuersus est ad suos.* Hæc ex prædicta historia ne in apice quidem immutata, quæ si cum eadem historia à Marquez exscripta conferas, videbis ab eo duobus in locis illam immutatam, primo in principio, nam loco illorum verborum. *Ecce summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus, Canonicus Regularis Præmonstratensis Flamengus natione Vlyssiponam aduenit comitantibus se quatuor sui Ordinis fratribus*: Deleto nomine Canonicorum Regularium Præmonstratensium, & sociorum sui Ordinis, reposuit ista verba: *Erat quidam summæ sanctitatis Abbas nomine Gualterus Flamengus natione Vlyssiponam aduenit comitantibus se quatuor Ordinis S. Augustini fratribus.* secundò in fine: nam pro illis verbis: *sed cum vellet eam subdere Præmonstratensi, vt esset filia eius.* Deleto similiter nomine Canonicorum Regularium posuit: *Sed cum vellet eam subdere monasterio Præmonstratensi, vt esset filia eius.* Quos errores si corrigas, & verba historiæ fideliter restituas, falsitatis apertissimè conuinces ea omnia, quæ de monasterio Ordinis Eremitarum per socios Abbatis Gualteri Vlyssiponæ ædificato duobus illis capitibus idem autor scribit: primò namque falsum est, socios illos, qui cum Abbate Gualtero venerunt Vlyssiponam, alterius Ordinis fuisse, cum textus historiæ dicat, illos eiusdem Ordinis, cuius erat Gualterus extitisse: secundò, multò magis falsum est, illos non fuisse eiusdem Ordinis, quod essent Ordinis S. Augustini, Gualterus verò Ordinis Præmonstratensis, cum nullus nesciat Ordinem Præmonstratensem, D. Augustini Ordinem esse, & talem communiter vocari: tertiò falsum est, illos socios fuisse Ordinis Eremitarum, cum essent Ordinis Canonicorum Regularium: quartò falsum est, Ordinarium Congregationis S. Rufi dicere, Gualterum, & eius socios fuisse Eremitas Ordinis S. Augustini: & si Ordinarium per errorem id dixisset, corrigendum esset, cum constet, ipso Marquez concedente, Gualterum Præmonstratensis Ordinis fuisse: quintò falsum est, monasterium à socijs Abbatis Gualteri fundatum Eremitarum Augustinensium fuisse, erant enim Ordinis Præmonstratensis, quorum institutum, loca ab hominum conuersatione remota requirebat. Demum falsum est, monasterium quod de præcedentia cum Canonicis S. Vincentij aliquando contendere voluit, fuisse à socijs Gualteri fundatum: nam illud fuit monasterium Eremitarum Ordinis S. Guilelmi, vt cap. 35. in fine dictum fuit. Hinc verò habes, vnde omnia eludas, quæ de antiquitate monasteriorum Ordinis S. Augustini in Lusitania existentium sæpius replicat, & inculcat, vel enim erant Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini nuncupatorum, vel Præmonstratensium, vel Eremitarum S. Guilelmi quibus similiter Eremitæ Ordinis S. Augustini nuncupabantur secundum aliquem.

XIV Vigesimum primum est monasterium Conuētrense, quod Cornelius Lancillottus lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 71 & alij dicunt Canutum Regem post acceptum Papiæ brachium S. Augustini, & Conuentriam missum, ipsis Eremitis Augustinianis cum alijs multis in ea Ciuitate, & alijs locis per Angliam extruxisse, ob ingentem animi sui propensionem erga ipsum Ordinem Eremitarū, allegantes Guilelmum Malbesburiensem in historia Anglicana, & Baronium tomo vndecimo Annalium sub anno 1027.

At decipiuntur profectò isti autores, & de Regis Canuti benevolentia sibi ipsis nimis blandiūtur, quippe qui eos non solùm monasterijs nō dohauit, sed nec vidit vnquā, nec somniauit: nec reperient apud Gulielmum Malbesburiensem, aut Baronium, aut alium historicum antiquū, & probatum ex multis qui de rebus Anglicanis scripserunt, qui antè annum 1230 illorum Ordinis apud Anglos propagati meminerit. Libri præmanibus omnium sunt, nec laborare oportet in exponendo, cuiusnam Ordinis esset monasterium Conuētrense, ad quod Rex Canutus B. Augustini sacra pignora transmisit; erat enim Ordinis D. Benedicti, vt idem Malbesburiensis, & alij passim fatentur, & constat ex epistola Innocentij III. Archiepiscopo Cantuariensi, & Episcopis Lincolniensi, & Vigorniensi pro eodem monasterio scripta, quæ habetur in primo libro epistolarum huius Pontificis pagina 109 eiusdem instituti erant multa alia monasteria ab eodem Rege in Anglia exstructa; multa etiam Ordinis Canonicorum Regularium ex Renato Chopino in Monastico lib. 2. titulo 2. num. 18. nullum autem Ordinis Eremitarum, qui Ordo ante annum 1230. Angliam non vidit: & quod magis refert, errant cum dicunt ex Gulielmo Canutum Regem illum fuisse, qui D. Augustini bra-

ni brachium Papiæ emptum Conuentriam detulit, aut misit: nam Gulielmus non dicit hoc fecisse Regem Canutum, sed quendam Archiepiscopum nomine Egelnothum, qui Roma rediens in Patriam, illud tempore eiusdem Canuti Papiæ emit, quod replicat lib. 4. de Episcopis Anglicanis pagina 289. vbi hæc habes: *Conuentria habetur brachium Magni Augustini, cernunturque in calatura huiusmodi litera. Hoc brachium S. Augustini Egelnothus Archiepiscopus rediens à Roma ad Papiam emit centum talentu argenti, & talento auri.*

CAPVT QVINQVAGESIMVMOCTAVVM.

Regale templum, & Cœnobium D. Petri in Cœlo Aureo Papiæ pro Clericis Canonicis, non pro Eremitis Augustinensibus à Rege Luitprando fuisse instauratum.

I. VNicum nunc restat nobis præclarum, ac nobile D. Petri in Cœlo Aureo Papiæ monasteriũ à Rege Longobardorum pijssimo Luitprãdo Regia sanè magnificentia exstructum, & liberalitate, maximis donis, & ingentibus diuitijs bonorum temporalium, ac etiam spiritualium locupletatum, sed in primis pretiosissimo thesauro sacrorum pignorum D. Patris Augustini exornatum, atque ideo dignum, vt illius recordatione veluti Regia quadam tessara primũ librum concludamus, obsignemus, & communiamus; & etiam pro eius iuribus tuendis omnibus viribus decertemus. De hoc præclarissimo Cœnobio Ioannes Marquez capit. 15. integris §. 1. 2. & 3. fratrem Iordanum libr. 1. capit. 18. Coriolanum in Chronica in §. quoniam Ordinẽ. Ludouicum de Angelis lib. 6. cap. 4. Cornelium Lancillottum lib. 3. cap. 68. & alios ex parte secutus, vt illud suo Ordini ad illius antiquitatem cõmendandam vendicaret, sequentia literis mandauit. Primò, fratres Eremitas Augustinenses, quo tempore Luitprandus Rex Longobardorum D. Patris Augustini Reliquias ex Sardinia Papiam transtulit, in eadem Ciuitate monasteriũ habuisse. Secundo, Regem Luitprandum cum supradictis B. Augustini Reliquijs ipsos Eremitas Augustinenses ex ciuitate Callaritana, vbi in monasterio S. Saturnini ad ipsarum Reliquiarum custodiam assidebant, Papiam transtulisse, & ad illarum custodiam deputasse: & de Eremitis, non de Clericis Canonicis locutum Petrum Oldradum in literis eiusdem translationis ad Carolum Magnum dictis. Tertiò, monasterium D. Petri in Cœlo aureo à Rege Luitprando exstructum, ipsis Eremitis Augustinensibus an. 721. vel 725. donatum: fuisse postea Barbaris in Italiam erumpentibus ipsi Eremitæ pulsi, & monachi Benedictinenses subintroducti, quibus tandem deficientibus subintroisse Canonici Regulares. Quartò temporibus Ioannis Papæ XXII. huius nominis reuelatum fuisse eidam Religioso Ordinis Eremitarum D. Augustini reliquias Eremitis Augustinensibus reddendas ac intra spatium duorum mensium eiusdem Pontificis literas Papiam delatas, quibus dictas reliquias ipsis Eremitis restitui mandabat. Quinto in Consistorio Cardinalium coram eodem Ioanne XXII. probatum, & declaratum fuisse, quod Ordo Eremitarum esset prima Religio à D. Augustino instituta. Sexto in eodem Consistorio tractatũ prius fuisse de monasterio D. Petri in Cœlo aureo ipsis Eremitis vtpotè veris, primis, & originarijs illius possessoribus, & indebitè spoliatis, reddendo. Septimo, Ioan. XXII. eosdem Eremitas illegitimè spoliatos suæ antiquæ possessioni reddidisse, & tunc potuisse Eremitas sepulchrum D. Patris digito indicare. Octauo, Carolum Magnum Papiensis Academiæ prima fundamenta per duos Eremitas Augustinenses in monasterio item D. Augustini iecisse: quæ omnia cum alijs multis apud illum in dictis paragraphis 1. 2. & 3. videri possunt.

VErùm isti viro iure optimo illud respondere potest, quod D. Benedictus Totilæ Spathario Regis ornamentis insignito sibi occurrenti ait: *Depone fili, depone, quod gerimam tum mentis.* Ac profectò huic autori, ac cæteris sui similibus tanta reuerentia dici potest, quia Regium D. Petri in Cœlo aureo Templum, ac Cœnobium vestrum non est, nec aliquando fuit, nec patres vestri ante Gregorium IX. cuius tempore in partibus Lombardiæ primum visi sunt, vt illemet in literis cap. 25 recitatis ait, idem D. Petri templum, aut monasterium vnquam viderunt: & quanquam hæc omnia, quæ dictus autor de prædicto monasterio, & D. Patris Augustini reliquijs Ordini Eremitarum restituitis iactat, vtpotè gratis, & sine testimonio asserta, merito contemni, & gratis negari possint, & forsan deberent: nihilominus pro maiori dilucidatione, & corroboratione veritatis, statuo subsequentes assertiones, quas authenticis Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, & aliorum Principum priuilegijs, quæ in cartophylacijs ipsius monasterij D. Petri in Cœlo aureo incorrupta seruantur, euidentissimè probabo. Prima assertio. Antiquissimũ D. Petri in Cœlo aureo templum, ac simul Cœnobium à Rege Luitprando propè lud exstructum clerici Canonici, qui Regulares nunc dicuntur, ante sacras Reliquias D. Augustini ex Sardinia eo translatas incolebant, & iure possidebant. Secunda, translationi dictarum reliquiarum Eremitæ Augustiniani nullatenus interfuerunt, multò minus eiusdem reliquijs custodiendis fuerunt per Regem Luitprandum destinati. Tertia, post translatas B. Patris Augustini reliquias Luitprandus D. Benedicti monachos sanctitatis fama tunc per totum Orbem fragrantes in dicto monasterio sub Abbate monacho constituit, & clericis Canonicis in eadem Ecclesia Diui Petri adiunxit. Quarta, monachi D. Benedicti in eodem monasterio, & cum illis clerici Canonici in eadem Ecclesia vsque ad Honorij III. Pontificatum steterunt. Quinta, sub Honorio III. deficientibus monachis D. Benedicti: soli clerici Canonici vsque ad annum 1317. Ecclesiam, & etiam monasterium D. Petri in Cœlo aureo tenuerunt. Sextò, Ioan. Papa XXII. neq; Ecclesiam D. Petri in cœlo aureo, nec monasterium, multò etiam minus sacras D. Augustini reliquias Eremitis tradidit, sed solùm ad Diuinum officium in dicta Ecclesia cum clericis Canonicis recitandum ex Apostolica indulgentia almi sit. Septima, per huiusmodi admissionem iura Abbatis, & Canonicorum, tum in Ecclesia, tum in omnibus illius membris nullatenus fuerũt subtracta. Octaua, non solum corpus B. Augustini per Ioannem XXII. Venerandis Patribus Eremitis nõ fuit donatum, aut restitutum, vt illi fatentur, sed me locum certum, vbi illud reconditum seruatur, vnquam monasterium potuerunt, aut viderunt.

II. DRima propositio duas partes habet, altera est, clericos Canonicos Regiam D. Petri in Cœlo aureo Basilicam ante translatas D. Patris Augustini reliquias tenuisse ac iure possedisse. Altera D. Petri Cœnobium, similiter ante dictam translationẽ à Rege Luitprando clericis Canonicis fuisse ædificatum. Prima pars probatur authentico Priuilegio, quod dictus Luitprandus Lucido dictæ Ecclesiæ Archipresbytero, & clericis religiosis sub illius regimine ibidem degentibus, ac illorũ Religioni anno Christi 715. Indictione 11. Regni verò eiusdem Luitprandi tertio concessit, siue potius ab Ariperto illius prædecessore concessum confirmauit, cuius originale est Papiæ in dicto monasterio D. Petri in Cœlo aureo, authenticum verò apud me teneo. Eius verò exemplum fideliter reddetum est illius formæ, quæ hic sequitur:

Flauius Luitprandus Rex. Basilicæ beatissimi Apostolorum Principis Petri sitæ foris illius Ciuitatis Ticinensis, & Venerabili viro Lucido presbytero. Si ea, quæ Prædecessores nostri Longobardorum Reges pro animæ salutione sua, & statu felicissimo gentis nostræ Longobardorum venerabilibus contulerunt locis, firma firmitus manere, & confidenter credimus in Omnipotentis Dei misericordia, quod nostrum semper firmum, & stabile permaneat Regnum. Ideo hoc ergo detulit Veneratio tua in præsentia nostræ Excellentiæ præceptum Decessoris Nostri Ariperti Regis, in quo continebatur, quod suprafata Basilica B. Petri, vel tua Almitati suo dono concesserat Alpem, quæ dicitur plana, cum omnibus Villis sibi adjacientibus, videl. est, id est fines Serra de Alpe, quæ dicitur lun-

runt, multò minus eiusdem reliquijs custodiendis fuerunt per Regem Luitprandum destinati. Tertia, post translatas B. Patris Augustini reliquias Luitprandus D. Benedicti monachos sanctitatis fama tunc per totum Orbem fragrantes in dicto monasterio sub Abbate monacho constituit, & clericis Canonicis in eadem Ecclesia Diui Petri adiunxit. Quarta, monachi D. Benedicti in eodem monasterio, & cum illis clerici Canonici in eadem Ecclesia vsque ad Honorij III. Pontificatum steterunt. Quinta, sub Honorio III. deficientibus monachis D. Benedicti soli clerici Canonici vsque ad annum 1127. Ecclesiam, & etiam monasterium D. Petri in Cœlo aureo tenuerunt. Sextò, Ioan. Papa XXII. neq; Ecclesiam D. Petri in cœlo aureo, nec monasterium, multò etiam minus sacras D. Augustini reliquias Eremitis tradidit, sed solùm ad Diuinum officium in dicta Ecclesia cum clericis Canonicis recitandum ex Apostolica indulgentia admisit. Septima, per huiusmodi admissionem iura Abbatis, & Canonicorum, tum in Ecclesia, tum in omnibus illius membris nullatenus fuerũt subsecuta. Octaua, non solum corpus B. Augustini per Iohannem XXII. Venerandis Patribus Eremitis nõ fuit donatum, aut restitutum, vt illi fatentur, sed in eo locum certum, vbi illud reconditum seruatur, vnquam monstrare potuerunt, aut viderunt.

III. PRima propositio duas partes habet, altera est, clericos Canonicos Regiam D. Petri in Cælo aureo Basilicam ante translatas D. Patris Augustini reliquias tenuisse ac iure possedisse. Altera D. Petri Cœnobium, similiter ante dictam translationẽ à Rege Luitprando clericis Canonicis fuisse ædificatum. Prima pars probatur authentico Priuilegio, quod dictus Luitprandus Lucido dictæ Ecclesiæ Archipresbytero, & clericis religiosis sub illius regimine ibidem degentibus, ac illorũ Religioni anno Christi 713. Indictione 11. Regni verò eiusdem Luitprandi tertio concessit, siue potius ab Ariperto illius prædecessore concessum confirmauit, cuius originale est Papiæ in dicto monasterio D. Petri in Cælo aureo, authenticum verò apud me tenco. Eius verò exemplum fideliter redditum est, talis formæ, quæ hic sequitur:

Flauius Luitprandus Rex. Basilicæ beatissimi Apostolorum Principis Petri sitæ foris istius Ciuitatis Ticinensis, & Venerabili viro Lucido presbytero. Sitæ, quæ Prædecessores nostri Longobardorum Reges pro animæ saluatione suæ, & statu felicissimo gentis nostræ Longobardorum venerabilibus contulerunt locis, firma sinimus manere, confidenter credimus in Omnipotentis Dei misericordia, quod nostrum semper firmum, & stabile permaneat Regnum; ob hoc ergo detulit Veneratio tua in præsentia nostræ Excellentiæ præceptum Decessoris Nostri Ariperti Regis, in quo continebatur, quod suprafatæ Basilicæ B. Petri, vel tuæ Almitati suo dono concesserat Alpem, quæ dicitur plana, cum omnibus Villis sibi adiacentibus, videl cet, id est fines Serra de Alpe, quæ dicitur longa, qua discernitur inter fines S. Genesij, & Tebolaria descendente in riuo Gramatiola, seu & monte Geroldi, & inde in cereiola, & inde in monte, qui nominatur Verteglario, & exinde per summum iugum exiente in Crucesserreo, comprehendente fines sanctæ Mariæ vsque in fluuio Auanto, & exinde per fines ipsius sanctæ Mariæ ponente caput in Boiada ad Crucem, & inde per fines Aromanorum, ponente caput in Abbatona, & per iugum de Abbatona ponente caput in Crode, & exinde comprehendente sancti Columbani fines, & Domini Regis vsque in Pisima, quæ dicitur nigra, & exinde per fines sancti Pauli ponente caput in antenominatum fluuium Auantum, & inde Serra, quæ nominatur Petra scortiata, & exinde per fines Ansaldi, & Rodaldi exiente in monte Ebore, & conuersante vsque in fontana Ventola, ponente caput ad dequora Patudarum; de qua re speramus à nobis Veneratio tua, vt nostrum renouationis præceptum exinde tam facta Basilicæ pure dimittere deberemus; quod nos pro Dei timore, & animæ nostræ mercede, atque æterna retributione præsentis autoritatis, atque renouationis nostræ paginam in ipso loco Venerabili, & tuæ Religioni emitti præcepimus, firmante imbi tam nominatam Alpem integram sicut superius determinata est, vna cum pascuis, veleschis, aut quæ Domino per tempus donauerit, sicuti à Corte nostra Rodano antea fuit possessa, quatenus deinceps ipse sanctus locus, & tua Veneratio, atque successores tui animis tempore siquiescerint, & continenter prafatam Alpem valeatu possidere. Insuper & decernimus, confirmantes, vt omnes decimas, quæ in ipsa Alpe adinsu hominibus, tum seruũ quamque, & liberu collaboratur in vsu pauperum, Rector, & Custos iam facta Beati Petri Basilicæ suscipiant, & ad portam ipsius sanctis loci secundum Deum in pauperes, vt dictum est distribuendam prauideant. Insuper autem ad vtilitatem prafatæ Ecclesiæ portum Resolulum integrum concedimus, atque donamus, & terram in Papiensi campania ad nobis pertinentem, & decimas Cortem, etiam Diana in Comitatu Albigauensi, & omnia, quæ infra ipsam Ciuitatem, & extra, vobis concedimus, quæ nobis pertinere videntur, & Carpenarios, quos nos possidemus in Valle, quæ dicitur Anclamo, & in Bezosola cum filijs, & filiabus, & hæredibus, vt in supradicto loco sancto tempore opportuno ipsi, & pellers eorum perpetualiter deseruiant. Vada etiam ad piscandum in Ticino, id est in riuo Poloni, & illud quod Ad insulla Morasca dicitur, seu Vadum, quod dicitur Laudemarij collam Teuerdam, & Sextemascum, inmillo medio, quod ad sphem dicitur ex vtraque parte Ticini nouem pedes cum insulu, & Tolenei molendinorum, vel Ticinum innasit, aut in futurum irruperit de propris ipsius Ecclesiæ, vel aliorum rebus, etiam Vada quæ sunt in Padum habentia priorem terminum ad locum, qui nominatur Populs Pagana, & pertingentia ad locũ, quidicitur caput Asi, ex vtraque parte Padi nouem pedes cum insulu iuxta prædictam piscationem, vel quidquid ab antiquo tempore, seu moderno eadem Ecclesia per antiquorum Regum, seu Imperatorum donationem obtinuit, vel Padus innasit, aut in futurum irruperit de propris ipsius Ecclesiæ, vel aliorum rebus eidem sancto loco contradimus, & confirma-

mus. Et quandocunque necessitas imminet Naues ipsius Ecclesiæ per Ticini & Padi portum, quamque per quodlibet aliud discurrant absque impedimento, vel telonei exactione. Volumus quoque vt Molendina, quæ in Caterona, seu in aliquibus fluminibus prædicta Ecclesia possidet, habeant Clerici eiusdem loci potestatem leuandi, atque deponendi quousque, vel quomodo eorum decreuerit voluntas, & aqua ductus per nostram Baudam in eorum sit potestate ad irrigandos hortos Ecclesiæ. Confirmamus etiam, & per hoc nostræ autoritatis præceptum iubemus, vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gastaldius, vel aliqua parua, vel magna Regni nostri Persona infra denunciatos fines eiusdem Cortis placitum teneat, vel aliquem pignorare, aut aliquid exigere audeat. Præcipimus insuper, vt si aliquis de rebus prænunciatæ Cortis aliquam quarimoniam facere voluerit, per idoneos, & circummanentes homines inquisitio à nostris iudicibus, tanquam ex Palatij nostri rebus fiat. Et secundum hoc nostræ confirmationis præceptum Rex. de quibus quarimonia orta fuerit, per sacramenta iusiurandi inquirantur, & legali iudicio ad Ecclesiam Beati Petri Apostolorum Principis corroborentur. De qua re præcipimus omnibus Ducibus, Comitibus, ad Curiam nostram agentibus, vt nullus deinceps in prædictis rebus ad nostram mercedem Clericis delegatis conturbare præsumat. sed nostris, & futuris firma, & stabilia debeant permanere temporibus. Si quis igitur contra Dei autoritatem, & hanc nostram confirmationem aliquid agere temptauerit, sciat, se compositurum auri puri libras mille, medietatem Cameræ nostræ, nostrisque successoribus, & medietatem prafatæ Ecclesiæ, & Dei maledictionem, sanctaque Dei Genitricis Mariæ, & Beati Archangeli Michaelis, & omnium Angelorum, & Beati Petri Principis Apostolorum, & omnium Sanctorum habeat, & cum Iuda traditore portionem accipiat. Ex dicto Domini Regis per Scipionem Illustrem Referendarium. & ex dictatu Gumfrit Notarij. Quod, vt credatur verius, & ab omnibus custodiatur, manu propria roborauit. Sigilli nostri impressionem præsentem pagimam iussimus insigniri inferius.

Signum Domni Luitprandi Regis Inuictissimi.

Data octauo Kal. Decembris Anno Dominicæ Incarnationis DCCXIII. Regni vero Luitprandi Regis tertio, Indictione. vndecima. Actum Papiæ feliciter. Amen.

Circa quod priuilegium notanda sunt primo loco illa verba: *Venerabili viro Lucido presbytero.* & illa: *in quo continebatur, quod suprafata Basilica Beati Petri, vel tuæ Almitati suo dono concesserat alpem, &c.* & illa: *præsentiu autoritatis, atque renouationis nostræ paginam in ipso loco Venerabili, & tuæ Religioni emittere præcepimus, firmantes inibi iam nominatam alpem integram &c.* & illa: *Rectori, & Custoti tam fratæ B. Petri Basilicæ suscipiant, & ad partem ipsius sancti loci secundum Deum in pauperibus, vt dictum est, distribuenda possideat:* & illa: *de qua re præcipimus omnibus Ducibus, Comitibus ad Curiam nostram agentibus, vt nullus deinceps in prædictis rebus ad nostram mercedem clericis delegatis conturbare præsumat.* Quæ verba simul iuncta indicant manifestè, tempore Luitprandi, & ante illius ad Regnum assumptionem fuisse in dicta Basilica Collegium clericorum Religiosorum, siue Regularium (sic enim mos est antiquorum vel Pontificum, vel Regum, ac aliorum Principum, quos nunc Regulares Canonicos dicimus, nuncupare) sub vno Rectore presbytero, quem postea Archipresbyterum nuncupare consueuerunt. Quod ad pleniorem veritatis corroborationem potest secundo loco firmari ex literis Petri Oldradiad Carolum Magnum datis cap. sequenti reddendis, in quibus expressè testatur tempore translationis Reliquiarum Beatissimi Patris fuisse in dicta Basilica Conuentum Clericorum, die, noctuque laudes Deo inibi canentium, cum quibus ipse Rex tanquam vnus esset de ministris in canticis Dei, & psalmodia sese exercebat. Tertiò ex pluribus Romanorum Pontificum priuilegijs, ac etiam testimonijs Historicorum in sequentibus adducendis, ex quibus certò certius constabit, Clericos Canonicos cum monachis D. Benedicti aduncto in eadem Basilica, vsque ad Paschalis II. Innocentij II. Alexandri III. & Innocentij III. tempora floruisse.

NOtandum secundò, Luitprandum ipsam D. Petri Basilicam non primum erexisse, verùm à suis prædecessoribus, vel à Sancto Syro Papiensis Ciuitatis Episcopo primitus fundatam, in meliorem formam, quæ nunc cernitur instaurasse, potioribusque priuilegijs, & donis emunisse: corrigendos propterea Flauium Blondum in sua Italia in descriptione Lombardiæ, Iacobum Philippum Bergomen. in suo supplemento lib. 11. sub anno 726. Bernardum Saccum lib. 10. Hist. cap. 3. Iacobum Gual. lib. 4. sanctuarij cap. 8. alios Historicos, dum ipsam Basilicam à Luitprando primitus extructam affirmant, aut certè non de primaria illius fundatione, sed de instauratione intelligendos, & exponendos, quod epitaphium ipsius Regis sepulchro inscriptum hunc indicat: *Luitprandus Longobardorum Rex mirans ob translatum Diui Augustini corpus, Templum, & Abbatiale cœnobium Canonicis Regularibus cum dote instauravit.* Verbum enim instaurare, iuxta vocis Etymon rem vetustate labentem reficere, & in pristinam formam integrare potius significat, quàm nouam fundare. Porrò dictam Basilicam non ab ipso Luitprando primitus erectam, sed longè ante illum extructam duo euidenter demonstrant: primum forma priuilegij eiusdem Luitprandi, Hugonis Regis, Othonis, & aliorum inferius adducendorum: nam ex forma priuilegij Luitprandi habemus, dictam Basilicam non ab ipso extructam, sed ab illius prædecessore Ariperto priuilegio amplissimo donatam; vt illa eius verba sonant: *Ob hoc ergo detulit veneratio tua in præsentia nostræ excellentiæ præceptum prædecessoris nostri Ariperti Regis, in quo continebatur, quod suprafata Basilica Beati Petri, vel tuæ almitati suo dono concesserat alpem, quæ dicitur plana, cum omnibus villis sibi adiacentibus.* Cuius etiam donationis ab Ariperto Rege factæ eidem Basilicæ in alijs priuilegijs Hugonis Regis, & Othonis Imperatoris mentio habetur. Aduertendum tamen ne in errorem labaris, duos huius nominis Longobardorum Reges Luitprando priores extitisse, alterum, qui teste Sigiberto sub anno 952. regnare cœpit, alterum, qui Taurinensium Dux cum esset, fugatis Asprando Luitprandi Patre cum filio, nouem circiter annis prò illis Regnum tenuit, qui demum ab eodem Asprando victus, & fugatus in fuga, qua flumen traijciebat, in aquam delapsus suffocatus est, & die sequenti in Ecclesia Sancti Saluatoris tumulatus extra Papiam, & hic est. cuius Luitprandi priuilegium meminit, qui etiam Alpes Cottias vocatas Ecclesiæ Romanæ donauit, de quo Baronius sub anno 704. & 714.

V. ALterum verò, quod eiusdem Basilicæ antiquitatem nonnullis seculis ante Luitprandi Regnum indicat, est Diui Seuerini Boëtij, ac illius vxoris Elpis fœminæ clarissimæ apud dictam Diui Petri Basilicam tumulatio: nam D. Seuerinum Boëtium verum Consularem Papiam à Theodorico Rege exilio deportatum, ac tandem martyrio affectum, caput suum in duas partes fissum, è loco martyrij vsque ad D. Petri Basilicam suis manibus tulisse; ibique ante altare spiritum emisisse, ac in eadem Basilica tumulatum circa annum Christi 515. constans Ecclesiæ Papiensis, & omnium Historicorum eius Ciuitatis est traditio: De vxore eiusdem Seuerini Boëtij referam, quæ Syluester Maurolicus libro 4. Historiæ omnium Religionum, vulgari tamen idiomate apud Italos scribit: *In hoc, inquit, sacro Templo Diui Petri in Cœla Aureo sepulta est etiam Elpis vxor Seuerini Boëtij ex Messana Ciuitate Siculæ oriunda, quæ ob mariti amorem Patria vale dicens, Papiam contendit, vbi Boëtius à Theodorico Rege in carceribus detinebatur. Hæc nobilis fœmina Faustinæ matris sancti Placidi monachi, ac Martyris, & Tertulli nobilis Romani vxoris soror exitit, in vestibulo Diui Petri in Cœlo aureo sepulturam accepit, cui sequens Epitaphium inscribitur. Elpis dicta sui Siculæ regionis alumna, &c.* Habeo etiam testes, qui affirmant eandem Ecclesiam à Sancto Syro Papiensium Episcopo in honorem Principis Apostolorum ædificatam, ac inter illos Breuentanum libro 3. de Antiquitate Papiæ cap. 21. asserentem, id ex vetustissimis eiusdem Ciuitatis monumentis se accepisse, vt Augustinum, ac Desiderium nostros Ticinenses

uilegij

uilegij Luitprandi habemus, dictam Basilicam non ab ipso extructam, sed ab illius prædecessore Ariperto priuilegio amplissimo donatam; vt illa eius verba sonant: *Ob hoc ergo detulit veneratio tua in præsentia nostra excellentiæ præceptum prædecessoris nostri Ariperti Regis, in quo continebatur, quod supradicta Basilicæ Beati Petri, vel tuæ almitati seu dono concesserat alpem, quæ dicitur plana, cum omnibus villis sibi adiacentibus.* Cuius etiam donationis ab Ariperto Rege factæ eidem Basilicæ in alijs priuilegijs Hugonis Regis & Othonis Imperatoris mentio habetur. Aduertendum tamen ne in errorem labaris, duos huius nominis Longobardorum Reges Luitprando priores extitisse, alterum, qui teste Sigiberto sub anno 952. regnare cœpit, alterum, qui Taurinensium Dux cum esset, fugatis Asprando Luitprandi Patre cum filio, nouem circiter annis pro illis Regnum tenuit, qui demum ab eodem Asprando victus, & fugatus in fuga, qua flumen traijciebat, in aquam delapsus suffocatus est, & die sequenti in Ecclesia Sancti Saluatoris tumulatus extra Papiam, & hic est cuius Luitprandi priuilegium meminit, qui etiam Alpes Cottias vocatas Ecclesiæ Romanæ donauit, de quo Baronius sub anno 704. & 714.

V. ALterum verò, quod eiusdem Basilicæ antiquitatem nonnullis seculis ante Luitprandi Regnum indicat, est Diui Seuerini Boëtij, acillius vxoris Elpis fœminæ clarissimæ apud dictam Diui Petri Basilicam tumulatio: nam D. Seuerinum Boëtium virum Consularem Papiam à Theodorico Rege exilio deportatum, ac tandem martyrio affectum, caput suum in duas partes fissum, eloco martyrij vsque ad D. Petri Basilicam suis manibus tulisse, ibique ante altare spiritum emisisse, ac in eadem Basilica tumulatum circa annum Christi 515. constans Ecclesiæ Papiensis, & omnium Historicorum eius Ciuitatis est traditio: De vxore eiusdem Seuerini Boëtij referam, quæ Syluester Maurolicus libro 4. Historiæ omnium Religionum, vulgari tamen idiomate à pod. Italos scribit: *In hoc*, inquit, *sacro Templo Diui Petri in Cœlo aureo sepulta est etiam Elpis vxor Sicula ex Messana Ciuitate Boëtij vxor, quæ ob mariti amorem Patriæ vale dicens, Papiam contendit, vbi Boetius à Theodorico Rege in carceribus detinebatur. Hæc nobilis fœmina Faustinæ matris sancti Placidi monachi, ac Martyris, & Tertulli nobilis Romani vxoris soror extitit, in vestibulo Diui Petri in Cœlo aureo sepulturam accepit, cui sequens Epitaphium inscribitur. Elpis dicta fui Sicula regionis alumna, &c.* Habeo etiam testes, qui affirmant eandem Ecclesiam à Sancto Syro Papiensium Episcopo in honorem Principis Apostolorum ædificatam, ac inter illos Breuentanum libro 3. de Antiquitate Papiæ capit. 21. asserentem, id ex vetustissimis eiusdem Ciuitatis monumentis se accepisse, vt Augustinum, ac Desiderium nostros Ticinenses omittam, quod vt pro certo affirmare, ita etiam detractare non ausim.

VI. HIs verò de antiquitate, ac fundatione prædictæ Basilicæ ante Luitprandi Regnum firmiter constitutis, probanda nobis restat altera pars eiusdem assertionis, non solùm videlicet Basilicam, verùm etiam monasterium Diui Petri in Cœlo aureo aliquot annis ante translationem sacrorum pignorum Diui Augustini ipsis clericis canonicis ab eodem Rege Luitprando ædificatum. quanquam illius probatio non magnum negotium nobis faceßat, vt quæ conceptis verbis colligitur ex epistola Oldradi ad Carolum Magnum proximè allegata, cum ait: *Et primo Regni sui anno (scilicet Luitprandus) donationem, quam Beato Petro Ariperius Rex donauerat confirmauit, scilicet alpes Cottias, in quibus tanta est, & quicquid ab ea Alpes vsque ad Galliarum fines continebant: & Beato Petro Apostolorum Principi in suburbio Papiensi monasterium construxit, atque opere excellenter ornatum: cui etiam indidit nomen Cœlum aureum.* Nam cum ipse Luitprandus anno 731. vel 712. regnare cæpisset, translatio autem sacrarum reliquiarum nonnisi post annum 723. aut ad summum 702. acciderit, euidens est, ipsum monasterium decennio saltem ante translatum Sancti Augustini corpus esse ædificatum, quo tempore Sancti Petri Basilica nondum per monachos, sed per Lucidum Archipresbyterum, & suos clericos religiosos regebatur. Confirmant eandem veritatem Oldradi verba in calce ipsius epistolæ: *Dona verò, qua piissimus Rex Luitprandus Ecclesiæ Beati Petri donauit, tam in prædijs, & possessionibus, quam in vasis aureis, & argenteis, & vestibus ad Dei cultum pertinentibus, excedunt omnium piorum, & catholicorum opinionem. Existimabat autem Rex ille, se tantum non posse donare ministris, qui custodiebant corpus Beati Patris, quod ipsi voluntati, & voluntati sua penitus satisfaceret, & tanto gaudio ad corpus tanti viri receptum repletus est, quod die, ac nocte, in hymnis, & cantibus Dei cum clericis, & sacerdotibus in Ecclesia pernoctaret, & tanquam vnus de ministris in cantibus Dei, & psalmodia se exerceret.* Vbi vides, post translatum Diui Augustini corpus ministros illius custodiæ deputatos, qui die, noctuque in ea Basilica diuinas laudes canebant, & cum quibus Rex ipse in psalmodia, & diuinis laudibus tanquam vnus ex illis se exercebat; non monachos sed clericos, & sacerdotes fuisse, nulla adhuc monachorum habita mentione. Quomodo verò, & quas ob causas dictis clericis collegium monachorum adiungere, & illis dictæ Basilicæ curam præcipuam concedere voluerit, in sequentibus dicemus. Confirmat tandem eandem assertionem epitaphium vetustissimum ipsius Luitprādi sepulchro superpositum, quod cum venerādi Patres Eremitæ circa annū 1510. quo tempore monasteriū S. Petri per canonicos regulares nostræ congregationis

Lateranensis, procurantibus canonicis Mortariensibus inibi degentibus fuit reformatum, noctu clanculum abrasissent procurantibus ciuibus Papiensibus Decreto Senatus, & Ducum Mediolanensium restitutum fuit, & adhuc remanet. quod istiusmodi est: *Luitprandus Longobardorum Rex mehtus ob Diui Augustini translatum corpus, Templum hoc, sinul & Abbatiale cœnobium canonicis regularibus cum dote instaurauit anno 723.* & quamuis Decreto Sacri Concilij Tridentini cineres Luitprandi ex sepulchro eleuato ablatæ humi defossæ fuerint, quo tempore ad canonicorum memoriam delendam ipsius etiam epitaphij verba illa, canonicis regularibus, aliqualiter sunt obliterata: non tamen adeo deleta sunt, vt etiam ab ijs saltem, qui rei seriem nouerint, non commodè legi possint, quemadmodum circa annum 1582. ea legit, exscripsit, & suo libro inseruit Sylvester Maurolicus, apud quē dictum epitaphium cum alijs olim in eadem Ecclesia existentibus legi potest libro 4. pagina mihi 297. ex quo habes tum ipsam Ecclesiam Diui Petri in Cælo aureo, tum illius cœnobium etiam post translatum Diui Augustini corpus à Rege Luitprando clericis canonicis primitus instauratum.

CAPVT QVINQVAGESIMVMNONVM.

Translationi sacratissimi corporis Diui Patris Augustini Eremitas Augustinenses nullatenus interfuisse: neque ipsos Eremitas, sed Clericos ad illius custodiam à Rege Luitprando primitus fuisse destinatos.

1. COnstitutoitaque nobis de fundatione tum Basilicæ, tum etiã monasterij D. Petri in Cœlo aureo nuncupati, consequens est, vt secundam assertionem probemus, scilicet ipsius sacratissimi corporis B. Augustini translationi Eremitas Augustinenses nullatenus præsentes fuisse, neque ex Sardinia cum sacris reliquijs Papiam accersitos, neq; etiam ad corpus D. August. à Rege Luitprando destinatos, vt Ioannes Marquez absque vllo probabili fundamento dicit, quam vt testimonio fide digno, & maiori omni exceptione probemus, non alio vtemur, quàm ipsomet Oldrado in præcitata epistola ad Carolum Magnum de translatione Diui Augustini, quam ex integro fideliter hic reddendam operæ pretium esse arbitramur, quod ex illa non solum autorem ipsius translationis, ac illius modum, tempus, & miracula, diuina virtute in eo patrata, verùm etiam sacrarum reliquiarum custodes, & ministros à Rege Luitprando destinatos habemus. Exemplum autem epistolæ hoc est:

Domino Regum pijssimo Carolo Magno Petrus Oldradus indignus Mediolanensium Archiepiscopus primum in Christo coronam. Opus, quod celsitudo vestra dum in Vrbe Mediolani moraretur, mihi imponere dignata fuit, vt aliquid de translatione corporis B. Augustini Episcopi de Sardinia Papiam inquirerem, & fideli sermone celsitudini vestræ transcriberem: quantum humana fragilitas laborare potuit, elaborauj; & quod ex istis & libris Regum Longobardorum, & etiam ex traditionibus seniorum legi, & audiui, Deo adiuuante breuiter scribam. Beatus Augustinus Doctor Ecclesiarum Christi, post multa miraculorum signa, quibus in hoc mundo effulsit, post multam insudationem laborum, qua obstinatam hæreticorum rectum iter via deprauantium oppugnauerat, Deo animam reddens, honorificè sepultus est in Ciuitate Hipponensi, in Episcopatu suo in Ecclesia Sancti Stephani, currente anno Incarnationis Christi 430. ibique sepultus per manus discipulorum suorum iacuit annis ferè quinquaginta sex: deinde in Sardiniam transeuntibus est à fidelibus, & Catholicis Episcopis, qui ob Christi fidem ab antiquo Transamondo Rege una cum Fulgentio Ruspensi Episcopo cum innumerabilibus Christi fidelibus in eandem Insulam relegati fuerant, quo tempore Vandali armis Africam vastabant: ne gemma & thesaurus tantus ab immundis spiritibus pollueretur, secum non nullis alijs Sanctorum reliquijs deportarunt, ibique tu miraculis claruit, annis ducentis viginti tribus. In quo manifestum datur intelligi, quod quos Deus tantos habet, ad sanctitatis eorum testimonium, clarificat, & insignit virtutibus miraculorum.

Vnde Luitprando Astrandi filio Longobardorum Regi, quo tempore à die obitus ipsius Sancti ducenti, & aliquanto amplius anni euoluti fuerant, Regno Longobardorum adepto, & perseuerante in eo Religionis proposito, quippe qui protector, & defensor fidelis Ecclesiarum extitit, non tam tè tanto principatu dignissimus, si prudentiam, sapientiam, consilijsque quo plurimum valebat, quàm ingens iustitia autem, & clementia ita insignis habebatur, vt difficile iudicaretur qua in re maiorem promereretur laudem, Christianissimus adeo fuit, ac Religionis amator, vt nulla vnquam in Regno templa sine suo suffragio edificari permiserit: nam, vt de cæteris taceam; Papiæ plurima templa ornatu mire construxit, donatis, & addictis multis castris, & possessionibus: & præcipuè in palatio suo Oratorium in honorem Saluatoris mundi extruxit, vbi & sacerdotes, & clericos multos instituit qui diu, noctuque diuina officia exoluerent, attributis multis bonis, vt hilarius, & alacrius Deo inseruire possent.

Et primo Regni sui anno donationem, quam Dominus Petro Aripertus Rex donauerat, confirmauit, Alpes Cottias in quibus Ianua est & quidquid ab Alpe vsque ad Galliarum fines continebat. Et B. Petri Apostolorum Principis in suburbio Papiensi Monasterium in[struxit]

artificio opere excellenter ornatum, cui etiam indidit nomen Cœlum aureum.

Barbarorum igitur infinita multitudo Sardiniam expugnare est aggressa, quam cum inuasissent, & subiugatam destruerent, loca etiam sancta violenter aggressis polluebant, inter quæ sepulchrum Beati Augustini. Hæc cum tristitia cultor, & amator Religionis Luitprandus Rex audisset à sanctæ memoriæ Petro Papiensi Episcopo, quem Rex maximo honore, & summa reuerentia ob vitæ sanctitatem prosequebatur, videlicet coinquinari, & inhonestè tractari Sanctissimi Augustini locum: Legatos suos Proceres nobiles cum magno pondere auri, & argenti transmisit in Sardiniam, vt corpus tanti Sancti redimerent pretio, & transferrent quamprimum ad Ciuitatem Papiensem. Qui iussioni, & desiderio pijssimi Regis satisfacere cupientes, nauigio venerunt in Sardiniam, & redimentes corpus sanctum à Barbaris, nauiq; illud imponentes, Dei misericordia, & ingenti eorum gaudio plenis velis per tranquillum mare in vnius diei, & noctis spatio perducti sunt ante portum. & stationem Ianuensem, & per Legatos Regi, qua facta erant, denuntiauerunt, & vt honorificè occurrerent ad Reliquias tam religiosi corporis suscipiendas.

Quo audito Rex immenso gaudio perfusus, gratias ingentes Deo referebat, quod desiderium suum impleuisset: omnique negotio postposito, rogatu, & conuocatu omnibus Ciuitatum suarum Episcopis, & vniuerso Clero vsq; ad finem agri Dertonensis, ad suscipiendum tam præclarum Dei munus cum maxima humilitate processit, & more Dauidico ad accipiendam arcam Domini, & reponendam in decentiori loco properabat cum innumerabili Procerum, & Populi vtriusque sexus multitudine, Deo gratias omnes agentes de tanto dono dato. Cum autem ad locum, vbi iacebat sanctum corpus appropinquasset, depositis Regalis Aulæ insignibus, nudatoque capite, & pedibus, cum tanta humilitate, & deuotione procedebat, vt omnes, qui aderant, mirarentur, & Deum super tanta deuotione pijssimi Regis laudarent.

Ad Confessorem autem suum clarificandum misericors Dominus dignatus est multa miracula operari: multi enim aliqua officia corporis priuati aderant, qui recuperata sanitate alacres ad laudem, & honorem Dei vociferantes læti ad propria reuertebant. Vnde corpus Beati Confessoris cum laudibus, & hymnis deferentes peruenerunt ad fines agri Dertonensis ad pradium, quod appellant Sannatense, vbi Rex Luitprandus cum vniuersis Episcoporum, & procerum comitatu pernoctantes, & debitum tanto Patre officium dignè peragentes: Rex ipse tanquam vnus de plebe propè sanctissimi corporis Reliquias nimis deuotionis Zelo ardens pernoctauit.

Cum autem aurora sequentis diei illucresceret ad peragendum iter ad Vrbem Ticinensem sistentes, nullo modo sanctum corpus mouere potuerunt. Cum igitur plures ad feretrum accederent, nec quidquam proficerent, Rex Luitprandus sibi vestibus, & deformata facie in terra deuolutabatur; quippe qui immenso desiderio tanti Patris transferendi reliquias ad Vrbem Ticinum aestuabat animo. At tum omnino ab omni spe ecciderat posse a-

artificio opere excellenter ornatum, cui etiam indidit nomen Cœlum aureum.

Barbarorum igitur infinita multitudo Sardiniam expugnare est aggressa, quam cum inuasissent, & subiugatam destruerent, loca etiam sancta violenter aggressi polluebant, inter quæ sepulchrum Beati Augustini. Hæc cum iustitiæ cultor, & amator Religionis Luitprandus Rex audisset à sanctæ memoriæ Petro Papiensi Episcopo, quem Rex maximo honore, & summa reuerentia ob vitæ sanctitatem prosequebatur, videlicet coinquinari, & indecenter tractari Sanctissimi Augustini locum: Legatos suos Proceres nobiles cum magno pondere auri, & argenti transmisit in Sardiniam, vt corpus tanti Sancti redimerent pretio, & transferrent quamprimum ad Ciuitatem Papiensem. Qui iussioni, & desiderio pijssimi Regis satisfacere cupientes, nauigio venerunt in Sardiniam, & redimentes corpus sanctum à Barbaris, nauig, illud imponentes, Dei misericordia, & ingenti eorum gaudio pleno velo per tranquillum mare in vnius diei, & noctis spatio perducti sunt ante portum, & stationem Ianuensem, & per Legatos Regi, qua facta erant, denuntiauerunt, & vt honorificè occurrerent ad Reliquias tam religiosi corporis suscipiendas.

Quo audito Rex immenso gaudio perfusus, gratias ingentes Deo referebat, quod desiderium suum impleuisset: omnique negotio postposito, rogatu, & conuocatis omnibus Ciuitatum suarum Episcopis, & vniuerso Clero vsq; ad finem agri Dertonensis, ad suscipiendum tam præclarum Dei munus cum maxima humilitate processit, & more Dauidico ad accipiendam aream Domini, & reponendam in decentiori loco properabat cum innumerabili Procerum, & Populi vtriusque sexus multitudine, Deo gratias omnes agentes de tanto dono datu. Cum autem ad locum, vbi latebat sanctum corpus appropinquasset, depositis Regalis Aulæ insignibus, nudatoque capite, & pedibus, cum tanta humilitate, & deuotione procedebat, vt omnes, qui aderant, mirarentur, & Deum super tanta deuotione pijssimi Regis laudarent.

Ad Confessorem autem suum clarificandum misericors Dominus dignatus est multa miracula operari: multi enim aliquo officio corporis priuati aderant, qui recuperata sanitate alacres ad laudem, & honorem Dei conseruantes leti ad propria remeabant. Vnde corpus Beati Confessoris cum laudibus, & hymnis deferentes peruenerunt ad fines agri Dertonensis ad pradium, quod appellant Saumariense, vbi Rex Luitprandus cum vniuerso Episcoporum, & procerum comitatu pernoctantes, & debitum tanto Patre officium dignè peragentes: Rex ipse tanquam vnus de plebe propè sanctissimi corporis Reliquias nimio deuotionis Zelo ardens pernoctauit.

Cum autem aurora sequentis diei illuceret ad peragendum iter ad Vrbem Ticinensem fistentes, nullo modo sanctum corpus mouere potuerunt. Cum igitur plures ad feretrum accederent, nec quidquam proficerent, Rex Luitprandus scissa vestibus, & deformata facie in terra deuolutabatur; quippe qui immenso desiderio tanti Patris transferendi reliquias ad Vrbem Ticinum æstuabat animi. At tum omnino ab omni spe ceciderat posse amoueri sanctum corpus, quo miraculo omnes Episcopi, & proceres stupebant, cogitantes intra se, quidnam Deus omnipotens indicare vellet de reliquijs tam glorioſi Doctoris. Aderat inter eorum Episcoporum sancta memoria Gratianus Nouariensis Ecclesiæ Præsul, vir multa doctrina præditus, & omni scientiarum genere illustris, & vere Dei sacerdos, qui accessit confidenter ad Luitprandum Regem, affirmans Dei misericordiam non verbis, & actibus externis, sed magis votis, & operibus imploranda: Quæ Rex libentissimè monita audiens, facto voto deliberauit, si Dominus Deus omnipotens corpus B. Augustini Ticinum deferri permitteret, quod supra nominatum prædium Saumariense, Deo, & Ecclesiæ B. Petri, ad quam ipsum sanctum corpus deferre volebat, perpetuo habendum tribueret. Factum est igitur, vt cum votum persoluisset, accederet ad feretrum, qui cum corpus de terra leuare tentaret; ita leuissimum inuenit, vt nullo vsquam onere impediente, corpus beatissimum, quod prius nec moueri poterat à pluribus, modo non prohiberetur ferri à duobus. Peragebant igitur incæptum iter ingenti gaudio, & exultatione laudantes Dei omnipotentiam, qui vota Regis tam facile audisset.

Cum autem in Vrbe auditum esset de aduentu Regis cum reliquijs Beatissimi Confessoris, ad suscipiendum corpus sanctissimum, omnes qui residui fuerant festinarunt occurrere, & cum summo honore, vtpote tanto Patri debito detulerunt, cum hymnis, & canticis, & totius populi concursu summo gaudio perfusi, & reposuerunt in Ecclesia B. Petri in Cœlo aureo. Iure autem in Apostolica positum est Ecclesia, qui pro Ecclesiastica dimicans fide diabolicas Hæreticorum fraudes dissipsit. Vbi etiam ad sanctitatis eius testimonium ad argumentum fidei posterorum, multis signis, & miraculis claruit, illud memoria dignum contigit post translationem Papiam factam, quo Deo, Beatoq, Patri augustino gratam fuisse ea translationem inuotuit: siquidem multi tactu sacrorum pignorum tantum, ex variis morbis statim conualuêre. Sed insignis fuit illa apparitio facta quibusdam Vltramontanis numero quadraginta, qui petentes Romam, propè viculum Caua, à Papia distantis circiter tria millia passuum, quo membra fessa in longo itinere curarent pernoctantes, ædica secundam horam noctis, ab Ecclesia, quæ vicina erat dicata S. Martyribus Cosmæ & Damiano, viderunt egredi hominem habitu Pontificali ornatum, qui ipsis appropinquans percunctatus est, quo pergerent; cum respondissent se Romam ad Basilicas Sanctorum Petri, & Pauli proficisci, quatenus à Domino impetrarent liberari ab infirmitatibus, quibus vnusquisque eorum afflictabatur, tum vt viderent sancta loca, tum vt Sanctorum meritis ibi quiescentium Deus eos sanaret. Dixit illis Pontifex, dirigite gressus vestros ad Vrbem vobis vicinam, Papiam nempe, & ingredimini Templum Beati Petri in Cœlo aureo; ingressi sanabimini à languoribus vestris. Quis esset, interrogantibus peregrinis, respondit, se esse Augustinum Episcopum. His auditis stupore, & gaudio repleti, festinantes Papiam, & Templum ingressi clamantes dixerunt: Sancte Augustine, sicut pollicitus es, restitue nobis sanitatem. His vix pro-

nunciatu, senserunt se pristinæ incolumitati redditos, & Deo, Beatoq; Augustino gratias agentes, ad propria læti, & incolumes remearunt, narrantes mirabilia, quæ fecerat Dominus intercessione Sancti Doctoris.

Dona autem, quæ piissimus Rex Luitprandus Ecclesiæ B. Petri donauit tàm in prædijs & possessionibus, quàm in vasis aureis, & argenteis, & vestibus ad Dei cultum pertinentibus, excedunt omnium priorum, & Catholicorum opinionem: existimabat autem Rex ille, se tantum non posse donare ministris, qui custodiebant corpus B. Patris, quod opinioni, & voluntati suæ penitus satisfaceret, & tanto gaudio ad corpus tanti viri receptum repletus est, quod die, ac nocte in hymnis, & canticis Dei cum clericis, & sacerdotibus in Ecclesia pernoctaret, tanquam vnus de ministris in canticis Dei, & psalmodijs se exerceret. Hæ translatio corporis S. Augustini facta fuit pridie Kalend. Martij, sedente in sancta Petri sede bonæ memoriæ Gregorio eius nominis secundo. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula Rex Regum Christus Dominus sua dignetur custodire potentia. Datum in Vrbe Mediolani anno salutiferæ incarnationis Domini 796.

II. CIrca quam epistolam nota primò, non rectè reprehendi Oldradum à Cardinali Baronio sub anno 525. quòd dictam translationem anno Christi 710 factam affirmauerit: primò quod Oldradus minimè id affirmet, sed solùm, quod Luitprandus Aſprandi filius eo tempore ad Regnum est euectus, quo à die obitus B. Patris Augustini anni 280. euoluti fuerant, quod verissimè dixisse intelligetur, qui B. Augustini obitum anno 431. die 28. Augusti accidisse nouerit, vt supra cap. 42. in fine monstrauimus, ac etiam Luitprandum anno Christi circiter 711. ad regnum eleuatum, vt Sigibertus in Chronico, ac ipsemet Baronius sub anno 712. fatetur, & constat ex priuilegio per eundem Luitprandum Lucido presbytero concesso anno Christi 713. indict. 11. Regni vero illius anno 3. superiùs recitato, nã si ab anno 431. numerando, ad 711. deuenias, ann. 280 intercedere videbis. De tempore verò ipsius translationis aliter loquitur Oldradus in fine eiusdem epistolæ, cum ait, eam factam fuisse pridie kalend. Martij, sedente in sancta Sede Petri bonæ memoriæ Gregorio huius nominis II. Nam Gregorius II. ex omnium historicorum consensu non ante annum 714. Pontificatum inijt secundò quia esto errasset Oldradus circa determinatum tempus ipsius translationis, non ex hoc sequeretur, illam anno 725. octaua indictione factam, vt idem Baronius leui quadam coniectura ductus ex eo affirmat, quia venerabilis Beda suum commentarium de sex ætatibus, quod vsque ad annum nonum Leonis Isaurici perducit, eadem translatione concludit. potuit enim Beda certum tempus eiusdem translationis recens tunc factæ non adeò exploratum habuisse, vel sub illo tempore eam posuisse, quo primum ad illius notitiam peruenit, & vtcunque res se habuerit, certum est, Sigibertum aliquot annis antea factam scribere, nimirum sub anno 721. & quod magis vrget, vetustissima inscriptio in marmore excisa, & eidem Regis sepulchro superposita, cuius capiti præcedenti meminimus, illam ante annum 721. factam apertissimè testatur: fateor nihilominus errasse Oldradum circa computum annorum inter obitum B. Augustini, ac illius primam, vel secundam translationem intercidentium, nisi forsan scriptorum error fuerit, verum error non circa tempus huius secundæ translationis, sed circa tempus obitus ipsius D. P. Augustini fuit, qui tamen historicorum ferè omnium communis est, adeò, vt vix duos reperias, qui in illo decernendo consentiant.

NOta secundo circa eandem epistolam, in qua nullam prorsus haberi mentionem Eremitarum Augustinensium, quod nullatenus omisisset Oldradus, si sacra D. Augustini pignora in Sardinia sub illorum custodia tunc temporis steterissent, aut si illi ad sacras reliquias custodiendas ex Sardinia Papiam deuenissent, ac perinde non modo voluntarium, sed falsum prorsus esse, quod scribit Ioannes Marquez cap. 15. §. 1. de suis Eremitis intelligendum, quod in eadem epistola Oldradus ait: *Existimabat autem Rex ille, se tantum non posse donare ministris, qui custodiebant corpus B. Patris quod opinioni, & voluntati suæ penitus satisfaceret.* ac etiam alia Vincentij Beluacensis verba, quæ habet lib. 31. cap. 48. Speculi historialis: *Quod videns Rex, vouit, quod si B. Confessor, se ex illo loco tolli permitteret, & transduci Papiam, Villam cum omnibus appendicijs eius, concederet seruientibus ipsius perpetuo possidendam* quod ministri, & custodes sacrarum reliquiarum, & perpetuò illis inseruientes, non Eremitæ Augustinenses fuerint, qui necdum extabant, sed Clerici Canonici, ac deinde Monachi Benedictinenses, ostendunt in primis verba sequentia eiusdem Oldradi, quæ omisit, videlicet, *& tanquam vnus ad corpus tanti viri receptum repletus est, quod die, ac nocte in hymnis, ac canticis Dei cum Clericis, & sacerdotibus in Ecclesia pernoctaret, & tanquam vnus de ministris in canticis Dei, & psalmodijs se exerceret*: ostendunt etiam priuilegia ipsis D. Benedicti monachis ab eodem Rege Luitprando primitus concessa, deinde ab Imperatoribus, & Regibus Italiæ confirmata, quæ sequenti capite reddemus.

DEmum circa eandem Reliquiarum D. Augustini translationem aduerte, fabulosum, & falsum esse, quod nonnulli sibi fingunt, locum vbi B. Augustini corpus ex Sardinia delatum primùm locatum extitit, illum esse, qui nunc S. Mariæ de Cella in districtu S. Petri de Arena dicitur, quemque venerandi Patres Eremitæ Augustinenses incolunt, ac propterea Eremitis Augustinensibus ibi tunc temporis ædificatum. Nam præter quod D. Augustini Reliquias tunc illocatas fuisse, nullo certo documento probatur, monasterium S. Petri de Arena, siue potius S. Mariæ de Cella in districtu loci S. Petri de Arena nunc-

pati, quod dicti Patres Eremitæ nunc obtinent, ab antiquo tempore Canonicorum Regularium extiterat, quod cum progressu temporis Conuentu Canonicorum destitutum commendatum fuisset monasterio S. Benigni de capite fati fuerat per Sedem Apostolicam vnitum, vt ex libro Taxarum Apostolicarum in sequentibus ostendemus.

CAPVT SEXAGESIMVM.

Monachos in Cœnobio D. Petri in Cœlo aureo per Luitprandũ constitutos Ordinis D. Benedicti, non autem Augustinenses Eremitas fuisse, eosque sub Regula D. Benedicti, vsque ad Honorium Tertium in eodem monasterio stetisse.

I. POst priuilegium Lucido Archipresbytero, ac suis Clericis in Basilica D. Petri in Cœlo Aureo degentibus, à Rege Luitprando firmatum, ac etiam Basilicã, additis noua monasterio, & dotepti Clericis Canonicis instauratam, & Sacra Beatissimi Patris Augustini pignora in eandem Ecclesiam translata, idem Rex pijssimus, & religiosissimus ad cultum diuinum, necnon ipsius Basilicæ splendorem magis, ac magis augendum, quod aliàs fortè in quibusdam præcipuis Basilicis Laterancnsi, Mediolanensi, & Cantuariensi factum nouerat, Collegio canonicorum alterum addidit Monachorum Benedictinensium, qui Canonicis in Sacramentorum ministerio, Verbi Diuini prædicatione, & animarum cura, ac regimine occupatis, diuinas laudes die, ac nocte in eadem Ecclesia persoluerent, cuius Abbati tum ipsius Monasterij, tum etiam Ecclesiæ, & Reliquiarum D. Augustini, ac etiam bonorum illius temporalium curam commisit, vt constat authentico illius priuilegio, indict. 10. concesso, cuius exemplum ex originali in ipso monasterio D. Petri existente acceptum tale est:

In nomine Sanctæ, ac Individuæ Trinitatis. Luitprandus Dei gratia Rex Longobardorum, si prædia cœnobiorum, reliquorumque sanctorum locorum, nostrorum munerum augemus beneficijs, in præsenti, & in futuro nobis prodesse minimè dubitamus. Quocirca omnium fidelium Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, & futurorum deuotio nouerit, qualiter pro Dei amore, & animæ nostræ remedio per hoc nostrum præceptum, prout iustè, & legaliter possum, dono, atque iudico alpem vnam, quæ dici-

patii, quod dicti Patres Eremitæ nunc obtinent, ab antiquo tempore Canonicorum Regularium extiterat, quod cum progressu temporis Conuentu Canonicorum destitutum commendatum fuisset monasterio S. Benigni de capite fati fuerat per Sedem Apostolicam vnitum, vt ex libro Taxarum Apostolicarum in sequentibus ostendemus.

CAPVT SEXAGESIMVM.

Monachos in Cœnobio D. Petri in Cœlo aureo per Luitprandū constitutos Ordinis D. Benedicti, non autem Augustinenses Eremitas fuisse, eosque sub Regula D. Benedicti, vsque ad Honorium Tertium in eodem monasterio stetisse.

I. POst priuilegium Lucido Archipresbytero, ac suis Clericis in Basilica D. Petri in Cœlo Aureo degentibus, à Rege Luitprando firmatum, ac etiam Basilicâ, additis nouo monasterio, & dote pijs Clericis Canonicis instauratam, & Sacra Beatissimi Patris Augustini pignora in eandem Ecclesiam translata, idem Rex pijssimus, & religiosissimus ad cultum diuinum, necnon ipsius Basilicæ splendorem magis, ac magis augendum, quod aliàs fortè in quibusdam præcipuis Basilicis Lateranensi, Mediolanensi, & Cantuariensi factum nouerat, Collegio canonicorum alterum addidit Monachorum Benedictinensium, qui Canonicis in Sacramentorum ministerio, Verbi Diuini prædicatione, & animarum cura, ac regimine occupatis, diuinas laudes die, ac nocte in eadem Ecclesia persoluerent, cuius Abbati tum ipsius Monasterij, tum etiam Ecclesiæ, & Reliquiarum D. Augustini, ac etiam bonorum illius temporalium curam commisit, vt constat authentico illius priuilegio, indict. 10. concessio, cuius exemplum ex originali in ipso monasterio D. Petri existente acceptum tale est:

In nomine Sanctæ, ac Individuæ Trinitatis. Luitprandus Dei gratia Rex Longobardorum, si prædia cœnobiorum, reliquorumque sanctorum locorum, nostrorum munerum augemus beneficijs, in præsenti, & in futuro nobis prodesse minimè dubitamus. Quocirca omnium fidelium Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, & futurorum deuotio nouerit, qualiter pro Dei amore, & animæ nostræ remedio per hoc nostrum præceptum, prout iustè, & legaliter possum, dono, atque iudico alpem vnam, quæ dicitur plana cum omnibus suis pertinentijs cum Ecclesijs inibi fundatis, cum pratis, syluis, insulis, ripis, piscarijs, aquis, aquarumque decursibus, cum seruis, & ancillis, cum omni honore, & dono similiter terram, vbi dicitur in Campania iuxta Ticinum, cum omnibus adiacentijs, & pertinentijs sicut est determinata, cum pratis, syluis, piscationibus, & cum Ecclesia vna: quæ S. Sophia dicitur inibi fundata, & iudico similiter in Episcopatu Terdonensi villam vnam, quæ dicitur Monstomarius, cum Ecclesia S. Augustini cum omni honore: & in Episcopatu Placentiæ villam vnam, quæ dicitur Rosasium cum Ecclesia inibi fundata cum omni honore, & in Episcopatu Laudensi villam, quæ dicitur Flumbum, & cum Ecclesia inibi facta, & in Brembio, & in Sucugnao, & in Mairasco, & in illorum pertinentijs illud quod ad me pertinet, sulicet Mansos 120. cum omni honore, & in Archiepiscopatu Mediolanensi, & Cumensi Gerentianum, & in Turao, & in Macao, & in Veregnano, & Castano, & in Cisano, & in Boscola, & in Scamno, & in Calauade, & in Isbira, & in Bardello, & in Balaxe, & in Orglano, & in Bernade, & in Riuierago, & in Calauade, & in Maremundo, & in Cuilg, & in Oliuo, & in Asij, & in Traualglo, & in Mercurolo, & in Lauenna, & in Maglaciso, & in Blagugno, & in Cumano, & in Canobio, & in Beluzona, & in Beligno, & in Leuentina, & in Palle Mazia, & in Ottigua, & Gambatogna, & in Tal mo, cum Ecclesijs inibi fundatu, cum omnibus adiacentijs, pertinentijs, pratis, syluis, vineis, inuestituris, & cum omni honore in omnibus locis supradictis. Alias quoque Cortes, quæ in Comitatu Parmensi iacent donamus, & iudicamus scilicet Casale scindes, Casale S. Petri cum Ecclesia inibi fundata in honore S. Syri, & Gramum cum Ecclesia inibi fundata in honore S. Mariæ, & Riuam, & Casale Onino, & Castellum Ascardi, & Patrula, & Sorannia cum Ecclesia, & in Guarstalla vndecim Mansos, cum decimis, cum pratis, vineis, syluis, frascareis, molendinis, piscationibus, seruis, & ancillis, Aldianos, & Aldianas cum omni honore. Insuper iudicamus Cortem Paenem, vecnon & illam quæ dicitur Corte Regia, & Altramum, & S. Maria, quæ dicitur in terra Graua 5555. Mansos iuxta se habentem, & Quilsam cum omnibus pertinentijs suis, & adiacentijs, cum Ecclesijs, Molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, Castellis, cultis, & incultis rebus vbique locorum ad easdem artes pertinentibus, & omnia, quæ in Monte Ferrato, & quæ in Comitatu Vercellensi, & quæ in Casale, & Ponte Curono, & in Solariulo habere, & possidere videmus. Hæc omnia, quæ supra diximus, donamus, & iudicamus venerabili monasterio S. Petri in Cœlo aureo, in quo sanctum, & venerabilem Augustinum adduximus, & condiuimus. Statuimus insuper, & modis omnibus censemus, præcipimus, & iubemus, & iuxta nostrorum antecessorum Regum, vel Imperatorum autoritatem firmiter edictamus, vt nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullus Marchio, vel Comes, aut Vicedominus, Gastaldio, siue cuiuscunque ministerialis, nullaque iudiciaria potestas, vel Respublica minister in prædictis cortibus, prædijs, seu possessionibus, in aliquibus locis præfato venerabili loco pertinentibus placitum tenere, vel districtum facere, siue fortam, aut alia-

quam publicam functionem, vel redditum à supradictorum habitatoribus locorum, vel pertinentibus exigere, vel tollere remota omni occasione præsumat. Volumus etiam, & concedimus, vt Molendina, quæ in Catherona, seu in aliquibus fluminibus supradictum Monasterium possidet per totum Regnum Italiæ, habeant tam Abbates, quam monachi potestatem leuandi, & disponendi quo vsque vel quomodo eorum decreuerit voluntas. Volumus etiam, modisque omnibus interdicimus, vt nulla præpotens persona per loca supradictum cœnobium proprietario iure, per nullum ingenium, per nullam censuram, aut beneficiali Ordine, aut præcepti alicuius autoritate nitatur inuadere, præcipientes itaque iubemus tam præsentibus, quàm futuris, vt parti prædicti Cœnobij, quæ super à nobis concessa, & confirmata sunt, quolibet tempore, nullus præsumat inferre molestias, aut contrarietatem, sed sub omni integritate sicuti à nobis concessa sunt, ad vtilitatem ipsius monasterij sine aliqua diminutione permaneant, & habeant potestatem, per totas possessiones monasterij adificandi Ecclesias, vbicunque voluerint, si quis igitur aliquando diabolica fraude deceptus, contra Dei autoritatem, & hanc nostram concessionem, & confirmationem aliquid agere tentauerit, & iam dictum sanctum locum ex prædictis rebus fatigare conatus fuerit, sciat se cowpositurum auri puri libras mille, medietatem cameræ nostræ, & medietatē prædicto monasterio. Quod vt verius credatur, & diligentiusque ab omnibus custodiatur manu propria roborauimus, sigilliq; nostri impressione iussimus insigniri inferius.

Signum Domini Luitprandi Inuictissimi Longobardorum Regis.

Datum quarto nonas Aprilis indictione decima. Actum Papiæ feliciter. Amen.

Verùm quo tempore, vel quo anno Regni sui Luitprandus monachos in Diui Petri cœnobio posuerit, licèt minimè definiri possit, hoc tamen certum, & constans esse debet, illos non nisi post translatum D. Augustini corpus ibidem constitutos, cum in altero priuilegio eiusdem Luitprandi, ac etiam in epistola Oldradi de translatione Reliquiarum D. Augustini nulla omnino de monachis, verum de solis clericis mentio habeatur. Cũ etiam in inscriptione vetustissimæ Regis sepulchro appositæ dicatur, Templum cum cœnobio, ac dote Clericis Canonicis primitus fuisse instauratum. Quam inscriptionem vtpotè vetustissimũ Regiæ olim dignitatis monumentum ab Ercmitis cassatam Ciues Papienses inplorato auxilio Senatus Mediolanensis restituendam curarunt, vt locus illam calumniandi nullatenus esse possit. Videntur ijdem monachi (quod ex forma dicti priuilegij aucupari licet) circa annum salutis humanę septingentesimum vigesimum septimũ, aut 742. illuc introducti nam dictum priuilegium sub indictione decima emanauit, quæ cum anno 727. vel 742. cucurrit: nam anno 744. Luitprandus ex hac vita migrauit, ex Baronio sub illo anno num. 38 aut sub eodẽ anno 742. vt Sigibertus in Chronico notauit.

CÆterùm monachos à Luitprando in monasterio D. Petri in Cœlo aureo constitutos, nõ Eremitas Augustinenses, sed monachos institutos D. Benedicti, & sub eius regula militantes fuisse, quod in tertia propositione asserimus, ostendent alia priuilegia Regum, Imperatorum, & Romanorum Pontificum eiusdem Monasterij Abbatibus & monachis vsq; ad Honorium III. concessa, quorũ exempla accepta ab Originalibus in dicto monasterio seruatis nonnulla hic subijcimus, ad veritatem nostræ assertionis demonstrandam, & ad errorem Io: Marquez euincendum, qui suos Eremitas in dicto monasterio primitus à Rege Luitprando constitutos ante monachos D. Benedicti scribit, tanquam si de aliquo monasterio in partibus Indiarum existente scriberet, cuius nulla apud illos notitia haberetur.

Exemplum Priuilegij Hugonis Regis Italiæ Petro Abbati monasterij D. Petri in Cælo aureo concessi, qui regnauit in Italia sub anno 916. vt Baronius sub eodem anno, & Sigibertus sub anno sequenti notauit.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni. Hugo gratia Dei Rex, si circa seruos, & ancillas Dei munificentiam nostræ benignitatis largimur, credimus hoc animæ nostræ mercedem efficaciter pertinere. Igitur omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorum scilicet præsentium, & futurorum comperiat industria, quòd per Berengarium illustrem Marchionem, & dilectum filium nostrum, quidam noster ex monasterio Diui Petri in Cœlo aureo Abbas nomine Petrus pro diuersis vtilitatibus sui monasterij ob amorem supernæ Numinis à nostra mansuetudine sibi fieri, nostræ confirmationis præceptum petijt, & antiquorum Regum præcepta, quæ in eodem Sancto, ac venerabili loco emissa sunt, in nostra mercede roborari dignaremur. Cuius precibus libenter aurem accommodantes, hoc in munitatis nostræ præceptum conscribi iussimus, per quod omnino præcipimus, iubemus, vt idem Abbas degens sub regula S. Benedicti, ad monasterium, cum omnibus adiacentibus illi. & legaliter pertinentibus, mobilibus, atque immobilibus, quæsitis, ac acquirendis vsque in finem vitæ suæ, omnes posteri eius teneant, atque possideant. Insuper etiam confirmamus omnes res, & possessiones quascunque idem monasterium hoc tempore dignoscitur possidere, à Luitprando Rege ipsi monasterio concessas, id est inter cætera res, Cortem illam, quæ dicitur Alpe plana in prædicto loco emissa à quodam Longobardorum Rege Arpone cum cunctis alijs rebus ad eandem Cortem pertinentibus in omnibus locis, atque vocabulis suis, cum terris, finibus per præceptum Luitprandi Regis per singula ac vocabula denunciatis, earundem rerum decimas quocunque modo, vel ingenio mihi collaboratis eidem sanc-

cœnobio à tanto fundationis institutore concessis de iure regali seu monachorum possessione, donatione, traditione, aliorumque huiusmodi comparatione quoque, & quarumcunque legalium conscriptione chartarum, aut posita prætaxatus venerabile monasterium à donis Regum, vel Imperatorum prædecessorum nostrorum, aliorumque diuersorum hominum emptione, donatione, fidelium quoque oblatione, comparatione, commutatione, libellorum chartarumque conscriptione acquisiuit, aut deinceps iuste, & legaliter acquirere poterit tranquillo iure per hoc nostræ autoritatis præceptum possideat, & iuxta definitionem antecessoris nostri Luitprandi Regis liceat cœnobio secundum Regulam S. Benedicti de propria Congregatione abbatem elegere, ita vt nulla super eos vnquã extranea inducatur persona, sintque omnes res eiusdem monasterij tam abbat, quam monachi, vel homines libellarij, & famuli, quamque omnes alias res sub nostra regali defensione munire, atque defensa, & si necessitas fuerit de rebus, & familijs ipsius monasterij per Inquisitionem coram quocunque manentium bonorum hominum sicut de nostris regalibus rebus rei veritas approbetur. Hoc quoq; statuimus, vt nullus Reipublicæ minister, neque aliquis ex dictaria potestate tam in supradicta Corte Alpe plana, quam in alijs rebus homines eiusdem monasterij liberos, aut seruos deinceps inquietare, aut ad placitum trahere, vel in finibus ipsius Cortis placitum tenere, aut aliquã pignorare, vel aliquo modo distrahere præsumat, vel loca ad audiendas causas, vel fonda exigenda, aut tributa, vel mansiones paratas faciendas, nec fideiussores tollendos, aut homines eiusdem Ecclesia ingenuos, vel seruos super terram ipsius commanentes, distringendos, nec ad villas reddituros, aut illicitas occasiones requirendas ingredi audeat, sed neque vllus vel ripaticum, aut vrraticũ, aut teloneum tam in sua possessione, quam in nostro publicoque à parte sæpe fati monasterij vnquam exigere, aut tollere præsumat pro mercede, & remedio animæ nostræ, & quidquid exinde fiscus noster, vel pars publica sperare potuit in eodem sancto monasterio secundum cõcessionem, & confirmationem Luitprandi Regis, aliorũq; Regum, vel Imperatorum prædecessorum solemni, & perpetua stabilitate firmamus, & quandocunque necessitas imminet, nauis eiusdem monasterij per Ticini, & Padi portum, quamque per quemlibet alterum discurrere possint absque alicuius impedimento, vel telonei vexatione. Concedimus etiam ipsi Sancto, & venerabili loco omnes carpentarios illos, quos prædictus locus dignoscitur per præcepti pagimum à tempore antecessoris nostri Luitprandi Regis possedisse in Valle, qua dicitur Antelamo, vel eos, qui sunt in loco Bezosolo, cum filijs, filiabusque vel omni agnatione eorum, vt posteri eorum in supradicto cœnobio absque vlla retractatione perpetualiter. Confirmamus etiam in eodem sancto cœnobio ob Dei reuerentiam, nostramque perpetuam salutem Corticellam vnam, quæ dicitur Melioce, & alteram, quæ dicitur Calauade, atque Capellam vnam, quæ est in honore Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ dicitur Primasca, quæ sita esse noscitur in Valle Belizona in subsidium, & sustentationem monachorum cum omnibus pertinentijs, cum seruis,

cœnobio à tanto fundationu institutore concessu de iure regali seu monachorum possessione, donatione, traditione, aliorumque huiusmodi comparatione quoque, & quarumcunque legalium conscriptione chartarum, aut posteà prætaxatus venerabile monasterium à domo Regum, vel imperatorum prædecessorum nostrorum, aliorumque diuersorum hominum emptione, donatione, fidelium quoque oblatione, comparatione, commutatione, libellorum chartarumque conscriptione acquisiuit, aut deinceps iuste, & legaliter acquirere poterit tranquillo iure per hoc nostræ autoritatis præceptum possideat, & iuxta definitionem antecessorū nostri Luitprandi Regis liceat cœnobio secundum Regulam S. Benedicti de propria Congregatione Abbatem eligere, ita vt nulla super eos vnquã extranea inducatur persona: sintque omnes res eiusdem monasterij tam Abbatis, quam monachi, vel homines libellarij, & seruiquamque omnes aliæres sub nostra regali defensione munitæ, atque defensæ, & si necessitas fuerit de rebus & familijs ipsius monasterij per Inquisitionem circunquaque manentium bonorum hominum sicut de nostri regalibus rebus rei veritas approbetur. Hos quoq; statuimus, vt nullus Reipublicæ minister, neque aliquis exiudicaria potestate tam in suprædicta Corte alpe plana, quam in aliis rebus homines eiusdem monasterij liberos, aut seruos deinceps inquietare, aut ad placitum trahere, vel in finibus ipsius Curtis placitum tenere, aut aliquã pignorare, vel aliquo modo distrahere præsumat, vel loca ad audiendas causas, vel fenda exigenda, aut tributa, vel mansiones paratas faciendas, nec fideiussores tollendos, aut homines eiusdem Ecclesiæ ingenuos, vel seruos super terram ipsius commanentes, distringendos, nec ad villas reddibitiones, aut illicitas occasiones requirendas ingredi audeat, sed neque vllus vel ripaticum, aut vrraticũ, aut teloneum tam in sua possessione, quam in nostro publicumve à parte sæpe fati monasterij vnquam exigere, aut tollere præsumat pro mercede, & remedio animæ nostræ; & quidquid exinde fiscus noster, vel pars publica sperare potuit in eodem sancto monasterio secundum cõcessionem, & confirmationem Luitprandi Regis, aliorũq; Regum, vel Imperatorum prædecessorum solemni, & perpetua stabilitate firmamus, & quandocunque necessitas venerit, naues eiusdem monasterij per Ticini, & Padi portum, quamque per quemlibet alterum discurrere possint absque alicuius impedimento, vel telonei vexatione. Concedimus etiam ipsi Sanctõ, & venerabili loco omnes carpentarios illos, quos prædictus locus dignoscitur per præcepti paginam à tempore antecessorũ nostri Luitprãdi Regis possedisse in Valle, quæ dicitur Antelamo, vel eos, qui sunt in loco Berzolo, cum filijs, filiabusque vel omni agnatione eorum, vt tempore opportuno indè esse operando deseruiant tam vel posteri eorum in suprafato cœnobio absque vlla retractatione perpetualiter. Confirmamus, etiam in eodem sancto cœnobio ob Dei reuerentiam, nostramque perpetuam salutem Corticellam vnam, quæ dicitur Maliate, & alteram, quæ dicitur Calauade, atque Capellam vnam, quæ est in honore Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ dicitur Primascia, quæ sita esse noscitur in Valle Belizona in subsidium, & sustentationem monachorum cum omnibus pertinentijs, cum seruis, & ancillis libellarijs, atque Aldionibus iuste, & legaliter in eisdem Corticellis pertinentibus. Secundum autem hanc nostram definitionem sancimus, & modis omnibus interdicimus, cunctisq; quæ reliquam partem Abbatiæ in beneficium habuerint, vt nullam potestatem exerceant in prædictis rebus à nostra mercede monachis delegatis, neque illorum electionem perturbent, aut contradicant, vel electum, quem habuerint Abbatem in aliquo conturbent, sed prout melius valuerint, opem illis & auxilium ferant apud Regem, & eius militibus ad ea perficienda, quæ in illorum electione approbantur esse oportuna. Hæc autem omnia superius allegata sicut à prædecessoribus nostris Regibus, siue Imperatoribus concessa, & confirmata sunt, inconuulsè concedimus, ac confirmamus eidem venerabili loco perfruenda perpetuis temporibus iure firmissimo possidenda, vt sub tuitionis nostræ Mundoardo securè, ac sinceriter perseuerent. Insuper confirmamus in sæpè dicto monasterio pro mercede animæ nostræ vadum ad piscandum, qua sunt in Ticino, id est in riuo Palonj, & in Marasca, seu vadum, qui dicitur Landemari Cossam, & Teueredum, & illum, qui dicitur Testemasci cum illo medio, quod ad sepem dicitur, & illum, qui ad Aurilla dicitur, seu & illa, quæ sunt in Pado, habens principium terminum à loco, qui nuncupatur Popola, pagana, & pertingens vsque ad locum, qui dicitur caput asini ex vtraque parte Padi cum insulis positis iuxta prædictam piscationem, vel quidquid ab antiquo tempore, vel moderna idem monasterium per antiquorum Regum largitionem obtinuit, vel Padus inuasit, aut in futurum inuenerit. . . . . Præcipientes ergo iubemus, vt nemo ex fidelibus S. Dei Ecclesiæ, simulque nostris tàm præsentibus, quã absentibus parti prædicti monasterij de his omnibus, quæ super à nobis concessa, & confirmata sunt, quolibet tempore vllam præsumat inferre molestiam, aut contrarietatem, sed sub omni integritate sicuti à nobis concessa, & confirmata sunt, perenniter ibidem ad vtilitatem monasterij ipsius siue aliqua diuinorationi pertineant. Siquis autem contrà huius nostri præcepti securitatem aliquam violentiam, aut inuasionem inferre tentauerit, sciat se compositurum auri optimi libras 30. medietatem palatio nostro, & reliquam medietatem parti eiusdem monasterij, & vt hæc nostra autoritas plenioris in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter firmauimus & annulo nostro insigniri iussimus.

Signum Domni Hugonis Pijssimi Regis.

Recco Cancellarius ad Vicem Zarlanni Abbatis, & Archicancellarij recognoui &c.

Circa quod priuilegium nota illa verba, *at iuxta definitionem antecessorũ nostri Luitprandi Regis, liceat cœnobio secundum regulam S. Benedicti de propria Congregatione Abbatem eligere, ita vt nulla super eos vnquam.* Quę verba ostendunt, Luitprandum monachos D Benedicti, non autem Eremitas Augustinenses ibidem instituisse.

Exem-

III EXemplum Priuilegij Othonis Imperatoris primi, Ioanni Abbati monasterij S. Petri in Cœlo aureo concessi Anno 962.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otho Diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si erga loca Dei dicata munificentiam nostræ benignitatis largimur, credimus hoc ad Regnorum nostrorum statum, nostræque animæ salutem omnimodo proficere. Idcirco nouerint omnes Sanctæ Dei Ecclesiæ fideles, tam præsentes, quam & futuri, Aldelegidam dilectam coniugem nostram Imperatricem Augustam, nostram exorasse clementiam, quatenus pro Dei amore, nostræque animæ remedio cœnobio S. Petri, quod dicitur Cœlum aureum subuenire, & nostra præceptali autoritate confirmare, & corroborare omnes Curtes, & proprietates, quas pridem per quoddam genitum dignoscitur possedisse prædictum cœnobium, & Abbatem, atque Reclorem ex propria Congregatione, sicut mos fuit, inibi ponere, & constituere dignaremur. Cuius iustis petitionibus aurem libentissimè accommodantes, nostræque animæ consulentes, pro Dei amore prædicto venerabili cœnobio ex propria Congregatione Abbatem nomine Ioannem, residentibus nobiscum Episcopis, cæteruque alijs nostris fidelibus concessimus, & iussimus, hoc nostrum scribi præceptum, per quod omnino præcipientes iubemus, vt idem Ioannes Abbas sub S. Benedicti regula degens id monasterium, cum omnibus adiacentijs iuste, & legaliter pertinentibus, mobilibus, & immobilibus rebus, acquisitis, & acquirendis vsque in finem vitæ suæ, posteriusque teneant, & possideant. Insuper etiam petijt obtinuitque eadem dilecta coniux nostra nostra Imperatrix Augusta, vt cum dicto cœnobio dignaremur confirmare, & corroborare omnes res, & possessiones quascunque idem cœnobium dignoscitur possedisse longo tempore a Luitprando Rege ipsius monasterij fundatore obtessas; id est inter cæteras res, cortem illam, quæ Alpe plana dicitur in prædicto loco emissa à quodam Longobardorum Rege Ariperto, cunctaque res ad eandem cortem pertinentes, vel aspicientes in quibuscunque locis, seu vocabulis, cum territorijs, & finibus per præceptum Luitprandi Regis per singula loca, & vocabula denuntiatis, vel earundem rerum decimas, quocunque modo inibi, vel ingenio laboratæ sunt. Considerantes itaque Dei Omnipotentis misericordiam, nostræque dilectæ coniugis prudentissimam petitionem, eidem sancto cœnobio confirmamus, concedimus, corroboramus prædictam cortem, quæ Alpe plana dicitur cum omnibus sibi iuste, & legaliter rebus pertinentibus, vel aspicientibus per singula loca, & vocabula denuntiata, seu omnem decimam ipsius curtis, necnon omnes cortes, & proprietates quoquo modo inibi accessas, seu monachorum donatione, traditione, aliorumque hominum donatione, comparatione, commutatione, oblatione, & quarumcunque legalium conscriptione cartarum, aut postea prætaxatum locum à donis Regum, vel Imperatorum prædecessorum nostrorum, aliorumque diuersorum hominum emptione, donatione, fidelitumque oblatione, commutatione, libellorum, cartarumque conscriptione acquisiuit, ac deinceps iuste, & legaliter acquirere poterit, tranquillo iure per hoc nostræ autoritatis, & confirmationis præceptum possideat: & iuxta definitionem antecessorum nostrorum Luitprandi Regis Imperatorum secundum Regulam Sancti Patris Benedicti de propria Congregatione Abbatem eligere, ita vt nulla super eos vnquam extranea introducatur persona; sintque omnes res ipsius cœnobij Abbatque & monachi vel homines libellarij, & serui omnes, atque omnes res sub nullo Imperiali defensione munita, atque defensa, & tuitionis fuerit de rebus ipsius monasterij per inquisitionem circumquaque manentium bonorum hominum sicut de nostrum imperialibus rebus rei veritas approbetur. Statuimus quoque, vt nullus Reipublicæ minister, neque aliqua ex iudiciaria potestate cum in supradicta Curte abplana, quamque & in alijs corticibus, vel vicinissimis monasterij liberos, aut seruos deinceps inquietare, aut placitum trahere, vel in finibus ipsius Curtis, aut extra placitum tenere, aut aliquem pignorare, aut debitum præsumat, aut seruos super aliquam terram ipsius monasterij commanentes distringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas ingredi audeat, & quidquid exinde fiscus noster, vel pars publica exigere potuit, eidem sancto monasterio secundum concessionem, & confirmationem Luitprandi Regis, nostrorumque Regum, vel Imperatorum solemni, & perpetua stabilitate firmamus, & quandocunque necessitas immanet, nouus ipsius cœnobij per Ticinensem, & Padi portum, quoquo per quemlibet alteram discurrant, absque aliquo impedimento, vel Telonij exactione: concedimus ipsi sancto loco omnes carpentarios illos, qui possidet per præcepta pagimam à tempore antecessorum nostri Luitprandi Regis in Valle, quæ dicitur Antelamo, vel eos, qui sunt in Bellosolo cum filijs, & filiabus, seu omni agnatione sua, vt tempore opportuno operando deseruiant ipsi, & posteri eorum tam dicto cœnobio, absque vlla retractatione perpetualiter. Confirmamus etiam eidem cœnobio ecclesiam perpetuam salutem corticellam, quæ dicitur Natiace, & alteram, quæ dicitur Calauate, & Capellam, quæ est in honore S. Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Pramasca, quæ constructa est in Valle Bellizena in fabbidium, & sustentationem monachorum cum omnibus pertinentijs, cum seruis, & ancillis, atque aldionibus suis, & legaliter in eis corticellis pertinentibus. Insuper etiam confirmamus, & corroboramus eidem venerando cœnobio Curtem Pauonem, & aliam Curtem, quæ Villa vocatur, & Mansa, quæ iacent in Rouori, cum omnibus pertinentijs earum, cum rebus, & familijs, portibus, mercato, & districtionibus, molendinis, & piscationibus, aquis, aquarum ductibus, & deinceps ipse sanctus locus pro remedio animæ nostræ sine vllius hominis contradictione teneat, atque possideat, & si aliqua persona ipsas Curtes, vel aliquid de earum proprietatibus prædicto sancto cœnobio tollere, aut diminorare præsumserit, cum Iuda traditore, & cum Diabolo partem habeat sine vllo remedio, & sine vllo fine. Secundum autem hanc nostræ diffinitionem, & imperialia scripta sanctimus, & omnibus interdicimus cunctis, qui reliquam partem ex beneficium habuerint, vt nullam potestatem exercere in prædictis rebus à nostra mercede monachis delegatis, vel electum, quem habuerint Abbatem in aliquo perturbent, & liceat Ioannem prædictum Abbatem in

cœnobio degere sub regula S. Benedicti, & Deo laudes, & orationes pro nostra animæ mutatione, imperioq; nostro inibi offerre. & congregationem sibi commissam assiduis alimentis & nutrire cunctis vitæ suæ diebus. Cum autem de hoc seculo vocare iusserit, modis omnibus, & interdicimus, vt nulla prapotens persona prædictum cœnobium inuadere nitatur, ciali ardine, aut præceptali autoritate. Confirmamus, & corroboramus pro Dei amore, & pro ipsa dilecta coniugi eidem venerando loco nostra, qua Virgonto dicitur, sitam in Valle Ose, quæ oule nuncupatur cum omnibus earum aquis, & piscationibus, necnon & Vada ad que sunt in Ticino, id est in riuo Poloni, Mora dium, quod dicitur Landemari costa, & Reuer lud quod dicitur Sextemasius, cum illo me sepem dicitur, & illud, quod Adauuella dicitur da, seu & illa vada, quæ sunt in Pado habent terminum à loco, qui nuncupatur popula pertingens vsque ad locum, qui dicitur Cap vtraque parte Padi, cum Insulis positis iuxta piscationem, vel quidquid ab antiquo tempore derno idem monasterium per antiquorum Imperatorum donationem obtinuit, vel Pac aut in futurum inuenerit de propijs ipsius vel aliorum rebus. Ergo iubemus præcipientes sentibus, quam & futuris, vt parti prædicti ris omnibus, quæ sunt à nobis concessa, & con per quolibet tempore nullus præsumat inferre aut contrarietatem, sed ab omni integritati. cancessa, & confirmata sunt, perenniter ad ipsius monasterij sine aliqua diminoratione Si quis igitur huius nostræ donationis, & ordi confirmationis violator exiterit, sciat se com auri optimi libras mille, medietatem Camera ferug, successoribus, & medietatem prædicto Dei maledictionem, sanctæq; Dei Genitricis M Michaelis Archangeli, & omnium Angelorum tri Apostolorum Principis, & omnium Sanc beati, & cum Iuda traditore portionem accip vt veritas credatur, diligentiusq; ab omnibus manibus propijs roborantes, annuli nostri i iussimus subter insigniri.

Signum Domni Othoni simi Imperatoris Aug

Tintulfus Cancellarius, ad vicem Brunonis Ar ni recognoui, & scripsi.

Datur 5. Idus Aprilis anno Dominicæ Incarnat Imperij vero Domini Imperatoris Othonis indict. 5. Actum Papiæ fideliter. Amen.

IV. PRæter supradicta priuilegia adsunt aliorum Imperatorum, videlicet O cundi vnum eidem Ioanni Abbati datu Aprilis anno 978. indict. 6. in Saxonia, &

cœnobio degere sub regula S. Benedicti, & quotidianis Deo laudes, & orationes pro nostra animæ commemoratione, imperioq; nostro inibi offerre. & omnem Congregationem sibi commissam assiduis alimentis pascere, & nutrire cunctis vitæ suæ diebus. Cum autem eum Dominus de hoc seculo vocare inserit, modis omnibus sancimus, & interdicimus, vt nulla prælatus, paruaq; persona prædictum cœnobium inuadere nitatur, aut beneficiali ordine, aut præceptali autoritate. Confirmamus etiam, & corroboramus pro Dei amore, & pro iusta petitione nostra dilecta coniugi eidem venerando loco curtes, vnam, qua Virgonto dicitur, sitam in Valle Ossella, & aliã, quæ olim nuncupatur cum omnibus earum pertinentijs aquis, & piscationibus, necnon & Vada ad piscandum, quæ sunt in Ticino, id est in riuo Poloni, Morasca, seu Vadum, quod dicitur Landemari costa, & Reueredum, & illud quod dicitur Sextemasius, cum illo medio quod ad sepem dicitur, & illud quod Adauuella dicitur in Pobledo, seu & illa vada, quæ sunt in Pado habentia priorem terminum à loco, qui nuncupatur popola Pagana, & pertingens vsque ad locum, qui dicitur Caput Asini ex vtraque parte Padi, cum Insulis positis iuxta prædictam piscationem, vel quidquid ab antiquo tempore, seu moderno idem monasterium per antiquorum Regum, seu Imperatorum donationem obtinuit, vel Padus inuasit, aut in futurum irruperit de proprijs ipsius monasterij, vel aliorum rebus. Ergo iubemus præcipientes tam præsentibus, quam & futuris, vt parti prædicti cœnobij de his omnibus, quæ sunt à nobis concessa, & confirmata super quolibet tempore nullus præsumat inferre molestiam, aut contrarietatem, sed ab omni integritati sicuti à nobis concessa, & confirmata sunt, perenniter ad vtilitatem ipsius monasterij sine aliqua diminoratione pertineant. Si quis igitur huius nostræ donationis, & ordinationis, & confirmationis violator exiterit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ nostræ, nostrisq; successoribus, & medietatem prædicto cœnobio, & Deimaledictionem, sanctæq; Dei Genitricis Mariæ, & B. Michaëlis Archangeli, & omnium Angelorum, & B. Petri apostolorum Principis, & omnium Sanctorum habeat, & cum Iuda traditore portionem accipiat. Quod vt verius credatur, diligentiusq; ab omnibus obseruetur, manibus propriis roborantes, annuli nostri impressione iussimus subter insigniri.

Signum Domni Othonis pijssimi Imperatoris Augusti.

Tintulfus Cancellarius, ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui, & scripsi.

Datur 5. Idus Aprilis anno Dominicæ Incarnationis 962. Imperij verò Domini Imperatoris Othonis pijssimi 1. indict. 5. Actum Papiæ feliciter. Amen.

IV. PRæter supradicta priuilegia adsunt alia multa aliorum Imperatorum, videlicet Othonis secundi vnum eidem Ioanni Abbati datum 3. Idus Aprilis anno 978. indict. 6. in Saxonia, & in Ciuitate Magdeburgensi, Othonis tertij, vnum Azoni Abbati directũ nonis Aprilis anno 989. indict. 2. Imperij sui anno sexto datum Quintilini Burg. Item Corradi secundi vnum Alpigiso Abbati concessum anno 1033. datum Basileæ nono Kal. Februarij indict. 1. Imperij sui anno 7. Item Henrici III. vnum directum Balduino Abbati datum Ratisbonæ anno 1041. indict. 10. vndecimo Kal. Nouemb. Imperij sui anno 3. Item Henrici IV. vnum directum Anselmo Abbati datum Vlmæ 12. Kal. Maij anno 1048. indict. 1. Imperij sui anno 2. Item Henrici V. vnum Anselmo Abbati directum datum Nouariæ per manum Brocandi Cancellarij 5. Kal. Septemb. 1110. indict. 4. præter aliud priuilegium Corradi primi, quod sua prolixitate omnia ferè priuilegia in vnum collecta excedit: in quibus omnibus priuilegijs continetur eadem clausula ostendens monachos sub regula D. Benedicti per Regem Luitprandum in dicto monasterio fuisse constitutos, quæ etiam probat illos à Rege Luitprando vsque ad illa tempora in eodem monasterio stetisse. Alia verò priuilegia Pontificũ vsque ad Innocentium III. cui Honorius III. immediatè successit, sequenti capite referemus. Porrò ex supradictis quarta propositio nostra firmata relinquitur, nimirum monachos D. Benedicti per Regem Luitprandum in dicto monasterio institutos ibidem vsque ad Innocentium III. & Honorium III. nunquam interrupta successione stetisse, quod etiam sequenti capite ex eisdem Priuilegijs Pontificum ostendemus.

CAPVT SEXAGESIMVM PRIMVM.

Clericos Canonicos vsque ad Alexandri, & Innocentij Tertij tempora in Ecclesia D. Petri in Cælo aureo cum monachis à Luitprando ibidem constitutis mansisse.

ASseruimus quarto loco ipsos Clericos Canonicos, qui ante translatum D. Augustini corpus S. Petri Basilicam, ac etiam monasterium à Rege Luitprãdo ædificatum tenebant, post monachos ibi loci introductos nullatenus eiectos, sed cum illis in eadem Basilica vsque ad Innocentium III. & Honorium III mansisse, quod nunc autoritate Romanorum Pontificum, ac etiam Historicorum euidentissimè probamus. Siquidem Romani Pontifices non solùm monachorum, verùm etiam clericorum canonicorum dictæ Ecclesiæ in suis priuilegijs meminerunt: extat in primis I.

authenticum priuilegium Paschalis huius nominis secundi Anselmo eiusdem monasterij Abbati anno Domini 1105. directum talis formæ:

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto in Christo filio Anselmo Abbati venerabilis monasterij S. Petri, quod dicitur Cœlum aureum, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequenti complere, quatenus & deuotione syncera laudabiliter emineat, & veritas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedu Apostolica portum confugiens, eius tuitionem deuotione debita requisiuit, nos supplicationi tuæ clementer annuimus. & B. Petri monasterium, cui per Dei gratiam Abbatis impositione manuum nostrarum institutus es, cum omnibus ad ipsum pertinentibus sub tutela Apostolica Sedu accipimus, ob honorem videlicet ipsius Apostolorum Principis Petri, & S. Confessoris, ac Doctoris præclarissimi Augustini, cuius pretiosum corpus in eodem cœnobio à Luitprando quondam Rege dignoscitur honorificè reconditum. Sanctorum igitur prædecessorum nostrorum Sedu Apostolica Pontificum vestigijs insistentes, præsentis Decreti auctoritate statuimus, vt quæcunque bona, quæcunque prædia, vrbana, seu rustica, culta, vel inculta, quæque possessiones in villis, siluis, colonijs, seruis, & ancillis seu Aldionibus in Ecclesijs, in decimis, omnium vbique terrarum, tuis ibidem, dominicatorum, & familiarium, siue primitijs cœnobium vestrum possidet, & possidebit, concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium iuste, ac canonicè poterit adipisci firma tibi, tuis, successoribus, & illibata permanent. De quibus hæc duximus propijs exprimenda vocabulis. In Episcopatu Papiensi Vallarasca, Capellam Sancti Christophori, Ecclesiam Sancti Damiani, & Ecclesiam Sancti Nazarij cum suis pertinentijs. In Lardirago Capellam Sancti Gerusij, & Ecclesiam Sancti Zenonis. In Fraxarolo Ecclesiam Sancti Augustini cum suis pertinentijs. In Episcopatu Mediolanensi Ecclesiam Sancti Seueri de Crescano, Ecclesiam Sanctæ Iuliauæ de Carzano, Ecclesiam Sancti Martini de Terenzano. In Cumano Episcopatu Ecclesiam D. Augustini de Calauate, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Flamarica, Ecclesiam Sancti Petri de Lauenna. In Laudensi Episcopatu Ecclesiam Sancti Petri de Flumbo, & Ecclesiam Sancti Columbani. In Placentino Episcopatu Ecclesiam Sancti Martini de Roxone, Ecclesiam Sancti Zenonis de Vicobono, & Ecclesiam Sancti Stephani; in Episcopatu Terdonensi Ecclesiam Sancti Augustini de Casale, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Granitera. In Episcopatu Astensi Ecclesiam Sancti Petri de Ouilia, & Ecclesiam Sanctorum Philippi, & Iacobi, & Ecclesiam Sancti Blasij de Cauagnasco. In Vercellensi Episcopatu Ecclesiam Sancti Petri de Parzingo, Ecclesiam Sancti Blasij de Pauonico. In Episcopatu Parmensi Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Curte. In Alpeplana Ecclesiam Sancti Petri, cum aliis decem Ecclesijs ad eandem Ecclesiam pertinentibus. In Florentia Ecclesiam S. Petri, quæ dicitur Cœlum aureum. In sancto Genesio Ecclesiam Sancti Christophori cum suis pertinentijs, Ecclesiam vnam in loco Martura, cum suis pertinentijs, & Ecclesiam Sancti Angeli cum suis pertinentijs. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel sanctum pars seniorum consilij, secundum Deum, & B. Benedicti Regulam prouiderint ordinandum. electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Chrisma, Oleum sanctum, Consecrationes altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum, seu Canonicorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promouendi; à quocunque malueritis Catholico suscipiatis Episcopo, si quidem gratiam Apostolicæ Sedu habuerit. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari, aut stationem, aut synodum, aut ordinationem aliquam, præter Abbatis voluntatem ab Episcopo quilibet fieri prohibemus. Ad hæc præsentis Capitulo adijcimus, Dalmaticæ, Mitræ, Sandalorum, necnon chirotecarum vsum, & inter itinerandum insigne tintinnabuli tibi, tuisque successoribus, & in sæpedicto monasterio Baptisterium Paschalis solemnitate per subiectos vobis Clericos secundum iuxta prædecessorum nostrorum statuta concedimus. Quæ ab omni iugo, seu ditione cuiusque personæ vestrum cœnobium liberum permanere sanctimus, vt sub S. Ecclesiæ Romanæ, & Apostolicæ subditum habeatur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prædictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integrè conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, saluis in omnibus Apostolicæ Sedu auctoritate: Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundo, vel tertio commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iustæ seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

S. Petrus, S. Paulus. *Paschalis Papa II.*

Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiæ Papa subscripsi.

Datū Lateranj per manum Vbaldi S.R.E. Cardinalis Diaconi 15. Kal. Aprilis indict. 14. Incarnationis Dominicæ 1105. Pontificatus autem Domini Paschalis II. Papæ anno 6. &c.

CIrca quod priuilegium, primò notanda sunt illa verba: *Sanctorum igitur prædecessorum nostrorum Sedu Apostolicæ vestigijs insistentes præsentis Decreti auctoritate statuimus, &c.* Quæ verba indicant, alios Romanos Pontifices ante Paschalem II. simile priuilegium Abbati, & monasterio S. Petri in Cœlo aureo concessisse. Secundò notanda sunt alia verba: *Nisi quem fratres communi consensu*

vel fratrum pars sanioru consilij secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Quæ confirmant, quod cap. præcedenti diximus, monachos per Luitprandum in dicto monasterio institutos, non Eremitas, sed Benedictinenses fuisse. Tertiò notanda sunt alia verba. *Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes monachorum, seu canonicorum vestrorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promouendi à quocunque volueritis Catholico suscipietis Episcopo*, & illa: *in supradicto monasterio Baptismum in Paschali solemnitate per subiectos vobis clericos fieri iuxta prædecessorum nostrorum statuta concedimus sicque ab omni iuga, seu ditione cuiuscunque persona vestrum cœnobium liberum permanere sanctimus vt soli Ecclesiæ Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ subditum habeatur.* Ex quibus duò habemus, alterum cum monachis in eadem Ecclesia manssisse etiam Canonicos, & Clericos, qui munera clericalia, ministerij Sacramentorum, & curæ animarum, & similia in dicta Ecclesia persoluebant: nam ipsa D. Petri Basilica tunc temporis parochialis erat, & fuit etiam tempore Ioannis XXII. cum haberet fontem baptismalem, & Ioannes XXII. Eremitas ad dictam Ecclesiam cum Canonicis admittens, expresè caueat, ne ipsi Eremitæ circa curam animarum personarum secularium vllatenus se intromittant, habebat etiam dicta Basilica plures alias parochiales sibi subiectas, quæ per dictos clericos canonicos regebantur, quod eiusmodi exercitium curæ animarum personarum secularium esset monachis interdictum, Decreto præsertim ipsius Paschalis II. in c. Peruenit, & c. Interdicimus & c. iuxta Calcedonensis 16. q. 1. Alterum ipsos canonicos regimini, & iurisdictioni ipsius Abbatis subiectos fuisse. Quod si mirum forsan alicui videtur, legat casum prorsus similem in Canonicis Regularibus Abbati, & monasterio Lobiensi subiectis apud Ioannem Molanū in Natalibus Sanctorum Belgij sub die 18. Aprilis: videat etiam, quæ de Abbate monasterij Candidæ casæ apud Britannos scribit venerabilis Beda lib. 3. Historiæ Gentis Anglorum cap. 4. cum inquit: *Habere autem solet ipsa ex Rectore semper Abbatem presbyterum, ut omnes viri, & omnis Prouincia, & ipsi etiam ordine mutato Episcopi debeant esse subiecti iuxta exemplum primi Doctoris illius, qui non Episcopus sed presbyter extitit, & monachus.* Licet enim Canonici, qui per essentiam, & ex propria natura sunt clerici, omnibus monachis, quibus clericatus non ex natura, sed ex accidenti ineſt, secundum leges ordinarias superiores existāt, ac illorum sit, monachos regere, non ab illis regi, vt ex D. Hieronymo habes in capite Alia. 16. q. 1. nihil tamen prohibet ob peculiarem alicuius Ecclesiæ dignitatem, ipsos monachos ex speciali prærogatiua, & priuilegio habere Canonicos subiectos, nec paucæ nunc sunt monachorum Abbatiæ, quæ iurisdictionem episcopalem in clericos annexam habent, ac in eos exercent absque præiudicio dignitatis clericalis.

III.

Similes clausulæ habentur in priuilegio concesso alij Abbati nomine Anselmo ab Innocentio II. dato Placentiæ per manum Aimericæ S. R. E. Cardinalis Diaconi, & Cancellarij. secundò nonas Iunij indict. 10. Incarnationis Dominicæ an. 1133. Pontificatus sui an. 3. cuius exemplum est:

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Anselmo Abbati venerabilis Monasterij S. Petri, quod dicitur Cœlum aureum, suisque successoribus Regulariter substituendis in perpetuum. Cum omnium Ecclesiarum quietis, & vtilitati ex iniuncto nobis à Deo Apostolatus officio paterna solicitudine intendere debeamus, illarum tamen Ecclesiarum, quæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iuris existunt tanto amplius curam gerere nos oportet, quanto specialius ipsæ Apostolicæ Sedi adhærere noscuntur. Proinde dilecte in Domino fili Anselme Abbas tuis iustis postulationibus clementer annuentes, prædecessorum nostrorum fæl. mem. Paschalis, & Calixti Romanorum Pontificum inhærendo vestigijs B. Petri Apostolorū Principis monasterium, cui Deo autore præsides, quod vtiq; cooperante Spiritus sancti gratia manu propria consecrauimus, & B. Augustini Doctoris egregij corporali præsentia illustratur, præsentis scripti priuilegio communimus: statuimus enim vt quæcunq; bona, quæcunq; possessiones, villis, syluis, pratis colonijs, seruis, & ancillis, seu Aldionibus in Ecclesijs, in decimis omnium vbiq; terrarum, rusticorum dominicatorum, & familiarium, siue primitijs ad vestrum cœnobium concessione Pontificum, largitate Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis in præsentiarum pertinent, aut in futurum largente Domino idem monasterium iustè poterit adipisci, firma tibi, tuisq; successoribus, & illibata permaneant. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præsumatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioru secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam prouiderint eligendum, electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Crisma, Oleum sanctum, Consecrationes altariū, Basilicarum, Ordinationes Monachorum, seu Canonicorum vestrorum, à quocumque &c.

Reliquum huius priuilegij in omnibus, & per omnia conuenit cum superiori Paschalis II. ab hoc loco vsque ad finem, nihil prorsus addito, vel diminuto.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Vbertus presbyter Cardinalis S. Clementis & sic sequuntur alij subscribentes propria nomina. Datū Placentiæ per manum Aimerici S. R. E. Cardinalis Diaconi & Cancellarij, 8. nonas Iunij indict. 10. Incarnationis Dominicæ an. 1133. Pont. verò Domini Innocentij Papæ II. anno 3.

Esse verò hunc Anselmum diuersum ab eo cui dirigitur priuilegium Paschalis II. ex eo conuinci-

tur, quia inter hunc posteriorem, & illum priorē, alius Abbas nomine Balduinus intercessit, cui Calistus II. sub an. 1120. literas quasdā dirigit, quæ in Carthophilacijs D. Petri in Cœlo aureo seruātur.

IV. SVnt etiam in eisdem Archiuijs alia duo priuilegia, primum Alexandri III. datum Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarij 10. Kal. Maij indict. 6. Incarnationis Dominicę an. 1173 Pontificatus sui anno 14. incipit.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Oliuo Abbati monasterij S. Petri &c. secundum, Innocentij III. datum Laterani per manum Blasij S.R.E. Subdiaconi, & Notarij XI. Kal. Apr. indict. 5. Incarnationis an. 1201. Pontif. sui an. 5. directum Abbati nomine Gualterio similis omnino tenoris, & cum eisdem clausulis, ex quibus sufficientissimè probatum, ni fallor. relinquitur, clericos canonicos semel in dicta Basilica, siue per S. Syrum, siue per alios Episcopos successores ante Regem Luitprandum institutos, nunquam totaliter in illa defecisse. Quanquam quod ex illius Basilicæ monumentis venari possum, circa tempora Innocentij III. ac illius successoris Honorij, quibus ipsa Ecclesia per Canonicos Mortarienses fuit reformata, priores illi clerici, qui cum monachis, & sub monachis degebāt, à Regulari disciplina ita essent relaxati, vt vix aliquod vestigium, ac vel ipsum nomen clericorum Canonicorum, siue regularium tenerent.

V. QVæ omnia confirmari etiam possunt ex his, quæ de Anselmo, & Gualla S.R.E. Cardinalibus. & alijs nonnullis Papiensibus, ac aliarum ciuitatum Episcopis ex eodem Collegio Canonicorum per illud tempus assumptis Onuphrius, Ciaconius, & alij autores tradiderūt. Scribit enim Ciaconius in vita Honorij II. ex hoc collegio assumptum fuisse Anselmum presbyterum Cardinalem S. Laurentij in Lucina ab eodem Pontifice creatum, cuius etiam meminit Onuphrius in additionibus ad Platinam in Honorio II. quique in schismate inter Innocentium II. & Petrum Leonis Pseudopapam Anacletum II. nuncupatū, partes legitimi Pontificis pro viribus, ac strenuè tutatus est, vt Baronius tomo 12. sub anno 1130. notauit. Addit idem Ciaconius in Vita Innocentij III. ex eodem Collegio Canonicorum acceptū Gualam de Bicherijs Vercellensem S.R.E. Cardinalē, prius Diaconum S. Mariæ in Porticu, deinde presbyterum S. Martini in montibus, legatum Apostolicum ad Regem Angliæ destinatum, qui in sua ciuitate Vercellensi præclarum, ac præcipuum illius Prouinciæ templum, ac Cœnobium S. Andreæ nuncupatum suis Canonicis exstruxit, ac dote ingentissima castrorum, & villarum auxit, quod licet in bonis temporalibus valde imminutum ob frequentes bellorum vastationes, ijdem Canonici Regulares nostræ Lateranensis Congregationis nunc obtinēt. De quo libro tertio dicemus. Ferūt etiam ex eodem Canonicorum collegio nonnullos Episcopos Papienses prodijsse, & alios aliarum Ciuitatum, de quibus Ioannes Philippus Nouariensis lib. 3. cap. 29. apud quem sit fides.

CAPVT SEXAGESIMVMSECVNDVM.

Qualiter sub Honorio III. idem Monasterium deficientibus ibidem Monachis, per Canonicos Mortarienses fuerit reformatum, qui vsque ad annum Christi 1509. in eodem Monasterio manserunt.

QVingentesimus circiter currebat annus, cum monachi Benedictini clericis Canonicis in dicta Ecclesia sociati debitum fructuitis famulitium Deo grati, ac etiam hominibus acceptum, & laudabile soluebant. quo tempore vt est communis naturæ conditio in deterius vergere, & nisi superni numinis manu validissima teneatur, labi tandem, & ruere, qui ob sanctæ conuersationis odorem, & monasticæ disciplinæ rigorem apud cunctos, non solùm Insubres, verum etiam Italos, & Gallos magno in prētio habebatur, soluta paulatim monastica disciplina in apertam relaxationem lapsi sunt adeò, vt monasterio diruto, ac illius bonis oppignoratis, & multo ære alieno grauatis, tandem ipse monasterij Abbas, quæ disciplinam collapsam instaurare forsitan voluisset, miserè necatus interierit. Id cum ab Hugone S.R.E. Cardinali Episcopo Ostiensi, qui postea Summus Pontifex renunciatus Gregorius IX. dictus fuit, in partibus Lombardiæ tunc nomine Sedis Apostolicæ legationis munere fungēte, ad Honorij III. Pontificis Maximi notitiam delatū esset, pijssimus Pontifex grauiter admodum acceptit, ac monasterij tam nobilis casum miseratus, ad illius reformationē statim animum suū conuertit, quæ tamē nulla erat spes per ipsos monachos tūc posse reformari, ac multò minus per ipsius Basilicæ Canonicos, quippe qui solo nomine regulares vitæ liquod Regularis disciplinæ vestigiū tenebant, ut forsan nō absimiles, quales nunc etiā in pluribus Galliarum nonnullos videre licet. E contrario vigebat per id tempus in castro Diœcesis Papiensis Mortariæ nuncupato monasterium S. Crucis corundem Canonicorum, olim caput nobilissimæ Cōgregationis quadraginta, & amplius Cœnobiorum, & nunc membrum nostræ Congregationis Lateran. cum primis nobile. Illorum igitur Canonicorū fama laudabili excitatus idem B. Pontifex

rogantibus q; in primis non solum prædicto Cardinali Episcopo Ostiensi cũ cæteris Lombardiæ Episcopis, verum etiam ipso Episcopo cum clero, & populo Papiensi, per illos dictam Ecclesiam S. Petri in Cælo aureo cum illius monasterio reformandam decreuit, illam cum monasterio, & omnibus illius bonis & iuribus ipsis Canonicis reformandam, regendam, & perpetuò tenendam tradensac etiam ad maiorem dictæ Congregationis Mortariensis decorem, & commoditatem ad præfatam Basilicam, & Monasterium D. Petri, quippe quod in illa corpus Sanctissimi illorum parentis Augustini seruaretur, transferendam mandauit: Absoluta est huiusmodi reformatio sub Honorio III. anno Christi 1222. Pontificatus sui anno 6. existente Legato in Lombardia eodem Hugone Cardinali Episcopo Ostiensi, cuius prudentiæ illius executionem idem Pontifex delegauit. Extant literæ dicti Pontificis eidem Cardinali Legato, ac etiam Præposito, & Canonicis Mortariẽsibus ea de causa scriptæ, quarum exempla sunt, quæ hic sequuntur:

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Ostiensi Apostolicæ Sedis legato, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Benignè tuas recepimus literas continentes, quod te accedente Papiam, inter alia reperisti monasterium S. Petri in Cælo aureo nobis immediate subiectum, adeò in spiritualibus, & temporalibus esse collapsum, quod nisi per Sedis Apostolicæ prouidentiam relleuetur, nunquam adipisci poterit, vt resurgat. Idem quoque monasterium pro magna parte est diruptum, & debito septem millium librarum monetæ Papiensis oppressum: cursus Abbas eiusdem loci ea occasione, quod ad nimiam tam memoratum monasterium dissolutionem peruenit, nouiter est occisus. Sanè constituto per te Religiosis personis ad bona monasterij procuranda in solutionem debiti conuertenda, & monachis interim donec illud ab huiusmodi respirat onere, in diuersis monasterijs collocatis, cum nunquam speretur, quod locus ipse per nigros valeat monachos reformari, considerasti esse congruum, & reformationi eiusdem expedire vidisti, si Mortariensis Ecclesia Ordinis sancti Augustini ad prædictum monasterium, vbi corpus ipsius requiescere dignoscitur transferatur; cum Canonici eiusdem Ecclesiæ laudabile habeant testimonium, & dictum monasterium satis fuerit honorabile inter cætera prouincia Lombardiæ, insuper nobis in eisdem literis postulasti, vt nostrum super hoc beneplacitum scribaremus. Multorum enim Prælatorum eiusdem prouinciæ recepimus literas supplicantium, vt ad prædictum monasterium eandẽ Ecclesiam transferamus, ac proponentiũ hoc ipsi monasterio, & eisdem Canonicis expedire, propeo quod præfatum monasterium per eosdem Canonicos, qui vita, & conuersatione Deo, & hominibus sunt accepti, factius, & melius, quam per alios creditur reformandum: & inde ijdem Canonici liberius insistere poterunt regularibus institutis, qui hactenus in eadem Ecclesia sæpe passi propter continuas guerrarũ discrimina, destructionis, & combustionis incommoda, nequiuerunt, quæ sui sunt Ordinis commodè obseruare. Nos igitur plenam de fraternitate tua fiduciam obtinẽtes, per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus super hoc consideratis singulis circumstantijs, autoritate nostra, cum ea, quæ conuenit maturitate, procedas, prout secundum Deum videris procedendum. Datum Laterani Idib. Iunij Pontificatus nostri anno sexto.

II

ALiæ literæ eiusdem Honorij III. ad Præpositum, & Canonicos Mortarienses.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Præposito, & Fratribus Mortariensibus, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Quæ Apostolicæ Sedis firmitatis autoritate prouidè ordinantur, ab eadem debent robur accipere, ne in posterorum facilè quatiantur. Sanè Venerabili fratri nostro Hugoni Ostiensi Episcopo Apostolicæ Sedis Legato, & nonnullis alijs viris religiosis, ac fide dignis, nobis olim per suas literas intimantibus, monasterium Sancti Petri in Cælo aureo de Papia, nobis immediatè subiectum, in Spiritualibus, & temporalibus grauiter corruisse, ita vt eiusdem loci Abbate, occasione multa dissolutionis, ad quam monasterium ipsum deuenerat, interempto, & vsuris iugiter excrescentibus, non speraretur, quod locus ipse per nigros posset monachos reformari: ac suggerentibus nobis, vt caput domus vestræ ad prædictum monasterium, vbi corpus ipsius Sancti nosciturrequiescere, transferremus. Nos eidem Episcopo dedimus in mandatis, vt consideratis circumstantijs vniuersis, in negotio ipso autoritate nostra procederet; prout secundum Deum cognosceret procedendum. porro idem Episcopus varijs negotijs occupatus, mandauit Venerabili fratri nostro Iacobo Episcopo Taurinensi, vt personaliter ad memoratum monasterium accedens, diligenter inquireret voluntatem Episcopi, Cleri, & Populi Papiensis, & si videret posse fieri sine scandalo, Mortariensium Domus monasterium concederet sæpius dictum, alioquin quod super hoc inueniret, ei per suas literas intimaret. præfatus verò Taurinensis iuxta ipsius Legati mandatum personaliter ad Papiensem Ciuitatem accedens, & super prædicto negotio diligenter inquirens Episcopi, Cleri, & Populi voluntatem, omnes in hoc inuenit vnanimes & concordes, & cum tandem deliberato consilio respondissent, quod huiusmodi translationem plurimum acceptabant, saluo tamen iure Apostolicæ Sedis, & Imperij, & Episcopi, & ciuitatis Papiensis, ac iure, ac honore aduocatorum monasterij memoratti, idem Taurinensis ad sæpe dictum monasterium cum præfato Papiæ Episcopo, & Cleri, & Populi multitudine copiosa procedens, monasterium ipsum cum omnibus Ecclesijs, possessionibus, iuribus, & pertinentijs suis domui Mortariensi liberè, & absolutè ea, qua fungebatur autoritate, concessit, expresso, vt monasterium ipsum caput Mortariensis Ordinis de cætero habeatur, ac te fili Præposite vice, & nomine dictæ domus in ipsius monasterij corporalem possessionem induxit, tribuendo tibi liberam facultatem, possessionem omnium temporalium, & spiritualium, quæ ad ipsum monasterium pertinent, autoritate propria nanciscendi, eiusque processum

autoritate legationis sibi commissa confirmauit præfatus Episcopus Ostiensis. Nos igitur instrumenti, quibus omnia supradicta plenius continentur diligenter inspectis, concessionem prædictam autoritate Apostolica roborantes, monasterium ipsum cum vniuersis iuribus, possessionibus, Ecclesijs, & pertinentijs suis temporalibus, & spiritualibus, vobis, & per vos Ordini vestro autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, vt Ordo Mortariensis ibidem perpetuis temporibus obseruetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani Idibus Nouemb. Pontificatus nostri anno sexto 1223.

III. ILlud tandem non omittendum circa prædictam reformationem, Canonicos Mortarienses ægrè nihilominus tulisse, caput illorum Congregationis ad prædictum Diui Petri monasterium translatum, eidemque translationi reluctatos adeo, vt opus habuerint, ad illam per Sedem Apostolicam adduci, vt apparet ex literis Gregorij X. ad Canonicos Mortarienses, & alios omnes Priores, & Canonicos Ecclesiarum ad Mortariensem Ecclesiã spectantium datis, quibus mandat, vt Abbati S. Petri in Cœlo aureo vti capiti totius Congregationis obedientiam promptam, & humilem exhibeant. quarum literarum exemplum est:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Mortariensibus, & omnium Ecclesiarum ad Mortariensem Ecclesiam immediatè spectantium Prioribus, & Canonicis Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Olim nobis in minori officio constitutis, tunc in Lombardia partibus Legationis officio fungentibus, & nonnullis aliis viris Religiosis fide dignis, bonæ memoriæ Honorio Papæ prædecessori nostro per nostras literas intimantibus, Monasterium S. Petri in Cœlo aureo de Papia Sedi Apostolicæ immediatè subiectum in spiritualibus, & temporalibus grauiter corruisse, ita quod eiusdem loci Abbate occasione multæ dissolutionis, ad quam Monasterium ipsum deuenerat, interempto, & vsuris inguiet excrescentibus, non seruaretur, vt locus ipse per viros posset Monachos reformari, ac suggerentibus ei, vt caput Domus vestræ ad prædictum Monasterium vbi corpus B. Augustini nosciture requiescere, transferre deberet: idem dedit nobis suis literis in mandatis, vt consideratis circumstantijs vniuersis, in negotio ipso autoritate procederemus eiusdem: prout secundum Deum procedendum videremus in eo: nos autem tunc temporis variis negotijs occupati, bonæ memoriæ Iacobo Episcopo Taurinensi dedimus in mandatis, vt personaliter ad monasterium memoratum accedens, diligenter inquireret voluntatem Episcopi, Cleri, & populi, vt si videret, posse fieri sine scandalo, Mortariensium domui monasterium concederet sæpe dictum: aliquin quod super hoc inueniret, nobis per suas literas intimaret: Præfatus verò Taurinensis iuxta mandatum nostrum personaliter ad Papiensem ciuitatem accedens, & super dicto negotio diligenter inquirens Episcopi, Cleri, & populi voluntatem, omnes in hoc inuenit vnanimes, & concordes; & cum tandem deliberato consilio respondissent, quod huiusmodi translationem plurimum acceptabant, salua tamen iure Apostolicæ Sedis, & Imperij, ac Episcopi, & ciuitatis Papiensis, ac iure, & honore aduocatorum monasterij memorati, Taurinensis idem ad sæpe dictum monasterium cum prælatis Papiensem Episcopo, cleris, ac populi multitudine processit, monasterium ipsum cum omnibus Ecclesijs, possessionibus, iuribus, ac alijs pertinentijs suis Domui Mortariensi liberè, & absolutè ea, qua fungebatur autoritate cessit, expresso, vt monasterium ipsum caput Mortariensis Ordinis de cætero haberetur; ac Præpositus Mortariensem, qui tunc temporis erat ibi, vice, ac nomine eiusdem domus in ipsius monasterij corporalem possessionem induxit, tribuendo ei liberam facultatem possidendi omnia temporalium, & spiritualium, quæ ad ipsum monasterium pertinebant, autoritate propria nauiganti, cuius processum autoritate legationis nobis commissa duximus postmodum confirmandum. Vnde nouitate prædecessor noster instrumenta, in quibus omnia supradicta continebantur, plenius, diligenter inspectis, concessionem prædictam corroborans, monasterium ipsum cum vniuersis iuribus, possessionibus, Ecclesijs, & alijs pertinentijs suis temporalibus, & spiritualibus vobis, & per vos Ordini vestro autoritate Apostolica confirmauit, & scripti sui patrocinio communiuit. Statuens, vt Ordo Mortariensis ibidem perpetuis temporibus seruetur. Cum igitur sint quatuor, quæ specialiter videntur exigere: videlicet reuerentia B. Augustini, cuius corpus quiescit ibidem, autoritas loci, deuotio cleri, & populi Papiensis, qui non aquo animo sustinerent, vt aliquatenus Ordinis altibi transferretur, necnon inhabilitas loci Mortariensis loci, qui guerris, & multis alijs fortunis expositus esse dignoscitur, propter quod inuitus recederet a suo capite, & per diuersa loca vagari aliquando miserabiliter sunt compulsa, vt in monasterio memorato caput vestri Ordinis habeatur, in negotio vestram regendam duximus, & mandandum, per Apostolica scripta mandantes, quatenus Abbati eiusdem monasterij obediatis humiliter, & deuotè. Datum Perusij 9. Kal. Nouemb. 1228. Pontificatus nostri anno secundo.

TAndem verò cum ad quæstiones, & lites inter Papiensem, & Mortariensem conuentum orta super electione Abbatis Papiensis, & Præpositi Mortariensis, necnon super loco celebrandi Capitulum Generale tollendas, priores Gregorij IX. literæ non sufficerent, has posteriores addidit, quibus nonnulla statuta ab vtrisque pro bono pacis edita, autoritate Apostolica firmauit.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Præposito, & Conuentui, ac Generali Capitulo Mortariensi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, id vigor æquitatis, quã ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea parte siquidẽ vestra Nobis extitit insinuatũ, quòd cum inter

vos ex parte vna, & Venerabilem Abbatem S. Petri in Cœlo aureo Papiæ Monasterium ex alia super celebrando Capitulo, & S. Petri prædicti, ac Præpositi vestri, fuisset exorta, vos tandem cupientes huiusmodi quæstionis aqua prouidentia temperare, dilectum filium Abbatem, & Conuentum duxistis vniuersaliter deliberatione prouida statuendum in festo S. Crucis mensis Septembris proximo præteriti, quod quidem Abbas, & Conuentus in festo S. Michaelis proximo futuri apud eiusdem S. Petri Ecclesiam Augustini Augustini mensis Generale Capitulum Ord celebretur, & quia in vtroque Capitulo viget constitutio, vt vtraque, ac cuiuslibet vestrum Ordinationes ab Inter obseruentur, & ne fas Præpositi, vel Abbatum quilibet sua præponatur ibidem, nisi quem vos, Priorissa Ecclesiarum ipsarum, ac Ecclesiarum eisdem Canoni. ab ipsa vtro duxerint eligendum. Statutis insuper, quod simili modo Abbatissa substituendus fuerit, eligatur, qui eorum & Canonicorum vitæ, & excessus [illegible] Ecclesiam liberam habeat facultatem, & Præpositis & successoribus tuis in S. [illegible] firmetur, prout instrumento inde confecto continetur. Vestris precibus igitur gratum [illegible] sensu, quod super præmissis à vobis pro bono pacis [illegible] te Ordinis vestri pie, ac prouide factum est, [illegible] te autoritate Apostolica confirmamus, & [illegible] ri patrocinio communimus. Nulli ergo omnino [illegible] liceat hanc paginam nostræ confirmationis, [illegible] ei ausu temerario contraire. Si quis autem [illegible] præsumpserit indignationem Omnipotentis [illegible] torum Petri, & Pauli apostolorum eius [illegible] furum. Datum Viterbij nonis Iunij, Pontificatus [illegible] anno vndecimo 1232.

Manserunt idem Canonici Mortariensis [illegible] cto monasterio D. Petri in Cœlo aureo [illegible] citer durentis ac nonaginta, nimirum [illegible] annum salutis 1509. quo tempore [illegible] sibus rogantibus, quod monasterium [illegible] culari commendatum in deterius [illegible] nostros Canonicos Lateranenses [illegible] reformatum, retenta nimirum ab [illegible] ria abbatia, cum magna parte bonorum [illegible] tuto eius loco Præposito, cui regimen [illegible] Monasterij cum reliqua parte bonorum [illegible] Sedes Apostolica commisit. Interea [illegible] Mortarienses foli dictam basilicam [illegible] centum annos; Ioannes Papa huius [illegible] Veneran. Patres Ordinis Eremitarum [illegible] adiunxit, quod quemadmodum [illegible] nerit, in sequenti Capitulo aperiemus.

vos ex parte vna, & Venerabilem Abbatem, & Conuentum S. Petri in Cælo aureo Papiæ Mortariensis Ordinis ex alia super celebrando Capitulo, & electione abbatis S. Petri pradicti, ac Præpositi vestri, frequenter quæstio fuisset exorta, vos tandem cupientes materiam huiusmodi quæstionis aqua prouidentia removere, sic cum eisdem Abbate, & Conuentu duxistis vnaniniter, & concorditer deliberatione prouida statuendum: vt vno anno in festo S. Crucis mensis Septembris apud vestram, sequenti vero apud eiusdem S. Petri Ecclesiam in festo S. Augustini Augustinensis Generale Capit. Mortariensis Ord celebretur, & quæ in vtroque Capit. fuerint regulariter constituta in vtraque, ac reliquis Ecclesijs Mortariensis Ordinis irrefragabiliter obseruentur. Obeunte verò te fili Præpositi, vel tuorum quilibet successorum, nullus præponatur ibidem, nisi quem vos, Conuentus, cum Prioribus Ecclesiarum ipsarum, ac Ecclesiarum subiectarum existens Canonici, à absque vitio duxeritis eligendum. Statuimus insuper, quod simili modo Abbate S. Petri cum substituendus fuerit, eligatur, qui corrigendi Præpositi, & Canonicorum vitiorum existens, & visitandi veram Ecclesiam liberam habeat facultatem, quod tibi fili Præposite & successoribus tuis in S. Petri Ecclesia seruetur, prout instrumento inde confecto dicitur plenius contineri. Vestris precibus igitur grato concurrentes assensu, quod super præmissis à vobis pro pace, ac tranquillitate Ordinis vestri pie, ac prouide factum est, in hac parte auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viterbij nonis Iunij, Pontificatus nostri anno vndecimo 1238.

Manserunt idem Canonici Mortariensis in dicto monasterio D. Petri in Cælo aureo annis circiter ducentis ac nonaginta, nimirum vsque ad annum salutis 1509. quo tempore ipsis Mortariensibus rogantibus, quod monasterium Abbati seculari commendatum in deterius vergeret, per nostros Canonicos Lateranenses fuit aliqualiter reformatum, retenta nimirum ab Abbate seculari abbatia, cum magna parte bonorum, & constituto eius loco Præposito, cui regimen Ecclesiæ, ac Monasterij cum reliqua parte bonorum, & iurium Sedes Apostolica commisit. Interim dum præfati Mortarienses soli dictam basilicam tenerent, post centum annos Ioannes Papa huius nominis XXII. Veneran. Patres Ordinis Eremitarum illis adiunxit, quod quemadmodum euenerit, in sequenti Capitulo aperiemus.

CAPVT SEXAGESIMVM TERTIVM.

Ioannem XXII. Eremitis Augustinensibus D. Petri Basilicam, vel monasterium, vel D. Augustini Corpus nullatenus dedisse.

I. Septima assertio mea superius constituta hæc est. Licet Ioannes XXII. Eremitas Diui Augustini nuncupatos ad diuina in præfata Basilica peragenda Canonicis Regularibus sociauerit, nullatenus tamen ipsam Ecclesiam, aut Monasterium, multo minus sacras D. Augustini reliquias eis tradidisse, nedum titulo restitutionis spoliorum hæc illis reddidisse, quemadmodū frater Iordanus de Saxonia lib. 1. cap. 18. Coriolanus in sua Chronica, Ioannes Marquez cap. 15. §. 2. & alij non pauci eiusdem Ordinis autores scribunt. Probatur autem hæc veritas ex ipsismet literis Apostolicis ea de causa confectis, quarum vel sola simplex lectio sufficere potest ad nebulas errorum, & mendaciorum dissipandas, quibus nonnulli veritatem obruere se posse arbitrantur. Quorum ideireo exemplum hic ante omnia excudendum fideliter curaui, quod eiusmodi est:

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, Principali, & fratribus Ordinis Eremitarum sancti Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Veneranda Sanctorum Patrum &c. sequuntur laudes Beatissimi Patris Augustini, & infra: *hac dum nos qui licet immerciti vices Dei, & Domini Nostri Iesu Christi teneamus in terris, quibusque totius gregis Dominici curam ab ipso Domino in persona B. Petri Principis Apostolorum, cuius successor existimus commissa est, qua deuotione recolimus, & profunda meditatione pensamus, dignum arbitramur, & congruum, vt vbi sancti Doctoris, & Præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi vltrà, quod sibi honoris & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia singularis quadam reuerentia à vobis, & fratribus Ordinis vestri, qui sub eiusdem Patris Regula degitis, & sancta obseruantiæ militatis, quique diuinis insistitis, laudibus vacatis, orationi intenditis, exhortationi insudatis, studio, & animarum saluti propensius vigilatis, specialiter honoretur, quatenus nobis tanquam membra suo capiti, filij patri, magistro discipuli, Duci milites cohærentes Deo, & ipsi sancto, autoritate sulti Apostolica, præcordialius inhiletis, vbi & præceptoris vestri, Patris, Ducis, & Capitis Augustini noueritis reliquias fore sepultas. Eapropter ad honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, beatæ, & gloriosæ semperque Virginis Genitricis Dei Mariæ, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac eiusdem B. Augustini doctoris egregij, omniumq; Sanctorum, necnon Diuini cultus augmentum, de fra-*

trum nostrorum consilio, auctoritate apostolica statuimus, & etiam ordinamus, quod fratres vestri Ordinis, quibus præsit Prior secundum observantiam ipsius Ordinis Eremitarum, iuxta Ecclesiam Monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papien. cui præest Abbas, & Conventus Canonicorum Regularium Ordinis B. Augustini prædicti degunt iuxta, sub eodem etiam si ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, vbi sacrum corpus eiusdem B. Augustini esse dicitur solemniter tumulatum, nec iuxta, vel immediatè, prout eisdem Priori, & fratribus videbitur expedire, & commodè fieri poterunt vsque ad vigesimum quintum, vel trigesimum numerum ad minus iuxta subscriptam formam debeant insimul perpetuo futuris temporibus habitare. Quodque vos dictos fratres ibidem vsque ad huiusmodi numerum tenearmini deputare, quos autores Deo iudeatu habere atate maturos, liberalis scientia praditos, & honesta conuersatione decoros, remanentibus tamen dictis Abbate, & conuentu Canonicorum, prout nunc ipsi sunt, in monasterio prælibato, sicut infraplenius est expressum, sanè fratrum habitatio prædictorum constituatur in loco decenti iuxta Ecclesiam monasterij antedicti, prout superius est expressum; & aborundem Abbatis, & Canonicorum habitationibus sit discreta, & taliter disponatur, quod ipsi fratres eandem Ecclesiam dicti monasterij per aliam portam de nouo inibi faciendam liberè ingredi, & egredi valeant, ac in eadem Ecclesia cum dicto Abbate, & Canonicis iuxta modum designatum interesse in diuinis officijs interessi, etiam si dicta Ecclesia existat, & huiusmodi habitatio ipsorum fratrum fuerit intra spatium cannarum, infra quod Ecclesiam vel Oratorium, seu locum religiosorum, aut habitationem Religiosorum non debeat construi, nonnullis Religiosis Mendicantium, & aliorum aliquorum Ordinum per speciale apostolica Sedis est indultum Priuilegium, aliasque super hoc prouisio habeatur, quod dicti Abbas, & Canonici propter huiusmodi portam faciendam, & habitationem ipsorum fratrum, vt præmittitur dissonandam, nequeant in suis habitationibus impediri, sed habitationes dictorum fratrum ab ipsorum Abbatis, & Canonicorum habitationibus sint discreta, ac diuersis refectorijs comedant, & dormitorijs dormiant, hi, & illi in suis refectorijs, & dormitorijs separatis: distatum autem habitationum, & domos, refectorium scilicet, dormitorium, claustrum, hortum, cum alijs officinis debitis, & consuetudinem iuxta morem dicti Ordinis Eremitarum ijdem fratres construi faciant suis sumptibus, vel de eleemosynis fidelium absque onere ipsorum Abbatis, & Canonicorum, prout dictus fratribus Dominus ministrabit. Et prouideatur attentius in hac parte, quod si fundus, vel solum, vbi dicti fratres edificare voluerint, sit aliquarum priuatarum personarum, vel dilectorum filiorum Communis, seu Venerabilis fratris nostri Episcopi Papiensis, aut alterius Ecclesiæ, dummodo aliquod aliud monasterium, vel Ecclesia inibi non existat, illum, vel illud prædicti fratres ement, vel alijs iuxta modum acquirent, & ibidem edificabunt suis sumptibus, vel de huiusmodi eleemosynis, prout superius est expressum, si verò quidem fundus, vel solum Abbatis, & Canonicorum existeret prædictorum, illum, vel illud nihilominus dicti fratres ement iusto pretio ab eisdem, quod si forte Abbas, & Canonici antedicti prædictum fundum, seu solum pro iusto (vt profertur) pretio nollent vendere fratribus memoratis, eos ad id monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra decernimus compellendos. In diuinis autem officijs modum seruari volumus subsequentem scilicet, quod cum tam Canonici, quam fratres prædicti conforme diuinum officium dicantur habere, ipsi Canonici, & fratres in simul eisdem temporibus, locis, & horis personas debita seruitutis Domino soluturi conueniant in Ecclesia memorata, ita quod ab eis, non diuersis, sed eisdem temporibus, locis, & horis horæ Canonicæ, & Missæ solemnes in dicta Ecclesia celebrentur. Secretas autem missas dicti Canonici, & fratres legere poterunt, prout melius, honestate, decentia, & aptitudine loci, & temporibus obseruatis. Volumus autem quod si altaria in dicti monasterio iam erecta sint æqualia numero, eorum medietas dictis Canonicis, & reliqua medietas eorundem eisdem fratribus pro legendis Missis huiusmodi assignetur: si verò existant inæqualia numero, maior pars eorum ad id deputetur fratribus memoratis, & quidem Abbati antiquiori in loco, & dignitate maior existit, Abbas, qui est, & pro tempore fuerit in celebrationibus missarum, & prædicationibus in Natalis Domini, & Epiphaniæ, Dominicæ in Ramis palmarum, Resurrectionis, & Ascensionis Dominicæ, Pentecostes, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, in omnibus, & singulis Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, Assumptionis, & omnibus Beatæ Virginis, S. Augustini, omnium Sanctorum, consecrationis, seu dedicationis Ecclesiæ dicti monasterij, & omnibus solemnioribus monasterij eiusdem festiuitatibus, quibus specialiter consuevit multitudo fidelium conuenire in Ecclesia dicti monasterij præfertur, vt missas solemniorem celebrandam diebus huiusmodi celebrat, & in solemniori prædicatione ipsis etiam diebus prædicet, si hoc voluerit idem Abbas, si autem prædicare, aut celebrare nequiuerit, vel noluerit ipse Abbas, locum (si tamen monasterium ipsum Priorem claustralem habeat) tunc Prior claustralis in huiusmodi celebratione officiorum. Quo siquidem Priore claustrali (si eum ipsum monasterium habeat, vt præfertur) celebrare, aut prædicare pro aliter non valente, vel nolente, tunc Prior eorundem fratrum dicti loci, vel is, cui per fratres ipsos iuxta morem eorum hoc celebrationis, & prædicationis officium committetur, de ipsius missa celebratione, ac prædicatione sonat, prout eis videbitur, facienda. Alijs verò diebus tam Dominicis, & festiuis, quam etiam feriabilibus, quotiescunque prædicari, necnon in antedictis festiuitatibus sicut diebus solemnioribus, præterquam in prædictis solemniori, vt supra exprimitur, si in eisdem festiuitatibus, seu solemnioribus diebus eadem sors audiendi plures in eodem monasterio contingeret prædicari, prædicatores huiusmodi dicti fratres, vel ille cui hoc ipsi iuxta morem huiusmodi committent, distribuent, & assignabunt, quam ipsi Abbati, prout eis videbitur expedire. In festiuis verò in eadem Ecclesia quibuscunque diebus, ipse Abbas solemniorem locum teneat, ipsique Canonici iuxta morem in processionibus autem dictus Abbas sit vltimus, &

fratres

simque proximè præcedant Prior claustralis, & Canonici præfati, seruatis tamen per eos quoad alios viros Ecclesiasticos Religiosos, & seculares in secundo loco, & ordine hactenus per ipsos in processionibus consuetis: præfati autem fratres in incedendo in processionibus huiusmodi, antiquum locum, & ordinem suum seruent. De aliis insuper Missis conuentualibus in dicta Ecclesia celebrandis, taliter ordinamus, & volumus obseruari, quod Abbas, & Canonici, & fratres prædicti diuidant, seu assignent inter sese iuxta numerum personarum, sufficientiam, & expedientiam earundem, qualiter aliquas Abbas, si ad hoc vacare voluerit, aliquas Canonici, & nonnullas fratres prædicti missas celebrent, & alia officia, siue per hebdomadas, seu singulis diebus, vel alias prout expedientia exegerit, & decentia suaserit, partiantur. Volumus tamen, vt diuisio, & partitio huiusmodi, & missarum celebrandarum, ac totius officij diurni, & nocturni assignantia, incipiendo tamen primo in abbate sicut præmittitur, si ad id vacare voluerit, & in Canonicis præfatis, deinde ad fratres præueniendo præfatos, necnon pulsatio campanarum ad diuina officia viuorum, & mortuorum, & horæ canonicæ ad eundem Priorem præfatorum fratrũ, vel ad illum, cui huiusmodi officium diuisionis, partitionis, assignationis, & campanarum pulsationis iuxta morem earundem fratrum commissum fuerit, debeat pertinere: idem quoque volumus obseruari, si plures eadem die missæ conuentuales in eadem Ecclesia celebrentur, vt puta vna de die, & altera de S. Maria, & de Spiritu sancto, vel in similibus, aut proviuis, vel defunctis, vt inter eosdem Abbatem, Canonicos, & fratres sicut prætangitur, diuidantur, & etiam assignentur. Reseruata dicto Abbati, & Prioratu claustrali sicut supradictum est, sit ibidem prærogatiua in celebratione solemnium missæ, in festiuitatibus, siue diebus solemnibus prædictis, quem admodum superius est expressum. Prohibemus autem ne dicti fratres de audiendo confessionibus Parochianorum eiusdem Ecclesiæ dicti monasterij, & de sacramentis Ecclesiasticis ministrandis illis se aliquatenus intromittant, nisi iuxta formam constitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri super hoc, & cæteris alijs articulis edita, ac per piæ memoriæ Clementem Papam V. prædecessorem nostrum innouata; necnon secundum constitutionẽ à Clemente prædicto editam, ne religiosi circa sacramenta Ecclesiastica clericis, & laicis ministrare præsumant sine parochialis presbyteri licentia speciali, aut permissiue eorum aliorum, sed ipsorum Parochianorum confessiones audiant, & eis sacramenta prædicta ministrent dicti Abbas, & Canonici, vel alij in dicto monasterio, vel alibi, quibus hæc antea competebant; prout iuris existit, & cõsueuerãt temporibus anteactis. De sepulturis verò defunctorum, qui sepeliuntur apud monasterium antedictũ, & de funeralibus, quæ ratione corporum ipsorum defunctorum obuentura, ex certis causis legitimis inter eosdẽ Abbatem, Canonicos, & fratres ad præsens non disponimus, nec etiam ordinamus, sed illorum dispositionem, & ordinationẽ nobis, & Sedi Apostolicæ in posterũ duximus reseruandas, nisi duntaxat de parochianis antiquis Ecclesiæ monasterij prædicti, qui sepeliuntur apud monasterium antedictum, de quorum funeralibus, & legatis, seu relictis, aliisque quibuscunq; oblationibus, & obuentionibus, quæ ratione corporum ipsorum parochianorum prouenerint, totum (vt est hactenus consuetum) cedat Abbati, & Canonicis memoratis. Præterea ordinamus, & volumus, vt oblationes, quæ offeruntur in altari, vel alibi in monasterio prælibato, in pecunia, panno, & similibus, nisi offerentes expresse distinguant, quid, quantum, vt velint esse Abbatis, & Canonicorum, & quid, quantum, vt fratrum, sint communes Abbati, & Canonicis, ac fratribus antedictis; vt videlicet Abbas, & Canonici medietatem, & fratres præfati reliquam medietatem oblationum habeant earũdem. Alia verò oblationes, quæ specialiter prædictis Abbati, & Canonicis à fidelibus datæ fuerint, cedant eis illa autem huiusmodi oblationes, quæ similiter eisdem fratribus à dictis fidelibus existerint erogatæ, remaneant fratribus memoratis; ea tamen, quæ ad vsum altaris, vel Ecclesiæ pro luminaribus, vel alias ad diuinum cultum donata fuerint à fidelibus prælibatis, in vsum huiusmodi secundum iuris exigentiam expendantur fideliter, & ei conuertantur. Si autem super prædictis, vel aliquo, seu aliquibus eorundem, aut circa ea inter Abbatem, & Canonicos ex parte vna, & fratres præfatos ex altera contigerit aliquam ambiguitatem verti, eisdem Abbati, Canonicis, & fratribus licentiam elargimur, vt super his inter sese possint, quod eis videbitur expedire, salubriter ordinare, ac petere ordinationem huiusmodi à Sede prædicta, vbi opus fuerit, confirmari. Licet autem suprascripta, prout distinguuntur, duxerimus statuenda, & etiam ordinanda, eaq; velimus firmiter obseruari; nihilominus tamen nostræ intentionis existit, & volumus, quod prædictis Abbati, & Canonicis, eorumque successoribus in perpetuum inconcussa, & illibata permaneant omnia, & singula priuilegia, indulgentia, exemptiones, libertates, immunitates, decima, prioratus, aliaque membra, ... Ecclesia, Capella, Castra, Villa, Casalia, Manuia, Domus, tum Vineæ, Possessiones, Prata, Pascua, Nemora, Sylnæ, Stagna, Lacus, Molendina, decursus aquarum, aliaq; bona mobilia, & immobilia, tam patrimonialia, quàm iura, actiones, & iurisdictiones ipsorum, ac dicti monasterij in quibuscunque, & vbicunque consistant, & quibuscunque nominibus censeantur, vt ea omnia, & singula plenè, & liberè habeant, ipsi quæ gaudeant, & vtantur, prout ad ipsos pertinet quibuscunque iustis modis, seu titulis, ac eis competit, ex priuilegio, consuetudine, vel de iure, ita quod nullum eis quoad præmissa priuilegia, & alia prænominata iura, & bona ipsorum, seu aliqua, vel aliquod eorundem præiudicium generetur, vel obstaculum valeat quomodolibet interponi. Postremò per huiusmodi statutum, ordinationes, decretum, & voluntates nostras, & alia, quæ in præsentibus inseruntur, non intendimus, vt dicti fratres ipsis Abbati conuentui, seu Canonicis sint subiecti, nec eisdem è conuerso. sed Canonici præfati (prout modò) Abbati subsint eidem, & corrigantur, & puniantur, vbi necesse fuerit ab eodem, necnon obseruent suam Regulam, suasque licitas, & honestas consuetudines sicut prius: præfati verò fratres, secundum regulã eorundẽ, ac priuilegia, & indulgentias dicta

Sedi ipsi Ordini Eremitarum indulta, suasque consuetudines, & constitutiones laudatas. & bonestatem viuant, & à Prælatis corrigantur eorum, & puniantur, prout opus fuerit secundum sui Ordinis disciplinam. Non obstantibus supradicto Cannarum priuilegio, & quibuslibet aliis, per quæ statuti, ordinationis, decreti, & voluntatum nostrarum prædictarum exequutio impediri possit quomodolibet, vel differri, & de quibus plenam, & expressam oporteret in eisdem præsentibus fieri mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, prohibitionis, reseruationis, concessionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurū. Dat. Auenioni xvij. Kal. Februarij Pontificatus nostri anno vndecimo 1327.

II. CIrca istam Bullam notandum primò, hunc Ioannem XXII. cum adhuc in minoribus existeret, multa familiaritate prædicto Ordini Eremitarum iunctum fuisse, & pari benevolentia erga illos propensum adeò, vt ad Pontificatum statim euectus, quendam fratrem dicti Ordinis ad ipsius confessiones audiendas accerseret, cui etiam custodiam Sacelli Pontificij, necnon & Bibliothecæ Apostolicæ commisit, referente Onuphrio Panuino lib. 3. de Ecclesia Lateran. cap. 15. quem librum manuscriptum habeo, vbi de Apostolicis Bibliothecarijs verba faciens ita scribit: *Ioannes Papa XXII. qui Clementi V. successit, Ordini Eremitarum S. Augustini triatio Romana Curia officia, quæ coniunxerat, concessit. Hæc fuerunt munus custodiendi Sacrarij Pontificij, quod hactenus fratres dicti Ordinis retinent, Bibliothecæ Palatinæ, & Confessiones Pontificis pro tempore existentis audiendæ. Primus qui bus tribus officijs Auentione ab eodem Pontifice ex dicto Ordine præfectus est 1316. fuit M. Frater Ioannes Lemouicensis Gallus Theologus, qui fuit Bibliothecarius, Sacrista, & Confessor eiusdem Ioannis XXII. & Clementis V. Laceratus circa annum Domini 1316. obijt verò 1346.* Hæc ille ibidem.

III. NOtandum secundò, sub initium Pontificatus eiusdem Ioannis XXII. eodem Eremitas Abbatem Philippum, & Canonicos prædicti monasterij D. Petri accedentes, supplices petiuisse, vt permitterent illos propè dictum monasterium, & Ecclesiam casulas exstruere, & diuinis officijs cum ipsis Canonicis interesse, illos iuuare & seruire, etiam in exercitijs pulsandi campanas, scopandi Ecclesiam, & alia id genus obsequia Canonicis præstare, quæ omnia cum à prædictis Abbate, & Canonicis gratiosè illis concederentur, nec parua beneficia eleemosynarum præstarentur, ijdem pro acceptis beneficijs Abbati, & Canonicis gratias reddentes, prædicti Ioannis XXII. assumptione ad Romanum Pontificatum in spem elati, ad Sedem Apostolicam accedentes, mediāte fratre Guilielmo de Cremona illorum tunc Generali, supplices rogauerunt, Abbatem, & Canonicos ex dicto monasterio eijci, illudque cum Ecclesia solis Eremitis tradi: multa non vera narrantes in meleue dictorum Canonicorum dedecus, ac illorum famæ detrimentum; quibus artibus cum S. Pontificem, vt Canonis loco exturbatis illorum monasterium Eremitis traderet, adducere nequiissent, rogauerunt cum eisdem ad eandem Ecclesiā modo, & conditionibus in præfata Bulla narratis admitti, quod, nullo tunc pro Canonicis apud Sedem Apostolicam interpellante, vtcunque tandem obtinuerunt. Constant hæc omnia ex illorum confessione, cum frater Iordanus illorum olim Generalis lib. 1. in Vitas fratrum cap. 8. scribat: *Tenente gubernaculum Ordinis nostri Generalatus Venerabilis Patre Fratre Gulielmo de Cremona sacræ Theologiæ eximio professore, cuius etiam superius commemoraui, idem Pater sicut erat vir prudens, & prouidus, ac fidelissimus Zelator sui Ordinis, in primo ardore sui officij Diuino instinctu pulsatus, intra se cogitare cœpit, si quomodo esset possibile, vt corpus S. Augustini tam tempore à suis filijs elongatum, Ordini donaretur, aut potius redonaretur: sed cum hoc multum visum fuisset impossibile, vel imò potius impossibile, ipse tandem Dominiculo confortatus, apud Sedem Apostolicam negotium fiduciaiter instaurauit, cumque nulla possibilitas adhæreret, vt prece, vel pretio, vel etiam Apostolicæ potestatis plenitudine corpus illud sacratissimum de loco in quo quouis modo transferri posset, sapienti visu consilio, supplicationem suam taliter formari fecit, vt non videretur petere corpus S. Augustini de illo loco transferri, & Ordini donari: sed petijt Ordinem suum Patri, ac capiti eodem loco, quo quieuerit copulari.* Et licet hic autor de monasterio D. Petri per Eremitas à Sede Apostolica prius postulato, & de reiecta illorum supplicatione nihil dicat: dicit tamen Marquez, quæ ab ipso prætermissa fideliter supplet, cap. 15. §. 2. in principio, ait, in S. Consistorio Illustrissimorum Cardinalium coram eodem Pontifice tractationem habitam de restitutione spolij, quod illorum Generalis allegaret, conuentum Canonicorum prius Eremitarum fuisse, qui sacrarum Reliquiarū capellani exiterant, & quod ante omnia spoliatus in suam possessionem restitui deberet, & ita affirmare fratrem Iordanum, quem sequitur expresse frater Antonius Yepes. Ex quibus verbis constat ipsos Eremitas ante omnia pro Canonicis è monasterio turbandis suas preces porrexisse.

COnstat secundo de veritate narratorum ex Chronica vetustissima, ab illius tempestatis autore exarata, quæ in Archiuo eiusdem monasterij seruatur, cuiusq; ante annos 140. Cellus Mapæus Veronensis meminit in responsione ad obiectiones Coriolani fol. vltimo, & hoc antequam prædictum monasterium per nostros Lateranenses fuisset reformatum. *Existente*, inquit, *prædicto Fratre Abbate (hic circa annum Christi 1320. dignitatem abbatialē obtinuerat) apparuerūt huiusmodi Eremitæ in hac ciuitate Papiæ. Ecclesiam adesse intelligunt, vbi corpus quiescit Beatissimi Patris Augustini, Abbatem adeunt, rogant, vt locum obtineant propè monasterium, in quo*

V.

CAPVT SE

Cæsellas sibi construant, quo corpus B. I... rari possint. Cæsellas ex viminibus com... Lapides adiciunt, ac paulatim de lapi... easdem adficiant. Deserunt interim E... nicū, nec parua beneficia præstant. C... gnarū Eremitarum in magno numero... ta, ossibus persoluendū in hac Ecclesia... dem quod gratis supplicitèr acceperun... te Pontifici sibi in dominium vsurpare... pitibus portectū Sanctissimo Domino... uadcimo sui pontificatus, circa 1327. a... Pontifice impetrarunt, vt in seruitute... mul cum Canonicis substituerentur, si... conditionibus, qua habentur in ipsa Bu... tus sui anno vndecimo xvij. Kal. Febr... Venerandæ Sanctarum Patrum, &... Chronica.

COnstat tandem hæc ipsa veri... eundem Romanum Pontifi... siue Potestate Ancianis, & toto C... muni ciuitatis Papiensis in hanc... hanc eandem causam missis, die... dem anni 1327.

Balthasar de Criuellis Miles, & P... Beccaria, Ioannes de Regibus iuris per... quatuor scij eius Ancianj Communis... tes, consilium, & commune ciuitatis P... Reuerentiam debitam, & se ipsos, & e... nitatem dictus illū exierunt sermones... dicamentū, videlicet quod Religiosi... nensis, & fratres Ordinis Eremitarum... S. Petri in Cœlo aureo P. p. censi Cano... rum Ordinis S. Augustini, cum reuere... dictum locū (quodam callido forte p... sanctissimo Confessore, quadam in præ... nostrij, abbatu, & Conuentu eiusde... tatem fratrum, & conuentus veritat... rum subsistate express. à Sanctissimo in... stro, & Domino Summo Pontifice nou... propter quas fratres conuentus Eremit... pensum intra muros populi fere pericu... sed & super fertur in vulgum quod in... habuerunt optatum, ex quo si fratres... rit impetratu huiusmodi, procul dubio... cidant periculum, & rumorem taliter... tenuit liberari. Verè Sanctissime Pate... mum ipsa Venerabilis S. Petri ab deuot... bus reuerendissimis corporu Beatissimi... nus abbas, fratres, & conuentus eiusde... honestatem, & vitam laudabilem, &... mentiam, honestatē, honestatē, sicemo, fuerat... tem, & alia ipsorum opera pietati... ta cæterorum, pra cæteris diliguntur... gentibus meritis laudabilibus nedum... etiam à quibuscunque bonis veneranti... propter Paternitati, ac Sanctitati V... deuotissimè supplicamus, quatenus ob... uerentiam, ne forte in damnum, &... fratrum Eremitarum in populo tum...

Caſellas ſibi conſtruant, quo corpus B. Patris ſæpius venerari poſſint. Caſellas ex vimineis componunt, vimineis lapides adijciunt, ac paulatim de lapidibus Caſellam, in caſam adificant. Deſeruiunt interim Eccleſiæ, & Canonicis, nec parua beneficia præſtant. Conſtituunt eiuſmodi generis Eremitarum in magno numero; creſcunt Eremitæ, officijs perſoluendis in hac Eccleſia interſunt: & tandem quod gratis ſupplicitèr acceperunt, media auctoritate Pontificis ſibi in dominium vſurpare contendunt: ac precibus porrectis Sanctiſſimo Domino Ioanni XXII. anno pontificatus ſui decimo ſexto, circa 1327. ab ipſo Sanctiſſimo Pontifice impetrarunt, vt in ſeruitutem huius Eccleſiæ ſimul cum Canonicis ſubſtituerentur, illi cum pactis, & conditionibus, quæ habentur in ipſa Bulla data Pontificatus ſui anno decimo ſexto xij. Kal. Februarij, quæ incipit: Venerandæ Sanctorum Patrum, &c. Hæc in dicta Chronica.

V. COnſtat tandem hæc ipſa veritas ex literis ad eundem Romanum Pontificem à Prætore, ſiue Poteſtate Ancianis, & toto Conſilio, & communi ciuitatis Papienſis in hanc formam, & ob hanc eandem cauſam miſſis, die 13. Aprilis eiuſdem anni 1327.

Balthaſar de Crivellis Miles, & Poteſtas, Muſſus de Beccaria, Ioannes de Regibus iuris peritus, & Abbas, & quatuor ſocij eius Anciani Communis negotijs præſidentes, conſilium, & commune ciuitatis Papiæ licet indigni Reuerentiam debitam, & ſe ipſos, &c. Per noſtram Ciuitatem diebus illis exierunt ſermones in vulgus non modicæ mouitatis, videlicet quod Religioſi viri Magiſter Generalis, & fratres Ordinis Eremitarum (in monaſterio S. Petri in Cœlo aureo Papienſi Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, cuius reuerendiſſimum corpus ibidem iacet) quodam callido forſè prætextu in veſtro ſanctiſſimo Conſiſtorio, quædam in præiudicium dicti monaſterij, Abbatis, & Conuentus eiuſdem ſubrepticiè, virtutum fratrum, & conuentus veritate tacita, & vitiorum ſimilitate expreſſa à Sanctiſſimo in Chriſto Patre noſtro, & Domino Summo Pontifice nouiter impetrarunt, propter quæ fratres conuentus Eremitarum ipſorum Papienſium in maximo populi fœtè periculum incurrerunt; ſed & nuper fertur in vulgus, quod in Conſiſtorio veſtro habuerunt optatum, ex quo ſi fratres ipſos vis contigerit impetratu huiuſmodi, proculdubio in ſcandalum incident periculum, & rumorem taliter, quod vix forſè poterunt liberari. Verè Sanctiſſime Pater, & Domine dominus ipſa Venerabilis S. Petri ob deuotionem magnam illius reuerendiſſimi corporis Beatiſſimi Auguſtini, Dominus Abbas, fratres, & conuentus eiuſdem propter ipſorum honeſtatem, & vitam laudabilem, & regularem obſeruantiam, hoſpitalitatè, eleemoſynarum exhibitionem cõtinuam, & alia ipſorum opera pietatis, ſalua reuerentia cæterorum, præ cæteris diliguntur, & ipſorum exigentibus meritis laudabilibus nedum à Papienſibus, ſed etiam à quibuſcunque bonis venerantur perſonis. Quapropter Paternitati, ac Sanctitati Veſtræ flexis genibus deuotiſſimè ſupplicamus, quatenus ob Dei, & veſtri reuerentiam, ne forte in damnum, & periculum ipſorum fratrum Eremitarum in populo tumultus oriatur, & ſcandalum ſic dignemini cauere, quod nouitas huiuſmodi penitus omittatur, & in-xxxnè, quia in huiuſmodi nouitate euidens vtilitas non apparet. Datũ Papiæ MCCC. XXVII. Indictione x. die 13. Aprilis.

VI. NOtandum poſtremò circa prædictas Ioannis XXII. literas licet de anno 1327. eſſent expeditæ, nihilominus non ante annum 1331 eas plenum ſuum effectum habuiſſe, quo tempore nonnullis pactis, & conuentionibus pro bono pacis inter Abbatem, & Canonicos ex vna, & Eremitas, ac illiorum Generalem ex altera ſtatutis, ac firmatis, tandem conſentientibus Ciuibus cum Abbate, & Canonicis, Eremitæ ad dictam Eccleſiam iuxta modum, & formam literarum Apoſtolicarum pacificè acceſſerunt. Conuentiones inter partes firmatæ per publicum Notarium nomine Auguſtinum de Panizarijs Ciuem Papienſem rogatæ, & in formam publici inſtrumenti redactæ, ſub die 5. Iulij eiuſdem anni 1331. habentur in dicto monaſterio D. Petri, quarum prima hæc eſt.

Primò videlicet conuenerunt, & promiſerunt ſolemni ſtipulatione dicti Prior Generalis, & fratres dicti Ordinis Eremitarum nomine ipſius Ordinis, prædicto Domino Abbati, & Canonicis eorum nomine, & nomine dicti monaſterij recipientibus, & ſtipulantibus, quod ipſi fratres Eremitæ S. Auguſtini nullo tempore de cætero per ſe, vel per ſubmiſſas perſonas nomine dicti Ordinis directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſè, quoquo modo, ſeu quouis quæſito colore gratiam aliquam, vel priuilegium aliquod in generali, vel in ſpeciali impetrabunt à quoquam in Romana Curia, vel alibi ex quo, vel quibus poſſit in aliquo derogari libertatibus, vel priuilegijs, dignitatibus, ſtatuis, honoribus, & iuribus aliquibus dicti Abbatis, & Canonicorum ſuorum, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, & ſi contigerit dictos fratres Eremitarum per ſe, vel ſubmiſſos, vel aliquem ex eis nomine dicti Ordinis impetrare, vel obtinere aliquam gratiam, vel priuilegium aliquod, ex quo vel quibus poſſit derogari, vt ſupra, conuenerunt, & promiſerunt dicti Pater Generalis, & fratres Eremitarum nomine dicti Ordinis eidem Abbati, & Canonicis dicto nomine ſtipulantibus, & recipientibus, quod idem Prior Generalis nomine dicti Ordinis, cum debeat iuris ſolemnitate ipſis gratia, & priuilegijs, vt præmittitur, quæ impetrabuntur, & obtinebuntur, & omnibus, & ſingulis iuribus, quæ ob id eiuſdem fratribus Eremitarum acquirentur, reſignabit, & renuntiabit, quotieſcunque eidem Priori per Abbatem dicti monaſterij, vel per eius legitimum ſyndicum, aut nuncium, hoc fuerit denuntiatum, & ex nunc renuntiat per pactum expreſſum, & omni alio iure, modo, & forma, quibus melius poteſt: & ipſo iure, & facto prædicta, quæ ſic impetrabuntur, & concedentur, nullius valoris, & iuris exiſtant in fauorem dictorum fratrum Eremitarum. Et prædicta promiſerunt, & promittunt, dicti Prior Generalis, & fratres Eremitarum eidem Abbati, & Canonici, ſtipulantibus, & recipientibus nomine dicti monaſterij attendere, & obſeruare, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa ſub pœna refectionis dupli totius damni, & intereſſe, quod dictum mona-

ſterium

sterium passum fuerit occasionibus antedictis sub obligatione omnium bonorum dicti Ordinis, nisi prædicta fuerint impetrata de expressa voluntate Abbatis, & Canonicorum dicti monasterij: item si contigerit aliquam gratiam, vel priuilegium aliquod concedi dictis fratribus Eremitarum à Romana Curia, vel alibi ex quo, vel quibus possit derogari libertatibus, priuilegijs, vel dignitatibus, & iuribus aliquibus dicti Abbatis, & Canonicorum suorum, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt, motu proprio Summi Pontificis, vel habentis autoritatem ab eo, & non ad requisitionem, seu petitionem dictorum fratrum Eremitarum, promiserunt, & promittunt dicti Prior Generalis, & fratres Eremitarum nomine dicti Ordinis eisdem Abbati, & Canonicis nomine dicti monasterij recipientibus, & stipulantibus, quod ipsis gratia, & priuilegijs, quæ sic concedentur, non vtentur sub pœna, & obligatione superius denotata, nisi vt ipsis gratia, & priuilegijs vtantur, per Summum Pontificem eisdem fratribus Eremitarum datis fuerit per verba præceptiua expressim in mandatis. Item si contigerit, fratres dicti Ordinis Eremitarum modo aliquo de iure, vel de facto vi gratiæ, vel priuilegijs, quæ sic impetrabuntur, vel concedentur, inuadendo, vel intrando ad possidendum aliquid quod pertineat ad dictum monasterium, faciendo contra ea, quæ superius sunt expressa, quod dicti fratres Eremitarum teneantur ad restitutionem dupli reddituum, vel occupatæ, & omnium, & singulorum damnorum, & interesse, quæ dictum monasterium passum fuerit occasionibus antedictis, & nihilominus ratis & firmis manentibus omnibus pactis, & obligationibus, nisi dicti fratres Ordinis Eremitarum infra octo dies proxime post denunciationem eius factam per Abbatem dicti monasterij, vel per eius legitimum syndicum dimiserint eidem Abbati pacifice rem sic occupatam, & renunciauerint ipsis gratia, & priuilegijs sic concedendis, vel in eisdem fratribus Eremitarum per Summum Pontificem hoc fuerit datum per verba præceptiua, expressius in mandatis.

CAPVT SEXAGESIMVMQVARTVM.

Corollaria nonnulla ex dictis Ioannis Papæ XXII. literis deducũtur, quibus legitima Canonicorum possessio tam totius Ecclesiæ D. Petri in Cælo aureo, quam illius Monasterij nunquam interrupta probatur.

I EX prædictis Ioan. XXII. literis, & alijs Cap. præcedenti, ac etiam in superioribus narratis infertur primò, verum ac iustum, & legitimum titulum dictæ Ecclesiæ, quem obtinuit in sua fundatione, ac etiam in consecratione, quo passim ac semper Romani Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, & Romana Curia illam nuncupare vsque in hodiernum diem consueuerunt, esse S. Petrum in Cælo aureo, siue Basilicam, vel Ecclesiam D. Petri in Cælo aureo, non autem D. Augustini, vt nonnulli contendunt, vt hac relatione illam Eremitis vendicent, putantes ex titulo immutatione legitimè inferri posse mutationem possessionis, & iurisdictionis, quod tamen sanè frigidum est, cum Canonici Regulares, multò magis inter veros, & legitimos B. Augustini filios numerari possint, quàm fratres Eremitæ: nam Canonici Regulares habent pro se Papalem decisionem post longissimam disceptationem in causa præcedentiæ inter illos, & Monachos D. Benedicti agitata, vt videri potest in Bullario constitutione 95. inter constitutiones Pij IV. vt communem consensum omnium Catholicorum, ac etiam multorum Hæreticorum omittamus. Quam decisionem nondùm habuerunt fratres Eremitæ, licet plures controuersias cum alijs Ordinibus regularium superantiquitate, ac iure præcedendi excitauerint, præsertim cum RR. Patribus Ordinis Prædicatorum, in quibus semper Causa ceciderunt, vt patet per sententiam inter illos nouissimè latam à fœl. record. Clemente VIII. suo motu proprio roboratam, qui incipit: *Romanum Pontificem æqui bonique*. dat. apud S. Petrum die 16. Martij 1600. in quo specialiter habita est ratio institutionis, & antiquitatis vtriusque Ordinis, vt illa eiusdem motus proprij verba indicant: *ac de antiquitate, & præeminentia eiusdem Ordinis fratrum Mendicantium certiores facti.* Adde inter alia priuilegium Innocentij II. qui dictam Ecclesiam consecrauit, Anselmo Abbati directis, cuius supra cap. 62. meminimus, in quo inter alia hæc habentur: *Beati Petri Apostolorum Principis monasterium cui Deo auctore præsides, quod vtique cooperante Spiritus sancti gratia manu propria consecrauimus. & B. Augustini Doctoris egregij corporali præsentia illustratur.*

SEcundò infertur, posse probabiliter, & cum omnem calumniam affirmari, supradictas Ioannis XXII. literas per subreptionem, & obreptionem fuisse impetratas. Primò, quia ideo expressè dixerunt Potestas, Antiani, & totum Consilium, & Commune ciuitatis Papiensis in literis ex ea causa ad Pontificem missis, in quibus hæc formalia verba continentur: *Videlicet, quod Religiosi viri Magister Generalis, & fratres Ordinis Eremitarum, alias dolo forte consilio in Vestra sanctissimo Consistorio quadam in præiudicium dicti monasterij Abbatis, & Canonicorum eiusdem subreptitie, vt tutum fratrum, & Conventus veritate tacita, & visorum falsitate expressa Sanctissimo in Christo Patre nostro, & Domino Summo Pontifice nouiter impetrarunt.* Secundò quia fatetur ipsi Eremitæ, ac præsertim frater Iordanus, & Ioannes Marquez in locis allegatis, illorum Generalem Summo Pontifici, & Illustrissimis Cardinalibus narrasse, quod ipsi Eremitæ erant de vera

filijs

filijs D. Augustini ab illo institut
per nullum testimonium authen
gnum probare potuerunt, nam o
ta ante annos quadringentos p
pha fuisse, & esse conuincuntur,
27. & sequentibus patet. Tertiò,
Marquez eundem Generalem S
& Illustrissimis Cardinalibus nar
tas tempore Regis Luitprandi f
gustini Reliquiarum Capellanos,
se, & monasterium D. Petri in
Eremitis à Rege Luitprando ædi
so dictos Eremitas indebitè pulsc
quod falsum esse ex priuilegijs ip
& aliorum Regum, Imperatorum
morum Pontificum tam manifes
illorum gratia pudeat me pluri
refricare. Quartò, quia post exp
literas Ioan. XXII. quatuor ann
antequam Eremitæ ad prædictar
mitterentur, ad quam vt tandem
eas conuentiones cum Abbate, &
runt, quas superiori cap. retulimu
ct non essent, si prædictæ literæ
habuissent: quod illi narrant, aut
Cardinalium verificatum fuisset,
& legitimos B. Augustini filios a
& monasterium D. Petri pro illis
do ædificatum, eoque fuisse indeb

III. TErtiò infertur falsum esse, qu
res passim iactant; per præd
XXII. Corpus B. Augustini eisde
quam veris, & legitimis filijs fuiss
donatum: Primò, quia in dictis lit
sus de hac re mentio habetur, vt le
solùm habentur hæc verba: *dignu
congruum, vt vbi sancti Doctoris, & P
mulatum quiescere dicitur, ibi vltra ci
& laudis ab vniuer sali exhibetur Eccle
debita reuerentia à vobis, & fratribus C
sub eiusdem Patris regula degitis, & fa
militatis & spectaliter honoretur, q
quam membra suo capiti, filij patri, &
is, duci militer cohærentes, Deo, & ipsi
salis Apostolicæ præceptionibus iubiletur
rijs vestri patris, ducis, & capitis Augu
quias fore sequtas.* Quæ verba non
quod illi prætendunt, sed aliquid l
imò cum solum dicatur, ipsos Ere
gustino, tanquam sub præceptore,
capite militare, quia sub illius Reg
consulto Pontifex à titulo fundat
toris abstinuerit, satis euidenter d
me in Consistorio Illustrissimorum
coram eodem Pontifice verificatu
remitarum à B. Augustino fuisse
institutum: & eatenus B. Augustini
cæi, quod sub B. Augustini Regul
postolicâ donatâ fuerit institutus, a

filijs D. Augustini ab illo institutis, quod hactenus per nullum testimonium authenticum, & fide dignum probare potuerunt, nam omnia documenta ante annos quadringentos producta apocrypha fuisse, & esse conuincuntur, vt ex dictis cap. 27. & sequentibus patet. Tertiò, quia fatetur Io: Marquez eundem Generalem Summo Pontifici, & Illustrissimis Cardinalibus narrasse, suos Eremitas tempore Regis Luitprandi sacrarum D. Augustini Reliquiarum Capellanos, & Custodes fuisse, & monasterium D. Petri in Cælo aureo ipsis Eremitis à Rege Luitprando ædificatum, & ab ipso dictos Eremitas indebitè pulsos, & expoliatos, quod falsum esse ex priuilegijs ipsius Luitprandi, & aliorum Regum, Imperatorum, ac etiam Summorum Pontificum tam manifestè ostenditur, vt illorum gratia pudeat me plurimum hæc sæpius refricare. Quartò, quia post expeditas prædictas literas Ioan. XXII. quatuor anni intercurrerunt antequam Eremitæ ad prædictam Ecclesiam admitterentur, ad quam vt tandem admitti possent, eas conuentiones cum Abbate, & Canonicis inierunt, quas superiori cap. retulimus, ad quas adducti non essent, si prædictæ literæ robur firmitatis habuissent, quod illi narrant, aut si in Consistorio Cardinalium verificatum fuisset, illos esse veros, & legitimos B. Augustini filios ab illo institutos, & monasterium D. Petri pro illis à Rege Luitprãdo ædificatum, eoque fuisse indebitè spoliatos.

III. Tertiò infertur falsum esse, quod ijdem autores passim iactant, per prædictum Ioannem XXII. Corpus B. Augustini eisdem Eremitis, tanquam veris, & legitimis filijs fuisse restitutum, aut donatum: Primò, quia in dictis literis nulla prorsus de hac re mentio habetur, vt legenti patet: sed solùm habentur hæc verba: *dignum arbitramur, & congruum, vt vbi sancti Doctoris, & Præsulis corpus tumulatum quiescere dicitur, ibi vltra id, quod sibi honoris, & laudis ab vniuersali exhibetur Ecclesia, singulari quadam reuerentia à vobis, & fratribus Ordinis vestri, qui sub eiusdem Patris regula degitis, & sancta obseruatione militatis & c spectaliter honoretur, quatenus inibi tanquam membra suo capiti, filij patri, & magistro discipuli, duci milites cohærentes, Deo, & ipsi Sancto autoritate sulti Apostolica præcordialius iubileris, vbi, & præceptoris vestri, patris, ducis, & capitis Augustini noueritis reliquias fore sepultas.* Quæ verba non hoc continent, quod illi prætendunt, sed aliquid longè diuersum; imo cum solum dicatur, ipsos Eremitas sub B. Augustino, tanquam sub præceptore, patre, duce, & capite militare, quia sub illius Regula degunt, & consulto Pontifex à titulo fundatoris, vel institutoris abstinuerit, satis euidenter deducitur minimè in Consistorio Illustrissimorum Cardinalium coram eodem Pontifice verificatum, Ordinem Eremitarum à B. Augustino fuisse fundatum, aut institutum: & eatenus B. Augustini Ordinem vocari, quod sub B. Augustini Regula per Sedem Apostolicã donata fuerit institutus, aut post institutionem ipsam regulam obtinuerit: secundò, quia Corpus B. Augustini in monasterio S. Petri manet reconditum, vt totius Papiensis ciuitatis est constãs, ac vetustissima traditio, cuius in dictis literis nomine Ciuitatis Ioanni XXII. directis mentio habetur, ac etiam in priuilegio Innoc. I. I. superius exarato, & tandem in alia Bulla Leonis X. data die 28. Februarij anni 1517. quam lib. 3. reddemus, nimirum in sacello posito à latere dextro maioris altaris ipsius Ecclesiæ, sancti Apiani nuncupato existente sub Cella Abbatum, ex qua per fenestram in ipsum sacellum est prospectus, vt testes sunt vsque in hanc diem porta ferrea crassissima, & vetustissima, cum vectibus ferreis fortissimis, siue potius repagulis, ac etiam cratibus ferreis, quibus idẽ sacellum est munitum, & obserratum, quo in loco cum sacra D. Augustini pignora diu stetissent, ob metum, & imminens periculum, ne à Gallis, aut alijs exteris nationibus, quæ sæpius fines illos ingressæ omnia vastabant, aut per fraudem, aut per vim loco mouerentur, loculis in eodem sacello altè sub terra defossis, ibidem cũ corpore B. Martyris Boëtij, & alijs sacris reliquis recondita, & absconditа fuerunt; vt author Chronicæ Brixiensis scribit, & hoc longè priùs, quàm ipsi Eremitæ, ad illam Ecclesiam per dictum Ioannem XXII. admitterentur: imò prius quàm in partibus Lombardiæ ijdem Eremitæ primitus videri cœpissent, quod temporibus Gregorij IX. accidisse, in eiusdem Pontificis literis, necnon Alexandri IV. cap. 25. recitatis narratur. Vt hinc etiam videas, Ioannem XXII. B. Augustini corpus ipsis Eremitis nedum non tradidisse, verumetiam si illi hoc in mẽtem venisset, minimè illud eis tradere potuisse; quod ex alio facto confirmari potest, quia cum anno salutis 1580. occasione prædictum Sacellum D. Apiani in meliorem formam; quæ nunc visitur, instaurandi, inter fodiendum illius fundamẽta summitates monumentorum, in quibus iacent sacra corpora retegerentur, Dni Seuerini Boëtij sepulchrum apertum fuit, & illius corpus repertũ sine capite, cũ habitu Senatorio super tabula lignea duabus catenis ferreis sustentata; cum plumbea lamina, in qua illius nomen exaratum, cuius rei testes non pauci superstites adhuc viuunt: sed & illud minime reticendum, cum ipsius sepulchri aperitioni plures ex nostris, sacerdotes adessent, nullusq; ob sacrarum reliquiarum reuerentiã, illas attingere ausus fuisset, vnus Conuersus ibi adstans audacior effectus, qui sepulchrum ingredi, & sacrum corpus contingere non timuit, febri statim correptus intra paucos dies decessit ex hac vita. Oro autem, vt in æternam vitam fuerit receptus.

IV. POstremò infertur, per huiusmodi admissionẽ, iurisdictionem, & iura, ac priuilegia prædictorum Abbatis, & Canonicorum tum in dicta Ecclesia, tum in omnibus, & singulis illius membris nullatenus fuisse ablata, læsa, vel abrogata, sed firma, & illibata mansisse; quinimo dictam Ecclesiã

cum

cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs plenò iure spectare, & pertinere ad dictos Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri, & Venerandos Patres Eremitas nullatenus in medietatem Ecclesiæ dominium habere, vt illi affirmant, neque aliquod ius, nisi quatenus illis conceditur, & exprimitur in præfato priuilegio Ioannis XXII. Primò, quia hoc conceptis verbis exprimitur in dictis literis Apostolicis sub hac verborum forma: *Licèt autem suprascripta, prout distinguntur, duxerimus statuenda, & etiam ordinanda, ea, quæ velimus firmiter obseruari; nihilominus tamen nostræ intentionis existit, & volumus, vt præfatus Abbati, & Canonicis, eorumq; successoribus in perpetuum inconcussa, & illibata permaneant, omnia, & singula priuilegia, indulgentiæ, exemptiones, libertates, immunitates, decima, Prioratus, aliaq; membra . . . . . Ecclesiæ, capella, castra, villa, casalia, maneria, domus, vineæ, possessiones, prata, pascua, nemora, situs, flagna, lacus, molendina, decursus aquarum, aliaq; bona mobilia, & immobilia, siu patronatus, cæteraq; iura, actiones, & iurisdictiones ipsorum, ac dicti monasterij, in quibuscunq;, & vbicunq; consistant, & quibuscunque nominibus censeantur, vt ea omnia & singula plenè, & liberè habeant, ipsisq; gaudeant, & vtantur, prout ad ipsos pertinet, quibuscunque iustis modis, seu titulis, ac eis competit ex priuilegio, consuetudine, vel de iure: ita quod nullum eis quoad præmissa priuilegia, & alia prænominata iura, & bona ipsorum, seu aliqua, vel aliquod eis præiudicium generetur, vel obstaculum valeat quomodolibet interponi.* Secundò, quia ita iudicialiter sententiatum fuit, & promulgatum Papiæ anno Domini 1202. die veneris 16. mensis Augusti, sub Pontificatu Bonifacij Papæ IX. per Reuerendissimum Patrem D. Guilelmum Episcopum Papiensem subconseruatorem, & subdelegatum per Sedem Apostolicam in quadam sententia lata super nonnullis articulis inter Abbatem, & Canonicos monasterij S. Petri ex vna, & Priorem, & Fratres Ordinis Eremitarum dicti loci ex altera, cuius sententiæ tenor est:

V. *CHristi nomine inuocato, eiusq; gloriosa Matris auxilio implorato, ex quorum vultu recta semper procedunt iudicia, pro tribunali sedentes in nostro Episcopali palatio, loco, & more consuetu, dicimus, pronuntiamus, sententiamus, declaramus, definimus; & per hanc nostram definitiuam sententiam in his scriptis absoluimus, & condemnamus in omnibus, & per omnia, vt infra. In primis quidem super petitione primo loco exhibita, & producta coram nobis pro parte dictorum Domini Abbatis, Canonicorum, & Conuentus S. Petri, contra supra scriptos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, seu eorum syndicum, eorum nomine condemnamus, & condemnatos pronunciamus dictos Priorem, & Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum Ioannem eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad restituendum, & dandum dictis D. Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij S. Petri, seu dicto Stephano eorum syndico, & procuratori eorum, syndicario, & procuratorio nomine infrascriptas pecuniarum, seu florenorum, & rerum aestimatarum quantitates, pro funeralibus, & obsequijs infrascriptorum corporum sepultorum ad dictam Ecclesiam S. Petri, tam pro parte, quæ contingebat dicto D. Abbati, Canonicis, & Conuentui S. Petri, quàm ratione paradupli, eo quod in se retinuerunt, & vsurpauerunt dicta funeralia in totum contra voluntatem dicti D. Abbatis, Canonicorum, & Conuentus, & dicti eorum syndici, & procuratoris eorum nomine: videlicet pro funeralibus D. Ioannis de Popolis, floren. 80. Pro funeralibus D. Roberti Fronzolla tortitios 80. valoris solidorum nouem Papiensium pro quolibet. Item pallium vnum deauratum fictat, & si non extat, eius valorem, qui est in summa florenorum 20. auri. Pro funeralibus D. Leonetti de Anglia tortitios 500. valoris solidorum 10. pro quolibet. Item pallia quinq; deaurata valoris floren. 75. si extant, & si non extant eorum valorem in summa, qui est floren. 152. Item pro funeralibus Magnifici D. Galeaz floren. mille. Item pro funeralibus D. Henrici Teotonici floren. 35. Pro funeralibus Magnifici Marobioni Francisci tortitios 60. solidorum pro quolibet, si extant, & si non extant, eorum valorem videlicet vndecim florenos. Pro funeralibus Clerici de Lomatio 80. tortitios valoris solidorum 12. pro quolibet, si extant, & si non extant, eorum valorem, videlicet decem florenos. Item pro funeralibus matris, & vxoris D. Gerardi tortitios 80. valoris solidorum 12. pro quolibet, si extant, & si non extant, eorum valorem, qui est in summa viginti florenos. Item pro funerali D. Guelphi de Maximis pallium vnum valoris floren. 10. auri, si extat, & si non extat, eius valorem, videlicet dictos florenos decem. Item pro funeralibus D. Comitis Gebuensis tortitios 100. valoris solidorum 12. pro quolibet. Item pallium vnum valoris florenorum 25. si extat, & si non extat, eius valorem in summa, qui est florenorum 44. Item pro funeralibus Virginis Mulam vnam, & Equos duos valoris 130. florenorum. Item tortitios 60 valoris florenorum 12. pro quolibet si extant, & si non extant, eorum valorem, qui est in summa florenorum 141. Item pro funeralibus vnius filiæ illustris D. Comitis Virtutum pallium vnum valoris 30 florenorum, & tortitios 100. valoris solidorum octo pro quolibet si extant, & si non extant, eorum valorem, qui est in summa 92 florenorum, & dimidij florenj auri. Item condemnamus, & condemnatos pronuntiamus dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad restituendum, & dandum dicto Domino Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij S. Petri, seu dicto Stephano eorum syndico, & procuratori eorum, syndicario, & procuratorio nomine florenos auri pro pallijs datis, & oblationibus factis ad dictam Ecclesiam, tam per gloriosæ memoriæ illustrem Dominum Galeaz Vicecomitem, Comitem Virtutum, & quàm etiam per Commune Papiæ, de quibus liquidatum est in processu facto coram nobis in hac causa, & hoc tam pro parte tangente dicto D. Abbati, quàm pro parte dicti dupli pœnam incurrerunt prædicti Prior, & fratres vsurpando, & rapiendo in totum oblationes, & pallia antedicta contra formam pactorum initorum, & libellatorum inter partes easdem, & contra voluntatem dictorum D. Abbatis, & Canonicorum Conuentus S. Petri. Item condemnamus, & condemnatos iudicamus, &*

pro-

pronuntiamus dictum Priorem, Fratr
S. Augustini, & dictum eorum syndicu
rem eorum nomine, ad dandum, & re
bicis, & Conuentui monasterij S. Petr
ea eorum syndico, & procuratori eor
nam de secta deauratum oblatum ad
per quendam Illustrem Dominum Vic
mitibus. si extat, si non extat, eius val
rem 100. auri. Item condemnamus, & c
eorum. & pronuntiamus dictos Priore
Conuentum Eremitarum, & dictum
& procuratorem eorum nomine, ad
dandum dictis Domino Abbati, Canon
Monasterij S. Petri, seu dicto Stephano
procuratori eorum nomine florem. 100
Ecclesia anno cursu 1386. die 22. mensi
ferem Principem, & Magistrum DD.
rem, Comitem Virtutum, &c.

VI. Item dicimus, pronuntiamus, iudica
nostram definitiuam sententiam dec
Abbatem, Canonicos, & Conuentum m
& dictum eorum syndicum, & procur
mine habere posse, & debere claues pro
dendo fores, seu portas dictæ Ecclesiæ,
voluntatem, & condemnamus dictos P
& Conuentum S. Augustini, & dictum
& procuratorem eorum nomine, ad pe
Abbatem, Canonicos, & Conuentum,
syndicum, & procuratorem eorum no
claudere fores, seu portas dictæ Ecclesiæ
voluntatem: Item dicimus, & pronunt
dictos Dominum Abbatem, Canonicos, e
dictos eorum syndicum, & procuratore
posse vti libris existentibus ad dictam E
nu officio nocturno pariter, & diurno,
du, & condemnamus, & condemna
pronuntiamus dictos Priorem, Fratres
S. Augustini, & dictum eorum syndicu
rem eorum nomine, ad dimittendum di
Canonicis, & Conuentum monasterij
eorum syndicum, & procuratorem eor
bere dictis libris pro dictis officijs diurn
ter, & diurno celebrandis, vt præfertur
pronuntiamus vt supra, capellanos dict
tri habere facultatem celebrandi missa
officia in dicta Ecclesia: & condemnam
tos pronuntiamus dictos Priorem, Frat
rum S. Augustini, & dictum eorum syn
ratorem eorum nomine ad permittendu
nos dicti D. Abbatis liberè celebrare mis
officia in dicta Ecclesia.

VII. Item dicimus, & pronuntiamus, vt su
rabulas 10. sediminis positis in ciuitat
Ecclesiam, cui cohærere solebat ille de S
monasterij. & nunc cohæret Illustris
comes, Comes Virtutum, ab alia dicti
Petri, & in parte dictorum fratrum S.
parte illæ de Fiamberti, ab alia parte c
ille de Bonatarijs, & nunc cohæret

pronuntiamus dictum Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad dandum, & restituendum Canonicis, & Conuentui monasterij S. Petri, seu dicto Stephano eorum syndico, & procuratori eorum nomine Pallium vnum de seta deauratum oblatum ad dictam Ecclesiam per quondam Illustrem Dominam Violatam de Vicecomitibus, si extat, si non extat, eius valorem videlicet florenos 100. auri. Item condemnamus, & condemnatos iudicamus, & pronuntiamus dictos Priorem, & Fratres, & Conuentum Eremitarum, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad restituendum, & dandum dictis Domino Abbati, Canonicis, & Conuentui Monasterij S. Petri, seu dicto Stephano eorum syndico, & procuratori eorum nomine florenos 100. auri oblatos dictæ Ecclesiæ anno curso 1386. die 22. mensis Aprilis per Illustrem Principem, & Magistrum DD. Galeaz. Vicecomitem, Comitem Virtutum, &c.

VI. Item dicimus, pronuntiamus, iudicamus, & per hanc nostram definitiuam sententiam declaramus dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine habere posse, & debere claues pro aperiendo, & claudendo fores, seu portas dictæ Ecclesiæ ad eorum liberam voluntatem, & condemnamus dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad permittendum ipsos Abbatem, Canonicos, & Conuentum, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine aperire, & claudere fores, seu portas dictæ Ecclesiæ ad eorum liberã voluntatem: Item dicimus, & pronuntiamus, vt supradictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum, & dicto eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine posse vti libris existentibus ad dictam Ecclesiam pro diuinis officijs nocturnis pariter, & diurnis, & missis celebrãdis, & condemnamus, & condemnatos iudicamus, & pronuntiamus dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ad dimittendum dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, & dictũ eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, vti liberè dictis libris pro dictis officijs diuinis nocturnis pariter, & diurnis celebrandis, vt præfertur. Item dicimus, & pronuntiamus vt supra, capellanos dicti monasterij S. Petri habere facultatem celebrandi missas, & alia diuina officia in dicta Ecclesia: & condemnamus, & condemnatos pronuntiamus dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine ad permittendum dictos capellanos dicti D. Abbatis liberè celebrare missas, & alia diuina officia in dicta Ecclesia.

VII. Item dicimus, & pronuntiamus, vt supra perticas 6. & tabulas 10. sediminis positis in ciuitate Papiæ apud dictã Ecclesiam, cui cohærere solebat ille de Sistis sicutalis dicti monasterij, & nunc cohæret Illustris DD. Galeaz. Vicecomes, Comes Virtutum, ab alia dictũ monasterium S. Petri, & in parte dictorum fratrum S. Augustini, & in parte ille de Fiamberti, ab alia parte cohærere consueuit ille de Bonatarijs, & nunc cohæret dictorum fratrum salua alijs cohærentijs descripto in dicta petitione, quod dicti Prior, & fratres, & Conuentus S. Augustini tenere consueuerunt in emphiteosim perpetuam à dicto monasterio fuisse, & esse deuolutum, & pertinere ad dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine propter cessationem solutionis debiti canonis vltra tempus à iure statutum, & ipsum sedimen cum omnibus suis ædificijs, iuribus, & omnibus pertinentijs, pertinere & spectare pleno iure ad dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ipsosque Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nominibus condemnamus ad dimittendum, & liberè relaxandũ dicto Domno Abbati, & Conuentui monasterij S. Petri, & dicto eorum syndico, & procuratori eorum nomine dictum sedimen cum omnibus suis adificijs, iuribus, & pertinentijs. Item dicimus, & pronuntiamus vt supra, Domum, quæ appellatur schola dictorum Priorũ, Fratrum, & Conuentus S. Augustini positam in ciuitate Papiæ apud dictam Ecclesiam, cui cohæret ab vna parte cimiterium dicti monasterij, ab alia platea communi, ab alia dictum monasterium, salua alijs cohærentijs, pertinere, & spectare pleno iure ad dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, & ad dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ipsosque Priorem Fratres, & Conuentum S. Augustini condẽnamus, & condemnatos iudicamus, ac etiam dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine ad dimittendum, & liberè relaxandum dictam Domum cum omnibus suis ædificijs, iuribus, & pertinentijs dicti Domno Abbati, Canonicũ, & Conuentui monasterij S. Petri, & dicto eorum syndico, & procuratori eorum nomine. Item dicimus, & pronunciamus, vt supra Cimiterium, quod est ante faciem dictæ Ecclesiæ, pertinere, & spectare pleno iure ad dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ipsosq; Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine condemnamus, & condemnatos iudicamus ad dimittendum, & liberè relaxandum ipsis D. Abbati, Canonicu, & Conuentui monasterij S. Petri, & dicto eorum syndico, & procuratori eorum nomine dictum Cimiterium cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs.

VIII. Item dicimus, & pronuntiamus, vt supra, dictum Dominum Abbatem habere debere in dicta Ecclesia, & Choro ipsius primam sedem, iuxta formam priuilegij cõcessi dictis fratribus per sanct. mem. Sanctiss. in Christo Patrẽ, & D.D. Ioannem diuina prouidentia Papam XXII. & secundum formam pactorum initorum, & celebratorũ inter partes tasatem, ipsosq; Priorem, Fratres, & Conuẽtum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine condemnamus, & condemnatos pronuntiamus ad dimittendum, & liberè relaxandum dicto D. Abbati locum suum siue sedem primam in Choro dictæ Ecclesiæ iuxta formam priuilegij, & pactorum dictorum. Item dicimus, & pronuntiamus, vt supra dictum Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, &

dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine teneri, & obligatos esse ad obseruantiam pactorum, & conuentionum factorum, & initorum inter, & per seipsos, seu ipsorum prædecessores, & præcessores ex una parte, & dictum D. Abbatem, Canonicos, & Conuentũ S. Petri, seu ipsorum præcessores, & prædecessores ex parte altera, de quibus apparet publicum instrumentũ traditum, & subscriptum per Augustinum de Ramzzatijs Notarium Papiensem anno cursu 1331. die 5. mensis Iunij, Indictione 15. & ad obseruantiam contentorum in suprascriptis literis Apostolicis piæ mem. S. D. N. Ioannis Papæ XXII. de quibus supra fit mentio, ipsosq; Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, & d. eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine condemnamus, ad obseruantiam pactorum, & conuentionum prædictorum, & contentorum in literis Apost. supra citatis. Ab aliis autem contentis in d. prima petitione oblata pro parte dictorum D. Abbatis, Canonicorum, & Conuentus monasterij S. Petri contra dictos Priorem, Fratres, & Conuentum, & d. eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine absoluimus, & absolutos decernimus, & declaramus.

IX. SVper contentis autem in prima petitione oblata pro parte ipsorum Prioris, Fratrum, & Conuentus eremitarum S. Augustini super d. Ioannem de Olsatijs eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine contra, & aduersus prædictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentũ S. Petri in Cœlo aureo, seu d. Stephanum eorum syndicũ, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine, condemnamus, & condemnatos decernimus, & declaramus dictos D. Abbatem Canonicos, & Conuentum S. Petri, & d. eorum syndicum, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine ad laudum, soluendum, & vellituendum dictis Priori, Fratribus, & Conuentui eremitarum S. Augustini, & dicto eorum syndico, & procuratori eorum nomine medietatem expensarum factarum per ipsos Priorem, Fratres, & Conuentum, siue eorum præcessores, & prædecessores pro reparatione, & cooperitura dictæ Ecclesiæ, quæ medietas ipsarum expensarum est florenorum 40. auri. Ab aliis autem in dicta petitione contentis dictum Dominum Abbatem Canonicos, & Conuentum dicti monasterij S. Petri, & dictũ eorum syndicum, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine absoluimus, & absolutos decernimus, & declaramus.

X. SVper secunda petitione oblata pro parte d. Domini Abbatis, Canonicorum, & Conuentus monasterij S. Petri, seu per eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine contra prædictos Priorem, Fratres, & Conuentũ eremitarum S. Augustini, seu dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine in eo, quod dictus Stephanus syndicus, & procurator dictorum D. Abbatis, Canonicorum, & Conuentus monasterij S. Petri, eorum syndicario, & procuratorio nomine petunt, dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, seu eorum syndicũ, & procuratorem eorum nomine condemnari in duplum funeralium perceptorum, & habitorum per ipsos Priorẽ, Fratres, & Conuentum S. Augustini pro corporibus sepultis ad dictam Ecclesiam &c. absoluimus, & absolutos decernimus dictos Priorem, & Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine à prædictis, quia ad dictum depositum superius condemnati sunt in prima parte huius sententiæ. Item dicimus, & pronuntiamus, vt supra, tabulam quatuor sediminis positi in Papia in porta Laudensi in parochia S. Viti simul se tenentis cum dicto monasterio, cui cohæret, seu cohærere consueuit ab una parte bona quondam Salimbene de Sillis filiualis dicti monasterij, ab alia dictum monasterium S. Petri, ab aliis partibus tenebatur per dictos fratres S. Augustini, de qua Fr. Ioannes de Sena dicti Ordinis syndicus, & procurator syndicario, & procuratorio nomine prædictorum Prioris, Fratrum, & Conuentus eremitarum S. Augustini fuit uestitus ad quinque annos tunc proximè futuros pro certo denariorum quatuor annuatim dicta locatione durante, reddendo dicto D. Abbati Canonico, & Conuentui per instrumentum locationis fieri rogato Petro de Sclafinatis Notario Papiensi anno cursu 1354. die 7. mensis Februarij in iudicio coram nobis producta, pertinere, & spectare pleno iure ad dictos D. Abbatem, Canonicos, & monasterium S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine ipsosq; Priorem, Fratres, & Conuentum Eremitarum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine condemnamus, & condemnatos in his scriptis declaramus ad dimittendum, & relaxandum, & consignandum dictum sedimen cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs dictis D. Abbati, Canonicis, & Conuentui, & dictorum syndico, & procuratori eorum nomine. Ab aliis autem in dicta petitione contentis dictos Priorem, & Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine absoluimus, & absolutos in his scriptis decernimus, & declaramus.

SVper secunda petitione oblata pro parte dictorum Prioris, Fratrum, & Conuentus eremitarum S. Augustini, seu dicti eorum syndici, & procuratoris, eorum syndicario, & procuratorio nomine aduersus, & contra prædictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, seu dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine, &c. & super eo, quod dicti Prior, Fratres, & Conuentus eremitarum S. Augustini, seu dictus eorum syndicus, & procurator, eorum nomine petunt in dicta secunda petitione pronuntiari, & declarari debere dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij Sancti Petri, seu d. eorum syndicum, & procuratorem nomine eorum syndicario, & procuratorio cecidisse à quacunque actione sibi competenti in d. Ecclesia, & ipsos Dnum Abbatem, Canonicos, & Conuentum, dictumque eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine in eadem Ecclesia nullum ius habere, & ipsam Ecclesiam cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs pertinere, & spectare ad dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, &c. Dicimus, & pronuntiamus, & in his scriptis sententialiter declaramus, dictam Ecclesiam cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs pleno iure pertinere, & spectare ad dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem

vel non

eorum nomine, & ipsos Priorem, Fratres, & Conuentum eremitarum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem, eorum nomine in Ecclesia ipsa nullum ius habere, nisi in quantum sibi concessum est, & exprimitur in priuilegio sapedicto piæ mem. Sanctiss. in Christo Patris, & D. D. Ioannis Papæ XXII. de quo supra facta est mentio; ab aliis autem in dicta petitione contentis, ipsos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine absoluimus, & absolutum in scriptis decernimus, & declaramus. ab expressis autem hac parte fallis, vtranque partem absoluimus, & absolutos decernimus, partes easdem, & dictos eorum syndicos, & procuratores eorum nominibus, quoniam habuerunt iustam causam litigandi, & ita dicimus, pronuntiamus, sententiamus, & in his scriptis per hanc nostram definitiuam sententiam declaramus in omnibus, & per omnia, vt supra, lecta, lata, data, & in scriptis sententialiter promulgata fuit suprascripta sententia in omnibus, & per omnia, vt supra, per suprascriptum Reu. in Christo Patrem, & D. D. Guilelmum Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Papiensem, & Comitem subconseruatorem, & subdelegatum, vt supra, pro tribunali sedentem, in Episcopali palatio Papiensi; loco siquidem, & more consueto, anno Natiuitatis Domini 1392. Indictione 15. die veneris 16. mensis Augusti hora 21. præsentibus suprascripto Ioanne de Oliarijs syndico, & procuratore suprascriptorum Fratrum, & Conuentus eremitarum S. Augustini non consentiente prædictis, eorum syndicario, & procuratorio nomine, in quantum sint in eius præiudicium, & reseruante sibi dicto nomine ius appellandi in scriptis, & prædicto Stephano syndico, & procuratore prædictorum D. Abbatis, & Canonicorum Conuentus monasterij S. Petri d. syndicario, & procuratorio nomine consentiente prædictis, in his, quæ sint in eius dicto nomine fauorem, & non aliter: & præsentibus pro testibus Reu. in Christo Patre, & D. D. Ioanne Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Vincentino, & sapientibus Viris D. Alberto de Lampugnano de Mediolano legum D. Gualtino de Zanis de Papia I. V. D. & Iacobo ex Comitibus de Meda legum doctoribus facundissimis, D. presbytero Iacobo de Nebijs Præposito Ecclesiæ S. Michaëlis maioris Papiæ, presbytero Iacobo de Berneriis capellano, & D. Episcopi, & Franciscono de Briuio Cancellario præfati D. Episcopi, & Marciollo de Nita Mediolan. diœcesis Notarijs, & multis aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. subscripta cum signo tabellionatus.

Ego Albertolus de Grifis de Varisio diœc. Mediol. publicus Apostolica, & imperiali autoritatibus Notarius: Reuerendissimi, Patris D. Episcopi Papien. Cancellarius, præmissa inter Reuerendiss. Patrem D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papien. Ordinis S. Augustini ex parte vna, & Religiosos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini Papien. Ordinis eremitarum ex alia parte, sententiæ promulgationi, & pronuntiationi, & omnibus aliis suprascriptis, dum sic, vt præmittitur, agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens fui, eaq; sic fieri vidi, & audiui; & inde rogatus hoc instrumentum de mandato ipsius D. Episcopi traditi, publicaui, & registraui, & aliis occupatus negotijs, per alium fidum Notarium in hanc publicam formam redigi feci in his decē, & octo foliis membranarum computato præsenti, & subscripsi. meum consuetum signū apponens in testimonium præmissorum &c.

XII. QVam sententiam licet Bonifacius IX. an. 1394. 7. Idus Aprilis per suas datas Cosmato presbytero Cardinali S. Crucis in Ierusalem, quoad aliqua reformauerit, quoad alia tamen non annullauit, neque cassauit: sed nec etiam ipse Cosmatus Card. cui Pontifex prædictę sententiæ reuisionem commiserat: Quin imò ratificauit, & fere quoad omnia confirmauit per suum arbitramentum, & definitiuam sententiam latam, lectam, & publicatam Romæ apud S. Petrum anno Domini 1396. Indictione 4. die Mercurij, 3. mensis Martij, Pontificatus eiusdem Bonifacij IX. anno 7. cuius hic est tenor:

In nomine Domini. Amen. Nos Cosmatus miseratione diuina titulo S. Crucis in Ierusalem presbyter Cardinalis Arbiter, arbitrator, & amicabilis compositor in nonnullis causis, litibus, & controuersijs, quæ vertebantur, & versa sunt inter venerandos, & Religiosos viros DD. Dionysium Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papiensi Ordinis S. Augustini canonicorum regularium ex vna, & Priorem, Fratres, & Conuentum eremitarum S. Augustini ciuitatis Papiensis penes dictam Ecclesiam commorantes parte ex altera, primo coram Venerandis in Christo Patribus Domino Guilelmo, & successiuè Petro Papiensi, & Nouariensi Episcopis Conseruatoribus, & Iudicibus successiuè à Sede Apostolica deputatis, & Domino Guilelmo Episcopo Papiensi prædicto subdelegato de, & super nonnullis funeralibus &c.

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes, & habentes præ oculis solum Deum, à quo recta, & æqua iudicia cuncta procedunt, per hanc nostram definitiuam sententiam, laudum, seu arbitramentum, quam, seu quod ferimus in his scriptis, quoad primam partem sententiæ latæ inter dictas partes, per D. Guilelmum Episcopum Papiensem subdelegatum, in qua, & per quam condemnauit Priorem, & Fratres Eremitarum S. Augustini, & eorum syndicum, & procuratorem, syndicario, & procuratorio nomine dictorum Prioris, & Fratrum, ad restituendum, & dandum dictis D. Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij S. Petri, seu eorum syndico, & procuratori, syndicario, & procuratorio nomine certas pecuniarū summas, & rerum aliarum quantitates. si extabunt, ubiquin eorum valorem pro funeralibus, & exequijs eorum corporum defunctorum, & sepulturarum apud dictam Ecclesiam S. Petri, & oblationibus factis ad Ecclesiam prælibatam, tam pro parte, quæ contingebat dictos D. Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri prædictos, quam etiam ratione, & nomine pœnæ, quam dictum Prior, & Fratres incurrisse dicuntur vigore conuentionū, & pactorum inter dictas partes initorum, eo quod dicta funeralia, & oblationes in totum receperunt, & vsurpauerunt, contra voluntatem, & in præiudicium dictorum Abbatis, Canonicorum, & Conuentus. Ordinamus, Iau-

damus, diffinimus, arbitramur, atque præcipimus, quod dicti Prior, & Fratres Eremitarum sancti Augustini, & eorum successores, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant dare, & integraliter persoluere dictis DD. Dionysio Abbati, Canonicis, & Conuentui sancti Petri, & eorum successoribus, seu eorum syndico, & procuratori, syndicario, & procuratorio nomine, summam mille ducentorum florenorum auri hinc ad quatuor annos proximè venturos, dando, & soluendo quartam partem dictorum 1200 florenorum singulis annis dictorum quatuor annorum in festo Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis de mense Septembri, & per totum dictum mensem, vel alium terminum longiorem si dicti Abbas, & Conuentus voluerint eis dare. Quem summam 1200. florenorum taxamus, & limitamus ex potestate compromissi in nobis facti de tota, & omnibus summis, & quantitatibus, in quibus dicti Prior, & Fratres, & Conuentus, & eorum successores in dicta summa fuere cõdemnati: & hanc summã ordinamus, laudamus, & diffinimus debere esse partẽ contingẽtem dictos Abbatem, & Canonicos, & Conuentum supradictos de funeralibus, & oblationibus præteritis temporis integraliter perceptis, & retentis per Priorem, & Fratres dicti Ordinis, quo pro tempore fuerunt contra tenorem conuentionum, & pactorum inter eos, vt premittitur initorum, & contra voluntatem dictorum Abbatis, Canonicorum, & conuentus. Reliquam verò partem condemnationum, seu summarum, & rerum, in quibus dicti Prior, & Fratres, & Conuentus nomine pœnæ dictis Abbati, Canonicis, & Conuentui fuerunt condemnati, ex potestate compromissi in nobis facti eisdem Priori, & Fratribus, & eorum successoribus remittimus, & eteam relaxamus, & super ea parte, seu eisdem summis, & quantitatibus pradictu Abbati, Canonicu, & Conuentus perpetuũ silentium quoad pœnas præteriti temporis imponimus: hac tamen conditione adiecta, quòd nisi Prior, & Fratres, & eorum successores prætaxatam summam 1200. florenorum in præfixis terminis, seu per eosdẽ Abbatem, Canonicos, & Conuentum eis prorogatis non soluerint integraliter cum effectu, omni dolo, fraude, violentia, & cireumuentione cessante, ac quacunq; alia impetratione, per quam possent dictam solutionem effugere, quod extunc post lapsum cuiuslibet termini ista remissio sit cassa, & irrita, & dictis Abbati, Canonicis, & Conuẽtui salua remaneat actio ad totam summam, & ad omnes summas, & res, in quibus condemnatio facta fuit occasione funeralium, & oblationum, vt præmittitur retentorum. Circa perceptionem verò funeralium, oblationũ, in futurum pacta, & conuentiones inter eos initæ, prout æquum, & iustum est, præcipimus obseruari.

XIII. QVod illam verò partem sententiæ, in qua, & per quam dictus Dominus Gulielmus subdelegatus dixit, & pronuntiauit, vt supra perticas sex, & tabulas decem sediminis positi in ciuitate Papiensi apud dictam Ecclesiam infra suos confines in dicta pronunciatione descriptos, quod dicti Prior, Fratres, & Conuentus sancti Augustini tenere consueuerunt in emphiteusim perpetuam à dicto monasterio, fuisse & esse deuolutum ad dictos DD. Abbatem, Canonicos, & Conuentum dicti monasterij S. Petri, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, propter cessationem solutionis debiti canonis vltra tempus à iure statutum, & ipsum sedimen cum omnibus ædificijs suis, iuribus, & pertinentijs pertinere, & spectare pleno iure ad dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum dicti monasterij, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine, ipsosque Priorem, & Fratres, & Conuentum S. Augustini, & dictum eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine condemnauit, ad dimittendum liberè, & relaxandum dictis Dominis Abbati, Canonicis, & Conuentui S. Petri prædicti monasterij, & dicto eorum syndico, & procuratori eorum nomine dictum sedimen cum omnibus suis ædificijs, iuribus, & pertinentijs, similiter pro bono pacis, & concordiæ ordinamus, & laudamus, diffinimus, atque præcipimus, quod dictus Dominus Abbas, Canonici, & Conuentus dictos Priorem, & Fratres, & Conuentum S. Augustini, & eorum successores non debeant hac non pratextu prædictæ sententiæ super dicto sedimine superficarum, & tabularum decem cum suis ædificijs, aut pratextu canonis non soluti molestare, perturbare, aut inquietare, sed dictum sedimen dictarum superficarum sex, & tabularum decem cum omnibus suis ædificijs debeat remanere pacificè, & quietè dictis Priori, & Fratribus, & Conuentui Eremitarum S. Augustini, & eorum successoribus, prout in instrumento consignationis continetur, ita tamen, quod dicti Prior, Fratres, & Conuentus teneantur, & debeant hinc ad quatuor annos soluisse debitum canonem præteriti temporis non solutum, & teneantur soluere in futurum, prout forma instrumenti concessionis facta continetur.

CÆterum quia domus, qua appellatur schola dictorum Priorũ, & Fratrum, & Conuentus sancti Augustini posita in ciuitate Papiæ apud dictam Ecclesiam, cui cohæret ab vna parte cimiterium, ab alia parte communis, ab alia dictum monasterium, per instrumentum dicti subdelegati fuit adiudicata, cum omnibus ædificijs, iuribus, & pertinentijs, dictis Prior, & Fratres, & Conuentus Eremitarum fuerunt condemnati, vt eis relaxandum, & liberè dimittendum, & restituendum dicto Abbati, Canonicis, & Conuentui S. Petri, quæ domus, seu schola est Priori, & Fratribus valde accommoda, & multum necessaria, cum sit à latere habitationis dictorum Priorũ, & Fratrum, & Conuentus, & non à latere habitationis dictorum Abbatis, & Canonicorum, opportunitq; instrumenta venditionis eiusdem non reuocata, qua restitutio, seu relaxatio fieret, cederet in magnum præiudicium dictorum Priorũ, & Fratrum, & posset causa perpetui scandali inter eos, cum etiam dicti Abbas, & Canonici vigore priuilegij Ioannis XXII. teneantur eisdem Priori, & Fratribus vendere lota pro eorundem habitationibus accommoda, & necessaria: ideo pro bono, & tranquilla statu vtriusque partis ordinamus, laudamus, diffinimus, atque præcipimus, quòd dicta domus, qua appellatur schola, cum suis ædificijs, iuribus, & pertinentijs sit, & esse debeat perpetuis temporibus pro habitatione, ac exercitio scholarum dictorum Priorũ, & fratrum Eremitarum, & super ea dictus Abbas, Canonicũ, & Conuentui, & eorum successoribus perpetuum

silẽ-

silentium imponimus, ita quod ab eadem non molestentur super eo.

Quoad illam verò partem sententiæ, in qua, & per quam dicti Prior, & fratres Eremitarum fuerunt condemnati dictum Abbatem, Canonicos, & Conventum S. Petri ad restituendum quatuor tabulas sediminis positi in Papia in porta Laudensi, in parochia S. Viti. simul se tenentes cum dicto monasterio infra confines suos in dicta sententia descriptos, de quo frater Ioannes de Sena dicti Ordinis, tunc syndicus, & procurator, syndicario, & procuratorio nomine dictorum Prioris, & Fratrum, & Conventus Eremitarum fuerat investitus usque ad quinque annos tunc proximè secuturos pro ficto denariorum quatuor annuatim, durante dicta locatione, ordinamus, laudamus, diffinimus, atque præcipimus, dictum sedimen quatuor tabularum dicto Abbati, Canonicis, & Conventui fore restituendum, & relaxandum per dictos Priorē, & fratres Eremitarum, hac tamen conditione adiecta, quod si dictum sedimen tabularum quatuor est ad commodum dictis Priori, & Fratribus, & eorum loco, & non cedit ad incommodum dicti abbatis, & Canonicorum, quod dicti Abbas, & Canonici teneantur illud vendere iusto pretio, prout ex forma privilegij Ioannis XXII. tenentur, aut cum alia re permutare.

XV. INtelquin verò partibus dictam sententiam dicti subdelegati, quoad omnes, & singulas sui partes absolutorias, & condemnatorias, tanquam iustè, & prouidè latam ordinamus, laudamus, diffinimus, atque per vtrang, partem præcipimus obseruari. & hæc omnia laudamus, arbitramur, diffinimus, atque per vtranque partem inviolabiliter præcipimus obseruari, sub pœna in compromisso apposita in singulis capitulis laudi, & compromissi, si contra fuerit factum, committenda, saluo & reseruato nobis arbitrio, & potestate declarandi, interpretandi, & corrigendi super præditis vbicunque, & quandocunque visum fuerit expedire, & super præditis, & quolibet præditorum, & iterum, semel, & pluries pronunciandi sicuti pro bono pacis, & concordiæ visum fuerit expedire. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes literas seu præsens publicum instrumentum huiusmodi nostram diffinitiuam, & arbitralem sententiam, laudum, arbitrium, seu arbitramentum in se continentes, seu continens exinde fieri, & per Nerium Notarium publicum, nostrumq, & causæ huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum, per nos de præmissa rogatum subscribi, & publicari mandauimus, nostrig, sigilli iussimus appensione munire. Lecta, lata, data, & in scriptis sententialiter pronuntiata fuit hæc nostra diffinitiua, & arbitralis sententia, & hoc arbitrium, laudum, seu arbitramentum per nos Cosmatum Cardinalem arbitrum, arbitratorē, amicabilem compositorē, & amicum communem præditum, Romæ in hospitio habitationis nostræ prope sanctum Petrum hora Vesperarum, nobis in Camera paramenti ad ius reddendum in loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno à Natiuitate Domini 1596. Indictione 4. die Mercurij octauo mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Bonifacij Diuina prouidentia Papæ Noni, anno septimo, præsentibus ibidem honorandis, & discretis viris Ioan. de Serrano, & Magistro Iacobo de Subinago procuratore præditis procuratorijs nominibus, quibus supra citatis, & vnoquoq, ipsorum nomine partis suæ citatæ, de nostri mandato ad audiendā huiusmodi nostram diffinitiuam sententiam supradictā, qui Magister Ioannes procuratorio nomine, quo supra, petijt de dicta sententia, in quantum faceret pro parte sua publicum instrumentum, ac præsentibus Reuerendis in Christo Patribus Domino Vbaldino Dei gratia Archiepiscopo Turritan. Domino Augustino Episcopo Perusino, Domino Antonio Episcopo Pennensi, & Adrianensi. Domino Francisco Episcopo Nolano, & Domino Saullo, & Banadato Abbate monasterij S. Pauli extra vrbem, ac venerabilibus, & circunspectis viris Dominis Riccardo Lough, & Ioanne Piena Sacri Palatij Apostolici auditoribus, necnon egregijs viris Domino Rolando de Cremona I. V. D. & Vaynutio de Cremona Domicello illustri Principis, & excelsi Domini Domini Ducis Mediolani &c. oratoribus, ac discretis viris Magistro Nicolao Lubich, in Romana Curia procuratore, & pluribus alijs testibus ad præmissa vocatis, habitis, & rogatis.

Et ego Nerius olim Gerij de Ruggerijs clericus Pisanus publicus Apostolica, & Imperiali autoritatibus Notarius, præfatis, Reuerendissimis in Christo Patris, & DD. Cosmati Cardinalis arbitri, arbitratoris, & amicabilis compositoris præditi Secretarius, atque causarum, & causæ huiusmodi coram eo scriba præfata diffinitiua sententia, laudo, arbitrio, seu arbitramento, omnibusq, aliis, & singulis suprascriptis, dum sic ut præmissum est, per præfatū Dominum Cardinalem arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compositorem præditum pronuntiarentur, laudarentur, agerentur, & fierent, vnà cum prænominatis testibus præsens fui, eaq, omnia, & singula sic, vt præmissum est, fieri vidi, & audiui, & ideo hoc præsens publicum instrumentum, quod aliis prædictus negotijs per Hugonem Notarium Imperialem publicum infrascriptū fideliter scribi feci, exinde confeci, in notā redegi, & publicani illud vnà cum eo, & per eius manum in collatione, & aliquibus sui partibus, & præsertim in verbis Mercurij octaua in septima virgula circa finem dicti instrumenti computando ab vltimo virgulo ascendendo vsque ad dictum septimum virgulum, quæ verba posita inter versum, Die, & verbum mensis in dicto virgulo scripta sunt, vt mihi constat, & illa, & cætera correcta per eiusdem vel per meam manum in aliquibus dictionibus, vel syllabis refectis, seu reparatis, approbo, corrigendo, & vnà cū appensione sigilli Domini mei Domini Cardinalis arbitri, & arbitratoris, & amicabilis compositoris prædicti, signo, ac nomine meis consuetis signaui, rogatus specialiter, ac requisitus, in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

Et ego Hugo Draem clericus Traiectensis publicus Imperiali autoritate Notarius, veterum suprascriptis instrumenti cum suis interlineaturis, & correctionibus de mandato Domini, & Magistri Nerij Ruggerij Secretarij, & Notarij publici de dicto instrumento rogati, manu propria fideliter scripsi, & auscultando vnà cum eo correxi, & interlineaui, signumq, meum hic apposui, in testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

Inter ea verò, in quibus prædicta sententia non fuit reformata, vnum est, quod sub hac verborum forma sic exprimitur. *Super secunda petitione oblata pro parte dictorum Priorũ, Fratrum, & Conuentus Eremitarum S. Augustini, seu dicti eorum syndici, & procuratorũ, eorum syndicario, & procuratorio nomine aduersũ, & contra prædictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, seu dictum eorum syndicum, & procuratorem, eorum syndicario & procuratorio nomine, in eo, & super eo, quod dicti Prior, Fratres, & Conuentus Eremitarum S. Augustini. seu dictus eorum syndicator, & procurator eorum nomine petunt in dicta secunda petitione pronuntiari, & declarari debere dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum monasterij S. Petri, seu dictum eorum syndicũ, & procuratorem eorum syndicario, & procuratorio nomine cecidisse à quocunque iure sibi competenti in dicta Ecclesia, & ipsos Dominum Abbatem, Canonicos, & Cõuentum dictumq; eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine in eadem Ecclesia nullum ius habere, & ipsam Ecclesiam cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs pertinere, & spectare ad dictos Priorem, Fratres, & Conuentum S. Augustini, &c. Dicimus, & pronuntiamus, & in his scriptis sententialiter declaramus, dictam Ecclesiã cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs pleno iure pertinere, & spectare ad dictos Dominum Abbatem, Canonicos, & Conuentum S. Petri, & dictum eorum syndicũ, & procuratorem eorum nomine, & ipsos Priorem, Fratres, & Conuentum Eremitarum S. Augustini, & dictũ eorum syndicum, & procuratorem eorum nomine in Ecclesia ipsa nullum ius habere, nisi in quantum sibi concessum est. & exprimitur in priuilegio sæpe dicto pia mem. Sanctissimi in Christo Patru, & DD. Ioannis Papæ XXII. de quo supra facta est sæpe mentio.*

Addo cum plures sint Ecclesiæ, eidem D. Petri in Cœlo aureo Basilicæ subiectæ, quæ in signum propriæ illorum subiectionis annuũ censum, siue canonem à temporibus Luitprandi Regis soluere consueuerunt, & nunc etiam soluunt, (Census enim, siue canonis solutio subiectionis signum est. cap. Omnis anima, de censibus) prædictæ Ecclesiæ Abbati, vel Præposito, & Canonicis Regularibus semper ipsum censum, siue canonem soluerunt, nunquam verò Eremitis. Vnde ex hoc etiam capite conuincimus, penes canonicos eiusdem Ecclesiæ dominium semper mansisse, & nunquã vel in toto, vel in aliqua parte ad Eremitas translatũ.

XVII ATque tandem pro huius libri coronide infelicissimus, frigidũ esse, quod Ioannes Marquez cap. 2. pag. 6. col. 1. suum Coriolanum secutus scribit. Quotiescunque in libris sacrorum canonum, conciliorum, aut diplomatum Pontificiorum de Ordine S. Augustini absolutè, & sine alio addito mentio habetur, de Eremitarum ordine, non autem clericorum canonicorum intelligi debere. Quod enim ad sacros Canones spectat, in Decreto, ac etiam in Decretali nulla prorsus de isto Ordine mentio habetur in Sexto verò Decretalium duabus tantum vicibus nominantur Eremitæ sub hoc titulo Eremitarum, & non absolutè sub titulo Ordinis S. Augustini. In concilijs quoque vsque ad Generale Concilium Lugdunense sub Gregorio Decimo celebratum, nullus reperitur locus, in quo de Eremitis Augustinensibus vel vnum verbum habeatur. Porrò quod ad literas Pontificum, & sigillum Cancellariæ Apostolicæ attinet, in tantum abest, vt nomine Ordinis D. Augustini absolutè prolati veniant Eremitæ, vt nonnisi ab hominе huius rei prorsus ignaro id affirmari possit. Si totum librum, qui prouinciale Romanum dicitur, ex integro percurramus, ac etiam integrum librum taxarum Apostolicarum, in quibus omnes Ecclesiæ, & omnia monasteria per omnes mundi partes existentia sunt notata, inuenietur nunquam nomine monasterij, vel Ecclesiæ Ordinis S. Augustini absolutè prolati, denotari Ecclesiam, vel monasterium Eremitarum: sed è contrario semper, & plusquam semper Ecclesias, & monasteria canonicorum designari. Et quod omnem dubitationem tollit, in libro, qui vocatur Practica Cancellariæ Apostolicæ, in quo formularia traduntur secundum quæ scriptores Apostolici literas Apostolicas extendunt, ita legimus. *Sequitur modus viuendi de Ordinibus, & Religionibus Christianitatis, & eorum nominibus per Romanam Ecclesiam approbatis, & quibus eis dicuntur non Mendicantes, & qui Mendicantes, & qui Militiarum. Et primo de non Mendicantibus. Monachi: Ordo S. Basilij, & Caput vocatur Archimandrita. Canonici vocantur Ordo S. Augustini. Fratres: Ordo Mariæ Crucigerorum, &c.* & infra. *Prioratus Dominici Sepulchri Dominici de Calatambio. Ordinis S. Augustini.* & infra. *Mendicantium Ordines hi sunt, videlicet: Ordo Prædicatorum. Ordo fratrum Eremitarum S. Augustini. Prior Generalis Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, &c.* Vbi vides Ordinem Canonicorum absolutè vocari S. Augustini. Eremitarum autem è contrario non vocari Ordinem S. Augustini absolutè, sed Ordinem fratrum Eremitarum S. Augustini. Et ita passim habetur ex tota illa Praxi Cancellariæ Romanæ, & Apostolicæ. Vt meritò ridendus esset labor, si rem notissimam pluribus illustrare niteremur. Hæc de clericali Beatissimi Patris Augustini instituto, habitu, & de clericis canonicis per illum restitutis in hac prima parte dixisse sufficiat. Paucissima quidem de multis, quia plura omisimus ad vtiliora, & necessaria magis properantes, quæ, qui legere, & considerare dignabitur, verissima esse intelliget; sin autem palato non sano pane sit panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis, non nobis imputandum, sed illis, qui, vt Hieronymus scribit,

dum dicunt, quod non deberent, non-
nunquam coguntur audire,
quæ non vellent.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE SACRI

APOSTOLICIQVE ORDINIS CANONICORVM REGVLARIVM ORIGINE & Progressu

LIBER SECVNDVS,

GABRIELE PENNOTTO
NOVARIENSE EX CONGREGATIONE
Lateranensi Abbate, ac Theologo Autore.

Cum Licentia Superiorum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Excudebat Gerhardus Greuenbruch,
ANNO M.DC.XXX.

CAPITA

CAP. I. Omenicl… Conc…

II. De origi… propo…

III. Aliæ opin…

IV. Vera seu… Apell…

V. Beatos Apostolos, ac etiam om… cum abdicatione bonorum…

VI. Nonnulla corollaria ex ante…

VII. An Clerici Canonici ante D…

VIII. An idem Clerici Canonici an…

IX. De forma tonsuræ Clericorum…

X. Canonicorum Ordinem ab ag… floruisse, ac toti orbi notis…

XI. De Ecclesijs Cathedralibus, M… simum.

XII. De insigni reformatione Can…

XIII. De Augustiniana reformatio…

XIV. De Reformatione Sacrosanctæ… S. Augustini discipulum, &…

XV. De eodem Ordine Canonico in… luntur.

XVI. De alijs Ecclesijs Canonicorum…

XVII. De propagatione ipsius Ordin… nicia Romana constitutæ.

XVIII. De Ecclesia Petrulina, & de S…

XIX. Constantini Caietani argum… professionem expenduntur.

XX. De alijs Canonicorum Regul…

XXI. De Ecclesijs, & Monasterijs C… Vrbini, & Romandiolæ.

XXII. De Ecclesijs, & Monasterijs … censi, Regiensi, Parmensi…

XXIII. De Ecclesia Bononiensi, & Co…

XXIV. De Ecclesijs, & Monasterijs …

XXV. De Ecclesijs, & Monasterijs e…

XXVI. De Ecclesia Mediolanensi, &… Domnio, & Metropoli D…

XXVII. De Ecclesijs, & Monasterijs …

XXVIII. De Ecclesijs, & Monasterijs … Principatu Pedemontano…

XXIX. De Ecclesijs, & Monasterijs e…

XXX. De Propagatione Ordinis Ca… Mariæ de Pilari, siue de C…

XXXI. De cæteris Ecclesijs, & Mona…

XXXII. De Ecclesijs, & Monasterijs C…

XXXIII. De Propagatione Canonici Or…

XXXIV. De Propagatione Canonici C… instituta.

XXXV. Dubia nonnulla contra ea, q… solumtur.

XXXVI. De Ecclesijs, & Monasterijs C…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPITA SECVNDI LIBRI.

CAP. I. Nomenclatio multiplex, qua Clerici Canonici tum in iure Canonico, tum in Sacris Conciliis, & apud autores probatos nuncupari consueuerunt, explicatur.

II. De origine Canonicorum Clericorum, qui & Regulares vocantur, quæstio generalis proponitur, & Ioachimi sententia multiplicis erroris conuincitur, & reprobatur.

III. aliæ opiniones de origine Canonicorum Regularium referuntur, & reiiciuntur.

IV. Vera sententia de origine Canonicorum Regularium exponitur, quos à Sanctissimo Apostolo institutos demonstratiuè probatur.

V. Beatos Apostolos, ac etiam omnes Clericos ab Apostolis institutos in primitiua Ecclesia vitam communem cum abdicatione bonorum temporalium, & substantialia Religionis vouisse.

VI. Nonnulla corollaria ex antecedentibus deducta.

VII. An Clerici Canonici ante D. Augustinum aliquam certam determinatam Regulam haberent.

VIII. An idem Clerici Canonici ante D. Augustinum certum regularem habitum haberent.

IX. De forma tonsura Clericorum Apostolicorum.

X. Canonicorum Ordinem ab Apostolis fundatum vsq; ad B. Patris Augustini tempora continuatum maximè floruisse, ac toti orbi notissimum extitisse.

XI. De Ecclesijs Cathedralibus, Metropolitanis, & alijs Canonici Ordinis collegiatis ante D. Patrem Augustinum.

XII. De insigni reformatione Canonici Ordinis facta in Ecclesia Hipponensi per D. Patrem Augustinum.

XIII. De Augustiniana reformatione post excidium vrbis Hipponensis per totum orbem propagata.

XIV. De Reformatione Sacrosanctæ Patriarchalis Basilicæ Lateranensis facta per B. Gelasium Valerij filium, & S. Augustini discipulum, & Canonicum Regularem.

XV. De eodem Ordine Canonico in prafata Basilica reformato quorundam opiniones minus probabiles refelluntur.

XVI. De alijs Ecclesijs Canonicorum Regularium olim in Vrbe consistentibus.

XVII. De propagatione ipsius Ordinis Canonici per D. Augustinum reformati, per alias Ciuitates, & loca in Prouincia Romana constituta.

XVIII. De Ecclesia Ferentina, & de S. Herculano Episcopo, & Martyre, & Canonico Regulari.

XIX. Constantini Caietani argumentationes contra Canonicam S. Herculani Ferentini Episcopi, & Martyris professionem expenduntur, & soluuntur.

XX. De alijs Canonicorum Regularium Ecclesijs, & Monasterijs in Hetruria existentibus.

XXI. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium Prouinciarum Marchiæ Anchonitanæ, Ducatus Vrbini, & Romandiolæ.

XXII. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium existentibus in Episcopatibus Ferrarensi, Mutinensi, Regiensi, Parmensi, & Placentino, & Mantuano.

XXIII. De Ecclesia Bononiensi, & Collegijs Canonicorum Regularium in Episcopatu Bononiensi constitutis.

XXIV. De Ecclesijs, & Monasterijs Patriarchatus Gradensis, seu Venetiarum consistentibus.

XXV. De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Patriarchatu Aquileiensi, ac in toto Dominio Venetorum.

XXVI. De Ecclesia Mediolanensi, & alijs Ecclesijs, & Collegijs Canonicorum Regularium existentibus in toto Dominio, & Metropoli Ducatus Mediolani.

XXVII. De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Archiepiscopatu Ianuensi, & in Marchionatu Montisferrati.

XXVIII. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium existentibus in Archiepiscopatu Taurinensi, & Principatu Pedemontano.

XXIX. De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Regnis vtriusq; Siciliæ.

XXX. De Propagatione Ordinis Canonici in Prouincijs Hispaniarum, & primò de Ecclesia Cæsaraugustana S. Mariæ de Pilari, siue de Columna nuncupata.

XXXI. De cæteris Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum in Regnis, & Prouincijs Hispaniarum, excepta Lusitania.

XXXII. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum in Regno Lusitaniæ.

XXXIII. De Propagatione Canonici Ordinis, ac illius Ecclesijs, & Monasterijs in Regnis Galliarum.

XXXIV. De Propagatione Canonici Ordinis in Hybernia, & primò de S. Patricio eius Insulæ Apostolo, & illius instituto.

XXXV. Dubia nonnulla contracta, quæ de instituto S. Patricij capite præcedenti sunt tradita, proponuntur, & soluuntur.

XXXVI. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum in Regno Scotorum consistentibus.

XXXVII. De Ecclesijs, & Monasterijs Canonici Ordinis Anglicani.

XXXVIII. De antiquis, & recentibus Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum existentibus in Belgio.

XXXIX. De Propagatione Canonicorum Regularium, & Ecclesijs, & Monasterijs dicti Ordinis in Prouincia Germania.

XL. De Ecclesijs, & Monasterijs eiusdem Ordinis in Prouincijs, Moraui, Silesie, & in Regnis Polonie, Suecie & Norwegie.

XLI. De Propagatione eiusdem Canonici Ordinis in Imperio Orientali.

XLII. De multiplici eiusdem Canonici Ordinis reformatione.

XLIII. De Generali dicti Ordinis reformatione per Benedictum XII. promulgata.

XLIV. De nonnullis Capitulis Prouincialibus Canonicorum pro dicta generali reformatione executionem, & specialiter de Capitulo Papiensi.

XLV. De variis Canonicorum Congregationibus, & primo de Congregatione S. Frigidiani.

XLVI. De Congregatione Mortariensi sanctæ Crucis nuncupata.

XLVII. De Congregatione Portuensi apud Rauennam in littore Adriatico.

XLVIII. De Congregatione S. Mariæ ad Rhenum prope Bononiam in Æmilia.

XLIX. De Congregatione S. Mariæ de Crescentiaco apud Mediolanum.

L. De Congregatione S. Marci Mantuæ.

LI. De Congregatione S. Saluatoris, olim de Sylua lacus, nunc de Bonouia.

LII. Catalogus Monasteriorum dictæ Congregationis recensetur.

LIII. Corollaria nonnulla ex præcedentibus deducuntur, & nonnulla errata Iosephi Mozzegrugi corrigun

LIV. De quibusdam aliis Congregationibus Italicis Canonicorum Regularium.

LV. De Congregationibus Gallicanis, & primo de reformatione Canonici Ordinis facta per B. Iuonem Belnensem Episcopum Carnotensem.

LVI. De Congregatione Gallicana S. Ruffi amplissima.

LVII. De Congregatione S. Victoris Parisiensis.

LVIII. De Congregatione S. Laurentij de Plebe martyrium, siue de Vltio in Delphinat.

LIX. De Congregatione S. Crucis Colimbricensis.

LX. De Reformatione dictæ Congregationis, & illius Monasterijs.

LXI. De Viris Illustribus prædictæ Congregationis Colimbricensis.

LXII. De Congregatione Belgicæ S. Nicolai de Arroasia.

LXIII. De Congregatione Belgicæ Capituli Windesemensis nuncupata.

LXIV. Catalogus Monasteriorum tàm virorum, quàm mulierum dictæ Congregationis.

LXV. De Viris Illustribus ex eadem Congregatione prosectis.

LXVI. De quatuor aliis Congregationibus Marbacensi, Vallis Viridis, Nussiensi, & Olomutiensi.

LXVII. De Congregatione Dominici Sepulchri Ierosolimitana.

LXVIII. Quod Canonici dictarum Congregationum sunt essentialiter eiusdem Ordinis inter se, & cum antiquis Cathedralibus Augustinianis, & Apostolicis.

LXIX. De multiplici habitu Canonicorum Regularium.

LXX. De Canonicis Præmonstratensibus, & aliis quibusdam Ordinibus, qui dicuntur Canonici Regulares.

LXXI. De Canonici Ordinis eminentia, & iure præcedendi in Processionibus, Concilijs, & aliis actibus publicis, & privatis.

LXXII. De capacitate Canonicorum Regularium ad beneficia secularia obtinenda.

LXXIII. Quod ex Ordine Canonico cæteri Regularium Ordines, aut præcipui illorum Reformatores, & illustres prodierunt.

LXXIV. Catalogus omnium Congregationum, & Ordinum sub Magni Patris Augustini Regula militantium.

CVNCTIS REVER.MIS PATRIBVS ET OMNI VENERATIONE COLENDIS

Dominis Abbatibus, Generalibus Prioribus, caterisq; Sacri Canonici, Apostolicique Ordinis Prælatis, & Concanonicis sincera charitate dilectissimis.

D. GABRIEL PENNOTTVS

Concanonicus, & seruus humilis in Domino, S.

REGINALDVM Hestensem inter sacri Ierosolimitani belli Duces, & Principes inuictissimum, veneficæ cuiusdam incantationibus ab exercitu longissimè abductum, & inter amœnissimi pomarij delicias otio torpentem Poëta noster Italicus ad mentis vigorem, & castra fidelium citius reuocaturus, tale apud semetipsum iniit consilium, vt speculo adamantino illi ante oculos posito ad illius status ab auita maiorum suorum nobilitate longè degenerantis abiectionem, ac vtilitatem meditandam excitaret, mox Virgilium lib. 6. Æneidos aliquo pacto æmulatus ad solutas animi vires instaurandas, alterum clipeum omnia maiorum suorum egregia facinora, & res præclarè gestas miro quodam artificio depicta referentem, illi contemplandum exhiberet. Nec illum sua cogitatio fefellit, quandoquidem adolescens verè nobilis, & generosus rubore perfusus, & pudefactus nimium, non solùm à fallacibus Armidæ blandimentis statim resiliuit, verùm ad castra pedem referens, strenuè contra hostes certando, errata, & damna præcedentia, lucris sequentibus longè maioribus exequauit. Sanè, Religiosissimi, & mihi summa veneratione colendi Patres, & Canonici, ex innumeris penè metaphoris, quibus diuinæ scripturæ Cœlestis Ierosolimæ diuitias, fœlicitatem, & viam ad regnum æternę beatitudinis assequendum nobis proponere consueuerunt, vt nulla frequentior, sic etiam mea sententia, nulla consentanea, & apta magis, ea, qua Regnum æternę gloriæ sub specie, ac symbolo ciuitatis, siuè arcis munitissimæ obsidione vallatę, & per vim captę nobis exhibetur: hoc enim illud ipsum est, quod Vates Diuinus Ezechiel sanctam Ciuitatem Ierusalem in latere describere iubetur, & ordinare aduersus eam obsidionem, & ędificare munitiones, & comportare aggerem, & dare contra eam castra, & ponere arietes in gyro. quippe quod (vt Magnus Gregorius hom. 12. in Ezechielem aduertit) vt ad cœlestem Ierusalē, siuè ad ęternā pacis gaudia pertingere valeamus, hic proculdubio necessarium sit tribulationum certamina multa sustinere. Huc etiam tendit teste Origine homil. 7. in primum caput lib. Numerorum, quod populus electus, quem Deus tot portentis, & mi-

raculis de seruitute Pharaonis erutum, & per profundissimos maris vortices ficco vestigio deductum, manna de cœlo præstito, per annos quadraginta in deserto pauerat, nihilominus nonnisi contra Gigantes præliando, & per medios exercitus Cananeorum sibi districtis gladijs iter aperiendo, terram promissionis nuncupatã ingredi iubetur. *Quòd autem oporteat spirituales sequutias, quæ in cœlestibus esse dicuntur, qui sunt vox Canonici, studio imit. vt expediti ad cœlestia Regna transire possimus, & pro vbi indefinitis cœlestem patriam inhabitare*, quod euidentius expositit ipse Mundi Saluator apud Matthæum vndecimo cum inquit: *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* huc tandem tendit, quod præsens vita in sacris literis militia, siue exercitus dicitur apud Iob c.7. quod credentes Apostolus milites in stadio pugnantes, & in agone contendentes, & Regnum Gloriæ coronam, & brauium vocat, & semel, quod ipsamet Ecclesia in terris posita caterua militantium, & castrorum acies vsu apud Catholicos frequentissimo nuncupatur.

Porro autem in isto certamine, quo contra vitia, & peccata repugnantes, & aduersus mundi principes, & potestates, & rectores tenebrarum, & contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus dimicantes cœlestem Ierosolimam obsidemus, quemadmodum non ijdem, sed varij, ac multi pugnantium sunt Ordines ad varia munera obeunda, multipliciter per Diuinam Sapientiam dispositi; ita inter omnes primum, ac principem locum nostrum Sacrum Ordinem multis seculis tenuisse, testantur in primis innumera Sanctorum millia Canonicorum Regularium, qui pro Christi nomine contra seculi tyrannos, & aduersus portas inferi dimicantes, proprio sanguine militantem Ecclesiam meritis, triumphantem coronis, & ipsum Ordinem pluribus trophæis ditauerunt: ex quibus mille, ac sexcentos in album Sanctorum esse redactos, fatetur ex Anastasio, & ex Bibliotheca Romana Ioannes de Nigraualle Apostolicus Bibliothecarius, lib. siue epilogo 13. suarum Chronicarũ cap. 18. præter Confessores quatuor mille supra quingentos eidem Catalogo Sanctorum additos, quos ex eisdem autoribus collegit. Probant etiam innumeræ S. Doctorum caterue qui verbo, & scripto fidem Catholicam acriter contra sapientiam huius seculi, & versutas hæreticorum defendentes, tot voluminibus editis, tanquam splendor firmamenti refulgent, & veluti astra lucidissima in cœlo militantis, ac etiam triumphantis Ecclesiæ locati, fulgebunt in perpetuas æternitates. Confirmant tot Summi Pontifices, quos sex supra viginti tum ex Lateranensi, tum ex alijs Collegijs Canonicorum Regularium ad Summum Pontificatum euectos (præter illos, qui Vrbani I. tempora præcesserunt, qui omnes Clerici Canonici fuerunt) documentis certissimis probatur. vt multitudinem penè innumeram S R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Metropolitanorum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum omittamus, qui totam Ecclesiam Catholicam per annos circiter octingentos sanctissimè rexerunt. Ostendunt denique ipsæ Cathedrales Canonicorum Regularium Ecclesiæ, Metropolitanæ, ac etiam Patriarchales in quibus Canonicam normam per multa secula viguisse, & summa cum laude floruisse, per singularum fundationes, & vetusta cuiusque monumenta discurrentibus euidenter patebit, præter alia Collegia, ex quibus in Europa quatuor millia quinquaginta quinque, in Italia verò septingenta olim extitisse autor est libro vigesimo primo suorum Commentariorum Vrbanorum Volaterranus.

Verùm enimuero vt contrariam in partem nunc sermonem vertamus, quis non videt, quàm longè (proh dolor) hic talis, ac tantus Ordo, nescio quibusnam illecebris, aut fascinationibus, à primo illo splendore, & à primæuis Apostolicis institutis modò sit abductus, & à multis, qui ad castra nouissimè venerunt, quam longo interuallo præcedatur, & post terga relinquatur, & qui primus in acie constitutus cæteros præcedebat, quique olim regularis vitæ splendore, & numero virorum sanctitate, ac doctrina pollentium, & spiritu feruentium, solus ferè per vniuersam terram eminebat, & tanquam Sol sine diminutione proprij luminis cæteris omnibus Ordinibus lumen, formã, & spiritum, & ortum diffundebat, qualem nunc, & quantam luminis defectionem patiatur, & totus ferè in tenebris delitescat, & veluti miles defessus, aut senio confectus, aut mater annicula, quę vacuis, & laxatis vberibus in angulo sedeat, à cunctis postpo-

natur)

natur,& forsan etiam despectui habeatur? Vbi enim nunc primus ille Canonicæ disciplinæ vigor,splendor,ac spiritus,qui in nostris maioribus fulgebat? Vbi prisci illi proceres Hæreticorum domitores,& prostratores validissimi Augustinus, Athanasius,Prosper,Gelasius? Vbi Theologorum Principes,& Magistri doctissimi Hugo, & Riccardus Victorini,& Petrus Lombardus? Vbi Ecclesiasticæ dignitatis, & immunitatis etiam cũ periculo vitæ,& effusione sanguinis defensores fortissimi vterque Thomas Martyr, scilicet Cantuariensis,& Parisiensis vterq; Alexander Pontifex,Secundus ac Tertius? Vbi nunc Sanctissimi Præsules mirabilium patratores, infernalibus spiritibus nimis formidabiles,Patritius,Frigdianus,Vbaldus,& Bernardus? Vbi Canonicæ disciplinæ reparatores zelo Dei feruidissimi Iuo Carnotensis,Vbaldus idem Eugubinus,Petrus Rauennatensis,Theotonius Colimbricensis,Ioannes Rusbrochius Bruxellensis, Bartholomæus Columna Romanus,Leo,& Thadæus Papienses? Vbi tandem nunc tot Canonicorum cœtus,collegia,congregationes, & Ecclesiæ Cathedrales, quibus olim veluti astris lucidis totus terrarum Orbis fulgebat,scio quidem,nec inficior R. P.hanc tantã cladem magna ex parte nostro Ordini contigisse,vel ex infidelium,& hæreticorum persecutionibus,vel ob dira schismata quę non semel Ecclesiam vexauerunt,& ferè ad triarios redegerunt:vel etiam ob secularium quorundam inexplebilem nimis auaritiam, bonis temporalibus religiosorum nunquam non inuidentium , nunquam non inhiantium, tamq; tunc vel maxime confirmatam,& auctam,cum Ecclesiæ,& Monasteria nõ tam Pastoribus regularibus,sed Clericis secularibus in commendam,vt aiunt, conferri cœperunt. Quod malum,vtpote grauissimum,& non solùm Ordinibus regularium,sed toti Ecclesiæ valde perniciosum Sanctissimus Pontifex Clemens V. in Extrauaganti Ex supernæ de Præbendis.sic deplorabat. *Sanè pridem nos licet insufficientibus meritis ad Summum Apostolatus apicem,sicut Domino placuit euocati,ab ipso nostræ promotionis exordio antiqua nobilia Regum, Prælatorũ, Magnatorum,& aliarum nobilium personarum Ecclesiasticarum,& secularium omnes existentes, ac ipsorum aliquibus,tum quia in terris morantes eorum, gradum huiusmodi promotionis habuimus,tum quia solita ad eos amicitia specialibus affectibus ducebamur,aliquibus verò ex assuetæ Romanorum Pontificum liberalitate, quam in suis exercere sunt soliti nouit actibus,volentes honoris,& liberalitatis affluentia complacere,ad eorum tamen importunas, & multiplicatas precum instantias nonnullis clericis,& personis Ecclesiasticis religiosis, & secularibus diuersorum Ordinum,dignitatu,conditionum,& statuum Patriarchales,& Archiepiscopales,& Episcopales Ecclesias,ac Monasteria destituta Pastoribus,sub commendæ,vel custodiæ,vel curæ,vel guardiæ,aut administrationis titulo,nominè non abhinc annos perpetuò ad vitam,seu ad spatium certi temporis committenda,super his antea tales videlicet, tantarq; gratias per nos fieri decusserit,variorum,ac diuorum negotiorum multiplicitate distracti,vsquè ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos his diebus visitauit Omnipotens,nequiuimus cogitare plenariè. Verùm in debilitate ipsius Ægritudinis constituti,à negotiorum vtcunq; discussione remoti,ab hoc sub diligenti examine duximus acriem nostræ mentis, hinc inde proferendam. Inde siquidem euidenter,quod Ecclesiarum,& Monasteriorum eorumdem cura negligitur,bona, & intra dissipantur ipsorum.ac subiectis eis personis, & populis spiritualiter plurimum,& temporaliter derogatur,cuius redundat ad noxam,qua dicebantur cedere ad profectum,ac nedum ipsis,sed etiam Romanæ Matri Ecclesiæ,quæ disponente Domino ipsorum caput fore dignoscitur, & Magistra, grauiora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur hujusmodi,& tantis dispendijs vlterius causam relinquere,sed volentes potius opportunum,& debitum in hac parte remedium adhibere,omnes, & singulas promissiones huiusmodi per nos,vt præmittitur factas,quibuscunque, cuiuscunque Ordinis,dignitatis,aut status,sed etiam S.R.E.Cardinalibus,quoquè modo,vel tempore factæ noscantur, auctoritate Apostolica ex nunc ex certa scientia,reuocamus,cassamus,& annullamus, & decernimus de cætero non habere aliquam roboris firmitatem.* Sanctissimè profectò.nam vt scitè,& verissimè Ioan. Trullus lib.1.cap.38. hanc ipsam extrauagantem perpendens aduertit. hi commendatarij illi sunt, qui Monasteria relaxauerunt,labefactauerunt,& corruperunt:quam ob causam, vt malo tam grandi remedium adhiberent,non solùm dictus Pontifex Decretum nunc recitatum edidit,verumetiam Concilia Generalia,& Oecumenica Lateranense sub Leone X. & Tridentinum sub Pio IV.alias saluberrimas constitutiones condiderunt, quæ in Lateranensi sess.9.cap.3.& in Trident. sess.14. cap.10. & sess.25. de Regul.videri possunt. quanquam omnia ferè incassum,siue ob difficultates temporũ,siuè ob alias causas, quas mihi curiosius perueſtigare non licet. Cæterum vt hæc omnia verissima esse concedamus,tamen quis nostrum neget,complura etiam Collegia Regularium Canonicorum mundana conuersatione intro demissa,deficiẽte paulatim suauitate spiritualis deuotionis,

nis,feruore disciplinæ canonicæ,& zelo sanctæ religionis penitus extincto propria voluntate suaue iugum vitę regularis excussisse, & ad secularitatem omnimodam concessisse(Quis etiam neget,alia non pauca Monasteria, etsi regularis instituti modicũ quid nunc etiam retineant,adeò tamen à primo illo instituto Apostolico relaxata, sine capite,sine congregatione,sine Prelatorum regularium visitatione,& consequenter sine interno spiritu vix aliquid regularitatis habere præter nomen,& habitum, qui tamen in multis varius,& diuersus est,& multipliciter detruncatus?

Hanc profectò tantam,& tam grauem nostri Ordinis iacturam,& defectionẽ sanguineis lacrymis verè deplorandam,quam,vt ingenuè dicam,nunquam absque ingenti animi mœrore ad memoriam reuoco.multis ab hinc annis mecum ipse reputans, & de rem edijs opportunis ad illam instaurandam non semel recogitans,cum multam ad tam molem mouendam conducibilia,ne dicam necessaria,sese mihi obtulissent,nihil tamen magis opportunum,aut efficax,vel etiam necessarium existimaui,quàm,vt frequẽtius nostrę conditionis dignitatem,& generis nobilitatem, à nostris secundum Deum Parentibus,nimirum à Sanctissimis Apostolis,& viris Apostolicis primis nostri Ordinis autoribus spirituali propagatione in nos deriuatam, & transfusam impensè meditemur:necnon etiam ipsorum Parentum nostrorum egregia facinora, & res præclare gestas solicita consideratione ad memoriam reuocemus.Est equidem,fuitq; semper apud omnes homines tantarum virium hæc ipsa meditatio,vt non solùm innumeros ad laboriosa opera,& difficillima obeunda impulerit,sed etiam ob auitam nobilitatem,& propriam dignitatem seruandam,infiniti propemodum bona omnia fortunæ, & animâ ipsam libentissimè profuderint.Ita,vt de multis paucissimos referã, strenuissimus Machabæorum Dux in vitæ discrimine cum suis constitutus,glorioſam mortem, inquit sacer textus,magis,quàm turpem fugam suasit, ne proprię gloriæ aliquam maculam inferre videretur. Ita grandæuus,& omni laude celebrandus Eleazarus ad ritum Gentium à patrijs legibus transfugere suasus,recogitans proprię senectutis eminentiam,& ingenitę nobilitatis canitiem,ne maculam, & execrationem propriæ senectuti conquireret, gloriosissimam mortem potius, quàm odibilem vitam elegit.Ita demum legis Diuinæ zelantissimus Razeias Spiritu S. impellente, elegit potius nobiliter mori, quàm subditus fieri peccatoribus,& contra natales suos indignis iniurijs agi. Præclarissimus etiam Vates Isaias,vt populum Hebræorum ab execrandis Idololatriæ vitijs ad cultum,& studium sanctæ religionis reuocaret ad auitæ nobilitatis recordationẽ prouocabat dicens: *Attendite ad Abraham Patrem vestrum, & Saram, quæ peperit vos.* è contrario verò Saluator noster Ioan.8.Iudæos tanquam à Paterna gloria degeneres redarguens,aiebat: *Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ facere.* Porro cum apud omnes homines tantas habeat vires hæc ipsa recordatio,nulli tamen sunt,apud quos maiores habere deberet, quàm apud nos, Religiosissimi Patres,qui nostrum genus,& originem secundum spiritualem nostri Ordinis propagationem,non ad mundi Principes,& seculi Monarchas,sed ad ipsosmet Christianę religionis Protoparentes,& Principes iurè,ac meritò referendum putamus, quibus illud Apostolicum verissimè conuenire potest: *Iam non estis hospites, & aduenæ,sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei,superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV.*

Hanc igitur potissimum ob causam,vt in communi negotio,& periculo,cui, quòd omnes tangat,cuique pro viribus occurrere tenemur,ipse quoque licet consilio,ac viribus omnium minimus,meum qualecunq; auxilium,seu famulitium conferrem, Poëtã antedictum quadantenus æmulatus,vt in primis meipsum, deinde cęteros omnes met Ordinis Canonicos,ad tàm piam,religiosam,& salubrem cogitationem,siue recordationem prouocarem, tum mihi, tum vobis omnibus duplicem clypeum ante mentis oculos exponendum iudicaui,vt in altero nosmetipsos.& nostræ dignitatis eminentiam tanquam in speculo cernere possimus:in altero verò tanquam in imagine, maiorum nostrorum res probè gestas,& præclara facinora contemplari valeamus. Speculum iam obtuli primum,s.librum,qui circa S.mi P.nostri Augustini institutum,& vitæ normam,

& Regulam Canonicam, ad exemplar vitæ Apostolicæ conquadratam totus versatur. Hæc enim Patres Clericorum Canonicorum speculum est, quam idcirco per antonomasiam speculum vocamus, quam S.mus Præsul diù ante oculos tenere iubet, vt spiritualis pulchritudinis amatores in libello isto tanquam in speculo frequentius nosmetipsos conspicere, & errata corrigere, & mores nostros in meliùs reformare possimus. Alterum nunc profero, maiorum nostrorum seriem, & res gestas referentem, hunc videlicet secundùm librũ, qui Ordinis originem, progressum, Ecclesias cathedrales, Metropolitanas, Patriarchales, Monasteria, varias per secula reformationes, & Canonicorum congregationes. Viros quoq; sanctitate, doctrina, & dignitate conspicuos, si non oẽs, & omnia, quod vires meas longè excedebat, maxima saltẽ ex parte conspiciendos præbebit. Exiguum sanè ingentis animi mei, & summæ in vos, & in totum Ordinem obseruãtiæ apophoretum, sed tamen magno labore comparatũ, cuius conquisitio eò mihi difficilior extitit, quod licet ante nos de quibusdam peculiaribus Canonicorum congregationibus quidam nonnihil scripserint: tamen de toto Ordine nullus, aut nonnisi valde pauca, & cum maxima diminutione, & obscuritate tractauerit. Nec tamen iactauerim, ita diligenter, & exactè prouinciam istam difficillimam me absoluisse, vt non plura ad eiusdem Ordinis dignitatem spectantia, præcipuè ad Catalogos Ecclesiarum, Monasteriorum, & Virorum illustrium integrandos, meritò desiderari possint. Quemadmodum etiam non negauerim, in quibusdam decipi me potuisse, vel Codices manuscriptos amanuensium vitio corruptos, vel libros Typographorum incuria deprauatos offendentẽ; vel Historiarum errores vix emendabiles sequentem, maximè circa nomina particularium monasteriorum, vel locorũ ex manuscriptis nonnullis taxarum Cam. Apost. libris collecta, circa quæ nullus ferè non aliquando hallucinabitur, nisi qui omnium Gentiũ idiomata didicerit, & omnia orbis terræ loca exactè lustrauerit, & eorum nomina prorsùs assecutus fuerit: Mihi satis sit, viam difficilem aggressum primum, alijs indicasse: vt fortè non immeritò cum nostro Poëtã dixerim.

Nulla erat via, præcepta, atque aspera saxa,
Et densi latè obducebant omnia vepres,
Ipse manu validam quatiens vtraque bipennem,
Latum limitem ago, fruticum cedentibus imbre:
Iamq; aditus datur, atque via licet ire patenti.

Reliquum nunc erit, ne noster qualiscunque labor suo fructu vacuus maneat, nosmetipsos in hoc speculo conspicientes, nostræ dignitatis sedulò eminentiam recogitare, & ad petram aspicere, & ad cauernam laci vnde præcisi sumus: necnon etiam S.mi P. Augustini, cæterorumq; Virorum Apostolicorum parentum nostrorum virtutes, mores, gesta præclara, & facinora sæpius recolere. Ita namq; fiet, vt spretis fallacibus, blandimentis, quibus nostri nos inimici ab expugnanda cœlesti Ierosolima longius abducere nituntur, non solum excusso torpore ad sanam mentem reuertamur: verumetiam tãquam generosæ soboles auitam gloriam æmulantes, ad prima castra, videlicet ad primæuum canonici Ordinis vigorem, & splendorem per veram reformationem cito reuertamur, & damna præterita lucris sequentibus exæquare satagamus. ne de nobis illud verè dici possit, quod de nonnullis Canonicis Iacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinalis, & nostri Ordinis illustrator, vir Dei zelo plenus, in suo lib. Historiæ Occidentalis c. 21. non sine graui animi mœrore aiebat. *Ipsi enim tanquam sepulchra foris dealbata, intus autem pleni immunditijs, & ossibus mortuorum, & putredine cadauerum, adeò fœtentes in naribus bonorum virorum sicũ cohabitantium effecti sunt, quod multi, cum iam sustinere non possent, ab eis discesserunt, ad aliam religionem mutato habitu fugientes: quidam autem in eodem habitu, & sub eadem regula permanentes prædictis velut foliis defluentibus, fortiter perstiterunt ad obseruantiam regulæ sanctæ, & reformationem regularium institutionum tàm in se, quàm in alijs tota virtute laborantes, & totis desiderijs anhelantes.* Hæc Vitriacus ibidem.

CAPVT PRIMVM.

Nomenclatio multiplex, qua Clerici Canonici tum in Iure Canonico, tum in sacris Concilijs, & apud autores probatos nuncupari consueuerunt, explicatur.

I. DE origine, procursu, Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, Monasterijs, varijs Reformationibus, Congregationibus, Sacri, Apostolicique ordinis Canonicorum regularium, necnon de quibusdam eiusdem Ordinis Priuilegijs, & præmi nentijs ad omnipotentis Dei, & illius Genitricis Virginis, necnon Beatissimi Patris Nostri Augustini, & omnium Sanctorum honorem, & gloriã, in hoc secundo libro cum diuini auxilij confidentia verba facturi, ne in progressu operis ob nominum multiplicitatem, & varietatem in errores labamur, à multiplici nominum varietate, quibus ipsi Canonici Regulares à Romanis Pontificibus, Concilijs, Patribus, Historicis, & Iuris vtriusque Doctoribus passim nuncupari consueuerunt, ipsam tractationem exordiendam arbitramur. Vocantur enim ipsi Canonici regulares non vnico, sed multiplici nomine. Primò quidem absoluto nomine Clerici. Secundò Clerici Regulares. Tertio Clerici Religiosi. Quarto Clerici Canonici. Quinto absoluto nomine Canonici. Sexto Canonici Regulares. Septimo Canonici Religiosi. Octauo absoluto nomine Monachi. Nono Monachi Canonici. Decimo Fratres. Vndecimo Dõni, seu Domini. Quarum omnium denominationum rationes assignare, & explicare, priusquam ad vlteriora gradum faciamus, operæ pretium fore iudicaui.

II. ET quidem absoluto, ac simplici nomine Clericorum sæpissime à probatis autoribus appellatos ipsos Canonicos Regulares, præter D. Augustinum in tribus sermonibus de communi vita Clericorum, in quibus de clericis, quos modo Regulares Canonicos vocamus, ex omnium consensu loquitur, testes sunt Clemens I. in epist. 5. ad Iacobum fratrem Domini. Vrbanus I. in epist. ad omnes Christi fideles, quæ referuntur in cap. Dilectissimis, & cap. Scimus 12. q. 1. Conc. Aquisgrani sub Ludouico Pio celebratum cap. 118. & 120. necnon Innocentius III. in epist. ad Priorẽ & Clericos S. Petri apud Spoletum in primo libro epistolarum huius Pontificis pag. 283. iunctis, quæ legi possunt apud Gratianum in suo Decreto causa 12 q. 1. per totum, & in cap. Legi epistolam. cap. Decimas. 16. q. 1 cap. Quidam Monachorum. 18. q. 2. ac etiam in Decretalibus sub titulo de vita, & honestate Clericorum, sub quo tàm Regulares, quã seculares clerici ex omnium Doctorum consensione comprehenduntur.

Huius autem denominationis ratio duplex, ita que verissima reddi potest, altera ex ipsa nominis etymologia: altera verò ex fine, ac institutio eiusdẽ Canonici ordinis accepta. Nam quod ad primam attinet, si vocis etymon attendamus, quid aliud hoc nomen Clericus sonat, nisi eum, qui omnibus seculi facultatibus renuncians, solum Deum sortẽ suam elegit, ab ipso Deo vicissim in suam sortem receptus? quemadmodum D. Hieron. ad Nepotianum de Institutione Clericorum à Gratiano in cap. Clericus 12. q. 1 his verbis apertissimè tellatur: *Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretatur proprium nomen suum, & nominis definitione prolatanitatur esse, quod dicitur. si enim cliros græcè, sors latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, idest pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se debet exhibere, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit. pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest: quod si quidpiam aliud habuerit, præter Dominum, pars eius non erit Dominus, verbi gratia. Si aurum, si argentum, si possessiones, si varias supellectilem, cum istis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. &c.* Hinc dum clericatui quis initiatur, tondetur ab Episcopo dicens, Dominus pars hæreditatis meæ: quia capillorum depositio, rerũ temporalium depositionem significat, ad perfectã omnium temporalium bonorum renunciationem designandam, vt idem met Hieronymus in epistola ad quendam Leuitam in cap. Duo. eadem causa. & quæstione relatus scribit. Hinc iure merito deducit Panormitanus in cap. Licet. de officio Ordinarij, nomen clerici rectius, & verius, & magis propriè conuenire clericis siue canonicis regularibus, quàm secularibus. *Nota*, inquit, *Glos. in quare clerici, qui non sunt alicuius Religionis, dicantur clerici seculares: participant enim Religiosis, & in hoc appellantur clerici. Item participant laicis: & hoc respectu appellantur seculares.* Quod etiam notatur in additionibus marginalibus ad dictã Glossam in verbo Sectulares, & Speculator in suo Rationali diuinorum offic. lib. 6. cap. Siue rubrica de septẽ diebus post Pascha, referens consuetudinem quarundam Ecclesiarum, in quibus à Paschate vsque ad Pentecosten in Matutino nõ dicebantur, nisi tres Psalmi, eam multipliciter corrigit. sed ob hoc præcipue, quia, inquit, inter canonicos regulares, & alios clericos, qui vsurpato nomine seculares dicũtur, nulla debet esse quoad hoc differentia: nam & ipsi magna ex parte antiquitus Regulares fuerũt. cap. Quia. cap. Scimus, & cap. seq. & cap. Certe extra de vita & honest. Clericorum. cap. Quoniã. & certum est, quod canonici Regulares in octaua

Relur-

Resurrectionis dicunt in Nocturnis nouem Lectiones, cum octo Responsorijs, vt D. Augustinũ omittamus in sermone primo, & secundo de communi vita Clericorum, vocanté clericos proprietarios cœcos, & claudos, & hipocrytas.

Altera ratio eiusdem denominationis ex ipsa natura instituti, siue ex fine ipsorum Canonicorum Regularium deprompta hæc est, quia nimirum ipsis Canonicis Regularibus ex propria natura, & ex vi illorum professionis competit clericatus, quod non ita accipias, vt Canonicus Regularis nascatur clericus, vel quod per solam professionem sine collatione ordinis clericus efficiatur, vt ad nos carpendos Zoili quidam accipiunt: sed quia Canonici Regulares ex vi illorum institutionis clericatui deputantur, & ad munera clericorum exercenda, quæ sunt verbi Dei prædicatio, Sacramentorum dispensatio, & animarum regimen, vt scitè D. Thomas 2. secundæ quæst. 189. art. 8. ad secundum hisce præcisis verbis notauit ilicens: *Ad secundum dicendum, quod vtraque Religio, scilicet Monachorum, & Canonicorum Regularium ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ, inter quæ præcipua sunt ea, quæ aguntur in diuinis mysterijs, ad quæ ordinatur directè ordo Canonicorum Regularium, quibus per se competit, quod sint clerici Religiosi: sed ad Religionem Monachorum non per se competit, vt sint clerici, vt habetur in Decretis 16. quæst. 1.* Hinc Pius IV. constitut. 15. qua Canonicos Lateranenses Monachis præferendos declarat, ac decernit, inter alia suæ determinationis fundamenta hoc præcipuum recensét, dicens: *Eosdem Canonicos tam suæ antiquæ institutionis humilitate, quàm etiam dignitatis clericalis, qua eos statim, quòd professionem regularem emittunt, insignitos esse oportet, &c.* Hinc etiam in constitutionibus Canonicæ Portuensis præclarissimæ olim Congregationis Principis, & nunc nostræ Lateranensis familiæ Collegij cum primis nobilis, per Paschalem Secundum firmatis, parte prima capite nono, qui ad Congregationem Canonicorum admittebantur, priusquam solemnem professionem emitterent, in chorum deducebantur, & clerici secundũ vsum, & consuetudinem fiebant, ac deinde in medio fratrum prostrati professionis cartulam legebant, quod etiã in Constitutionibus nostræ Congregationis parte 2. cap. 15. cauetur.

III. Secundò vocantur ijdem Regulares Canonici clerici Regulares, quæ nuncupatio frequentissima est tum in iure Canonico, & in Sacris Conciljs, tum apud Iuris Canonici Interpretes, & Glossatores, vt videri potest apud Glossam 12. q. 1. in principio, aduertentem, Canones ibi loci à Gratiano compilatos, quibus clericis temporalium bonorum possessio interdicitur, de Regularibus non de secularibus loqui, & in cap. Plerique de Pactis, & capite primo de filijs presbyterorum, & in constitutione Eugenij Quarti, qua eosdem Canonicos Lateranenſi Basilicæ vti veros originarios illius clericos reddens, Regulares clericos nuncupauit. Est porro vetustissimus in Ecclesia Catholica hic loquendi modus, quo clericorum genus in duas species diuidentes, alios Regulares, alios verò seculares appellare consueuerunt, non quòd ab initio nascentis Ecclesiæ fuerint clerici seculares à Regularibus distincti, vt falsò Præpositus in capite primo 44. distinct. scribit: sed quia frigescente in animis fidelium primæuo illius Apostolici instituti clericorum nascentis Ecclesiæ disciplina, cum paulatim tolerari cœpisset, vt clerici proprium possiderent, ad grauiora peccata, maximè verò ad multorum hipocrysim vitandam, vt Augustinus sermone primo, & secundo de communi vita clericorum scribit, & referturin capite Nolo. duodecima quæst. prima, paulatim quoque distinctio clericorum in Regulares, & seculares in Ecclesia Catholica obtinere cœpit, vt qui primæuum regularis vitę institutum cum abdicatione bonorum temporalium, & professione vitæ communis in Actis Apostolorum laudatæ retinuissent, Regulares clerici vocarentur: qui verò ab illo sancto instituto recedentes more secularium proprium habere voluissent, seculares clerici nuncuparentur. quemadmodum Glossa in capite Licet. in verbo seculares. de officio Iudicis Ordinarij, & Abbas ibidem obseruarunt.

IV. Tertiò Clericos Religiosos nuncupauerunt Isidorus Hispalensis libro secundo de Officijs capite tertio. Concilium Aquisgrani sub Ludouico Pio capite centesimoprimo, & clarissimè Alexander Secundus in capite Præter. trigesima secunda distinctio. dum inquit: *Præcipientes etiam statuimus, vt his prædictorum Ordinum, qui eisdem præcessoribus nostris obedientes, castitatem seruauerint, iuxta Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet Religiosos Clericos, simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Ecclesijs competit, communiter habeant.* Qua verò ratione tales dicantur, in promptu est responsio: quia modo quodam peculiari iunt diuino cultui mancipati: nam vt Beatus Augustinus lib. 10. de Ciuit. cap. primo fatetur. *Cum de cultu Deitatis veritus quæritur, fideliter dicere valemus, Religionem non esse nisi Dei cultum.* Hinc namque fit, vt quemadmodum non vnico, sed multiplici modo potest aliquis diuino cultui dicari: ita non vno, sed multis modis consueuerint homines religiosi nuncupari: nam primo generali quadam nuncupatione Religiosi nuncupari solent quicunque per fidem, & baptismi susceptionem Christo nomen dederunt: quod nimirum per ipsam fidem, & baptismi susceptionem homines cultui diuino primitus dicentur. quin & ipsam fidem Religionem vocare, frequens Sacrorum Canonum est vsus cap. Id constituimus. cum seq. cap. Si quis. primo & secundo. 17. quæst. 4. capit. Sic enim. 28. quæst. 1. iuxta quam acceptionem scripsit B. Augustinus librum

de

de vera, & falsa Religione, & Ecclesia in Collecta Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli inquit: *Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos Religionis sumpsit exordium.* Secundò dedicatur aliquis post baptismum cultui diuino per speciale opus fidei superadditum, ad Dei honorem exhibitum, quo pacto B. Iacobus in sua Canonica cap. 1. Misericordiæ opus pauperibus ob Dei amorem exhibitum, Religionem appellauit. *Religio*, inquit, *munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.* In hoc sensu intelligendus D. Augustinus lib. 22. de Ciuitate cap 8. vbi Innocentium ciuem Carthaginensem eiusdem Augustini hospitem virum religiosissimum cum tota domo sua nuncupauit. Iuxta quem sensum loquuntur Sacri Canones cap. Si quis nuptias. 30. dist. cap Si quis vituperat 31 dist. cap. Non licet. 44. dist. cap. de Iudæis 45. dist. cap. Bene quidem. 96. dist. cap. Nos ad fidem. eadem 96 dist. cap. Laicis. 16. quæst. 7. cap. Si vos fratres 23. quæst. 8 cap. Viduæ. cap. Mulieres. cap. Si quis rapuerit. cap. Vidua. 27. q. 1. cap. Plerique de consid. 4. cap. Ecclesia, de Constitution. cum alijs sexcentis, quæ passim occurrere possunt. Tertiò potest quis diuino cultui magis specialiter per susceptionem sacri Ordinis mancipari: nam dum clericus aliquis efficitur, omnibus rebus huius seculi speciali quodam modo se renunciare fatetur, & solùm Deum se habere velle Patrem profitetur: vt illa verba ostendunt, quæ clericus in sua consecratione dicit: *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* quo pacto clerici omnes speciali quadam ratione præ cæteris fidelibus personæ Religiosæ dicuntur. cap. Præter. 32. d. cap Finali. 60. d. cap. Sacrorum. 65. d. & cap. Quicunque. 12. q. 2. & alijs, quæ breuitatis gratia omittuntur. Demum quarto modo specialissimo potest aliquis diuino cultui dicari per solemnem votorum professionem, & hoc quarto modo illi omnes, ac soli Religiosi dicuntur, qui per solemnem emissionem votorum Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis seipsos diuinis obsequijs nuncupauerunt, vt notat Abbas in cap. Dilecta, de maioritate & obedientia. & iuxta hanc acceptionem inquit D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 1. Religionē importare statum cum deliberatione, & nouo habitu assumpto, omnibus istis modis Canonici Regulares dicuntur Religiosi: quia seipsos cultui diuino primò per fidem, & baptismum, secundò per exercitium bonorum operum, tertiò per susceptionem Sacrorum Ordinum, quartò per solemnem professionem Religionis cum trium votorum emissione dedicauerunt.

V. QVartò, vocantur Clerici Canonici in Concilio Romano sub Eugenio II. siue sub Leone III. in libro, qui dicitur Canonicus quinque Capitulorum, in eodem Concilio edito, cuius fragmētum refertur in cap. In omnibus de Consecrat. d. 5. necnon ab Alexandro III. in cap. Dilecti de Iudicijs, & ab Innocentio III. in epistola ad Præpositum, & fratres S. Vincentij Papiæ, in 1. lib. epistolarum eiusdem Pontificis pag. mihi 56. quippe quod ad differentiam secularium clericorum illi sub regulari disciplina vitam moderentur: nam Canonicus à Canone, qui est Latinè regula, vocatur.

VI. QVintò, appellantur absolutè Canonici vsu antiquissimo, & frequentissimo apud omnes veteres ante sexcentos annos recepto adeò, vt supponat B. Petrus Damiani pro re notissima, vsque ad sua tempora nomine Canonicorum solos Regulares clericos venire consueuisse, quemadmodum videri potest apud illum in suis epistolis quinto libro epist. 9. ad Iericos Fanenses data, vbi conera clericos proprietarios, qui cum sine regula viuerent, Canonici nihilominus nuncupari affectabāt. *Plane*, inquit, *quo pacto quis valeat dici Canonicus, nisi sit regularis, quomodo monachus, nisi iuxta vim sui nominis sit etiam singularis? volunt siquidem Canonici hoc est regulare nomen habere, sed non regulariter viuere. Amabant communia Ecclesiæ bona dividere, asserunt autem apud Ecclesiam communiter habere. Verumtamen non est hæc primitiuæ Ecclesiæ forma: satis exorbitat ab institutionis Apostolicæ disciplina &c.* Quod præter ipsum Petrum Damiani monstrant etiam verba Concilij apud Illebonum in Anglia sub Gulielmo Rege anno 1080. paulò post mortem eiusdem B. Petri Damiani celebrati, quod videri potest apud Oldericum Vitalem monachum Vticensem in sua historia Ecclesiastica lib. 5. sub anno 1080. cap. 15. ad finem, & cap. 3. in princ. dicti Cōcilij. Necnon etiam Concil. Claremont. sub Vrbano II. anno 1095. celebratum can. 11. 12. & 15. apud Baronium tom. 11. sub anno 1095. nu. 20. & seq. Videatur pro hac sententia Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 22. q. 2. vbi etiam tractat de origine, & antiquitate huius nominis Canonicus. Esse verò antiquissimum & receptissimum hūc vsum vocandi Canonicos Regulares simplici nomine Canonicorum absque alio addito, constat primò ex D. Basilio tum in animaduersionibus ad Canonicos delinquentes, tum ex libro Monasticarum constitutionum cap. 19. cuius est titulus: ad Canonicos, hoc est Regularem vitam in Cœnobijs degentes, ac exinde ex Concilio Turonensi sub Leone III. & Carolo magno, Aquisgrani sub Stephano IV. & Ludouico Pio, & ex Moguntino sub eodem Ludouico celebratis per multa capita. Sic etiam ex Gratiani decreto in cap. Obseruandum 15. qu. 2. cap. Pernicioſam 18. qu. 2. cap. in omnibus de Consecrat. d. 5. cap. Cum causam. cap. Cumana. de electione. cap. post translationem. de Renunciatione. cap. Intelleximus. de ætate, & qualitate. cap. Cum in Ecclesijs. de maioritate & obedientia. cap. Dilecti. de iudicijs. cap. Cum super. de Confessis. cap. Cum venissent. de restitut. Spoliatorum. cap. ex literis. de dolo, & contumacia. cap cum V. & A. de sententia, & de re iudicata. c Cum causam de Appellationibus. cap. ad nostrū. de Constitu. vel inutili. cap. Sicut nobis. cap. Licet. de Regularibus.

VII. SExtò vocantur Canonici Regulares, quæ nomenclatio nunc frequentissima est, & ferè [illegible] modum ex titulo de statu Monachorum, & [illegible] nonicorum Regularium, & alijs locis innumeris nuncupari licet: quæ laboriosum esset potiùs, quam [illegible] repetitionis, hoc loco recensere. Porrò cum [illegible] nonicus à Canone, qui Latinè est regula, dicatur [illegible] ac proinde idem sit Canonicus, quod Regularis [illegible] non dicuntur, qui geminatam istam nomenclaturam [illegible] Canonicorum Regularium reprehendant, quia [illegible] non semel contenti Canonici siue Regulares [illegible] pellari geminato vocabulo Canonici Regulares, [illegible] hoc est, Regulares Regulares nuncupari velint, [illegible] inquit, Vives in 3. de Ciuit. cap. 15.) *est regulare quod Canonicus, a Canone græco, hunc quidam morem D. Augustini, ac non semel patentur Regulares, hoc verò addunt.* Audacter magis Coriolanus in [illegible] seruico par. 1. cap. 5. ad tertium argumentum [illegible] dum vocabulorum geminationem non solùm [illegible] genuinis, sed etiam superstitionis notauit. Quia [illegible] tum adtertium, inquit, *dico quod iste terminus C[illegible] nus Regularis potest supponere pro quibuscunque [illegible] nonicis secularibus, in casu quo in Ecclesijs Cathedr[illegible] in vsu fuit forma Constitutionum suæ Ecclesiæ, [illegible] Episcopus amat. Patet, quia Canon græcè, latinè [illegible] la, & Canonicus a, um, id est, hic & hæc regularis, [illegible] nonicus. Clerici igitur, qui regulati sunt ad [illegible] normā sanctæ Ecclesiæ in Collegiatarum, & ma[illegible] Cathedralium, Canonici sunt, & nominantur, & [illegible] quod dicit Sagittarius, *posuere 13 regulares: quia idem [illegible] cari sit terminus Canonicus quod iste terminus Re[illegible] rus, & nulla est penitus differentia inter eos, nisi qu[illegible] nominis est vocabulum græcum, & 13 Regulares l[illegible] Secundò Canonici regulares significant istos relig[illegible] qui secundum Abbatem Isachium habuerunt initi[illegible] 8. Isto, qui volentes sibi cæteris sapere, non contem[illegible]

ribus, cap. Nullus, de iur: patronatus. cap. Nullus
2. de Ecclesijs ædificandis. cap. Cum olim il. 2. d
Privilegijs. cap. Non dubium. de sententia excom
municationis. cap. Si Canonici. de officio Ordi
nary in 6. Clementina Dispendiosam. de Iudicij
& Innocentina II. in epistola ad Priorem, & C
nonicos de Nanbargo, cum alijs in numeris. E
vocabula huiusmodi nomenclationem aduert
dum, non ab anno centesimo, siue canone, quem
solares clerici annuatim percipiunt, sed à Regul
quam profitentur, ipsos clericos Canonicos voc
ri quemadmodum loco proximè citato B. Petr
Damiani, necnō D. Bernardus in vita S. Malach
lib. 1. cap. 24. & duobus sequentibus, & Ivo Ca
nutensis epist. 201. ad Gualterium Præpositu
Hispalensem, Cardinalis de Cusa lib. 10. exercitat
tum, & nouissimè Ioannes Molan. lib. 1. de Can
nicis cap. 4. & sequenti obseruauerunt. Si nam
ab anno centesimo, vel Canone, non à Regula Can
nici dicerentur, non Ecclesiarum, sed horrei, c
menta, & cellæ vinariæ Canonici essent, ac tales
numero deberent appellari.

ribus, cap. Nullus. de iure patronatus. cap. Nullus 2. de Ecclesijs ædificandis. cap. Cum olim ii. 2. de Priuilegijs. cap. Non dubium. de sententia excommunicationis. cap. Si Canonici. de officio Ordinarij in 6. Clementina Dispendiosam. de Iudicijs. & Innocentius III in epistola ad Priorem, & Canonicos de Naubargo, cum alijs in numeris. Est verò circa huiusmodi nomenclationem aduertêdum, non ab annuo censu, siue canone, quem seculares clerici annuatim percipiunt, sed à Regula, quam profitentur, ipsos clericos Canonicos vocari, quemadmodum loco proximè citato B. Petrus Damiani, necnõ D. Bernardus in vita S. Malachiæ lib. 1. cap. 24. & duobus sequentibus, & Ino Carnotensis epist. 202. ad Gualterium Præpositum Hirpensem, Cardinalis de Cusa lib. 10. exercitationum, & nouissimè Ioannes Molan. lib. 1. de Canonicis cap. 4. & sequenti obseruauerunt. Si namque ab annuo censu, vel Canone, non à Regula Canonici dicerentur, non Ecclesiarum, sed horrei, crumenæ, & cellæ vinariæ Canonici essent, ac tales iure merito deberent appellari.

VII. SExtò vocantur Canonici Regulares, quæ nomenclatio nunc frequentissima est, & ferè sola in vsu ab annis circiter quingentis posita, quemadmodum ex titulo de statu Monachorum, & Canonicorum Regularium, & alijs locis innumeris aucupari licet: quæ laboriosum esset potiùs, quàm ingeniosum, hoc loco recensere. Porrò cum Canonicus à Canone, qui Latinè est regula, dicatur, ac perinde idem sit Canonicus, quod Regularis, non deerunt, qui geminatam istam nomenclaturã Canonicorum Regularium reprehendant, quasi non semel contenti Canonici siue Regulares appellari, geminato vocabulo Canonici Regulares. hoc est, Regulares Regulares nuncupari velint. *Iste* (inquit, Viues in 3. de Ciuit. cap. 15.) *est regularis, quod Canonicus, à Canone græco, hinc quidam monachi D. Augustini, ne non semel putentur Regulares, bis hoc vocari gaudent.* Audacter magis Coriolanus in Defensorio par. 1. cap. 5. ad tertium argumentum eandem vocabulorum geminationem non solum nugationis, sed etiam superstitionis notauit. *Quantum ad tertium, inquit, dico quod iste terminus Canonicus Regularis potest supponere pro quibuscunque Canonicis secularibus, maximè qui in Ecclesijs Cathedralibus iuxta formam Constitutionum suæ Ecclesiæ, & sui Episcopi viuunt. Patet, quia Canon græcè, latinè regula, & Canonicus, a, um est, hic & hæc regularis, & hoc regulare. Clerici igitur, qui regulati sunt ad obseruanda statuta Ecclesiarum Collegiatarum, & maximè Cathedralium, Canonici sunt, & nominantur, & patet, quod est vulgatis, ponere Ly regulares: quia idem significat iste terminus Canonicus quod iste terminus Regularis: & nulla est penitus differentia inter eos, nisi quia Canonicus est vocabulum græcum, & Ly Regularis Latinũ. Secundò Canonici regulares significant istos religiosos, qui secundum abbatem Ioachim habuerunt initium à S. Rufo, qui volentes plus cæteris sapere non contenti vocari Canonici absolute, sed committentes nugationi, tanquam superstitiosi addiderunt, Regulares, & hæc de primo articulo.* Verùm ab istis autoribus quærendum est in primis, vnde habeant, Canonicos regulares propria autoritate sibi istud nomen quæsiuisse, ne non semel Regulares putarentur. Ego quippe Canonicos regulares à Summis Pontificibus, & Doctoribus Catholicis in corpore Iuris Canonici, in literis Apostolicis, in posterioribus Concilijs, in Commentarijs, & Glossis librorum iuris tum Canonici, tum etiam Ciuilis, sic passim nominatos inuenio. Quod autem ipsi sibi hoc nomen ambitiosè, vel superstitiosè, vt Coriolanus ait, vsurpauerint hactenus, nec inueni nec qui nos certiores facerent, hoc ostendere potuerunt. Videant igitur inepti Pædagogi, se non Canonicos regulares, sed omnes Doctores Canonicos, & sacrorum Canonum conditores, Concilia, & Summos Pontifices reprehendere, & superstitionis accusare: sed videant Abbatem Panormitanum in cap. Deus qui. de Vita, & honestate Clericorum, vbi non solum huius nominis, siue nomenclationis autores, verumetiam rationem, & causas planè his verbis sic aperit. *Cum in multis Clericorum status sit relaxatus, & sub illa diffusione, sub qua erant Apostoli, & Apostolici viri, nollent viuere, facta est distinctio secularium à regularibus Clericis, quorum obseruantia successiuè viget in regularibus Canonicis, qui & clerici regulares sunt: nam alij seculares dicti sunt, quia voluerunt habere proprium, & se exhibere ad ritum secularium hominum.* Præter quod si de congeminata nomẽclatione reprehendẽdi sumus, quod bis regulares vocari velimus, cur non magis, & rationabilius seculares Canonicos reprehendũt, quod vel sine regu'a Canonici, id est regulares vocari appetant, aut quod magis portẽtosum est, Canonici seculares, i. regulares contra regulam nuncupari velint? & si propter eandem geminatam nominationem reprehensione digni sumus, cur non etiam Apostolum reprehendunt, qui dicit ad Rom. 8. Non accepistis spiritũ adoptionis, in quo clamamus Abba Pater? An Christum seruatorem nostrum reprehendere etiam audebũt, quod Marci cap. 14. dixerit: Abba Pater omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me? Verùm de hac geminata Canonicorũ regularium nuncupatione, qui plura volẽt, videre poterunt Ioan. de Nigraualle in epilogo suarum Chronicarũ 13. cap. 18. Ioan. Molanũ lib. 1. de Canonicis c. 24. Ioan. Trullum lib. 1. de Canonicis c. 7. Augustinũ Ticinensem in Propugnaculo par. 3. cap. 4. Didacum Couarruuias in Clem. Si furiosus de homic. par. 1. in prin. ad quos remitto.

VIII. SEptimò vocãtur Canonici religiosi. cap. Quoniam velim. 12. q. 1. & cap. Præsens 20. q. 3. & ab Innocentio III. in epistola ad Pictauiensem Episcopum lib. 1. pag. 282. cuius denominationis causa superiùs est explicata: quia videlicet ipsi Canonici non solùm per fidem, baptismum, exercitium bonorum operũ, sacrorum Ordinum susceptio-

sceptionem, verumetiam per solemnem votorum emissionem modo specialissimo sunt cultui diuino dedicati, vt supra dictum est.

IX. OCtauo appellantur etiam nomine Monachorum absolutè, & sine alia additione quæ nomenclatio est vetustissima & frequentissima apud multos autores, vt lib. 1. cap. 38. ostendimus, vbi etiam rationem istius dominationis explicauimus: qui locus ad inutilem repetitionem vitandã omnino videndus erit. Imò verò nostro seculo ita apud nonnullos iste vsus Canonicos Regulares monachorum nomine absolutè nuncupandi obtinuit, vt illos passim, ac semper nomine monachorũ nuncupare velint. Videatur Renatus Chopinus in suo Monastico per totum, vbi illos semper vocat monachos cucullatos, vt Ludouicum Viues loco proximè citato, Auentinum Vndium, & alios omittamus.

Nonò vocantur etiam monachi Canonici, siue monachi Ordinis Canonicorũ. Ita nuncupatos reperio ab Anastasio Bibliothecario in Gregorio IV. dum ait, illum in Ecclesia Beatæ Mariæ Trãstiberim Romæ monachos Canonicos aggregasse, qui ibi officium facerent, & omnipotenti Deo grates, & laudes redderent & à Ioanne de Nigra ualle in præcitato Epilogo 13. cap. 18. à Ioãne Trithemio de Scriptoribus Ecclesiasticis, & à Cardinali Bellarmino in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, cum Hugonem, & Riccardum Victorinum, & alios nonnullos vocant monachos Ordinis Canonicorum Regularium, quinimò D. Hieronymus de Viris Illustribus in Philone, Cassianus lib. primo de institutis renuncianium, & clarius D. Basilius in lib. Constitutionum Monasticarũ hoc modo loquendi vtuntur, cum vel clericos primitiuæ Ecclesiæ sub nomine monachorum comprehendunt, vel Canonicos inter monachos recensent, quod signanter apud D. Basilium lib. citato c. 19. intueri licebit.

Aduertendum tamen, licet nomen monachorum lata quadam significatione vsurpatum ad Canonicos Regulares extendatur, quando sola professio vitæ communis, & votorũ attenditur, multi nihilominus sunt casus, in quibus sub nomine monachorum nullatenus veniunt Canonici Regulares, sed ab illius significato prorsus excludũtur, & primus est, quando peculiaria cuiusq; Ordinis officia, vel instituta considerãtur, & fines particulares, ad quos singuli ordines sunt instituti. textus sunt expressi in cap. Alia, & cap. Monachus, c. Legi 16. q. 1. vbi dicitur, aliam esse causam, & aliud officium monachi, aliud cleri. item in cap. Placuit, cap. Peruenit, cap. Interdicimus, cap. Iuxta, eadem. vbi interdicitur monachis prædicatio, ministerium Sacramentorum personis secularibus, & regimen parochiarum, quæ nullatenus interdicantur, quin expresiè concedantur Canonicis Regularibus. cap. Quod Dei timorem. de statu monachorum. Item in Concil. Aquisgrani cap. 125. & cap. Statuimus, cap. Mandamus 19. q. 1. & cap. Licet de Regularibus, vbi interdicitur Canonico Regulari vsus cucullæ monasticæ, & transitus ad statum monachorum, saltem non petita licentia. item toto titulo de statu monachorum in Decretali. Sexto, & Clementinis, & passim in Cõciliis, in quibus de ordine Canonicorum, vt à monastico distinctò agitur. Secundus casus est quando nomen monachi sumitur, vt contra distinctũ à clerico, cap. Monachus, cap. Legi, cap. Alia 16. q. 1. & alijs multis, quæ passim occurrunt: nam cum Canonici Regulares sint per essentiam clerici, nõ possunt sub nomine monachorum sic accepto cõprehendi. Tertius casus est, cùm Canones continent præceptum, vel prohibitionem pœnalẽ. textus sunt expressi in cap. Quod Dei timorem. de statu monachorum. vbi dicitur, quod licèt prohibeatur, ne monachi singuli per parochias vagentur, non tamen prohibetur Canonicis Regularibus, qui inseruiunt regulæ laxiori. Item in Clemẽtina. ne in agro. §. quia verò. de statu monachorũ, vbi prohibentur monachi tenere arma sine licentia Superioris, idq; sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quæ pœna non extenditur ad Canonicos Regulares, vt notat ibid. Glossa, & Nauarrus in Manuali cap. 27. num. 139. & regulariter in omnibus odiosis, & pœnalibus, in quibus debet fieri strictissima interpretatio, nec licet transire de casu in casum, aut de persona in personam, multò minus de ordine ad ordinem, nomine monachorum non veniunt Canonici Regulares, vt notat Abbas communiter receptus in cap. Quod Dei timorem. de statu monachorum: licet in contrarii sententiam citetur à Decio in cap. Causam quæ in principio. de Iudicijs. vbi tamen dicit, quod in materia odiosa nomine monachorum non veniunt fratres, nec clerici, & è contra. & hanc assertionẽ, & regulam generalem, quòd in odiosis nomine monachorum non comprehendantur Canonici Regulares, data opera probat, & firmat Nauarrus in comment. 3. de Regularibus quæst. 12. num. 40. & sequentibus, vbi etiam contrarias rationes soluit. Quartus casus est, quando agitur de iure, & ordine præcedendi, vel incedendi in processionibus publicis, vel in sessionibus, vel Concilijs, vel alijs quibuscunque actibus publicis, & priuatis. nam in tali casu iura, quæ dant locum monachis, non dãt locum Canonicis Regularibus, ita quod si dicatur v. g. in literis Apostolicis, monachi omnes incedãt in tali, & tali loco, ante vel post clericos, vel mendicantes, per eiusmodi literas, ac in illis non intelligitur dari locus Canonicis Regularibus, qui in tali casu tanquam veri Clerici omnes Monachos præcedunt, per Constitutionem editam à Pio IV. & est 95. in ordine, in causa præcedẽtiæ inter Monachos, & Canonicos Regulares. item si ad processiones vocentur Monachi, non tenentur accedere Canonici Regulares, nam illi distinctè semper vocari consueuerunt distinctis nominibus,

v.g. accedant Monachi sancti Pauli, accedant Canonici Regulares sanctæ Mariæ de Pace: & si vocarentur Canonici Regulares sub hac forma, accedant Monachi sanctæ Mariæ de Pace, illi professò non accederent, nec tenerentur accedere: quia vsus, & modus consuetus loquendi attendendus est, & à seculo non est auditum, quod in Vrbe Canonici Regulares vocati sint ad processiones sub nomine monachorum, qui vsus attendi etiam debet in alijs Ecclesijs, quæ ab Ecclesia Romana normam accipiunt: imò verò in constitutionibus Pontificijs, quæ disponunt de iure, & ordine procedendi in publicis processionibus Canonici Regulares conceptis verbis secernuntur, & excluduntur à monachis, & comprehenduntur inter Canonicos, extantq; de hoc literæ Alexandri Quarti ad Archipresbyterum, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum per Eugenium IV. & Nicolaum V. confirmatæ, quas Canonici Regulares Lateranenses produxerunt in causa præcedentiæ aduersus monachos Cassinenses, in quibus ita formaliter cauetur. *Prouida igitur deliberatione decernimus, & irrefragabili constitutione sancimus, vt Canonici tam seculares, quam Regulares, & Monachi omnium Patriarchalium Ecclesiarum cum Crucibus, & alijs insignijs consuetis, Ecclesiarum verò Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, & monasteriorum cum Crucibus propriis, & vexillo: Archipresbyteralium autem Ecclesiarum, Prioratuum, & Capellarum, & alij autem Monachi, fratres Prædicatores, Minores, Eremitæ, ac Religiosi alij cuiuscunque Ordinis cum Crucibus in eodem festo processionaliter veniant ad Basilicam memoratam.* Vbi vides primo loco poni Canonicos Regulares, & sæculares: secundo, Monachos Patriarchalium: tertio, Clericos Ecclesiarum Cardinalium presbyterorum, vel diaconorũ Cardinalium: quarto, Clericos aliarum Ecclesiarum, quinto, Monachos cæteros, & exinde Prædicatores, Minores, &c. & nota quod Monachi Ecclesiarum Patriarchalium ratione dignitatis Ecclesiæ præcedebant Clericos aliarum Ecclesiarum non Patriarchalium, licet vt monachi deberent incedere in loco inferiori. Literæ Pontificiæ reperiuntur in Archiuo Basilicæ S. Petri.

X. DEcimo appellari consueuerunt olim prænomine fratrum, qui mos extra fines Italiæ nũc apud multos retinetur, de qua re quoniam copiosè, & sufficienter, ni fallimur, dictum est lib. 1. cap. 10. & 39. hic aliud nihil addendum esse arbitramur.

Tandem apud Italos, Hispanos, ac etiam apud Germanos ab aliquot seculis citra cõsuetudo obtiniuit, vt ijdem Canonici vocentur hoc prænomine Dominorũ v.g. Domnus Petrus, Domnus Paulus, non quidem superbiæ tumore, vel quod à suauissimo fratrum nomine, & charitatis pleno, quo seipsos antea compellare consueuerant, abhorrerẽt, vti Coriolanus illis de more imponit: sed propter eminentiam Ordinis, & dignitatis clericalis, quæ per se illis competit, & ex vi illorum regularis professionis, nã clericos, & præsertim sacerdotes Domnorum, seu Dominorum prænomine nuncupare non recens est Regularium Canonicorum inuentum, sed mos antiquissimus Ecclesiæ, vt colligitur ex historia inuentionis Reliquiarũ S. Stephani, ex D. Gregorio lib. 1. Registri epistola 6. & lib. 7. epistola 127. Petro Damiani in suis epistolis. Notat Gulielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorũ lib. 5 cap. 2. nu. 44. Ioan. Molanus lib. 3. de Canonicis cap. 15. vt Augustinum Ticinensem, Ioannem Baptistam Signium, Ioannem Philippum nostrum Nouariensem, & alios recentiores omittam: nam & Protomartyr Stephanus in præcitata historia suæ inuentionis vocatur Dominus Stephanus & B. Petrus Damiani scribens Petro Archipresbytero, & Rectori sacri Conuentus Laterañ. vocat illum Domnum Petrum, vt patet lib. 2. epistola 10. Eodem modò vocat omnes Archiepiscopos, Episcopos, Desiderium quoque Abbatem Cassinensem, Damianum fratrem suũ, & Archipresbyterum Rauennatensem, Almericum Archidiaconum V. & P. Fauentinæ Ecclesiæ clericos, & alios plures, qui apud illum in dictis epistolis videri possunt. ipsi quin etiam inferiores Clerici Maiores suos Domnos vocant in officijs diuinis, cum dicunt Iube Domine benedicere, ad principatum Ecclesiæ designandum, ac etiã quod nullus non iussus in Ecclesia legere debet. vt Durandus loco proximè citato notauit. Annuentem verum sit, quod Ioannes Philippus noster lib. 1. c. 6. scribit ex institutione primitiuæ Ecclesiæ introductum ad Sacramentum Ordinis honorandum, vt Clerici Domni siue Domini vocarentur, à voce Hebraica Don, quæ Latine Iudicem significat, quod nimirum Apostolis, & illorum vice fungentibus dictum fuerit à Domino: *Sedebitis & vos super sedes iudicantes duodecim tribus Israel*: non facile affirmare ausim. licet enim verbum Hebraicum דן Don idem valeat, quod apud Latinos iudicare. tamen vocem hanc Domnus non ab hoc verbo Hebræo Don, sed à Latino Dominor, reor esse deriuatam. Verùm quidquid sit de vocis derivatione, hoc certum, & constans, ipsos clericos, maximè sacerdotes, vtpote animarũ Iudices à Christo Redemptore nostro in terris constitutos honoris, & reuerentiæ ergò, Domnos, vel etiam Dominos semper à fidelibus nuncupatos, vt iure merito ipsi etiam Canonici Regulares, qui per essentiam sunt Clerici, & in quibus clericorum Apostolicorum institutum seruatur, hoc prænomine Domnorum vocari possint.

NEc enim obstat, quod in literis Pontificijs ad ipsos Canonicos datis non prænomen Domnorum, vel Dominorum, sed fratrum præmittatur: alijs enim titulis vtuntur Superiores erga subditos, alijs subditi erga Superiores, alijs pares erga sibi æquales: & aliquis est titulus honoris, qui tibi per me rectissimè tribuitur, qui ta- XI.

men in ore tuo sordesceret, vt ire go Dominum te salutauero, & tu vicissim teipsum Dominum dicere velis: & ita in re nostra etsi Canonici Regulares à Summis Pontificibus nequaquam Domini, vel Domni, sed fratres in literis Apostolicis vocari consueuerint, nihil obstat, quin legitimè possint, vt cæteri Clerici hoc titulo honoris, & reuerentiæ à sæcularibus, aut etiam à suis conclericis decorari. Si enim quo tempore Abbates monachorum non necessariò clerici adhuc existebant, nihilominus in signum honoris, & reuerentiæ à subiectis, Domni seu Domini vocari iubebantur, vt in regula B. Patris Benedicti intueri licet, quantò magis qui per essentiam sunt Clerici, eodem titulo reuerentiæ, ac honoris legitimè decorari possunt? Verùm hæc longiùs prosecuti sumus. nunc varia Canonicorum nomenclatione declarata, ad eiusdem Canonici Ordinis originem perquirendam accedamus.

CAPVT SECVNDVM.

De origine Canonicorum Clericorum, qui & Regulares vocantur, quæstio generalis proponitur, & Ioachimi sententia multiplicis erroris conuincitur, & reprobatur.

TRactaturus igitur de primaria origine, & institutione Canonicorum Regularium, illorum opinione omissa, qui eam non solùm à sanctissimis Apostolis in Lege Euangelica, verùm etiam à Nazaræis siue Leuitis in Lege Mosaica, figuratiuè tamen deducere nituntur, cui tum D. Pauli autoritas fauet, legem veterem, & vetus tabernaculum nouæ Ecclesiæ typũ, figuram, & vmbram nuncupantis, tum etiam sacrorum Canonum, & Doctorum Catholicorum testimonia adstipulantur, quemadmodum apud Gratianum c. 1. d. 21. Durandum in Rationali diuinorum officiorum lib. 2. in princip. Ioannem de Deo in tractatu de Dispensatione, Albertũ Trottum in tractatu de Perfecto Clerico cap. 16. & 17. Petrum Rauennatem in Constitutionibus Portuensibus per Paschalem II. confirmatis in principio, Ioannem de Nigraualle epilogo 13. cap. 18. Augustinũ Ticinensem in Propugnaculo in princ. & apud alios quãplures intueri licet: ne antiquiorem nostri Ordinis originem, quàm par sit, expiscari, & lapides pro vnionibus legere videamur, vt aliqui commentantur, antequam ad veram sententiam aperiendam, explicandam, & confirmandam me conferam, naturam æmulatus, quæ agrum ante seminis iactum à spinis, & sentibus purgare iubet, nonnullas opiniones falsas, quas vel inaduertentia, vel ignorantia, vel zelo non bono ductũ in libris serere autores quidam studuerunt, prius ex animis legentium, si forsan radicem miserunt, cõuellere necessarium existimaui. Est igitur de Origine Canonici Ord. prima sententia cuiusdã Abbatis nomine Ioachimi in expositione libri Apocalypsis D. Ioannis Apostoli, asserentis Ordinem Canonicorum Regularium circa annum Domini 1100. initium habuisse in partibus Galliarum à quodam Episcopo nomine Rufo, qui ipsis Canonicis D. Aug regulã primus tradidit, & ab illo Cõgregatio Canonicorum Regularium originẽ traxit: quæ idcirco sancti Rufi Congregatio est appellata. Hæc sententia plausibilis admodum visa est Coriolano in suo Defensorio, siue Apologia contra Canonicos Regulares par. 1. cap. 5. ad 3. & alibi, quam cæteri eiusdem instituti professores libentissimè complexi sunt, ad imponendum Canonicis Regularibus, inter quos Paulus Bergomensis in Apologia contrà Dominicum Tarusinum fol. 18. licet concedat, B. Augustinum aliquibus Canonicis regulam dedisse, non tamen iis, qui tunc erant, quo tempore idem autor illa scribebat Iacobus Philippus Bergomensis in supplemento Chronicarum lib. 9. sub anno 405. vbi dicit, Canonicos Regulares in Gallijs, & in Italia degentes à B. Rufo institutos, & lib. 12. sub an. 1106. vbi de eodem B. Rufo hæc scribit: *Rufus seu Arnulphus Præpositus, & Lugdunensis Episcopus hoc tempore Abbate Ioachimo teste in Gallys & conuocandi gratia, & doctrina, ac mira sanctitate plurimum effulsit, qui post B. Augustinum Doctorem Canonicorum Ordinẽ Regularium, & ipse in Gallijs instituit: vbi multis fundatis monasteryis, cum esset egregius Christiane doctrinæ declamator, etiam in Italiam descendit, vbi & suo prædicationibus Christi pauperta tem, integerrimamq, vitam ipsius ad imitationem sectandam omnibus suis ardenter proponere non destitit. quatuobrem multos ex nobilioribus Romanis ad se traxit, quod tanquàm verum Christi discipulum, sanctumq, Prophetam arbitrabatur, atque ad cœlum vsque eum tollebant, vnde in Hetruria, matrimeque in Luca vrbe, & eius agro multa Regularium monasteria adhuc extant la eroxit, ea quippe vrbe Luca, & extra sunt in primis S. Frigdiani, S. Michaelis de Platea, & extra à Boscho, & alia duo, vno sub capite gubernata, & alia fermè Patriarchales Ecclesiæ omnes illius vrbis suppositæ fuerunt huius sancti viri Rufi Regularibus, Extat & Frisonaria extra vrbem ipsam Matildis Comitissæ opus, huius optimi viri iussu fundatum, nunc sub regulari observantia exultum. Sunt & alia pleraque monasteria, in Hetruria ab hoc sanctissimo homine sub Regularibus Canonicu fundata & exructa. Verum hic Rufus cum Romæ acerbè nimium in Clericorum lasciuias inueheret, & eorum pompas improbaret, ab eisdem secretè tandem è medio sublatus est: nec tu quam tanti sceleris autores inuenri potuerunt* Hæc ille. Ioannes quoque Marquez in suo libro de

Origi-

Origine Fratrum Eremitarum pagina mihi 181. huius Ioachimi sententiæ meminit, eamque sequitur pagina 232. scribens, Canonicos Regulares, qui nunc extra Cathedrales in monasterijs degunt, institutos esse postquam Regulares in Cathedralibus defecerunt. & facti sunt ex Regularibus sæculares. Omitto Antonium Massam, Gallesium Iurisconsultum in suis Informationibus in causa præcedentiæ pro RR. Monachis Cassinensibus contra Canonicos Lateranenses, typis editis Venetijs anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo apud Iordanum Zillettum, vbi pagina septima sub numero quadragesimo octauo, & pagina decima octaua, sub numero sexto ipsum Abbatem Ioachimum, & Fratrem Paulum Bergomensem secutus, multas ineptias effudit, quibus animi sui venalitatem, & ingenij leuitatē, & ignorantiam apertissimè monstrauit, sed quod valde miror, eandem sententiam videntur secuti saltem aliqua ex parte viri alioqui doctissimi Emanuel Rodericus in suis quæstionibus Regularibus tomo 1. quæst. 3. art 1. dum post Abbatē Ioachimum, & fratrem Hieronymum Romanū Eremitam Augustinensem, inquit, Canonicos Regulares, quorum Sacri Canones mentionem faciunt, nō esse de illis Canonicis à B. Augustino institutis, siue reformatis, sed de illis, quos B. Arnulphus Lugdunensis Episcopus in Gallijs, & in Italia instituit, quibus B. Augustini Regulā dedit, de quibus dicit etiam loqui Benedictum XII. in Bulla generalis reformationis Canonicorum Regularium, fatetur tamen in eodem articulo, Canonicos regulares Lateranenses ab Apostolis primùm institutos, postea à B. Augustino reformatos, ac nouissimè in agro Lucensi in monasterio Frisonariæ an. 1407. iterum reformatos. Azorius quoque tom. 1. Institutionum Moral. lib. 12. cap. 22. qu. 2. & 3 eidem sententiæ adhæret, vbi multa de B. Arnulpho scribit, Nauclerum secutus, quem Arnulphū cū B. Rufo Auenionensi Episcopo cōfundit.

II. Hæc Ioachimi sententia eo modo præsertim explicata, & aucta, quo illam eius sectatores explicauerunt, & auxerunt, non vnum, sed multos, illosq; manifestos, & palpabiles continet errores. Primus est, Congregationem, quę in Gallijs B. Rufi nuncupatur ab ipso B. Rufo fundatam, & institutam: nam B. Rufus à quo monasterium apud Valentiam, quod illius Congregationis est caput, denominatur, Apostolorum coætaneus, & inter Christi discipulos recensetur: qui cum Magdalena, Martha, Lazaro, ac cæteris discipulis à Iudæis pulsus ad partes Galliarum delatus, primus Auenionensium Episcopus extitit. vt ex vetustissimis illius Ecclesiæ tabularijs, & ex Martyrologio Romano die 12. Nouembris habetur, cuius nōnullas reliquias cum regulares Canonici ex Auenione ad vrbem Valentiæ transtulissent, ibi monasterium sub nomine B. Rufi, qui illos prius in Ecclesia Auenionensi instituerat, erexerunt.

Secundus error est, monasterium Valentiæ B. Rufi nuncupatum siue à B. Rufo, siue ab alio fundatum circa annum 1100. vt infra cap. 55. probabitur.

III. Tertius error est. dum ait, Ordinem Canonicorum Regularium incepisse circa annum 1100. qui potius meretur nomen crassissimæ ignorantiæ, quàm erroris, cum in Concilijs Turonensibus, Cabilonensi, Arelatensi quarto, Aquisgrani, Moguntino, Romano sub Eugenio II. & Nicolao II. sæpissime fiat mentio de Canonicis regularibus: cum etiam in Gallijs ante annum 1100. Iuo S. Quintini Beluacensis Præpositus ordinem Canonicum reformauerit. vt omnes historici cōcorditer fateantur, quod monasterium annis circiter quingentis ante ipsum Iuonem fundatum fuerat, vt infra hoc eodem libro ostendemus, & non solum in Gallijs, sed in Italia, Hispanijs, Hybernia, Anglia, Scotia, Germania, & alijs prouincijs ante annū 1100. fuerint præclarissima Canonicorum Canobia, quorum nonnulla nunc etiā per Dei gratiā supersunt, vt suis locis mōstrabitur.

IV. Quartus error est autoris supplementi, & aliorum, qui S. Rufum cum Arnulpho confundunt, & ex duobus vnum constant, cum secundū rei veritatem S. Rufus Apostolorum coætaneus, & Lazari, ac Magdalenæ, & Marthæ socius fuerit, Arnulphus autem quem Congregationis Gallicanæ autorem faciunt, vixerit circa annum 1120 mortuus est enim Romæ sub Honorio II. ex omnium scriptorum illius, & posteriorum temporū consensione, de qua re præter autores citatos, scribunt Platina in Honorio II. Trithemius in historia monasterij Hirsaugensis sub anno 1128. Nauclerus, & alij communiter, qui error ex eo processit, quoniam putauerūt Congregationem S. Rufi nuncupatam, ab autore illius Congregationis sic dictam: cum è contrario res se habeat, quod illa Congregatio non ab autore, sed à titulo præcipui monasterij, quod ipsius Congregationis est caput, ita denominatur, sicut Congregatio S. Victoris Parisiensis, & aliæ similes.

V. Quintus error est illorum, qui dixerūt. B. Arnulphum, quem prædictæ Congregationis autorem faciunt, fuisse Archiepiscopum Lugdunensem, quod est vanissimum commentum, cum in Catalogo Archiepiscoporum Lugdunensium ab anno saltem 1080. vsque ad annum 1140. nullus reperiatur hoc nomine appellatus: puto autem deceptos hoc scribentes, quòd circa annum Domini 1080. vnum quendam Lugdunensem religiosum, & sanctissimum, & regularis disciplinæ reparatorem, Abbatem quoq; & Arnulphum vocatum repererint. Verùm ille neque Canonicus, neque Canonici ordinis reformator, vel institutor, nec Lugdunensis Archiepiscopus fuit, sed Monachus & Abbas S. Medardi ab Hugone Archiepiscopo Lugdunensi iussu Gregorij VII. Episcopus non Lugdunensis, sed Suessionibus ordi-

natus: qui ab eodem Gregorio VII. legatus in Flandriam ad Robertum Comitem missus, apud Ecclesiam S. Petri in Aldembur Cœnobium ædificauit, in quo tandem sancto fine quieuit, de quo videndus Sigibertus in Chronico sub anno 1080. & Baronius sub eodem anno, & sub anno 1084. in fine, & in sequentibus.

SExtus error est Iacobi Philippi Bergomensis in supplemento scribentis, monasterium S. Frigdiani de Luca opus esse istius B. Arnulphi, impensis Comitissæ Mathildis ædificatum: nam ante tēporæ huius B. Arnulphi extant Alexandri II. literæ ad Canonicos S. Frigdiani, & illorum successores, datæ anno Domini 1068. quin etiã inferiùs ostendemus Ecclesiã S. Frigdiani ab ipsomet Frigdiano sub inuocatione S. Vincentij exstructam, & ibi clericos canonicos institutos, qui nunquã interrupta successione vsq; in hodiernũ diẽ ibidẽ perseuerãt: ex quibus idemmet Alexander II. ad apicẽ Papalis dignitatis euectus Canonicam disciplinã penè labentem Laterani instaurauit. Idem puto dicendum de Ecclesia sancti Michaëlis in platea, quanquam ad nos nihil attinet, illius antiquitatem curiosius velle perserutari.

VII. SEptimus error est Io. Marquez scribentis, Canonicos Regulares, qui nunc sunt, institutos esse, postquam Canonici Regulares in Ecclesijs Cathedralibus deficere cœperunt, quod miror valdè, cum videre potuerit Concilium apud Vernas sub Pipino anno 755. cap. 18. & Turonense tertium sub Leone Tertio, & Carolo Magno sub anno 813. cap. 23. & 24. & Moguntinum eodem anno celebratum cap. 20. vt alia posteriora omittamus, apertissimè de Canonicis non solùm in Cathedralibus sub Episcopis, sed etiã in monasterijs extra Cathedrales sub Abbatibus institutis, quæ res in progressu huius libri, dum Catalogum monasteriorum cuiusq; Prouinciæ cum illorum fundationibus recensebimus, clarior reddetur.

VIII OCtauus error est Emanuelis Roderiquez, dũ ait: Canonicos Regulares, de quibus in libris sacrorum Canonum mentio habetur, nõ esse de illis à B. Augustino, aut sanctis Apostolis institutis, sed de illis, quos B. Arnulphus Archiepiscopus Lugdunensis per Gallias, & per Italiam instituit, quibus B. Augustini regulam dedit, nam vt concedamus, in corpore iuris Canonici de Canonicis B. Rufi nuncupatis mentionem haberi, vt in cap. Statuimus 19. quæst. 3. errat tamen hic grauissimus autor dupliciter. primò in eo, quod putat, Canonicos sancti Rufi non esse verè de illis à B. Augustino, vel à sanctis Apostolis institutis, nam Canonici sancti Rufi de illis met fuerunt, & sunt, qui à viris Apostolicis in Ecclesia Auenion. fuerũt instituti, qui in eadem Ecclesia vsque ad annum 1500. & ad Pontificatum Iulij Secundi, aut saltem illius Cardinalatum steterunt, qui Canonicæ disciplinæ iam labentis reparandæ studio inflãmati, in Ecclesia B. Rufi Auenionensis Episcopi prope Vrbem Auenionensem consistentes eidem reformationi initium dederunt, quæ in amplissimã, & religiosissimam Congregationem postea coaluit. Nullus autem extitit Arnulphus Canonicorũ institutor, nisi ille, qui in Italiam descendens Romæ interijt. Secundò errat in eo, quod ait, in corpore iuris Canonici de solis Canonicis Cõgregationis D. Rufi mentionem haberi, nam in Decreto tota duodecima quæstione prima verba fiunt de Canonicis Regularibus, & tamen ferè omnes illi canones conditi fuerant ante Congregationem B. Rufi. Similiter in cap. in omnibus de conſ. d. 5. similiter in Decretali plerique sunt canones, qui loquuntur de Canonicis Regularibus existentibus in Cathedralibus & extra, qui non erant de Congregatione B. Rufi, vt cap. post translationem de Renunciatione, cap. Cum causam. c. Innotuit de Electione c. Præterea de Præbẽdis, cap. Quòd Deitimorem, de statu monachorũ cum alijs sexcentis.

IX NOnus error est eiusdem asserentis, Benedictum XII. in Bulla generalis reformationis Canonicorum Regularium nõ de canonicis à D. Augustino, siue à sanctis Apostolis, sed de solis à B. Rufo institutis loqui. In quem errorem puto virum alioqui doctissimum, & de Regularibus optimè meritum incidisse, quòd ipsas Benedicti XII. literas præ manibus non habuit. Vidisset enim Pontificem statim in principio dictarum literarum hæc scribentem: *Ideoque inter reliquos mystici agri eiusdem plantatas Ecclesiæ, ad Religionem Canonicorum Regularium Ordinis sancti Augustini, ob Christi gloriosis discipulis in primitiua Ecclesia sub institutionibus stabilitam, gerentes præcipuè Charitatis affectum, ac volentes, quæ in eadem Religione reformanda cognouimus, absque reformatione præterire, omnia, quæ in Religione prædicta tam a prima ipsius institutione, quam a sacris Canonibus sunt salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes, nonnulla, quæ experientia deesse probauit, & supplenda dictæ Religionis vtilitas, quatenus opus esse perspeximus, statuenda prouidimus, in ea perpetuis futuris temporibus obseruanda.* Per quę verba ostendit, se non solùm generaliter & vniuersaliter de omnibus Canonicis, & de toto Ordine à sanctissimis Apostolis institutos loqui, sed etiam sacros Canones generaliter de Ordine ab Apostolis instituto, non de solis canonicis à B. Rufo, vt autor putat institutis, verba facere, quod magis adhuc patebit legentibus verba dispositiua eiusdem reformationis, in qua generaliter, & vniuersaliter loquitur de omnibus Canonicis Regularibus tam in Cathedralibus, quàm extra Cathedrales, in quibuslibet mundi partibus institutis. Vide ipsam reformationem infra cap. 41.

X VLtimus error est, omnes Canonicos Regulares, qui sunt in Italia, aut in Gallijs, esse de illis à S. Rufo institutis, nam quod ad Italos spectat, certum est, Lateranenses, Lucenses sancti Frigdiani, Bononienses sancti Victoris, & sancti Ioannis in Monte, Portuenses, & Mortarienses, in

Alpe-

Arduen from Canonicos S. Bernardi de Monte Ioue, S. Mauritij Agaunensis in Diœcesi Sedunen. Cathedrales Augustæ Prætoriæ, in Gallijs Viuariens. Bisontinenses sancti Pauli, Bellouacen. sancti Quintini, Aroasienses, in Hispanijs Conimbricenses Canonicos S. Mariæ de Pilari, & alios aliorum in aliis Prouincijs existentes, huius Conuentionis non esse, quod ex illorum fundatione, & antiqua recensendis magis apertè constabit.

CAPVT TERTIVM.

Aliæ opiniones de origine Canonicorum Regularium minus probabiles referuntur, & reijciuntur.

St secunda sententia aliorum, qui licet Canonici Ordinis originem aliùs deducant, negant tamen illum à D. Augustino, vel à sanctis Apostolis fundatũ, sed aiunt, temporibus Caroli Magni, aut Concilij Aquisgranensis à Ludouico Pio illum inceptisse, in quo Cõcilio facta est congregatio quarundam Constitutionum ex sententijs diuinæ scripturæ, & sanctorum patrum excerptis, pro reformatione Clericorum. Hanc autem sententiam ex alio fundamẽto nullo habeo, quia negant, B. Augustinum, & illorum cum illo communiter viuentes vota Religionem emisisse, putant enim, illos communem sine votorum obligatione ita duxisse, quemadmodum ferè est, ab illius vitæ instituto recedere, & piscilicet: & dato quod recedere non possit, hoc non procuraret ex alicuius voti transmissione, sed ex statuto Episcopi, cui seruitio spontè obligabant. Hanc sententiam probauerunt nonnulli Iurisconsulti, qui pro D. Monachis Gallicensibus contra Canonicos Lateranenses in causa præcedentiæ scripserunt, inter quos Antonius Massa Gallesius in Allegatione Venetijs 1562. editis pag. 18. num. 1. vbi ait: *Ordinem quoque particulam fassam esse, & reperiri Canonicos Regulares, tam ex supradictis patribus, quam ex ipsorum Canonicorum Regularium opinione, qui habent initium, vt qui antiquius volant, à tempore Ludouici Primi Imperatoris sub anno Domini 820.) cæsaris figuntur, Aquisgrani generali Concilio habito Episcoporum Imperatoris Ludouici, Episcoporum & Abbatum, aliqua capitula ad vsu Regularium Monachorum addita, & multa sanctorum Patrum compilatione facta, clericorum, & secundum sanctimonialium regula constituta sunt.* Idem pagina 16. num. 12. dicit, nulla autoritate probari, quod ante Diuum Augustinum

Alpibus item Canonicos S. Bernardi de Monte Ionis, S. Mauritij Agaunensis in Diœcesi Sedunensi, Cathedrales Augustæ Prætoriæ, in Gallijs Victorinos, Bisuntinenses sancti Pauli, Bellouacenses sancti Quintini, Aroasienses, in Hispanijs item Cæsaraugustanos S. Mariæ de Pilari, & alios infinitos in alijs Prouincijs existentes, huius Congregationis non esse, quod ex illorum fundationibus infra recensendis magis aperte constabit.

CAPVT TERTIVM.

Aliæ opiniones de origine Canonicorum Regularium minus probabiles referuntur, & reijciuntur.

I. ESt secunda sententia aliorum, qui licet Canonici Ordinis originem altiùs deducant, negant tamen illum à D. Augustino, vel à sanctis Apostolis fundatũ: sed aiunt, temporibus Caroli Magni, aut Concilij Aquisgrani sub Ludouico Pio illum incœpisse, in quo Cõcilio facta est compilatio quarundam Constitutionum ex sententijs diuinæ scripturæ, & sanctorum Patrum excerptis, pro reformatione Clericorum. Hanc autem sententiam ex alio fundamẽto falso deducunt, quia negant, B. Augustinum, & clericos cum illo communiter viuentes vota Religiosorum emisisse, putant enim, illos communem vitam sine votorum obligatione ita duxisse, vt cuique licitum esset, ab illius vitæ instituto recedere, si placuisset: & dato quod recedere non possent, hoc non proueniebat ex alicuius voti solemnis emissione, sed ex statuto Episcopi, cui seruando seipsos sponte obligabant. Hanc sententiam probauerunt nonnulli Iurisconsulti, qui pro RR. Monachis Cassinensibus contra Canonicos Lateranenses in causa præcedentiæ scripserunt, inter quos Antonius Massa Gallesius in Allegationibus Venetijs 1562. editis pag. 18. num. 1. vbi sic scribit: *Hanc quoque particulam falsam esse si referatur ad Canonicos Regulares, tum ex supradictis patet, tum etiam ex ipsorum Canonicorum Regularium origine, quæ habuit initium, vt qui antiquius volunt, à tempore Ludouici Primi Imperatoris sub anno Domini 320 (puto esse errorem Typographi, & velle dicere 820.) cum dicat Sigibertus, Aquisgrani generali Concilio habito per dispositionem Imperatoris Ludouici, Episcoporumque & Abbatum, aliqua capitula ad vsus Regularium Monachorum addita, & multa sanctarum scripturarum compilatione facta, clericorum, & clericalium sanctimonialium regula constituta sunt.* Et supra pagina 16. num. 12. dicit, nulla autoritate probari, quod ante Diuum Augustinum neque ducentis annis post ipsius D. Augustini obitum fuerint in rerum natura Canonici Regulares, & eadem pag. num. 6. dicit: quòd clerici, quibus Aug. regulam dedit, non obligabantur ad tria vota, ad quæ obligantur Canonici Regulares Lateranen. quamuis sciam hunc autorem alibi aliter docere. Eandem sententiam secutus est Felinus Sandæus in cap. Quod super his, de maioritate, & obedientia, dicens, clericos B. Augustini non ex voto, sed ex statuto proprijs renuntiasse. Quæ sententia valde placuit Erasmo in Censura regulæ D. Augustini, vt lib. 1. visum fuit.

II. VErũm hæc sententia tam in assertione, quàm in fundamento assertionis falsitatis conuincitur. Nam Canonicos Regulares ante Concilij Aquisgrani institutos, conuincitur ex Concilio tertio Turonensi sub eodem Ludouico Pio celebrato anno Domini 813. nam in eo Concilio cap. 14. sic habetur: *Simili modo. & Abbates Monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitùs fuit, vel nunc videtur esse, solicitè suis prouideant Canonicis, vt habeãt claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant. &c.* Ecce tibi ante Concilium Aquisgrani, ab antiquo tempore erant Canonici in monasterijs sub regimine Abbatum viuentes, & Ordo canonicus Abbates habebat: quod memoriæ diligenter tenendum est propter nonnullos, qui statim atque aliquod monasterium sub cura Abbatis institutum inueniunt, suis monachis siue iure, siue etiam iniuria adscribendum volunt. Rursus in Concilio apud Vernas sub Carolo Magno anno 755 habito cap. 18. sic habetur: *Vt nullus clericus ad iudicia Laicorum publica conueniat, sine iussione Episcopi sui, vel Abbatis.* Rursus Beda, qui fuit circa annum 700. lib. 4. Historiæ Gentis Anglorum cap. 4. de Monasterio in Iugeto verba faciens: *Ad exemplum*, inquit, *Venerabilium fratrum sub Regula, & Abbate Canonico in magna continentia, & paupertate proprio labore manuum viuunt.* Adhuc in Concilio Calcedonensi, quod celebratum fuit anno Domini 451. fit mentio clericorum in monasterijs degentium, & illius verba referuntur in cap. quidam monachorum 18. q. 2. nec potest dici, quod illi clerici in monasterijs degentes essent monachi ad Ordines assumpti, quia Concilium illos data opera à Monachis distinguit. Sed quid moramur, cum ipse Augustinus in sermone primo & secundo de Cõmuni vita Clericorum meminerit monasterij clericorum, professionis, etiam & votorum, quæ eidem clerici cum illo in monasterio viuentes emittebant, vt alia interim omittamus, quibus capite sequenti demonstratiuè ostendemus, Ordinem Canonicorum Regularium ante D. Augustinum à sanctis Apostolis institutum.

III. QVod autem fundamentum, cui eadem sententia nititur, scilicet, quod clerici cum D. Augustino viuentes vota non emitterent, sit falsum, & erroneum, demonstratum est lib. 1.

cap. 2. contra Erasmum. Nec difficultatem ingerit, quod objicitur ex eodem Augustino relato in cap. Certè 12. quæst. 1. dicente: *Certè ego sum, qui statueram, sicut nostu, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, aut si vellet recedere à proposito, recte illi tollerem clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cæptumque consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquod proprium quibus non sufficit Deus, & Ecclesia sua, maneant ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum.* Nam hæc Augustini verba intelligenda sunt non de clericis qui vota iam emiserant: sed de illis, qui nondum vouerant: sciendum enim est Beatum Augustinum, cum primùm ad Episcopatum euectus esset, ex magno desiderio reparandi in suis clericis vitam Apostolicam ferè collapsam, firmiter statuisse, nullum in sua Diœcesi clericum ordinare, qui communem vitam nõ susciperet, cum abdicatione omnium temporaliũ bonorum, & emissione trium votorum. Verùm quia deprehensi sunt clerici in hipochrysi viuentes, qui ne clericatum amitterent, aut ad clericatum promoueri possent, vitam communem simulantes occultè pecunias tenebant, inter quos deprehensus fuit presbyter Ianuarius, qui post votorum emissionem proprium habuisse, & testamentum fecisse: & cum proprio ex hac vita excessisse inuentus fuerat, Augustinus in futurum præcauens, primum illud decretum sic moderatus est, vt qui secum in monasterio manere voluissent, vota emitterent, & communem vitam profiterentur: qui autem in clericatu extra monasterium manere voluissent, ante emissam professionem, vel sine votorum emissione clericatum susciperent, licitè manerent, quia, inquit, malui habere cœcos, & claudos, quàm lugere mortuos. Clericus enim proprietarius ante votorum emissionem imperfectus quidem est, non tamen mortuus: quia non est in statu damnationis. At clericus proprietarius post emissam professionem mortuus est, & hipochryta, & hic est sensus verus, & legitimus verborum illorum D. Augustini sicut patet ex sermonib. de comm. vita cleric. quorum etiam fragmenta recitauerat supra Gratianus in c. Nolo cad. 12. q. 1.

IV. TErtia sententia est aliorum, qui originem Canonicorum Regularium referunt in D. Augustinum non autem in sanctos Apostolos, quia dicũt clericos primitiuæ Ecclesiæ, aut communem vitã non duxisse, aut si duxerunt, vota religiosorum non emisisse, & Aug. primum fuisse, qui suis clericis regulam tradidit, & vota adiunxit. Adeò quòd secundum istam opinionem Clerici Regulares ex secularibus ortum habuerunt per restrictionem: non autem clerici seculares ex regularibus per relaxationem. Hanc sententiam tenuit in primis secundum aliquos Boetius in suo tractatu de Vita Eremitica, columna vltima, num. 20. 21. docens, clericos primitiuæ Ecclesiæ potuisse testari, & habere proprium addens, esse erroneum, imò & hæreticum contrarium tenere, vel docere propter extrauagantem Ioannis Papæ XXII. quæ incipit: Cum inter nonnullos. de verborum significatione, quanquam istam opinionem apud Boetium in loco allegato non reperi: licèt dicat aliqua, ex quibus deducitur, illum sensisse, institutionem Canonicorum Regularium non esse admodum antiquam. Sed in historijs parùm se verfatum ostendit: nam & Hugonem de sancto Victore putat objisse in monasterio sancti Victoris Marsiliæ, quod est Ordinis D. Benedicti. Hanc opinionem sequitur quoad hoc Felinus in cap. Quod super his. de Maioritate, & Obedientia, & Antonius Massa Gallesius in dictis allegationibus pagina 5. num. 12. & sequentibus dicens, quod in iure illi, qui sunt, & remanent institutionis primitiuæ Ecclesiæ, appellantur Clerici Seculares: & qui sunt institutionis Diui Augustini appellantur Canonici Regulares, propter qualitates iniunctas per B. Augustinum videlicet, quia profitentur tria vota, & propter multa alia, quæ inducit regula Beati Augustini, propter quæ facta est noua species clericorum distincta à clericis primitiuæ Ecclesiæ, eandem sententiam tenuit Azorius in suis Institutionibus Moralibus tom. 1. lib. 12. cap. 21. quæst. 2. vbi dicit, clericos primitiuæ Ecclesiæ communem quidem vitam duxisse: non tamen vota emittere solitos, dictos tamen fuisse Canonicos, hoc est Regulares, quia regulam Apostolicam tenebant. Postea verò canonici quidam non solùm vitam cõmunem tenere, sed tria vota Religiosorum Monachorum ritu, & more profiteri cœperũt, & cœperunt vocari Canonici Regulares, canonici quidem à canone Apostolorum, & Regulares, quia vota instar Monachorum emittebant: & tunc facta est distinctio inter Canonicos Seculares, & Regulares & multa alia ibi dicit de Ordine Canonicorum Regularium falsa, & incompossibilia, quæ non minus cum scipsis, quàm cum veritate pugnant, quia hic autor non tantùm in veritate dicendorum inuenienda laborauit, quam in aliorum dictis conciliandis: qui quoniam inter se pugnabant, ideo multa illorum dicta inuicem pugnantia in vnum conflauit, quæ partim lib. 3. sunt notata, partim in sequentibus notabuntur. concedit tamen, B. Augustini clericos vota emisisse contra Erasmum: sed dicit, post D. Augustinum alios successisse, qui in communi viuentes vota non emittebant. Eidem sententiæ videtur fauere Doctor quidã nomine Bellarminus in cap. Dilectissimis, duodecima quæstione prima, relatus à Præposito in capite primo, distinctione quadragesima quarta, num. 4. imò idem Præpositus ibid. licet concedat cum D. Thoma, & alijs, Apostolos, & viros Apostolicos primitiuæ Ecclesiæ vouisse, quæ spectabant ad substantiam perfectionis: non tamen fuisse Canonicos Regulares, quia ista nomina non erant in vsu.

Eidem

V. EIdem sententiæ plurimum accedit Cardinalis Baronius tom. 3. suorum Annal. sub anno 328. nu. 21. & duobus sequentibus, cum docet, institutum vitæ regularis in Ecclesia Alexandrina per D. Athanasium, ex monachis acceptum in clericos Ecclesiarum ciuitatis introductum, illisque adiunctum: ac exinde Romam delatum, & à Romana Ecclesia veluti ex promptuario quodã disciplinæ Ecclesiasticæ alias omnes Occidentis Ecclesias eiusmodi institutum fuisse mutuatas, primumque, qui ex Ordine istiusmodi institutum in Occidentem inuexit, fuisse B. Eusebium Episcopum Vercellensem, qui vt D. Ambrosius Mediolanensis epistola 82. testatur, primus in Occidentis partibus diuersa inter se instituta coniunxit, videlicet clericorum & monachorum, quod ipsum præstantissimum vitæ genus Sanctus Martinus Episcopus Turonensis transuexit in Gallias, & S. Augustinus in Africam. Videtur ergo hic autor sentire clericos primitiuæ Ecclesiæ ab Apostolis institutos vota non emisisse, nec regularis vitæ institutum tenuisse ante annum trecentesimum vigesimum, vel circa, quo tempore D. Athanasius illud institutum ex monachis mutuatum clericis adiunxit, & ex consequenti vitæ regularis institutum non ex clericis ad monachos, sed ex monachis ad clericos deriuatum, & profectum.

Verùm decipiuntur illorum pace prædicti autores, & quicunque illorum sententiæ in hoc adhærent, nam clericos primitiuæ Ecclesiæ ante Augustinum, & Eusebium, & Athanasium non solum communem vitam tenuisse, verùm etiam vota Religiosorum monachorum profiteri solitos, & instituta clericorum ad monachos, non monachorum ad clericos deriuata, vt interim ea omittamus, quæ longa oratione sequenti capite adducemus, testes sunt imprimis Vrbanus Papa huius nominis primus, & martyr in epistola ad omnes catholicos, quæ refertur in cap. Scimus 12. quæst. 1. vbi non solùm dicit, communem vitam ab Apostolis institutam in omnibus cleticis vsque ad sua tempora: scilicet ad annum 224. viguisse: sed conceptis verbis meminit votorum, vt in textu non semel legitur, vt mirum sit, quomodo viri docti, & præclari in re manifestissima fuerint hallucinati. Secundò, Clemens etiã Romanus, & Petri successor in epistola ad Iacobum fratrem Domini, quæ refertur in eadem causa & quæstione cap. Dilectissimis, clericos Ierosolimitanos ad tenendam vitam communem iam susceptam longa oratione adhortatus, ita demum concludit: *Vnde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolica regula non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ Domino vouistis, adimplere satagatis.* Tertiò D. Hieronymus in lib. de Viris illustribus in Philone, vbi dicit, talem primùm Christo credentium fuisse Ecclesiã, qualem nunc monachi esse nituntur. Quis autem nesciat, primitiuæ Ecclesiæ præcipuam, & nobilissimam portionem fuisse clericos, à quibus regimẽ, & disciplina cæterorum Christianorum pendebat? non ergo vita regularis ex monachis ad clericos profecta est, sed ex clericis ad monachos. Quartò Eusebius Cæsariensis lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ cap 16. & 17. vbi loquens de institutione Ecclesiæ Alexandrinæ, & de libro Philonis Hebræi scripto in laudem virorum Apostolicorum primitiuæ Ecclesiæ, quem de vita contemplatiua supplicum intitulauit, quosque D. Hieronymus, Cassianus, & alij monachos vocant, inquit, illum omnia Ecclesiæ instituta complexum fuisse, quæ à D. Marco tradita sunt, & vsque in illud tempus seruabantur in Ecclesia, & vitas abstinentium descripsisse, qui in Ecclesijs, & in monasterijs etiam temporibus ipsius Eusebij degebant, qui tamen viuebat temporibus B. Athanasij: nam scripsit vitam & obitum magni Constantini, qui obijt circa ann. Dom. 337. ex Baronio to. 3. Annal. Onuph. in Chronico & Card. Bellarm. in Chronico. Et notanda sunt verba illa Eusebij in fine c. 17. *In quibus (scilicet libris Philo) supradictus vir Ecclesiasticæ initia institutionis suæ, atque originem Apostolicæ, atque etiã Euangelicæ traditionis inuexit*: Ex quibus habes, quæ nonnulli ad monachorum institutum detorquent, ac restringunt, Philonem ex sententia Eusebij de institutione primitiuæ Ecclesiæ, seu de institutionis Ecclesiasticæ initijs scripsisse.

CAPVT QVARTVM.

Vera sententia de origine Canonicorum Regularium exponitur, quos à Sanctissimis Apostolis institutos, demonstratiuè probatur.

RE ectis, & reiectis falsis opinionibus vera sententia de Clericorum Canonicorum origine sequentibus propositionibus explicatur. Prima propositio I. *Ordo Clericorum Canonicorum, qui nunc Regulares Canonici dicuntur, à Sanctissimis Apostolis siue ab illorum immediatis discipulis fuit verè, & propriè, & immediatè institutus.* Hæc propositio tot, ac tantis Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, Theologorum, Doctorum, & Historicorum testimonijs, & rationibus fulcitur, vt in illis recensendis difficilius sit exitum, quàm principium inuenire, quam ob causam, vt in eis recensendis confusionem vitemus, ad quædam summa capita siue prædicamenta, illa reducere nitemur. In quorum primo referemus testimonia Pontificum, & autorum, qui formalibus verbis Canonicorum Clericorum ordinem ab Apostolis deriua-

tum. In tertio illorum, qui dicunt, Sanctissimos Apostolos, & Clericos primitiuæ Ecclesiæ vota substantialia Religionis, & Euangelicæ perfectionis emisisse.

Quod spectat ad testimonia primæ classis ex Romanis Pontificibus, qui per formalia verba nostram assertionem probant. Primus est Paschalis II. in literis Priori S. Frigdiani directis, quæ in illius monasterij Cartophilacijs seruantur, vt etiam testatur Cæsar Franciottus ex Congregatione Clericorum Regularium Lucensi. Beatæ Dei Genitricis nuncupata sacerdos in sua historia de miraculosis imaginibus, & reliquijs in Vrbe Luca seruatis, vbi tractat de Ecclesia & conuentu S. Frigdiani, quique illius monasterij Archiuum lustrauit, in quibus literis sic ait: *Vita regularis propositum in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolis institutum, quam B. Augustinus tam gratanter amplexus est, vt eam suis regulis informaret.*

Secundus est Benedictus XII. in bulla Generalis reformationis suo motu proprio emanata, quæ sic incipit: *Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad decorem Ecclesiæ sponsæ Dei, & sanctarum Religionum fundatarum in ea, &c.* & infra. *Ideoque inter Religiones alias in agro eiusdem plantatas Ecclesiæ, ad Religionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini ab Christi gloriosis discipulis in primitiua Ecclesia sacris institutionibus stabilitam, gerentes præcipuæ charitatis affectum, ac volentes, quæ in eadem religione reformandæ cognouimus, absque reformationis remedio præterire, &c.* Edita est bulla Auenioni Idibus Maij Pontificatus sui anno 5.

Tertius est Eugenius huius nominis Quartus in Bulla, qua Canonicos Regulares postliminio ad Lateran. Basilicam reduxit, quæ incipit: *Cum ad sanctissimam, & venerandam Lateranensem Basilicam dirigunt oculos mentis nostræ, & inter innumeras curas, &c.* & infra. *Hac igitur pia, & sancta inspiratione ducti, & domus Dei zelo solliciti sacratissimi Pontifices prædecessores nostri illius sequuti vestigia, cuius perfecta, & ordinata sunt opera, postquam venerabilem locum pro populi Dei salute, & summi Regis gloria ditauerit, & ex thesauro Christi sacratissimo inenarrabilibus, & incomprehensibilibus indulgentijs, & diuinæ gratiæ largitate, & remissionis exuberantia ornauerunt, horum priuilegijs sublimarunt, & decorarunt titulis dignitatum, diuinam in terris familiam Clericorum, qui vitam religiosam ducerent, & ad exemplum nascentis Ecclesiæ sanctam institutionem seruarent, quos Canonicos Regulares appellamus, vt sacrum inter Clericos, & ministros Christi viuendi modum in sacra Basilica instituerunt, firmauerunt, erexerunt, & perpetuo deputauerunt: vt hi primæ in terris Ecclesiæ, & matris sanctorum Apostolica prouidentia curam gererent, qui primorum Christiana religionis clericorum normam traditionis, & institutæ sectantur. Huius profectò sacri ordinis, & sancti propositi post sanctos Apostolos primum in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor & conditor, ac gloriosus Doctor Augustinus diuinis regulis illud decorauit, & S. memoriæ Vrbanus martyr & Sum. Pontifex Generalis Decreti ordine reformauit: & B. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo velut plantationem sacram in commisso sibi populo præcepit inseri, & in occidentis finibus ampliauit.*

Quartus est Sixtus IV. in magno priuilegio, quo eisdem Canonicis Regularibus Lateran. etiã Ecclesia ipsa Lateranensi exactis, titulum, & omnia priuilegia Canonicorum, & Ecclesiæ Lateranensis confirmauit, ac si actu in eadem Ecclesia manerent, quod incipit: *Dudum ad vniuersos Regulares ordines.* in quo inter alia ita inquit: *Ad illis præcipuè Canonicorum Regularium congregationis Lateranensis Ordinis sancti Augustini eò libentius nostræ mentis oculos conuertimus, quò Ordo ipse in nascentis Ecclesiæ sancta institutione, ac primorum Christiana Religionis Clericorum norma traditionibus q. fundatus, & sacris inflitutis, ac diuinis regulis eloquijsque præmunitus existit, ab eiusque primæua fundatione varijs virtutum meritis semper resplenduit.*

II. QVintus est Pius Quartus in motu proprio, quo sententiam à se latam in causa præcedentiæ inter Canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses super illorum antiquitate, acinre precedendi in omnibus actibus publicis, & priuatis diu exagitata confirmauit, qui est inter Constitutiones huius Pontificis 95. in ordine, in quo inter alia sic ait: *Qui quidem Cardinales dictis partibus, earumque procuratoribus, & aduocatis pluries auditis, debitisque emergentibus ad plenum discussu, & resolutu, comperto satis per eos ex compluribus literis Apostolicis, diuersisq. alijs documentis, rationibus, & probationibus, quod ipsi Canonici fuerunt, & sunt de illis Clericis à S. Augustino quamuis a sanctis Apostolis institutis, eosdem Canonicos tam sue institutionis huiusmodi, quam etiam dignitatis Clericalis, qua eos statim, quod professionem regularem emittant, insignitos esse oportet, aburung, qualitatium in eis existentium ratione, dictaq. illarum Congregationem Lateran. præfatos monachos & earum Congregationem Cassinen. præcedere debere cenuerit, & concluserunt. Vnde nos illorum relatione intellecta, eaque diligenter per nos examinata, quoniam iam in omnibus suis partibus veritati & iuri consonam comperimus, per nostram diffinitiuam sententiam pronunciamus, &c.* Quæ verba dici nõ potest, quod sint narratiua, & non dispositiua: quoniam vt patet, sunt dispositiua, post longam controuersiam multo tempore hinc inde discussam, & ventilatam & etiam si essent narratiua, tamen Summus Pontifex ipsa narratione intellecta & diligenter examinata, eam in omnibus suis partibus veritati, & iuri consonam inuenisse fatetur, & in ea fundat suam dispositionem, vnde non possunt amplius in dubium reuocari, nec potest aliquis circa illa tergiuersari.

III. SExtus est Pius Quintus in motu proprio, per quem eosdem Canonicos Regulares Congregationis Lateran. decernit omnes alios Regulares mendicantes, & non mendicantes iure præcedere

post-,

possio, & debere iure antiquitatis, & prioris institutionis, in quo inter alia sic habet: *Cum itaque sicut accepimus dilecti filij, vniuersi Canonici Regulares Congregationis Lateran. qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem Aug. eorum reformatore iterũ per reformationis viam mundo genuit meritò prætendere possunt, se omnes alias personas Ecclesiasticas tam secu-lares, quam regulares, in processionibus, & aliis actibus publicis præcedere debere, &c.* Quæ verba licet sint narratiua, tamen cum sint inducta per modum causæ, & in illis fundetur dispositio Pontificis euidenter intentum concludunt, & licèt tot tantorumque Pontificum autoritas ad prædictam assertionem probandam satis sit, ac super: nihilominus vt de illius veritate magis, ac magis constet.

IV. SEcundò loco proferuntur in illius confirmationem testimonia Doctorum, & Historiarũ, qui illam conceptis, & formalibus verbis tradiderunt, & probauerunt. Hi sunt. Primus, Sigibertus Gemblacensis in Chronico sub anno Domini 1078. vbi scribit: *ab hoc tempore cæpit reflorere in Ecclesia B. Quintini Beluacensis Canonicus Ordo, primùm ab Apostolis, postea à B. Augustino Episcopo regulariter institutus, sub Magistro Isone venerabili eiusdem Ecclesia Præposito, postea Carnotensium Episcopo.*

Secundus est, Vincentius Beluacensis in Speculo historiali lib. 26. cap. 51. & post illum

Tertius, B. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus in Summa historiali titulo 15. cap. 16. in fine, vbi referens verba Vincentij scribit: *Circa annos Domini 1080. vt refert Vincentius histor. in Speculo lib. 26. cap. 51. post Sigibertum, tempore Gregorij VII. Papæ, & Henrici Imperatorũ cæpit reflorere in Ecclesia Beati Quintini Beluacensi Ordo Canonicorum Regularium primùm ab Apostolis, postea à S. Augustino Episcopo, & Doctore eximio regulariter institutus, sub Magistro Isone venerabili eiusdem Ecclesiæ Præposito, postea Carnotensi Episcopo, qui post Isidorum fecit compilationem antiquam Decretorum.*

Quartus, Wernerus Carthusianus autor Fasciculi temporum fol. 54. vbi ait: *Ordo Canonicus cæpit florere in Ecclesia Beluacensi, qui primò ab Apostolis, postea ab Augustino regulariter est institutus sub magno Isone Præposito, post Carnotensi Episcopo.*

Quintus, Lucidus Historicus libro 10. de Rebus gestis post Christi aduentum cap. 7. vbi dicit: *Rubrica de Ordine Religiosorum testatur, communem Clericorum ordinem à B. Petro, & aliis Apostolis institutum fuisse, qui deinde ab Augustino insignem, & singularem regulam accepit.*

Sextus, Raphael Volaterranus lib. 21. Antropologiæ scribens: *Ordo autem Canonicus ab Augustino, non satis institutus, quàm renouatus: ab Apostolis enim in monte Sion exordium accepit, qui post Ascensionem, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 88. de Vita genere deliberantes communia inter se omnia, ac tria vota coram Deo statuêre. Quæ vitæ à successoribus, clericisque omnibus diu diligentissimè seruata, fideq; postea deferuescẽte destituta, nũc quoq; in Ecclesijs amplius quadraginta perseuerat.*

Septimus, Iacobus Philippus Bergomẽ. in suo Supplemento postremæ editionis lib. 14. vbi corrigens, quæ supra lib. 9. minus considerate scripserat hęc de Canonici Ord. antiquitate, & origine scripta reliquit: *Verùm quia de Canonicorum ordine sup. lib. 9. aliqua diximus, post quorum impressionem ad notitiam nostram nouæ quædam peruenerunt, authenticis approbata scriptis, non abre pauca hęc, quæ sequuntur, pro clariori veritate subnectimus. Canonicorum autem ordo Regularium D. Augustini, à quibus prædicta Congregatio Lateranensis continuauit, ab ipso patre Aug. regularem sumpsit institutionem, &c.* & infra. *Sunt ergo omnes isti Canonici, de quibus paulo superius diximus, vnius eiusdem ordinis cum illis, qui habitu lineo regulam Augustini profitentes, primùm ab Apostolis in primitiua Ecclesia sunt instituti, & per B. Augustinum regularibus institutionibus ad communem regularem vitam restituti, vt etiam ex prædictis sermonibus colligitur de Communi vita clericorum, & Constitutionibus, & Decretis Romanorum Pontificum.*

Octauus, Onuphrius in libello de Septem vrbis Ecclesijs in Ecclesia Later. vbi hęc inter alia scribit: *ducta fidelis populi multitudine cum presbyteri per singulos Vrbis Romæ titulos distributi essent, qq, in suis Parochijs occupati non ita assistere Romano Pontifici possent, clericorum quæ disciplina laberetur, Celestinus Papa circa annum Domini C D. Clericos, qui ab arctiori vitæ instituto Canonici, id est Regulares vocati sunt. Ut Apostolorum & primitiuæ Ecclesiæ more secundum B. Augustini regulam in communi viuebant, Lateranæ collocauit, qui Presbyterorum veterum tam Cardinalium, quàm non Cardinalium loco, Basilicæ Lateranen. si specialiter addicti, quotidie deseruirent.*

Nonus, Ioannes Gerson Cancellarius Parisiẽsis Alphabeto 22. litera N. vbi ait: *Regularis vita originem ab ipsis Apostolis traxit.* & Alphabeto 42. in sermone de Cœna Domini dicit, quòd Apostoli fuerunt Canonici Regulares sub Abbate Christo.

Decimus, Robertus Arboricẽsis to. 2. in Opusculo de tuendo cœlibatu, vbi inquit: *Canonicos dicimus, qui ex communi placito ac voto orationi, ac mutuę bonorum distributioni obnoxij erant. Erat autem hoc veluti elementum quoddam, atque exemplar futuræ Communionis in Ordine Canonicorum, qui triplici voto astricti, se Regulares appellant, quem Augustinus longo post tempore instituẽs, se ab Apostolico fonte hausisse profitetur. Hic ergo ordo statim ab orbe redempto &c.*

Vndecimus, Hieron. Platus de Bono statu Relig. capite 23. quem Duodecimus sequitur Emanuel Rodriquez to. 1. Quæstionum Regularium quæst. 3. art. 1. vbi proposita quęstione à quo habuit originem Ordo Canon. Regul. inquit: *Respõdeo dicendo, quod Canonici Regulares Ordinis S. Augustini dicti Lateranenses ab Apostolis primum, vt narrant historia, traxerunt originem, prout tradit Hieronymus Platis: sed postea à B. Augustino fuit talis Congregatio regulariter ordinata,*

Tertiò

V. TErtiò principaliter confirmari potest eadem assertio alijs testimonijs autorum, qui dicũt, B. Aug. non nouum ordinem instituisse, verùm ab Apostolis institutum ad primam vitæ rationẽ reparauisse. Quod præter autores proximè allegatos, quorum plerique id conceptis verbis affirmant, fatetur primus ipsemet Aug. in tribus sermonibus de Comm. vita clericorum. Nam in ser. 1. ita scriptum reliquit: *Nollu omnes, aut penè omnes, sic nos viuere in ea domo, quæ dicitur domus Episcopi, vt quantùm possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Act. Apost. Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia &c.* Similiter in 2. ser. in princ *Quomodo autem, inquit, viuere velimus, quomodo Deo propitio tam viuamus, quamuis de scriptura sancta multa nouerimus, tamen ad commemorandos vos, ipsa de lib. Actuum Apost. verbis lectio recitabitur: vt videatis, vbi desideranda sit fama, quam desideramus implere, &c.* In 3. verò, vbi ipsa regula Canonicorum exactè scribitur, ita legimus: *Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus, in monasterio constituti. Primum propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo, & non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia, &c. Sic enim legitur in Actibus Apostol. quia erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuique sicut cuique opus erat.* Et vt semel dicamus, tota series illorum sermonum ad hoc tendit, vt Clerici Augustiniani ad normam vitæ Apost. & Clericorum à SS. Apostolis institutorum reformarentur, vt legenti patet.

Secundus est Possidius in vita D. Augustini c. 5. vbi ait, quod: *Factus presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam.*

Tertius est D. Thom in officio D. Augustini per illum ordinato, & ante annos circiter quadringẽtos in Ecclesia vsitato, quod etiam probauit Pius V. in Bulla approbationis diuinorum officiorum Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis, in quo officio in laudibus, & ad vesperas canitur Antiphona: *Factus ergo presbyter monasterium clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* Quo officio vtebantur Ecclesia Cæsaraugustana, & Valentiana in regno Aragonensium: licèt fortè illius vsus, quod prædictæ Ecclesiæ cum innumeris alijs ex Regularibus ad sæcularitatem transierint, in desuetudinem iuerit. Videatur de hoc Trullus lib. 1. de Canonicis cap. 3.

Quartus est Vincẽtius Beluacen. ex quo Quintus D. Antoninus in Summa Historiali titulo 10. cap. 8. §. 2. vbi eadem verba refert: Factus ergo presbyter monasterium &c.

Sextus, Carolus à Basilica Petri Nouarien. Episcopus in sua Nouaria lib. 2. in vita B. Gaudentij primi eiusdem ciuitatis Episcopi, ac Diui Eusebij Vercellen. Episcop. & martyris, discipuli, necnon Orientalis peregrinationis Comitis, vbi inter alia hæc de illo memoriæ tenenda scribit: *Boni sacerdotes veteres, sequentes verbum Domini renunciabant ijs, quæ possidebant, abnegabant semetipsos, quod quidem præcipuum est, non omnes tamen Canonicis quibuscumque sese deuincichant institutis, ijs inquam institutis, quæ perfecto, & ab Apostolis instituto perfectæ vitæ carone continebantur. Hoc S. Ambrosius appellat officia Clericorum cum Monachorum institutis contingere, cuius rei autorem in Occidente facit sanctum Eusebium Vercellensem Episcopum Gaudentij nostri magistrum, præterea sanè testimonium, & valde obseruandum, ex quo fatendum est, perfectam clericorum disciplinam, & monasteria clericalia in Occidentalibus Ecclesijs ab ea profecta esse, & ipsum S. Augustinũ eius disciplinæ sancti gymnasia præ spuma, cultorem vna cum Euangelio in hac regione illorum deduxisse.* Ecce tibi vnde nam profecta fuerit institutio Canonica, quam Augustinum in Africam inuexisse omnes fatentur, ex Apostolis nimirum, & à B. Eusebio ex partibus Orientis in Ecclesiam Occidentalem aducta, quod non de primaria institutione Occidentalis Ecclesiæ, sed de restitutione intelligas, vt infra patebit. Adstipulantur S. Carolus Mediolanen. Episc. in epistola de Translatione reliquiarum sanctæ Simplicani, quæ habetur in Actis Ecclesiæ Mediolanen. parte 7. affirmans, institutum vitæ cõmunis Hipponẽsium Clericorum à Simpliciano presbytero profectum: ab eoque Augustinum apprimè edoctũ, ad quem etiam libros de Trinitate postmodum Augustinus scripsit.

CAPVT QVINTVM.

Beatos Apostolos, ac etiam omnes Clericos ab Apostolis institutos in primitiua Ecclesia vitã communem cum abdicatione bonorum temporalium, & substantialia Religionis vouisse.

AD maiorem supradictæ assertionis corroborationem subiungitur secunda propositio: *Beatissimi Apostoli, & omnes Clerici in primitiua Ecclesia instituti, communem vitam, ac cætera substantialia Religionis vouebant.* Hæc propositio probanda est primò de Apostolis, mox de Clericis Apostolicis in primitiua Ecclesia institutis. Nã quod ad ipsos Apostolos spectat, illos communẽ vitam cum omnium bonorum temporalium abdicatione, ac cætera substantialia Religionis vouisse, testantur in primis Diuus Augustinus libro 17. de Ciuitate Dei, cap. 4. post medium vbi sic ait: *Dixerant enim parentes illi eius e nos religiosum amore,*

& sanctissimum te, hoc tot ac tam potentissimi vouerant. Sed vnde hoc ex ipso ab illo, & quo hæc continuò dictum est, vbi eorum vouentis aliquam ex illis esse vouentibus, eorum confirmatus est animus &c. Sequitur D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 4. ad 3. scribens, Apostolos vouisse substantialia siue pertinentia ad statum perfectionis, quando relictis omnibus secuti sunt Christum. Quæ verba expendens Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia, & iure q. 2. art. 5. deducit. Reliquum ab ipsis Apostolis originem habuisse. Idẽ docet Alphonsus à Castro contra Hæreses in verbo Votum, vbi non solùm probat Apostolos vota emisisse, verùm etiam vitam regularem eum emisse voto rum votorum ab ipsis Apostolis institutã, hanc ille Petrus Paludanus in 4. d. 38. D. Thomam sentus expressè dicit, Apostolos tria vota emisse vbe concludit, Apostolos, & omnes primæ Ecclesiæ Clericos Regulares fuisse, & hoc ad quod inquit Io. Gerson capite præcedenti reformand. Apostoli fuerunt Canonici Regul. sub Abbate Christo, vbi etiam addit, quod Iudas tricliniorem fuit à Christo decoratus: quia fuit illius procurator, & commensalis, & Canonicus Regularis sub ipso Abbate Christo, & vt ne gratis hoc dicere videatur, Probatur illorum assertio primùm quidem autoritate diuinæ scripturæ de quibus etiam ratione demonstratiua, & irrefragabili tum quod spectat ad autoritatem diuinæ scripturæ, Apostolos pauperta tem cum omnibus temporalium bonorum abdicatione vouisse, testantur illa Petri verba apud Matthæum cap. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c.* iuxta interpretationẽ D. Aug. D. Thom. & aliorum Doctorum proximè allegatorum. Ex quibus etiam verbis colligitur, Apostolos perfectam obedientiam vouisse, quod in sequela Christi ex præmittur. Qui enim parentem, matrem, fratres, parentes, & alia omnia relinquit, vt Christum sequatur, perfectam obedientiam Christo vouet. Similiter cum dicit Apostolus Christum vouisse, indicat cœlibatus omnium Apostolorum, & Episcoporum, ac sacerdotum ab ipso Christo rectorum, nam si Apostoli ipsi post electionem ad munus Apostolatus vxores tenuissent, nullorum Episcopi à se ordinatis castitatẽ præcepissent, nec haberet enim Episcopos, & sacerdotes quibus fierent ipsi Apostoli, in quod verba D. Pauli efficaciæ quærãte, de hac ipsa re scribentis, omnes homines sic sicut meipsum. At Episcoporum, & Sacerdotum cœlibatus, & continentia ex traditione Apost. in tota Ecclesia saltem Occidentali ab initio vsque in hodiernum diem inconcussa tenetur, de qua re videri potest Card. Bellarminus libr. de Clericis cap. 19.

Ratio quia irrefragabilis, quæ hanc veritatẽ euincit, est, quia status vitæ regularis cum trium votorum emissione, omniũ perfectissimus est, vt oẽs Catholici inter se Wicleffum, Lutherum, Caluinum, & cæteros vitæ monasticæ antagonistas aduersus, & probat Alphonsus à Castro aduersus

& secuti sumus te. hoc votum potentissimi vouerant. Sed vnde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuò dictum est, dans votum vouenti? aliquin ex illu essent vouentibus, quorum infirmatus est arcus &c. Sequitur D. Thom. 2 2. quæst. 88. art. 4. ad 3. scribens, Apostolos vouisse substantialia siue pertinentia ad statum perfectionis, quando relictis omnibus secuti sunt Christum. Quæ verba expendens Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia, & iure q. 2. art. 5. deducit. Religionem ab ipsis Apostolis originem habuisse. Idē sentit Alphonsus à Castro contra Hæreses in verbo Votum, vbi non solùm probat Apostolos vota emisisse, verùm etiam vitam regularem eum emissione trium votorum ab ipsis Apostolis institutā, & ante illū Petrus Paludanus in 4. d. 38. D. Thomam secutus expresè dicit, Apostolos tria vota emisisse: vnde concludit, Apostolos, & omnes primitiuæ Ecclesiæ Clericos Regulares fuisse, & hoc est, quod inquit Io. Gerson capite præcedenti relatus, quod Apostoli fuerunt Canonici Regul. sub Abbate Christo, vbi etiam addit, quod Iudas triplici honore fuit à Christo decoratus: quia fuit illius procurator, & commensalis, & Canonicus Regularis sub ipso Abbate Christo, & vt ne gratis hoc docere videantur, Probatur illorum assertio primùm quidem autoritate diuinæ scripturæ deinde etiam ratione demonstratiua, & irrefragabili, nam quod spectat ad autoritatem diuinæ scripturæ, B. Apostolos paupertatem cum omniū temporalium bonorum abdicatione vouisse, testantur illa Petri verba apud Matthæum cap. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c.* iūcta interpretatione D. Aug. D. Thom. & aliorum Doctorum proximè allegatorum. Ex quibus etiam verbis colligitur, Apostolos perfectam obedientiam vouisse. quod in sequela Christi exprimitur. Qui enim patrem, matrem, fratres, parentes, & amicos relinquit, vt Christum sequatur, perfectam obedientiam Christo vouet. Similiter eosdē Apostolos castitatem vouisse, indicat cœlibatus omniū Apostolorum, & Episcoporum, ac sacerdotum ab Apost. institutorum, nam si Apostoli ipsi post electionem ad munus Apostolatus vxores tenuisset, nullatenus Episcopis à se ordinatis castitatē præcepissent: sufficeret enim Episcopos, & sacerdotes esse, sicut fuerunt ipsi Apostoli, in quod verba D. Pauli rectissimè quadrant, de hac ipsa re scribentis: *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum.* At Episcoporum, & Sacerdotum cœlibatus, & continentia ex traditione Apost. in tota Ecclesia saltem Occidentali ab initio vsque in hodiernum diem inuiolabilis tenetur, de qua re videri potest Card. Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 19.

Ratio verò irrefragabilis, quæ hanc veritatē euincit est, quia status vitæ regularis cum trium votorum emissione, omniū perfectissimus est, vt cōs Catholici aduersus Wicleffum, Lutherum, Caluinum, & cæteros vitæ monasticæ antagonistas affirmant, & probat Alphonsus à Castro aduersus Hæreses, in verbo Votū, & Card. Bellar. lib. 2. de Monachis, ad quos remitto: nam status vitæ regularis præter mandatorum, exactam etiam consiliorum Euangelicorum obseruantiam perstringit. in qua totius perfectionis Euangelicæ summa consistit, vt ijdem autores, & alij passim Theologi deducunt. Cæterum sanctissimos Apostolos summum gradum perfectionis Euangelicæ proximè post Christū super cunctos Christianos tenuisse, res est, quam nullus Catholicorum negabit. Rectissimè igitur, ac verissimè affirmant D. Tho. & alij proximè allegati, sanctissimos Apostolos substantialia Religionis vouisse.

II. His de sanctissimis Apostolis constitutis, probanda nunc est secunda pars ciusdem propositionis, quod non solùm ipsi Apostoli, verum etiam sacerdotes, & cæteri omnes clerici primitiuæ Ecclesiæ vota Religionis emitterent, ac consequenter Clerici Regulares, quos clericos canonicos Regulares dicimus, verè, & propriè existerent. Id verò probatur primùm in genere de omnibus antiquis clericis, mox inductione facta per clericos particularium Ecclesiarum. Qui omnes clericos primitiuæ Ecclesiæ communem vitam, & substantialia Religionis vouisse affirmant, hi sunt.

Primus Vrbanus I. Papa, & martyr, in epistol. ad omnes Christi fideles, cuius fragmentum refertur in cap. Scimus 12. quæst. 1. vbi conceptis verbis dicit communem vitam ab Apostolis institutam vsque ad sua tempora in Ecclesia retentam apud omnes clericos, & meminit votorum, ne quis dicat, illos clericos eiusdem vitæ genus absque votorum emissione tenuisse. Floruit autem hic Pontifex circa annum Christi 224. libet autem illius verba hoc loco ponere, tum quòd eius testimonium sit irrefragabile, tum etiam quia ad multa in sequentibus dicenda scitu necessaria sunt, & ad eorum intelligentiam facem præferunt: *Scimus*, inquit, *vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, maximè inter eos, qui sortem Domini sunt electi, id est Clericos, sicut in actibus legitur Apostolorum: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia*, & infra. *Quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit, se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc quod Domino est pollicitus fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat, quoniam satius est non vouere, quàm votum prout melius potest, non perficere. Grauius enim punientur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt: quàm illi, qui vitam sine voto finierunt, aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.*

III. Secundus est Eusebius Cæsarien. lib. 2. Hist. Ecclesiasticæ c. 16. vbi Philonis Hebræi verba referens, quæ ille in suo libro de Vita contemplatiua supplicum in laude Christianorum primitiuę

Ecc.

Eccl. per Marcum Petri discipulum Alexandriæ constitutæ scribit, inquit, Philonem omnia instituta complexum fuisse, quæ & tunc scilicet tempore Marci Euangelistæ & in hodiernum diem seruantur à nobis: *Sed & abstinentiam*, inquit, *vitæ eorum dum taxat, qui nunc in Ecclesijs, vel in monasterijs degunt, describit ad liquidum.* & cap. 17. idem author ponit verba Philonis inter alia, sic dicentis: *In multo est orbis terræ partibus hoc hominum genus, oportebat enim perfecti huius boni participem fieri omnem Græciam, omnemq; Barbariem. tu Ægypto tamen maior est copia per singula quoque territoria, præcipuè autem circa Alexandriam. Nam optimus quisque ex omnibus locis veluti ad vberu patriæ glebam festinus accurrit colonus. Regio quædam est Philosophiæ magis, quàm frugibus opportuna, supra lacum cui Mariæ nomen est, sita, colliculo quibusdam molliter, & clementer erecta, ad munimentum simul, atque aëris temperiem commoda.* & infra. *Est autem in singulo locis consecrata orationi domus quæ appellatur Semneion, vel monasterium. Semneion autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum* (inquit Eusebius) *in quo secedentes, honestè, ac castè vitæ mysteria celebrant.* Multa alia ibidem subiungit, ex quibus tandem in fine capitis sic concludit: *In quibus supradictus vir Ecclesiasticæ institutionis initia, & originem Apostolicæ, atque Euangelicæ traditionis intexuit.* Ecce ex testimonio Eusebij Cæsarien. quale vitæ genus clerici primitiuæ Ecclesiæ tenerent, illud nimirum, quod colebatur etiam in monasterijs, quod institutum ex sententia eiusdem Eusebij qui vixit vsque ad annũ circiter 340. nam magni Constantini obitum scripsit, qui anno 337. ex hac vita migrauit, vsque ad illud tempus in omnibus Ecclesijs, & monasterijs obseruabatur.

IV. TErtius est D. Hieron. in lib. de Viris illustribus in Philone, de quo ista scribit: *Philo Iudæus natione alexandrinus, de genere sacerdotum, idcirco à nobis inter Scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangelistæ apud alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude versatus est, non solùm eos ibi, sed in multis quoque prouincijs esse memorans, & habitacula eorum dicens monasteria, ex quo apparet, talem primo Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur, & cupiunt &c.* Nulli autem dubium est, inter Christianos primitiuæ Ecclesiæ, potiores partes habuisse Sacerdotes, ac cæteros clericos. Ergo illi omnes Regulares erant, & Regularium instituta tenebant, & vt de Hieronymi sententia circa vitam communem clericorũ primitiuæ Ecclesiæ, cum abdicatione bonorum omnium temporalium, magis constet. lege illum in epist. 2. ad Nepotianum, de Institutione clericorũ, cuius fragmentum refertur in cap. Clericus 12. q. 1. vbi ex etymologia huius nominis clericus deducit, clericos nihil proprium habere posse, & illorum, qui extra Deum aliquid proprium habere voluerint, Dominum partem non esse: *Si enim*, inquit, *cleros græce, sors latinè appellatur, propterea vocãtur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, id est, pars clericorum est, qui autẽ vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt, & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest: Quod si quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, v.g. si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum ipse pars Dominus sors pars eius non dignabitur.* Iam vide, quales vsque ad D. Hiero. tempora veri clerici essent, à sanctis Apostolis instituti, à quibus & nomen ipsum clericorum acceperunt.

Quartus est B. Aug. in sermonibus de com. vita clericorum, in quibus cum expresè dicat, propositum illius extitisse clericos Hipponenses ad normam vitæ Apostolicæ clericorum primitiuæ Ecclesiæ reformare, vocetque clericos proprietarios cœcos, & claudos, vtpote à perfectione clericorum Apostolicorum claudicantes, & deficientes: satis apertè indicat clericos primitiuæ Ecclesiæ à sanctissimis Apostolis tales fuisse institutos, quales per B. August. Hipponenses clerici fuerunt instituti.

Quintus est B. Prosper Rhegiensis Epist. Augustinianæ doctrinæ, ac instituti acerrimus propugnator, & æmulator. Is enim in 2. de Vita contemplativa exemplo Christianorum primitiuæ Ecclesiæ ostendit Sacerdotes nihil proprium posse possidere, & grauiter inuehitur in clericos proprietarios, & summoperè commendat, & extollit vitam communem clericorum, vt videri potest cap. 9. 15. & 16.

Sextus D. Gregorius Romanus Pontifex huius nominis primus in Responsionibus ad quæstiones Augustini Anglorum Episcopi, cuius etiã verba ad clericorum nascentis Eccl. sam vitæ regularem probandã recitat Gratianus in cap. Quia tua fraternitas 12. quæst. 1. nam tota illa quæstio in hac nostra assertione probanda principaliter versatur: *Quia*, inquit, *tua fraternitas monasticæ regulæ erudita seorsum non debet sicere a clericis sua, in episcopio Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituere conuersationem, quam initio nascentis Ecclesiæ sanctis patribus nostris, in quorũ nomine vocamur, ex his, quæ possidebat, aliquid suturis esse docebat: sed erant illis omnia communia.* Ostendemus verò inferius, Augustinum in Ecclesia Anglicana Clericos Regulares communem vitam in monasterijs tenentes instituisse, qui in eadem Ecclesia vsque ad annum 960. perseuerauerunt, quo tempore cum à regulari disciplina multùm essent relaxati, suadentibus Episcopis Cantuariensi, Vigorniensi, & Wintoniensi in quibusdam Ecclesijs submoti sunt, & loco illorum positi Monachi Benedictinenses.

V. SEptimus est B. Petrus Damiani in epistola ad canonicos Fanenses, vbi vt illos ad communem vitam clericorum primitiuæ Ecclesiæ redu-

cere[illegible]

[illegible] inter alia multa hæc literis mandauit: *Planè quia quis habet dei Canonicus, nisi sit Regularis, quia nulla regula habetur, nisi iuxta vim nominis sui sit etiam Regularis? Habent siquidem Canonicum, hoc est Regulare nomen habere, sed non regulariter viuere, ambiunt cõmune habere, sed non communiter habere. Exinvrè non est hæc communitas Ecclesiæ formæ: satis exposita ab institutionis regulæ disciplina, quibus nimirum erat cor vnum, & anima vna, & tenebant omnia &c.* Videatur tota illa epistola, quæ est in 5. lib. epistolarum autoris [illegible] in ordine, quæque tota hic transcribenda est quantum in hoc argumento tota versatur, & ex omnibus ex Euangelio, & ex Actis Apostolorum sacræ scripturæ eandem concludit. *Cur itaque hæc in Ecclesia fieri non debent, quæ leguntur, operari in vobismetipsis? Postrorum si qui per succedentium vicissitudinem temporum, [illegible] Apostolorum & sacerdotum primitiæ Ecclesiæ] fungantur officio, eorum profectibus [illegible] esse non debet exemplo.* Vide hic ex sententia Petri Damiani vsque ad illius tempora tantum Canonici ad solos Regulares clericos extensum.

OCtavus est D. Thomas, qui non solum in 2. 2. q. 88. art. 4. ad tertium expresè docet, Apostolicã, & Euangelicã Religionis votum esse, sed in 4. dist. 9. art. 2. quæstiuncula 3. ad tertium dicit, non omnes clericos esse vitæ regulæ, quæ modò sunt, ex aliquo moderato Ecclesiæ approbatus, quo ad [illegible] ipse superrogationis sunt, se obligare, & nunc certi temporis obligatio ad aliũ morem viuendi idem facit, quod nunc obligatio aliorum regulam & in officio D. Augustini per Pium V. probato inquit, quod B. Augustinus instituit suos clericos viuere secundum regulam sub certis [illegible] constitutam.

Nonus Petrus Paludanus ibidem scribens in 4. dist. 9. circa finem D. Thomæ transcribens, illius sententiam confirmat ex duobus capitulis à Gratiano in unum collectis ex cap. Dilectissimis, & cap. Sicut ea, quæ autem Canones loquuntur de clericis communi vitæ Ecclesiæ.

Decimus Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia, & iure 4. art. 5. hoc deducit, Religionem à temporibus Apostolorum cœpisse, quod confirmat autoritate D. Thomæ, & clarius lib. 10. q. 4. art. 3. in 2. membro primo ad literam. *Secundò & id quoque manifestum est, quod nascentes clericorum Ecclesiæ statum nouum ingressi, in quo vita instituto nouum [illegible] videbatur, cum erat decentissimus illorum status, seruatus fuisse, vt patet ex Canone Clementis, Dilectissimis, & Canone Vrbani citato, Videntes, & Canone Sicut ea, multis aliis 12. q. 1. nam cum paucis tunc [illegible] clericorum, & Ecclesiarum, poterant sic communiter [illegible] in multis Ecclesijs Cathedralibus tantum fuerunt aliquod eiusdem vitæ communis vestigium Eckert hic autor non meminerit voto-*

rum eam prodeat canones, Dilectissimis, [illegible]

ceret, inter alia multa hæc literis mandauit: *Planè quo pacto quis valeat dici Canonicus, nisi sit Regularis, quomodo Monachus, nisi iuxta vim nominis sui sit etiam singularis? Volunt siquidem Canonicum, hoc est Regulare nomen habere: sed non regulariter viuere, ambiunt communia Ecclesiæ bona diuidere. aspernantur autem apud Ecclesiam communiter habere. Enimverò non est hæc primitiua Ecclesiæ forma: satis exorbitat ab institutionis apostolicæ disciplina, quibus nimirum erat cor vnum, & anima vna, & vendebant agros, &c.* Videatur tota illa epistola, quæ est in 5. lib. epistolarum autoris nona in ordine, quæque tota hic transcribenda esset: quoniam in hoc argumento tota versatur, vbi cum multa ex Euangelio, & ex Actis Apostolicis recitet, sic tandem concludit. *Cur itaque hæc in Ecclesia legimus, nisi hæc ipsa, quæ leguntur, operibus impleamus? præsertim ij qui per successionum vicissitudines temporum, eorum (scilicet Apostolorum & sacerdotum primitiuæ Ecclesiæ) fungantur officio, eorum proculdubio necesse est conuersentur exemplo.* Vide hic ex sententia Petri Damiani vsque ad illius tempora nomen Canonici ad solos Regulares clericos extentum.

VI. Octauus est D. Thomas, qui non solum in 2. 2. q. 88. art. 4. ad tertium expresè docet, Apostolos substantialia Religionis vouisse, sed in 4. d. 38. q. 1. art. 2. quæstiuncula 3. ad tertium dicit, quod antequã essent istæ regulæ, quæ modò sunt, erat aliquis modus ab Ecclesia approbatus, quo aliqui ad ea, quę supererogationis sunt, se obligabant: & tunc certi temporis obligatio ad aliũ modum viuendi idem faciebat, quod nunc obligatio ad certam regulam: & in officio D. Augustini per Pium V. probato inquit, quod B. Augustinus instituit suos clericos viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam.

Nonus, Petrus Paludanus ibidem scilicet in 4. d. 38. vbi verba D. Thomę transcribens, illius sententiam confirmat ex duobus capitulis à Gratiano relatis, scilicet ex cap. Dilectissimis, & cap. Scimus. 12. q. 1. illi autem Canones loquuntur de clericis primitiuæ Ecclesiæ.

Decimus, Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia, & Iure q. 2. art. 5. vbi deducit, Religionem à temporibus Apostolorum cœpisse, quod confirmat autoritate D. Thomæ, & clariùs lib. 10. q. 4. art. 3. in 2. notando, vbi ita ad literam. *Secundò & id quoque meminisse opus est, quod nascens clericorum Ecclesia cœpit in communi viuere, in quo vitæ instituto nonnihil tẽporis adoleuit: ille enim erat decentissimus illorum status, si perdurare posset, vt patet ex Canone Clementis, Dilectissimis. & Canone Vrbani citato, Videntes. & Canone Scimus. & multis aliis 12. q. 1. nam cum paucitas tunc existeret clericorum, & Ecclesiarum, poterant sic commodè viuere. Imò & in multis Ecclesijs Cathedralibus etiam nunc specimen aliquod eiusdem vitæ communis retinetur.* Et licet hic autor non meminerit votorum: tamen eum producat canones, Dilectissimis, & Scimus, & alios 12. q. 1. & illi expresè loquantur de clericis vouentibus, consequens est, vt in eodem sensu loquatur.

VII. Vndecimus est, Riccardus Cenoman' Theologus Parisiensis in Antidoto ad censuram Erasmi in Regulã Augustini, vbi testimonijs Doctorum probat, Beatos Apostolos vota emisisse, & B. Augustinum suos clericos ad normam regulæ ab Apostolis traditæ, & vitæ clericorũ Apostolicorum primæ Ecclesiæ instituere voluisse, quæ Antidotus reperitur in primo tomo operum D. Augustini editionis Parisiensis anni 1541. ad finẽ.

Duodecimus est, Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Monachis cap 5. §. 6. probatur, vbi hæc ad literam. *Sexto probatur ex Apostolorum exemplo, qui verè primi fuerunt monachi Christiani: nam quod vitam Cœnobiticam instituerint, vbi essent omnia communia, patet ex Actu Apostolorum, vbi Ananias cum fraudasset de pretio agri, & decipere voluisset Apostolos, audiuit à S. Petro: nonne manens tibi manebat, & venundatum sub tua erat potestate? quod etiam voto ad eam perfectionem se obligauerint Apostoli, docet Augustinus lib. 17. de Ciuit. cap. 4. Hoc votum*, inquit, *potentissimi vouerant. Quod denique ab Apostolorum exemplo cœperint Religiones, testantur plurimi Patres, vt Eusebius lib. 2. Historiæ cap. 16. Hieronymus de Viris illustribus in Philone, Augustinus serm. 2. de communi vita Clericorum, Possidius in vita Augustini, Isidorus lib. 2. Officiorum cap. 15. Denique Cassianus collat. 18. cap. 5. itaque*, inquit, *Cœnobitarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium.* Vbi vides, illum sub nomine Monachorum comprehendere clericos regulariter viuentes, & sentire, illos fuisse in primitiua Ecclesia regulariter institutos, cum dicat, ipsos Apostolos, qui veri clerici, & clericorum parentes, & institutores fuerunt, Monachos fuisse, qui modus loquẽdi familiaris est huic Doctori, vt patet eodẽ capite paulò inferius, vbi vocat Augustinum Monachum, & numerat inter Monachos: quem tamen in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in censura Sermonum ad Eremitas dicit eatenus dici Monachum, quia cum suis clericis in ciuitate, & domo Episcopali Monasticam vitam duxit. & in eodem libro vocat Hugonem, & Riccardum de Sancto Victore Monachos Ordinis Canonicorum Regularium, & semel apud hunc autorẽ omnes clerici regulariter viuentes dicũtur Monachi. Ex quo Doctore habes, vnde nõ solũ multos priscos autores rectè interpreteris: verùm etiam illorũ testimonio hanc propositionem confirmes, dũ aiunt vitam Monasticam ab exordio nascẽtis Ecclesiæ Institutam ab ipsismet Apostolis, & illorum discipulis, ex quibus sunt Dionysius cap. 6. de Ecclesiastica Hierarchia, vbi etiã ritus, & modos ipsos Monachos initiandi describit, Cassianus in libris de Institutis Renunciantium. D. Gregor. lib. 1. Regist. epist. 33. ad Venantium. & D. Bernardus in epistola siue Apologia ad Gulielmum Abbatẽ Cluniacensem: accipiunt enim vitam siue institutionem Monasticã pro institutione Regulari ge-

neriè sumpta, quatenus comprehendit non solũ eos, quos modò dicimus monachos, verùm etiam clericos Regulariter, & communiter viuentes, qui Christianorum nascentis Ecclesiæ portio præcipua fuerunt.

VIII. Decimus tertius est Gulielmus Durandus in lib. qui vocatur Rationale diuinorum officiorũ lib. 16. in rubrica de Septem diebus post Pascha, vbi illos reprehẽdit, qui post octauas Paschæ vsq; ad Pentecosten tres tantum Psalmos cum tribus lectionibus in Matutino recitare volunt: idq; multiplici ex causa, quarum tertia est, quia inter Canonicos Regulares, & eos, qui vsurpato nomine dicuntur seculares, nulla quoad hoc debet esse differentia: nam ipsi clerici ab initio ferè omnes Regulares erant, vt patet ex cap. Quia. & cap. Scimus. & alijs 12. q. 1 & certum est, quod Canonici Regulares dicunt plures, quàm tres psalmos, & lectiones, & multa alia in eodem Rationali ad idem scribit.

Decimus quartus est autor glossæ in cap. Licet. de officio Ordinarij. vbi dicit, quòd Clerici in quantum participãt cum Religiosis regularibus, sunt clerici, & in quantum habent proprium, & conueniunt cum laicis, dicuntur seculares.

Decimus quintus est Præpositus in cap. primo. 44. d. nu. 4. vbi ad longum probat hanc assertionem, quòd clerici primitiæ Ecclesiæ primò tenebant communem vitam, & postea paulatim cœperunt relaxari, & proprium habere.

Decimus sextus Abbas in cap. Licet. de officio Ordinarij. vbi similiter post Glossam dicit, clericos eatenus dici clericos, quatenus participant vitam Religiosam; & quatenus habent propriũ dici seculares: sed clarius in c. Episcopus de Præbendis. vbi proposita quæstione, An clericus habens patrimonium, & beneficium, possit licitè viuere de reditibus beneficij, & conseruare patrimonium parẽtibus, allegatis iuribus pro parte affirmatiua, & negatiua, quæstionem resoluit, dicens: iura pro parte negatiua procedere de clericis antiquis, quãdo nondum introductæ erant præbendæ: nam clerici primitiæ Ecclesiæ omnes communem vitam ducebant. Verùm deferuescente charitate, cũ occultè inciperent proprium tenere, ad vitandã hypocrisim concessum est illis, vt possent vti reditibus beneficiorum. & sic modò clericus licitè tenet fructus beneficiorũ, etiamsi habeat patrimoniũ. & in cap. Deus qui. de vita, & honestate Clericorum dicit, quod clerici seculares sunt clerici relaxati à primæuo instituto nascentis Ecclesiæ.

IX. Per hæc sufficienter probauimus, non solùm sanctissimos Apostolos, verùm etiam omnes sacerdotes, & clericos primitiuæ Ecclesiæ ab illis institutos, regulares extitisse, cum vera trium votorum emissione, & professione, & id quidem ratione illa generali confirmari potest, quia clerici primitiuæ Ecclesiæ, præsertim quos Sanctissimi Apostoli instituerunt in eminentiori, ac nobiliori gradu Christianã perfectionẽ participabant, quã clerici posteriores, præsertim horum temporum, cum essent propinquiores ipsi primo principio, ex quo deriuat omnis pulchritudo Christianæ perfectionis, scilicet Christo, & illius Apostolis. Verùm vt iam diximus, vita regularis, quæ consistit in emissione, & obseruantia trium votorũ, longè perfectior est, quàm vita secularis, nam vitæ secularis perfectio in obseruatione mandatorum posita est, iuxta illud Euangelicum: Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Cæterum perfectio vitæ regularis vltra mandata perstringit obseruantiam trium cõsiliorum Euangelicorũ, ad quam ipsi regulares solemni voto sese obstringunt, quis igitur neget, clericos primitiuæ Ecclesiæ regulares extitisse? Verũ præter rationes generales, & vniuersales, probanda est nunc eadem assertio ratione particulari, & inductione facta per singulos clericos singularis Ecclesiarum. Et primò incipiendo ab ipsa Ecclesia Ierosolimitana, quæ ordine temporis ante omnes alias Ecclesias est fundata, sanè illius Ecclesiæ clericos per Sanctissimos Apostolos institutos, & cum D. Iacobo Domini fratre, ac Ierosolimorum Episcopo degentes, vitam regularem cum votorũ emissione vouisse testatur D. Clemens Romanus Petri Apostoli successor & discipulus, in epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, & clericos cum illo Ierosolimis degentes, cuius partem Gratianus suo decreto inseruit in cap. Dilectissimis. 12. q. 1. vbi enim ait: *Communis vita fratres, omnibus necessaria est, & maximè ijs, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt.* Et ne quis dicat, illos non ex voto, sed ex libertate communem vitam coluisse, inferiùs subdit: *Vnde consilium dantes, vestram proximiam hortamur, vt ab Apostolica regula non recedatis: sed communem vitam ducentes, & Scripturas sacras rectè intelligentes, quæ Domino vouistis, adimplere satagatis.*

Similiter loquendo de Ecclesia Alexandrina, res est extra omnem dubitationẽ posita, illius Ecclesiæ clericos per B. Marcum Petri discipulũ ibidem institutos regularem vitam duxisse: id enim testantur non solùm Philo Iudæus, verùm etiam Eusebius Cæsariensis loco citato ex lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap 16. & 17. & D. Hieronymus de Viris illustribus in Philone, & post illos Cassianus in libris de Institutis Renuntiantium. Nec dici potest, prædictos autores de Monachis per Marcũ institutis, non de clericis loquutos: frigidum enim esse hoc commentum, ostendunt illorum verba. Nam Eusebius expresè dicit, Philonẽ descripsisse illud vitæ institutum, quod seruabatur non solùm in Monasterijs, sed etiam in Ecclesijs, quod idem prorsus est, ac si dixisset, illum descripsisse institutum vitæ tum Monasticæ, tum etiam clericalis. Hieronymus verò dicit Philonem descripsisse institutum primitiuæ Ecclesiæ: Porrò primitiuæ Ecclesiæ pars nobilior erant clerici. Cassianus quo-

quæ

...lib. 1. cap. 5. & 7. describit habitum clericorum regularium, nempe vestem lineam cum manicis, quod modò vocamus almutiam: sed quod eorum ambegitatem eliminat, Eugenius IV. in Bulla superiori capite allegata expresè dicit, Religiosos per B. Marcum in Ecclesia Alexandrina ...fuisse clericos, qui nunc vocantur Canonici Regulares, illumq; inquit, *professio sacri Ordinis inde primùm post sanctos Apostolos primùm in ...Ecclesia Marcum Petri discipulum fuit institutus*. Libet verò ad pleniorem huius rei cognitionem declarationem Nicephori Calisti autoris ...Ecclesiasticæ historiæ cap. 38. accessum hic adiungere, vbi post longam narrationem de Monachis per varias Ægypti plagas dispersis, maximè apud Nitriam, & ciuitatem Rinocurorum hæreses Ptolemæo in ea Ægypti plaga ...regnante Cassiodis nuncupatur, tandem concludit: Illud maximè memoria commendandum, ...Ecclesia Rinocurorum fuisse, quod clerici ibi ...mentium, mensium, vnum institutum, & dietã ...ab illa deò omnia habebant communia.

De Ecclesia verò Romana hoc minimè in dubium vocari potest, cum idẽ Clemens Petri discipulus & successor in epistola proximè allegata ...ordine, communem vitam omnibus Christianis ...fuisse, ijs præsertim, qui Sanctorum Apostolorũ imitatores esse voluissent, & Verbanus ...dum, illud institutum vitæ communis inter clericos Romanæ Ecclesiæ vsq; ad sua tempora retentum & vsitatum meminerit votorũ. Accedit, quod ...ordinem non est, B. Marcum alijs institutis Ecclesiam Alexandrinam plantauisse, quã quæ Romam B. Petro, & alijs Apostolis viderat, ac didicerat, vt lux in epist. 79. ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum scribit, & habetur in cap. cum hominem 24. q. 1. quare cum ille Alexandriæ clericos regulariter viuentes instituerit, quis sanæ mentis crediderit Romanos clericos alienis institutis quàm regularibus vixisse?

CAPVT SEXTVM.

Nonnulla Corollaria ex ante cedentibus deducta.

Hactenus dictis quatuor veritates inferuntur, quarum prima est, minus rectè scripsisse illos autores, qui dixerunt, clericos primitiuæ Ecclesiæ aut vitam communem non duxisse, aut saltẽ ad illud vitæ genus aliquo ...modo non obstrinxisse, de quorum nomine fiat mentio tom. 1. Institutionum moralium lib. 2. cap. 9. 2. nam Apostoli, & clerici ab illis instituti non solùm illud vitæ communis institutum ...duxere, sed ad illud cum trium votorum emis-

que lib. 1. cap. 5. & 7. describit habitum clericorum regularium, nempe vestem lineam cum manica forte, quod modò vocamus almutiam: sed quod omnem ambiguitatem eliminat, Eugenius IV. in Bulla superiori capite allegata expressè dicit, Religiosos per B. Marcum in Ecclesia Alexandrina institutos fuisse clericos, qui nunc vocantur Canonici Regulares, *Hunc*, inquit, *profectò sacri Ordinis, & sanctæ propositi post Sanctos Apostolos primùm in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor & conditor.* Libet verò ad pleniorem huius veritatis elucidationem Nicephori Callisti autoritatem ex libro 2. Ecclesiasticæ historiæ cap. 38. acceptam hic adiungere, vbi post longam narrationem de Monachis per varias Ægypti plagas degentibus, maximè apud Nitriam, & ciuitatem Rinocuraram (hæc ex Ptolemæo in ea Ægypti plaga sita est, quę Cassiotidis nuncupatur) tandem concludit illud maximè memoria commendandum, in ea Ecclesia Rinocurerę fuisse, quod clerici ibi domicilium, mensam, vnum institutum, & dietã vnam, & alia adeò omnia habebant communia.

De Ecclesia verò Romana hoc minimè in dubium reuocari potest, cum idē Clemens Petri discipulus & successor in epistola proximè allegata scribat, communem vitam omnibus Christianis necessariam fuisse, ijs præsertim, qui Sanctorum Apostolorũ imitatores esse voluissent, & Vrbanus dicat, illud institutum vitæ communis inter clericos Romanæ Ecclesiæ vsq; ad sua tempora retentum. & vterq; meminerit votorũ. Accedit, quod credendum non est, B. Marcum alijs institutis Ecclesiam Alexandrinam plantauisse, quã quæ Romæ in B. Petro, & alijs Apostolis viderat, ac didicerat, vt Leo I. in epist. 79. ad Dioscorum Alexãdrinum Episcopum scribit, & habetur in cap. cum Beatissimus 24. q. 1. quare cum ille Alexandriæ clericos regulariter viuentes instituerit, quis sanæ mentis crediderit Romanos clericos alienis institutis, quàm regularibus vixisse?

CAPVT SEXTVM.

Nonnulla Corollariae ex ante cedentibus deducta.

I. EX hactenus dictis quatuor veritates inferuntur, quarum prima est, minus rectè scripsisse illos autores, qui dixerunt, clericos primitiuæ Ecclesiæ aut vitam communem non duxisse, aut saltē ad illud vitæ genus aliquo voto seipsos non obstrinxisse, de quorum numero fuit Azorius tom. 1. Institutionum moralium lib. 12. c. 22. q. 2. nam Apostoli, & clerici ab illis instituti non solùm illud vitę communis institutum tenebant, sed ad illud cum trium votorum emissione seipsos obstringebant, & sanè quod vouerent vitam communem, expressè dicunt Clemens I. & Vrbanus I. in dictis cap. Dilectissimis, & cap. Scimus 12. q. 1. Augustinus serm. 2. de communi vita Clericorum, & lib. 19. de Ciuit. cap. 4. & alij Doctores in præcedentibus allegati, quibus addēdi sunt Archidiaconus in cap. Qui verè 16. q. 1. & Ioan. de Turrecremata 17. q. 1. in Summa, Augustinus de Ancona de Potestate Ecclesiæ q. 84. art. 3. & q. 91. art. 3. Quod etiam emitterent votum obedientiæ, deducit idem Augustinus de Ancona: quoniam qui simul in eadem domo plures viuũt, nihil proprium, sed omnia communia habentes, vnum caput habere debent, cui obediant, à quo regantur, & à quo victui, & vestitui necessaria iuxta cuiusq; indigentias distribuantur, aliàs vix imaginari, aut etiam fingi poterit aliquis status vitæ communis absq; obedientia, qui non innumeris perturbationibus abundet. & cum nunc etiam ipsi clerici in illorum ordinatione suis Ordinarijs obedientiam promittant, multò magis probabile est, primos illos clericos seipsos per votum obedientiæ adstringere voluisse. De voto autem continentiæ minor esse potest dubitatio: nã cœlibatus Episcoporum, & sacerdotũ ex institutione Apostolorum vsq; in hanc diem inuiolatus in Ecclesia Catholica seruatur. D. etiam Augustinus, qui suos clericos ad exemplar clericorum Apostolicorum reformauit, expressè dicit, illos non solùm vitam communem, sed etiam continentiã vouisse serm. 2. de communi vita Clericorum. *Clericus*, inquit, *duas res professus est, sanctitatem, & clericatum.* Per sanctitatem verò omnes continentiam siue castitatem intelligunt, quæ nomine sanctitatis exprimitur in diuina Scriptura, ita enim ait Apostolus 1. ad Corinth. 7. dum ad continentiam nos hortatur. *Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.* Et Dauid 1. Reg. cap. 21. *Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudius tertius, quando egrediebamur: & fuerunt vasa puerorum sancta.* & D. Thomas communiter receptus in 2. 2. q. 88. art. 7. expressè dicit, quod solemnitas votorum attenditur secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertinet id est secundum aliquam spiritualem benedictionem, vel consecrationem, quæ ex institutione Apostolorum adhibetur in professione certæ regulæ, secundo gradu post sacri Ordinis susceptionē, vt dicit Dionysius 2. c. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Ipse quoque Dionysius cap. 6. eiusdem libri tradit ritus, & modum solemnis professionis, & tandem omnes Catholici contra Hæreticos horum temporum affirmant, emissionē trium votorũ ex Apostolorum institutione profectam, & retentã in Ecclesia: & tempore Apostolorum fuisse, qui tria vota Religiosorum profiterētur. Quod si verum est, neque à viro Catholico negari potest, nõ etiam negari posse videtur, inter illos, qui eiusmodi vota profitebantur, primos fuisse ipsos clericos:

puto enim omnes intelligere, ipsos sacerdotes, & clericos maius debitum habuisse ponendi seipsos in statu perfectionis, quàm laicos: qui enim hoc non intelligunt, indigni sunt cum quibus de hac re pluribus agamus: indicant enim, se ignorare, quæ ad statum perfectionis requirantur, & quæ personæ ad illum præ cæteris teneantur.

II. SEcundò infertur falsum esse, quod nonnulli scribunt, inter quos Pamelius in Annotationibus ad epistolam 66. Diui Cypriani, in primitiua Ecclesia fuisse duos ordines, siue duas classes clericorum, alteram eorum, qui vitam communem tenebant: alterum illorum, qui priuatam vitã ducentes propria possidebant: nam si per clericos primitiuæ Ecclesiæ intelligant illos, qui fuerunt saltem ante annum 220. & circa illud tempus, falsum omnino affirmãt. cum prædicti canones Clementis I. & Vrbani I. conceptis verbis dicant, omnes clericos illorum temporum communem vitam sine proprio duxisse, & meminerint votorũ, & hortentur ipsos clericos ad implendum ipsum votum vitæ communis, vt legenti patebit. Addo Eusebium Cæsariensem, qui fuit circa annũ Domini 330. loco superius allegato dicere, institutũ vitæ communis duraussse in omnibus Monasteriis, & Ecclesijs vsque ad sua tempora. Addo Hieronymum, qui obijt circa annum 420. in epist. ad Nepotianum scribere, Dominum non esse partem illius clerici, qui extra Dominum aliquid bonorum temporalium habere voluerit, verbi gratia aurum, argentum, possessiones agrorum, variam supellectilem: quæ vide in cap. clericus 12. q. 1. Addo D. Augustinum, qui obijt anno 431. magnopere dubitare, an liceret ordinare clericos, qui nollent vitam communem profiteri: & decreuisse nõ ordinare, quamuis postea ad Hypocrisim vitandam decretum abrogauerit, quod vide in c. Certè eadem causa, & quæstionem at non dubitasset, an liceret clericos proprietarios ordinare, si ab initio nascentis Ecclesiæ Sanctissimi Apostoli, & illorum discipuli duas classes clericorũ instituissent, quorum aliqui propria possiderent.

III. TErtiò infertur, minus verè dixisse eundem Azorium, clericos regulares ex secularibus ortos per restrictionem, scilicet, quia cum antiqui Canonici solis constitutionibus Apostolicis sine votorum emissione vitam instituerent, post Concilium Moguntinũ, & Aquisgrani Canonici quidam non solùm vitam communem degebant: sed tria vota religiosorum monachorum ritu, & more emittere cœperunt: & tunc eiusmodi Canonici vocati sunt Canonici regulares: Canonici quidẽ, quia Apostolorum canonem, & regulam tenebãt, in commune sua bona conferendo: Regulares verò, quia instar Monachorum tria vota emittebãt, & se Deo arctiùs obligabant quàm cæteri Canonici, & proinde Canonici duplices esse cœperunt: nam alij dicebantur Canonici regulares, alij seculares. Seculares, quia licèt Apostolorum regulam tenebant, nihil proprium habentes, nullo tamen Religiosorũ instituto adstricti, tribus Monachorũ votis soluti ac liberi erant, ac proinde seculares dicebantur. Quo modo dicendi, illius pace, multipliciter errat. Primò dum inquit, antiquos Canonicos ab Apostolis institutos siue Apostolorũ Canonẽ, & Regulam tenentes, vitam communẽ tenuisse sine votorum emissione, indicatũ se canones Clementis, & Vrbani I. & alios supra citatos minimè vidisse. sed de suo hæc scripsisse. Secundò cum ait Canonicos nonnullos post Concilũ Aquisgrani, & Moguntinum vitæ cõmuni tria vota Monachorũ adiungere cœpisse: & tunc factã distinctionem Canonicorum regularium, & secularium: nam certum est, Canonicos siue clericos nõ solùm ante prædicta Concilia: verùm ab initio nascentis Ecclesiæ tria vota emittere cõsueuisse. certum est etiam, clericos Hipponenses à D. Augustino reformatos eiusmodi vota emisisse, & vtinam hæc fatear, miror, hunc autorẽ priusquã hæc scriberet, materiã diligenter nõ vidisse, vel apud D. Augustinum, vel apud Theologos, vel apud Canonistas, vel saltem non legisse Antidotũ Ricardi Cenomani contra censuram Erasmi, quã ipse si non verbis, saltem re apertissimè contra traditionem Ecclesiæ probat. Tertiò cum ait, Canonicos seculares dictos fuisse clericos illos antiquos Apostolicos, qui Canonem Apostolorum seruantes sine votorum monasticorum emissione vitam cõmunem tenebant, cum è contrario illi vel absolutè clerici, vel clerici regulares, vel absolutè Canonici dicerentur Canonici verò seculares tunc vocari cœperint, quando vitæ communis institutũ abiecerunt, & propria habere voluerunt, vt notat Glossa in c. Licet, de officio Ordinarij, & ibi Abbas, & idem Abbas in cap. Deus qui de vita, & honestate Clericorum, & in cap. Episcopus. de Præbendis, & Speculator in Rationali diuinorum officiorum, vnde consequens est, Canonicos seculares ex regularibus exortos per relaxationem: non autem regulares ex secularibus per additionem votorum Monasticorum, sicut etiam Præpositus, & Soto cap. præcedenti allegati, & alij passim notauerunt. Quare consultius fecisset hic autor, si ab istis quæstionibus abstinuisset: quantum enim conijcio, multa de Regularibus scribit, in quibus non erat versatus, vt de omnibus diceret, & nihil intactum præteriret.

IV. QVartò deducitur, falsum esse quod tomo 3. sub anno 328. nu. 21 & duobus seqq. insinuat Baronius, primos, qui vota Monachorum in Ecclesias inuexerunt, & clericis adiunxerunt, fuisse in Oriente magnum Athanasium, & in Occidente D. Eusebium Episcopum Vercellensem. nam ille de prima trium votorum emissione per clericos facta loquatur, falsum omninò dicit: cum aperte scribant præfati Pontifices Clemens, & Vrbanus Primi, clericos Apostolicos vota emisisse, & D. Hieronymus de Viris Illustribus in Philone scri-

Dein-

CAPVT SEX

primitiuam Ecclesiam illud vitæ institutum
dissse, quod tunc Monachi tenebant, & Euse-
bius Cæsariensis scribat, illud institutum primiti-
uæ Ecclesiæ tantum vsque ad sua tempora in
omnibus Ecclesijs, & Monasterijs, vbi vides, idem
institutum Clericorum, & Monachorum
primitiuæ Ecclesiæ. Quare vt aliquo modo con-
stitutum, verũ esse, quod Baronius scribit, dicen-
dum est, & Athanasiũ, & B. Eusebium primos fuis-
se Apostolicis instituta monachorum adiunxerũt,
non per eorum institutionẽ, sed per reformatio-
nem: vel quia præter tria vota aliquas rigiditates,
& asperitates ex ordine monachorum acceptas
Apostolicis addiderunt, & tandem hoc certũ, non
omnes regulares ex monachis ortos, sed è con-
trario monachos ex ipsis clericis regularibus: nam
primi omnes clerici regulariter viuentes instituti
sunt communem vitã ducentes: secundò, multi
eorum in locis primitiuæ Ecclesiæ communẽ vi-
tam duxerunt, vt patet ex Actis Apostolorum:
tertiò, licet calor diuini Spiritus in fidelibus laicis
primitiuæ Ecclesiæ aliqui tamen illud vitæ institutum re-
tinere voluerunt, & ad illud solemni voto se ob-
strinxerunt, & ad illud solemni voto se ob-
strinxerunt, & ad illud solemni voto se ob-
strinx

bat, primitiuam Ecclesiam illud vitæ institutum coluisse, quod tunc Monachi tenebant, & Eusebius Cæsariensis scribat, illud institutum primitiuæ Ecclesiæ retentum vsque ad sua tempora in omnibus Ecclesijs, & Monasterijs, vbi vides idem fuisse institutum Clericorum, & Monachorum primitiuæ Ecclesiæ. Quare vt aliquo modo concedamus, verũ esse, quod Baronius scribit, dicendum est, B. Athanasiũ, & B. Eusebium primos fuisse, qui clericis instituta monachorum adiunxerũt, non per nouam institutionẽ, sed per reformationem: vel quia præter tria vota aliquas rigiditates, & obseruantias ex ordine monachorum acceptas ipsis clericis addiderunt, & tandem hoc certũ, non clericos regulares ex monachis ortos, sed è contrario monachos ex ipsis clericis regularibus: nam primò omnes clerici regulariter viuentes instituti sunt, & communem vitã ducentes: secundò, multi etiam ex laicis primitiuæ Ecclesiæ communẽ vitam ducebant, vt patet ex Actis Apostolorum: tertiò, cum calor diuini Spiritus in fidelibus laicis defecisset, aliqui tamen illud vitæ institutum retinere voluerunt, & ad illud solemni voto se obstrinxerunt: & isti vocati sunt Monachi, qui medium gradum tenebant inter clericos, & laicos, ex Dionysio cap. 6. de Ecclesiastica Hierarchia, & isti sub regimine clericorum manebant, quippe qui nonnisi à tempore Siricij Papæ cœperunt ad ordines admitti ex dispensatione. Imò non desunt, qui in dubium reuocent, an in primitiua Ecclesia ipsi Monachi tria vota profiterentur, & Glossa in cap. de Viduis. in verbo Proprijs. 27. q. 1. & Ioãnes Andreę in cap. finali de cõditionibus appositis dicũt, quod olim Monachi non præstabant obedientiã alicui, & alia Glossa in l. Si quis presbyter. in verbo Monachus. C. de Episcopis, & Clericis, dicit, quod Monachi propria possidebãt, & hoc est certum, quod illi more laicorum decimas soluebãt, vt notat Glossa in cap. Ex parte tit. il. 1. in verbo Laborum. de Decimis.

CAPVT SEPTIMVM.

An Clerici Canonici ante D. Augustinum aliquam certam, & determinatam regulam haberent.

I. QVm duo sint ad Regularem ordinem instituendũ necessaria, nimirum professio Regulæ, ac certus, & determinatus habitus. cap. Porrectum. de Regularibus, notatque D. Thomas cõmuniter à Doctoribus receptus in 2. 2. q. 184. art. 6. hinc duplex dubium circa ea, quæ de Canonici Ordinis institutione tradidimus, statim exoritur, alterum an clerici Canonici, qui B. Augustinum præcesserunt, aliquam certam Regulam haberent: alterum an haberent aliquem habitum certum, & determinatum. primum dubium in hoc capite, secundum in sequenti expendemus, & resoluemus. Rursus aduertendum, primum dubium non vnum, sed plures etiã articulos continere, primus enim esse potest, an haberent aliquam certam Regulã: secundus quænam illa esset: tertius an illam Regulam expresiẽ, & sub aliqua determinata verborum forma profiterentur. Circa primum articulum à parte negatiua est apparens argumentum: quia si affirmemus, illos certam regulam habuisse, vix ac ne vix quidem assignari posse videtur, quænam illa fuerit: non enim sufficit respondere, illam fuisse regulam Apostolicam in Actis Apostolicis descriptam: nam regula illa generalis est, quàm non solũ clerici Canonici, verum etiam Monachi, & in vniuersum omnes Regularium ordines profitentur: hoc enim est, quod inquit Glossa in quartum caput Actuum Apostolicorum, in illo primæuo instituto Christianorum omnes Regularũ ordines veluti in sinu materno contentos fuisse. Quare vt ordo Canonicus à Monastico, & ab alijs ordinibus esset specie distinctus, opus erat altera Regula, cum ordinum distinctio non solum sumatur ex professione trium votorum, in qua omnes ordines conueniunt, sed ex distinctis regulis, secundũ quas distincti ordines diuersimodè professionem emittunt. Et augetur difficultas, quia sicut clerici ante Augustinum profitebantur Regulam Apostolicã, ita etiam & Monachi: vnde sicut Canonici Regulares prætendunt huiusmodi Regulam illis traditam, ita & Monachi: & sicut Canonici prætẽdunt, illorum ordinem fuisse primum ordinẽ institutum in Ecclesia, ita etiam & Monachi: & non desunt graues autores, qui affirment primum ordinem institutum in Ecclesia, fuisse ordinem Monasticum, inter quos est D. Bernardus in Apologia ad Guielmum Abbatem Cluniacensem.

Nec videtur sufficere, si dicam', quod D. Tho. in 4. d. 38. respondet, quòd antequam essent istæ regulæ, quæ modò sunt, erat aliquis modus viuendi ab Ecclesia approbatus, quo aliqui ad ea, quæ supererogationis sunt, se obligabant: & tunc certi temporis obligatio ad illum modum viuendi idẽ faciebat, quod nunc obligatio ad certam regulã: quia D. Thomas loquitur ibi non de regula, sed de modo profitendi: imò solemnis illa forma seu modus profitendi certam aliquam determinatam regulam postulabat.

Nihilominus absolutè dicendum est, illos clericos aliquam certam Regulam habuisse, secundũ quàm profitebantur: nam Regularis à Regula dicitur vnde vel non erant illi clerici Regulares, vel aliquam Regulam habebant; & quoniam solutio huius dubij ex resolutione secundi articuli pẽdet:

II. AD secundum articulum deueniẽdo, resolutè dico, Regulã secundũ quam clerici primitiuæ Ecclesiæ profitebãtur, erat ipsa regula in Actis

Apostolicis descriptasita enim habemus ex Diuo Augustino in sermonibus de communi vita Clericorum, in quibus fatetur, suos clericos instituisse secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Imo verò ipsa Regula D. Augustini nihil aliud est, nisi explicatio Regulæ Apostolicæ, vt vel prima verba eiusdem Regulæ satis euidenter indicant. Possidius quoque in vita D. Augustini inquit, illum monasterium intra Ecclesiam instituisse, & cœpisse viuere secundũ modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, quod etiam habetur in dicto officio per Ecclesiam probato, vt superius dictum fuit.

Ad illud verò quod in contrarium obijcitur, Respondeo, distinctionem ordinum non ex sola Regula, sub qua professio emittitur, sed ex alijs etiam circunstantijs desumi, & præsertim ex diuersis finibus, ad quos ipsi ordines Regulares sunt instituti, & ex diuersis constitutionibus ipsi Regulæ superadditis: nam in Ecclesia multi sunt ordines sub B. Augustini Regula militantes, qui nihilominus vel ob distinctos fines, ad quos fuerunt ordinati, vel ob distinctas constitutiones superadditas, pro distinctis sunt habiti, & nũc habentur, vt Ordo Clericorum, Prædicatorum, Seruorum, & Eremitarum, ac etiam militum Rhodiorum, S. Iacobi de Spata, & aliorum, & ita in proposito nostro ante regulas, quæ modò sunt in Ecclesia, tam clerici, quam monachi regulam Apostolicam profitebantur: nec tamen erant vnus Ordo, sed pro distinctis habebantur. Distinguebantur enim primò ratione finium, ad quos quilibet Ordo fuerat ordinatus. nam finis Ordinis Monastici est vita contemplatiua: cæterum finis Ordinis Clericalis est tum contemplatiua, tum actiua, vt dicit D. Thomas 2. 2. quæst. 189. art. 8. ad 2. Rursus monachi pascuntur, & propria, & aliena peccata plangunt. cap. Alia 16. quæst. 1. clerici verò pascunt oues Christi prædicando, docendo, sacramenta ministrando, & curam animarum exercendo, ibidé. distinguebantur quin etiam monachi à clericis per varias constitutiones ipsi Regulæ Apostolicæ superadditas, vel ab Episcopis, sub quorum custodia, & cura degebant, vel à Concilijs, vel à Summis Pontificibus, vel ab ipsis monachis, ac illorũ Abbatibus, vt videri potest apud Cassianum, & in vitis Sanctorum Patrum, ac etiam in antiquis Concilijs, in quibus multa fuerunt ordinata ad vitam clericorum, & monachorum informandam, quæ statuta non solùm ante D. Augustinum, verùm etiam post illum Regulæ sunt nuncupata, vt patet in vita Innocentij I. de quo in Pontificali Romano, & apud Anastasium, & alios legitur, quod fecit statutum de Regulis monasteriorum, vel vt alij dicunt, fecit Regulas pro monachis.

III. POrrò quod spectat ad tertium articulum, an dicti clerici secundum aliquam determinatã formam profiterentur expresè, recens quidã autor nomine Iosephus Moxagrugnus, qui nuper ad manus meas peruenit, in primo libro de rebus gestis Canonicorum Regularium pag. 26. scribit: *Nusquam legimus Apostolos, vel clericos primitiuæ Ecclesiæ ad Augustinum vsque expresè professos fuisse. sed nec vllibi Augustinum, & clericos eius.* Cuius assertionis fundamentum est, quia, inquit, Augustinus nusquam præfert aliquam formam professionis subiungit: *Ausim affirmare huiusmodi propositum fuisse sub tacita professione, quæ in clericis tunc annectebatur promotioni clericatus, absque alia expressione verborum, sicut modò paupertas, & castitas connectuntur sub obedientia, quamuis non exprimantur: & sicut continentia in assumptione Ordinis, vt notat Ioannes Andreæ in cap. Legebatur. de Maioritate, & obedientia.*

Verùm licet sola professio tacita sufficere potuisset ad hoc, vt Regulares verè, & propriè dici possent: Censeo nihilominus, illos non solùm tacitam, verùm etiam expressam votorum, & regulæ Apostolicæ professionem tum ante D. Augustinum, tum etiam tempore illius, ac post illum emisisse, primò quia ita expresè dicit D. Thom. in 4. d. 38. q. 1. art. 2. quæstiuncula 3. ad tertium, dum inquit, quod antequam essent istæ Regulæ, quæ nunc sunt, erat aliquis modus viuendi approbatus ab Ecclesia, quo aliqui ad ea, quæ supererogationis sunt, se obligabant, & tunc certi temporis obligatio ad illum modum idem faciebat, quod nunc obligatio ad certam regulam. agebat enim ibi D. Thomas de solemni voto, quod emittitur per professionem certæ regulæ, vt patet ex argumento, cui respondet, & ex tota quæstione. votũ autem solemne non tacitam, sed expressam professionem requirit, & clarius in 2. 2. quæst. 88. ar. 7. in corpore, vbi dicit, solemnitatem voti attendi secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertinet, id est secundum aliquam spiritualem benedictionem, vel consecrationem, quæ ex institutione Apostolorum adhibetur in professione certæ regulæ, vt dicit Dionysius 2. ca. Ecclesiasticæ Hierarchię, & quod votum solemne in primitiua Ecclesia requireret expressam professionem, habemus ex D. Dionysio in 6. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, vbi ille, qui votum solemne emittit, etiã expressam professionem facit, expresè renuntiãdo omnibus diuisibilibus, id est diuitijs istius seculi. Vide illud caput in 3. part. Addo, cum dicat Augustinus, suos clericos fuisse professos sanctitatis, & professos fuisse clericatum & toties repetat nomen professionis, illudque inculcet, ac exaggeret, probabile admodum esse, illos non per solam Ordinis susceptionem profiteri solitos, sed etiam expresè promittendo vitam communem, & continentiam, & obedientiam. Quod confirmatur, tũ professio tacita continentiæ non emittitur per susceptionem cuiuscunque Ordinis, sed solum per susceptionem Ordinis sacri: verùm in monasterio Diui Augustini, tam in horto Valerij, quàm in domo Episcopi erant clerici professi, qui non erant in sacris constituti, & de primo monasterio id

patet.

Primũ dictum do verò idem probatur ex sermone 2. de Communi vita Clericorum, vbi meminit Pa- de Communi vita Clericorum, vbi meminit Pa- [illegible] qui necdum erat in sacris consti- tutus & ex epist. 262. in qua meminit cuiusdam [illegible] à pueritia in monasterio nutriti, sed nullis adhuc Lectoratus clericalibus insignijs or- natum. Illi ergo non per solam Ordinis susceptio- nem profitebantur, sed expressam professionem emittebant.

NEc refert, quod B. Augustinus, aut alij ante illum aliquam determinatam formam pro- fessionis non tradiderint. credendum enim est, ta- lem formam tradisse, quamuis illam non tenea- mus. Secundò dicit potest, talem formam tradi- tam à Dionysio loco proximè allegato. nam licet de hac re non multa loqui videatur, tamen reuera lo- quitur de omnibus, qui per votum solemne spe- ciali modo seipsos diuino seruitio mancipabant, vt tandem dicendum, formam professionis di fuisse [illegible] rem in genere, quod scilicet aliquibus verbis exprimerent vota, quę emittebant, quibus eorum verbis id experimerent in illorum arbitrio relinqui consuetum, sicut etiam in contrahendo matrimonio determinata est à Christo forma in [illegible] consensus exprimatur per aliqua verba [illegible], vel per signa externa, quę à contrahen- tibus intelligi possint: quibus autem verbis in par- ticulari modi consensus exprimendus sit, in [illegible] contrahentium relictum fuit.

CAPVT OCTAVVM.

An idem Clerici Canonici ante Augustinum certum regularem habitum haberent.

SEcundum dubium maiorem difficultatem ingerit, an ijdem Clerici Canonici ab Apostolis instituti ante D. Augustinum haberent aliquem certum, ac determinatum habitum. nam quod eiusmodi habitũ habue- rint, concedi debet. dicendum videtur, quia determi- natus habitus necessariò requiritur ad determina- tum regulam ordinem constituendum tanquã signum externum professionis internæ, vt notat D. Thom. 2. 2. quæst. 8. art. 8. è contrario verò vix possibile est imaginari, quis, & qualis fuerit huius- modi habitus, cum ex vetustissima Ecclesiæ tradi- tione constet ex modo pingendi Sanctos Apo- stolos, & clericos primitiuæ Ecclesiæ approbato [illegible] illos nullum certum, ac determinatũ ha- buisse, sed quisque illorum habitum indue- bat, quem decentem, & tempori, & loco congruẽ- tem æstimabat, vel quem pietas, & charitas fide- lium offerebat. Nec videtur sufficere, si quis re- spondeat, illorum habitum fuisse eumdem lineã,

patet. secundò verò idem probatur ex sermone 2. de Communi vita Clericorum, vbi meminit Patritij nepotis sui, qui necdum erat in sacris constitutus & ex epist. 261. in qua meminit cuiusdam Antonij secum à pueritia in monasterio nutriti, sed nullis, nisi Lectoratus clericalibus insignijs ornati. Illi ergo non per solam Ordinis susceptionem profitebantur, sed expressam professionem emittebant.

IV. Nec refert, quod B. Augustinus, aut alij ante illum aliquam determinatam formam profitendi non tradiderint. credendum enim est, talem formam traditam, quamuis illam non teneamus, secundò dici potest, talem formam traditam à D. Dionysio loco proximè allegato. nam licet de solis monachis loqui videatur, tamen reuera loquitur de omnibus, qui per votum solemne speciali modo seipsos diuino seruitio mancipabant, aut tandem dicendum, formam professionis fuisse determinatam in genere, quod scilicet aliquibus verbis exprimerent vota, quę emittebant, quibus autem verbis id exprimerent in illorum arbitrio relinqui consueuisse, sicut etiam in contrahendo matrimonio determinata est à Christo forma in genere, vt consensus exprimatur per aliqua verba sensibilia, vel per signa externa, quę à contrahentibus intelligi possint: quibus autem verbis in particulari eiusmodi consensus exprimendus sit, in arbitrio contrahentium relictum fuit.

CAPVT OCTAVVM.

An ijdem Clerici Canonici ante Augustinum certum regularem habitum haberent.

I. SEcundum dubium maiorem difficultatem ingerit, an ijdem Clerici Canonici ab Apostolis instituti ante D. Augustinum haberent aliquem certum, ac determinatum habitum. nam quod eiusmodi habitū habuerint, necessariò dicendum videtur, quia determinatus habitus necessariò requiritur ad determinatum regularem ordinem constituendum tanquā signum externum professionis internæ, vt notat D. Tho. 2.2. quæst. 18. art. 8. è contrario vero vix possibile est imaginari, quis, & qualis fuerit huiusmodi habitus, cum ex vetustissima Ecclesiæ traditione, ac etiam ex modo pingendi Sanctos Apostolos, & clericos primitiuæ Ecclesiæ approbato constet, illos nullum certum, ac determinatū habitum tuliſſe, sed quisque illum habitum induebat, quem decentem, & tempori, & loco congruētem existimabat, vel quem pietas, & charitas fidelium offerebat. Nec videtur sufficere, si quis respondeat, illorum habitum fuisse tunicam lineā, quam nunc etiam Canonici Regulares deferunt, hic enim ad summum esse poterat habitus, quem in Ecclesia, & in sacris peragendis deferebant, sicut & nunc faciunt. Verùm de isto habitu quæstio non est, sed de habitu quotidiano, ac visuali, quem extra Ecclesiam Regulares quique deferunt.

II. PRo huius itaque dubij resolutione primò aduertendū est, dupliceem esse habitū Clericorū Canonicorum, qui Canonici Regulares nunc vocantur. alterum internum, alterum externū. Habitus internus is est, qui propriè regularis dicitur, quem in sua professione Canonicus Regularis assumit, ac gerit in signum eiusdem professionis: hic habitus est sola, & simplex linea tunica, siue superpelliceum, siue rochettum nuncupata, quam etiam camisiam romanam vocamus, vt notat Ioannes Andreæ in clem. 1. de Electione, in verbo Habitus, vt colligitur euidenter ex Constitutionibus Benedicti Papæ huius nominis XII. pro reformatione Canonicorum Regularium editis, in cap. de forma habitus: cætera namque accidentalia sunt, hic autem solus est habitus illorum proprius, & essentialis, habitus verò externus est externum tegumentum, quod causa maioris decentiæ, aut necessitatis, aut etiam vtilitatis, habitui interno superinducimus. eiusmodi sunt pallium, cappa, seu tabardum, & alia id genus, quibus canonici vtuntur super tunica linea, cum domo exeunt, vel itinera conficiunt. Inter hæc duo genera discrimen est, quod habitus internus nunquam dimitti, aut variari, aut occultari potest. ita vt cuius quisq; sit professionis, vel instituti non agnoscatur, & contra facientes incidunt in Canonem excommunicationis latæ sententiæ per textum in cap. 2. Ne clerici, vel monachi, in 6. habitus verò externus in causa rationabili mutari, & variari potest, siue in materia, siue in forma, siue etiam in colore: cuius variationis exempla videri possunt in varijs Prouincijs, in quibus sunt Canonici Regulares, & notatur in dictis Constitutionibus Benedicti XII. in cap. de forma habitus, & vestimentorum, & etiam à Ioanne Andreæ in Clement. supra citata: Habemus etiam aliud istius variationis exemplum in c. Deus qui, de vita, & honestate clericorum, vbi Pōtifex Liuonienſi Episcopo scribens, qui multos Regulares ex diuersis Ordinibus ad Euangelium illis gentibus prædicandum acciuerat, ac inter illos quamplures Canonicos Regulares, iubet, vt ijdem regulares interno habitu retento, quem nullatenus dimittere, vel immutare debebant, in vnū decentem habitum externum se inuicem conformare studeant. & ibidem Glossa in verbo, Professi, & Abbas versiculo, in ea glossa, notant, quod solus habitus interior, non autem exterior est de substantia Religionis.

III. SEcundò sciendum est, antiquos clericos apostolicos, etsi certum, ac determinatum habitū externum non haberent, siue quoad materiam, siue etiam quoad formam, & colorem, sed quisque

illo habitu vteretur, quem loco, ac tempori congruentem existimabat, vel quem fidelium pietas, & charitas offerebat habuisse nihilominus certũ, & determinatum habitum internum, qui in omnibus vnus. & idem erat. is erat linea tunica candida, superpelliceum, siue rochettum, siue cotta vulgariter nuncupata. Et quod hic fuerit proprius vsualis, & essentialis habitus illorum clericorum, ex non paucis, nec dubiæ fidei autoribus, ac etiam euidentissimis coniecturis monstratur. Nam vt omittamus, vestem lineam fuisse proprium habitũ veterum Sacerdotum, & Leuitarum antiquæ Legis Mosaicæ in quibus nouæ Legis Euãgelicæ Leuitæ, ac Sacerdotes figurabantur, vt inquit text. in cap. 2. 21 dist. notat Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 2. in princip. & Albertus Trottus in tract. de perfecto clerico cap. 16. & 17. Primò eidem veritati adstipulatur Nicolaus de Lyra in 6. c. Apocalypsis circa illa verba: *Et ecce equus albus.* vbi per equum album exponit cœtum Apostolorum, qui vestimentis albis, & lineis vtebantur. & adeo Mahumetes vocabat illos per irrisionem homines dealbatos: *Videntur*, inquit, *aliq̃ melius dicere, quod per equum album intelligitur cœtus Apostolorum dealbatus sanctitate vitæ: & quia Iacobus Ierosolimitanus Ecclesiæ Episcopus, vt dicit Hieronymus in lib. Illustrium virorum, dicitur vsus fuisse tunc non vestibus laneis, sed lineis. & per consequens albis. & idem æstimari potest probabiliter de aliis Apostolis: vnde & Mahumetus vocat eos viros dealbatos.*

Secundus est liber Historiæ Sancti Sylvestri, in qua legitur, quod B. Euphrosinus Episcopus Pãphiliæ Romam venit veste candida, & linea indutus, quæ dicitur fuisse B. Iacobi Apostoli.

Tertius Cassianus lib. 1. de Institutis Renunciãtium cap. 5. vbi describens habitum Religiosorũ, quos D. Marcus instituit in Alexandria, inquit: *Colobijs quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circunferunt manus &c. & cap. 7. Post hæc angusto pallio, tam amictus humilitatem, quàm humilitatem pretij, compendium q̃, fectantes, colla pariter, atque humeros tegunt quod Masortes tam nostro, quàm ipsorum nuncupatur eloquio, atque ita planeticarum, atque birrorum pretio simul, ambitionem q̃ declinant.* Vbi vides, illum clericorum habitum describere, quem nunc etiam in multis Ecclesijs, & monasterijs gerunt: & quanquam videatur de monachis hæc scripsisse, tamen certum est, inter Religiosos à D. Marco institutos, potiores partes obtinuisse ipsos clericos, Adde, Cassianum suum librum non de Institutis Monachorũ, sed de Institutis Renuntiantiũ adtitulasse, qui titulus oẽs Regulares tam Clericos, quàm Monachos complectitur: præter quod sub nomine Monachorum sepius ijdẽ clerici Regulares comprehenduntur. Et quidquid sit de hoc, certum est, habitum lineum non monachorum, sed clericorum esse proprium, ex antiquissima, & vsu receptissima Ecclesiæ traditione.

Quartus est autor vitæ, & martyrij B. Cypriani Episcopi Carthaginẽsis Pontius nomine, qui scribit, cum illi caput amputandũ esset, primò exuisse birrum, & postea Dalmaticam. & sic remansisse in veste linea: illa enim erat habitus Episcoporũ, & Sacerdotum antiquorum, vt notat Baronius tom. 2. sub ann. 261. num. 4.

Quintus est Chrysostomus hom. 83. in Matth. vbi de clericis loquens ait: *Hæc est dignitas vestra, hæc stabilitas, hæc corona, non quia tunicã induti candidissimam per Ecclesiam ambulatis, &c.* Dices hos autores de veste sacra, vel de habitu Episcoporum loqui, non de habitu vsuali clericorum extra ministerũ sacrorum. Sed contra hanc responsionem adhibeo alios testes, qui expressè aiunt vestem lineam fuisse habitum non solùm Prælatorum, sed communem omnium clericorum, quem ferebant nõ solùm in Ecclesia, dum sacra fierent, verùm etiam extra Ecclesiam, vti habitum quotidianum, & vsualem, ex quibus

IV. Sextus in ordine sit D. Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos inter medium & finem, vbi hæc habet: *Quæ sunt rogo iniquitatis contra Deum, si tunicam habuero mundiorem, si Episcopus, presbyter, diaconus, & reliquus Ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum sum candida veste processerint.* Et ne quis statim dicat, illum de veste sacra loqui, non de vsuali, audiat illum in lib. de Institutione Clericorum, siue in epist. 2. ad Nepotianum hæc scribentem. *Vestes pullæ æque deuita, vt candidas, ornatus vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.* Similia de habitu Augustini scribit Possidius in eius vita cap. 22 subiungit postea Hieronymus: *Non absque amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum non habere, laudabile est.* Ecce tibi, tempore Beati Hieronymi vestis linea vsualis clericorum erat habitus, sine quo clericus non incedere ab ipso Diuo Hieronymo laudatur, dum nimis candidis, & pretiosis non vtantur, qui abusus per illa tempora forsan inter clericos obrepserat. Idem Hieronymus in epist. ad Fabiolam de vestibus Sacerdotum, & Clericorum: *Vestimenta sua non scindet, quia candida sunt, quia polluta, quia Agnum sequentia, & de ara ossa eius vellentibus.*

Septimus est Beatus Augustinus, qui de habitu suorum clericorum, quos ad normam Regulæ Apostolicæ reformauit, ita loquitur in sermone secundo de communi vita clericorum. *Nemo det horum, vel lineam tunicam, vel aliquid aliud, nisi in commune.* Et ille habitus erat communis tam ipsis clericis, quàm eidem Augustino & erat habitus quotidianus, & vsualis, quem non de Sacristia accipiebant, sed de communi vestiario, vt in prima parte probatum fuit. Diuus autem Augustinus non legitur, nouum habitum clericis præscripsisse, sed illo eodem vsum, quo & cæteri clerici illo rum temporum vti consueuerant.

Sed

V. Sed quod hanc veritatem maximè confirmat, nulli dubium est, quin vsus, & forma veri habitus Apostolici, & Clericorum Apostolicorum seruetur in Ecclesia Romana, quæ dicitur Apostolica, & præsertim in ipso Domino Apostolico qui B. Petri Apostolorũ Principis locum obtinet, & succedituè in Episcopis, qui gerunt vices aliorũ Apostolorum, necnon in Prælatis, & Clericis Apostolicis. At Sanctissimi Domini nostri Apostolici habitus est vestis linea, cum tunica alba, & birro, qui habitus adeo illius est proprius, vt licet monachi ad ordinem Episcopalem assumpti propriũ habitum retineant nec vestem lineam assumant, tamen cum ad apicem summi gradus Apostolici promouentur, illico vestem lineam accipiant. Similiter qui Episcopi ordinantur, in sua creatione vestem lineam accipiunt, nisi sint monachi, quos priorem habitum tenere oportet in signum monasticæ professionis, quam emiserunt. Idem in Clericis Cameræ Apostolicæ, Protonotarijs, & cæteris Prælatis Romanæ Curiæ seruatur, qui omnes in sua creatione vestem lineam accipiunt, & illa non solùm cum diuinis intersunt, sed in omnibus actibus publicis vtuntur.

Atque hinc argumentum euidentissimum deducitur, hanc vestem clericorum Apostolicorum habitum extitisse, ab ipsismet Apostolis designatum, quod enim tenet Ecclesia Romana, quę vniuersalis est, & Apostolica, nec Concilijs institutũ, sed semper retentum est, non nisi autoritate Apostolica traditum, rectissimè creditur. Cæterum vsus vestis lineæ in Ecclesia Romana apud clericos Apostolicos, quin apud Episcopos, & ipsũ Dominum Apostolicum antiquissimus est, cuius initij memoria non extat. Ergo signum est Apostolicæ traditionis, iuxta Regulam à B. Augustino traditam lib. 4. contra Donatistas cap. 24.

VI. Nec obstat, quod si vestis linea ex institutione Apostolica clericorum proprius esset habitus, omnes clerici illam semper, & vbiq; ferre deberent, quod cum non factant, indicium est, illam ex institutione Apostolica proprium eorum habitum non esse. Nam respondeo, quemadmodum in prima parte dictum fuit, omnes clericos ab initio Regulares fuisse, & sic etiam vestis linea omniũ clericorũ communis, & vsualis erat habitus. Porro quemadmodũ successu temporis multi ex clericis à primæuo illo communis vitæ instituto defciuerunt, alij verò idem institutum retinuerunt: ita etiam multi ex Apostolica concessione vsum quotidianum vestis lineæ omiserũt, & in solis Ecclesijs vel functionibus Ecclesiasticis huiusmodi habitum retinuerunt, quem cæteri clerici, qui institutum vitæ Regularis tenuerunt, quotidie deferunt. cum enim habitus regularis signum sit externum professionis internæ, hæc sese inuicé consequuntur, tenere professionem, & tenere habitum, abijcere professionem, & abijcere habitum.

Dices. At clerici sęculares in functionibus Ecclesiasticis eiusmodi habitum gerunt, non ergo est habitus professionis.

Respondeo vestis linea est habitus tum professionis, tum clericalis. ideo Canonici Regulares, quia sunt clerici, & quia sunt professi, semper habitum deferunt, tam quando munera clericalia exercent, quam quando non exercent, & è contra: clerici verò sęculares, quia non sunt professi, habitum lineum deferunt solùm in functionibus clericalibus, non autem in alijs actibus priuatis. Similiter monachi licet sint professi, non tamen deferunt eiusmodi habitum, nisi in functionibus clericalibus: quia non sunt clerici ex vi suæ professionis, sed quasi per accidens.

Dices. Clericos Cameræ Apostolicæ, & alios Romanæ Curiæ vestem lineam deferre, etiam extra functiones Ecclesiasticas.

Respondeo, hoc nostram sententiam minimè infirmare, sed potius confirmare: hinc enim desumitur argumentum, omnes clericos Romanæ Ecclesiæ ab initio eiusmodi habitum gestare cõsueuisse, cuius gestaminis vestigium etiam nunc à primo illo instituto relaxati detinent.

VII. Non me latet, præter tunicam lineam fuisse antiquis clericis alia indumenta tum ex vsu antiquo, tum etiam per Summos Pontifices, & Sacra Concilia designata qualia erant, quæ Mafortes, siue Almutiæ, Lacernæ, Dalmaciæ, Planeticæ, Birri, Cappæ de choro clausæ, cappæ apertæ, & pallia vocabantur: de quibus Cassianus dicto lib. 1. de institutis Renuntiantium, Augustinus ser. 2. de Communi vita Clericorum, Gratianus in suo Decreto 30. d. & 21. q. 4. & alibi, Benedictus XII. in Reformatione generali totius Ordinis cap. de Forma habitus, & Molanus lib. 3. de Canonicis c. 5. & sequentibus. Verùm quòd illa ad substantiã clericalis habitus minimè spectent, ac etiam pro locorum, & temporum varietate sint immutata, quin etiam nonnulla tum clericis, tum monachis sint communia, prolixiùs de illis agere, superfluum existimaui.

CAPVT NONVM.

De forma tonsuræ Clericorum Apostolicorum.

I. Quod non desint, qui sub nomine habitus etiam ipsam tõsuram clericalem siue monasticam latissima quadam acceptione, ac extensione complecti voluerint, vt videri potest apud venerabilem Bedam lib. 5. Historiæ gentis Anglorum cap. 22. & in Concilio Quarto Toletano cap. 40. vbi de tonsura clericali inter alia hæc habet: *Vnde oportet pro amputando ab Ecclesijs scandalo, vt hoc signum dedecoris auferatur, & sit vna tonsura vel habitus,*

sicut

sicut totius Hispaniæ est vsus: Hinc meritò ex nobis desiderari animaduertimus, vt de forma habitus clericorum Apostolicorum agentes, de illorũ tonsura aliquid impræsentiarum dicamus, tum vel ob hoc præsertim, quod in forma ipsius tonsuræ clerici regulares distinguantur à secularibus non solùm laicis, verùm etiam clericis. Istud quæsitum vt quò breuius fieri possit, elucidemus, & resoluamus, ijs omissis, quæ de Paganorum sacrificulorũ tonsuris autores plerique à Baronio to. 1 sub anno 58. n. 122. relati scribunt. Suppono imprimis, tonsuræ vsum apud omnes clericos, & monachos antiquissimum in Ecclesia Catholica semper fuisse, & consequenter in traditione apostolica fundatũ: de quo scripserunt autores tum antiquissimi, tum etiam probatissimi, nimirum venerabilis Beda lib. 3. Historiæ gentis Anglorum c. 26. & lib. 5. c. 22. Alcuinus, Rabanus, Amalarius, Isidorus, & alij à Baronio loco proximè citato, & à Cardin. Bellarmin. lib. 2. de Monachis cap. 40. allegati.

II. NEc vacat de causis huius institutionis præsenti loco disputare, an tonsura clericalis in memoriam spineæ coronæ Saluatoris nostri Iesu Christi fuerit instituta, vt sentit Beda in locis prox. alleg. an in signum specialis consecrationis, qua monachi, & clerici seipsos Deo dedicauerunt, quemadmodum in veteri lege Nazaræi tondebãtur in illorum consecratione, Numerorum cap. 6. an in signum conuersionis & singularis pœnitentiæ, quòd pœnitentes ex antiqua Ecclesiæ consuetudine tonderẽtur, sicut legitur in Concilio Tertio Toletano cap. 12. An quia tonsura capillorum vitam lugubrẽ denotat, quippe quod monachorum partes sint tum propria, tum aliena peccata lugere: An ob reuerentiam B. Petri Apostoli, cuius verticem Pagani ob contumeliam abraserunt: An in signum regalis dignitatis clericorũ, & maximè Sacerdotum, vt Hieronymus ait in cap. Duo 12. quæst. 1. An ob alias causas, quæ passim apud scribentes legi possunt, quas superfluum existimo longiori oratione hoc loco recensere, nam quæcunque huius institutionis ratio extiterit, hoc certum, & constans est, illam in Ecclesia vetustissimam esse, vtpotè à Sanctissimis Apostolis institutam.

III. SEcundò sciendum est, triplicem formam apud veteres inueniri, quæ non solùm apud Hæreticos, sed etiam inter Catholicos in vsu aliquando extitit. Prima, qua Simon Magus & hæreticus vtebatur. nam ille, vt autor est Beda lib. 5. Historiæ Gentis Anglorum cap. 22. tonsuram capitis ita componebat, vt supra frontem, & à parte anteriore speciem coronæ repræsentaret, cæterum eadem corona à parte posteriori, & in occipitio intercisa videbatur, & decurtata, & iure quidem, nam cum esset Hypocrita, in præsenti quidem vita censebatur ab hominibus illius artibus deceptis corona æternæ gloriæ dignus: verùm in altera vita non solùm ipsa corona gloriæ fuit priuatus, sed ad Inferni supplicia iustissimè damnatus. Hanc formã tonsuræ gestabant olim Scoti, ac etiam nonnulli Episcopi, & Monachi, qui causa prædicandi Euãgelium ex Scotia in Angliam trajiciebant, ac inter eos Colmanus quidam, & Monachi in Insula Lindisfarnensi apud Angliam degentes, cum quibus grauis concertatio est habita, cuius idem venerabilis Beda lib. 3. cap. 25. 26. & sequentibus meminit: qui demum ab Episcopis & clericis Catholicis in Ecclesia Romana Catholicè institutis de suo errore certiores effecti, perfectam coronam clericorum, & monachorum Ecclesiæ Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ, abiecta illa Simoniana, libentissimè susceperunt. Altera eiusdem clericalis tonsuræ forma ea extitit, cuius meminit Concilium Quartum Toletanum cap. 40. ita scribens: *Omnes Clerici, & Lectores sicut Leuita, & Sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut huc vsque in Galitia partibus facere Lectores videntur, qui prolixu, vt Laici, comis in solo capitis vertice modicum circulum tondent. Ritu enim iste in Hispania hucusque Hæreticorum fuit: vnde oportet, vt pro amputando ab Ecclesiæ scandalo, tot signum dedecoris auferatur, & sit vna tonsura, vel habitus, sicut totius Hispaniæ est vsus. Qui autem hoc non custodierit, fides Catholicæ reus erit.* Ex hoc Concilio habes, hanc secundam formam toniurę, qua clericorum supremus vertex in modum parui circuli tondetur, relictis alijs capillis prolixis more laicorum, quod esset in vsu apud Hæreticos in Regnu Galitiæ degentes, sanctissimè ab eodem Concilio Catholicis interdictam, ad materiam scandali tollendam: quo tamen scandalo cessante, apud plurimos Catholicorum in Hispania, Italia, & alijs Prouincijs in vsu fuit, & nunc etiam tenetur. Tertia eiusdem clericalis tonsuræ forma cuius prisci Patres frequentius meminerunt, fuit in modum coronæ, ita nimirum, vt detonso superius capite in modum circuli, siue sphæræ, necnõ etiam in parte inferiori, remaneant capilli ad modum coronæ totum caput ambientes, vt præfatum Concilium apertè indicat, & D. Hieronymus, cuiusmodi ita est, quam nunc Canonici, & cæteri Regulares fere omnes tenent.

IV. EX tribus formis prædictis certum est, tonsurã clericorum regularium primitiuæ Ecclesiæ non fuisse iuxta primam formam: quia illa forma nullus Catholicorum, paucissimis exceptis, in angulo Scotorum per ignorantiam lapsis, vtebatur, nec reperi alium autorem, qui tonsurę semicircularis meminerit, præter vnum Bedam in locis proximè allegatis. Et restat dubium, an esset iuxta secundam formam, qua nunc passim seculares clerici vtuntur: an verò iuxta tertiam, quam deferunt Canonici, & cæteri omnes Regulares paucissimis exceptis. Ad quod dubium resolute, & sine vlla hæsitatione respondeo, tonsuram antiquorum clericorum ab exordio nascentis Ecclesiæ vsq; ad tempora D. Hieronymi, & Augustini formam co-

tonæ iuxta tertium modum explicatum habuisse, cuiusmodi est, quam nunc etiam nos clerici canonici gestamus: vt ex hoc etiam capite intelligas, non solùm antiquum illud clericorum Apostolorum institutum, sed etiam integrum illorũ habitum nũc quoq; apud nostros canonicos seruari. Huius veritatis habeo testes tum antiquos, tum etiam probatos, quos referam.

Primus est D. Hieronymus in d.c. Duo 12. q. 1. qui tum formam, tum vsum, & originem tonsuræ clericalis in hunc modum describit. *Hi sunt reges (de clerico loquitur) id est se, & alios in virtutibus regentes, & iram Deo regnum habent, & hoc designat coronam capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Raso verò capite est temporalium omnium depositio.*

Secundus testis est Canon. ex Concilio IV. Toletano c. 40. proximè alleg. ex quo Card. Bellarm. lib. de Monachis c. 40. *Iubet Concilium, vt omnes clericato capite detonso solum circulum capillorum super aures relinquant, ex quo apparet olim eandem fuisse coronam clericorum & monachorum: sed monachi quidem seruauerunt antiquam consuetudinem, clerici verò magna ex parte illam mutauerunt.* Hæc Bellarminus.

Tertius est Beda d. lib. 5. c. 22. dicens: *Neq; ob id tantum in coronam attondemur, quia attonsus ita est Petrus: sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis ita attonsus est.* & infra: *ita oportet etiam eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habent, & arctioribus necesse habent pro Domino se continentiæ funibus adstringere, formam quoque coronæ, quam ipse in passione sua spineam portauit in capite, vt spinas, & tribulos pectatorum nostrorum portaret, id est, exportaret, & auferret à nobis, suo quoque in capite per tonsuram præferre, vt se irrisiones, & opprobria pro illo libenter, ac prompto animo sufferre ipso etiam frontispicio doceant, vt coronam vitæ, quàm repromisit Deus diligentibus se semper expectare, proque huius perceptione aduersa mundi, & prospera contemnere diligerent.*

Quartus est Gregorius Turonensis in vita S. Patritij cap. 17. vbi de S. Nicetio verba facien's, inquit: *Sanctus Nicetius Episcopus ab ipso ortus sui tempore clericus est designatus, nam cum partu fuisset effusus, omne caput eius, vt est consuetudo nascentium infantium, à capillis quidem nudum cernebatur: in circuitu verò modicorum pilorum ordo apparuit, vt putares, ab eisdem coronam Clerici fuisse signatam.*

Quintus est B. Augustinus in epistola 147. ad Proclinianum, vbi meminit tonsuræ clericalis sub nomine coronæ: *Per coronam*, inquit, *nostram nos adiuuant vestræ: per coronam vestram vos adiuuant nostri.* Eadem verba habentur apud Hieronymum epist 16. inter epistolas Augustini: *Fratres tuos Domnum meum Alipium, & Dominum meum Euodium, vt nomine meo salutes, precor per coronam tuam.*

Sextus est Canon Concilij Niceni primi 76. qui sic habet: *Vt Religiosi tum monachi, tum moniales habeant alia indumenta, & alios mores, quàm habent Laici, & tondeant caput in modum coronæ.*

V. SEptimus D. Isidorus lib. 2. de officijs cap. 4. vbi dicit tonsuram, & coronam clericalem fuisse institutam ab Apostolis. Ex quibus videas, parum probabilitatis habere, quod Baronius tom. 1. sub anno 58. nu. 229. scribit, non fuisse olim vnam & eandem consuetudinem omnium Ecclesiarum in tonsura clericali ferenda ad modum coronæ. nam si de prisco illo tempore vsque ad Beatos Hieronymum, & Augustinum, & paulò etiam post illud loquitur, apparet, consuetudinem totius Ecclesiæ fuisse, vt clerici, ac monachi tonsuram in modum coronæ deferrent, non in modum parui circuli in summo vertice, sicut modò fertur à clericis dictis secularibus: nam ista neque refert coronam regiam, nec etiam spineam coronam Saluatoris nostri Iesu Christi, quod de corona priscorum clericorum prefati Doctores affirmant, sed vt rem exemplo illustremus, qualisnam fuerit censura priscorum clericorum Apostolicorum, intueri licet in Domino Apostolico, in quo Apostolici habitus integritas seruatur, nam ille tonsuram clericalem non instar parui circuli in summo vertice, sed in modum coronæ totum caput ambientis ex vetustissima, & nunquam temerata consuetudine defert.

VI. VTrum autem ipsa corona clericalis fieret cũ tonsura, ita vt cutis operta relinqueretur, D. Hieronymus in Ezechiel. cap. 44. circa illa verba: *Cumque ingredientur portas atrij, &c.* dicit, Sacerdotes capita sua nec radere debere, neque comã nutrire, sed tõdere debere capita sua, ita vt operta sit cutis, & idem dicit in cap. 3. & 6 Isaiæ: eodem modo loquitur Concilium Agatense, cuius Canonẽ refert Gratianus in cap. Clerici 23. d. & Martinus Papa relatus in c. non liceat il 2. eadem d. & Alexander III. in cap. Clericis de vita & honestate clericorum. E contrario Anacletus Papa in c. Prohibere, ead. dist 23. dicit, Clericos radendos esse, idq; ex præcepto Apostolico, Meminerunt etiã rasuræ Gregorius Nazianzenus in Maximum, & Socrates lib. 3. Historiæ tripartitæ cap. 1.

VII. CÆterum siue illi antiqui clerici tonderentur, siue raderentur, parum retulerit. & potuit quoad hoc esse varia consuetudo Ecclesiarum, vel saltem diuersis temporibus, vel in diuersis prouincijs, vt aliquando tonsura fieret cum rasura, aliquando verò sine rasura. Quemadmodum etiã parum referebat, an barbam raderent, an etiam laxarent: nam in diuersis prouincijs diuersus erat mos barbam radendi, siue laxandi, Occidentales enim tondebant, vel etiam radebant: Orientales verò laxabant. Imò Clemens I. Petri discipulus & successor lib. 1. Institutionum Apostolicarum c. 3. Barbæ rasuram expresse interdicit. *Oportet praterea*, inquit, *non barbam radere, neque formam hominis contrà naturam mutare: ait enim lex, non radetis barbas vestras: mulieres enim vt deceret, non esse barbatas, fecit earum autor Deus, viros contra, vt non deceret, idem iu-*

stè sta-

Re statuit. De qua Constitutione, & illius causis videnda sunt quæ Franciscus Turrianus in illum locum scitè de more obseruat, & habentur in tomo 1. Conciliorum. Et nunc etiam inter ordines Regulares aliqui barbam vel radunt, vel ad cutim tondere solent: alij verò laxant. Neque tamen qui laxant vt inter clericos Theatini, & S. Pauli Decollati, & inter mendicantes Fratres D. Francisci strictioris obseruantiæ Cappucini nuncupati, ac inter Eremitas Camaldulenses, & montis coronæ, minùs perfecti censentur, quàm qui tondent, vel radunt, vt inter clericos Iesuitæ, & inter mendicantes Prædicatores, & Fratres D. Francisci reformati, & monachi omnes. Verùm consuetudines vnius cuiusque instituti ab Ecclesia probati tenẽdas esse arbitror, & omnem luxum siue in coma, siue in barba nutrienda ab ipsis clericis siue regularibus, siue etiam secularibus ita arcendum, vt tamen in barbæ rasura tantum momenti constitutũ non putemus, quod ex ea potissimum regularis disciplinæ summam pendere arbitremur, sicut nonnulli interdum sentire videntur, zelum forsan habentes, at non secundum scientiam excutientes culices, & camelos vorantes, decimantes mentam, & anetum, & quæ interiora sunt paropsidis, immunditiarum plena relinquentes.

CAPVT DECIMVM.

Canonicorum Ordinẽ ab Apostolis fundatum vsque ad Beati Patris Augustini tempora cõtinuatum maximè floruisse, ac toti orbi notissimum extitisse.

I. Via Ioannes Marquez in suo libro nuper edito de origine fratrum Eremitarum Augustinensium, inter multa quæ de Canonicis Regularibus falsò videtur asserere, hoc præ cæteris insigne, & luculentum cap. 8. §. 5 pag. mihi 51. col. 2. scribit, Canonicorum Ordinem, licet ab Apostolis plantatum, circa B. Augustini tempora vix in mundo agnitum, quod parum tunc temporis fuisset dilatatus, quæ res in causa fuit, vt eundem Augustinum ipsius Ordinis primum institutorem pleriq; existimauerint, posteaquam de ipsius Ordinis fundatione in præcedentibus dictum fuit, compellõr nunc illius continuationem vsque ad B. Augustini tempora mõstrare, illumque per id temporis ante reformationem ab Augustino inchoatam maximè per omnes Ecclesias floruisse, ac toti mundo notissimũ extitisse, quod non vnico, verùm triplici argumẽtationis genere tum facillimè, tum etiam euidentissimè præstabo, nimirum testimonijs Doctorũ, qui vel conceptis verbis, vel saltem æquipollentibus hoc testantur, necnon ex Sanctis Patribus, qui ante Augustinum ipsi Ordini informando, ac instaurando strenuam operam impenderunt, ac tandem ex ipsis Ecclesijs tum Cathedralibus, tum etiam Metropolitanis, in quibus ante D. Augustinum Ordo canonicus summoperè florebat. Et quidem quod attinet ad testimonia primi generis, inter autores, ex quibus ipsa Canonici Ordinis continuatio vsque ad B. Augustinum deducitur, primus testis irrefragabilis est Vrbanus I. in allegata epistola ad omnes Christi fideles, relatus in dict. cap. Scimus. 12. quæst. 1. vbi fatetur vitam communem inter omnes clericos sub obligatione votorum vsque ad sua tempora per omnem Ecclesiam durauisse, cuius verba superius c. 5. num. 2. sunt allegata. Hic Pontifex circa annum Domini 232. martyrio coronatus fuit.

Secundus est Concilium Nicenum primũ sub Syluestro Papa, & Constantino Magno circa annum 320. celebratum, in quo non semel de clericis sub Canone, siue sub regula degentibus mentio habetur, vt in canone 17. cuius verba referuntur in c. Quoniam multi 47. dist. vbi interdicitur clericis viuentibus sub regula, vel vt Gentiani lectio habet, sub Canone, non solum exercitium vsurarum, sed etiam omnis negotiatio sub pœna depositionis, & in c. præcedenti, cuius etiam verba referuntur in cap. Si qui verò. 9. q. 1. vbi interdicitur omnibus clericis, siue presbyteris, siue diaconis, siue alijs sub regula constitutis, ne à suis Ecclesijs discedant, & si discesserint, ne in alijs Ecclesijs recipiantur, item in Canone 15. secundum versionẽ ex Arabico: *Si quis eorum, qui sunt in Clero, aut in regula acquirendu opibus studeat, aut vsuris, vel inquis lucris, deijciatur ab Ordine, & sit alienus à Regula.*

Tertius est Eusebius Cæsariensis, qui vixit post Magnum Constantinum vsq; ad annum circiter 340. in secundo libro Historiæ Ecclesiasticæ c. 16. vbi dicit institutum D. Marci in Ecclesia Alexãdrina plantatum, de quo superius ex Philone diximus, vsque ad sua tempora in omnibus Ecclesijs, & monasterijs retentum, quod saltem de Ecclesijs Orientalibus intelligi debet: Tanta, inquit, *refertur multitudo credentium virorum, ac mulierum primo ingressu exemplo sobrietatis (scilicet D. Marci.) & continentia congregata, vt etiam conuersatio eorum, qui per ipsum crediderant, & vita tõtius abstinentia, ac frugi eorum sobriaq; continuia librorum memoria mandaretur à viro disertissimo Philone, quem fermo tenet, temporibus Claudij Imperatoris Romam venisse, & Petrum Apostolum vidisse, atque eius adhesisse colloquijs, verbum Dei prædicantu, quod valdè est verisimile, quia ferquam illam, quam diximus, posteritatibus ab eo temporibus constat esse compositam, in qua euidentissimè omnia Ecclesia instituta complectitur, quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernum seruantur à nobis, sed & abstinentia vitæ, eorum dum taxat, qui nunc in Ecclesijs, vel monasterijs degunt, describit ad liquidum.* Ecce tibi institu-

tum

tum vitæ abstinentiam (illi idem erant quod alio nomine Regulares) vsque ad tempora Eusebij retentum non solùm in monasterijs, id est inter monachos, sed etiã in Ecclesijs, siue inter Clericos.

II. QVartus est B. Ambrosius in serm. 69. de Natali B. Eusebij Vercellensis Episcopi & martyris, vbi inter præclara illius Sancti viri facinora recensens, quod ab exilio reuersus suos clericos ad instar Orientalis Ecclesiæ reformauerit cum officijs clericalibus monachorum instituta iungens inquit: *Nam vt cætera taceam, illud quàm mirabile est, quod in hac Sancta Ecclesia eosdem monachos instituit, quos clericos, atque ijsdem penetralibus sacerdotalia officia continuit, quibus & singularis castimonia conseruatur, vt esset in ipsis vera contemptus rerum, & accuratis Leuitarum vt si videris monasterij lectulos, instar orientalis propositi ad cæsi delectiones Cleri perspexeris, Angelicos Ordinis obseruatione gaudeas.* Ex quibus habes, B. Eusebium more Orientalis Ecclesiæ suam Ecclesiam reformasse, & consequenter vsque ad tempora B. Eusebij in Ecclesia Orientali regularia instituta inter clericos passim viguisse. nam quos Beatus Ambrosius Vercellensis Ecclesiæ monachos ob regularia instituta nuncupat, eosdem ipsius Ecclesiæ clericos fuisse, statim declarauit.

Quintus est S. Hieronymus in epist 2. ad Nepotianum supra citatus, qui cum expresè dicat, clericos suorum temporum nihil proprium tuta conscientia possidere potuisse, & illos non sine vestelinea incessisse, ex illorum professione, & habito satis indicat, regularia instituta inter clericos vsque ad sua tempora retenta fuisse: quanquam clerici Romani illius tempore ob temporalium bonorum affluentiam paulatim inciperent relaxari à premæ uo illo instituto, quod tandem progressu temporis reiecerunt, contra quos grauiter inuchi cœpit idem Hieronymus: vnde apud illos graviter offendit, vt videri potest apud Baronium tom. 4. sub anno 385. n. 8.

III. SExtus est ipsemet Augustinus, qui Petiliano sibi obijcienti, quod institutum vitæ monasticæ primus ille in Africam inuexisset, quod quale genus vitæ esset, ignorare se finxit, respondet lib. 3. contra literas Petiliani, genus vitæ monasticæ à se in Africam introductum, toti Orbi notissimum fuisse. Constat verò, B Augustinũ Ordinem Canonicorum Regularium, siue clericorum regulariter viuctium in Africam introduxisse, id enim omnes, nemine contradicente fatentur, Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in August. in cœsura sermonum ad Eremitas, S. Carolus Borromæus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Mediolanensis in actis illius Ecclesiæ par. 7. in epi. de translatione S. Simpliciani, Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 7. quin, & Cardinalis Baronius tom. 3. Annal. sub anno 328. nu. 22. vbi hæc inter alia scribit: *Qui verò in orbe occidentali monasticum contunxerit clericatui prædicatur à S. Ambrosio S. Eusebius Episcopus Vercellensis*, & infra: *Quod ipsum præstantissimum vitæ genus S. Martinus Episcopus Turonensis transuexit in Gallias, & S. Augustinus in Africam.* Et licet idem Baronius alibi dicat, B. Augustinum duos ordines in Africa instituisse, alterum monachorum viuentium in solitudine ab hominum conuersatione remotissimorum: alterum clericorum in vrbibus commorantium, quæ res nonnullis causa extitit, vt in spē Eremiticæ ab Augustino institutæ probandæ, & suadēdæ erigerentur, de qua re in prima parte dictum fuit: hoc tamen sufficit, nec Baronium, nec aliquem probatum Doctorē negare. quin B. Augustinus Ordinem clericorum canonicorum in Africam inuexerit, ac late propagauerit. vnde

Septimo loco produci possunt Autores, qui dicunt, institutum clericorum communiter viuentium, quem D. Augustinus in Ecclesia Hipponēsi, & exinde per totam Africam plantauit, non illum primitus inuenisse, sed in Italia, & præsertim Mediolani sub D. Ambrosio didicisse. Hi sunt Baronius, Ioannes Molanus, & S. Carolus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis in locis proximè allegatis, & Carolus Episcopus Nouariēsis in sua Nouaria lib. 2. vbi de sancto Gaudentio nostræ Nouariensis ciuitatis primo Episcopo, & Patrono ita scribit: *Discipulus fuit S. Gaudentius S. Eusebij Vercellensis, Lectoris officio in ea Ecclesia functus, eo magistro vel suscepit, vel susceptam perfectius coluit Canonicæ vitæ disciplinam, hoc ei tribuitur sacris literis, quibus Ecclesia Nouariensis eius laudes canit, ac celebrat. Hæc in antiquis membranis habentur, hæc in ore Nouariensium adhuc sonant: Positus in iuuentute B. Gaudentius studiosè rectam secutus est Canonicæ vitæ normam. Boni sacerdotes veteres sequentes verbum Domini renunciabant ijs, quæ possidebant, abnegabant semetipsos, quod quidem præcipuum est: non omnes tamen Canonicis quibusdam sese denunciebant institutis, ijs inquam institutis, quæ perfecto, & ab apostolis instituto perfectæ vitæ canone continentur. Hoc Sanctus Ambrosius appellat officia clericorum cum institutis monachorum coniungere, cuius rei autorem in occidente facit S. Eusebium Vercellensem Episcopum Gaudentij nostri magistrum Præclarum sanè testimonium, & valdè obseruandum, ex quo fatendum est, perfectiorem clericorum disciplinam, & monasteria clericalia in Occidentalibus Ecclesijs ab eo profecta esse. & ipsum S. Augustinum eius disciplinæ sanctissimum, præcipuumque cultorem, vnà cum Euangelio in hac regione eam didicisse, disciplinam intelligo clericorum Canonicam in vniuersum, non certi alicuius Ordinis, aut Congregationis.* Hæc ille.

IV. OCtauo loco addi etiam possunt autores, qui dicunt, clericos primitiuæ Ecclesiæ vitam communem vsque ad Magnum Constantinum retinuisse, quo tempore Ecclesia redditibus aucta etiam affectus inordinatus cupiditatis bonorum temporaliũ adeò augeri cœpit, vt multi vel apertè, vel saltē occultè bona tēporalia in particulari habere voluerint. Hi sunt Præpositus c. 1. d. 44.

nu.4. Boetius in quodam suo tractatu de vita Eremitica circa medium, quidquid illi in contrarium à nonnullis tribuatur, Dominicus Soto lib.10. de Iustitia & Iure q. 4. art.3. Abbas in cap. Licet de officio Ordinarij, & cap. Deus qui, de vita & honestate Clericorum. & cap. Episcopus de Præbendis, pro quanto dicit, quod ab initio non erant præbendæ, & quod clerici viuebant in communi, sed postea successu tẽporis cœperunt habere propria, & facti sunt ex Regularibus seculares, quod etiam fatetur Durandus in Rationali lib. 6. c. de Septem diebus post Pascha.

V. SEcundum argumentum principale ad eandẽ continuationem probandã sumi potest ex Sãctis Patribus, qui ipsum Ordinem sub tempora B. Augustini à districtione Canonicæ disciplinæ paulatim relaxari animaduertentes, eidem reparando strenuam operam impenderũt: nam quod ea sit terrenarum diuitiarum proprietas, vt quò minus possidentur, minus appetantur, & quantò magis augentur, tantò auidius desiderentur: est enim cupiditas ignis quidam, vt appositè D. Basilius homil. 7. ex varijs contra diuites auaros. *Auarus*, inquit, *naturam ignis æmulatur, decem talenta alia decem addere studens, & cum viginti facta fuerint, alia viginti quærit: & semper id, quod additur, auget concupiscentiam.* Hinc factum est, vt Ecclesia per Magnum Constantinum affluentia bonorum tẽporalium aucta, dira cupiditas inter clericos paulatim serpendo, ac æstuando, sanctissimum illud communis vitæ Apostoliæ institutum non solũ in discrimen adduxerit, sed quod dolendum est, magna ex parte labefactauerit. Huic periculo tã graui occurrentes Sanctissimi Præsules, nullum non mouerunt lapidem, vt suos clericos in regulari disciplina, vbi illæsa adhuc seruabatur, continerent: vbi verò iam collapsam deprehendebãt, pro viribus instaurarent. ex quibus vt Vrbanũ Lomitanum, in sæpe allegato cap. Scimus. 12. q. 1. vtpote aliquantò vetustiorem, præcipui fuerunt inter Græcos Magnus ille Athanasius Alexandriæ Episcopus: is enim huic operi tam impensè incubuit, vt de illo scribat Baronius tom. 3. sub anno 328. num. 23. illum monachorum instituta in Clerum Ecclesiarum Ciuitatis transtulisse, & supra num. 22. Eusebium Vercellensem Apostolica Legatione apud Ecclesiam Alexandrinam functum, ibidem institutum didicisse, quod in Occidẽtem ad suos clericos reuexit, & in sua Ecclesia plantauit. quod non ita intelligendum est, vt vitæ regularis instituta primus Athanasius Alexandrinis clericis addiderit, quam D. Marcus regularem instituerat, vt supra ostendimus: sed quod regularem disciplinam in ea labentem ad primæuum institutum reparauit.

Secundus, qui in eadem Ecclesia Orientali tã pio, & præclaro facinori totus incubuit, numeratur Magnus Basilius. Extant inter eius opera libelli animaduersionum ad Canonicos, ac etiam contra Canonicas delinquentes. extat inter Monasticas Constitutiones cap. 19. in Ordine sub hoc titulo. *Ad Canonicos in Monasterijs regulariter degentes.* Et quanquam non desint, qui illum inter monachos numerare velint, tamen si illius vitæ rationem, ac institutum diligentius quis animaduerterit, inueniet omni dubio procul eatenus illum monachum à nonnullis vetustioribus dici, quod clericus cum esset, regularis vitæ normam studebat exactissimè seruare. quod etiam Ioannes de Nigraualle in suo epilogo Chronicarum 13. c. 18. non temerè adnotauit.

VI. POrro ex Patribus Latinis, qui sub Augustini tempora ipsi ordini canonico reparando viriliter institerunt, primum locum D. Syluestro Papæ I. illius nominis meritò tribuendum iudicabunt, qui ea ponderauerint, quæ in illius vita, & in officio per Ecclesiam Romanam vsitato legũntur, illum scilicet prouidisse, vt clericis copiosis egentes coniungeret, & sacris virginibus, quæ sũ victum necessaria essent suppeditarentur, & quod de Clericis Regularibus in Basilica Lateranensi per Constantinũ fundata statim locatis Romani Pontifices testantur, de quibus capite statim sequente verba faciemus.

Secundus recensetur B. Eusebius Episcopus Vercellensis, de hoc sanctissimo Præsule S. Ambrosius præter ea, quæ in serm. 69. de Natali eiusdem S. Eusebij superiùs relata scribit, in epistola 82. quæ est ad Vercellenses Ecclesiam, post medium, in eodem argumento versans hæc subdit. *Quod si in alijs Ecclesijs tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellensi Ecclesia, vbi duo pariter exigi videntur ab Episcopo, vna monasterij continentia, & disciplina Ecclesia. Hæc enim primus in Occidentis partibus diuersa inter se Euseb. sanctæ memoriæ coniunxit, vt & in Ciuitate posita instituta monachorum teneret, & Ecclesiam regeret temperij sobrietate. multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, & normam integritatis iuuentutem adstringat, & versantes intra Vrbem abdicet vsu Vrbis, & conuersatione.* Quod etiam ita accipiendum est, vt non primus ille regularis vitæ instituta in clericos Ecclesię Occidentalis introduxerit, cum ab initio per professionem votorum clerici omnes regulariter viuerent, quẽadmodum supra ostendimus: sed quòd primus ille disciplinam collapsam inter suos clericos restituit, vel quòd præter vitam communem, ac ecclẽsiasticam, quasdam ex monachis acceperit eisdem clericis adiunxit.

Tertius fuit D. Hilarius Pictauiensis, quem similiter ab exilio reuocatam Gallicanam Ecclesiã Orientalis instar, apud quam exulauerat, statim reformasse, & clericos suos regulariter viuẽtes instituisse, autor est frater Hieronym' Romano lib. 6. de Repub. Christiana cap. 4. & 16. & ex illo Emanuel Rodericus tom. 1. quæstionum Regularium quæst. 3. art. 1.

Quæ-

Quartus recensetur à Baronio loco allegato ex anno 368. num. 22. Sanctus Martinus Episcopus Turonensis, & Sancti Hilarij Pictauiensis discipulus, nam de instituto regulari per Beatum Eusebium Vercellensem ex Oriente in Ecclesiam Occidentalem eucẽto verba faciens inquit, *quod ipsum præclarissimum vitæ genus Sanctus Martinus Turonensis Episcopus transtulerit in Gallias & sancta regulam in Africam: quæ admirabilis & sancta regulam in Africam: quæ admirabilis & sancta institutio monachos (vt dictum est) omnium ferè ordinum conuertere duobus (vt dictum est) omnium ferè ordinum conuertere duobus, & Monachorum nomine complexa est Clericorum, & Monachorum nomine complexa est Clericorum, & Monachorum vitam pariter coniungentes, tanquam lucidissimum vitam pariter coniungentes, tanquam lucidissimum duo rerum Martyres tempore persecutionis, in pace duo rerum Martyres tempore persecutionis, in pace Ordinis ipsum exornauerunt.*

Quintus subijcitur Beatus Gaudentius Nouatiensis noster, Beati quidem Eusebij Vercellẽsis progressionis ac exilij comes, S. verò Martini Turonensis notarius. Ecclesiæ autem Nouariensis primus Episcopus, & Sacri Ordinis apud suos Sanctus. de quo qui Nouariensis Ecclesiæ historiam texuit Carolus eiusdem Ciuitatis Episcopus lib. 2. in prima fatetur, illum & in iuuentute egregiam laudabilemque canonicæ vitæ normam secutum & sanctæ Magistrum Eusebium imitatum suis diuinarum clericalibus officijs regularia etiam solemnia iunxisse. Hinc Ioannes Philippus Nouariensis in Chronica lib. 3. cap. 25. *Episcopatus, inquit, Nouariensis fuit Canon. vnum Regularium, vt eorum nonnulla usque adhuc extant libri, & institutum illud Eusebij & Ecclesiæ B. Gaudentij, dicitur non nihilum, quod ipse adhuc auit per Parochiam vniuersum vitam, & pater ipsellius est innumerabilium Circuitum.*

Sextus fuit B. Protectitius Bergomensis Ecclesiæ Archidiaconus & Martyr, qui obijt circa annum Christi 308. vt ex Epitaphio illius tumulo infixo notatur, quã illius vitam Italico idiomate scripto recitans inuulgauit Marius Mutius eiusdem Ecclesiæ Canonicus, & non vulgaris eruditionis & literaturæ Theologus. De hoc B. Martyre in historia Ecclesiæ Bergomensis cuius titulus *Chronica sacra & sanctæ Bergomensis vrbis ex diuersis auctoribus & Catholicis quibusque libris, & scripturis diligenti cura collecta in prima parte cap. 7.* ita legimus: *Protectitius primus Bergomi Episcopus omnes per annos septem, mensesque sex sanctissimam vitam custodiuit, & sanctissime, sanctissimeque eligere quadraginta clericos secundum Regulam, moresq; Apostolorum vixerunt. Horum Sanctus ipse erat. & ex 3. libro Chronicarum Domini Antonii Mariæ Madalunensis Canon. R. & ex historijs Sanctorum lib. 3. cap. 1. & 2. de Antiquitatibus, & gestis Ciuitatum Bergomensium.* Quæ si vera sunt, libris euidentissimè vnde conuincas, non primum D. Eusebium Vercellensem Episcopum in occidentali Ecclesia suos clericos regulariter viuentes instituisse, sed longè ante illum idem institutum inter Bergomenses clericos viguisse, duratum ad nostra ferè tempora inferius suo loco

Quartus recenſetur à Baronio loco allegato ex tomo 3 ſub anno 328. num. 22. Sanctus Martinus Epiſcopus Turonenſis, & Sancti Hilarij Pictauienſis diſcipulus, nam de inſtituto regulari per Beatum Euſebium Vercellenſem ex Oriente in Eccleſiam Occidentalem eucęto verba faciens inquit: *Quod ipſum præſtantiſſimum vitæ genus Sanctus Martinus Turonenſis Epiſcopus tranſuexit in Gallias, & Sanctus Auguſtinus in Africam: qui admirabili quidem connexione duo hæc (vt dictum eſt) omnium perfectiſſima vitæ genera Clericorum, & Monachorum in vnum pariter coniungentes, tanquam luciduſſimis aſtris, vt olim Martyres tempore perſecutionis, in pace Chriſti Eccleſiam exornauerunt.*

Quintus ſubnectitur Beatus Gaudentius Nouarienſis noſter, Beati quidem Euſebij Vercellẽſis peregrinationis ac exilij comes, S. verò Martini Turonenſis notarius. Eccleſiæ autem Nouarienſis primus Epiſcopus, & Sacri Ordinis apud noſtros Sator. de quo qui Nouarienſis Eccleſiæ Hiſtoriam texuit Carolus eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus lib. 2. in princ. fatetur, illum & in iuuentute poſitum ſtudioſè canonicæ vitæ normam ſecutum, & ſuum Magiſtrum Euſebium imitatum ſuis clericis cum clericalibus officijs regularia etiam inſtituta iunxiſſe. Hinc Ioannes Philippus Nouarienſis in Chronica lib. 3. cap. 23. *Epiſcopatus*, inquit, *Nouarienſis fuit Canonicorum Regularium, vt apparet in adificijs antiquis adhuc extantibus, & inſcripturis ipſius Eccleſiæ, & Eccleſiæ B. Gaudentij, dicitur enim in legenda eius, quod ipſe adificauit per Parochias monaſteria, & cellas. & pater effectus eſt innumerabilium Clericorum.*

VII. SExtus fuit B. Proiectitius Bergomenſis Eccleſiæ Archidiaconus & Martyr, qui obijt circa annum Chriſti 308. vt ex Epitaphio illius tumulo inſcripto notauit, qui illius vitam Italico idiomate ſcriptã recens inuulgauit Marius Mutius eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, & non vulgaris eruditionis & literaturæ Theologus. De hoc B. Martyre in hiſtoria Eccleſiæ Bergomenſis cuius titulus eſt. *De ſacra, & fertili Bergomenſi vinea ex diuerſis authenticis, Catholicisque libris, & ſcripturis diligenti cura collecta.* in prima parte cap. 7. ita legimus: *Proiectitius primus Bergomi Archidiaconus per annos ſeptem, menſes ſex hanc ſacratiſſimam vineam cuſtodiuit, & ſibi coadiutores, ſucceſſoresque elegit quadraginta clericos, qui ſecundum Regulam, moresq; Apoſtolorum viuerent. Hæc ex Epitaphio eius, & ex 3 libro Chronicarum Domus Ioannis Mariæ Mediolanenſis Canon. R. & ex hiſtoria ipſius ſcripta in lib. 3. cap. 1. & 2. de Antiquitatibus, & geſtis Diuorum Bergomenſium.* Quæ ſi vera ſunt, habes euidentiſſimè vnde conuincas, non primum D. Euſebium Vercellenſem Epiſcopum in occidentali Eccleſia ſuos clericos regulariter viuentes inſtituiſſe, ſed longè ante illum idem inſtitutum inter Bergomenſes clericos viguiſſe, duraſſe verò in eadem Eccleſia diſciplinam Regularem ad noſtra ferè tempora inferius ſuo loco authenticis documentis oſtendemus.

Quibus omnibus mea ſententia abſq; vllo dubio Beatus ipſe Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, aut eius Archidiaconus Simplicianus addendus: tum quòd Mediolanenſem Eccleſiam ab initio Regularem fuiſſe infra oſtenſuri ſumus, tũ quòd ſcribat S. Carolus in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis parte 7. in epiſtola de translatione S. Simpliciani, inſtitutionem vitæ communis Hipponẽſium clericorum à Sympliciano presbytero profectam, ab eoq; Auguſtinum apprimè edoctũ: ad quem etiam libros de Trinitate poſtmodum Auguſtinus ſcripſit, veluti aurum probãs ex affrictu. Omitto D. Proſperum Aquitanum, qui clericis Aquitanicis ad communem vitam Apoſtolicam reformandis maximè laborauit tum exemplo, tũ etiam ſcripto, vt in 2. libro illius de Vita contemplatiua legimus, ac etiam D. Patritium Hyberniæ Apoſtolum, qui idem inſtitutum in Eccleſia Hybernenſium plantauit, quòd D. Auguſtino coætanei, aut etiam paulò recentiores fuerint, & Regularem diſciplinam ab ipſo Auguſtino exiſtimentur accepiſſe.

CAPVT VNDECIMVM.

De Eccleſijs Catheàralibus, Metropolitanis, & alijs Canonici Ordinis Collegiatis ante D. Patrem Auguſtinum.

I. IErtium Argumentum ad eandem veritatem demonſtrandã ſumitur ex pleriſque Collegiatis, Cathedralibus, ac etiã Metropolitanis clericorum Canonicorum Eccleſijs, in quibus Ordo Canonicus etiam ante Auguſtini tempora ſumma cum laude floreb at, nam in primis quod ad Orientales attinet, omnes Orientalium Eccleſias vſque ad annum 340. ciuſmodi inſtitutum retinuiſſe, indicio ſunt, quæ Euſebius Cæſarienſis lib. 2. cap. 16. in verbis ſuperius recitatis, ac etiam cap. 17. ſcribit, cui adſtipulantur verba D. Ambroſij Mediolanenſis ſerm. 69. cum de reformatione clericorum Eccleſiæ Vercellenſis per B. Euſebium eiuſdem Eccleſiæ Antiſtitem facta ſcribens inquit, illum ſuos clericos inſtar Orientalis Eccleſię inſtituiſſe. Verùm vt ad particulares Eccleſias deſcendamus. Primò certum eſt, Eccleſiam Alexandrinam regularem diſciplinam per D. Marcum in ea plantatam diutius retinuiſſe: Imo verò ſucceſſu temporis labentem per Magnum Athanaſium impensè reparatam, vt in præcedentibus ex Cardinali Baronio adnotauimus. floruit autem D. Athanaſius circa annum Domini 350. & circa annum 370. ex hac vita fragili migrauit ad æternũ, ſi eidẽ Baronio fides adhibetur.

Altera inter Orientales Ecclesias, in qua per ea tempora Regularis disciplina summa cum laude florebat, fuit Ecclesia ciuitatis Rinocururæ, in ea Ægypti prouincia, quæ Cassiotis nuncupatur, ex Nicephoro cuius verba ex lib. 2. Historiæ cap. 38. superius sunt recitata.

Tertia fuit Ecclesia Cappadociæ, in qua multa Canonicorum in monasterijs degentium collegia extitisse circa tempora Magni Basilij argumento sunt, quæ ille cap. 19. de institutis Monasticis ad Canonicos regularem vitam in Monasterijs, siue in Cœnobijs degentes, & in Animaduersionibus ad Canonicos & Canonicas delinquentes scribit.

Quarta fuit Ecclesia Babilonensis, non ea, quæ fuit in Mesopotamia, vel Assyria, sed in Ægypto constituta, de qua Augustinus Ticinensis noster vir omnimoda Historiæ peritissim⁹, vt ex libris ea dere ab illo editis conijci potest, lib. 2. Dilucidarij Christianarum Religionum pag. mihi 32. ita scribit: *Episcopatus in Babilonia constitutus est per sanctum Antianum discipulum S. Marci, & ibi vsque in præsens viget Ordo Canonicus: & ego ex illo Indiam vidi, & noui, & dilatati sunt per omnem fere Indiam in regno presbyteri Ioannis: & ibi plurimi sunt Episcopatus, Abbatiæ, Præposituræ & Prioratus in lingua Chaldæa habent officium, & in Æthyopia similiter florent Canonici Regulares.* Et Zacharias Ferrerius Iureconsultus, & Theologus clarissimus in quodam libello de Habitu Canonicorum Regularium ad Leonem X. qui libellus habetur in lib. Indultorum Congregationis nostræ Lateran. in 2 probatione inter alia scribit: *Et qui veniunt ex India, dicunt, quod maior pars Ecclesiarum Cathedralium India, imò quasi omnes gubernantur per Canonicos Regulares: quoniam ibi adhuc viget in Ecclesijs ille cultus Regularium Clericorũ, qui fuit in primitiua Ecclesia: & dicunt, quod omnes illi clerici profitentur institutа clericorum secundum regulam B. Augustini.* Aduertendum tamen hunc autorem nomine Indiarum intelligere Æthyopiam.

II. QVod autem spectat ad Ecclesias Occidentales, in primis sacrosancta Lateranen. Basilica, quæ omnium Ecclesiarum est princeps, ac mater, & Sedes summi Pontificis, statim vt per B. Syluestrum fuit dedicata, regularibus clericis more Apostolico viuentibus est deputata. Testatq; hanc veritatem Eugenius Papa huius nominis IV. in Bulla superiùs allegata, per quam ipsos clericos regulares eidem Ecclesiæ, tanquam originarios illius restituit: *Vt propria*, inquit, *religio, & dicta Ecclesia originalu ordo, & institutio habeatur.* Confirmat Nicolaus V. in alijs literis datis anno 1450. Kal. Ianuar. dicens, Eugenium Papam IV, illius prædecessorem hanc sacrosanct. venerabilem Lateran. Basilicam ad primam eius institutionem, primæuumque eius statum, videlicet Canonic. Regularium ex certis tunc expressis causis, post deliberationē prouidā, quam cū fratribus suis S. R. E. Cardinalibus habuit diligentē, pro Ecclesiæ Dei Catholicæ, fidei Christianæ, & Religionis honore, & Saluatoris nostri gloria, publica vtilitate, ac dictæ Lateranen. Basilicæ statu, veneratione, commodis, honore reduxisse, & reposuisse.

Parisantiquitatis fuit altera Ecclesia in Ciuitate Parthenope, siue Neapoli extructa, & S. Ioannis Maioris titulo nuncupata, de qua, qui Chronicam Neapolitanam exarauit Io. Villani ex vetustissimis illius Ciuitatis manuscriptis, & historijs, & ex illo Ioannes Antonius Summontius in Historia Ciuitatis, & Regni Neapolis lib. 1. pag. mihi 333 hæc ad literam scribit: *In Chronica prædicta lib. 1. capite 48. legitur, quod Constantinus Imperator in freto Siciliæ maxima tempestate exagitatus, sta vt in aperto vitæ periculum esset adductus, votum vouit, si incolumis ad litus peruenisset, numinorum triginta millia ad Ecclesiam in honorem Beati Ioannis Baptistæ erigendam, cui peculiari deuotionis affectu addictus erat impertiturum. Constantia quoque ipsius Constantini filia aliud votum nummorum viginti millium in Ecclesiam D. Luciæ Virginis, cuius erat deuotissima, excitandam nuncupauit, cumque incolumes Neapolim appulissent, vota soluerunt: nam quemadmodum cap. 2. dictum est, vestigium Adriani templum in honorem Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Luciæ Virginis dicauerunt, quod S. Ioannis Maioris modò vocatur, vbi cum maxima solemnitate, & ingenti populorum concursu illorum festiuitates celebrauerunt: in cuius templi fronte opere musiuo Saluatoris effigies ad iudicium vniuersale venientis est depicta. templo verò absoluto Canonici Regulares ad diuina officia persoluenda magnis redditibus tributa sunt ibidem instituti, vt in fine eiusdem capitis dicta Chronica habes.* Idem ferè legimus in alio libro vetustissimo membranaceo, qui in eodem templo conseruatur, ex Registro Caroli I. extractus anno salutis 1409. iubente Rege Ladislao, in quo hæc scripta leguntur: *Constantinus Primus Christianus Imperator Neapolim maritimo itinere aduenies, appulit in Regionem sedilo portus, vbi dicitur ad Ripam, ibi fundauit Ecclesiam magnam in testudineo opere, & artificio musseo, & multo auro, & lapide porphyretico, aliisque multifario marmoreo lapide compositam, quæ postquam perfectè consummata est, per Sanctissimum Syluestrum Papam consecrata est, per quem etiam orat oriuus S. Mariæ de principio dedicatum est. Eandem Ecclesiam S. Ioannis præfatus Constantinus Imperator maximis prouentibus donauit.* Hæc Summontius loco allegato.

Huic tertio loco subnecti potest Ecclesia Bergomēsis, in qua Regulares Clericos more Ieroslimitanæ Ecclesiæ communiter viuentes primum sub Harnio, & Viatore Episcopis, exinde sub Proiectitio Archidiacono circa annum 300. ac postea tempore B. Ambrosij Mediolanensis Archiepiscopi sub S. Iacobo item Archidiacono, & martyre degisse, vetustissimæ illius Ecclesiæ tabulæ testantur, de qua inferiùs sermo prolixior redibit.

Quarta fuit Ecclesia Vercellensis, quam à B. Eusebio Vercellensi ad normam institutі Orien-

talis

Ante tuos vultus sum
Presbyterum Poncas,
XIII. Cal. Iulij. mundo

Hic Leuita puer Laure
In Iulias Idus migrauit
bis C X quater abs

tatis Ecclesiæ ita reformatam, vt suis clericis cum officijs clericalibus instituta monachorum adiũgeret, D. Ambrosius, Ioannes Molanus, Cardinalis Baronius, Carosus à Basilica Petri Episcopus Nouariensis cap. præcedenti allegati concorditer affirmant.

Quinta Mediolanensis, in qua S. Augusti. vitæ regularis institutum didicit, quod in Africa suis clericis tum in monasterio Ecclesiæ Parochialis, tum in Episcopatu adiunxit, vt superiùs non semel obseruatum fuit.

Sexta Nouariensis, quam B. Gaudentius S. Eusebij Vercellensis discipulus, & exilij Orietalis comes iuxta regulas canonicas instituit, qui etiam per omnes Parochias suæ Diœcesis monasteria clericalis plantauit, vt ex antiquis eiusdem Ecclesiæ tabulis habemus.

Septima Aquileiensis, cuius clericos D. Hieronymus in Chronico sub anno 378. Olympiade 289. tanquam Angelorum choros, & agmina laudauit, quæ per B. Hermagoram Marci Euangelistæ discipulum plantata institutum communis vitæ Apostolicæ vsque ad obsidionem, & deuastationem, sub impijssimo Atila secutam retinuit.

Octaua Pictauiensis per B. Hilarium, ac Nona Turonensis per B. Martinum Episcopos instituta, quemadmodum cap. præcedenti dictũ fuit.

III. QVibus omnibus postremam adijcio Augustissimam præcelsæ Genitricis Dei Mariæ Basilicam Cæsaraugustanam de Columna vulgo de Pilari nuncupatam primam in honorem Dei, & ipsius B. Virginis ex omnibus orbis Ecclesijs à Diuo Iacobo Zebedæi filio, & Christi Saluatoris Apostolo ædificatam, de qua Ecclesia multa inferius ex instituto dicenda sunt. Sed quod ad præsens institutum attinet, cum ab ipsomet Christi Apostolo fuerit fundata, nulli dubium esse potest, eam illis legibus, & forma viuendi institutam, quã Petrus, & cæteri Apostoli suis discipulis, & clericis à se institutis tradebant, & quam D. Clemens apud omnes clericos vsque ad sua tempora retentam fatetur dicto cap. Scimus. 12 q. 1. Libet autem in huius sententiæ confirmationem illud recensere, quod referunt Illustrissimus & Excellentissimus Legum Doctor, & Regij Aragonensium Magistratus Præses Michaël Martinez de Villari, in proprio libro de hac ipsa re anno 1609. edito, nec non Reuerendus admodum Pater, & sacræ Theologiæ Lector Frater Didacus Murillo Seraphici Ordinis Regularis obseruantiæ apud Aragonios Prædicator, in suo libro de Miraculosa fundatione sacelli Beatæ Mariæ de Pilari cap. 14. Reperta nimirum sub anno 1608. in eadem æde Beatæ Mariæ tria vetussima sepulchra cum suis inscriptionibus siue Epitaphijs, in quorum primo cadauer vnius nomine Poncas repertum cum istiusmodi inscriptione.

Ante tuos vultus sum primus ritè sepultus
Presbyterum Poncas, scripsi moralia, Roncas
XIII. Cal. Iulij. mundo me Christus ade.

Quod quidem Epitaphium idem Doctor Michaël Martinez ita est interpretatus, Ego Poncas cognomento vel genere Roncas, qui scripsi Moralia, id est Leges, seu Statuta, siue Regulas componendi mores, & vitam presbyterorum, huic Ecclesiæ famulantium, sum primus ô B. Virgo, qui ante tuos vultus, siue in conspectu sacelli tui, ritè, & more Christiano sepultus sum: non more Gentilium: contigit hoc XIII. Cal. Iulij, quo tempore Christus me huic mundo ademit, quod quo anno acciderit, cum ex inscriptione minimè eliciatur, deducit ille ex fundatione eiusdem Ecclesiæ quinque mensibus post dictam fundationem accidisse.

In secunda verò inuentum est cadauer Leuitæ nomine Laurentij cum hoc epitaphio.

Hic Leuita puer Laurentius est tumulatus,
In Iulias Idus migrauit spiritus huius.
M bis C X quater absque sub anno.

Qui versus planũ habent sensum excepto vltimo, cuius primus character ænigmaticus M varias habet explicationes, potest enim explicari, vt significet idem, quod Modò, vel Millesimo, vel Mundo. Sed vt versus debita mensura seruetur, videtur legendum, Mundo. & sic erit sensus: Laurentius puer Leuita hic est tumulatus, cuius spiritus migrauit ex hoc mundo Idibus Iulij, qui sub annis bis centum, & decem sublatis quatuor sepulturam accepit, quanquam idem Doctor Michaël Martinez illum sub anno Christi 196. sepulturam accepisse interpretetur.

Demum in tertio sepulchro duodecim illius Ecclesiæ Canonicorum ossa cum hoc epitaphio sunt adinuenta.

Hic duodenorum sunt condita Canonicorum
Ossa sub hac petra, quos Christus sumat ad æthra ♀ oo

Quod similiter Epitaphiũ planum est, excepta illa vltima nota ♀ oo quam nonnulli putant denotare annum octingentesimum, quã interpretationem reijciunt prefati Doctores. Sentit verò idem Martinez, illorum Canonicorum ossa circa annum Domini 250. ibi recondita, quod si verum est, habemus in insigni, & totius Hispaniæ olim præclarissima Ecclesia insigne testimoniũ ad Canonici ordinis dilatationem, etiam ante D. Augustinum in partibus Hispaniarum ostendendam. Non me fugit Excellentissimum Doctorem Bartholomæum Laurentium eiusdem Ecclesiæ dignissimum olim Priorem, ac totius Regni Aragonensium Generalem Chronistam, quem sequi videtur idem Didacus Mutrillo, aliter prædictas inscriptiones interpretetum. Verùm ad Canonici ordinis antiquitatem, & dilatationem ante D. Augustinum probandam, ista sufficiant.

CAPVT DVODECIMVM.

De insigni reformatione Canonici Ordinis in Ecclesia Hipponensi facta per Diuum Patrem Augustinum.

I. QVod de fœmina illa præclarissima inquit Sapiens Prouerbiorum cap. 31. *Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Quam Ecclesiæ Catholicæ typum gestare testatur in eum locum Glossa ordinaria, illud ipsum ex fœminis ad viros, & ad eiusdem Ecclesiæ pastores transferendo, de Beatissimo Patre, & Patriarcha nostro Augustino meritò dicendum videtur, quam plures sanctissimos Pontifices in varijs mundi partibus Canonici Ordinis reformationi, ac instaurationi operam dantes, Sanctitatis, meritorum, ac doctrinæ diuitijs Ecclesiam Catholicam locupletasse: verùm illos omnes longè supergressum ipsum Beatissimum Patrem Augustinum. Si quidem ex hoc sanctissimo Præsule reformationem adeò insignem Ordo noster Canonicus accepit, & in Ecclesia Catholica tam altè suas radices defixit, tam latè, ac longè suos palmites distendit, tam eximios, & copiosos omnimodæ virtutis, probitatis, ac doctrinæ fructus retulit, vt breui totam Ecclesiam informaueritac exinde Canonicorum instaurator, & autor iure sit ab omnibus per Antonomasiã ferè solus nuncupatus. Monstrauimus in prima parte B. Augustinum factum presbyterum intra, siue iuxta Ecclesiam parochialem vrbis Hipponensis monasterium clericorum instituisse, ac cũ illis secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam viuere cœpisse, quod vitæ genus vt factus Episcopus etiam in Episcopali dignitate positus teneret, alterum in domo Episcopi monasterium clericorum habere voluit, cùm quibus vsque in extremum præsentis vitæ institutionis Apostolicæ modum tenere voluit. Nunc mentis nostræ propositum est, ostendere, quemadmodum reformatio Ordinis per hunc Beatissimum virũ inter clericos Hipponenses instituta. Deò adiuuante, primum per Africæ regiones, ac deinde per omnes mundi prouincias fuerit propagata.

ITaque Beatus Patriarcha noster Augustinus cum Mediolani per sanctum virum Ambrosiũ Mediolanensem Episcopũ, & illius Archidiaconum Simplicianum alterius quidem publicis concionibus, alterius verò priuatis locutionibus in fide Catholica eruditus, ac ætatis suæ anno trigesimotertio sacro baptismate initiatus cum matre Monica filio Adeodato, ac soeijs Mediolano vale dicẽs, ad Ostia Tiberina cõtendisset, ibiq; matre Monica codẽ an. die 4. Maij defuncta post aliquot menses, quibus Romæ commoratus est, ex Ostijs Tiberinis soluens codẽ anno ad Africã repedauisset, ad agros proprios reuersus, ac ibidẽ in agro Tagastensi constitutus, alienatis à se curis secularibus, cũ amicis orationi, lectioni, & meditationi triennium ferè integrũ consumpsit, scribẽs libros, docens indoctos. Verũ quia disponebat esse in monasterio cum fratribus, cum quibus apud agros proprios, & in domibus paternis cõstitutus communem vitam, licet non secundum regularis alicuius Ordinis instituta, iam inchoauerat, intelligens fideli relatione, reperiri apud Hipponẽ Regium virum quendam ex ijs, quos dicebant agentes in rebus, hominem Christianum, & Deum timentem, qui diceret, ac promitteret, se mũdi huius oẽs posse contemnere cupiditates, si aliquãdo ex ore illius Dei verbũ audire meruisset, propter illum lucrandum, vt secũ esset in monasterio, confestim ad ciuitatem Hipponensem contendit: & hominẽ visum frequentius allocutus fuit, ac etiã exhortatus, vt quod Deo vouisset, diutius reddere nõ differret. Verum quòd eo tẽpore S. Valerius Hipponensis Episcopus in Ecclesia de eligendo presbytero Ciuitatis plebẽ Dei alloqueretur, à populo, cũ quo aderat, apprehensus, & Episcopo oblatus, inuitus, & reluctans cũ multis lachrymis est presbyter ordinatus. Factus ergo presbyter monasterium mox instituit, non in solitudine, sed in Ciuitate, non in nemore, sed in horto Valerij Episcopi prope ipsam Ecclesiam parochialem constituto, non sanè Eremitarum, quid enim illorum temporum Eremitis cum Ciuitatibus? quid cum

Eccle-

Ecclesijs parochialibus? quid cum exercitio regẽdæ plebis, vel curæ animarum? sed clericorum, sibi adhęrentium, ex quibus veluti plantario quodam, & seminario tũ Hipponensis, tum aliarũ Ecclesiarum, inxta illarum indigentias, clerici sumerentur cum quibus quidem clericis secundũ regulam sub sanctis Apostolis constitutam triennio vitæ, monasticæ, lectioni incumbendo, verbum Dei etiam publicè in Ecclesia prædicando, Hæreticos verbo, & scripris peiuatè, ac publicè insectando, & omnimodè profligando, sic factum est vt lucerna ardens, & lucens supra candelabrũ eleuata, oẽs qui erant in domo, sito lumine illustraret: Quod animaduertens S. Valerius Episcopus, timens illum ad regendam aliarum Ecclesiarum postulari, suæ ciuitatis honestè consulens, cum Episcopo Carthaginensi & cum primate Numidię per literas occultè egit, quatenus Episcopalis muneris coadiutorem sibi ibi, atque in hunc modum B. Augustinus Hipponensis Ecclesiæ coadiutor in Episcopali munere Valerio adhuc superstite fuit ordinatus: qui ne primo proposito institutum in priori monasterio fideliter deereret in domo Episcopi alterũ monasterium clericorum, concedente Valerio, statim fundauit, atq; in hunc modum Ecclesiam Hipponensem ad normam vitæ regularis veterum clericorum nascentis Ecclesiæ primus reformauit.

QVarum qualia, & quanta fuerint, quæ in Sede Episcopali constitutus pro Dei gloria, & Ecclesiæ vtilitate gesserit, tulit, dixit, scripsit, depauperes mores corrigendo, vitia extirpando, hæreticos & à recta fide insectando, fidelem Catholicam propagando, instituti nostri non est hic longius narrare, cum non illius panegyricũ scribẽdum, sed Canonici Ordinis per illum reparati historiam, ac vitam narrandam susceperimus. Verùm quia verus Christiani gregis Pastor ipse cœpit facere, & deinde docere, & regularis disciplinæ formam, ad quam nouos alios reformare studuit, primus ipse exprimere voluit, & vsque ad posteremam huius vitæ periodum exactissimè obseruauit: non ab re fuerit tantissimo vitæ illius per Possidium quadripartitum illius disciplinæ exaratæ viridario paucos flores decerptos, & fasciculo breuissimæ narrationis summatim collectos venerandis Patribus, & Dominis meis omnibus clericis Canonicis ordinandos præbere: vt exemplo Sanctissimi Patris nostros mores, ac studia, nos, qui eius filij nuncupamur, & sumus, componere discamus. Vestibus, itaque nimirum birrum & tunica linea, quas ex communi vestiario cæterorum clericorũ accipiebat, ammunes erant, ac tales, quales presbyteros, vel Diaconis, aut Subdiaconis, si opus habebant, decebat, quibusque decenter vti valebant, & quas meliorem dedisset, statim vendebat, vt pauperibus vestis communis esse non poterat, illarum, & lectulus, & id genus cætera omnia tolerans, & competenti habitu erant: nec ni-

Ecclesijs parochialibus? quid cum exercitio regēdæ plebis, vel curæ animarum? sed clericorum, siue Religiosorum, ex quibus veluti plantario quodam, & seminario tū Hipponensis, tum aliarū Ecclesiarum, iuxta illarum indigentias, clerici sumerentur: cum quibus quidem clericis secundū regulam sub sanctis Apostolis constitutam triennio vixit, orando, lectioni incumbendo, verbum Dei etiam publicè in Ecclesia prædicando, Hæreticos verbo, & scriptis priuatè, ac publicè insectando, & acerrimè prosligando, sic factum est vt lucerna ardens, & lucens supra candelabrū eleuata, oēs qui erāt in domo, suo lumine illustraret: Quod animaduertens S. Valerius Episcopus, timens illum ad regimen aliarum Ecclesiarum postulari, suæ ciuitati benè consulens, cum Episcopo Carthaginensi, & cum primate Numidię per literas occultè egit, illum Episcopalis muneris coadiutorem sibi dari, atque in hunc modum B. Augustinus Hipponensis Ecclesiæ coadiutor in Episcopali munere Valerio adhuc superstite fuit ordinatus: qui ne prioris propositi institutum in priori monasterio susceptū desereret, in domo Episcopi alterū monasterium clericorum, concedente Valerio, statim fundauit, atq; in hunc modum Ecclesiam Hipponensem ad normam vitæ regularis veterum clericorum nascentis Ecclesiæ primus reformauit.

III. CÆterum qualia, & quanta fuerint, quæ in Sede Episcopali constitutus pro Dei gloria, & Ecclesiæ vtilitate gessit, tulit, dixit, scripsit, deprauatos mores corrigendo, vitia extirpando, hæreticos, & hæreses insectando, fidem Catholicam propagando, institutt nostri non est hic longius narrare, qui non illius panegyricū scribēdum, sed Canonici Ordinis per illum reparati historiam, ac seriem narrandam sumpsimus. Verùm quia verus Christiani gregis Pastor ipse cœpit facere, & deinde alios docere, & regularis disciplinæ formam, ad cuius normā alios reformare studuit, primus ipse experiri voluit, & vsque ad postremam huius vitæ periodum exactissimè obseruauit: non ab re fuerit ex amœnissimo vitæ illius per Possidium quadragenario illius discipulum exaratæ viridario paucos flores decerptos, & fasciculo breuissimæ narrationis summatim collectos venerandis Patribus, & Dominis meis omnibus clericis Canonicis odorandos præbere: vt exemplo Sanctissimi Patris nostros mores, ac studia, nos, qui eius filij nuncupamur, & sumus, componere discamus. Vestes illius, nimirum birrum & tunica linea, quas ex communi vestiario cæterorum clericorū accipiebat, communes erant, ac tales, quales presbyteris, vel Diaconis, aut Subdiaconis, si opus haberent, dari possent, quibusque decenter vti valerent. Si quis meliorem dedisset, statim vendebat, vt quando vestis communis esse non poterat, illius pretium esset commune. Pari modo calceamenta, & lectualia, & id genus cætera omnia ex moderato, & competenti habitu erant: nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: Nam ex vtroque homines plerunque sua quærentes, & non quæ Iesu Christi sese velle iactare, vel abijcere solent, ipse verò medium tenens, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinabat.

Mensa vtebatur frugali & parca, & inter olera, & legitima quandoque propter hospites, & infirmos carnibus vescebatur. Vinum autem semper habebat, memor Apostoli ad Timotheum scribētis: Noli adhuc aquam bibere, sed vtere modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas.

Cochlearibus argenteis vtebatur, cætera vasa, quibus cibi mensæ inferebantur, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant, non necessitatis inopia, sed proposito voluntatis, in qua mensa disputationem, vel lectionem magis quam epulationem, aut potationem diligebat, quam etiā ob causam contra pestilentiam humanæ consuetudinis in eadem mensa scriptum legebatur.

Quisquis amat dictis absens, cum rodere famam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Vnde omnes conuiuas à superfluis, & noxijs fabulis, & detractionibus abstinere admonebat: nā & quosdam suos familiarissimos Episcopos illius scripturæ oblitos aliquando tam alperè obiurgauit, vt diceret, aut delendos esse illos versus de mēsa: aut se de mensa ad suum cubiculum surrecturum.

Hospitalitatem semper exhibebat: pauperum verò semper recordabatur, quibus erogabat, quod sibi, ac suis omnibus secum habitantibus erogabatur, vel de redditibus possessionum, vel de oblationibus fidelium, deficiente verò pecunia, & Ecclesiæ Gazophilatio à fidelibus neglecto, cum nō esset, quod ad subueniendum pauperibus posset erogari, iuxta morem S. Ambrosij populum monebat, vt prouideret: & si opus esset, etiam sacra vasa frangi, & conflata pauperibus distribui iubebat: quod & sanctum Ambrosium egisse illo præsente, cum Mediolani esset, multoties referebat.

IV. CVm ipso semper clerici vna etiam domo, ac mensa, sumptibusq; communibus alebantur, & vestiebantur. Inter cætera maxima cura illi erat, ne sui clerici iurarēt: & si prolapsus quis fuisset, vnam de statutis portionibus amittebat: nam præfixus erat numerus portionum, commonebat tos sæpius, ne quis aduersus fratrem aliquid habens, irreconciliatus accedere præsumeret ad altare, ac memores essent iuxta Euangelicam sententiam, etiam septuagies septies offensos, veniam postulantibus indulgere.

Fœminarum intra domum illius nulla vnquā conuersata est, nec mansit, nec germana quidem soror, quæ vidua Deo seruiēs multo tempore vsq; in diem obitus sui Præposita ancillarum Dei vixit: sed nec fratris filiæ, quæ pariter Deo seruiebant, quas personas Concilia sanctorum Episcoporū à conuersatione clericorum non excipiūt. Dicebat

cenium, & si de sorore, ac nepotibus cum clericis cõmorantibus nulla iustè nasci posset mala suspicio: tamen quia illæ personæ sine alijs necessarijs, aut secum manentibus fœminis esse non possunt, & ad illas etiam aliæ à foris intrabant, ex his posse offendiculum, vel scandalum infirmioribus nasci: Si verò ab aliquibus fœminis vt videretur, aut salutaretur, rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabat, vel solus cum solis vnquam est locutus, nisi secretorum aliquid interesset.

V. FAbricarum nouarum studium nunquam habuit, deuitans occupationes animi sui, quem semper ab omni rerum molestia temporalium liberum habere volebat, volentes tamen ædificare non prohibebat, nisi quæ immoderata fuissent.

Domus Ecclesiæ curam, omnemq; substantiã ad vices valentioribus clericis delegabat, nunquã clauem, nunquam annulum in manu habuit, sed ab eisdem domus præpositis cuncta accepta, & erogata notabantur. Domum verò, vel agrum, seu villam nunquam emere voluit: verùm si ab alijs Ecclesiæ sponte offerebantur, non respuebat, sed suscipi iubebat. Nam & aliquas hæreditates recusauit, quod iustum, & æquũ existimabat, vt à mortuorum filijs, vel propinquis magis possiderẽtur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt, sed & illud memorandum, quod cuiu Hipponensi, qui possessionem Ecclesię donauerat, & confectas tabulas vltro eidem Augustino miserat, post aliquod annos petenti, vt donationis tabulæ filio suo restituerentur, confestim reddidit, dicens etiam frequenter, securiùs Ecclesiam legata à defunctis dimissa suscipere, quã hæreditates sorte solicitas, & damnosas: & dum forte, vt solet, de possessionibus inuidia clericis fieret, alloquebatur plebem Dei, malle se ex collectionibus plebis viuere, quam illarum possessionum curam, vel gubernationem pati: & paratum se esse illis cedere, vt eodem modo omnes serui Dei, & ministri viuerent, quo in veteri testamento leguntur altari deseruientes de eodem participare.

VI. VErbum Dei vsque ad extremam ægritudinẽ imprætermisse, alacriter, fortiterq; membris omnibus sui corporis incolumis, integroq; aspectu, & sano consilio in Ecclesia prædicauit, Bibliothecam, & Codices diligentissimè custodiendos posteris commendauit. ornamenta vero, quæ in Ecclesia erant, fidei presbyteri, qui sub illo curam gerebat, domus Ecclesiæ commendauit.

Consanguineos suos vel extra, vel in proposito continentiæ secum constitutos sicut in vita, ita & in morte sua, more reliquorũ vulgi tractauit: quibus cũ adhuc superesset, si quid eis opus fuit, quod cæteris, erogauit. non vt diuitias haberent, sed vt aut non, aut minus egerent.

In ætate iam prouecta, & ad senectam vergente constitutus, normam vitæ suorum clericorum vsu hactenus retentam in scripturam redigere voluit; quam & Speculum clericorum appellauit, vt in ea tanquam in speculo ipsi clerici seipsos inspicere, tanquam spirituales pulchritudinis amatores, & suorum errorum maculas tergere, & errata corrigere valerent. Hæc est Regula illa toti mundo celeberrima, quæ sub alio titulo vocatur tertius sermo de Communi vita clericorum.

VII. TEstamentum nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Christi seruus non habuit. iam verò sub extremum diem istius vitæ constitutus, dũ in lecto decumberet, & magnis febribus agitaretur, quo tempore quidam ægrotus veniens ad illum, sanitatem recepit, ipse psalmos de Pœnitentia scribi, & iuxta se ad parietẽ iussit apponi, quos in lecto iacens legebat, & meditans intuebatur, & vbertim flebat, & vt ne aliquis illius meditationibus impedimento esset, ante decem dies, quam sanctissima illa anima de corpore exiret, mandauit, ne quis ad eum intraret, præter medicos, & cũ ad eum refectio inferebatur, tandemque membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu, atque auditu, præsentibus & videntibus suis clericis, & cum illo pariter orantibus, obdormiuit in pace.

VIII. HÆc Beatissimi Patris vitæ norma extitit, hæc viuendi regula, quam suis clericis præscriptam primus ipse expertus, & professis cæteris seruandam proposuit, in qua cum summa totius Euangelicæ perfectionis, & Christianæ religionis sanctitate, vrbanæ ciuilitatis imago quædam exactissima relucet, vnde non mirum, si hæc ipsa vitæ norma omnibus clericis ita placuerit, vt non solùm post illius obitum per totum Orbem, verum etiam illo adhuc superstite in varijs Regionibus fuerit propagata, nam vt de illius propagatione ante ipsius Beati Augustini obitũ aliquid breuiter dicamus, præter primum monasterium in horto Valerij, & secundum in domo Episcopali institutum, tertiũ quoq; fundauit Leporius eiusdem Beatissimi Patris discipulus, & Regularis clericus, generis quidem nobilitate clarus, sed regularis disciplinæ obseruantia longè clarissimus, de quo idemmet Augustinus serm. 2. de Communi vita clericorum ita scribit. *Vestrum plurimi sciunt, presbyterum Leporium, quamuis seculi natalibus clarum, & apud suos honoratissimo loco natum, tamen iam Deo seruientem, cuncta, quæ habebat relictis, inopem susceperit: non quia nihil habuit sed quia iam fecerat, quod facilis ipse persuaderet. Hic non fecit, sed nos scimus, vbi fecit, vnitas Christi, & Ecclesiæ vna est, vbicunque fecit bonum opus, pertinet ad nos. vt sibi gaudeamus Hortus est vnus, vbi nostra monasterium suis constituit: quia & ipsi Deo seruitur. vbi hortus ad Ecclesiam non pertinet, nec ad ipsum, & ad quem dixerit aliquis? ad illud, quod ibi est unum asterium.*

Sed & quartũ addidit presbyter Barnabas eiusdem institutis, & Societatis Canonicis. de quo similiter idem Augustinus in eodem sermone hæc subiungit. *Dixi, aliquid suum non habere presbyteros cohabitatores meos, inter quos est & presbyter Barnabas: sed de illo audiui, quadam fuisse iactata. ante annos*

quod

quod emit vllum à dicatio, & honorabilis sito meo Eleusa. Hoc falsum est, Monasterio donauit ille, nõ vendidit. Ego sum testis: quod amplius quæratis ignoro. Ego sum testis: donauit ille, non vendidit: sed dum non creditur donare potuisse, creditur vendidisse & infrà: Remansit aliquid, quod non debebatur etiam monasterio illi, quod per ipsum Deus instituit. & vt semel cum Possidio dicamus, clerum sufficientissimum, & monasteria virorum, & mulierum continentium plena cum suis præpositis in Ecclesia, cum Bibliothecis suis librorum, & tractatus, & suos & aliorum continentibus relinquit.

IX. At non solùm in Ecclesia Hipponensi, & adiacentibus Africanis, verùm etiam in transmarinis regionibus hæc tam sancta institutio eodem Augustino in vitis agente mirum in modum fuit propagata, de qua propagatione, qui eam oculatis vidit Possidius cap. 11. in hunc modũ scribit: *Proficiente verò doctrina diuina à sub sancto, & cum sancto Augustino, in monasterio Deo seruientes Ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cœperunt: ac deinde innotescente, ac clarescente dei de in diem Ecclesia Catholica predicatione veritate, Sanctorumque seruorum Dei propositi, continentiâ, & paupertate profundâ, ex Monasterio quodam per illum venerabilem virum, & esse, & institui cœperat, magno desiderio posscere, & accipere Episcopi & Clerici, pax Ecclesiæ, atque vnitas & concordia, & postea consecuta est. Nam fermè decem vel plures sanctos, ac venerabiles viros continentes, & doctissimos Beatus Augustinus diuersis Ecclesijs, non nullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipse aliorum Sanctorum proposito venientes, Dominus Ecclesijs propagatis, & monasteria instituerũt, & studio adiuuante verbo Dei cæteris Ecclesijs promotos fratres ad suscipiendam sacerdotium præstiterunt. vnde per multos & in multis salubris fides, spes, & charitatis Ecclesia manifestate doctrinæ, non solùm per omnes Africanas partes, verumetiam in transmarinis, & per libros editos, atque in Græcum sermonem translatos, ab illo vno homine, & per illum multis, fauente Deo, multa innotescere meruerunt.* & cap. 15. de Mercatore illo Manichæo adipsius Augustini prædicationem conuerso verba faciens. Ex eo, inquit, *ille homo proposito seruorum Dei adhærens, negotiatorũ dimisit actionem: & profectus in Ecclesia membrũ in alia regione ad presbyterij quoque Dei voluntate petitus, & coactus officium accepit tenere, atque custodiens propositi sanctitatem, & forte adhuc vsque nunc in rebus humanis viuit trans mare constitutus.*

X. Quæret forsan aliquis, in quibusnam transmarinis regionibus viuente Beato Augustino, hæc illius reformatio fuerit propagata. Huic ego quæstioni quid certi respondeam, me non habere ingenuè profiteor: nam quæ de Leporio Episcopo Vticensi in Bethica, & de Profuturo item Episcopo Bracharensi similiter in Bethica, Ioannes Marquez in suo libro de Origine fratrũ Eremitarum scribit, apocrypha, & falsa sunt, vt in prima parte monstrauimus. Nihilominus si cõiecturis in re prorsus incerta vti, ac diuinare liceat affirmarem, in illis potissimum prouincijs Augustinianum institutũ propagatum, quibus tunc temporis cum Africanis, & præsertim Hipponensibus commertia, eaq; frequentissima intercedere solebant. Eiusmodi erant Gallicæ, ac Hispaniæ, Tirreni, Gallici, & Iberici littoribus adiacentes, vt Narbonensis, Barchinonensis, Valentiana, Carthaginensis, & finitimæ, nec non etiam interiacentes insulæ Corsicæ, Sardiniæ, Capratiæ, nam inter istarum Regionum, & Africani littoris Hipponensis accolas, commertia, familiaritatem, & necessitudinem interc essisse, conuincunt epistolæ beatorum Hilarij, & Prosperi ad Augustinũ, & quæ pro eiusdem Augustini doctrina de Prædestinatione tuenda contra Massilienses ijdem Prosper, & Hilarius egerunt, & epistola D. Augustini ad Hilarium 89. necnon etiam acta per Calsianũ, & cæteros presbyteros Galliarum pro Leporio Episcopo Vticensi in Africa ab errore Pelagiano reuocando, atque tandem colligitur ex literis, & nuncijs Episcoporum Hispanorum ad Augustinum missis, ex quibus vnus extitit Paulus Orosius eiusdem Augustini discipulus, eique familiaritate iunctissimus, vt alia omittam, quæ sacras Historias legentibus passim occurrunt. Quod non sine causa animaduertere oportuit, estq; memoriter tenẽdum propter ea, quæ de D. Augustini instituto per Sanctum Patritium in Hyberniam delato inferius dicemus.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Augustini reformatione post excidium ciuitatis Hipponensis per totum Orbẽ propagata.

I. Inter eximia seruorum Dei priuilegia, illud mea sententia præcipuum, & præclarissimũ videtur, quod Beatus Iob cap. 8. recensuit, cum illos arbori cuidam in horto plantatæ, ac succi plenæ comparauit, quæ radicibus inter aceruos lapidum defixis, nec vim ventorum, nec Solis æstum timeat: quam si quis conuellere nitatur, illius conatum rideat, ac tandem si securi succidere voluerit, nouis stolonibus emissis, mille alijs vijs repullulet, & exurgat. *Humectus*, inquit, *videtur antequam Sol veniat, & in ortu suo germen eius egredietur.* Hebraicus, Tigurina, Vatablus, & Pagninus legunt: & in horto germen eius egredietur. *Super aceruos petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur, si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, non noui te: hæc enim est lætitia cordis eius,*

VT VT-

vt rursum de terra alij germinentur. Illud enim priuilegium etsi omnium Dei seruorum sit proprium, tamen in Beatum Augustinum, & in ordinem Clericorum Canonicorum ab illo reformatum, qui secundum Deum germen est illius delectabile, tam propriè, & tam exactè quadrat, vt in nullos vnquam magis. Nam sicut negari nequit, Beatissimum Patrem arborem pulcherrimã fuisse, iuxta decursus aquarum plantatam, quæ tanta diuinæ gratiæ, supernæ scientiæ, virtutum, & donorum plenitudine exuberauit, vt non modo inæstimabiles fructus dederit, verùm etiam inter mundi pressuras hæreticorum persecutiones, & malorum inuidias, nec Solis æstum timuerit, nec folium illius defluxerit: sed & omnia, quæ facere cogitauit, Deus prosperè illum agere voluit: ita sane huius Beatissimi Patris germen, quod factus presbyter in horto à Valerio sibi donato plantauit, quando, vt Possidius inquit, monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit, secundum modum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, Deo protegente, & adiuuante, tam altè suas radices defixit, tam longè ac latè suos ramos distendit, tam copiosos, ac vberes virtutum, & meritorum fructus retulit, vt non solùm ex illo horto egressum plurimas Ecclesias, & monasteria circunquaque compleuerit, in quibus Augustiniani clerici, eodem Augustino adhuc viuente, fuerunt instituti, propagati, multiplicati: sed quod est dictu mirabile, & vix credendum, quantiscunque persecutionum conatibus Diabolus per Wandalos, Alanos, Gothos, Hæreticos, Arianos, Pelagianos, Donatistas, cæterosq; Inferni ministros illud eradicare, & de Ecclesia conuellere conatus fuerit, non modò illud euicere non potuit, quin potius per totum orbem mirificè propagatum est, & per omnes Ecclesias dilatatum, id verò quemadmodum acciderit, consequens nunc est, vt ex Victore Vticensi, necnon etiam ex gestis S. Quoduultdei Carthaginensis Episcopi, & alijs probatis Historicis breuiter aperiamus.

II. IGitur Beatissimo Patre nostro Augustino de corpore mortis huius egresso circa annum salutis 431. irruptionis Wandalorum in Africam anno 3 obsidionis verò Ciuitatis Hipponẽsis mẽse 4. vel 5 ætatis illius anno 76. furor Barbarorũ, qui in electos quosque Catholicos, præcipuè tamen in Sacerdotes, Episcopos, ac cæteros clericos desæuiebat, in ipsam Beatissimi Patris familiã præcæteris recrudescere, & exquisitis tormentis cœpit debacchari. Hinc plurimi gladijs trucidati, nõnulli rogo succenso iniecti, alij admotis candentibus laminis toto corpore exustulati: quidam squalore carceris, & inedia necati, certaminis sui cursum fœliciter peregerunt. Ex his fuerunt Lætus, Episcopus, Papinianus, Mansuetus, Archiminus, Satyrus, & Armogastus. Alij verò exilio fuerunt damnati, vt S. Quoduultdeus Episcopus Carthaginensis, Gaudiosus Episcopus Bitinensis, Gelasius Valerij filius, qui postea fuit Romanus Pontifex, Valerianus, Vrbanus, Hortulanus, Fusculus cæteris circiter ducentis Episcopis, & clericis per Italiam, & alias Prouincias dispersis. Hinc verò Deo protegente, & Beatissimo Patre nostro suis precibus adiuuante effectum est, vt contra quam hostes Ecclesiæ sperauerãt, ipsa D. Augustini plãtatio inter acerbos lapidum altiùs radices defixerit, & inter procellas persecutionum suos palmites longiùs, & latius distenderit, & ex naturali, vt sic dixerim, solo Ecclesię Africanę excisa in Ecclesijs Italicis, Gallicis, Hispanicis, & alijs per varias mũdi prouincias maiori cum incremento fuerit reseminata.

DE hac propagatione consequenter nunc dicturi, vt Ordinẽ ab Aristotele nobis traditũ seruemus, qui docet ab vniuersalibus ad particularia progressum nos facere, monstrabimus primo generali, & vniuersali ratione, ipsum ordinem canonicum à Diuo Augustino reformatũ per omnes Christiani orbis Prouincias tum in Oriente, tũ in Occidente fuisse dilatatum: postea de illius propagatione per singulas prouincias verba facimus. Et sanè canonicam institutionem à B. Augustino reformatam non solùm in partibus Africæ, verùm etiam per cunctas Christiani orbis prouincias fuisse ampliatã, & ab antiquissimo tẽpore viguisse, vt alia documenta innumera, & authentica omittamus, quæ inferius in progressu recensenda erũt, probari potest ex Bulla reformationis generalis ipsius Canonici ordinis factæ per Benedictũ Papam XII. quæ incipit: *Ad decorem Ecclesiæ sponsæ Dei.* nam in ea Bulla in cap. de Capitulis Prouincialibus singulis triennijs, vel quadriennijs in singulis prouincijs celebrandis, omnes Prouinciæ, in quibus Canonici Regulares viuentes sub regula B. Augustini per ea tempora inuenichantur, in hunc modum reseruntur.

Constitutionem insuper Concilij Generalis de communi Capitulo Abbatum, atque Priorum abbates proprios non habentium in singulo regno, siue Prouincia fiendo volentes exactã diligentiã obseruari, statuimus, quod in religione prædicta in singulo prouinciã per nos designatis inferius, & distincto fiat in loco, qui ab hoc fuerit deputatus, de quadriennio in quadriennium, sacro iure Diœcesani, communi, seu prouinciali capitulo Abbatum, Præpositorum, Priorum, cæterorumque Prælatorum, abbates seu alios prælatos superiores eiusdem ordinis non habentium &c. & infra. Vt autem ea renuncia, in quibus dicta capitula fuerint celebranda, distincta limitatio habeatur, nec de ipsis in posterum hæsitetur, quamlibet prouinciam quoad huiusmodi prouincialia tenenda, & celebranda Capitula, præsequitur limitatio. In primis Vrbs Romana cum Patriarchatibus nobis immediatè subiectis in nostra seruabit prouincia cum toto Regno Siciliæ pro vna prouincia computantur. Prouincia Thebana, Cretensis, Athenarum Patracensis, Corinthiensis, & Neopatriensis, cum tota

Patrasi-

*Carnutensis Concilij metropolitano pro vna. Regnum Cypri pro vna, Regnum Corsicæ, & Sardiniæ pro vna. Prouincia Pisanæ, Ianuensis, Mediolanensis, & Rauennas cum Episcopatibus Placentino, Ferrariensi, & Arminensi pro vna. Patriarchatus Aquilegiensis, & Gradensis cum prouincij Istrensi, Spalatensi, Ragusina, Antibarensi pro vna. Prouincia Bergamensis, Collocensis, & Graccensis cum Episcopatu Caminensi pro vna. Riga Bensis pro vna. Salzburgensis, Magdeburgensis, & Bremensis pro vna. Colonensis, Maguntinensis, Treuirensis cũ Episcopatu Wormatiensi pro vna. Eberdunensis, Vsuncensis, Aquensis, Arelatensis pro vna. Lugdunensis, Tarantasiensis, & Bisuntina pro vna. Rhemensis, Senonensis pro vna. Ratomagensis, & Turonensis pro vna. Burdegalensis, & Biturcensis, cũ Episcopatu Auxitano pro vna. Narbonensis, Tholosana, & Auxitana pro vna. Tarraconensis, & Cæsaraugustana cũ Episcopatu Maioricensi pro vna. Toletana, Hispalensis, Compostellana, & Bracarensis pro vna. Cantuariensis, & Eboracensis pro vna. tota Hybernia pro vna. Regnum Norwegiæ pro vna. Regnum Datiæ, Norwegiæ, & Suetiæ pro vna. Regnum Boemiæ pro vna. Sequitur vero Episcopatus, vel monasteria, aut loca alia data Religioni existant, quæ in aliqua harum prouinciarum minimè includantur, quibus Capitula prouincialia intelligantur esse de ea prouincia, cui vicinora existere dignoscuntur. Hæc ibi in dicta Bulla. Ex quibus facilè coniectari potest, quam procellosis Pontificis, quo ipse Ordo Canonicorum fuerit, ac incauratus fere cadebat, tot nimirum Regularium Canonicorum Prouinciæ enumeratis mundi partibus numerabantur, quid in præsentium poribus censendum, quibus in flore adolescentiæ, & iuuentutis erat constitutus? quibus imperantibus tot Regna Christi fidem colebant, quæ non solùm à fide Catholica, verùm etiam à Christiana Religione prorsus defecerunt. Nec leue hoc esse, quod dixit Volaterranus lib. 22. Commentariorum Vrbanorum: *Deniq; nulla magis religio propagauit, quam conuobia olim in Europa ad centum millia quingenta quinquaginta quinque, in quibus septingenta.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De reformatione Sacrosanctæ Patriarchalis Basilicæ Lateranensis facta per B. Gelasium Valerij filium, S. Augustini discipulum, & Canonicum Regularem.

ADmare, inquit Sapiens, vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant, offendimus libro antecedenti non semel, institutionem, & vitæ normã, secundum quam B. Augusti-

Patriarchata Constantinopolitano pro vna. Regni Cypri pro vna, Regnum Corsicæ, & Sardiniæ pro vna. Prouincia Pisana, Ianuensis, Mediolanensis, & Rauennas cum Episcopatibus Placentino, Ferrariensi, & Ariminensi pro vna. Patriarchatus Aquilegiensis, & Gradensis cum Prouincijs Iadrensi, Spalatensi, Ragusina, Antibarensi pro vna. Prouincia Strigoniensis, Colocensis, & Gnezdensis, cum Episcopatu Caminensi pro vna. Rigbensis pro vna, Salzburgensis, Magdeburgensis, & Bremensis pro vna. Coloniensis, Maguntinensis, Treuirensis cũ Episcopatu Wormatiensi pro vna Ebredunensis, Viennensis, Aquensis, Arelatensis pro vna. Lugdunensis, Tarantasiensis, & Bisuntina pro vna. Rhemensis, Senonensis pro vna. Rotomagensis, & Turonensis pro vna. Burdegalensis, & Bituricensis, cũ Episcopatu Auxitanensi pro vna. Narbonensis, Tholosana, & Bracharensi pro vna. Tarraconensis, & Cæsaraugustana cũ Episcopatu Mauricensi pro vna. Toletana, Hispalensis, Compostellana, & Bracarensis pro vna. Cantuariensis, & Eboracensis pro vna. tota Hybernia pro vna. Regnum Scotiæ pro vna. Regnum Daciæ, Norwegiæ, & Suetiæ pro vna prouincia deputantur. Si qua vero Episcopatus, vel monasteria, aut loca alia dictæ Religioni existant, quæ in aliquo dictarum prouinciarum minimè includantur, quod dicta Capitula prouincialia intelligantur esse de ea Prouincia, cui viciniora existere dignoscuntur. Hæc in dicta Bulla. Ex quibus facilè coniectari potest, si tempore istius Pontificis, quo ipse Ordo Canonicus senescens, ac incuruatus fere cadebat, tot nihilominus Regularium Canonicorum Prouinciæ in omnibus mundi partibus numerabantur, quid de priscis temporibus censendum, quibus in flore adolescentiæ, & iuuentutis erat constitutus? quibus inquam tot Regna Christi fidem colebant, quæ non solùm à fide Catholica, verùm etiam à Christiana Religione prorsus defecerunt. Nec hyperbolem esse, quod dixit Volaterranus lib. 21. Commentariorum Vrbanorum: *Denique nulla magis Religio propagauit, sutus, ut nobis olim in Europa ad quatuor millia quingenta quinquaginta quinque, in gallia septingenta.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De reformatione Sacrosanctæ Patriarchalis Basilicæ Lateranensis facta per B. Gelasium Valery filium, S. Augustini discipulum, & Canonicum Regularem.

ADmare, inquit Sapiens, vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant, ostendimus libro antecedenti non semel, institutionem, & vitæ normã, secundum quam B. Augustinus Hipponenses clericos instituit, & ad Regulã Apostolicam informauit, ex Italia in Africam ab illo euectam, ab Ecclesia Romana, & Mediolanẽsi potissimum exemplatam. Quid igitur mirum si post illius obitum eadem regularis institutio in Italiam postliminio statim repedauerit, & ad suum caput recurrerit, vt ex illo per omnia huius mystici corporis membra iterum diffunderetur. Nam defuncto Beatissimo Patre nostro Augustino, quemadmodum superiori capite dictum est, omnes illius discipuli per martyrium fœliciter consummati fuerunt, vel exilio ad varias terrarum Prouincias deportati. Porro inter alios illius alumnos, qui ob Christi fidem, & Sanctæ Religionis clientelam, exilio fuerunt damnati, vnus extitit B. Gelasius, quem natione Afrum, & Valerij filium, eius inquam Valerij, qui Hipponensis fuit Episcopus, liber Pontificalis Damaso adscriptus, & à Gratiano in cap. Osius 56. d. relatus, Anastasius Bibliothecarius, Platina, Onuphrius, & alij communiter attestantur. Hic cum ab Hunnerico Wandalorum Rege impijssimo cũ Sanctis Quoduultdeo Carthaginensi, Gaudioso Bitinensi, ac cæteris Episcopis, & clericis ex Africa pulsus circa annum salutis 440. Neapolim Campaniæ Ciuitatem appulisset, Romam veniens à S. Leone I. huius nominis Pontifice perbenignè susceptus, & in Sacrosancta Lateranensi Basilica collocatus, eandem Basilicam ipso Romano Pontifice in primis iubente, & adiuuante, secundum D. Augustini Regulam ad originarium eiusdem Ecclesiæ institutum à B. Syluestro primitus in ea plantatum, sed progressu temporum aliqualiter relaxatum, reformandam totis viribus procurauerit: in qua cum sanctissimè per multos annos cum cæteris illius Ecclesiæ Sacerdotibus, & clericis iuxta prædictam regulam vixisset, tandem ad Summum Pontificalis dignitatis apicem à Clero, & Populo Romano fuit vnanimiter sublcuatus, & sic sub isto Sanctissimo Pontifice, & per ipsum Ordo Canonicus secundum reformationem, & regulam traditam à B. Augustino primùm in ipsa Ecclesia Lateranensi, deinde in alijs Ecclesijs, tum in Vrbe Roma, tum in alijs Ciuitatibus, & Prouincijs breuissimo temporum interuallo est propagatus, & confirmatus, quod euidenter ostendunt innumeræ Cathedrales, & aliæ Collegiatæ, intus, & extra Italiam constitutæ. de quibus, vt nunc in particulari distinctè aliquid dicamus, à Sacrosancta Lateranensi Basilica narrationem ordiemur. In hac igitur Sacrosancta Basilica, quæ ex omnibus Ecclesijs ritu solemni per Romanos Pontifices dicatis prima extitit, Ordinem Canonicum secundũ Regulam à D. Augustino traditam per B. Gelasiũ Valerij filium, & eiusdem Augustini discipulum fuisse institutum, & continuata successione per annos circiter octingentos, nimirum ab ipso Gelasio Primo, vsque ad Bonifacij Papæ Octaui tẽpora fluisse, Solis luce clarius ostendunt inme-

Pontificum diplomata,& priuilegia tum ipsi SS. Lateranensi Basilicæ,tum clericis canonicis inibi degentibus concessa,quæ nunc etiam in eiusdem Ecclesiæ Cartophilacijs asseruantur,quorũ multa exempla in Bullario Romano recens edito,ac etiam in libro Indultorum nostræ Congregationis Lateranensis cernere licebit, quæ quòd huic nostro volumini inscribere ad nostræ narrationis veritatem probandam durus esset labor, illorum tenoribus omissis solùm duos testes oculatos adhibendos censuimus,quorum alter Summus Põtifex dum existeret, ea exhibere sibi fecit, & vidit;alter verò quòd esset Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius,eiusdem Basilicæ omnia archiua fatetur se fuisse quã diligentissimè lustratum. Horũ testium primus fuit Eugenius Papa huius nomìs IV, in Bulla, per quam Canonicos Regulares eisdem SS. Lateranensi Basilicæ tanquam veros, primæuos,& originarios illius Ecclesiæ Clericos restituit, in qua inter alia multa, quæ in laudem Canonici Ordinis exarauit, hæc litteris mandauit: *Decet igitur, vbi totius sanctitatis est caput, vbi hærent terrena cœlestibus, vbi est gratiæ magnitudo, sacratissimæ bolocaustæ, & immaculatæ obsequia diuinæ maiestati cum omni sanctitate persolui, & munda sacrificia offerri diuino conspectui. Hac igitur pia, & sancta inspiratione ductus, & zelo domus Dei solicitus sacratissimus Pontifex prædecessores nostri, illius secutus vestigia, cuius perfecta, & ordinata sunt opera, postquam venerabilem locum pro Populi Dei salute, & Summi Regis gloria decorauerunt. & ex thesauro Christi sacratissimo inmarabilibus, & incomprehensibilibus indulgentijs, & diuinæ gratiæ largitate, & remissionum exuberantia ornauerunt, honorum priuilegijs sublimauerunt, & decorauerunt titulis dignitatum, diuinam in terris familiam clericorum, qui religiosam vitam ducerent, & ad exemplum nascentis Ecclesiæ sanctam institutionem seruarent, quos Canonicos Regulares appellamus, & sacrum inter clericos, & ministros Christi viuendi modum in Sacrata Basilica instituerunt firmauerunt, erexerunt, & perpetuo deputauerunt: vt hi primam in terris Ecclesiæ, & matris Sanctorum Apostolica prouidentia curam gererent, qui primorum Christianæ Religionis clericorum normam, traditiones & institutra sectantur. Huius profecto sacri ordinis, & sancti institutri post Sanctos Apostolos primum in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus instituit, & condidit: ac gloriosus Doctor Augustinus diuinis regulis, & doctrina decorauit, & sanctæ memoriæ Vrbanus inuictus martyr, & sanctissimus Pontifex Generalis decreti Ordine reformauit, & Beatissimus Gregorius Augustino Anglorum Episcopo veluti plãtationem sacram in commisso sibi populo præcepit instituit, & in Occidentis finibus ampliauit. His sunt profecto, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem imitantur, & Apostolorum institutra instincta Spiritus sancti renouant: qui ad exemplum illorum credentium in vnum cõuenerunt, quibus erat cor vnum, & anima vna, qui pallioribus suis iuxta Ecclesiasticas, & Apostolicas traditiones obtexunt. Quapropter hæc sancta, & placens Deo institutio antiquitus, & ab ipsis fere primordijs obseruata extitit, & Sacram Basilicam per dicti Ordinis Clericos per longa tempora sanctè, & salubriter gubernatam fuisse, certissimâ scientiâ, & veritate comperimus: & hoc euidentissimè testantur innumera documenta. Cum autem hoc pium, & salutare institutum mundo in maligno posito ex antiqua hostis inuidia fuerit perturbatum, & per fel. rec. Bonifacium Octauum prædecessorem nostrum quadam illius temporis malitia consideratione immutatum, & per ipsum Patrum termini translati nosciantur, & amoti Regularibus Canonicis, secularium clericorum, & canonicorum fuerit dicta Ecclesia cura, & gubernationi commissa &c. Nihil amplius nostræ miseri, nostris afflictibus, nostræ saluti, & humero imminere conspicimus, quam vt prædictum, sanctum, & diuinum opus primam sedem institutionem repetamus, Patrum terminos reponamus, & quasi iacentem manum porrigentes Sanctam Ecclesiam Lateranensem ad primæuum statum, & ordinem reducamus:* Hæc Sanctissimus Pontifex,in quibus præter ea, quæ pro suo ingenti in ordinem canonicum affectu de eius laudibus dicit,quod ad rem præsentem attinet, hæc habet. Primò Romanos Pontifices,postquam ipsam Lateranensem Basilicam ditauerunt,& ingentissimis priuilegijs muniuerunt,familiam clericorum religiosorum,qui dicuntur canonici Regulares in ea instituisse,& eidem Basilicæ perpetuo deputasse. Secundò prædictam Basilicam per longa tempora per dicti Ordinis canonicos sanctè, & salubriter fuisse gubernatam,nimirum vsque ad tempora Bonifacij VIII. Tertiò ipsum Papam Bonifacium dictos canonicos regulares eijciendo, & seculares introducendo, Patrum terminos transtulisse. Quartò ipsum Eugenium IV. Canonicos Regulares eidem Ecclesiæ restituere voluisse, vt sanctam illam Ecclesiam ad primæuum statum,& ordinem reduceret & hinc sequitur Quintò loco,ordinem primæuum seu primariam illius Ecclesiæ institutionem fuisse clericorum regularium, non secularium, quod magis explicat inferius, vocando ipsum ordinem canonicorum regularium ordinem originarium illius sanctissimæ Basilicæ. Sextò supradicta omnia Summum Pontificem asserere non ex aliorum narrationibus,sed ex certissima scientia,& veritate comperta,siue vt aiũt, causa cognita,quam, inquit, attestantur innumerabilia documenta.

ATque hinc habes,quo illos corrigas, qui dicunt, illam Bullam per canonicos regulares importunis precibus, & falsis narrationibus ab hoc Pontifice extortam.de quorum numero fuit Antonius Massa Gallesius Iurisconsultus in quodam suo consilio scripto pro Reuerendis Monachis Cassinensibus in causa præcedentiæ inter illos,& Canonicos Regulares Lateranenses, edito Venetijs apud Iordanum Zilletum anno 1562. fol.decimo quinto, & decimo sexto : nam præter quòd illa non est emanata ad supplicationem ipsorum canonicorum,sed motu proprio,&

ex

ex certa scientia, & matura deliberatione, & tractatione diligenter habita cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, si hanc tam constantem Pontificis assertionem factam, vt ille ait, ex certissima scientia, & veritate comperta, quam innumerabilia documenta testantur, liceat in dubium revocare, cui alij credemus? cur non alia tũ illius, tum aliorum omnium Romanorum Pontificum diplomata in dubium revocare, ac deludere poterimus?

III. Secundus testis pro eadem veritate confirmanda, isq; tum ob illius eruditionem, tum quòd eiusdem Lateranensis Basilicæ, sicut etiam aliarũ Vrbis Ecclesiarum Archiua, & monimenta omnia est exactissimè lustratus, tum demum quòd Eremitici Ordinis fuerit professor, omni exceptione maior est, Onuphrius Panuinus in volumine proprio de Ecclesia Lateranensi quatuor libris distincto, quos ex dictæ Basilicæ Cartophilacijs, necnon ex libro Ioannis Diaconi de eadem Basilica ad Alexandrum Tertium scripto collegit. in eo siquidem volumine libro secundo, capitulo tertio, ac etiam in libello de septem Vrbis Ecclesijs fabritulo de Ecclesia Lateranensi pagina mihi 32. ita scribit:

Prouecto tandem post Basilicam conditam diuina in ea frequentari ministeria celebrabant Romanus Pontifex, & presbyteri Vrbis Romæ, tam Cardinales, quam non Cardinales, septem Diaconi, totidem Subdiaconi, & reliqui Romanæ Cleri, & populus fidelis. Nam psalmodiæ, hymni, & preces populum cum minoribus, maioribusve clericis canebant. Episcopus concionabatur, presbyteri verò Sancta Romana Ecclesiæ Sacramenta per ecclesias tractabant. Aulæ fidelis populi multitudine, cum presbyteri per singulos Vrbis Romæ titulos distributi essent, hoc, in suis Parochijs occupati, non ita assistere Romano Pontifici possent, clericorum quoque disciplina laberetur, Gelasius Papa circa annum Domini 400. clericos, qui ab olim vitæ instituto canonici, id est Regulares vocati sunt, (hi Apostolorum, & primitiuæ Ecclesiæ more secundum Beati Augustini regulam in communi viuebant) Lateranj collocauit, qui presbyterorum veterem tam Cardinalium, quàm non Cardinalium loco, Basilicæ Lateranensis specialiter addicti quotidie deseruirent in administrandis præcipuè Sacramentis, & publicis precibus fiendis. In quibusdam verò solemnitatibus Romanus Pontifex antiquum cum Presbyteris Cardinalibus, & aliis Basilicarum Vrbis Prælatis morem retinebat: nam veteri instituto in Basilica Lateranensi rem diuinam facere solebat. Canonicorum porro prisci illis temporibus præcipuum (vt dixi) munus erat Sacramenta plebi Dei administrare: nam in psallendo minùs erant occupati, quum eo tempore psalmodiam adhuc fideles populi frequentarent. Caterum cum Religionis zelus paulatim decreuisset, Lateranensisq; Basilica non ita in psalmodijs frequentaretur à populo, & canonici maximèque occupati rebus cantiones frequentare nequirent, optima occasione accidit, vt haud longè post Gelasij tempora à monachis id munus Laterani susciperetur. Qui paulo ante à Beato Benedicto Abbate in Occidente instituti optimè viuendi normam acceperant. Is enim in Monte Cassino monachorum cœnobio ædificato, eis primus omnium Occidentalium iura viuendi dedit, qui quum nullis sacris tum initiarentur, orationibus tantum, precibus, hymnis, psalmis, & cantui in Ecclesia vacare solebant. Huic sanctissimo Patre Benedicto, quum anno Domini DXLII. obijsset in monasterij Cassinensis regimine; vir sanctus Abbas Constantinus sufficitur est eiusdem Patris discipulus: hunc Tertius Simplicius, cui quartus Vitalis, & eidem Bonitius Abbates successere. Sub Abbate Bonitio Longobardi, qui Iustino minore Augusto anno Domini DLXVIII. Italiam inuaserant, Cassinense monasterium nocturno tempore fratribus quiescentibus ceperunt, & omnibus direptis effecerunt vt ne vnus quidem illic homo permaneret. Fugientes itaque ex eodem cœnobio fratres, Romam sub Ioanne Papa Tertio profecti sunt, ex cuius Pontificis concessione iuxta Lateranensem Basilicam monasterium construxerunt sub titulo Sanctorum Ioannis Baptistæ, Euangelistæ, & Pancratij, vbi per centum & triginta annos, quoad Cassinense monasterium diruptum permansit, perstiterunt, & laicorum loco in Lateranensi Basilica sacras horas, & psalmos canere cœperunt, canonicis tantum sacra in ea facientibus, & sacramenta omnia administrantibus. Huius monasterij meminit Sanctus Gregorius libro Dialogorum secundo cap. primo. Caterum quum processu temporis monachorum Lateranensium laberetur institutum, Gregorius Papa Tertius monasterium Sanctorum Ioannis Baptistæ, Euangelistæ, & Pancratij prope Lateranensem Basilicam antiquitus constructum renouauit, quod tum monachis superiorum Pontificum incuria destitutum pene erat. cui prædia multa, & dona contulit, & quæ inuenerat ipsius monasterij alienata, reddito pretio eidem loco restituit: vbi & Congregationem monachorum reformauit, & Abbatem constituit ad persoluenda quotidie sacra officia laudu diuinæ in Basilica sancti Saluatoru, quæ dicitur Constantiniana iuxta Lateranum, diurnu, nocturnisque temporibus, quemadmodum tunc in Basilica sancti Petri Apostoli fieri mos erat. Quo verò tempore monachi eo loco cesserint, & canonici multiplicati monachorum munia in psallendo, & horas canonicas cantando supplere cœperint, incompertum. Certum est, aliquot seculis post canonicorum tantum Lateranensium, qui monachorum more in communi viuebant, Priorem que, qui Abbatis loco omnibus præesset, habebant, mentionem fieri, & monachis omnino præteritis, canonicorum Ordinem dilabentem Laterani iuxta Beati Augustini regulam post multa tempora primus omnium Romanorum Pontificum reformauit Alexander Papa Secundus, qui ante Pontificatum clericus regularis fuerat, & in amplissimam dignitatem, vitaque splendorem restituit, ita vt monachis Cassinensibus magno tunc sanctitatis, & pietatis nomine florentibus, & celeberrimis nulla in re cederent. Quare ea deinceps Congregatio ingentem maximorum virorum prouentum tulit. Ex eo

enim Monasterio processerunt Honorius Secundus, Innocentius Secundus, Lucius Secundus, Alexander Tertius, & Honorius Tertius Romani Pontifices, multi præterea, & magni nominis Cardinales. Post Alexandrum Secundum, Paschalis Secundus Papa canonicum ordinem diuturni schismatis tempore paulatim laxatum, Pontifex factus, salubri studio & prouidentia in Lateranensi cœnobio correxit, floruit verò maximè hac Congregatio Laterani sub Alexandro Tertio, & aliquot eius successoribus, cum magna hominum præstantissimorum copia, tum eximia sanctitatis opinione. Hi monasterium Lateranense incolebant, quod inter porticum sancti Venantij, & Basilicæ Lateranensis absidam inchoatum, vbi adhuc in area eadem veteris claustri nouem columnæ supersunt, ab ea area ad eandem Basilicæ partem protenditur, qua Occidentem spectat. Vbi adhuc in ipsa area vetus claustrum, totum vermiculatum cum hoc elogio in Zopho rè musiuo iam exolescente conspicitur.

Canonicam formam sumentes discite normam,
Quam promisistis, hoc claustrum quando petistis,
Discite sic esse, tria vobis adesse necesse,
Nil proprium, morem castum portando pudorem.
Claustri structura sit vobis docta figura,
Vt sic clarescant anima, moresq; nitescant.
Et stabiliantur animo, qui canonizantur
Vt coniungantur, lapidesq; sic poliuntur
Gaudeat ... nouellu .... Christog. fidelis
Qui sua dimisit operi vt mundi ....

Extant in eodem loco omnia monasterij vestigia, vt superne claustrum aliud nouum cum cellis hinc inde exstructum, dormitoria duo, cellulæ, refectorium, claustrum aliud interius dirutum, vbi sunt aliquot canonicorum domicilia. In medio verò claustri vermiculati est hortus cum cisterna, & aliquot pulcherrimis pilis, & omnia postremo extant, quæ in rectè instituto cœnobio ædificari soleut.

Permanserunt autem clerici ibi, qui canonici vocati sunt, in communi monachorum more viuentes in monasterio Lateranensi Basilicæ adiecto annos plus minus DCCC. vsque ad Bonifacij Octaui Pontificatum, qui circa annum Domini MCCC. eos canonicos claustrales Monasterio Lateranensi exire ordinauit, & seculares clericos, qui canonici seculares vocantur, collocauit: singulis, ex redditibus monasterij singulas præbendas specialim constituit.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De eodē Ordine Canonico in præfata Lateranensi Basilica per B. Gelasium reformato quorūdam opiniones minus probabiles referuntur, & reijciuntur.

EX testimonijs proximè allegatis primò habes, vnde illorum errorem crassissimum refellas, qui aiunt, canonicos seculares in Ecclesia Lateranensi vsque ad Bonifacij Octaui tempora stetisse, illum verò amotis clericis secularibus canonicos regulares in eadem Ecclesia instituisse, quanquam qui hoc dixerit, nullum reperi, præter vnum Antonium Massam Gallesium in consilio proximè allegato, qui quonium adeo crassus est, vt nisi illius verba formaliter, & fideliter referantur, de impostura suspicionis locus esse meritò possit. Ecce tibi, quæ ille in præfato consilio fol. nono in principio scribit ad tertium argumentum allatum ad fauorem canonicorum regularium. *In hoc quidem argumēto, inquit, multa sunt falsa, quorum falsitate detecta non eris vlli alia responsione. Nam quantum attinet ad Ecclesiam Lateranensem, in qua dicunt fuisse ab initio institutos canonicos regulares, qui ibi octingentis annis perseuerando, etiam Canonicis Sancti Petri fuerunt prælati, quod dicunt constare ex Historicu, continet duplex mendacium, quæ in dicta Ecclesia Lateranensi primo fuerunt alij Religiosi, quàm Canonici Ordinis Sancti Augustini, vt patet ex testimonio Alberici de Rosate in Rubrica ff. de statu hominum, vbi ponit hæc verba: Vbe Roma sunt quinque Ecclesiæ, quæ Patriarchales vocantur, videlicet Ecclesia Beati Ioannis Lateranensis, quæ consueuit habere Priorem, sed ex Constitutione Bonifacij Papæ Octaui habet Decanum. Erant Religiosi & facti sunt canonici Ordinis Sancti Augustini. vnde patet quod Canonici Sancti Augustini non fuerunt ibi, nisi à tempore Bonifacij Octaui, cum antea ibi essent alij Religiosi. nec dubitari potest de fide testimonij Alberici, cum sit autor grauissimus, vixerit q; in Vrbe Aduocatus Consistorialis non multo post Pontificatum Bonifacij Octaui.* Hæc ille. I.

SEcundo infertur errasse Azotium tomo primo libro duodecimo capite vigesimosecundo quæstione quarta, cum inquit: *Onuphrius Panuinus in libello de septem Ecclesijs Vrbis scribit in hunc modum: Gelasius Primus circa annum Domini quadringentesimum constituit in Ecclesia Lateranensi clericos canonicos, qui seruabant Regulam Apostolorum, nihil proprium habentes, sed in commune iuxta Regulam Sancti Augustini viuentes. Postea Gregorius Tertius posuit monachos in Ecclesia Lateranensi, vt in eis preces quotidie canerent: deinde deficientibus monachis, iterum sunt in eadem Ecclesia clerici canonici constituti, qui more monachorum religiosorum vita instituta seruabant, & Priori, loco Abbatis parebant, & in communi domo habitabant.* Contrarium apertè dicit Onuphrius in verbis capite præcedenti allegatis, & vt est rei veritas, fuisse quidem monachos in eadem Ecclesia adiunctos clericis ad canendas diuinas laudes more laicorum, clericis interim circa alia occupatis, tum à Gregorio II.

Ter-

Tertio, tum ante illum à Ioanne Tertio: non tamen vnquam amotos clericos, sed imò ibi semper annis circiter octingentis mansisse: quin deficientibus monachis, multiplicato numero illorum munera in psallendo, & horas canonicas decantando persoluere cœpisse: & aliquot seculis post canonicorum tantum, qui monachorum more in communi viuebant, Prioremque qui loco Abbatis omnibus præesset, habebant, mentionem fieri, monachis omnino prætermissis.

III. NEc aliquem moueat nomen Prioris recens in illud collegium introductum: etsi enim nomen Prioris ante Paschalem Secundum non reperiatur inter Canonicos Lateranenses, fuisse tamen in eadem Ecclesia canonicos sub Stephano Nono, & ante Leonem Octauum, sub Archipresbytero, & sub illius cura conuentualiter viuisse, dicut postea sub Priore viuebant, constat ex vita Leonis Papæ Octaui, quem ex canonico Lateranensi ad apicem dignitatis Pontificalis euectum fatentur Volaterranus, Autor supplementi Chronicorum, Platina, & alij. Constat etiam ex epistola Beati Petri Damiani Domno Petro Lateranensis Ecclesiæ Archipresbytero directa sub hoc titulo: Domno Petro canonicæ Lateranensis Archipresbytero, Petrus peccator monachus, quæ habetur in secundo libro Epistolarum huius autoris numero decimo, qua illum ad mores suorum canonicorum reformandos hortatur. meminit enim in ea epistola facti Conuentus, cuius erat Rector institutus per hæc formalia verba: *Porro autem quia sancti Conuentus Rector constitutus est, vbi deformatæ culpam, sed mox vt emerserit, adhibe disciplinam.* Ita enim habet textus, quo Baronius tomo secundo, sub anno 1065. numero sexto vtitur, licet Constantinus Caietanus in editione operum Petri Damiani Romani, verba illa expunxerit, in quibus de Conuentu Lateranensi mentio habetur. hanc autem epistolam longe ante Paschalem Secundum Petrum Damiani scripsisse, conuincitur quia ille anno 1073. ex hac vita migrauit. Cur verò sublato Archipresbytero eius loco in dicto Collegio fuerit Prior institutus, id ea ratione factum crediderim, quòd collegium illud propter dirum schisma, quod priori seculo Ecclesiam diu vexauerat, ad dissolutionem, & deformationem pene deuenerat. nec mirum, cum in eadem Ecclesia Lateranensi, quæ erat omnium aliarum Ecclesiarum caput, & Sedes Pontificalis, aliquot annis ob easdem causas exercitium sacrorum penitus fuerit intermissum. Quare cum Romani Pontifices eidem Ecclesiæ resciendæ, & canonicis intibi degentibus reformandis impensius operam darent, & ob eam causam canonicos sancti Frigdiani Lucensis, penes quos disciplina canonica tunc temporis reflorueret, ad Ecclesiam Lateranensem accitiissent, Onuphrio autore in lib. de septem vrbis Ecclesijs in cap. de Ecclesia S. Crucis in Ierusalem pag. mihi 214. quod illi non sub Archipresbytero, sed sub Priore ex antiqua consuetudine degerent, vel quòd alij clerici regulariter viuentes Priorem, non Archipresbyterum, vt plurimum haberent, etiam Lateranenses, omisso Archipresbytero, Priorem eius loco habuerunt.

IV. TErtiò infertur ex prædictis, falsum esse, quod alij dixerunt, Valentinianum illum Abbatem monasterij Lateranensis ex familia, & instituto Diui Benedicti assumptum, cuius Diuus Gregorius meminit lib. secundo suorum Dialogorum. in monasterio canonicorum, non autem, monachorum Abbatem extitisse, quòd olim præsertim ante Constitutionem Clementis V. quę habetur in clementina prima de electione, in monasterijs monachorum eligerentur canonici, & in monasterijs canonicorum monachi. Nam clerici canonici in Lateranensi monasterio degentes nunquam habuerunt Abbatem, sed solum Archipresbyterum, vel Priorem, quare Valentinianus non monasterij Lateranensis canonicorum, sed monasterij Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ Ordinis Monachorum Diui Benedicti Abbas fuit. Sciendum autem est, licet Ioannes III. & quidam alij Pontifices Diui Benedicti monachos ad horas canonicas, & cætera diuina officia in Ecclesia Lateranensi, die noctuque canenda introduxerit, non tamen sublatos canonicos, neque monachos in monasterio canonicorum, sed in alio monasterio distincto constitutos, neque ad officia canonicorum, sed ad alia munera obeunda illuc admissos. Nam monachi officia diuina in Ecclesia more laicorũ canebant: canonici verò prædicationi, sacramentorum ministerio, & curę animarum operam dabant: munus enim istud canẽdi psalmos, & cætera diuina in choro alternatim, in primitiua Ecclesia non erat munus clericorum, sed laicorum, qui vsus duravit in Ecclesia Orientali saltem vsq; ad tempora S. Ioannis Chrysostomi, vt colligitur ex homilia illius prima in 8. caput Isaiæ, in qua cõtra nonnullos laicos inordinatè in Ecclesia canentes inuehitur. Eundẽ durauisse in Ecclesia Occidentali vsque ad tempora B. Ambrosij, notauit Baronius in notis ad Martyrologium die quinta Ianuarij. Imò Diuus Augustinus innuere videtur lib. nono Confess. cap. septimo, modum illum canendi psalmos, & hymnos alternatim in Ecclesijs, qui postea in tota Ecclesia vsu fuit receptus, suo tempore inuectum in Ecclesiam Occidentalem ex Orientali; & vt semel dicam ex Baronio tomo 1. Annalium sub anno quinquagesimo primo, num. septuagesimo primo, hic mos, vt laici, & omnis populus simul cum clericis diuinas laudes Deo in Ecclesia canerent, diutius perseuerauit, quas verò ob causas in dissuetudinem postea abierit, si diuinare liceat, duas potissimas fuisse arbitror. Primam defectum charitatis, & feruoris fidelium primitiuæ Ecclesiæ: Alteram inordina-

tum modum, & incompositum psallendi ipsorum laicorum, de quo in Concilio Laodiceno, quod habetur in tomo primo Conciliorum Canone 15. legimus. *Quod non oporteat amplius præter eos, qui regulariter Cantores existunt, qui & de Codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in Ecclesia psallere.* Porro quemadmodum, vt diximus, loco Laicorum primitiuæ Ecclesiæ communiter viuentium successerunt Monachi ita deficientibus Laicis à munere psallendi in Ecclesia nocturnis horis, ac diurnis, eorum loco successerunt monachi, tunc temporis præsertim, quando numerus clericorum in Ecclesia exiguus erat, & valde erat difficile, ipsos clericos quantumcunque regulariter viuentes, in exercitio curæ animarum, prædicationis, & ministerijs sacrorum detentos, nocturnis, ac diurnis horis canendis operam dare, quod & Beatus Gregorius indicare videtur in cap. Nemo potest 16. quæstione prima. & ob hanc causam effectum est, vt numero clericorum nondum aucto, cum illis monachi iungerentur in Ecclesijs ad diuina officia celebranda, non quidem in eisdem domibus, sed diuersis: quod non solum in Ecclesia Lateranensi factum legimus, sed etiam in Metropolitana olim D. Ambrosij Mediolanensi, & in capella Regia D. Petri in Cœlo aureo Papiæ, ac etiam in Ecclesia Cantuariensi. Imò verò etiam in Ecclesia Principis Apostolorum de Vrbe sub Leone I. vt Anastasius in eius vita scribit.

V. Quarto infertur falsum esse, quod Baronius tom. 12. sub an. 1130. in principio ex Archiuis S. Praxedis scribit, monasterium Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ, & Pancratij stetisse vsque ad tempora Innocentij Secundi, & dictum Innocentium illius monasterij fuisse monachum, non quidem ex monasterio Canonicorum, sed ex monasterio monachorum, primo quia quo tempore Canonici reformati sub cura Prioris, aut etiam Archipresbyteri inibi multiplicari cœperunt, non amplius monachorum mentio facta reperitur, vt Onuphrius obseruat, sed longe ante Innocentium Secundũ Canonici iam multiplicati erant, & reformati in Ecclesia Lateranensi tum sub Priore, tum sub Archipresbytero, vt dictum est. sed quod omnem tollit difficultatem, sub Alexandro Secundo Canonici regebant tam Ecclesiam Saluatoris Lateranensis, quam etiam Ecclesiam Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ, & Pancratij, & illorum monasterium dicebatur monasterium Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ. Constat hoc ex Priuilegio concesso ab eodem Alexandro II. Priori, & Canonicis Lateranensibus, quod licet tẽporum vel hominum iniuria non habeamus, habemus tamen alterum priuilegium Anastasij Quarti eisdem Priori, & Canonicis Lateranens. concessum ad exemplar illius Alexandri II. Datũ anno secundo sui Pontificatus, quod sic incipit:

Anastasius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Ioanni Priori Sacrosanctæ Patriarchalis Basilicæ, quæ Constantiniana vocatur, pariterq; Ioannis Baptistæ, ac Euangelistæ, eiusque fratribus Canonicis tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum, &c. & infra. *Ea propter vobis in Domino filijs Ecclesiam ipsam, in qua diuino manicipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri beatæ memoriæ Alexandri Papæ Secundi Apostolicæ Sedis priuilegio communimus: inprimis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus qui secundum Deum, & B. Augustini regulam, &c.* Innocentius verò fuit post Alexandrum annis circiter sexaginta. Secundò habemus aliud priuilegium Paschalis II. eisdem Priori, & Canonicis Lateranensibus concessum an. 1106. quod etiam habetur in Bullario Romano per Laertium Cherubinum recens edito, in quo præscribuntur fines Parochiæ ipsius Ecclesiæ Lateranensis, quam totam dictus Pontifex concessit ipsis Canonicis Lateranensibus in perpetuum. quam nunc etiam Canonici seculares possident, cum omnibus, quæ sunt intra ipsam Parochiam. In eo verò priuilegio cum fiat mentio Ecclesiarum, monasteriorũ, & hospitalium eidem Parochiæ, seu illius finibus adiacentium, de monasterio monachorum nulla prorsus mentio habetur, sed nec post ipsum Paschalẽ Secundum, nec multo tempore ante illum nisi in illo scripto Archiui Sanctæ Praxedis, ad suadendum forsan quod Innocentius II. non fuerit Canonicus Lateranensis, sed monachus Diui Benedicti, quod tamen est contra communem assertionem omnium historicorum. Quod priuilegium, vt de veritate dictorum constet, hic describendum curaui, est autem huiusmodi.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Rocio Priori venerabilis Basilicæ Saluatoris, eiusque Fratribus tam præsentibus, quàm futuris Regularem vitam professis in perpetuum. Quanto Lateranensis Ecclesia amplioris dignitatis ex antiqua institutione esse cognoscitur, tanto magis eundem venerabilem locum maiori reuerentia decet haberi, & ad eius incrementum tam spiritualiter, quàm temporaliter à nobis & aliis fidelibus operam dari. Nec dubium, quod si Regiorum virorum petitionibus paterna benignitate annuemus, nostris opportunitatibus clementem Dominum reperiemus. Eapropter dilectis in Domino filijs, ob reuerentiam Saluatoris, beatique Ioannis Baptistæ concedimus, & confirmamus vobis, vestrisque successoribus in perpetuum, totam & integram Parochiam, vt in vita nostra, & post obitum specialis oratio iugiter fiat pro nobis ad Dominum, videlicet ab Ecclesia Sancti Nicolai de forma, per viam, quæ venit à Sancto Stephano in Cœlio monte, & usque ad supradictam nostram Basilicam Saluatoris, & à porta monasterij Sanctorum quatuor Coronatorum descendente per cliuum in via maiori, & exinde per stratam ex vtraque parte vsque ad campum Lateranensem, & reuoluente supra Ecclesiam Sanctorum Marcellini, & Petri vsque ad

Ecclesiam Sancti Bartholomæi de capite Merulanæ, & sicut ad Sanctum Danielem, & exinde descendente ad portã Viridẽ, & portãta ad Ecclesiam S. Nicolai de Hospitio, sicut supradictum Basilicam Saluatoris. Statuimus, vt aquarum earumdem Sedis Apostolicæ stabilimus, vt nemo prorsus omnino alij Ecclesiæ, vel Monasterijs, aut possessionibus vestris, atque diuinis rebus vestræ pertinentibus, vel quæ, ac liberè sub præfata Basilica Saluatoris iure nomine Parochiali in perpetuum imposterum iure hereditario, quod infra supradictam Parochiam, sub diuini iudicij obtestatione, & anathematis interdictione, vt nullus vnquam nostrorum successorum, vel alia quælibet magna, vel parua persona huius priuilegij donum infringere, aut inquietare præsumat. Quæ præterea quod non credimus, contra hanc nostræ constitutionis paginam venire, aut agere tentauerit, anathematis vinculo sit innodatus, & à Regno Dei, & Domini nostri Iesu Christi sit alienus. Qui verò conseruauerit, & obseruator huius nostri Priuilegij extiterit, benedictionis gratiam à nostro ordinis Domino Iesu Christo consequatur in secula seculorum amen. Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Sequuntur subscriptiones decem & nouem Cardinalium, quorum primus fuit Lambertus de Fagnano, qui postea fuit Honorius II. & ipse canonicus eiusdem Ecclesiæ Lateranensis.

Ostremo notandum quod præter Romanos Pontifices ex eodem monasterio Lateranensi assumptos, quos Onuphrius eodem loco recenset, alij fuerunt eiusdem Ecclesiæ clerici, & canonici eiusdem Ecclesiæ Lateranensi degentes, & tum in ea annis ibidem educati, quos refert Anastasius Bibliothecarius, Volaterranus libro XII. Antropologiæ, Iacobus Philippus Bergomensis, & Ciaconius in vitis Romanorum Pontificum, videlicet Gregorius II. Stephanus II. Paulus I. Stephanus III. Leo III. Stephanus IV. Paschalis I. Valentinus, Leo IV. Benedictus III. Adrianus II. Stephanus VI. Hos omnes referunt Anastasius, & Ciaconius, licet nonnulli eorum antequam assumerentur ad Pontificatum, transiuerint prius ad monachos, & præter illos Benedictum IV. & Landus ex Ciaconio. Leo item VIII. ex Volaterrano, Iacobo Philippo Bergomen. libro tertio sub anno 960. Platina, & Ciaconio, de quibus alijs Romanis Pontificibus ex canonicorum Ordine profectis, si Deus concesserit, in alijs Virorum Illustrium canonici Ordinis dicemus.

(o)

Ecclesiam Sancti Bartholomæi de capite Merulanei, & deinde ad Sanctum Danielem, & exinde descendente ad portã Vrbis, & vertẽte ad Ecclesiam S. Nicolai de Hospitali ad supradictam Basilicam Saluatoris. Statuimusq; atque certam autoritate Sedis Apostolicæ stabilimus, vt Parochia ipsa nulli alij Ecclesiæ, vel Monasterijs, aut pijs locis de suo iure, atque diuinis rebus teneatur pentum respondere, sed quietè, ac liberè sub prædicta Basilica Saluatoris iure nomine Parochialis in perpetuum maneat. Saluo tamen iure hæreditario, quod infra supradictos fines ad prædictas Ecclesias, vel monasteria, aut pia loca pertinere dignoscitur. Præcipimus itaque vt nulli personæ sit in prædicta Parochia Ecclesias ædificare, aut altare erigere, vel aliquam religionem ibi instituere, præter supradictam Saluatoris Basilicam. Statuentes Apostolica censura, sub diuini iudicij obtestatione, & anathematis interdicto, vt nullus vnquam nostrorum successorum, vel alia quælibet magna, vel parua persona huius nostri priuilegij donum infringere, aut inquietare præsumat. Si quis præterea quod non credimus, contra hoc nostrum Apostolicum præceptum venire, aut agere tentauerit, anathematis vinculo sit innodatus, & à Regno Dei, & Domino nostri Iesu Christi sit alienus. Qui verò nostrum cultor, & obseruator huius nostri Priuilegij extiterit, benedictionis gratiam à misericordissimo Domino Deo nostro consequatur in secula seculorum amen. Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Sequuntur subscriptiones decem & nouem Cardinalium, quorum primus fuit Lambertus de Fagnano, qui postea fuit Honorius II. & ipse canonicus eiusdem Ecclesiæ Lateranensis.

VI. POstremo notandum quod præter Romanos Pontifices ex eodem monasterio Lateranensi assumptos, quos Onuphrius eodem loco recenset, multi alij fuerunt eiusdem Ecclesiæ clerici, & canonici in eadem Ecclesia Lateranensi degentes, & etiam à teneris annis ibidem educati, quos referunt Anastasius Bibliothecarius, Volaterranus libro XXI. Antropologiæ, Iacobus Philippus Bergomensis, & Ciaconius in vitis Romanorum Pontificum, videlicet Gregorius II. Stephanus II. Paulus I. Stephanus III. Leo III. Stephanus IV. Paschalis I. Valentinus, Leo IV. Benedictus III. Adrianus II. Stephanus VI. Hos omnes referunt Anastasius, & Ciaconius, licet nonnulli eorum antequam assumerentur ad Pontificatum, transiuerint postea ad monachos, & præter illos Benedictus IV. & Landus ex Ciaconio. Leo item VIII. ex Volaterrano, Iacobo Philippo Bergomen. libro secundo sub anno 960. Platina, & Ciaconio, de quibus & aliis Romanis Pontificibus ex canonicorum Ordine profectis, si Deus concesserit, in lib. Virorum Illustrium canonici Ordinis dicemus.

(o)

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De alijs Ecclesijs Canonicorum Regularium olim in Vrbe existentibus.

PRæter sacrosanctam Basilicam Lateranensem, aliæ plures fuerunt olim in Vrbe Romana Ecclesiæ canonicorum Regularium sub D. Augustini regula militantium, vt videri potest apud Zachariam Ferrerium in suo libro de habitu canonicorum Regularium ad Leonem decimum, probatione secunda ad finem, vbi inter alia hæc habet: *De Ecclesijs verò Principalibus Cardinalarium titulorum certissimum est, quod nulla fuit instituta à sui exordio sub monachis, seu alijs religiosis, sed bene sub Canonicis Regularibus, sicut Ecclesia Sanctæ Crucis in Ierusalem, quæ à sui primordio fuit Canonicorum Regularium, vt patet per literas Apostolicas Alexandri III. directas Vbaldo presbytero Cardinali Sanctæ Crucis in Ierusalem, & eius Canonicis ibidem regularem vitam professis, & incipiunt: Quoties illud à nobis petitur &c. quibus decernit, ne quisquam eligatur in eo titulo Sanctæ Crucis Cardinalis nisi de gremio dictorum Canonicorum Sanctæ Crucis. Deficientibus autem ibi Canonicis Regularibus, illa Ecclesia redacta est à pauxis temporibus sub fratribus Carthusiensibus. Item Ecclesia S. Mariæ Nouæ, quæ est titulus Cardinalatus, quam modo eadem ratione incolunt monachi albi Ordinis Mõtis Oliueti. fuit à sui institutione Canonicorum Regularium, vt patet per literas Apostolicas eiusdem Alexandri directas Priori, & Canonicis Sancti Frigdiani, & incipiunt: Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura &c. Item Ecclesia sanctorum Apostolorum, quæ est titulus Cardinalatus, quam nunc tenent fratres Minores. Item Ecclesia sanctæ Ceciliæ, quam nunc Humiliatorum fratres retinent. Item Ecclesia sanctæ Sabinæ, quam habent Fratres Prædicatores. Item Ecclesia sanctæ Praxedis, quam tenent nunc Fratres Ordinis Vallis Vmbrosæ. Item Ecclesia S. Stephani in Caliomonte, quam tenent fratres S. Pauli primi Eremitæ. Item Ecclesia sanctorum Ioannis, & Pauli, quam tenent nunc fratres Iesuati. Item Ecclesia sancti Petri ad Vincula, & sanctæ Potentianæ, & multæ aliæ Ecclesiæ Romæ continentes titulos Cardinalates, fuerunt à prima institutione Canonicorum Regularium, sicut patet in antiquis priuilegijs dictarum Ecclesiarum.* I.

SEd & illud non omittendum, vtpotè admirandum, & vix credendum, quod de Ecclesijs, & monasterijs Religiosorum Romæ sub Syluestro II. & Ottone III. pro ruinis veterum Fanorum surgentibus scribit Arnaldus Comes illorum temporum autor, & oculatus testis, ac ex II.

illo Baronius tomo XI. sub anno 1001. num. 24. *Iuratum, inquit, creuit in domino cultu, vt pro tumultuorum, & veterum sanctum surgant quotidie innumera ædificia Ecclesiarum, siue Monasteriorum, in quorum incredibili numero, vt audiui à quodam sene, qui se dixit nutritum in eadem Ciuitate, virgini possidentur à Sanctimonialibus, quadraginta à Monachis, sexaginta à Canonicis, exceptis iis, quæ extra Ciuitatem sunt, & aliis Ecclesijs siue Capellis, quæ in eadem Vrbe abundant.* Et aduertendum nomen Canonicorum, vsque ad illa tempora vix fuisse alicui Collegio clericorum, qui non saltem in specie aliquod regularis disciplinæ vestigium tenerent, attributum, vt videri potest apud Beatum Petrum Damiani in suis epistolis, præsertim in epistola ad Canonicos Fanenses. Porrò ex supradictis, & alijs Romanæ Vrbis Ecclesijs, quas authentico scripto probari potest Canonici Ordinis extitisse.

III. PRima recenseri potest Ecclesia Patriarchalis sanctæ Crucis in Ierusalem à Constatino Magno exstructa. De ista Ecclesia Onuphrius loco, & libro proximè allegato plura ex instituto scribit: Verum quod ad rem attinet, ista ad verbũ pagina ducentesima, decima tertia, & ducentesima decima quarta subdit: *Benedictus Septimus, vt ex eius elogio in marmoreo parastate affixo intelligitur, in ea sepultus est, is Basilicam hanc, & monasterium renouauit. Monachos ad paucos redactos in ea restituit, amplauit, priscu enim temporibus clerici eam incoluerant, postea antiquæ Monachorum sodalitati concessa est. Leo Nonus Papa diuino officio destitutam Monachorum Cassinatum abbati Richerio donauit. Alexander Secundus eam ijs abstulit, & monasterium Sanctorum Sebastiani, & Zosimi martyrum, quod Pallaria dicebatur, vetò hortos sanctæ Mariæ Nouæ versus Amphitheatrum eius loco ijsdem concessit. In ea verò Canonicos Regulares Congregationis sancti Frigdiani Lucensis, ab se etiam Lateranensi restitutos, locauit, qui eam ad Clementis VI. tempora tenuerunt. Amplissimo hoc priuilegio à Romanis Pontificibus ornati, vt presbyterum Cardinalem titulo sui ex suo corpore crearent, quod & de Diacono Cardinali sanctæ Mariæ Nouæ eius Diaconiæ Canonicis concessum fuerat. Ex hoc Collegio multi Cardinales eximij, & Lucius Papa II. prodierunt, qui cum ante Pontificatum eius Ecclesiæ presbyter Cardinalis esset, Pontifex creatus tectum ipsam Ecclesiam, & Canonicorum claustra à fundamentis renouauit.* Consimilia scribit Baronius tomo XII. sub anno 1144. in principio; nisi quod ait, eum fuisse Patria Bononiensem ex Patre nomine Visco, ab Honorio II. assumptum ad dignitatem Cardinalitiam in eodem titulo sanctæ Crucis in Ierusalem, quod minimè ijs repugnat, quæ Onuphrius testatur.

Quis verò Priuilegium adeò insigne illi Canonicorũ collegio primus fecerit, putat Ciaconius, à Calisto II primùm emanatum: cæterum illius priuilegium hactenus non vidi. quantum verò ex Bullarijs Romanorum Pontificum aucupari licet, crediderim, illud ab eodem Lucio II. primùm concessum, licet illius etiam exemplũ inuenia temporum, vel hominum desideretur. Sed adest aliud priuilegium Alexandri III. ad exemplar illius exaratum, quod ad posterorum memoriam hic redditur.

Alexander Episc. seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Vbaldo presbytero Cardin. eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris in Eccl. S. Crucis, quæ dicitur in Ierusalem, regularem vitam professis in perpetuum. Quoties illud à nobis postulatur, quod Religioni, & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum suffragium impertiri. Ea propter dilectis in Domino filij vestris iustis petitionibus clementer annuimus, & præfatam Eccl. cum omnibus pertinentijs suis in qua diuino mancipatis obsequijs, ad exemplar prædecessorum nostrorum piæ recordationis Lucij Papæ Apost. Sedis protectione, & præsentis scripti priuilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam, & institutionem ordinis sancti Frigdiani ibi noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus obseruetur, nec alius, nisi de ipsa aut S. Frigdiani Congregatione in eadem Ecclesia Cardinalis presbyter ordinetur. Statuentes (quod absit) in ipsa Congregatione siquem reperiri nõ posse rit, de alio regulari claustro eiusdem ordinis assumatur. Præterea quascunque possessiones extra &c. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis Apost. autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiòne commonita, nisi præsumptum suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honoris, & sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Lateranj per manum Hermanni tit. S. Susannæ Presb. Card. 16. Kal. Maij, Indictione 13. Incarnationis Dominicæ an. 1166. Pont. verò Alexandri III. an. 7.*

IV. SEcunda est Ecclesia S. Mariæ Nouæ, quæ vna est ex vetustissimis Diaconijs titulo Cardinalatos insignitis. Hanc Eccl. Aimericus Gallus ex Canonico Regulari Diaconus Card. à Calisto Secundo creatus, ac etiã S. R. E. Cancellarius anno 1123. statim cum monasterio instaurandam curauit, & Canonicos Regulares prædictæ congregationis S. Frigdiani ibidem locauit, impetrato etiam illis priuilegio ab Innocentio Papa II. nec quisquam illius Eccl. diaconus Card. nisi vel ex ipso Capitulo, vel ex S. Frigdiani congregatione alli-

Lucentium, quod priuilegium plerique alij Romani Pontifices firmauerunt, nimirum Cœlestinus II. Lucius II. Eugenius III. Adrianus IV. & Alexander III. cuius exemplum hic subijcitur.

Alexander episc. seruus seruorum Dei Dilectis filijs Abbati, & fratribus S. Frigdiani, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse fauorem, ne forte cursu, quem arripuerunt, deficiant, aut defectibus suis materiam subtrahendi occasionem inueniant. Eapropter dilectis in Domino filij vestris iustis petitionibus clementer annuimus, & præfatam Eccl. cum omnibus pertinentijs suis, in qua diuino mancipatis estis obsequijs, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Lucij Papæ Apost. Sedis protectione, & præsentis scripti priuilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam, & institutionem ordinis sancti Frigdiani ibi noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus obseruetur, nec alius, nisi de ipsa aut S. Frigdiani Congregatione in eadem Ecclesia Cardinalis presbyter ordinetur. Statuentes (quod absit) in ipsa Congregatione siquem reperiri nõ posse rit, de alio regulari claustro eiusdem ordinis assumatur. Præterea quascunque possessiones extra &c. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis Apost. autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiòne commonita, nisi præsumptum suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honoris, & sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus &

sum certur, quod priuilegium plerique alij Romani Pontifices firmauerunt, nimirum Cœlestinus II. Lucius II. Eugenius III. Adrianus IV. & Alexander III. cuius exemplum hic subijcitur.

Alexander Episc. seruus seruorum Dei Dilectis filijs Ven. Priori Eccl. S. Frigdiani, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouidentia omnium bonorum Deo concessa est, vt religiosas personas, & humi placentem Deo religionem studentium nobis omnibus propagare, non eum Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedat. A puritate religionis fuerit conseruatus. oportet omnes Christiana fidei amatores religionem diligere, & religiosa locorum personis in obsequium Domini seruitio manipatu atq; vtilis consistere, vt nullis prauorum hominum inquietentur molestijs, nullis angarijs fatigentur. Amerum siquidem S.R.E. Cancellarius, & Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ Diaconus Cardinalis fratres vestros ad eandem Ecclesiam conuocauit, & bonis suis à Deo præstitis ad eorum necessitatem, & sustentationem honestè prouideri, vt per eosdem religio statueretur, & locus ipse tam strenuè, quam temperaliter eorum studio vtilitate Dei augeretur. Ne igitur tam sanctum ipsius propositum immutari, vel perturbari in posterum debeat, predecessorum nostrorum Innocentij II. Cœlestini II. Lucij II. Eugenij III. & Adriani IV. Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes statuimus, vt Diaconus Cardinalis, qui pro tempore eidem ordinandus fuerit, de Cœnobio S. Frigdiani fundatore eidem fuerit repertus, assumatur. Si verò (quod absit) ibidem reperiri non poterit, de alio Regulari Collegio vocetur, & ordinetur. Ordinationem cum fratribus ipsius Ecclesiæ communiter vocatis facere voluerit, tertiam partem de omnibus oblationibus antiquæ hereditatis illius Ecclesiæ, quæ est in Vallatum & Galeta sibi in suos vsus recipiat. Cætera verò quæ Regulares fratres ipsius Ecclesiæ impræsentiarum habent, & habuisse possunt, aut futurorum successione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblationibus fidelium, seu aliis iustis modis (præstante Domino) poterunt adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa fuerunt, vsibus omnimodis profutura, salua in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honoris, sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & sanguine Dei, & Domini nostri Iesu Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmium æternæ pacis mueniant. Amen. Datum Anagniæ per manum Hermanni S.R.E. Subdiaconi, & Notarij XII. Cal. Ianuarij Indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno MCLX. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ Tertij anno primo.

Tertia est Ecclesia S. Praxedis, quam Canonicis Regularibus monasterij S. Mariæ de Rheno apud Bononiam tunc sanctitatis fama celeberrimis concessit Anastasius IV. qui fuit Pontifex anno Domini 1154. Etsi enim huius Pontificis concessionem non vidi, illius tamen distinctè meminit Alexander III. in quodam priuilegio concesso Gerardo Priori, & Fratribus S. Mariæ de Rheno sub anno 1177. quod in libro Indultorum Congregationis Lateranensis videri potest pag. 93. ad quem locum remitto, vbi hæc habet: *Ecclesia quoque sanctæ Praxedis sicut à piæ memoriæ prædecessore nostro Papa Anastasio vobis concessa est, saluo iure, & reuerentia Cardinalis, qui pro tempore in eadem Ecclesia fuerit, vobis auctoritate Apostolica confirmamus.*

Quarta est Ecclesia S. Potentianæ, siue Pudentianę, quam eisdem Canonicis S. Mariæ de Rheno concessisse Adrianum IV. Anno Dom. 1155. ostendit eiusdem Pontificis priuilegium Guidoni Priori, & Canonicis dictæ Ecclesiæ concessum 26. Cal. Aprilis quod in eodem libro pagina 78. habetur.

Quinta est Ecclesia S. Sebastiani extra Vrbem ad Catacumbas, quam Canonicis S. Mariæ Nouæ concessit Alexander III. quam postea Hieronymus Cardinalis cum Priore, & toto Capitulo S. Mariæ Nouæ Monachis Cistercien sibus concesserunt, reseruatis sibi quibusdam vineis cum censu duarum librarum thuris in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis à dictis Monachis soluendo. Testatur hoc Onuphrius in dicto libello, vbi agit de dicta Ecclesia S. Sebastiani pagina 100.

Sexta est Ecclesia S. Ioannis ante portam Latinam, cuius meminit Gregorius IX. in Priuilegio concesso Priori, & Canonicis Basilicæ Saluatoris Lateranen. anno Domini 1227. tertio nonas Februarij. Ista Ecclesia erat membrum antiquæ Congregationis Lateranensis: Verùm Canonicis Regularibus ex Basilica Lateranen. per Bonifacium Octauum pulsis, etiam ista Ecclesia successiu temporis eisdem Canonicis fuit destituta, & in monasterio positæ fuerunt Sanctimoniales, quemadmodum ex illius vestigijs, quæ nunc supersunt, apertè conspicitur. Sed illis quoque deficientibus, quòd locus pro seruandis ibidem Virginibus sacris parum esset idoneus, tandem in dicta Ecclesia proiectum est silentium. Porro ad eandem Ecclesiam S. Ioannis ante portam Latinam quatuor aliæ Ecclesiæ spectabant, quarum in eodem priuilegio fit mentio, de quibus dicemus in Congregatione Lateranensi.

Septima est Ecclesia S. Gregorij in Campo Martio, quam Canonicis Regularibus Lateranis

degentibus concessit Anastasius IV. ex eodem priuilegio Gregorij IX. in quo hæc specialiter habentur: *Ex dono etiam beatæ memoriæ Anastasij Papæ Ecclesiam sancti Gregorij in Martio, in quo ipsa sita est, & cum omnibus ad eandem pertinentibus.*

Octaua S. Mariæ de Pace, quam Sixtus IV. à se ædificatam nostris Canonicis à Populo Romano ex Ecclesia Lateranen. vi pulsis, tempore Sedis vacantis, tribuit, confirmans nobis titulum, & omnia priuilegia Ecclesiæ, & Congregationis antiquæ Lateranensis, ac si nunc etiam illius canonici, ac de gremio illius Capituli actu essemus.

Nona, S. Petri ad Vincula, cuius meminit Volaterranus lib. 21. Antropologiæ, quam Canonici Regularibus Congregationis S. Saluatoris de Bononia nuncupatis concessit Innocẽtius Octauus, anno 1486. die 9. Augusti. Erat tamen ab antiquo tempore Conuentus Canonicorum.

Decima, Ecclesia S. Laurentij extra muros eidẽ congregationi vnita per Iulium Secundum 7 Idus Nouembris anno 1511.

Vndecima, S. Agnetis via Nomentana eidem congregationi vnita, siue potius Ecclesiæ, & monasterio S. Petri ab eodem Innocentio VIII. anno 1489. Idibus Augusti.

Duodecima quoque recenseri potest Ecclesia S. Mariæ in Via lata, quia cum sit Collegiata, & teneat dignitatem Prioris, quæ est prima dignitas illius Ecclesiæ, argumentum euidens est, illã ante fuisse Regularem: sed postea ex Regulari effectam secularem, sicut aliæ innumeræ, retenta dignitate Prioris.

Decima tertia etiam numerari potest Ecclesia S. Mariæ trans Tiberim, quã olim tenuisse Canonicos Regulares testatur Anastasius Bibliotecarius in Gregorio IV. quamuis appellet eos monachos canonicos, dicens illum Pontificem in dicta Ecclesia constituisse monachos canonicos.

Decimaquarta fuit Ecclesia collegiata sanctorũ Sergij & Bacchi, quemadmodum cõstat ex priuilegio Innocẽtij III. Romano Archipresbytero, & clericis eiusdẽ Ecclesiæ concesso anno 1199. quod habetur in 2. lib. Epist. dicti Innocentij pag. 335.

Decimaquinta. S. Triphonis Cardinalaris, cuius fuit canonicus S. Clemens Doctor. Ioãnes de Nigraualle in Catalogo sanctorũ Ordinis canonici, quæ Ecclesia post templum S. Augustini ædificatum illi est vnita, & titulus Cardinalaris ex Ecclesia S. Triphonis ad Ecclesiam S. Augustini translatus.

Decima sexta S. Georgij in Velabro, quæ est titulus Diaconiæ Cardinalaris. In hac manserunt septem Canonici sub Priore vsque ad Pauli V. tempora, qui eosdem canonicos ad ædẽ S. Mariæ Maioris translatos, in Sacello B. Virginis à se magnificentissimè constructo, & ornato locauit. Porrò dictam Ecclesiam fuisse Canonicorum Regularium monstrat dignitas Prioris, quæ non nisi ex Regularibus ad seculares est profecta. Vide inscriptionem quæ est in fronte ipsius Ecclesiæ, scilicet in peristilio porticus illius.

Aliæ insuper erant Canonicorum Regularium Ecclesiæ in eadẽ Vrbe, quæ vel quod conuentuales non essent, vel alijs Ecclesijs essent vnitæ, in obliuionem iuerunt, de quarum nonnullis dicemus libro sequenti de Congregatione Lateranensi.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De propagatione eiusdem Ordinis per B. Augustinum reformati in alijs Ciuitatibus, & Ecclesijs per Italiam constitutis.

EXinde ab ipsa Lateranensi Basilica tanquam à capite cœpit statim hæc sancta institutio clericorum canonicorum per B. Augustinum reformata, & per Gelasium eius discipulum ad Vrbem Romanam euecta per alias Ecclesias Vrbis & Orbis mirum in modum dilatari, & propagari, de quibus consequenter dicturi, à Prouincia Romana inchoabimus, in qua sequentes Ecclesiæ, quæ olim erant Canonicorum Regularium, reperiuntur, & in primis

Ecclesia Veletrensis. Hanc ab institutione regularem extitisse, colligitur ex Beato Petro Damiano libro tertio Epistola decima, ad Archiepiscopum in principio, qui illam ad primæuum regularis vitæ institutum penè collapsam instaurauit: *Quia*, inquit, *nouus sanctam mentem tuam Venerabilis Pater, præsipue de hominum salute gaudere aiet vt cum animarum te contingit audire profectum, velut ad dulcium aggustus, ac delectus edulium. Refero tibi de Canonicis nostris sancta videlicet Veletrensis Ecclesia, quia qui cum multis laboribus nostris, atque fudumbus incorrigibiles videbantur, tam per diuinam gratiam resipiscunt, & per canonicæ regulæ tramitem non iam coacti, sed gaudentes incedunt. Vnusquisque præterea eorum quadragesimali tempore quotidie psalterium complet, tribus per hebdomadam diebus omnes vno, & pulmento communiter abstinent: tantumq; distributionis ex stationis videntur habere feruorẽ, vt per totam Quadragesimam, quæ est ante Pascha, & illam quæ Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi consuetudinaliter antecedit, tribus in hebdomada diebus vnusquisque in capitulo se coram fratribus exuat, & propria pectora confessus, dura corrigiarum flagella perferat disciplinam.* Hæc ille.

In Diœcesi Anagnina illustris Abbatia sanctæ Mariæ de Gloria à fundatione est Canonicorum Regularium, quæ modò est vnita Ecclesiæ Lateranensi

ori
Epi
præ
mar
pon
I
eiui
um
priu
I
salte
con
nicc
nem
ræ I
Petr
1. pa
dral
Carl
nibi
ab Ir
sunt
I
Abb
eiui
de c
coll
Reg
cere
sixæ
I
cent
nis
Ispe
Prio
E
cont
rium
nunc
clesi
greg
ac sa
IX, s
datæ
In
Eccl
Late
priui
C

ranensi, de qua suo libro tertio capite trigesimo, de qua & libro tertio capite trigesimo, vbi de Prioratu S. Mariæ de Balneoaria, qui est membrum dictæ Abbatiæ & de illius vnione in monasterio Lateranensi fusior sermo habetur.

In agro Sabinensi Abbatia sancti Petri de Arimanno nuncupata, quæ monasterium cum Ecclesia diruta, nobis concessa fuit, cum omnibus ad eam pertinentibus, sed sub titulo tamen monasterij Ordinis S. Patris Augustini.

Ecclesia quoque S. Mariæ de Frascata, siue Tusculana erat regularis ex priuilegio Gregorij Nonicuius Prioratus, & Canonicis Lateranen. quæ discipline Populent, atque superemanent. Dato Romæ nonis Februarij 1227.

In Diœcesi Tusculana monasterium S. Mariæ de Cripta Ferrata à fundatione est Ordinis Canonicorum Regularium Diuo Augustino ex libro tabularum Camere Apostolicæ, licet modo sit commendatum Reuerendissimi amplissimi redditus tenentur ab vno Cardinali, constitutis ibidem quibusdam monachis Ordinis D. Basilij ad diuina officia libenda.

In eadem Diœcesi Monasterium S. Syluestri Montisfumorum de quo vide lib. 3. ca. 25.

Ecclesia collegiata in Castro, quod dicebatur Veletri olim sanctæ Luciæ, sancti Petri, sancti Vincentij, & sancti Pancratij, omnes erant Canonicorum Regularium Later. ex eodem priuilegio Gregorij Nono.

Ecclesiæ omnes Vallis Montonis cum ipso Montefortino eidem Canonicæ spectabant ex eodem priuilegio.

Item Ecclesiæ omnes existentes in Castris Olini, Metularij, & Carpineti ex eodem priuilegio.

Item Ecclesia S. Ioannis in Paterno, ex eodem priuilegio.

In Diœcesi Vrbeuetana monasterium S. Ioannis Euangelistæ ab antiquo tempore erat Canonicorum Regularium. Verum successu temporis diuinarum Canonicis distentorum mansit tandem sub secundo VI. nonum fuit congregationi S. Saluatoris de Bononia circa annum 1498. veteres illius Ecclesiæ Canonici Violaceis indumentis vtebantur sub tunica linea, sicut etiam nonnulli in Gallicijs nunc vtuntur, inter quos sunt illi sancti Auberti Diœcesis Camerancnsis.

In Ciuitate Sonnensi monasterium vetustissimum S. Martini erat Canonicorum Regul. quod constat Canonicis destitutum, illius bona vnita fuisse Episcopali ex lib. taxarum Cameræ Apostolicæ.

In Ducatu Spoletano Ecclesiam Narniensem eodem tempore fuisse Regularẽ testatur Io. de Nigraualle in Catal. Ecclesiarum Regularium Canonicarum. In eadẽ Diœcesi Narniensi Ecclesia sancti Nicolai de Capite Montis, quæ est Monasterium olim Canonicorum Regularium fuisse testatur ex epistola Innocentij Tertij N. Pri-

rauensi, de quâ vide libro tertio capite trigesimo, vbi de Prioratu S. Mariæ de Balnearia, qui erat membrum dictæ Abbatiæ & de illius vnione cũ monasterio Lateranensi fusior sermo habetur.

In agro Sabinensi Abbatia sancti Petri de Asciano, nunc monasterium cum Ecclesia diruta, bona clericis secularibus commendata, sed sub titulo tamen monasterij Ordinis S. Patris Augustini.

Ecclesia quoque S. Mariæ de Frascata, siue Tusculana erat regularis ex priuilegio Gregorij Noni concesso Priori, & Canonicis Lateranen. quod incipit: *Vigilanti, atque superemminenti.* Dato tertio nonas Februarij 1227.

In Diœcesi Tusculana monasteriũ S. Mariæ de Cripta Ferrata à fundatione est Ordinis Canonicorum Regularium Diuo Augustino ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ, licet modo sit commendatum. Cuius amplissimi redditus tenentur ab vno Cardinali, constitutis ibidem quibusdam monachis Ordinis D. Basilij ad diuina officia celebranda.

In eadem Diœcesi Monasterium S. Syluestri Montiscompatrum de quo vide lib. 3. ca. 25.

Ecclesiæ existentes in Castro, quod dicebatur Petra videlicet sanctæ Luciæ, sancti Petri, sancti Simonis, & sancti Panceratij, omnes erant Canonicorum Regularium Later. ex eodem priuilegio Gregorij Noni.

Ecclesiæ omnes Vallis Montonis cum ipso Castro ad eosdem Canonic. spectabant ex eodem priuilegio.

Item Ecclesiæ omnes existentes in Castris Cluni, Metalantij, & Carpineti ex eodem priuilegio.

Item Ecclesia S. Ioannis in Paterno, ex eodem priuilegio.

In Diœcesi Vrbeuetana monasteriũ S. Ioannis Euangelistæ ab antiquo tempore erat Canonicorum Regularium. Verum successu temporis diu etiam Canonicis destitutum mansit. tandem sub Alexandro VI. vnitum fuit congregationi S. Saluatoris de Bononia circa annum 1498. veteres illius Ecclesiæ Canonici Violaceis indumentis vtebantur sub tunica linea, sicut etiam nonnulli in Gallobelgica nunc vtuntur, inter quos sunt illi sancti Auberti Diœcesis Cameracensis.

In Ciuitate Soanensi monasterium vetustissimum S. Martini erat Canonicorum Regul. quod cum esset Canonicis destitutum, illius bona vnita sunt mensæ Episcopali ex lib. taxarum Cameræ Apostolicæ.

In Ducatu Spoletano Ecclesiam Narnien sem ab antiquo tempore fuisse Regularẽ testatur. Io. de Nigraualle in Catal. Ecclesiarum Regulariũ in Italia existentium. In eadẽ Diœcesi Narnien si Ecclesia sancti Nicolai de Capite Montis, quæ est Prioratus, olim Canonicorum Regularium fuisse conuincitur ex epistola Innocentij Tertij N. Priori dictæ Ecclesiæ directa, quæ habetur in Libro Epistolarum huius Pontificis pag. 167. in qua illi præcipit, vt de ipsa Ecclesia nulli alij exceptio Romano Pontifice, cui erat immediatè subiecta respondere debeat. nunc est commendata.

In Diœcesi Interamnẽsi Ecclesia S. Thomæ in ciuitate, à fundatione est Canonicorũ Regularium antiquæ Congregationis Lateran. ex eodem priuilegio Gregorij IX. Item Ecclesia S. Mariæ in colle Scipij ex dicto priuilegio.

Ecclesiam Spoletanam à sua institutione, vel saltem à vetustissimo tempore Regularem fuisse conuincit dignitas Prioratus adhuc inter Canonicos eiusdem Ecclesiæ retenta. Sed quod omnem dubietatem eliminat, hoc ipsum indicat literæ Innocentij III. directæ Priori, & Clericis S. Petri extra portam Spoleti, quæ habentur libro 1. pag. 83. illa enim Ecclesia erat vetus Cathedralis Spoletana, ex qua Ecclesia cum dignitas Cathedralis intra vrbem esset translata, Clerici nihil omnus D. Petri sub Regulari disciplina vsq, ab Innocentium III. manserunt. Postea vero facti sunt ex Regularibus seculares.

In Ciuitate Spoletana est nunc monasterium Abbatiale S. Iuliani, siue S. Ansani. sub cuius regimine sunt duo monasteria sacrarum Virginum eiusdem Ordinis, nostræ Congregationis Lateranensis. In eadem ciuitate Ecclesia vetustissima, & collegiata S. Gregorij ex antiqua traditione erat Regularis: licet illius Ecclesiæ monumenta videre hactenus non potuerim. Priori dictæ Ecclesiæ S. Gregorij & Abbati S. Iuliani scribit Innocentius III. lib. 1. folio 283.

In eadem Diœcesi est monasterium S. Mariæ Lacrymarum Castri Triuij nostræ Congregationis Lateran. sed & Ecclesiam S. Mariæ Castri Ispelli Collegiatam Regularem extitisse indicat Prior, qui illius collegij est caput.

Ecclesia Amelien sis olim Regularis fuisse conuincitur ex picturis Canonicorum Regularium, qui nunc etiam in dicta Ecclesia picti cernuntur. Erant olim in Ciuitate Ameliæ duæ Ecclesiæ Canonicorum Regularium antiquæ Congregationis Lateran. videlicet sanctæ Romanæ, ac sancti Pauli ex supradicto priuilegio Gregorij IX. sed modò Clericis secularibus sunt commendatæ.

In eodem Ducatu Spoletano aliæ plures erant Ecclesiæ eiusdem Ordinis ad Congregationem Lateran. spectantes, quas Gregorius IX. in dicto priuilegio recenset. Eas verò omittimus, quòd Collegiatæ non essent, sed vel parochiales, vel capellæ per Castra, & Villas sparsim existentes.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De Ecclesia Perusina, & Sancto Herculano eiusdem Ecclesiæ Episcopo, & Martyre Canonico Regulari.

I. Ecclesiam Perusinã ab antiquo tempore Canonicos Regulares secundum B. Augustini regulam Altissimo famulantes rexisse, constat primò ex Prouinciali Romano, in quo eadem Ecclesia vsque ad Alexandri Sexti tempora Ordinis D. Patris Augustini nuncupabatur: illam enim Iulius II. qui Alexandro VI. immediatè successit ex Regularibus ad Canonicos seculares transtulit. Constat secundò ex literis Innocentij III. Archypresbytero, & Canononicis dictæ Ecclesiæ directis, in quibus nonnullas constitutiones ab illis pro reformatione canonicæ disciplinæ factas confirmat. Sed & regulæ B. Augustini ibidem meminit, quæ in .lib. pag. 22. videri possunt. Vetustissima etiam illius Ecclesiæ tabularia id manifestè indicant, & claustrum eidem Ecclesiæ contiguum, quod nũc etiam supersest, & Prior claustralis, qui inter canonicos creatur. quid? quod ante annos circiter viginti ipsimet Canonici seculares in dicta Ecclesia officium B. Patris Augustini eum octaua iuxta morem veterum Canonicorum Regularium celebrabant, quem ritum Perillustris, & Reuerendissimus D. Neapolco de Comitulis, qui nũc eidem Ecclesiæ præest, multis quidem titulis suspiciendus Episcopus abrogauit. Verùm quo tempore institutum Canonicorum Regularium inuehi cœperit in ipsam Ecclesiam Perusinam, antiquæ illius tabulæ ad tempora B. Herculani sanctissimi illius Episcopi, & martyris huius nominis secundi hoc reijcere videntur, cum inquiunt, Beatum Herculanum factum Episcopum Perusinum clericos maioris Ecclesiæ instituisse more canonico viuere, omnemque clerum 2. 4. & 6. feria ieiunare. Nostri autem Lateranenses Augustinianum institutum ante Beatum Herculanum in eadem Ecclesia constituunt: nam in officio illius, quod summus Pontifex Pius V. cum alijs quorundam sanctorum Canonici Ordinis, qui in nostra Congregatione venerantur, approbauit, lectione 4. sic legitur: *Herculanus Perusii in maiori Ecclesia à quodam probatissimæ vitæ Canonico Regulari prima Religionis rudimenta edoctus, vbique postea professu ad tantam humilitatis, charitatis, omniumque virtutum perfectionem ascendit, vt defuncto Ciuitatis Episcopo, omnibus vno consensu efflagitantibus in eius locum fuerit electus, &c.*

Contrariò Constantinus Caietanus monachus Ordinis D. Benedicti in suo quodam libro sacrarum Concertationum, quem tamen non vidi, sed illius tantùm fragmentum, quod manuscriptum à præfato Perillustri, & Reuerendiss. Domino Neapolcone Perusino Episcopo accepi, hanc D. Herculani historiam gratis asserram, & ex turbidis fontibus ab aliquo otioso hausram liberè fatetur. Sanctum verò Herculanum monasticæ D. Benedicti regulæ professorem facere totis viribus conatur. Sunt hæc illius verba inter alia signanda: *Ex turbido denique fontibus ab aliquo otioso sancti Herculani historiam, quam etiam in diuinis officijs quotannis recitare boni illi Patres Augustinum non verentur, hausiam fuisse, & illud aliud insigne commendatiũ manifestat, quod vnà cum S. Herculano, &c.*

Porrò S. Herculanum professione monachum Benedictinensem, non Canonicum extitisse nonnullis ratiocinationibus suadere nititur, quas ego suo pondere fraudare videar, totidem verbis ipsomet amplificatas hic subijcio: sunt autem huiusmodi: *Sed has omnia (quæ Canonici Augustiniani asserunt) gratis asserta, quis non videt? nam in primis S. Magno Gregorio Ecclesiæ Doctori sanctissimo, ac ijs Ecclesiæ temporibus vicino, & qui nonnisi ex relatione sancti Floridi Tiserinatu Episcopi, & sancti Herculani ipsius discipuli scripsit, credendum est, monachum potius Herculanum, quam Canonicum dicemus. Gregorij verba sunt hæc: Floridus vir venerabilis Tiserinæ Ciuitatis Episcopus mihi narrauit, quoddam valdè memorabile miraculum, dicens: Vir S. Herculanus nutritor meus Perusinæ Ciuitatis Episcopus fuit, qui ex monasterij conuersatione ad sacerdotalis Ordinis gratiam est deductus. Ex conuersatione namque monasterij (vt ait Gregorius) petitum fuisse sanctum Herculanum, nihil aliud est, quàm monachum extitisse apertè declarat Arnulphus Aretinus Canonicus in eiusdem sancti Floridi vita, quam anno Christi 1077. ex vetustissimis eius Ecclesiæ monumentis conscripsit ad Theobaldum Tiserinatem Epis. in ea enim habet: Herculanus Episcopus cum ex monastica disciplina ad Episcopatus apicem euectus esset, sludebat & pontificalis dignitatis officium adimplere, & monasticæ institutionis normam inuiolabiliter retinere. Gratulabatur, & exultabat in Domino Herculanus Dei famulus, quod in exercitijs diuinorum operum sic tam feliciter æquiparare videbat Venerabilem Discretum Floridum. Vnde perficiens, eum sacra mysteria conficiendo satis idoneum, quanquam reluctantem, & indignum se proclamantem, cunctis, qui seu ex Tiserno, siue ex Perusino aderant, gaudentibus, atq; collaudantibus, eum consecrauit presbyterum.*

Arnulpho huic aretino, & docti quidq; scriptores assentiuntur, vnde Cæsar Baronius Cardinalis de eodem sancto Herculano ex monastica quidem vita ad Episcopatum peruenisse scribit Gregorius. Philippus etiam Ferrarius: Herculanus Perusiæ in cœnobio vitam monasticam laudabilem ducens, eum vrbis Episcopus postea creatur.

Hũ quoque suffragantur Codices manuscripti Ecclesiæ Perusinæ, ac sancti Petri Perusini, ex Cassinen-

Congre-

Congregationis Monachorum, qui, & Herculanum non solum Monachum, sed etiam Benedictinum affirmant apertissimè. Caterum quanti Codices huiusmodi auctoritatis sint, ex eo maximè cum ex sacris locis, probatis sanctorum habeantur, fidem faciunt Ambrosius, Augustinus, Gregorius, atque alij Martyrologiorum inscriptores Vsuardus, Ado, cæteriq; Sanctorum Codices suis passim in libris adducunt. atque vt Canonistarum Canonicorum Codicum hic Romana sedes habere debet Ecclesia, quam diuini officij de Sancto, lectiones ex eiusdem Codicibus decerpere consueuit. Hũ omnes testimonij sacrorum Cardinalium Rituum Congregationis Romæ in ipsius propria Ecclesia Perusina cum vbera Ecclesiæ Nicolaus Comitulus curauit, post à legentem Romæ sacrum recognouit, approbauit, anno 1605. & Romæ sacrum recognouit, approbauit, anno 1605. & in Missis Nouembris de Martyre hoc nostro inter alia dicunt. Herculanus secundus huius nominis Perusiæ Episcopus, cum in Cœnobio ex sancti Patris Benedicti regula fundato, vitam monasticam magnam laudis duxisset, tandem Ecclesiæ Perusinæ præfectus ordinatur.

Antiquum ipsa adhuc fundamentis celeberrimum & antiqua sane scriptor Ioannes Trithemius inhæret veteri Cardinalis Baronius sit, annumerat eundem sanctum Herculanum inter monachos Ordinis sancti Benedicti, & Trithemij testificatio. Herculanus sanctus prælatus ex monachis vir sanctissimæ conuersationis fuit, qui multum pro Christo labores martyrij tolerauit pronunciat. Quæ Trithemij sententia quam vera sit, Ioannes Baptista Brachesius ex Ordine Prædicatorum, cum laudabiliter meminit Cardinalis Baronius noster ad Martyrologium Romanum, optimè nouit, eundem sanctum Herculanum fuisse monachum Benedictinum Perusinum ex Cœnobio, quod sancti Pauli extra muros Romæ curauerunt.

Hisce patronis adnectit Benedictina sancti Herculani vitæ suæ argumentum maximè esse faciendum, quod etiam memor Baptista Brachesius optimè etiam probauerit sanctum Herculanum quamplurimos Dei viros auctoritate ex ipsa Romam adduxisse, & ij eius in progressione sanctæ per Vmbriam, Sabinam, & Tusciam, vestigia monasticam, aut Eremiticam excoluisse vitam omnino non dubitarunt. Imò & eorum nonnulli Cœnobia sibi illius, an alium, quàm sancti Benedicti Regulam deseruerint, obseruandam, monachis tradiderint, quod nullo negotio, nisi breuitati consulerentur, demonstrare possemus. præsertim tamen ex pernantiquo monasterio monasteriorum Ferentilli, Vallis Narci, hunc Ioannis Nursiæ, & aliorum, in quibus Benedictinæ Regulæ professæ, certissimè constat Lazarum, Ioannem Fortiscum, Ioannem alium, Isaac, Eleutherium, atque Flaminianum, sanctitate illustres, omnes Benedictinos confessos: sed & hæc eadem monasteria cum adiacentibus Ordinis sancti Benedicti, censeri, & esse confessa fatentur.

Quamvis autem ingenij quisque Lectores sacræ Historiæ habeant, si ante oculos ponent, sanctum Be-

Congregationis Monasterij, qui, & Herculanum non solùm Monachum, sed etiam Benedictinum affirmant apertissimè. Cæterum quanti Codices huiusmodi authoritatis sint, ac eo maximè cum ex sacris locis, probatisque autoribus habeantur, fidem faciunt Ambrosius, Augustinus, Gregorius, atque alij Martyrologiorum insignes scriptores Florus, Beda, Vsuardus, Ado, cæteriquè huiusmodi sanctos Codices suis passim in libris testes adducunt. Atque vt Canonizatorum Canonumque Pontificiorum autoritatem de his ipsis Codicibus reficiam, vnabis Romana sufficere debet Ecclesia, quam diuinis officijs de Sancto, lectiones ex eisdem Codicibus decerpere consuevit. His innixa testimonijs sacra Illustrissimorum Cardinalium Rituum Congregatio cum officia propria Ecclesiæ Perusinæ eius vrbis Episcopo Neapolitano Comitulo curante, post diligentem à Baronio factam recognitionem, approbassit, anno 1605. die 12. Martij Nouembris de Martyre hoc nostro inter alia decreuit. Herculanum secundus huius nominis Perusiæ Episcopus, cum in Cœnobio ex sanctis Patris Benedicti institutis Perusiæ fundato, vitam monasticam magna cum laude duxisset, tandem Ecclesiæ Perusinæ antistes ordinatus.

Antiquissimus ipsa adhuc fundamentis celeberrimus & antiquæ sanè scriptor Ioannes Trithemius inhæret, et etiam Cardinalis Baronius aut, annumerat eundem sanctum Herculanum inter monachos Ordinis sancti Benedicti, & Trithemij testificatio. Herculanus Episcopus Perusiæ ex monacho vir sanctissimè conuersatus fuit, qui multos pro Christo labores martyrij palma terminauit. Quæ Trithemij sententia quam vera vera sit, Ioannes Baptista Bracheßius ex Ordine Prædicatorum, cum laudabiliter meminit Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, optimè confirmat, eundem sanctum Herculanum fuisse monachum Benedictinum Perusino ex Cœnobio, quod sancta Benedicta extruendum curauerunt.

Illud præterea aliud de Benedictina sancti Herculani professione argumentum maximi est faciendum, quod idem Ioannes Baptista Bracheßius optimè etiam probat, eundem sanctum Herculanum quamplurimos Diuinæ comitatus ex Syria Romam aduenisset, & ij eius in peregrinatione socij per Vmbriam, Sabinam, & Tusciam, plerosque vel monasticam, aut Eremiticam excoluisse vitam commemorarent. Imò & eorum nonnulli Cœnobij effecti Abbates, non aliam, quàm sancti Benedicti Regulam obseruarunt, obseruandamq; monachis tradiderunt, id quod nullo negotio, nisi breuitati consuleremus, demonstrare possemus. præcipuè tamen ex perantiquis monumentis monasteriorum Ferentilli, Vallis Narci, Farfæ, Spoleti, Nurciæ, & aliorum, in quibus Benedictinos Abbates præfuisse, certissimè constat Lazarum, Ioannem, Maurum, Fortiscum, Ioannem alium, Isaac, Eleutherium, atque Florentinum, sanctitate illustres, omnes Herculani condiscipulos: sed & hæc eadem monasteria cum adhuc extent, Ordinis sancti Benedicti, censeri, & esse manifestè fatentur.

Quæ cum veritatem ingenui quique Lectores facilè sibi persuadebunt, si ante oculos ponent, sanctum Benedictum Regulam à se diuinitus scriptam ab anno Christi 497. ad 543. quo mortuus est, vt ex Magno Gregorio, ac fide digno scriptoribus alijs fusius nos alibi probabimus, monachos docuisse, ac per vniuersa Christiani Orbis partes euulgasse. Quod si quispiam negauerit, negare illi necesse erit & Romanæ Ecclesiæ autoritatem, quæ de Patriarcha hoc nostro inconcussè testatum reliquit, quod monachorum disciplinam in Occidente penè collapsam restituerit, ac mirificè propagauerit. negare illi necesse erit idem erit, & Faustum eiusdem Magni Benedicti discipulum sanctitate clarum, testemque oculatum de ipso Monachorum Patriarcha scribentem. Tantam à Domino promeruit gratiam vt nemini post Beatos, ac primos Apostolos vnquam fuerit secundus: sed potius, Deo seruante, tot Sanctorum extiterit fundator Cœnobiorum, tantaque Domino acquisierit millia monachorum: sed de Regula monachorum à Benedicto Principe Occidentis legislatore, longè, latèque propagata, cum nos pluribus alijs tractauerimus, hoc loco sit satis attigisse. Cæterum cum sanctus Herculanus ex monastica conuersatione deductus, & ipse monachus Perusinus fuerit ordinatus Episcopus, deinde etiam sua ea in Ecclesia monasticas disciplinas, & virtutes tam ipse obseruauerit, quam alios docuerit, quo sanè pacto iam asserti Canonici affirmant Augustiniani hac ipsa in Cathedrali à Regulari quodam probatissimæ vitæ Canonico, eundem illum prima religionis rudimenta edoctum, ibiq; professum, in Episcopum postea assumptum, & etiam Canonicorum sancti Augustini Regularium instituta, & cæremonias non solum docuisse, verùm etiam eorundem Canonicorum obseruantiam, quæ ibidem diutissimè floruerat, & quæ à prima institutione deflexerat, ad pristinum statum reformasse? quo pacto inquam hac affirmare audent, cum & Perusina eadem Ecclesia Ordinis sancti Benedicti potius extiterit, nec aliquando sancti Augustini Canonicos, sed Benedictinos tunc temporis habuerit Regulares?

Canonici insuper Augustiniani seipsos etiam decipere cognoscuntur, cum volunt, maiorem Perusij Ecclesiam ea sancti Herculani tempestate fuisse illam, quæ hodierna hac die eandem intra ciuitatem Sancto Laurentio dicata veneratur. cum eadem potius in Perusino suburbio, ac in monte cognomento Caluario sancti Petri nomine diceretur. qua & eadem ipsa est, cuius meminit in Dialogo Magnus Gregorius. Hanc tamen maioris commoditatis gratia permultos post annos intra Ciuitatē transtulit Rogerius eius loci Episcopus. Ipsa verò D. Petri Ecclesia, quæ Benedictinorum Cassinensium institutionibus hodie subiacet, à monachorum Patriarcha Benedicti Regula obseruatione nullo vnquam tempore discessit, quod clarissimum sit ex vita sancti Petri eiusdem monasterij Abbatis, qui Othonis magni Imperatoris ætate vixit. Ex eo etiam quod S. Petri Damiani de perantiquo altero illius monasterij Abbate sanctitate insigni testatur. atque demum ex Pontificum Romanorum priuilegijs Cœnobio eidem elargitis, in quibus hac inter alia habentur: In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti Regulam in eod-

monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuo ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.

Ex turbidis denique fontibus ab aliquo otioso eam de S. Herculano historiam, quam etiam in diuinis officijs quotannis recitare boni isti Patres Augustiniani non verentur, haustam fuisse, & illud aliud insigne satis mendacium manifestat, quod vna cum S. Herculano, & Canonicos, quos, vt diebam, suos regulares intelligunt Augustinianos gladio interemptos fuisse volunt. Verum enimverò, & hoc ipsum sicut, & superiora omnino commentitia esse, optimè percipient ij, qui tam veteres, quàm recentiores Scriptores præmanibus habebunt. Percipiēt inquam, quod cum sancto Herculano Episcopo nec presbyter, nec clericus, non modò Augustinianus gladio fuerit interemptus, & exultabit lingua mea iustitiam tuam Deus &c. Hæc Constantinus Caietanus, quæ sicut ad manus meas venerunt, fideliter reddenda curaui, ne vllà prorsus immutatione, siue per augmentum, siue diminutionem.

III. HIctamen Constantinus apparatus, ac tantus verborum strepitus, tot scommatum ornatibus tumens, ac turgens, non adeò solidus est, vt vel vno ictu totus disrumpi, & in aërem solui non posset, nec tanti ponderis, vt ad illum refutandū manum calamo admouere deberemus, nisi iam à pud nonnullos ista de S. Herculani professione disceptatio in rem iudicatam, parte inaudita, pertransisset. Quod fide oculata didici, cum anno superiori in Ecclesia S. Laurentij Perusinæ quadragesimales conciones ad populū haberem, è quorum mentibus errorem, quem radices iam fixisse reperi, non per verba volantia, sed per scripta manentia conuellendum existimaui.

Hoc autem vt efficiam, illis suppositis, quæ hactenus de Canonici Ordinis institutione, & propagatione disseruimus, contra Constantinum Caietanum sequentes veritates euidentissimè probabo. quarum prima hæc est: Sanctus Herculanus potuit esse Clericus Canonicus ex Ordine reformato per S. Augustinum. Secunda S. Herculanus non fuit monachus instituti D. Benedicti, sed nec esse potuit. Tertia, S. Herculanus verè fuit Canonicus, siue Clericus Regularis sacri ordinis Apostolici reformati per S. Patrem Augustinum. In istis veritatibus probandis, & firmandis, vt modestiùs cum Constantino agamus, quam ille cum canonicis Augustinianis, eam partem omittam, quæ conuitiorum parergis illius orationem exornat, dum canonicos Augustinianos, quod in officio S. Herculani supra narratam historiam legant, viros otiosos vocat, inuerecundos, ac insigniter mendaces.

Prima igitur veritas probatur ex eodem fundamento, cui soli nititur Constantinianum ædificium, illud autem est autoritas Magni Gregorij dicentis, S. Herculanum ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis dignitatis gratiam euectum. Verum quò tempore B. Herculanus ad sacerdotalis dignitatis gratiam euectus est, solis luce clarius constat, clericos canonicos multa monasteria, tū in Africa, tum in Europa habuisse, nisi forsan dicas, monasteria Africana per Wandalos iam subuersa, & vastata, quod ad rem non facit. Et quidem quod ante D. Herculanum canonici Augustiniani haberent monasteria in Africa, plus notum est, quàm quod probatione indigeat. Quod etiam domus Canonicorum Augustinianorum vocarentur monasteria: apparet ex Possidonio in vita Aug. c. 5. 11. & 15. ex ser. 1. D. Augustini de Com. vita cler. dicentis: Volui habere mecum in domo Episcopi monasterium clericorum, quæ sola autoritas totam Constantinianam argumentationē eludit, dum iocatur, idem esse S. Herculanum assumptum fuisse ex institutione monasterij, & ex institutione monastica, quòd leue est commentum. nam si omnia monasteria. & monasteriorū instituta Benedictinensi familiæ sint vendicanda, vbi, aut quid erant tot monasteria Canonicorum Regul. siue Clericorum Augustinensium? quæ monasteria vocauisse Augustinum & etiam Pontifices Romanos, & Concilia, & superius ostendimus, & etiam inferius ostendemus. Quod verò ante S. Herculanum fuerint monasteria canonicorum in Europa, maximè in Italia, apparet ex dictis superius de Ecclesia Later. per Gelasium I. formata, de alijs Ecclesijs Neapoli, Mediolani, Bergomi, Vercellis, & Nouariæ, ex quibus ipsemet Augustinus institutum Regularium Clericorum didicit. & accepit quod in Africa plantatis. Dices: At illæ vocabantur Ecclesiæ, non monasteria. Respondeo vocatas tum Ecclesias, tū monasteria, quod præter autoritatem irrefragabilem D. August. & Possidij proximè allegatam, habetur ex D. Basilio in lib. Constitutionum monasticarū cap. 19. cuius est titulus: Ad Canonicos Regulare vitam in monasterijs degentes, & ex Concil general. Calced. celebrato anno 450. c 8. vbi fit mētio clericorū in monasterijs degentiū, vt recētiora Concilia Turonensia, Arelatensia, Aquisgrani, Moguntinum, & alia omittamus, & vt semel dicamus, cum temporibus D. Herculani longè plura fuerint monasteria Canonicorum Augustinianorum, quàm monachorum D. Benedicti, qui vix de ouo erumpere incipiebāt, facilius fuit, D. Herculanum ex monasterio Canonicorum assumi, quàm monachorum Benedictinensium. Sed puto istam veritatem euidentem adeò esse, vt illam non percipere, vel manifestam Ecclesiasticæ historiæ ignorantiam arguat, vel debilitatem intellectus.

IV. SEcunda veritas, quòd nimirū B. Herculanus ex institutione monastica D. Benedicti assūptus non fuerit, sed nec assumi potuerit, ex temporum ratione deducitur, suppositis duobus, quorum alterum est D. Benedicti monachos ex illius S. Patriarchę institutione, & regula nō fuisse Clericos, neque deputatos clericatui, hoc enim est quod D. Thom. 2.2.q.186.art.8.ad 2 inquit, clericatum inesse monacho per accidens: quam ob

CAPVT DECIMVM

Benedictus in sua regula nihil de clericis. Alterum verò est, licet Gelasius I. Possidius 55. d. cum monachis dispensauerit, vt ab pœnarium clericorum possent in clericos ordinari, id tamen concessisse cum adhibita limitatione, ne ob id reliquis manerent confessiones de ijsdem Monachis dispensatum, poterit inter constitutiones de Monachis, quod ad rem attinet, erat contra Siricij Papæ in epist. 1. Decretali, quæ etiā Monachos 16. q. 1. præcipitus, monachus ante quadragesimum, & quintum ætatis annum ad Episcopalem dignitatem posse assumi. Sunt etiam hæc ipsius canonis formalia verba: *Nemo quoque, quæ tamen non sit grandior ætate, & sanctitatis fama commendatus, clericus ex monachis aggregari, & optamus, & volumus, ita vt per singulos gradus ex ætatis annum sint digni, in monasterio prius singulis crescente tempore promouendi, vt ab exorcismis, vel Psalmorum lectione, & si ad Diaconatus, vel Presbyterij officia prouehantur, & si ad Diaconatus, vel Presbyterij officia, nisi in ipsa ætatis per ætatem: nec ita ut ad Episcopatum culmen ascendant, nisi in ipsa ætate, qua supra dictarum supra præfiximus, tempora fuerit adepta.* Superius verò scilicet cap. 8. ostendi, talis terminus singulis ordinibus præfigitur, vt ab accessu adolescentiæ ad vltimum annum, qui digni reperti fuerint, inuicem ordinetur & Subdiaconatum sustineant, triginta verò anno Diaconatum, & post quinque annos Presbyteratum, & post decennium à facto Presbyteratu Episcopatum. Hæc ibi legimus in dicta epist. in primo volumine Concilium: quamus Gratianus in cap. Quicunque 77. d. vbi hoc caput refert, istam temporum rationem immutauerit, vt alia multa. Ex his apparet deduci non posse veritas istius assertionis ex illius ratione, ex annorum ratione. ac suppositione accepta, nam quo tempore B. Benedictus in monasterium fundare inceperat, necdum Episcopum Herculanum non solum clericum esse, verum etiam in sacris Subdiaconatus & Diaconatus ordinibus, ac fortassis etiam Presbyteratus constitutum. Ergo impossibile est, illum ex monasterio, vel professione, vel institutione sacrificuli Patriarchæ Benedicti ad sacerdotalis dignitatis gratiam fuisse euectum, vt mox Constantinus Magni Gregorij verba interpretatur. Sequelam nullus negabit: cum nec monachi D. Benedicto instituti ex illorum institutione essent clerici, nec legatur, aliquem illorum, qui se in prima fidei ordinis institutione clericali munere tradiderunt, clericum fuisse. Sed neque Beatissimus Patriarcha in sua regula clericorum meminerit, nec ipsi monachi ab eodem ordine, nisi prius aliquot annorum interuallo in monasterio probati, ad Clericatum assumi potuerint. Antecedens verò istius rationis ita probatur. Herculanus circa annum humanæ salutis 534. sub Vigilio Papa, & Totila Tyranno in

LIB. II.

eiusdem D. Benedictus in sua regula nihil de clericis disponit. Alterum verò est, licet Gelasius I. in cap. Presbyteris. 55. d. cum monachis dispensauerit, vt eò peniuriam clericorum possent in clericos ordinari: id tamen concessisse cum adhibita limitatione, nimirum vt saluæ in reliquis manerent antiquæ constitutiones de ijsdem Monachis diffonentes. porrò inter constitutiones de Monachis disponentes, quod ad rem attinet, erat constitutio Siricij Papæ in epist. 1. Decretali, quæ etiã refertur in c. Monachos 16. q. 1. præcipiens, monachos non ante quadragesimum, & quintum ætatis annum ad Episcopalem dignitatem posse assumi. Sunt enim hæc ipsius canonis formalia verba: *Monachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ, & fidei institutio sancta commendat, clericorum ijs in aggregari, & optamus, & volumus, ita vt quicunque trigesimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus, & sic ad Diaconatus, vel Presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant: nec ita quisquam ad Episcopatus culmen ascendat, nisi in his eadem, quæ singula dignitatibus supra præfiximus, temporis spatia custodita.* Superius verò scilicet cap. & eiusdem epist. talis terminus singulis ordinibus suscipiendis præfigitur, vt ab accessu adolescentiæ vsque ad trigesimum annum, qui digni reperti fuerint, minores ordines & Subdiaconatum suscipiant, à trigesimo verò anno Diaconatum, & post quinque annos Presbyteratum, & post decennium à suscepto Presbyteratu Episcopatum. Ita enim legimus in dicta epist. in primo volumine Conciliorum: quamuis Gratianus in cap. Quicunque 77. d. vbi hoc caput refert, ista tempora aliquo pacto immutauerit, vt alia multa. His suppositis deducitur veritas istius assertionis euidenti ratione, ex annorum ratione, ac supputatione accepta. nam quo tempore B. Benedictus vix monasterium fundare incœperat, necesse est B. Episcopum Herculanum non solùm clericum extitisse, verùm etiam in sacris Subdiaconatus, & Diaconatus ordinibus, ac fortassis etiam Presbyteratus constitutum. Ergo impossibile est, illum ex monasterio, vel professione, vel institutione sanctissimi Patriarchæ Benedicti ad sacerdotalis dignitatis gratiam fuisse euectum, vt male Constantinus Magni Gregorij verba interpretatur. Sequelam nullus negabit: cum nec monachi à D. Benedicto instituti ex illorum institutione essent clerici, nec legatur, aliquem illorum, qui se in prima saltem ordinis institutione illi instituendos tradidérunt, clericum fuisse. Sed nec ipse Beatissimus Patriarcha in sua regula clericorum meminerit, nec ipsi monachi ab eodem instituti, nisi prius aliquot annorum interuallo in monasterio probati, ad Clericatum assumi potuissent. Antecedens verò istius rationis ita probatur: B. Herculanus circa annum humanæ salutis 544. sub Vigilio Papa, & Totila Tyranno in ruina Ciuitatis Perusinæ per martyriũ cursum cõsummauit, vt Baronius testis pro eiusdem S. Herculani Benedictina professione à Cõstãtino productus, ac idcirco maior omni exceptione, in notis ad Martyrologium sub die 7. Nouemb. ex Sigiberto, & Mombritio fatetur. Ergo inter illius Diaconatum, & assumptionem ad Episcopatum quindecim saltem anni intercesserunt ex prædicta Constitutione Siricij Papæ. His addendi sunt saltem quatuor, aut quinque anni, in quibus Minores Ordines, & Subdiaconatum sumpsit, ac in eisdem ordinibus scipsum exercuit, iuxta vetustissimam Ecclesiæ traditionem, de qua non est nunc differendum. Igitur ab initiatione S. Herculani ipsi clericatui vsque ad assumptionem ad Episcopatum viginti saltem anni intercesserunt. Viterius certum est, eũdem Herculanum aliquot annis in Episcopali dignitate vixisse, quippe qui illam Ecclesiam optimis institutis reformauit, & tantam autoritatem apud omnes cines sibi conciliauit, vt Ciuitatem à Gothis obsessam magis suasione, quàm ciues armis defenderit, quã ob causam iussus est viuus decorticari: quæ non facilè vno, vel etiã altero anno fieri possunt, quæ res adhuc magis confirmari posset, si vera essent, quæ D. Gregorius illorũ temporum vicinus eod. lib. 3. c. 13. scribit, Perusinam ciuitatem septennij obsidionẽ sustinuisse. Hoc de Clericatu B. Herculani, & illius ad Episcopatum assumptione constituto, videamus nunc, quo tempore B. Benedictus monasteria fundare cœperit, & monachos in eis congregare, non me latet, Constantinũ, vt scopulos præcaueret, illa verba ex industria posuisse: *Quam veritatem ingenui quique lectores facile sibi persuadebunt, si ante oculos ponent, sanctum Benedictum Regulam à se diuinitus scriptam ab anno Christi 497. ad 543. quo mortuus est, vt ex Magno Gregorio, & fide dignis aliis scriptoribus fusius nos alibi probabimus, monachos docuisse, &c.* Verùm ingenui lectores hæc de regula à B Benedicto anno Domini 497. diuinitùs scripta sibi ob oculos saltẽ pro veritate ponere nõ possunt qui legunt, D. Gregoriũ lib. 2. Dialogorum c. 3. scribentem S. Benedictum post deuictas tentationes, post fractum signo Crucis vas vitreũ cum veneno sibi propinatũ, relicto monasterio, quod ad preces quorundam monachorum regendum susceperat, in solitudinem fugisse, ibique diu permansisse: ac exinde cœpisse multos ad illum congregari, & tunc duodecim monasteria ibi cõstruxisse, & tunc etiam cœpisse nobiles Romanos ad illum concurrere, & tunc Equitium, ac Tertullum nobiles Romanos suos filios Maurum, & Placidum illi instituendos tradidisse, id enim non nisi anno salutis 523. contigisse, ostendit sub eodem anno Baronius tom. 7. num. 11.

V.

MVltò minus eandem fabellam sibi pro veritate ob oculos ponẽt ingenui lectores, quicunque legerint in Actis S. Mauri Abbatis eiusdẽ Benedicti discipuli scriptum, ipsum Diuũ Benedictum

dictum ex hac vita migrasse 12. Kal. Aprilis in sabbato sancto, & Marianum Scotum explicatiùs illius obitum referentem in annum Christi 603. cum vixisset annos 96. quin & Sigibertum Gemblacensem, & Trithemium omnes ex Benedictino instituto monachos eandem sententiam, vt veriorem, prædicantes, aut si demus, illos in hoc deceptos alijs errandi occasionem præbuisse, in hanc tamen Constantinianam sententiam nunquam descendent, qui cum Leone Hostiensi, & Baronio tom. 6. sub anno 494. num. 71. senserint ipsum D. Benedictum natum anno Christi 480. quomodo enim regulam Monachis tradere potuisset, qui necdum prima vitæ monasticæ documenta exactè in tam tenera ætate discere potuerat? Supponamus igitur cum Cardinali Baronio B. Benedictum non ante annum Christi 523. monasteria erigere, monachos congregare, instituere, & regulis informare cœpisse, iam ab illo tempore vsq; ad B. Herculani obitum non plus quam annj vnus & viginti intercedere potuerũt, cum vt diximus, B. Herculanus anno 544. martyrio cursum suum consummauerit. Verùm si B. Gregorio fidem adhibemus, necesse est dicere, ipsum B. Herculanum septennio saltem obsidionis Perusinæ Cathedram Pontificalem tenuisse, & adhuc ex Constitutione Siricij Papæ superius memorata decem annis presbyterum ante Episcopatum mansisse, & alijs quinque Diaconum, qui integrum numerum annorum intercedentium inter primam institutionem Benedictinam, & obitũ B. Herculani explent, & superant, vt alios annos omittamus, in quibus idem sanctus vir in Minoribus, & sacri Subdiaconatus Ordinibus se se prius exercuerat? Igitur de vltimis ad primã pedem referendo, antequam D. Benedictus monasteria erigere, & monachos instituere cœpisset, B. Herculanus iam inter Clericos erat numeratus, & saltem inter Diaconos constitutus.

VI. QVæ ratio in hunc modum roborari adhuc magis poterit, si supponamus B. Herculanũ, antequam à ciuibus Perusinis Pontifex postularetur, ex longa conuersatione in monasterio Perusino ante habita illis optimè notum, & probatum fuisse, quod nec Constantinus negat, quin & constanter asserit: hoc namque supposito necesse erit dicere, monasterium illud iam Perusij extitisse, antequam D. Benedictus in montibus Simbruinis prima suorum monasteriorum fundamẽta proijceret, vt ipse Herculanus iuxta Pontificias constitutiones per conuenientia temporum interualla ad singulos ordines ascenderet. Ergo cœnobium illud, ex quo D. Herculanus ad Pontificalis dignitatis culmen fuit euectus, ex D. Benedicti instituto nullatenus esse potuit.

VII. SEd adhibetur ad maiorẽ corroborationẽ eiusdẽ veritatis hæc secũda ratio, quo tempore S. Herculanus in monasterio Perusino conuersabatur, siue ante assumptionẽ D. Herculani ad gratiã sacerdotalis dignitatis, monachi D. Benedicti nullũ monasteriũ Perusii habebant. Ergo frigida est ista Cõstantini imaginatio de Benedictina D. Herculani professione, antequam ad episcopalis dignitatis gratiã assumeretur. Sequelã istius ratiocinis suppono, vt manifestã: quia tã ipse Cõstãtin', quàm Canonici Augustiniani cõueniunt, B. Herculanũ assumptũ fuisse ex aliquo monasterio Perusij tunc existente. Assumptũ verò probatur, nã D. Gregorius in Dialogis Chronicæ monasterij Cassinensis, Baronius, & alij antiquiores, qui monasteria à D. Benedicto vel etiam ab illius discipulis illo vigente exstructa recensuerunt, illud monasterij Perusij, siue ab illo, siue à Perusinis ipso viuẽte exstructi, ne per somniũ quidem meminerunt, quis verò credat, omissuros, si eiusmodi monasteriũ Benedictinũ reuera ibi fuisset institutũ, cũ aliorũ tum à D. Benedicto in montibus Simbruinis, & in monte Cassino, tum à B. Placido in Sicilia extractorum distinctè, specificè, & conceptis nominibus meminerint?

Patiantur obsecro tarditatem meam, qui ingenio præuolant. Si B. Herculanus ex monasterio assumptus fuit, quod Perusini D. Benedicto exstruxerunt, eiusmodi monasterium quodnam fuit, & vbi extitit?

Respõdet Constãtinus, illud fuisse monasteriũ B. Petri, vbi tunc D. Benedicti institutio vigebat, & nunc etiã viget, nec vllo tempore à monachorum D. Benedicti institutionibus defecit. At ego hic loci ego volebam, nam istud vltimum præsidium, ad quod velut ad sacram Anchorã recurrit, tandem illius assertionem Solis luce clariùs euertit, quòd solùm ad hominem saltẽ sufficiat ostendendum, & quidem inuincibiliter, B. Herculanum non monachum siue ex D. Benedicti, siue etiam alterius cuiusuis instituto, sed clericum regularem necessariò extitisse, primò namq; vbi reperit Cõstantinus, monachos tempore B. Herculani, aut etiã quadringẽtis annis post illius obitum immediatè sequentibus, monasterium B. Petri in Suburbio, in loco, qui mons Caluarius dicitur incoluisse? Legat quæso vitam B. Petri eiusdem monasterij primi Abbatis ex Ord. D. Benedicti: legat historiam manuscriptam eiusdẽ monasterij, quam viri docti & nobiles, & probatæ fidei non pauci eiusdẽ Ciuitatis viderũt. Videat insuper Ecclesiæ Perusinæ historiã, videbit, Ecclesiam D. Petri non ante monachis Benedictinis traditã, quàm Rogerius Ciuitatis Episcopus nouam Cathedralem intra Ciuitatem, quæ nunc S. Laurentij dicitur, exstruxisset, & in eam ex dicta Ecclesia S. Petri sua, & suorum canonicorũ sedem transtulisset: quæ omnia circa tempora Othonis III. Imperatoris contigerunt, quibus temporibus Honestius eiusdem Ciuitatis Perusiæ Episcopus, & Rogerij successor Petri Abbati Benedictino Ecclesiam Sancti Petri concessit, vt ibi monasterium secundum Regulam D. Benedicti insti-

tuerit.

tueret. Ante id temporis ostendat Constantinus, etsi Ecclesiam monachorum D. Benedicti fuisse, ac vt illi etiam indulgeamus, ostendat Perusinam aliquod aliud monasterium vel D. Benedicto, vel illius monachis exstruxisse.

Præterea D. Petri Perusina Basilica temporibus B. Herculani, & sequentibus vsque ad Rogerium Episcopum, qui fuit circa annum 980. plus minus, maior Ecclesia erat, vel vt vocant Cathedralis ipsomet fatente, & asserente. Verùm monachos D. Benedicti temporibus S. Herculani, qui eiusdem D. Benedicti contemporaneus extitit, Ecclesias Cathedrales tenuisse, Constantinus quo probabili documento ostendet? eo præsertim tempore quo vix ex Sublacensibus tugurijs erepere incipiebant, homines sanctissimæ quidem vitæ, sed omnes Laici, vt vulgi more loquamur ob vocabulorum indigentiam, id est nullo adhuc clericali charactere insigniti, quibus D. Benedictus non vt clericis, sed vt laicis regulam vitæ præscripserat, in qua de clericis monachis ne verbum quidem habetur.

VIII. Tertiò si S. Herculanus ex monastica D. Benedicti institutione assumptus fuit, vt hoc tam gratis concederemus, sanè inter primos ipsius D. Benedicti discipulos veniret connumerandus, vtpote vel ætate maior secundũ aliquos, aut saltẽ illi æqualis: & cum fuerit insignis nõ solùm Episcopus, sed etiã Christi martyr, cõsequẽs erit, vt primus ex familia D. Benedicti Episcopus, & martyr, eodem Benedicto adhuc superstite, sit omnium constituẽdus. Hoc si ita est, cur venerãdi monachi illũ ab antiquo tẽpore in suis Martyrologijs minimè scripserunt? cur illi sua officia minimè persoluerunt, cur B. Gregorius, qui aliorum D. Benedicti discipulorum sanctorũ, & martyrũ meminit, & alij vetusti, qui Sanctorum Placidi, Mauri, & aliorum, & Sanctissimi Patriarchæ res gestas tanta diligentia tam accuratè literis cõscripserunt, vnius Herculani primo loco ante omnes recensendi, ne per somnium quidem meminerunt? sed nec ex recentioribus aliquis fide dignus, & probatus autor illũ in albo Sanctorum Benedictinensium reposuit? parũ igitur probabilia sine, quæ Constantinus de Monastica Benedictina S. Herculani professione scribit.

Postremò vetusta, & cõstans est Ecclesiæ Perusinæ traditio, B. Herculanũ statim ad Episcopalem dignitatem euectũ, clerum reformasse, & optimis Regulis Clericalibus instituisse, quin etiam illos more canonico seu regulari viuere constituisse. Ergo necesse fuit, illum inter clericos, & cũ clericis regulariter, & more canonico viuentibus ante illud tempus degisse, non inter monachos Benedictinos, qui vix vnum sacerdotem, aut diaconum per singula monasteria per id temporis habebant, vt ex regula D. Benedicti cap. 62. habes.

IX. Tertia tandẽ veritas, quod S. Herculanus fuerit verè clericus canonicus, siue regularis, ex instituto per D. Patrẽ Augustinũ instaurato, multipliciter etiam probatur, & primò quidem ratione proximè facta, quia veteres Ecclesiæ Perusinæ tabulæ, quæ in antiquo officio S. Herculani recitabantur, expresè habent, B. Herculanum ex monasterij conuersatione assumptum, clericos maioris Ecclesiæ more canonico viuere instituisse. Hinc verò euidens præsumptio est, illum professione canonicum antea extitisse, quomodo enim regularis vitæ instituta suis clericis tradere potuisset, & illos ad normã vitæ canonicæ reformare, nisi prius ipse eiusmodi instituta apprimè doctus fuisset in aliquo Collegio Canonicorum?

Ad hæc B. Herculanus, venerando P. Constãtino fatente, in monasterio Ecclesiæ Beati Petri, ante Episcopatum regularis vitæ institutum profitebatur. At illo tempore Ecclesia B. Petri Perusina Cathedralis cum esset, non monachorum D. Benedicti, nec alterius instituti, sed Clericorum Regularium erat, sicut omnes primæui illius tẽporis Basilicæ, vt in antecedẽtibus ostendimus. Ergò vel ex hoc capite, quod aduersæ partis præcipuum est fundamentum, maximè probatur clericalis institutio B. Herculani.

Præterea certum est, in Ecclesia Perusina regulare D. Augustini institutũ ab antiquissimo tempore viguisse vsque ad Iulium Papam huius nominis Secundum. Tradunt etiam Perusinæ tabulæ, B. Herculanum suos clericos maioris Ecclesiæ more canonico viuere instituisse. Ergò ante B. Herculanum in Ecclesia Perusina non erant monachi, sed clerici. Ergo & post S. Herculanum fuerunt ibi clerici canonici, id est regulares. sed quod ad rem pertinet. Ergo vel ante D. Herculanum erant clerici canonici, & sic habemus intentum, cum S. Herculanus assumptus fuerit ex numero Religiosorum illius Ecclesiæ, vel ipse primus institutum clericorum canonicorum in Ecclesiam Perusinam introduxit, & sic cum introduxerit institutum D. Augustini, & cum suis canonicis communiter vixerit, saltem in Episcopatu fuit professor instituti Canonicorum Regularium Augustinianorum, præter quod verisimile admodum est, illud institutum in Ecclesiam Perusinam illum induxisse, cuius ipse professor antea extiterat: & vt semel dicam, si S. Herculanus huiusmodi institutum in Ecclesiam Perusinam non inuexit, aut saltem non reformauit, vt Canonici Augustiniani in suis officijs quotannis recitatis dicunt, quis alius huiusmodi institutum in Ecclesia Perusina plantauit? tandem quod omnẽ dubitationem tollere videtur, in Bulla Iulij II. per quam Ecclesia Perusina ex regulari est secularis effecta, dicitur illam à sua institutione fuisse regularem, & Ordinis S. Augustini, non ergo fuit aliquando instituta sub Ordine Monastico, siue D. Benedicti, siue alterius.

Secundò principaliter probari potest eadẽ veritas testimonijs duorum Historicorum non X.

mimoris certè autoritatis, quam eccem Arnoldi, & Brachesij, vel etiam Trithemij, cum alter Apostolicæ Ecclesiæ Bibliothecarius extiterit, alter non solùm Theologus, & legum Doctor sui temporis clarissimus, verùm etiam Historicus peritissimus, qui integram historiam à mundi exordio sex tomis distinctam ad sua tempora perduxit. Primus est Ioannes de Nigraualle in Epilogo Chronicarum tertiodecimo cap. 18. vbi in Catalogo Sanctorum Canonici Ordinis refert S. Herculanum Perusinæ Ciuitatis Episcopum. Hunc librum ex Bibliothecis monachorum D. Benedicti ad nos deriuasse, fidem facit, qui illum manu propria exemplauit, & Ioanni Alcatio Alemano tradidit, qui illum postea imprimendum curauit, nimirum Domnus Zacharias Vicentinus Benedictinensis, postea Episcopus. ita enim in fine ipsius libri habet: *Hæc omnia supra scripta de verbo ad verbum ex Chronica supradicti Ioannis de Nigraualle Bibliothecarij Apostolici per Reuerendum Patrem D. D. Zachariam Vicentinum Benedictinensem, postea Episcopum, manu propria fideliter transcripta.* Quod ad notandum duxi, ne quis prædictũ chronici fragmentum à Canonicis Regularibus sub falso titulo Ioannis de Nigraualle inuulgatum calumnietur, quod integrum illius Chronicon difficile inueniri possit. Alter est Augustinus Ticinensis in Dilucidario Christianarum Religionum part. 4. in vita ipsius S. Hereulani, vbi inter alia hæc habet: *Quum verò cælestem vitam in terris ageret in Ecclesia Perusina, Religionis prima elementa, sub quodam viro probatæ vitæ didicit,* & infrà *Cumque in Regulari Canonica secundum Apostolicæ perfectionis, & D. Augustini regulam iam professus esset, &c.* Contra quem si obijciat Caietanus, Ticinensem canonicum Augustinianum extitisse, obijciam ego eidé Constantino Ioannem item Trithemium, quem ille antiquum, & celeberrimum Scriptorem pro S. Herculani monachatu nobis obijcit, monachum Benedictinensem fuisse, cui Ticinensis noster vel antiquitate, vel eruditione historica est sine dubio comparandus, & æquiparandus, pluribusque etiam titulis tum eruditissimi Theologi, ac Diuini verbi Concionatoris, tum Iurisconsulti suorum temporum clarissimi eidem Trithemio præferendus, vt illius scripta sine alio laudatore prædicant.

XI. Sed vt omnem scrupulum amputemus, probatur hæc eadem assertio testimonio irrefragabili S. D. N. Pij Papæ V. in suo motu proprio, per quem officia Ordinis Canonicorum Regularium Cõgregationis Lateranensis probauit anno Domini 1570. inter ea namque officia, illa S. Herculani habetur historia, quam Constantinus Caietanus pro sua licentia ab aliquo otioso ex turbidis fontibus hausiam prædicat, ac etiam insigniter mendacem. qui motus proprius plenam fidẽ facit, præsertim in antiquis, vt tradunt passim Doctores, Felinus in cap. Cum à nobis. de testibus. Iason volum. 3. consil. 65. Socc. consil. 226. col. 2. vers. Ad secundum respondetur, Alexander vol. 1. consil. 6. col. fin. Decius consil. 445. nu. 15. & saltem transfert in aduersarium onus probandi contrarium, vt notant Felin. vbi supra, & Angel. consil. 368. vnde cum Pater Constantinus contrarium non probauerit, parum refert enter prædictam historiam ex turbidis fontibus à viris otiosis hausiam iocatur, nec plus aliquid dicam. His omnibus addo Decretum S. Congregationis Illustrissimorũ Cardinalium super Ritib. editũ anno 1612. per quod ipsa Congregatio probauit officia Canonicorũ Regularium Cõgregationis S. Saluatoris de Bononia nuncupatæ, inter quæ continetur eadem historia quæ recitatur quotannis à Canonicis Regularibus Congregationis S. Saluatoris Lateranensis, quod Decretum posterius est eo, quod pro monastica S. Herculani professione profert ipse Caietanus, & est huiusmodi: *Die 22. Decembris 1612. Officia hæc propria, & particularia recitanda in propriis solemnitatibus Sanctorum Canonicorum Regularium Congregationis S. Saluatoris Ordinis S. Augustini iam à Sede Apostolica approbata, & iterum in S. rituum Congregatione proposita, & de mãdato, & ordine eiusdem S. Congregationis retenta, emendata, & subscripta ab illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Bellarmino, eadem S. Rituum Congregatio approbauit, & vt à Canonicis eiusdem Congregationis S. Saluatoris recitari possint, & debeant iuxta rubricas in principio huius libelli positas, concessit, & indulsit, cum facultate, vt eadẽ subscripta effigia pro maiori totius ordinis præditi commoditate imprimi possint, & valeant, & ita censuit, & declarauit die 22. mensis Decembris 1612. R. Card. Bellarmin. F. Maria Cardinal. de Monte. Ioannes Paulus Mucantius Secret.*

Demum filius honorat Patrem suum, & seruus Dominum suum, ait Dominus per Malachiam 1. Si ergo S. Herculanus ex ordine Monachorum Benedictinensium fuit, debebant illi eum in albo Sanctorum sui ordinis reponere, debebant illum peculiaribus officijs quotannis venerari, sicut cum alijs eiusdem ordinis facere cõsueuerunt, vel ob id maximè, quod inter primos ex illo ordine in numerum Sãctorum relatos. Ille primus Sanctus, primus Martyr, & primus Episcopus fuisset: at inter Benedictinenses ante paucos saltem annos S. Herculani mentio nec habita, nedum peculiaria officia in eius laudem recitata: è contra Canonici Augustiniani illum semper inter præcipuos illorum ordinis Patres, Protectores, & Sanctos habuerunt, illi quotannis diuinum officium peculiari ritu persoluere consueuerunt. Quis ergo in dubium reuocet, num Monastico, an potius Canonico sit ordini meritò, ac iure vindicandus? meritò cum dicet vobis S. Herculanus ô Venerandi Benedictinenses, filius honorat Patrem, & seruus Dominum suum. Si ergo Pater vester ego sum, vbi est honor meus?

CAPVT

CAPVT DECIMVM NONVM.

Constantini Caietani argumentationes pro Monastica sancti Herculani professione superius adducta resoluuntur.

Onstare satis arbitror ex dictis, quid virium Constantinianæ argumentationes contineant ad assertam B. Herculani Monasticen probandam, cum illas ex duplici errore, iuris, & facti procedere nullus non animaduertat. Iuris quidem quòd censeat, idem S. R. Herculanum ex Monasterij conuentionali Episcopalis dignitatis gratiam cuectum, & ad Monasticæ professionem ad Episcopatum transeuntem, quod præterquam si pro vero admittamus, non tamen exinde inferret ex famulis Benedictinorum acceptum, quæ necdum ab eo emanarunt, tamen secundum rei veritatem ipsum est, & ostendit, illum non vidisse quæ de Canonicis in Monasterio degentibus scribunt D. Isidorus in institutionibus Monasticis cap. 19. Cassiod. Calcedonense c. 8 & de Monasterijs Clerorum, siue Canonicorum, D. Augustinus serm. 82. de communi vita Clericorum, & in Psal. 131. Possidius eius discipulus in illius vita cap. 5. n. 17. D. Ambrosius in epistola 82. & in sermone 69. de Natali B. Eusebij, Concilium item Turonense quartum cap. 8. Turonense tertium cap. Aquisgranense, Mogontinum, & alia, Venerabilis Beda lib. 4. Historiæ gentis Anglorum c. 4. Guilielmus Malmesburiensis in Libris de Regibus & Pontificis Anglicanis, Archidiaconus in cap. Quoniam 1. 4. 3. vbi dicit omnes Ecclesias Galliarum antiquitus consueuisse vocari Monasteria, vt Vuormatiense Bellonacense, D. Antonium, Lerinense Melanum lib. 1. de Canonicis cap. 12. & alios recentiores omittamus, ne in re notissima elaboremus.

Error ergo in facto eundem Caietanũ nullus non animaduertet, qui aduertat, illius rationes in falsa narratione fundatas, nempe quòd quæ nunc dicitur S. Petri Ecclesia Perusina Congregationis Cassinensis, tempore S. Herculani esset monasterium ordinis Sanctissimi Patriarchæ Benedicti, ad cuius postquam filiam est, quia illa Ecclesia Cathedralis tunc temporis erat, quæ per Clericos, non per Monachos regebatur: quam Benedictinos Monachi non ante annum Christi 980. vel circiter, quod mirum est illum ignorasse, facile credatur propria ignorare, qui eorum catalogos adeò est scrutator: & licet hoc ipsi facillimum esset ab eius nos molestijs libe-

CAPVT DECIMVM NONVM.

Constantini Caietani argumentationes pro Monastica sancti Herculani professione superius adductæ resoluuntur.

I. CONstare satis arbitror ex dictis, quid virium Constantinianæ argumentationes continent ad assertam B. Herculani Monasticen probandam, cum illas ex duplici errore, iuris, & facti procedere nullus non intelligat. Iuris quidem quòd censeat, idem esse, B. Herculanum ex Monasterij conuersatione ad Episcopalis dignitatis gratiam euectum, & illum ex Monastica professione ad Episcopatum fuisse assumptum, quod præterquam si pro vero admitteremus, non tamen exinde inferret ex familia Benedictinensium acceptum, quæ necdum adhuc eruperat. tamen secundum rei veritatem falsum est, & ostendit, illum non vidisse quæ de Canonicis in Monasterio degentibus scribunt D. Basilius in institutionibus Monasticis cap. 19. Concil. Calcedonense c. 8 & de Monasterijs Clericorum, siue Canonicorum, D. Augustinus serm. 1. & 2. de communi vita Clericorum, & in Psal. 132. Possidius eius discipulus in illius vita cap. 5. 11. & 15. D. Ambrosius in epistola 82. & in sermone 69. de Natali B. Eusebij, Concilium item Ardatense quartum cap. 8. Turonense tertium c. 24 Aquisgrani, Moguntinum, & alia, Venerabilis Beda lib. 4. Historiæ gentis Anglorum c. 4. Guilelmus Malbesburiēsis in Libris de Regibus & Episcopis Anglicanis. Archidiaconus in cap. Quæsitum 1. q. 3. vbi dicit omnes Ecclesias Galliæ antiquitus consueuisse vocari Monasteria, vt Vincentium Bellouacensem, D. Antonium, Iouinem Molanum lib. 1. de Canonicis cap. 12. & alios recentiores omittamus, ne in re notissima laboremus.

Errare etiam in facto eundem Caietanū nullus non intelliget, qui aduertat, illius rationes in falsa narratione fundatas, nempe quòd quæ nunc dicitur S. Petri Ecclesia Perusina Congregationis Casinensis, tempore S. Herculani esset monasterium ordinis Sanctissimi Patriarchæ Benedicti, id enim plusquam falsum est, quia illa Ecclesia Cathedralis tunc temporis erat, quæ per Clericos, non per Monachos regebatur: quam Benedictinenses Monachi non ante annum Christi 980. vel 990 obtinuerunt, quod mirum est illum ignorasse, cum non facile credatur propria ignorare, qui alienorum curiosus adeò est scrutator: & licet hoc facto facillimum esset ab eius nos molestijs liberare, ne tamen quæratur, nos illius argumenta consultò dissimulare voluisse, illius discursum nunc breuiter repetemus, singulis rationibus singulas adhibendo responsiones. ait igitur:

II. *Sed hæc omnia grauia asserta quis non videt? nam si Magno Gregorio Ecclesiæ Doctori sanctissimo, ac ijs Tottile temporibus vicino, &c.*

Respondeo. Principij petitionē meritò objici posse, quòd probāda pro veris supponātur, videlicet idē esse, fuisse assumptū ex cōuersatione monasterij, & fuisse assumptū ex conuersatione monastica: hoc n. principio negato, quod nullus eruditus nō negabit, primū illius argumentū flaccescit, & euanescit. Sed quia forsan Dialecticis parū assuetus hæc audiens Sophistā inclamabit. Respōdeo aliter, falsū esse, quod assumit, idē esse B. Herculanū fuisse assumptū ex conuersatione Monasterij, & ex conuersatione Monastica. nomē enim Monasterij commune est ad domus tam Canonicorum quām Monachorū, & æque dicūtur Monasteria domus Clericorum vnà communiter viuentium sicut domus Monachorū: & ante D. Benedictum, imò etiam D. Herculanū pleraq; Monasteria Canonicorū in orbe Christiano visebantur. Sed lege, si placet, quæ notauimus supra lib. 1. cap. 38. aut si libros nostros legere non dignaris, lege D. Augustinum, Possidium, & alios autores proximè citatos, sed præsertim ipsum Augustinū in expositione Psalmi 132. at subdit

Constantinus *ex conuersatione namque monasterij, vt ait Gregorius, petitum fuisse sanctum Herculanum, nihil aliud esse, quàm Monachum extitisse, apertè declarat Arnulphus Aretinus Canonicus in eiusdem sancti Floridi vita, &c.*

Respōdetur, quid si pro vno Arnulpho Aretino Basilium, Augustinum, Possidiū, Bedā, innumeros Cōcilia, & testimonia Patrū, Historicorū, Canonistarū, quin & Sacrorū Canonum authentica testimonia tibi obiecero, & probauero, æque cōuenire nomē Monasterij domibus Canonicorū, sicut & Monachorū? An pro sacris monumētis vnus tibi suppetit Arnulphus Aretinus, & nō magis sacri Canones & sacrorū Conciliorū definitiones, & Priscorum Patrū narrationes, quas non esse omittendas diuina scriptura præcipit, cum inquit: Non te prætereat narratio Seniorum.

Constantinus. *Arnulpho huic Aretino & doctis quique scriptores assentiuntur: vnde Cæsar Cardinalis Baronius de eodem S. Herculano, ex Monastica quidem vita venisse scribit Gregorius. Philippus etiam Ferrarius: Herculanus Perusiæ in Cœnobio vitam laudabilem ducens, eius Vrbis Episcopus postea creatur.*

Respondetur. cum tam liberè doctos quosq; Arnulpho Aretino assentientes audiui, extimui valde. Cæterum quando doctos quosque ad Cardinalem Baronium, & Philippum Ferrarium restringis, animum resumpsi, maximè quia tu ipse Baronium in multis arguis, & præsertim in vita magni Pontificis Gregorij: & alter Philippus

Ferarius vix est in orbe cognitus. Sed quid si isti duo viri etiam doctissimi tecum in eadem falebra hæserunt, aut tu cum illis, dum putant, idem esse, aliquem assumi ex conuersatione monasterij, & ex conuersatione monastica, vt nullus præter Monachos in monasterio degere, & conuersari valuerit?

Constantinus. *Hù quoque suffragantur manuscripti Codices antiquissimi Ecclesiæ Perusinæ, ac sancti Petri Perusini ex Casinensi congregatione Monasterij, qui Herculanum non solùm Monachum, sed Benedictinum apertissimè affirmant, &c.*

Respondeo. Satius fuisset, sixum de Codicibus antiquissimis Ecclesiæ Perusinę testimonium ponere. Nam illi nihil amplius ponunt, quam quod ex verbis D. Gregorij referunt, addentes quod Herculanus factus Episcopus instituit Clericos maioris Ecclesiæ more Canonico viuere, & omnem Clerum secunda, quarta, & sexta feria iciunare constituit. Manuscripti verò Codices monasterij S. Petri hoc solùm verè affirmare possunt, sanctum Herculanum ex conuersatione monasterij sancti Petri assumptum: quod non negamus, sed quàm maximè contendimus. Si autem ex institutione Monastica, præsertim D. Benedicti assumptum aiunt, manifestè illorum autores se, & alios decipere conuincuntur: cum constet, illam Ecclesiam ante annum circiter 980. Cathedralem extitisse, neque Monachos D. Benedicti, nisi post sedem Episcopalem, & Canonicorum Regularium intra vrbem translatam, illam Ecclesiam obtinuisse, quod accidit circa annum 990. Quare frustra terremur testimonijs Ambrosij, Augustini, & autorum veterum Martyrologiorum, ac etiam Historicorum, qui de hac re ne verbum quidem habent, sed nec tu aliquod testimonium ex illis promis.

III. Constantinus. *Hù inuicta testimonijs Sacra Illustrissimorum Cardinalium Congregatio, cum officia propria Ecclesia Perusinæ, eius vrbis Episcopo Neapoleone Comitulo curante, post diligentem à Cardinali Baronio factam reuisionem, approbasset, anno Christi 1605. die 12. mensis Nouembris de Martyre hoc nostro inter alia decreuit: Herculanus secundus huius nominis Perusiæ Episcopus, cum in Cœnobio ex sancti Patris Benedicti instituto Perusiæ fundato vitam Monasticam magna cum laude duxisset, &c.*

Respondeo. Exiguum momentum in isto Decreto constituendum esse, primò quia parte inaudita, & causa minus cognita emanauit, supposita falsa narratione, quòd Monasterium seu Ecclesia S. Petri Ciuitatis Perusinæ teneretur per illa B. Herculani tempora à Monachis Benedictinis, quòd tam falsum est, quàm quod non nisi post annos quadringentos à fœlici dormitione sancti Herculani Benedictinenses Monachi dictam Ecclesiam obtinuerunt. Secundò, quia eadem sacra Congregatio anno 1612. probando officia congregationis Canonicorum Regularium S. Saluatoris Bononiensis, virtualiter, & implicitè hoc anterius decretum reuocauit, & nostrâ Sententiam manifestè probauit. Tertiò, quia nos habemus firmiorem propheticum sermonem, cui & tu benefeceris antecedens, nempè Bullam Pontificiam Pij V. per quam officia Sanctorum Canonici ordinis, quę à nostrâ Lateranensi Congregatione quotannis recitantur, approbauit. Sed quid si dixero tibi Reuerendissimum eundè Neapoleonem Comitulum viso meo responso ad tuas argumentationes, quod tibi tradidisse, vt ô quid velles, replicares, tum abillo, tum ab alijs fi. de dignissimis didici, suasisse mihi plurimum, ac etiam Generali Procuratori nostræ congregationis, vt ostensis nostris euidentissimis rationibus hoc tuum decretum, quod iactitas, per eandem Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium super Ritibus reuocandum procuremus. ipse adhuc in viuis agit, quem Deus Optimus incolumem diu seruet, & ad Cœli coronam perducat. ex illo scisciteare.

IV. Constantinus. *Antiquissimis istis fundamentis celeberrimus, & antiquus sanè Scriptorum locutus Trithemius inhærens, vt etiam Cardinalis Baronius ait, &c.*

Respondeo, præter quod Trithemius Monachus Benedictinus fuit, & pars in causa formalis, vt semel intelligas, quam opportunè illius testimonium exaggeres, referam tibi, quæ de illo, ac eius similibus Cardinalis Baronius, quem cotera Augustinianos Canonicos producis, ingenuè fateatur, tom. 6. Annalium sub anno 494. num. septuagesimo sexto. *At vero, inquit, cum inuentorum penè sanctissimorum virorum, & doctissimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit secundissimus propagator, perperam me à sententia illis faciunt, qui, quos non genuit, alienos partus supponunt, qui magna nimio eius ordini, sub quo profitentur amore, nonnullas fama illustres viros, qui etiã ante sancti Benedicti tempora floruerunt eiusdem fuisse regulæ professores imprudenter, & inconsultè nimis affirmant. Etenim non secundus, sed sterilibus supponi alienæ fœtus conserunt. Præstitit hoc inter alios Trithemius, autor, cæteris posterioribus fuit id ipsum faciendi. Quod rogo cum sancto Benedicto S. Cæsarium Arelatensis Episcopum? &c.* Hæc Baronius, & alia, quæ ibi sunt videnda. Et præter Cæsarium Arelatensem, & alios ibidem relatos addiderim ego: Quid cum sancto Benedicto, vel cum Monachis Adrianus Papa huius nominis Quartus? quid monasterium S. Rufi apud Auenionem, quod cum eodem Adriano Quarto illius olim Abbate, inter monasteria Monachorum recensetur, quod Monasterium nunquam Monachorum, sed semper Canonicorum extitisse plus notum est, quàm quod vlla indigeat demonstratione? Addo cum ex sententia Trithemij in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis magnus Patriarcha Benedictus post annum Christi 600. ætatis annorum 96. obierit, sanctus verò Herculanus

anno Christi 544. vel ad summum 546. martyr
ad Christum migrauerit, ac etiam Episcopali mu-
nere diu quæ annis defunctus, & consequenter a-
postolicus, & grandæuus, quomodo nona-
genarius Constantinus, suo se gladio petere,
vitam Benedictinam sancti Herculani professionē
ex Trithemij testimonio nititur comprobare?
Confutatus. *Qua Trithemij sententia quam re-*
uerenter sit, iamnes Baptista Brachesius ex ordine Pre-
dicatorum, cuius laudabiliter meminit Cardinalis Ba-
ronius, cum laudabiliter meminit Cardinalis Ba-
ronius, ad Martyrologium Romanum, optimè ex-
pendit, &c.

Respondeo, putabam ad Trithemij sententiam
verentiorem offendēdam aliquod ex sacrarum
scripturarum oraculis, vel Summorum Pontifi-
cum, vel Conciliorum Oecumenicorum Decre-
tis confirmatam promendum. Sed cum illis omis-
sis rem Brachesium sic recipiat, videat an dici
possit, coecus cæco ducatum præstat, & ambo in
foueam cadunt. nam circumscripta illius autori-
tate quæ quod unice in hoc nulla est, ille suum dictū
confirmat, nec optimè probat. sed voluntariè
ignorat, eodem errore captus, quod nullus ex
meæ Ordinis conuentibus nisi Monachus assu-
matur.

V. Constantinus. *Illud præterea aliud de Benedicti-*
no S. Herculani professione argumentum non maxi-
mi momenti videtur, eum idem S. Herculanum cum pluribus
de vita contemplatiua ex Syria Romã aduenisse, &c.

Respondeo, quod Ioannes Baptista Brachesius
scribens Herculanum cum pluribus Dei viris ex
Syria Romam aduenisse, aut optimè, aut pessi-
mè coniecerit, nō video. nam arguens illius pro-
positum non attulit, quam non omitteret, si
rem nactus haberet. quod verò S. Herculanus
ex Syria Romam venerit apocryphum est: nam
in manuscripto libello historiæ Annuli Beatissi-
mæ Virginis Daipariæ, qui apud Perusinos sum-
mam veneratione asseruatur, mihi oblato, dum in
eiusdem Ecclesia Conciones quadragesimales ha-
berem, S. Herculanum non ex Syria, sed ex parti-
bus Germaniæ, siue Alemaniæ illuc aduenisse
legi. Porrò dum S. Herculanum apud ma-
iorem D. Petri Ecclesiā eiusdem Ciuitatis in mo-
nasterio colocarem, ipse etiam Constantinus cum
Canonicis Augustinianis fatetur: qui hoc solo à
reliquis differunt, quòd nos monasterium illud clerico-
rum, & cæterarum illius temporis cathedra-
lium fuisse contendimus: ille autem monacho-
rum Benedictinensium, qui nondum per id tem-
poris Perusij visi fuerant, sed neque ad regimen
Cathedralium nisi post multa sæcula, & per acci-
dens alumni consueuerant, vt in sequentibus o-
stendemus. Iam videat, quàm optimè Brachesius
veritatem rimetur. Verùm esto id verum sit, quod
minus falsissimum esse contendo, ostendendum
manebit, quod facij S. Herculani, quos fingit in
monasterijs nuncupatis S. Patriarchæ Benedicti mo-

anno Christi 544. vel ad Iummum 546. martyr ad Christum migrauerit, ac etiam Episcopali munere aliquot annis defunctus, & consequenter ætate prouectus, & grandæuus, quomodo non animaduertit Constantinus, suo se gladio petere, cum Benedictinam sancti Herculani professionē ex Trithemij testimonio nititur comprobare?

Constantinus. *Quæ Trithemij sententia quam vera sit, Ioannes Baptista Bracheßius ex ordine Prædicatorum, cum laudabiliter meuinit Cardinalu Baronium in notis ad Martyrologium Romanum, optimè cōstruit, &c.*

Respondeo. putabam ad Trithemij sententiam vero verorem ostendēdam aliquod ex sacrarum Scripturarum oraculis, vel Summorum Pontificum, vel Conciliorum Oecumenicorum Decretum testimonium promendum. Sed cum illis omissis ad vnum Bracheſium se recipiat, videat an dici possit, cæcus cæco ducatum præstat, & ambo in foueam cadunt. nam circumscripta illius autoritate, quæ apud me in hoc nulla est, ille suum dictū nec confirmat, nec optimè probat, sed voluntariè inquiro, eodem errore captus, quod nullus ex monasterij conuersatione nisi Monachus assumatur.

V. COnstantinus. *Illud præterea aliud de Benedictino S. Herculani professione argumentum maximi facio, quod vt idem Ioannes Bracheßius optimum probat, cum idem S. Herculanus cum pluribus Dei viris comitantibus ex Syria Romā aduentasset, &c.*

Respondeo, quod Ioannes Baptista Bracheſius Sanctum Herculanum cum pluribus Dei viris ex Syria Romam aduentasse, aut optimè, aut pessimè probauerit, nō video. nam arguens illius probationem non attulit, quam non omitteret, si præ manibus haberet. quod verò S. Herculanus ex Syria Romam venerit apocryphum est: nam in manuscripto libello historiæ Annuli Beatissimæ Virginis Deiparæ, qui apud Perusinos summa veneratione asseruatur, mihi oblato, dum in maiori Ecclesia Conciones quadragesimales haberem, S. Herculanum non ex Syria, sed ex partibus Germaniæ, siue Alemaniæ illuc aduentasse repeti. Porrò eundem S. Herculanum apud matrem D. Petri Ecclesiā eiusdem Ciuitatis in monasterio educatum, ipse etiam Constantinus cum Canonicis Augustinianis fatetur: qui hoc solo à nobis distat, quòd nos monasterium illud clericorum, sicut & cæterarum illius temporis cathedralium fuisse contendimus: ille autem monachorum Benedictinensium, qui nondum per id tempora Perusij visi fuerant, sed neque ad regimen cathedralium nisi post multa sæcula, & per accidens admitti consueuerant, vt in sequentibus ostendemus. Iam videat, quàm optimè Bracheſius inuentum euincat. Verùm esto id verum sit, quod tamen falsissimum esse contendo, ostendum manebat, quod socij S. Herculani, quos fingit in monasterijs narratis, S. Patriarchæ Benedicti monachi extiterint, & illius regulam seruauerint, & alijs obseruandam tradiderint. neque enim probationem adeò necessariam, vtpote circa quam rei cardo vertitur, omittit breuitati consulens, sed illius inopiam manifestè prodit. Certè vt de alijs taceam, monasterium, quod sanctus Isaac apud Spoletanam Vrbem in cliuo montis fabricauit, à fundatione Benedictinensium monachorū extitisse, vel sanctum Isaac D. Benedicti monachum fuisse nunquam probabit, quod ipsum de alio monasterio sancti Petri de Firentillo eidem monasterio Spoletano olim subiecto contendo. Monasterium enim Spoletanum, quod sancti Iuliani vocatur, ex Apostolica concessione nostræ Lateranensi familiæ cessit, cuius sum ego Abbas, licet immeritus. Reliquiæ illius sanctissimi Viri apud nos sunt, cum omnibus eiusdem monasterij monumentis vetustissimis. extant eiusdem sancti Viri res gestæ in tabulis Ecclesiæ Spoletanæ? extant apud D. Gregorium lib. 3. Dialogorum cap. 14. hæc omnia scio vidit. At quod S. Isaac D. Benedicti Regulæ professor extiterit, vel sub eadem regula sancti Iuliani martyris Ecclesiam, & monasterium fundauerit, certè non vidit, si non inuidit. Fateor idem monasterium progressibus temporum Benedictinis monachis Cluniacensibus, sicut & S. Petri de Firentillo cessisse, quod vetustissimæ Scripturæ in eodem monasterio asseruatæ indicant. Verùm aliud hoc est. & tandem vt daremus per importunitatem, alios sancti Herculani socios in illis monasterijs degētes monachos Benedictinenses fuisse, non probaret sanctum Herculanum sancti Benedicti monachum fuisse, quem in Ecclesia sancti Petri Perusina Cathedrali vitæ Regularis institutum coluisse, ille ipse fatetur.

VI. COnstantinus. *Quam rei veritatem inganni quique Lectores facilè adhuc sibi persuadebunt, si ante oculos ponent, S. Benedictum Regulam à se diuinitus scriptam ab anno 497. ad 543. quo mortuus est.*

Respondeo. Iam dixi, ingenuos Lectores, nisi eccutiendo, sibi ante oculos hoc ponere nō posse: sed etsi ponerent, & concluderent etiam, prout concedendum est sanctissimum Patriarcham Benedictum monastici Ordinis in Occidente reparatorē, innumera monachorum Cœnobia per se, vel per sui instituti professores erexisse, quid inde? An ex hoc sequeretur S. Augustinum Canonici Ordinis in Occidente reparatorem non extitisse, & Ecclesias Cathedrales omnes ab initio clericorū regularium nō fuisse, vel ante D. Benedictum innumeras Collegia & monasteria Canonicorum Regularium in Italia non fuisse: aut etiam sanctum Herculanum, qui S. Benedicto ætate maior fuit, & in Ecclesia Cathedrali Perusina regulariter institutus, nonnisi monachum Benedictinensem esse potuisse: aut tandem per tempora D. Benedicti, & post illum, nullos monachos in Europa, addo in Italia, nisi ex Ordine

D. Benedicti extitisse? Errant certè, qui ista credunt. Circa tempora B. Herculani S. Benedicti monachi per Vmbriam non erant propagati, solitudines colebant, non Ciuitates, non Ecclesias Cathedrales. Clericorum erant munera non monachorum, Ecclesias regere intra Vrbes, & in media populorum frequentia constitutas: sed subiungit

VII. COnstantinus: *Quo sane pacto iam asserti Canonici Augustiniani affirmant, hac ipsa in Cathedrali à Regulari quodam probatissima vita Canonico, eundem illum prima religionis rudimenta edoctum, ibique professum, in Episcopum postea assumptum, ea etiam Canonicorum Regularium S. Augustini instituta, &c.*

Respondeo. Quo pacto Canonici Augustiniani id affirment, ex dictis apparet. quod autem de assertis Canonicis Regularibus Augustinianis submurmurat, nescio quid latentis adhuc offensionis redolet, qua veteres discordias, si posset, vellet iterum ab Orco reuocare. Verùm incassum, nos enim Canonicos Augustinianos non assertos, vt ait, sed veros, proprios, originarios, ac de veris antiquis clericis, à D. Augustino, imò à sanctis Apostolis institutis existere, post longas, & dispendiosas molestias nostræ Congregationi Lateranensi illatas, Sedes Apostolica decreto inappellabili sententiauit, & definiuit, quod videri potest inter constitutiones Pij IV. constitut. 95. in ordine, ad quem locum lectorem remitto.

Constantinus. *Canonici insuper Augustiniani seipsos etiam decipere cognoscuntur, cum volunt, maiorem Perusij Ecclesiam ea S. Herculani tempestate fuisse illam, quæ hodiernabac die eadem intra Ciuitatem S. Laurentio dicata veneratur, cum eadem potius in Perusino suburbio, &c.*

Respondeo. Canonicis Augustinianis hic error stultissimus, quem illis imponit, nunquam in mentem venit, neque vllum ex nostris monstrabit, qui hunc asseruerit. aiunt nostri, idque verissimè, quod nec ipse Caietanus detrectat, S. Herculanum in maiori Ecclesia Perusina prima Religionis rudimenta didicisse, quod autem maior Ecclesia Perusina esset illa, quæ nunc intra Ciuitatem S. Laurentio est dicata, non dicunt, sed ab arguente imponitur. Quod autem subiungit: *ipsa verò S. Petri Ecclesia, quæ Benedictinorum Casinensium institutionibus hodie subiacet, à monachorum Patriarche Benedicti Regula obseruatione nullo vnquam tempore defecit, quod clarissimum sit ex vita S. Petri eiusdem monasterij Abbatis, qui Othonis magni Imperatoris ætate vixit.* Amphibologicum dicendi genus est ad ignaros illudendos: nam distinctione opus habet, vel enim sensus verborum est, Ecclesiam S. Petri sub D. Benedicti Regula fundatam, & primitùs institutam, eiusdem D. Benedicti institutionem semper retinuisse, quem sensum accipere oportet, si aliquid probare intendit, quemq; arguens accipere conuincitur, dum ait, S. Herculanum monasticam exercuisse in eo monasterio S. Petri, quod Perusini D. Benedicto extruxerunt. Verùm hic sensus quàm falsus sit, nullus non intelliget, qui legerit, maiorem Ecclesiam Perusinam ante D. Benedictum exortum multo tempore fundatam, ac in ea quamplures sanctissimos Præsules floruisse, vt Herculanum primũ, Fœlicissimum, & alios. Vel sentit, ex quo tempore Benedictini monachi Ecclesiam sancti Petri obtinuerunt, illam nunquam dimisisse, qui sensus admitti potest. Sed quid inde? ipsi enim monachi Benedictini non ante annum circiter 900. sub Othone magno Imperatore illam obtinuerunt, vt patet ex vita eiusdem B. Petri primi illius monasterij Abbatis, quem si primum illius monasterij Abbatem dixisset, vt debebat, illico erat detexisset, cum primus ille Abbas quadringentis annis, & amplius, S. Herculano posterior fuerit, & adhuc longè posterior ille alius Abbas, quem perantiquum ex Petro Damiani refert, cum Petrus Damiani lib. 6. epistola 25. de illo Abbate sancti Petri Perusini hæc scribat. *Ante septem seri annos Abbas monasterij ad honorem D. Petri in suburbio constituti, commissi sibi regiminis curam spreuit.* Videat igitur, quid iuuet istorum Abbatum antiquitas ad intentum probandum.

VIII. COnstantinus. *Ex turbido denique fontibus alio liquio otioso eam de sancto Herculano historiam, quam etiam in diuinis officijs quotannis recitare boni isti Patres Augustiniani non verentur, hauriam fuisse, & illud aliud insigne satis mendacium manifestat, quo vnà cum S. Herculano, & Canonicos, quos vt dicitur, suos Regulares intelligunt Augustinianos, gladio interemptos fuisse volunt.*

Respondeo. Autorem historiæ, quam boni Patres Augustiniani recitant, fuisse virum otiosum, & insigniter mendacem, illius licentiæ indulgendum est, qua vtitur etiam in notis marginalibus, quibus opera B. Petri Damiani aspersit, cuiusmodi exempli gratia est illud in tomo 1. lib. 1. epistola 16. *En quam Regulam obseruabant Canonici Regulares B. Petri Damiani ætate.* & illud in tomo 2. serm. 70. de Dedicatione Ecclesiæ. *Legant hæc nostri Canonici, qui nihil aliud, quàm cutem curant.* Eiusmodi autem historiam ipsos Canonicos Augustinianos, quos per irrisionem Bonos vocat, quotannis in diuinis officijs recitare non vereri, libentissimè concedo, quippe qui veris laudibus Deo, & Sanctos venerari non timent. Verentur, qui putant Diuos illorum mendaciis indigere, vt pro illis loquantur dolos, vt est apud Iob cap. 7. Illud tandem satis insigne mendacium, cuius colorem Canonicos Augustinianos reuincit, cum aiunt, vnà cum S. Herculano & Canonicos, quos illi suos Regulares intelligunt (& meritò quidem, velis, nolis, ac remurmures quantumcunque volueris) gladio interemptos fuisse, insignem ostentiam in verbis Doctorum legendis, & ponderandis ostendit, ne plus dicam. nam leguntur apud

D. Greg.

D. Gregorij hæc verba lib. 3. c. 13. *Nunc cernas, quia solum curarum præcat, ad Sagum Toriloni nuncius missus properans, quid de Episcopo, vel populo fieri iubeat, requirens, quid de Episcopo primùm à vertice capitis vsque ad talum animum corrigam vobis; & tunc capitis amputat: cumque vna populum, qui illic inuentus fuit, gladio extinguat.* Nam si hæc Cajetanus legisset, profecto crederet, quæro, putetne cum S. Herculano in illa obsidione nullos clericos, siue canonicos, siue monachos extitisse, & si extitêrũt, impium Tyrannum in sanctum Episcopum, & totum populum tam diu debacchantem, solis clericis pepercisse, vt ceteris omnibus extinctis illorum superstites esse voluisset? Iam videat, quam insigne mendacium protulerint boni Patres Augustiniani, dum cum S. Herculano illius familiæ canonicos, quos suos Regulares esse volunt, gladio interemptos fuisse contendunt.

Fiscum Dei gloria, & canonicæ D. Herculani iniuriæ vindicanda, non autem iniuriæ referendæ causa scripsi, necessitate cogente, propter nonnullos, qui libore superfluo tum seipsos in tribulo, tum alios in respondendo grauant.

CAPVT VIGESIMVM.

De aliis Canonici Ordinis Ecclesiis Hetruriæ constitutis.

PRæter supradictam Ecclesiam maiorem Perusinam, recensent alias quamplures Ecclesias ac monasteria canonici Ordinis in ciuitate, ac Diœcesi Perusina, & alibi, quæ olim cathedralia, regularesve tenuisse tum Prouinciale Romanum, tum etiam liber taxarum Apostolicarũ, & aliorumcunque locorum authentica documenta illum certissimum præbent: ex quibus nonnulla subijciam, quorum veridica testimonia recitare libet examinare. Sunt autem in primis: In Schalvo eiusdem ciuitatis Perusinæ monasterium prætereaquam sub titulo S. Mustiolæ martyris Cuiliæ, ac membrum Præposituræ S. ciusdem Mustiolæ apud Clusium canonicorum regularium retentissimæ, de qua statim dicendum. Extat autem illud monasterium in pomerio extra portam S. Stefanæ Vrbi proximo: Verùm vi bellorum, quæ proximo seculo multas Vrbes Hetruriæ conterruerunt, illud etiam attritum fuit, & ita fere aquatum, & Canonicis omnino destitutum, aliquot ab hinc annis renatum ex illius ruinis monasterium Sanctimonialium sub Regula D. Francisci, quæ ab arctiori eiusdem Sanctissimi Patris disciplina Capuccinæ passim sunt nũncupatæ. Meminit huius Ecclesiæ Ioannes Baptista Lucius Perusinus Protonotarius Apostolicus

D. Gregorius hæc verba lib. 3. c. 13. *Tunc comes, qui eidem exercitui præerat, ad Regem Totilam nuncios misit, exquirens, quid de Episcopo, vel populo fieri iuberet: cui ille præcepit dicens, Episcopo prius à vertice capitis vsque ad calcaneum corrigiam tolle; & tunc capite uno amputato: omnem verò populum, qui illic inuentus est, gladio extingue.* Nam si hæc Caietanus legit, & ponderauit, quæro, putetne cum S. Herculano in illa obsidione nullos clericos, siue canonicos, siue monachos extitisse, & si extiterũt, impium Tyrannum in sanctum Episcopum, & totum populum tam dirè debacchantem, solis clericis parcere voluisse, vt cæteris omnibus extinctis illos omnes superstites esse voluisset? Iam videat, quam insigne mendacium protulerint boni Patres Augustiniani, dum eum S. Herculano illius Ecclesiæ canonicos, quos suos Regulares esse volunt, gladio interemptos fuisse contendunt.

Hæc pro Dei gloria, & canonica D. Herculani professione vindicanda, non autem iniuriæ referendæ causa scripsi, necessitate cogente, propter nonnullos, qui labore superfluo tum scipsos in scribendo, tum alios in respondendo grauant.

CAPVT VIGESIMVM.

De alijs Canonici Ordinis Ecclesijs in Hetruria constitutis.

PRæter supradictam Ecclesiam maiorem Perusinam, recensentur aliæ quamplures Ecclesiæ ac monasteria canonici Ordinis in ciuitate, ac Diœcesi Perusina, & alibi, quæ olim canonicos Regulares tenuisse tum Prouinciale Romanum, tum etiam liber taxarum Apostolicarũ, & alia particularium locorum authentica documenta fidem certissimam præbent: ex quibus nonnulla subijcimus, quorum veridica testimonia oculata fide examinauit. Sunt autem in primis: In Suburbio eiusdem ciuitatis Perusinæ monasterium perantiquum sub titulo S. Mustiolæ martyris Clusinæ, ac membrum Præposituræ S. eiusdem Mustiolæ apud Clusium canonicorum regularium vetustissimæ, de qua statim dicendum. Erat autem istud monasterium in pomerio extra portam S. Susannæ Vrbi proximo: Verùm vi bellorum, quæ proximo seculo multas Vrbes Hetruriæ contriuerunt, illud etiam attritum fuit, & solo ferè æquatum, & Canonicis omnino destitutum. aliquot ab hinc annis renatum ex illius ruinis monasterium Sanctimonialium sub Regula D. Francisci, quæ ab arctiori eiusdem Sanctissimi Patris disciplina Capuccinæ passim sunt nũcupatæ. Meminit huius Ecclesiæ Ioannes Baptista Laurus Perusinus Protonotarius Apostolicus in libello recens edito de Annulo Beatæ Virginis pag. 33. & 34.

In eadem ciuitate Perusina, & illius Diœcesi aliæ plures erant Ecclesiæ canonicorum Regularium, quin etiam ipsi Canonici Regulares in Vrbanos, qui maiori, & alijs minoribus Ecclesijs intra vrbem constitutis, & Rurales, qui alijs Ecclesijs extra Ciuitatem existentibus regendis erant præfecti, distinguebantur, qui omnes in Bulla Secularizationis ipsius Ecclesiæ maioris intra vrbẽ, ac ipsam D. Laurentij maiorem Basilicam reducti sunt, Ecclesiarum illarum redditibus mensæ Canonicorum cathedralium applicatis, ac in eisdem Ecclesijs constitutis perpetuis Vicarijs, per quos deinceps regi consueuerũt. hæc omnia constant ex Bulla Secularizationis eiusdem Ecclesiæ Iulij summi Pontificis huius nominis Secundi.

Est in eadem Ciuitate Prioratus conuentualis sanctæ Mariæ Angelorum congregationis canonicorum Regularium sancti Saluatoris Bononiensis, eidem congregationi vnitus per Pium II. anno 1463. octauo Idus Decemb. cum antea esset monasterium sacrarum Virginum Ordinis sanctæ Claræ.

IN ciuitate Clusina, quæ à Perusio viginti quinque circiter milliaribus distat, siue prope eandem ciuitatem ad Clanim fluuium, insignis ac vetustissima extitit canonicorum Regularium Præpositura sanctæ Mustiolæ nuncupata: siquidem in illius Ecclesia reliquiæ sanctæ Mustiolæ Claudij Principis consobrinæ, & insignis matronæ, ac Christi martyris, vnà cum reliquijs sancti Irenæi Diaconi, & martyris seruabantur. Fuisse autem istud collegium canonicorum Regularium vetustissimum ante annos septingentos, ostendit miraculum Annuli pronubi Gloriosæ Virginis Deiparæ à puerolo Raineri ciuis Clusini filio defuncto, dum ad dictam Ecclesiam sanctæ Mustiolæ solemni pompa tumulãdus portaretur, ad vitã reuocato, diuina reuelatione indicati, qui Annulus in eadem Ecclesia sub cura Præpositi, & canonicorum diu est adseruatus, nimirum vsque ad ipsius Ecclesiæ euersionem bellorum vi secutam, quæ omnia cum sub Præfectura Hugonis Hetruriæ Marchionis pijssimi ante annum millesimũ, tempore Othonis III. Imperatoris contigerint, indicio sunt, illud monasterium septingentorum circiter annorum antiquitatem habuisse. Extant Alexandri IV. literæ sub anno 1262. quibus Præpositi, & canonicorum vitam relaxatam seuerè coercuit. Sed & illud non omittendum, quod de quodam canonico illius monasterij Anonimo, vitæ castimonia ad miraculum suspiciendo ex relatione Tussignani in Annalibus Seraphicis idem Ioannes Baptista Laurus Perusinus in dicto libello pag. 27. narrat, ipso die, quo Beata Virgo Deipara cum Elizabet cognata congressum habuit, illum more alterius Simeonis puerum Iesum in vlnas suas suauissimè recipere consueuisse, ac præ-

sentia

lentia diuini numinis mirum in modum recreari. Tandem seculo præterito ipso monasterio euerso illius bona partim Ecclesiæ Clusinæ à Pio II. partim Plebanæ à Clemente VIII. sunt attributa. ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ in Ecclesia Clusina, ac ex eodem Ioanne Baptista Lauro, qui plura de eadem Præpositura; & de alia eiusdem nominis in Suburbio S. Susannæ Perusino scribit libro citato. eiusdem fit mētio in Actis eiusdam Capituli prouincialis Eugubij in Ecclesia Cathedrali anno 1344. die 4. Maij celebrati, cuius acta sunt in Archiuo eiusdem Cathedralis.

II. PRoxima eidem ciuitati Perusinæ est etiam Ecclesia Tifernatensis, nunc ciuitatis Castelli vocata, quam ab illius institutione, seu fundatione vsque ad annum 1578. sub D. Augustini Regula fletisse, præter Prouinciale Romanum, in quo dicta Ecclesia sub Ordine D. Augustini recensetur, constat apertissimè ex Bulla Gregorij Papæ XIII. eodem anno 1578. Kalendis Februarij emanata, per quam dictam Ecclesiam, quòd in ea Regularis disciplina solo habitu canonicorum regularium, scilicet rochetto retento, in reliquis esset penitus collapsa, ex Regulari ad statum secularem transtulit: nam in dicta Bulla hæc inter alia leguntur. *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Infirma hominum conditio sæpe efficit, vt res vel maximè perspicuæ, & memorabiles, &c.* Et infra: *Exhibita siquidem nobis nuper pro parte eorundem Præpositi, & Canonicorum petitio continebat, quod etiamsi dicta Ecclesia ab eius institutione Regularis dicti Ordinis existat, nulla tamen professio Regularis, aut votum à dicto Præposito, & Canonicis, aliisque personis dictæ Ecclesiæ à memoria hominum expresse emittitur, sed solummodo Rochettū per Canonicos dicti Ordinis gestari solitum etiam extra dictam Ecclesiam deferunt, &c.* Ex quibus habes, dictam Ecclesiam ab illius institutione Regularem extitisse. Huius Ecclesiæ præsul fuit S. Floridus S. Herculani Perusini Episcopi discipulus, & consequenter canonicus Regularis, vt ex D. Gregorio libro tertio Dialogorum cap. 13 habes, quod etiam Ioannes de Nigraualle in Catalogo Sanctorum eiusdem Ordinis notauit, quanquam aliter in officio eiusdem Ecclesiæ legatur. Sed esse potuit, vt ex ignorantia imperiti alicuius historici in dictam Ecclesiam hic error obrepserit, sicut dictum est in præcedentibus de S. Herculano secundo Episcopo Perusino: & si diuinare liceat, eidem errori ansam præbuit, qui illius vitam scripsit Arnulphus canonicus Aretinus, dum ex verbis D. Gregorij malè intellectis deduxit, S. Herculanum ipsius S. Floridi nutritorem, monachū fuisse, non clericum: quòd illum ex conuersatione monasterij assumptum, magnus ipse Gregorius loco sæpius allegato scribat: nam si B. Herculani discipulus, & Ecclesiæ Perusinæ Diaconus fuit B. Floridus, vt vel ipsemet Arnulphus istis verbis fatetur: *Gratulabatur, & exultabat in Domino Herculanus Dei famulus, quod in exercitij diuinorum operum se tam solicitè aquiparare videbat Venerabilem Diaconum Floridum. vnde perspiciens eum sacru mysterijs conficiendis satu idoneum, quanquam trepidantem, & indignum se proclamantem, cunctis, qui seu ex Tifernitio, siue ex Perusino aderant, gaudentibus, atque collaudantibus, eum consecrauit presbyterū.* Cum in præcedentibus certo certius ostenderimus, Ecclesiam Perusinam canonici, non monastici Ordinis ab illius institutione vsque ad Iulij II. tempora extitisse, & S. Herculanum ex monasterio canonicorum, non autem monachorum assumptum fuisse. quis non videt, per sequelam ineuitabilem, ipsum etiam B. Floridum clericum canonicum, non autem monachum fuisse?

In Diœcesi Suanensi erat insigne, ac vetustum monasterium S. Martini nuncupatum, quod canonicis destitutum euersum est cladibus bellorum, illius bona nunc mensæ Episcopali sunt vnita. ex libro taxarum.

IV. ECclesia Senensis olim Episcopalis, nunc verò Archiepiscopalis, videtur ab antiquo tempore fuisse regularis: nam in quibusdum vetustissimis priuilegijs seu concessionibus factis per Episcopum, & canonicos ipsius Ecclesiæ Senensis Vener. Priori, & canonicis S. Frigdiani Lucensis de Ecclesia Cardinali S. Martini in Burgo ciuitatis Senarum, ad constituendum ibi collegium canonicorum regularium secundum institutionem S. Frigdiani Lucensis, fit mentio Præpositi Ecclesiæ Senensis, & suorum fratrum sub nomine fratrum, sicut dum fit mentio eorundem canonicorum S. Frigdiani, nec mirum, quia omnes Ecclesiæ Italiæ ab olim erant Regulares, vt inferius ostendemus, licet multarum peculiares institutiones nunc minimè tenecamus. Cęterum quid quid sit de Ecclesia Metropolitana, de qua non contendo, quia non me latet, omnes canonicos, siue Regulares, siue seculares nonnunquam vocari fratres, & canonicum esse fraternum clerici, vt deducunt Doctores ex cap. Relatum de Prabendis.

In eadem Ciuitate, seu in quodam Burgo ciuitatis Senarum, constat fuisse olim collegium canonicorum Regularium congregationis S. Frigdiani cum primis nobile S. Martini nuncupatum, de cuius fundatione, & progressu ex authenticis scripturis, & priuilegijs Romanorum Pontificū, & Episcoporum Senensium, quorum originalia sunt Romæ in Archiuis monasterij nostri S. Mariæ de Pace, ista accepi: Oldericus Præpositus, & Ioannes Archipresbyter S. Mariæ ciuitatis Senarum cum consensu suorum canonicorum, & fratrum, ac etiam Rainerij dictæ Ecclesiæ Episcopi dederunt Attoni Priori S. Frigdiani, eiusque successoribus in perpetuum Ecclesiam Cardinalem S. Martini nuncupatam, positam in Suburbio, siue in Burgo eiusdem ciuitatis cū Xenodochio,

suis omnibus possessionibus suis, & pertinentijs, eundem in dicta Ecclesia Ordo Canonicus viuendi, quam concessionem idem Rainerius Episcopus confirmauit per suas datas 15. Kalend. Octobris anno 1168. quarum hic est tenor:

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno Incarnationis Millesimo centesimo sexagesimo octauo, quinto decimo Kalendas Octobris, indictione tertia. Tua postulatio voluntatem effectu debet prosequi, quatenus compos. Ea propter Ego Rainerius diuina prouidente clementia Senensis Ecclesiæ Episcopus, dilecto in Domino Fratre Ecclesiæ sancti Frigdiani Lucanæ ciuitatis Priori, tibi, quæ, fratribus vestris postulantibus, vt religiosam religionem mutuo, præconsensu tuo Attoni huius monasterij à nobis concessum firmaremus, omnino annuimus, & ea firmo vobis, & illibatum vobis in perpetuum Ecclesiæ permaneat, volumus, & statuimus. Statuimus ergo, vt S. ac Oliuetum sanctæ Dei Genitricis Mariæ Senensis Canonicæ Præpositus, & omnes eiusdem Ecclesiæ Archipresbyteri, suorumque fratrum inibi Ecclesiam sancti Martini Cardinalem vestræ Congregationi concessam possideant, eamque Ecclesiam cum suis possessionibus, eiusque pertinentijs omnibus intus Lucanæ sancti Frigdiani Ecclesiæ Priori, eiusque successoribus contradictores non. Nos quoque vestram quietem, & tranquillitatem prouidere cupientes, præsentis scripti paginam per petitionem prædictorum fratrum, atque firmauimus, & liberam tribuimus facultatem eorum, quæ in nostro Episcopatu sunt, vel in futurum iuste possidere, vel deinceps acquirere Deo fauente poterunt, firmam, & illibatam possidere volumus, volumusque successorum saluæ reuerentia Episcopalium Ecclesiæ Senensis, Synodi videlicet, & Canonicæ Capuli, & vt dominicum sancti Martini Ecclesiæ sarcinam aliquo ad matrem Ecclesiam in festiuitatibus sanctæ Mariæ Annunciationis, & assumptionis, & in die Cœnæ Domini, atque in Sabbatho sancto in ordinibus faciant, & consuetum stolonum Lucensium annuatim in festiuitate sancti Martini, si Episcopus ibi celebrandam Missam venerit, persoluant. Admonemus autem vt nulli præter eos in sua parochia liceat ecclesiam Ecclesiam, vel venerabilem domum, sine consensu Episcopi, & Canonicorum eiusdem Ecclesiæ sanctæ Annunciatæ, & assensu. Si quæ ergo Ecclesiastica, seu secularis persona huius nostræ institutionis paginam temerare tentauerit, seu bonorum pericula subiacebat, ac Corpus, & Sanguinis Domini, acceptione indignus existat, aquæ vltionis exterminio indocto damnatus pereat, nisi quidem hoc fecit in Episcopatu Lucensi in Castro Vidiani, quod vocant Castillione d'Asso Viale, eram ipsius vnum gratia presbyteros, & Priore claustralem sancti Frigdiani, & Bernardum Diaconum eiusdem Ecclesiæ, & Vbaldo Clerico . . . . Viale de Pesia, & Bernardino, & Rancillione

& omnibus possessionibus suis, & pertinentijs, quandiu in dicta Ecclesia Ordo Canonicus viguisset; quam concessionem idem Rainerius Episcopus confirmauit per suas datas 15. Kalend. Octobris anni 1168. quarum hic est tenor:

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo centesimo sexagesimo octauo, quinto decimo Kalendas Octobris, Indictione secunda. Ea postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri. Ea propter Ego Rainerus diuina prouidentia sanctæ Senensis Ecclesiæ Episcopus, dilecto in Domino fratri Verne Ecclesiæ sancti Frigdiani Lucanæ ciuitatis Priori, tibi tuisq; fratribus vestræ postulantibus, vt primigenium Religionis intuitu, prædecessori tuo Attoni bonæ memoriæ Priori à nobis concessum firmaremus, similiter annuimus, & vt firmius vobis, & illibatum Vestra in perpetuum Ecclesiæ permaneat, volumus, & obtinemus. Statuimus ergo, vt si vos Oldericus sanctæ Dei Genitricis Mariæ Senensis Canonicæ Præpositus, & successores eiusdem Ecclesiæ Archipresbyter, suorumque fratrum consilio Ecclesiam sancti Martini Cardinalem extra Burgum Senensis ciuitatis positam, eiusque Ecclesiæ Synodicum cum suis possessionibus, eiusque pertinentijs omnibus Attoni Lucanæ sancti Frigdiani Ecclesiæ Priori, eiusque successoribus concesserunt. Nos quoque eorum optatu, & consilio presbyterorum Petrum claustralem Priorem prædictæ Ecclesiæ sancti Frigdiani vice præfati Prioris posthac inuestiuimus, & per nostrum præsentem sub proprio sigillo, & propria manu subscriptionis in perpetuum valitura firmauimus. Ita nunc vobis, vestrisque successoribus, quousque in ea Canonicus Ordo viguerit, præsentis scripti paginam in perpetuum valituram stabilimus, atque firmamus, & liberam tribuimus facultatem omnium, quæ in nostro Episcopatu sicunque vestræ possidet, vel de cætero acquirere Dei sanctæ gratia poterit, firma ei, & illibata possidere nostra, nostrumque successorum salua reuerentia Episcopali matricis Ecclesiæ Senensis, Synodi videlicet, & Generalis Capituli, & vt de eiusdem sancti Martini Ecclesia fratribus aliqui ad maiorem Ecclesiam in festiuitatibus sanctæ Mariæ Annunciationis, & Assumptionis, & vt in die Cœnæ Domini, atque in Sabbatho sancto Resurrectionis veniant, & censum trium solidorum Lucensis monetæ in festiuitate sancti Martini, si Episcopus illuc ad celebrandum Missam venerit, persoluant. Addentes præterea, vt nulli præter eos in sua parœchia liceat ædificare Ecclesiam, vel venerabilem domum, sine cõsensu Episcopi, & Canonicorum eiusdem Ecclesiæ sancti Martini vellitate, & assensu. Si qua ergo Ecclesiastica, sæcularisue persona huius nostræ institutionis paginam violare tentauerit, sui honoris periculo subiaceat, ac Corporis, & Sanguinis Dominj acceptione indignus existat, atque vltimi examinis iudicio damnatus pereat. Actũ quidem hoc fuit in Episcopatu Lucensi in Castro vbi dicitur, quod vocant Cuttillione Vallis Viole, coram Augustino diuina gratia presbytero, & Priore claustrali dictæ Ecclesiæ sancti Frigdiani, & Bernardino Diacono eiusdem Ecclesiæ, & Vbaldo Clerico . . . . Vbaldi de Piscia, & Bernardino, & Barcillione . . . . iam dicti Rainerij Episcopi, & sine nomine filio eiusdem Bernardini, atque Graco Camerario eiusdem Episcopi, &c.

Confirmauerunt eandem concessionem Romani Pontifices, præsertim Lucius III. per suum priuilegium datum Nonis Nouemb. anni 1181. Bernardo Priori S. Martini, eiusque fratribus, in quo inter alia hæc habentur. *Imprimis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & beati Augustini regulam, & institutionem fratrum sancti Frigdiani in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.* In eodem quoque priuilegio fit mentio alterius priuilegij per Alexandrum III. concessi eisdem Priori & Canonicis, quo non solùm antedictam concessionem illis confirmat, sed illos etiam eximit à iurisdictione, & subiectione Episcopi, & Capituli Senensis. Eandem concessionem confirmauit Vrbanus III. altero priuilegio dato 15. Kalend. Febr. anno 1185. Adest & aliud priuilegium Honorij III. datum 16. Kalend. Maij 1217. per quod antecedentia priuilegia confirmat. Sed inter alia eiusdem monasterij priuilegia illud non omittendum, quod Prior dicti monasterij S. Martini habebat vsum mitræ, & baculi, & aliorum pontificalium, ad instar Prioris sancti Frigdiani.

Porro non solùm inter Priorem S. Frigdiani, cui illud monasterium tanquam capiti erat subiectum, & Episcopum Senensem, & alias quasdam personas cœperunt lites progressu temporis nasci, quarum occasione diuersæ literæ Pontificum emanauerunt: sed etiam inter Priorem S. Frigdiani ex vna, & Priorem S. Martini ex altera ortæ sunt dissensiones: nam Prior, & Canonici sancti Martini voluerũt se ab obediẽtia Prioris generalis S. Frigdiani subducere, quarũ occasione aliæ Romanorũ Pontificum literæ emanarũt, quæ in eodem Archiuo nostro Romano habentur. Perseuerauit nihilominus in dicto monasterio canonica institutio, vsque ad annum 1497. quo tempore lite vertente inter Bartholomæum de Carraria canonicum S. Frigdiani, & Priorem S. Martini ex vna, & Canonicos S. Frigdiani ex altera, Pontifex causæ cognitionem Auditoribus Rotæ Romanæ commisit: post quem annum vix reperitur mentio Canonicorum Regularium in dicto monasterio residentium. Porro postquam monasterium ipsum S. Frigdiani cum suis membris per Sedem Apostolicam nostræ congregationi fuit vnitum, reperiuntur quædam acta de anno 1531. eiusdem nostræ congregationis, contra Eremitas Augustinenses in dictum monasterium S. Martini intrusos. Cæterum propter varios bellorum tumultus, quibus Senensium Respublica tunc temporis exagitari cœpit, ac tãdem Duci magno Hetruriæ subdita est effecta, re à nostris omissa, Eremitæ in pacifica possessione vsq; in hanc diem steterunt.

Est in

Est in eadem ciuitate Senensi monasterium S. Mariæ Angelorum congregationis Canonicorum Regularium S. Saluatoris Bononiensis, eidem congregationi vnitum per Eugenium IV. die 1. Octobris anni 1434. cum prius esset monasterium Sanctimonialium.

Est etiam in Diœcesi Senensi in castro S. Cassiani Ecclesia S. Cæciliæ Ordinis Canonicorum Regularium: sed tenetur à clericis secularibus.

V. IN Diœcesi Vulterrana Ecclesia S. Bartholomæi de monte Scalochio spectat ad Ecclesiam S. Frigdiani Lucensis. Constat mandato facto cuidam Domno Ioanni canonico S. Frigdiani à Priore, & canonicis S. Frigdiani anno 1498. die 5. Octobris, rogato Lucæ per manum Petri quondam Ioannis de Psalla.

In Diœcesi Cortonensi monasterium S. Mariæ Gratiarum congregationis S. Saluatoris Bononiensis, concessum eidem congregationi per Innocentium VIII. 11. Octobris 1488.

In Diœcesi Aretina Prioratus S. Petri de Supporio cum annexa sibi Ecclesia S. Luciæ de Mongorno eiusdem Diœcesis, vnitus congregationi nostræ Lateranensi per Iulium II. septimo Idus Februarij 1507.

In ciuitate Fesularum insignis Abbatia S. Bartholomæi congregationis nostræ Lateranensis, illi vnita per Eugenium IV. de qua libro sequenti dicetur.

In ciuitate Florentina monasterium Monialium S. Mariæ de Niue, ex actis eisdem Monialibus ab Eugenio IV. dum Florentiæ moraretur, concessum fuit nostræ congregationi Lateranensi, cuius etiam meminit D. Antoninus in 3. parte summæ Historialis tit. 22. cap. 10. §. 5. hoc monasterium nunc est vnitum Abbatiæ S. Bartholomæi Fesularum.

In eadem ciuitate monasterium S. Iacobi supra Arnum congregationis S. Saluatoris de Bononia, ad quem locum translatum est vetus monasterium S. Donati de Scopeto anno 1573. sub Gregorio XIII.

In Diœcesi Florentina erat monasterium S. Andreæ de Mosciano, cuius Prior Capitulo Prouinciali Eugubij anno 1344. celebrato interfuit, ab eodem Capitulo designatus Visitator monasteriorum existentium in Episcopatu Lucensi, nunc arbitror esse commendatum.

VI. IN Diœcesi Pisana vetus, ac nobile monasterium S. Augustini de Nicosia nuncupatum, quod fundauit Hugo Episcopus Nicosiæ in Cypro insula, genere quidem obscurus: sed doctrina probitate, ac dignitate clarissimus: nam cum puerulus in valle Arni Pisanæ Diœcesis ouibus pascendis operam daret, ab illius loci plebano ad scholas destinatus, breui optimus Philosophus, ac Theologus euasit: nec minus pietate, & religione, quàm doctrina omnibus se amabilem, & admirabilem exhibuit: cuius virtute commotus Romanus Pontifex Nicosiensem Episcopum illum destinauit, quo munere per aliquod tempus laudabiliter absoluto, cum sub Clemente IV. in patriam esset reuersus, inter alia pietatis opera, quæ præclarè ab illo gesta fuerunt, monasterium apud Pisas in Valle calcis nuncupata, sub inuocatione S. Augustini ædificauit, in quo etiam Canonicos secundum B. Augustini Regulam viuentes constituit, quam eleganter exposuit, additis etiam constitutionibus, iuxta quas in eodem monasterio vitam componere deberent. Accidit hoc circa annum Domini 1268. Post quod tempus etsi varias lecturas, & ruinas, monasterium ob difficultates illorum temporum sustinuerit, viguit tamen in eo Regularis obseruantia vsque ad annum saltem 1401. quo anno datæ sunt à Bonifacio IX. literæ Abbati S. Petri in cœlo aureo Papiæ, & Prioribus S. Frigdiani de Luca, & S. Augustini Nicosiæ pro obseruatione constitutionum Benedicti XII. & celebratione Capituli prouincialis canonicorum regularium existentium in Archiepiscopatibus Mediolanensi, Ianuensi, Rauennatensi, & Pisano, quæ literæ habentur in libro Indultorum Congregationis Lateranensis pag. 276. & seq. Imò circa annum 1420. plus minus Nicolaus Guinisius Episcopus Lucensis, instante Paulo Guinisio eius fratre, & Ciuitatis moderatore, eidem Monasterio Nicosiensi aliud monasterium Monialium sancti Michaelis de monte Brancoli nuncupatum, cum parte illius bonorum, sublatis monialibus vniuit, vt ibi canonici secundum D. Augustini regulam, & constitutiones Nicosiensium viuentes constituerentur: sed & circa annum 1455. ijdem canonici Nicosienses nostræ Congregationi Lateranensi, vna cum monasterio prænominato S. Michaelis fuerunt vniti per Calixtum III. licet Pius II. qui eidem Calisto successit eandem vnionem ex causis rationalibus dissoluerit, quarum ea potissima extitit, quòd cum nostri Lateranenses Gregorium Florentinum monasterij Fesulani canonicum ad curiam Romanam pro eadem vnione obtinenda legassent, ille pro se dictum monasterium à Sede Apostolica non bonis artibus impetrauit: quæ res multorum dissidiorum inter nostros, ac dictos Venerabiles Canonicos Nicosienses seminarium extitit, cum se vtriusque partis canonici contra conuentiones initas fraudatos causarentur. Quam ob causam cum res Nicosiensium in deterius vergerent, instantibus Lucensibus, idem Pius II. dictum monasterium de monte Brancoli à Nicosiensibus separatum, Episcopo Lucensi reddidit, sub cuius iurisdictionem per aliquot annos mansit. Demum ipsi Nicosienses à Iulio II. anno Christi 1504. fuerunt vniti canonicis regularibus Congregationis S. Saluatoris Bononiensis.

SEd nec illud omittendum, quod incepit scribere de hoc eodem Nicosiensi monasterio notauit recens autor Iosephus Mozzagrugius lib. de re-

bus gestis Canonicorum regularium cum ait: *Tempore præterea, quo ad extinguendum schisma Pisis Concilium celebrabatur, circa annum Domini 1409. quidam Venerandus frater Ordinis Prædicatorum cum nonnullis aliquibus illius pertæ: & cum Canonicorum mores, & vitam attendissent per multos dies, & Regularia instituta perdidicissent, constitutionibus cum ipsorum habitu humiliter petitis gratiosissimè à B. Petro tunc Priore donati, & decorati fuerunt. Qui cum in amplissimam Congregationem effusi essent, sapius procurauerunt viri sibi Canonicam Nicosiensem, quæ tunc celebris valdè erat, vt Frigidianensis Lucæ.* in qua retractanda variè hinc inde elaboratum est, quod reticendum proponimus nunc. *Sed non prætereundum, quod Gregorius è Fesulano monasterio Procurator inuasum anno 1490. Nicosiensem Prioratum per aliquot annos non bona gubernatione gessit, vt idem Canonici fatentur, & nos in vltimo libro adhorum attestatione in responsionibus recolimus: quo tempore Apostolica autoritate, annuente Senatu Lucensi, monasterium Brancolanum eidem periculo dispositum à Nicosiensi segregatum fuit: sed paruo tempore durante illa violenta prælatia.* Hæc ille ad literã, quæ illius pace facilè refelluntur: nam quod de fratre illo Venerabili Ordinis Prædicatorum, quem tacito nomine nostræ Lateranensis Cõgregationis circa annum Dñi 1409. facit autorẽ, cum sit vetus fabula, à quibusdã Eremitis Augustinẽsib⁹, præsertim Paulo Bergomẽsi, & Ambrosio Coriolano excogitata, & à monachis Cassinensibus in causa præcedẽtiq; cõtra nos pluries adducta & pluries refecta, quid iuuat eã nunc repetere? & quomodo ab illo Venerabili fratre de anno 1409. potuit Lateranensis Congregatio originem trahere, cũ extent instrumenta authentica contractuum celebratorum à Priore & Canonicis de Frisonaria de anno 1405. extet insuper Gregorij XII. priuilegium eisdem Priori, & Canonicis factum anno 1407. Idib. Decemb. Extet etiam aliud priuilegium eiusdem Gregorij XII. Canonicis monasteriorum S. Mariæ de Frisonaria, & S. Leonardi apud Veronam simul vnitorum, datum anno 1408. V. Kalend. Maij, quinimò extet bulla vnionis, & reformationis dicti monasterij S. Leonardi prius Ordinis S. Marci, data anno 1407. ab eodem Gregorio XII. pridie Nonas Iulij, per quam dictus Pontifex tribuit Domno Benedicto Ariminensi Canonico professo monasterij S. Mariæ de Frisonaria Ordinis sancti Augustini, & sacerdoti dictum Prioratum sancti Leonardi reformandum, secundum Ordinem S. Augustini, & constituendum in eo numerum Canonicorum, qui de prouentibus dicti Prioratus sufficienter viuere valerent, verùm de hac re pluribus agendi alius locus est.

Quod etiam ait, illum fratrem Ordinis Prædicatorum, quem Congregationi nostræ primum autorem tribuit, circa annũ Domini 1409. ium Concilium Pisanum siue Conciliabulum celebraretur, cum suis socijs constitutiones, & habitum Canonicorum Regularium Nicosiensium, à Petro illius monasterij Priore sumpsisse, vnde obsecro hausit? nam frater Iacobus Bergomensis prius Albericus de Aduocatis Primarius in Patauino Gymnasio legum Doctor, postea frater Ordinis Prædicatorum, qui ex dispensatione Pontificis, & etiam licentia obtenta à fratre Thoma Generali tunc Magistro Ordinis Prædicatorum ad nos transiuit, non certè à Priore Nicosiensi, sed à Priore S. Mariæ de Frisonaria habitum sumpsit, & in illius manibus professionem emisit, extat enim chirographum membranaceum, & vetustissimum, in quo notatus est dies sumptionis habitus illius per manũ Prioris S. Mariæ de Frisonaria, scilicet 2. Iunij in festo S. Barnabæ Apostoli, de quo libro sequente dicemus. Præterea quod subiungit. *Qui cum in amplissimam Congregationem effusi essent, sapius procurauerunt viri sibi Canonicam Nicosiensem, quæ tunc celebris valde erat, vt Frigdianensis Lucæ.* Vnde accepit? nam nostri Annales contrarium dicunt, Nicosienses procurasse nobis viros, non nos illis: sed esto verum sit, quid tum? quid, quod pro nunc reticendum proponatur? etsi Frigdiana canonica Lucensis, vt Nicosiensis tunc temporis celebris erat, qua specie veritatis dixit idem autor supra libro 5. sæpius, quo tempore Gregorius XII. illorum Congregationem ex Eremitis Ilicetanis in Canonicos transformatis inchoauit, nullos Canonicos fuisse, qui regulariter viuerent, & Canonicorum claustralium vix agnita vestigia? Demum quod de Gregorio Canonico Fesulano ait, illum anno 1490. Prioratum Nicosiensem inuasisse, si vera sunt, quæ de hac re scribit Cæsar Franciottus in libro Historiæ sanctarum Imaginum ciuitatis Lucensis, in descriptione Ecclesiæ sanctæ Mariæ foris portam ciuitatis Lucensis, falsum omninò est: cum casus narratus non sub Innocentio VIII. sed sub Pio II. acciderit. Sed de monasterio Nicosiensi satis.

In Diœcesi Pisana constat fuisse aliud, ac insigne monasterium sub titulo Præposituræ S. Petri ad Vincula, cuius Præpositus Capitulo prouinciali Papiæ anno 1340. celebrato interfuisse perhibetur ex actis eiusdem Capituli, quæ inferius hoc eodem libro capite 44. ex integro referemus.

In Ciuitate Pisarum est Abbatia sancti Michaelis discalceatorum nostræ Lateranensis Cõgregationis, de qua libro sequenti in ipsa Congregatione Lateranensi. Sed & alia multa dicti Ordinis monasteria, tempore prædicti Capituli prouincialis Papiæ celebrati, in prouincia Pisana extitisse, hinc colligere potes, quod pro solis monasterijs dictæ prouinciæ visitandis vnus visitator est constitutus, nimirum Prior sancti Augustini de Nicosia. Sic namque in eisdem Actis legitur. *Domnus Prior sancti Augustini dicti Nicosiæ teneatur, & debeat visitare omnia mo-*

nasteria, Ecclesiæ, & loca Conuentualia dicti Ordinis existentia in tota prouincia Pisana.

VIII. IN Ciuitate Pistoriensi est Abbatia S. Bartholomæi nostræ Congregationis, de qua libro sequenti.

Item Prioratus S. Frigdiani olim membrum Congregationis Sancti Frigdiani Lucensis, vt patet ex quadam comparitione facta per Dominum Michaelem eiusdem Ecclesiæ Priorem coram Reuerendissimo Episcopo Pistoriensi de anno 1350. qui cum ad instantiam Abbatis S. Michaelis Pistoriensis citatus fuisset coram eodem Reuerendissimo Episcopo, comparuit, & protestatus fuit de incompetentia Iudicis ex eo, quia illius Prioratus membrum erat Congregationis S. Frigdiani, & illius Priori immediatè subiectus, & exemptus à iurisdictione Ordinarij. Exemplum protestationis authenticum est Romæ in nostro Archiuo S. Mariæ de Pace. huius monasterij fit mentio in libro taxarum Apostolicarum.

In eadem Diœcesi in Castro, quod Pratũ nuncupatur, Prioratus S. Saluatoris nuncupatus. Item Prioratus S. Saluatoris Vallis Agnæ ad nostram Lateranensem Congregationem spectant: suntque membra Abbatiæ Fesulanæ S. Bartholomæi, ex bulla vnionis Eugenij IV. data III. Idus Feb. anno 1439.

In eadem Diœcesi Pistoriensi Prioratus sancti Thomæ de S. Matho Canonicorum Regularium nostræ Congregationis Lateranensis ex concessione Innocentij VIII. & Alexandri VI. quam confirmauit Iulius II. per suas dates quarto Idus Octobris 1504.

IX. LVcensem Ecclesiam S. Martini nuncupatam ab illius fundatione siue institutione suos Canonicos in claustris regulariter viuentes habuisse, fidem facit, qui eiusdem Ecclesiæ priuilegia perueftigauit Cæsar Franciottus proximè allegatus in descriptione ipsius Ecclesiæ S. Martini pag. mihi 516. vbi refert priuilegium Leonis IX. quo ipsis Canonicis ea omnia firmauit, quæ Ioannes Episcopus eius nominis Lucensis Episcopus eisdem Canonicis regulariter viuentibus donauerat, nimirum circa annum 790. quo tempore Ecclesiæ Lucensi idem Episcopus præerat, nec mirum, cum illius Ecclesiæ prima fundatio, & institutio in S. Frigdianum Canonici Ordinis professorem, & propagatorem referatur, vt ex vetustissima scriptura translationis Reliquiarum S. Reguli facta ab eodem Ioanne primo Episcopo, quæ in monasterio nostro S. Frigdiani seruatur, probat idem qui supra Cæsar Franciottus loco proximè citato.

Porro in eadẽ ciuitate, & Diœcesi Lucensi multæ aliæ fuerũt, & nũc etiã sunt insignes Canonici Ordinis Ecclesiæ, quarũ Prima est S. Frigdiani ab eodem S. Frigdiano sub inuocatione triũ Leuitarũ exstructa, in qua Deo fauente Ordo Canonicus secundum B. Augustini regulam semel ab eodem S. Frigdiano institutus, vsque in hanc diem perseuerat: fuit autem monasterium S. Frigdiani caput Congregationis præclarissimæ: nunc verò nostræ Lateranensis præcipuum, de quo infrà speciàlis tractatio habenda erit, tum in hoc secũdo libro, cum de Congregatione S. Frigdiani agemus, tum in sequenti cum de monasterijs nostræ Lateranensis Congregationis sermo erit.

Secunda est Ecclesia S. Mariæ de Frisonaria prius sancti Frigdiani oratorium, postea ab illustrissima fœmina Mathilda in monasterium erecta, tertiò ab equite Marcoaldo Lucensi circa annum Domini 1255. instaurata, demum à nostris anno 1400. reformata, de qua in Catalogo monasteriorum nostræ Congregationis.

Tertia, Ecclesia sancti Petri, quam vetustissimam fuisse, ac in ea ab antiquo tempore disciplinam canonicam viguisse, ostendunt literæ Innocentij III. Priori sancti Frigdiani, & Canonicis Lucensibus directæ, quibus mandat, vt quandoquidem in dicta Ecclesia ordo canonicus ab antiquo tempore fuerat institutus, licet postmodum per multa, & longa tempora fuerint in dicta Ecclesia instituti Priores non professi, tamen quia non oportet arare in boue, & asino, compellant Priorem electum, & alios dictæ Ecclesiæ canonicos non professos, vel professionem emittere, vel beneficia, quæ in eadem Ecclesia tenebant, dimittere. Refertur hæc epistola in cap. Cum causam de electione.

Quarta est Ecclesia S. Pantaleonis eiusdem Ciuitatis, quam cum in ea disciplina canonica collaberetur, Innocentius II. per suas datas Kalend. Nouembris Priori, & Canonicis S. Frigdiani reformandam sub istis verbis concessit: *atque Ecclesiam sancti Pantaleonis, ad reformandum in ea Religionem, & locum ipsum, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, Deo propitio, melioradum, cum omnibus scilicet, quæ in præsenti prima indictione iustè, ac laudabiliter pertinere noscuntur, Apostolica vobis dispensatione committimus, vt videlicet quandiu ibi Religio duraverit, idem venerabilis locus nostra dispositione, vestroque regimine, absque alicuius contradictione consistat.*

Quinta est Ecclesia S. Saluatoris in Mosthiolo eiusdem Ciuitatis Prioratui S. Frigdiani subiecta, & illius membrum, cum suo capite nostræ Congregationi vnita.

Sexta, Ecclesia S. Leonardi eiusdem S. Frigdiani membrum, & similiter nostris vnita.

Septima, Ecclesia S. Mariæ foris portam, vetustissima, & à Desiderio Rege Longobardorum instaurata, vt Cæsar Franciottus in descriptione eiusdem Ecclesiæ adnotauit pag. mihi 564. in qua ab antiquissimo tempore degisse canonicos regulariter viuentes, constat ex titulo Prioris, qui canonicis eiusdem Ecclesiæ præerat, cuius fit mẽtio in quodã instrumento confecto anno Domini 1281. prædicta Ecclesia cum ad secularitatem

transisset

transiisset, iterum ad Regulares repetiuit anno 1507. cum Iulius II. canonicis regularibus Congregationis sancti Saluatoris Bononiensis illam vnit.

Octaua, Ecclesia S. Ioannis in capite Burgi nuncupata, quam fundatam circa annum Christi 1035. illius Patroni de anno 1135. habita ab Innocentio II. facultate, Priori, & Canonicis sancti Frigdiani cum hospitali eidem annexo perpetuam tradiderunt. Idem autem Prior cum canonicis deanno 1517. sacris Virginibus Canonicis nostri Ordinis sub dicti Prioris regimine confirmationem concesserunt, quam etiam nunc tenent.

Nona, S. Michaelis de Platea, secundum Augustum Supplementi lib. 12. sub anno 1107. vbi de S. Anselmo Archiepiscopo verba faciens hæc scribit: *Padum ilerraria, maximè in Luca Vrbe, & eius quinque Commarcis Regularium monasteria admodum erant, ea quippe in Vrbe Luca, & extra portam sancti Frigdiani, sancti Michaelis de Platea, & alia duo sub capite gubernata, & de sexu Parochiales Ecclesiæ omnes Vrbis, & de extra huius sancti vrbis vsus regulares, &c.* Notat tamen, de Ecclesia S. Michaelis à Ioannis expeditum Cæsarem Franciottum in descriptione huius Ecclesiæ.

Decima, Ecclesia S. Michaelis de Monte Brãdi, de qua dictum est supra: nunc vnita Congregationi S. Saluatoris Bononiensis per Iulium II. anno 1507.

Vndecima, S. Mariæ Magdalenæ Castri Francolini Vallis Arni, membrum Congregationis sancti Frigdiani, quam de anno Domini 1345. communia Canonicorum habuisse, constat ex electione facta eo anno à Canonicis monasterij de Frisonaria illorum Priorem, de quodam canonico dicti Conuentus nomine fratre Matthæo.

Præter supradictas verò Ecclesias sunt in præfata Diœcesi Lucensi aliæ parochiales ad monasterium nostrum S. Frigdiani, vel S. Mariæ de Frisonaria spectantes, & per aliquem ex nostris canonicis gubernari solitæ, de quibus etiam infra dicemus, sed & aliæ quamplures Ecclesiæ, quæ nunc à secularibus clericis regũntur, regulares olim extitisse, priorales earum tituli satis indicant, qui nonnisi Ecclesijs Regularibus saltem ab immemorabile tribui consueuerunt.

In Diœcesi Lucensi, siue Sarzanensi Ecclesia S. Andreæ de Carraria cum omnibus parochialibus, & capellis eidem subiectis olim membrum S. Frigdiani Lucensis, nunc cum eodem capite nostræ Congregationi vnita, cuius Prior ordinariam iurisdictionem in seculares dicti loci Carrariæ, & aliorum adiacentium exercet, vice tamen Prioris S. Frigdiani.

transisset, iterum ad Regulares repedauit anno 1512. cum Iulius II. canonicis regularibus Congregationis sancti Saluatoris Bononiensis illam vnitit.

Octaua, Ecclesia S. Ioannis in capite Burgi nuncupata, quam fundatam circa annum Christi 1050. illius Patroni de anno 1135. habita ab Innocentio II. facultate, Priori, & Canonicis sancti Frigdiani cum hospitali eidem annexo regendam tradiderunt. Idem autem Prior cum canonicis de anno 1517. sacris Virginibus Canonissis nostri Ordinis sub dicti Prioris regimine constitutis tenendam concesserunt, quam etiam nunc tenent.

Nona, S. Michaelis de Platea, secundum Autorem Supplementi lib. 12. sub anno 1107. vbi de S. Rufo siue Arnulpho verba faciens hæc scribit: *Potens Hetruria, maximè in Luca Vrbe, & eius agro multa Canonicorum Regularium monasteria adhuc extantia erant, ea quippe in Vrbe Luca, & extra sunt in primis sancti Frigdiani, sancti Michaëlis de Platea, & extra à Bosco, & alia duo vno sub capite gubernata, & alia ferme Parochiales Ecclesiæ omnes Vrbi adiacentes erant huius sancti viri Rufi regulari, &c.* Non me latet tamen, de Ecclesia S. Michaelis à liter sentire supradictum Cæsarem Franciottum in descriptione huius Ecclesiæ.

Decima, Ecclesia S. Michaëlis de Monte Brãcoli, de qua dictum est supra: nunc vnita Congregationi S. Saluatoris Bononiensis per Iulium II. anno 1507.

Vndecima, S. Mariæ Magdalenæ Castri Franchi Vallis Arni, membrum Congregationis sancti Frigdiani, quam de anno Domini 1345. communia Canonicorum habuisse, constat ex electione facta eo anno à Canonicis monasterij de Frisonaria in illorum Priorem, de quodam canonico dicti Conuentus nomine fratre Matthæo.

Præter supradictas verò Ecclesias sunt in præfata Diœcesi Lucensi aliæ parochiales ad monasterium nostrum S. Frigdiani, vel S. Mariæ de Frisonara spectantes, & per aliquem ex nostris canonicis gubernari solitæ, de quibus etiam infernis dicemus, sed & alias quamplures Ecclesias, quæ nunc à secularibus clericis reguntur, regulares olim extitisse priorales earum tituli satis indicant, qui nonnisi Ecclesijs Regularibus saltem ab institutione tribui consueuerunt.

In Diœcesi Lucensi, siue Sarzanensi Ecclesia S. Andreæ de Cartaria cum omnibus parochialibus, & capellis eidem subiectis olim membrum S. Frigdiani Lucensis, nunc cum eodem capite nostræ Congregationi vnita, cuius Prior ordinariam iurisdictionem in seculares dicti loci Carrariæ, & aliorum adiacentium exercet, vice tamen Prioris S. Frigdiani.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium Prouinciarum Marchiæ Anconitanæ, Ducatus Vrbini, & Romandiolæ.

I.

Ecclesiam Collegiatam S. Saluatoris in Castro S. Angeli Diœcesis Firmanæ Canonicorum Regularium, sub Beati Augustini regula militantium extitisse, quo tempore S. Nicolaus de Tolentino illius Ecclesiæ erat Canonicus, testatur D. Antoninus 3. parte Historiali tit. 24. cap. 10. in principio, vbi sic ait: *In iuuenili igitur ætate sanctè conuersans, cuidam Ecclesiæ sancti Saluatoris Canonicus effigitur regulari.* Eam enim Ecclesiam S. Saluatoris in Castro S. Angeli nuncupato, Firmanæ Diœcesis fuisse, habes ex Breuiario Romano in officio eiusdem S. Nicolai. Canonici dictæ Ecclesiæ seculares effecti habent adhuc Priorem.

In Diœcesi Firmana propè ciuitatem, secundo circiter milliario ad ripam Adriatici fuit vetustissimum Collegium nostri Ordinis S. Marci nuncupatum, quod rogantibus, ac iuuantibus ciuibus Firmanis intra vrbem translatum, nunc S. Catharinæ vocatur, ingentissimis priuilegijs per Romanos Pontifices munitum, de quo vide libro sequenti in Catalogo Monasteriorum nostræ Congregationis.

In Ciuitate Firmana erat alia Collegiata Ecclesia S. Mariæ nuncupata, cuius, & illius Canonicorum meminit Eugenius IV. in literis Priori sancti Saluatoris eiusdem Ciuitatis directis anno 1431. secundo Kal. Maij per hæc formalia verba: *Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Firmani Pellegrini Canonici monasterij sanctæ Mariæ per Priores olim gubernari Ordinis sancti Augustini petitio continebat, &c.*

In ciuitate Tolẽtini est Præpositura collegiata nostræ congregationis S. Caterui nuncupata, vbi S. Martyris sanctissimæ Reliquiæ adseruantur.

In ciuitate Anconitana monasterium Abbatiale S. Ioannis Baptistæ de Capite montis sub arce positum nostræ Lateranensis congregationis.

In eadem ciuitate est collegium cum primis nobile S. Virginum Canonissarum nostri ordinis, quod S. Bartholomæi nuncupatur.

In Episcopatu Asculano circa annũ 1344. fuisse monasteria nostri ordinis, patet ex actis Capituli eo anno Eugubij celebrati, in quo designatus est ad visitanda monasteria in Episcopatibus Firmano, & Asculano Prior S. Ioannis de Vrbe veteri.

Ecclesia Fanensis ab institutione Regularis fuisse conuincitur ex epistola B Petri Damiani ad Clericos Fanenses, qua vitam communem & regularem disciplinam in dicta Ecclesia collapsam reparare nititur, ostendens illos perperam, & cõtra suum nomen canonicos vocari velle, qui Regulares esse, ac regulariter viuere noluerint, & institutum clericorum primitiuæ Ecclesiæ ab Apostolis fundatæ, fuisse institutum vitæ communis, & regularis, quæ epistola tota esset hic ponenda.

II. IN Ciuitate Fanensi est collegium Abbatiale insigne S. Paterniani congregationis S. Saluatoris Bononiensis.

In eadem Ciuitate quædam Ecclesia S Mariæ nuncupata iuxta portum, nostræ Lateran. congregationis, non tamen collegiata.

Ecclesia Eugubina ab illius institutione fuit regularis, in qua institutum vitæ canonicæ sub regula B. Augustini vsque ad Iulium II. durauit, qui multas ex regularibus seculares effecit: nam & in Prouinciali Romano sub Alexandro VI. typis cuso, ipsa Ecclesia Eugubina ponitur sub ordine D. Augustini, extant literæ secularizationis illius à Leone X. emanatæ anno 1514. quarum est tenor, illam antea regularem fuisse ordinis sancti Augustini.

In Diœcesi Eugubina erat vetustissimum monasterium canonicorum, cuius bona post illius euersionem per bellicos tumultus, tandem monasterio sacratum Virginum sancti Benedicti ordinis sanctæ Claræ fuerunt applicata. Sed locus, vbi illud monasterium extabat, etiam nunc La Canonica vulgo dicitur.

In Ciuitate Eugubina est aliud collegium vetustissimum sancti Secundi nuncupatum, cuius Ecclesiam S. Vbaldus Canonicus Regularis, & Episcopus Eugubinus, quòd apud illam fuerat enutritus ab infantia, ac etiam clericali militia initiatus, suis sumptibus, vt fertur, refecit, dotauit, & ex seculari regularem effecit, canonicorũ collegio secundum normam canonicæ Portuensis in littore Adriatico viuentium in eadem Ecclesia constituto, quæ cum successibus temporum varias iacturas passa esset, & canonicis destituta, Calistus III. per suas datas sub die 3. Nouemb. anni 1455. illam congregationi S. Saluatoris Bononiensis vniuit.

In Monte eidem ciuitati imminente est Præpositura nostræ congregationis, in qua sanctissimi Patris, & Præsulis Vbaldi Reliquiæ, summa ciuitatis Eugubinæ, ac etiam totius Prouinciæ, necnon finitimarum regionum veneratione seruantur.

III. IN ciuitate Vrbini Ecclesia S. Agathæ ab institutione fuerat regularis ex lib. Taxarum Apostolicarum. verùm sublatis canonicis videntur positæ in eadem Ecclesia Sanctimoniales Canonissæ eiusdem Ordinis S. Augustini, quæ inibi vsque ad annũ 1480. permãserunt, quibus tandem amotis, & in monasterio S. Benedicti eiusdem ciuitatis locatis, Sixtus IV. eandem Ecclesiam congregationi S. Saluatoris Bononiensis vniuit, anno 1481. die 27. Aprilis.

Ecclesia Ariminensis videtur ab institutione regularis extitisse: si vera sunt, quæ Hieronymus Rubeus in Historia Rauennatum lib. 5. sub anno 1119. de Aldobrando prius Portuensi canonico, mox Ariminensi Præposito, & tandem Forosempronien si Episcopo his verbis scribit: *Cum interea confluerent vndique complures ad Portuense cœnobium, in disciplinamque sese eius cœnobij traderent, ijs hic fuisse Aldobrandus legatur, quem Oppido Sorbetulo è Bobio, seu Galliata prope Ceseniatum natus, & in Grammatica eruditus in Portuense cœnobium, vt maiores in literis ac pietate progressu fuaret, se contulit. Cum autem Ariminenses canonici Præposito destituti peterent, vt fieri ab illis consueuit, ex eorum conuentu aliquem ipsis idoneum præfici, qui virtute præstaret, Aldobrandum obtinuerunt, qui deinde Forosempronien sium Episcopatũ adeptus, Kal. Maij decessit in Diuorum numerũ relatus est.* Non me latet, virum nonnullos eruditos, ac in historijs Ecclesiæ Ariminensis apprimè versatos hanc Rubei de Regulari Aldobrandi professione historiam habere hospectam. Primò quod de nullo alio dictæ Ecclesiæ Præposito, ex innumeris ab eisdem Ariminensibus canonicis de more, consuetudine, ac etiam iure electis legatur, illum siue ex consuetudine, siue alio titulo ex Canonicis Portuensibus electum, quod non omisisset Rubeus, qui nullum non mouit lapidem ad Patriam gloriam extollendam. Secundò, quòd cum Ecclesia Ariminensis ab institutione nulli præterquàm Romano Pontifici subijciatur, nulla etiam lege illius canonici obnoxij tenebantur ad illorum Præpositum ex Portuensi collegio, siue alio quopiam eligẽdum. Verùm non inquit Rubeus, Ariminenses canonicos aliqua lege obnoxios fuisse ad illorum Præposito destitutos id effecisse, quod & alij consueuerant, scilicet Præpositos, & Rectores suorum collegiorum accipere ex eodem collegio Portuensi, quod non de secularibus, sed de regulabus collegijs intelligendum est, neque enim vsus fuit, collegia canonicorum secularium ex Collegijs regularibus suos Rectores accipere. Consueuerunt autem ita facere canonici regulares, vt innumeris exemplis in re notissima minimè necessarijs probari potest. Nec etiam obstat, Ecclesiam Ariminensem per antiquissima tempora soli Romano Pontifici subiectam, ius eligẽdi proprios Episcopos, multò magis Præpositos, habuisse: innumeræ enim erant Ecclesiæ Cathedrales, & Metropolitanę, quę soli Romano Pontifici cum subijcerentur, & proprios Episcopos eligerent, sub regulari nihilominus disciplina illorum clerici viuebant. Præter quod cũ vel ex eorũ libera confessione constet, Ariminẽsium Parochias magna ex parte olim per canonicos

regula-

regulares regi consuevisse, probabile admodum videtur, ipsam maiorem Ecclesiam, à qua cæteræ pendebant, multo magis regularem extitisse, vt cunque verò id fuerit, hoc certum, ante annos trecentos multa collegia canonicorum Regularium ciuitatem, ac Diœcesim Ariminensem habuisse quandoquidem in Capitulo Prouinciali Papiæ anno 1340 habito, designatus est visitator pro visitandis monasterijs in Ariminensi Diœcesi existentibus.

In eadem ciuitate est collegium nostræ congregationis S Marini nuncupatum, cum altero S. Lazari de Tertio, circiter milliari tertio à ciuitate remoto, sibi vnito, quod antiquitus erat Ordinis D. Augustini, sub cuius Prælati regimine degit aliud collegium sanctarum Virginum Canonissarum nostræ Congregationis, quod vocatur S. Sebastiani.

IV. IN Diœcesi verò Ariminensi apud Castrum S. Archangeli est vetus monasterium S. Ioannis de Cereto Ordinis S. Augustini, quod nostræ congregationi primitus vnitum, per aliquot annos in eadem congregatione mansit, vt ex litteris Martini V. & Nicolai V. habes. Verùm quod nostris minus aptum existeret, dimissum Sixtus IV. congregationi S. Saluatoris Bononiensis vniit anno 1478. die 3. Decemb. quod postea conuentu destitutum est, & illius bona alteri monasterio in Foroliuiensi Diœcesi eiusdem cõgregationis applicata.

In Prouincia Rauennatensi circa tempora Magni Gregorij fuisse monasteria canonicorum, habes ex illius epistola ad Marianum Archiepiscopum Rauennatem. lib. 6. epist. 40. cuius etiam fragmẽtum refertur in cap Dudum 18. q. 2. in illis verbis: *Nec illa vlli clerico habeat potestatem à te quam, ne monasteria bona occasionis velamine, ea, quæ prob bene statuerunt sanctorum, & monachis in Ecclesia seruire contra compellantur.* Licet in Decreto Gratiani Correctores Gregoriani propter nonnulla vetustiora exemplaria delecuerint illas dictiones: *Cum canonicis, & monachis simul in Ecclesia.*

Cæterùm in Ciuitate Rauennate extat in primis antiquum & insigne monasterium Portuensis, prius in litore Adriatico exstructum, cuius etiam nunc ædificia ibidem cernuntur: postea in vrbem à nostris translatum, multorum sanctorum virorum, & præclarissimorum Doctorũ domicilium, quod per varios casus hactenus, Deo protegente, ab vniuersali canonici ordinis diluuio seruatum, nostræ congregationi Lateranensi est vnitum, de quo infra lib 3. dicemus.

Prope eandem Ciuitatem erat Prioratus vetustissimus S Laurentij in Cæsarea, prius monasterio nostro S. Iacobi Cellæ Volanæ Comaclensis Diœcesis, postea eidem collegio Portuensi vnitus, ad quem Ecclesia S. Mariæ in Cosmedin eiusdem ciuitatis spectabat.

In Diœcesi Rauennatensi monasterium S. Adalberti, siue Asberti monasterio S. Iacobi Cellæ Volanæ vnitũ postea oppido vastato, factum est Archipresbyteratus secularis, qui curam animarum eius loci adiunctam habet.

In eadem Ciuitate Rauennatensi monasterium Abbatiale S Ioannis Euangelistæ, antea Ordinis S Benedicti, concessum fuit congregationi S. Saluatoris Bononiensis, à Pio II. per suas datas 6. Idus Augusti 1459.

IN Ciuitate Cesennæ Collegium Abbatiale S. Crucis nostrę congregationis à fundatione sub canonica institutione, & regula D. Augustini institutum, erat membrum congregationis antiquę Portuensis. adest priuilegium Innocentij II. anno 1139. concessum eidem collegio, quod cum alijs inferius in nostra Lateranensi congregatione reddemus. V.

Inter Cesennam, & Oppidum, Forum populi nuncupatum, erat vetus monasterium cum Hospitali S. Ioannis Baptistæ, cuius Priori, & fratribus insigne priuilegium concessit Innocentius III. anno 1199 quod est in Archiuo S. Mariæ in Portu Rauennæ.

In Diœcesi Foroliuiensi Prioratus D. Augustini eiusdem Ordinis, & membrum prædictæ congr. Portuensis, nunc autem eidem monasterio Portuensi vnitus, olim conuentualis, quandoquidem & claustrum, & cæteræ canonicorum officinæ integra nunc etiam visuntur. Sed modò canonicis in monasterium Portuense receptis, manet ibi tantum Prior cum socio, qui etiam curam animarum exercet.

In eadem Diœcesi in Villa Fornouij est monasterium S. Mariæ de Gratijs, quod à quodam Eremita piorum eleemosynis exstructum, congregationi S. Saluatoris Bononiensis concessum fuit per Sixtum IV. 29. Maij 1477.

In Ciuitate Fauentiæ seu prope illam erat Prioratus S Mariæ de Stradella membrum monasterij, & congregationis Portuensis, cuius monasterium propter guerras vastatum est, & bona illius à Communitate ciuitatis occupata magnas lites inter dictam Communitatem, ac Portuense monasterium excitauerunt.

In eadem Ciuitate Ecclesia S. Iuliani olim erat regularis, eaque per canonicos S. Iacobi Cellæ Volanę regebatur, quam de anno 1222 conuentus Cellæ Volanę concessit Episcopo Fauentino, compensatione ab illo accepta.

In Ciuitate Imolensi est Præpositura S. Iuliani martyris conuentualis nostræ Lateranensis congregationis, de qua libro sequenti.

In Diœcesi Comaclensi erat vetustissimum collegium in nemoribus exstructum, quod S. Iacobi de Cella Volana nuncupabatur, quod nostræ congr. Lateranensi vnitum ob æris intemperiem primò ad aliud monasterium S. Lazari apud Ferrariam & tandem intra ciuitatem Ferrariæ ad Abbatiale cœnobium S. Ioannis Baptistæ fuit

translatum, de quo infra. Extant in Archiuo eiusdem cœnobij exempla contractuum, & inuestiturarum, quæ factæ sunt à canonicis dicti monasterij Cellæ Volanæ de anno 1018. quæ venerandam illius antiquitatem produnt.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium existentibus in Episcopatibus Ferrariensi, Mutinensi, Regiensi, Parmensi, & Placentino, & Mantuano.

I. FErrariensem Ecclesiam à prima illius fundatione Regularem extitisse, facilè intelliges, si prius animaduertas, Cathedralem Ferrariensem ab initio non illam fuisse, quæ modò intra ciuitatem cernitur, sed quæ sancti Georgij vulgò de Ferrarola extra ipsam ciuitatem vltra vetustum alueum fluminis posita nuncupatur: hanc enim, non illam, quæ nunc est in ciuitate, quippe quòd nondum existeret, Episcoporum Ferrariensium sedem primariam fuisse, ostendit priuilegium factum ab Episcopo Ferrariensi nomine Griffo anno Christi 1141. die 11. Maij Hugoni Sacerdoti, & Ioanni Subdiacono prædictę Ecclesiæ Canonicis, in quo inter alia hæc habet: *Pro remedio scilicet animæ meæ, meorumque prædecessorum, & successorum Episcoporũ, qui in posterum in prædicto Episcopio ordinati fuerint, & pro remissione peccatorum nostrorum vobis præsentibus Hugoni Sacerdoti, & Ioanni Subdiacono Transpadanæ sanctæ Gregorij Ecclesiæ Canonicis, in qua Ferrariensis Episcopatus sedes olim viguit, &c.* Porrò eandem Ecclesiam à primaria illius fundatione sub disciplina canonica, siue regulari institutam ostendit aliud priuilegium Vitaliani Papæ, cuius autoritate eadem Ecclesia fuit ædificata, nec non etiã Episcopali dignitate aucta, præfecto eidem primo Episcopo Marino de Sauellis viro sanctissimo circa annum Christi 658. quo quidem priuilegio multis prædijs, & redditibus dictam Ecclesiam locupletauit, statuens in ea canonicos, qui vitam communem ducerent, quod priuilegium habetur in Archiuijs ciuitatis Ferrariæ, cuiusque meminit qui historiam Ecclesiarum Ferrariensium recens edidit Io. Baptista Guarinus Ferrariensis Canonicus in descriptione Ecclesiæ S. Georgij de Ferrarola, qui etiam subdit, translata intra vrbem sede Episcopali circa annum 1135. remansisse eandem Ecclesiam S. Georgij de Ferrarola cum titulo Canonicæ Regularium Lateranensium, quod nimirum multis prædijs tributis ab Episcopo Griffo Cœlestinus Pontifex huius nominis II. Prioratus titulo exornatam Canonicis Regularibus Lateranen. tribuisset suo priuilegio dato Laterani anno 1143. quod priuilegium firmauit Innocentius III. anno 1215. fatisse verò in eadem Ecclesia Canonicos regulariter viuentes vsque ad annum 1339. ostendunt literæ Benedicti Papæ XII. Abbati S. Petri in cœlo aureo Papiæ, & Priori eiusdem Ecclesiæ S. Georgi de Ferrarola directæ eodem anno 1339. Kalend. Iulij, quibus mandat Capitulum Prouinciale congregare, vt infra dicetur. Sed & de anno 1362. Canonici monasteriorum S. Iacobi Cellæ Volanæ, & S. Laurentij in Cæsarea apud Rauennam inuicem vnitorum capite destituti, canonici elegerunt in illorum Priorem Antonium Canonicum S. Georgij de Ferrarola eiusdem Ordinis S. Augustini, quorum electionem confirmauit Innocentius VI. per suas datas Auenioni anno decimo sui Pontificatus, quæ seruantur Ferrariæ in nostro Abbatiali Collegio Sancti Ioannis Baptistæ. Exinde verò cum esset cuidam Petro Diacono Cardinali tituli S. Angeli commendata, ac etiam post illius obitum commendata cuidam Iordano Episcopo Albanensi, Canonici Regulares illam omnino deseruerunt. Quam Ioannes Papa huius nominis XXIII. instante Nicolao Ferrariæ Marchione monachis Oliuetanis vnuit per suas datas Bononiæ de mense Septembris anno 1411.

II. IN Ciuitate Ferrariæ extitit vetus Collegium Canonicorum Cõgregationis S. Frigdiani Lucensis ab Illustrissima, & pijssima Comitissa Mathilde sub inuocatione D. Marci exstructum circa annum Domini 1083. aut vt alij malunt 1071. Causa istius collegij excitandi hæc fuit: Henricus IV. Imperator Italiam inuadens, Ferrariam cum alijs quibusdam ciuitatibus, & oppidis eidem Comitissæ abstulit. Eodem ex Italia profecto Mathildis Romani Pontificis, necnon etiam Venetorum copijs adiuta, Ferrariam recepit: statimq; in superiori parte ciuitatis Ecclesiam magnificentissimam exstruxit, ac in honorem D. Marci Venetorum Patroni, quòd illorum præsertim auxilio Ferrariam, ac etiã Mantuam de manibus Imperatoris eruisset, dicandam curauit, mox S. Frigdiani Canonicis magna sanctitatis fama celeberrimis illuc aduocatis, eam illis tradidit, qui eam aliquot seculis tenuerunt, nimirum vsque ad annũ 1478. quo anno Sixtus IV. instantibus Hercule Hestensi Ferrariæ Duce, & Eleonora eius coniuge illam Frigdianis Canonicis ablatã, force quia debitis obsequijs illam destituerant, D. Benedicti Monachis Congregationis S. Iustinæ vniuit, qui sub inuocatione D. Benedicti in eam, quæ nunc cernitur formam eandem instaurauerunt,

rant, erat bulla ipsius vnionis in nostro Archiuo Romano S. Mariæ de Pace.

In Diœcesi Ferrariensi in loco Vico Airoli nunc corrupto vocabulo Ficcarolo nuncupato extitit canonici congregationis sancti Frigdiani aliud Collegium S. Saluatoris præcipuum, eiusdem ferè antiquitatis tenebant, in eo siquidem Vico, qui vnus erat de segreem præcipuis totius diœcesis Ferrariensis, nobilissima fœmina Imiza Sichelmi vxor cum Casotto filio magnificentissimum Ecclesiam S. Saluatoris, cum Xenodochio eidem adiuncto ædificauit, & multis prædijs, decimis, & aliquot edificijs dotatã Landulpho Ferrariæ Episcopo donauit, qui circa annum Christi 1121. Abbati Pomposiano regendam tradidit. Cæterum (quæ de causa mihi incompertum) post annum circiter vigesimi amotis Monachis Pomposianis eidem Landulphus illam Attoni Priori, & canonicis S. Frigdiani tribuit anno 1133. quam Innocentius II. Imperatores, Principes, & Episcopi Ferrarienses magnis priuilegijs decorauerunt, confirmat eam canonici Frigdiani vsque ad annum 1478. quo instantibus Hercule Ferrariæ Duce, & Eleonora eius coniuge illam cum Ecclesia D. Marci Monachis Benedictinis congregationis S. Iustinæ, nunc Cassinensibus vocatis vnit. Meminerunt istius Ecclesiæ Innocentius II. in priuilegio concesso Attoni Priori S. Frigdiani anno 1133 tertio Nonas Octobr. Cœlestinus II. in priuilegio concesso Petro Priori, & fratribus S. Frigdiani dato 5. Idus Decemb. 1143. Eugenius III. in alio priuilegio eisdem Priori, & fratribus concesso anno 1145. tertio idus Aprilis.

In eadem ciuitate Ferrariensi est Collegium Canonicorum S. Mariæ de Vado nuncupatum, cuius Ecclesia, quæ vetustissima erat, priusquam Ferrariensis Padum traijcientes nouam vrbem, quæ nunc cernitur, excitarent, suo loco nomen dederat, qui S. Mariæ in Burgo Vado dicebatur. Cum autem Ferrarienses in alia fluminis parte sitam illorum vrbi ampliassent, Ecclesias S. Mariæ extra collem fines receptas, & ampliatas, instante Guiderio Ravennatensi Episcopo canonico regulari, Portuensibus canonicis apud Ravennam confinitis per Landulphum Episcopum Ferrariensem fuit concessa, constituto in ea canonicorum cœnobio sub Martino Priore circa annum 1135. vel secundum Hieron. Rubeum in Histo. Ravennat. anno 1141. cui anno sequenti 1142. Philippus electus Ferrariensis omnes decimas bonorum dicti Prioratus donauit. Sed & Eugenius III. anno 1148. multiplici illam priuilegio munivit, & ornauit, tenuerunt illam Portuenses multis annis, verùm ipsis deficientibus, cuidam Poetæ Lyrico nomine Io. Aurispæ fuit commendata. Iterum nostris Portuensib. tam reformatis, anno 1457. restituta, procurante Paschali Matthæo Venetorum Principe, ij quòd Borso Fer-

runt, extat bulla ipsius vnionis in nostro Archiuo Romano S. Mariæ de Pace.

In Diœcesi Ferrariensi in loco Vico Airoli nunc corrupto vocabulo Ficcarolo nuncupato idem canonici congregationis sancti Frigdiani aliud Collegium S. Saluatoris præcipuum, eiusdem ferè antiquitatis tenebant, in eo siquidem Vico, qui vnus erat de septem præcipuis totius ditionis Ferrariensis, nobilissima fœmina Imicza Sickelmi vxor cum Casotto filio magnificentissimam Ecclesiam S. Saluatoris, cum Xenodochio eidem adiuncto ædificauit, & multis prædijs, decimis, & alijs redditibus dotatâ Landulpho Ferrariæ Episcopo donauit, qui circa annum Christi 1112. Abbati Pomposiano regendam tradidit. Caterum (qua de causa mihi incompertum) post annos circiter viginti amotis Monachis Pomposianis idem Landulphus illam Attoni Priori, & canonicis S. Frigdiani tribuit anno 1133. quam Innocentius II. Imperatores, Principes, & Episcopi Ferrarienses magnis priuilegijs decorauerunt, tenuerunt eam canonici Frigdiani vsque ad annum 1478. quo instantibus Hercule Ferrariæ Duce, & Eleonora eius coniuge illam cum Ecclesia D. Marci Monachis Benedictinis congregationis S. Iustinæ, nunc Cassinensibus vocatis vniuit. Meminerunt istius Ecclesiæ Innocentius II. in priuilegio concesso Attoni Priori S. Frigdiani anno 1133 tertio Nonas Octobr. Cœlestinus II. in priuilegio concesso Petro Priori, & fratribus S. Frigdiani dato 5. Idus Decemb. 1143. Eugenius III in alio priuilegio eisdem Priori, & fratribus concesso anno 1145. tertio idus Aprilis.

In eadem ciuitate Ferrariensi est Collegium Canonicorum S Mariæ de Vado nuncupatum, cuius Ecclesia, quæ vetustissima erat, priusquam Ferrarienses Padum traijcientes nouam vrbem, quæ nunc cernitur, excitarent, suo loco nomen dederat, qui S. Mariæ in Burgo Vado dicebatur. Cum autem Ferrarienses in alia fluminis parte fines illorum vrbis ampliassent, Ecclesias S. Mariæ intra eosdem fines recepta, & ampliata, instante Gualterio Rauennatensi Episcopo canonico regulari, Portuensibus canonicis apud Rauennam constitutis per Landulphum Episcopum Ferrariensem fuit concessa, constituto in ea canonicorum conuentu sub Martino Priore circa annum 1135. vel secundum Hieron. Rubeum in Histo. Rauennat. anno 1141. cui anno sequenti 1142. Philippus electus Ferrariẽsis omnes decimas bonorum dicti Prioratus donauit. Sed & Eugenius III. anno 1148. multiplici illam priuilegio muniuit, & exornauit, tenuerunt illam Portuenses multis annis, verùm ipsis deficientibus, cuidam Poëtæ Lyrico nomine Io. Aurispæ fuit commendata. Iterum nostris Portuensib. iam reformatis de anno 1457. restituta, procurante Paschali Maripetro Venetorum Principe, ij quòd Borso Ferrariensium Dux nonnullis legibus illos vellet obstringere, quæ minus placerent, cum aliquot dies tenuissent, sponte dimiserunt. Eam postea Sixtus IV. annno 1473. Canonicis congregationis S. Saluatoris Bononiensis vniuit.

In eadem Ciuitate est nostrum collegium Abbatiale S Io. Bapt. ex loco S. Lazari intra vrbem translatum, cuius Ecclesiam Hercules Ferrariæ Dux I. Regia magnificentia exstruxit: sed illa terræ motu horribili, qui anno 1570. totam ciuitatem labefactauit, tota penè ruit.

In Diœcesi Ferrariensi est alius Prioratus vetustissimus S. Margarithæ in loco Constantiaco apud Portum Maiorem constitutus, quem Gualterius Archiepiscopus Rauennas anno 1120. canonicis Portuensibus regendum tradidit, & Gulielmus Bulgari filius cum illius coniuge Adelasia dotauerunt, tributo eidem Castellari, in quo Ecclesia S. Margaritæ est ædificata, fossis, & euripis cincto. Hic Prioratus nunc etiam eidem monasterio Portuensi nostræ congregationis est vnitus.

In eadem ciuitate Ferrariensi est Collegium S. Virginum Canonissarum anno 1502. erectum, quod S. Mariæ de Gratijs dicitur, vulgò del Mortaro: quia illæ ex Mortariensibus apud Iusubres in Diœcesi Papiensi originem traxerunt, sicut patet ex instrumentis fundationis eiusdem collegij.

III. In Episcopatu Mutinensi Archipresbyteratus Oppidi Carpi ab illius fundatione fuit regularis, & sub disciplina canonica, vsque ad nostra ferè tempora permansit. Archipresbyter Carpi Capitulo Prouinciali Papiensi interfuit, vt ex actis patet, nunc Collegium factum est ex Regulari seculare.

In Suburbijs Mutinæ erat monasterium S. Catharinæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, cuius Prior electus fuit Præsidens in dicto Capitulo Papiensi, nunc arbitror esse commendatum.

In eiusdem Suburbijs Prioratus S. Trinitatis vetustus nostræ congregationi vnitus, & intra ciuitatem translatus, ac etiam dignitate Abbatiali auctus, de quo in congregatione Lateranensi.

In Castro Vineolæ Mutinensis Diœcesis est Præpositura S. Mariæ nostræ congregationis à nobilibus de Murenis fundata.

In Ciuitate Mutinensi est etiam Prioratus S. Hieronymi Congregationis S. Saluatoris Bononiensis, erectus per Alexandrum VI. anno 1498.

In Ciuitate Regij erat Abbatia, cuius Abbas nominatur in Capitulo Prouinciali Papiensi. Verùm cum non exprimatur titulus Ecclesiæ, quænam, & vbi fuerit, diuinare non possum.

In Diœcesi Regiensi ex libro Taxarum Apostolicarum, erat vetustum monasterium S. Mariæ de Marola, cum alio monasterio sibi vnito, quod puto commendatum.

In Ciuitate Regiensi est cœnobium Abbatiale S. Mariæ Gratiarum nostræ Congregationis.

In eadem Ciuitate collegium S. Virginum Canonissarũ, quæ regimini Abbatis S. Mariæ Gratiarum, & totius Congregationis subduntur, quod S. Petri Martyris vocatur.

In eadem Ciuitate est collegium canonicorum S. Saluatoris de Bononia S. Marci nuncupatum, erat anteà congregationis, seu Ordinis S. Marci de Mantua, sed deficientibus canonicis illius Ordinis, vnitum fuit dictæ Congr. anno 1497.

V. IN Ciuitate Parmensi collegium Abbatiale vetustissimum nostræ congregationis S. Sepulchri nominatum, de quo infra in congregatione Lateranensi.

In Diœcesi Parmensi non longè à Ciuitate est vetustissimus Prioratus Ordinis Canonicorum Regularium S. Armani nuncupatus, quem conuentu destitutum Monasterio S. Sepulchri vnivit Sixtus IV. anno 1494.

In eadem Diœcesi est alius Prioratus vetustissimus S. Fœliculæ, quem conuentui S. Sepulchri anteà vnitum, nostræ congregationi concessit Pius II. anno 1460.

In Ciuitate Parmensi est antiquum, & præcipuum Collegium Canonissarum nostri Ordinis, & etiã Cõgregationis, quod S. Saluatoris dicitur.

In Ciuitate Placentina est præclarum cœnobium Abbatiale S. Augustini nostræ Congregationis, præcipuum inter omnia collegia Italica, de quo in nostra congr. Lateranensi.

In Diœcesi Placentina est Prioratus antiquus S. Petri de Domo Dei, circa annum circiter millesimum centesimum fundatus à nobili viro Gãdulpho & vxore eius Ghisla, vt apparet ex priuilegio Innocentij III Ioanni Priori, ciusque fratribus concesso, ad exemplum aliorum priuilegiorum, quæ eidem monasterio concesserant Romani Pontifices Calistus II. Innocentius II. Cœlestinus II. Anastasius IV. Adrianus IV. Alexander, Lucius, Vrbanus, Clemẽs, & Cœlestinus tertij, hoc monasterium quòd canonicis esset destitutum, Eugenius IV. anno 1442. prædicto cœnobio S. Augustini vniuit, resident tamen in eo Prior, Vicarius, & alius Canonicus, qui curam animarum exerceat.

In eadem Ciuitate Placentia erat aliud Collegium insigne S. Raimundi, cuius Præpositus Capitulo Papiensi interfuit, ac in eo Definitor renunciatus, ac etiam Visitator monasteriorum, & Ecclesiarum in Ciuitatibus, & Diœcesibus Placentina, Cremonensi, Parmensi, Regiensi, cum Archipresbyteratu Carpi. Verùm ipsum quoque canonicis destitutũ, monialibus Ordinis Cisterciensis per Sedem Apostolicam fuit concessum.

V. IN Ciuitate Mantua est Cœnobium Abbatiale S. Bartholomæi nostræ congregationis, olim membrum Congregationis Portuensis, de quo inferius.

In eadem Ciuitate est aliud cœnobium Abbatiale S. Viti nostræ congregationis, quod antea erat Prioratus Canonicorum Regularium Ordinis S. Marci de Mantua: sed Pius II. anno 1459. instante Illustrissima Eleonora Mantuæ Marchionissa, illum nostræ cõgregationi reformandum tradidit, extincto in eodem ordine S. Marci, & instituto Ordine S. Augustini.

In eadem Ciuitate est collegium insigne Canonicorum Regularium congregationis S. Saluatoris de Bononia, S. Sebastiani nuncupatũ, ad quod de anno 1527. prædicti canonici se transtulerunt ex Abbatiali cœnobio S. Rufini foris Mantuam, olim Ordinis S. Benedicti, vbi degebant.

In eadem Ciuitate est insigne collegium S. Virginum Canonissarum nostræ congreg. quod dicitur S. Mariæ de Cantelma, pluribus priuilegijs per Sedem Apostolicam exornatum, quod subest regimini Abbatis S. Bartholomæi.

In eadem Ciuitate est aliud Cœnobium canonissarum Regularium nostræ congregationis, quod dicitur S. Mariæ Annunciatæ, in Burgo S. Georgij, & est sub Cura Abbatis S. Viti.

In eadem Ciuitate erat Prioratus S. Marci caput ordinis canonicorũ regularium S. Marci, qui eodo anno 1200. fundatus, cum multis collegijs in partibus Lombardiæ, & Marchiæ Tarusinæ fuisset ampliatus, paulatim deficiens, cum ad vnicum monasterium S. Marci Mantuani esset redactus, ibi quoq; deficiente disciplina canonica, sub Vincentio Mantuæ Duce finem accepit: monasterium à viginti circiter annis obtinuerunt monachi Congregationis Camaldulensis.

Erant autem in Ciuitate Mantuæ alia tria collegia canonicorum eiusdem Ordinis D. Marci, de quibus inferius cap. 50. dicemus.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

De Ecclesia Bononiensi, & Collegijs Canonicorum Regularium in Episcopatu Bononiensi constitutis.

BOnoniensem quoque Ecclesiam ab illius institutione regularem fuisse, & sub canonica disciplina per multa secula stetisse, ostendunt in primis Romanorum Pontificũ, necnon Imperatorum, & Episcoporum Bononiensium diplomata, ac priuilegia eidem Ecclesiæ concessa, in quibus de canonicis regulariter, & canonicè, & in congregatione, & sub regula viuentibus, sæpius mentio habetur, quorum meminit Sigonius de Episcopis Bononiensibus non vno in

loco.

loco. nam libro 2. sub anno 946. hæc scribit: Huius rei præcipuo illa documento exstitit, quod Episcopus debuit, vt dignitatem tueri suam posset, non solùm decimis frugum omnium, quæ in Diœcesi nascerentur instructus, sed etiam variis Pontificum, atque Imperatorum priuilegijs ad ornamenta, & commoda sua amplificanda munitus esset. Clerici verò canonicam ex lege vitam agentes, haud secus multis, & ipsi beneficijs ab Episcopis suis, Pontificibus, & Imperatoribus cumulati. Quæ priuilegia recensens sub anno 967. ponit priuilegium Ioannis Papæ XIII. ad exemplum alterius Leonis V. eius prædecessoris sub hac forma tributum: *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Cum ego Ioannes sancta & apostolica Ecclesia Romana XIII. Papa residerem in Rauennate Ciuitate, vnà cum meis, & Italicis Episcopis, assuerunt præsentiæ nostræ Religiosi Presbyteri & Diaconi sanctæ Bononiensis Ecclesiæ, ac pro vniuersis clero canonica Congregationis huius prostrati nostros osculantes pedes, obtulerunt epistolam tuitionis sanctæ recordationis Domini Leonis V. Papæ, &c.* Et videri possunt reliqua apud ipsum autorem, quę satis indicant, non solùm Cathedrales, sed alios omnes Bononienses clericos in Cõgregatione canonica per ea tempora vixisse. Rursus sub anno millesimo quinquagesimo quarto, aliud refert priuilegium Adelfredi Episcopi, qui Canonicis Bononiensibus bona à suis prædecessoribus concessa firmauit, alia multa insuper largitus, in quo priuilegio hæc habes: *Omnes verò decimationes, quas præsentaliter prædicti canonici habent, & tenent, ipsi, & eorum successoribus Canonum iure viuentibus, vel tenere potuerint, gratanter annuimus. Hæc omnia supradicta tempore Petro Archipresbytero, & fratribus suis, videlicet Lamberto Subdiacono, & Stephano, & Bononi presbyteris, Rolando, & Aldebrando Diaconis, & Rugni Acolito dedimus, vt regulariter ipsi, & successores eorum viuant, atque sine omnium successorum nostrorum molestatione cunctas supradictas res possideant. Si verò instigante diabolica versutia ipsi canonici, vel successores eorum canonicè viuere desierint, aut ipsa canonica penitus destructa fuerit, ad nos, vel successores absque infestatione reuertantur.* Sed & aliud Victoris Papæ II. diploma circa eadem tempora eisdem canonicis factum subdit, quod sic incipit: *Victor Episcopus seruus seruorum Dei Petro Archipresbytero, reliquisque canonicis regulariter viuentibus Sanctæ Bononiensis Ecclesiæ, suisque successoribus in perpetuum, &c.* Datum anno primo sui Pontificatus XVIII. Kalend. Iulij, indictione octaua. Ibidem etiam addit aliud priuilegiũ Henrici Imperatoris, quod est huiusmodi. *Henricus Rex omnium fidelium nouerit industria, quoniam interuentu coniugis nostræ, & pro incremento Henrici Regis filij nostri Petrũ Archipresbyterũ, cunctosq; Canonicos S. Bononiensis Ecclesiæ regulariter viuentes, cum omnibus rebus, & possessionibus illorum per singula loca, & territoria constituo, &c.* Adhuc sub anno 1078. meminit cuiusdam donationis ab Alberto Comite. & Mathilda eius coniuge ciuibus Bononiensibus, factæ canonicis in canonica sancti Petri canonicè viuentibus. Adhuc sub anno 1129. meminit alterius priuilegij Honorij II. quo canonicis Ecclesię Bononiensis canonicè viuentibus bona, quæ possidebant, confirmauit.

II. SEd præter supradicta priuilegia aliud etiam argumentum meâ quidem opinione robustissimum eandem Bononiensem Ecclesiam canonicos regulares per multa secula habuisse demonstrat: nam cum in Ciuitate Bononiẽsi quam plura regularium canonicorum essent Collegia, vt S. Ioannis in monte Oliueti, S. Victoris, S. Mariæ ad Rhenum, sancti Saluatoris, quos nulli dubium sub B. Augustini regula canonicè vixisse, illi tamen in canonicos Ecclesiæ Cathedralis assumebantur: nam & Gerardum Gislam, siue Giselam sancti Petri Archidiaconum, quem postea Episcopum Gregorius Papa VIII. ordinauit, antea S. Ioannis in monte canonicum fuisse, tum ipse Sigonius sub anno 1186. tum etiam liber matriculæ Bononiensis affirmant. Lambertus quoque de Fagano, qui postea Summus Pontifex renunciatus, dictus fuit Honorius II. ab eodem Sigonio sub anno 1105. prius S. Mariæ ad Rhenum canonicus, postea Bononiensis Cathedralis Archidiaconis traditur. Guido etiam de Baisio eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus fuit antea canonicus S. Victoris, vt Ioannes de Nigrauallę in suo epilogo Chronicarum adnotauit: vnde habes, quo illorum responsionem retundas, qui fortè dixerint, canonicos Cathedrales Bononienses regulares quidem tunc temporis fuisse, sed non tales, quales cæteri canonici regulares sub B. Augustini Regula militantes erant. Quanquam & istud satis frigidum sit affirmare, scilicet canonicos, in cathedralibus olim regulariter viuentes, minimè eiusdem instituti cum alijs sub D. Augustini regula degentibus fuisse, vt infra cap. 68. ostendemus.

Quo verò tempore ipsi cathedrales canonici à regulari disciplina desciuerint, incompertum habeo. quantum tamen ex narratione Sigonij sub anno 1374. aucupari possum, videtur per illa tempora ijdem canonici, vel paulò antè à vita regulari defeciſſe: nam ibi de Bernardo Episcopo verba faciens, inter alia notat, illum statim factum Episcopum conuentum omnium presbyterorum coëgisse ad disciplinã clericorum, quæ soluta erat, instaurandam, & constitutiones, quas synodales vocant, à se compositas edidisse. Causas verò dissolutę apud Clerum Bononiensem canonicæ disciplinæ, præcipuas fuisse crediderim motus bellorum, vastationes, incendia, ruinas, quibus sub illis temporibus comitatus Bononiensis grauissimè est attritus, & Ecclesiæ præsertim Suburbanæ grauissima detrimenta passæ, vt sanctæ Mariæ Rhenanę, sancti Victoris, sancti, Michaëlis in Boſco, regularium tunc canonicorum, quod idem Sigonius sub anno 1359. notauit.

In E-

III. IN Episcopatu Bononiensi multa fuerunt olim, & nunc etiam sunt collegia canonicorum regularium, vt vix alium inuenire liceat, in quo canonicum institutum ita copiosè fuerit multiplicatum. Ex his primum est S. Ioannis in Monte Oliueti nuncupatum, quod à sancto Petronio Bononiensi Episcopo fundatum scribit idem Sigonius libro primo in Actis illius Episcopi. illud porro Agapetus Papa S. Theodoro Bononiensi Episcopo cum multis alijs monasterijs monachorum, & clericorum suo priuilegio subiecit circa annum nostræ salutis 530. ex eodem Sigonio in actis sancti Theodori Episcopi Bononiensis, quod priuilegium Pelagius anno 556. renouauit. Meminit etiam eiusdem monasterij Gregorius VII. in priuilegio, quod dedit Lamberto Episcopo Bononiensi anno 1073. relato ab eodem Sigonio in vita ipsius Lamberti. Posterioribus verò seculis eiusdem monasterij mentionem sæpissimè habitam inuenies ab eodem Sigonio, sed de cœnobio sancti Ioannis in monte, & de viris sanctitate, dignitate, ac etiam doctrina cumprimis illustribus ex illo profectis, dicemus libro sequenti in congregatione Lateranensi: nunc enim sufficiat illius antiquitatem ante annos mille ex probatis autoribus ostendisse. illud adijciendo, regulam canonicam in illo semel institutam nunquam defecisse.

Secundum est S. Victoris in Colle propè Ciuitatem, paris, sanè antiquitatis. nam qui eidem monasterio nonnullis annis dignissimè præfuit, Augustinus Ticinensis noster in 3. part. Propugnaculi c. 5. probatione decima, hæc de illo scripsit. *Decimo idem patet ex cap. Cum in Ecclesijs de Maioritate, & obedientia. Dicitur ibi, canonici Ecclesiæ S. Victoris, & S. Ioannis in Monte de Bononia, & vocantur ibi canonici simpliciter, & vsque in præsentiarum continuatis successibus constat, ibi regulares canonicos viguisse per annos octingentos, & Deo cooperante gratia vigent sub regulari, & laudabili eiusdem ordinis obseruantia: quibus inuicem connexu Ecclesijs ego licet indignus per quatuor annos præfui.* Sigonius quoque lib. 2. de Episcopis in Ioanne canonico S. Ioannis in Monte postea Episcopo sub anno 1178. hęc habet: *Idem 1178. adem sancti Victoris in Colle sitam, quam canonicorum regularium fuisse diximus 4. Nonas Martij consecrauit.* Vbi verò dixerit, illam Ecclesiam canonicorum regularium anteà fuisse, mihi incompertum: sed parum refert, nam constat collegium sancti Ioannis in mõte ab antiquo tempore ipsi Collegio Victorienſi tanquam capiti subiectum fuisse, non solùm ex litteris Innocentij III. in cap. Cum in Ecclesijs, de maioritate, & obedientia: sed etiam ex alijs literis Martini V. per quas illud monasterium cum sibi vnito S. Ioannis in monte illorum canonicis procurantibus, nostræ congregationi vniuit, in quibus hæc ad verbum legis: *Exhibita siquidem nobis pro parte Bartholomæi Prioris sancti Ioannis in monte Bononiensis, & S. Victoris ordinis S. Augustini Bononiensis Diœcesis monasteriorum inuicem canonicè vnitorum, qua per Priorem gubernari solita sunt, petitio continebat, quod cum monasterium ipsum S. Victoris, quod ipsorum caput & conuentuale dudum esse consueuit, &c.* Et hoc cœnobio viri illustres non pauci prodierunt, de quibus infra in nostra congregatione Lateranensi, cui illud cum altero S. Ioannis in monte fuit vnitum.

TErtium est S. Michaëlis in Bosco, olim S. Michaëlis in fundo Paterno nũcupatum, quod Sigonius lib. 1. in actis S. Paterniani sub eodem Episcopo qui floruit supra ann. 450. ædificatum fuisse suspicatur, quod in actis S. Theodori illius regimini cum cæteris monasterijs in Diœcesi Bononiensi consistentibus, Agapetum Papam subegisse, confirmat, ac exinde Pelagium Agapeti successorẽ id confirmasse, & lib. 3. in actis Octauiani Vbaldini aduertit, ordinem Canonicorum regularium S. Augustini in eodem monasterio S. Michaëlis in Bosco fuisse firmatum per Romanum Pontificem Nicolaum III. In actis quoque Capituli Prouincialis Papiæ anno 1340. habiti, legimus Priorem S. Michaëlis in Bosco eidem Capitulo præsentialiter interfuisse. Cæterum idem Sigonius lib. 3. in Actis Aimerici Lemouicensis Episcopi Bononiensis ait: *Sub anno 1364. Pace constituta, Monachi Oliuetani, quorum ordinem paulò ante Ioannes Pontifex approbauerat, cum superioribus annis in Vrbem profecti in Burgo Auri domicilium posuissent, inde in Collem ad sanctum Michaëlem in Bosco se contulerunt, cum canonici regulares, qui ad vnam Priorem deuenerant, eo loco cessissent, eamque tum ab eius Legatus ex decreto Vrbani Pontifis fuisset approbatum.*

QVartum est sanctæ Mariæ ad Rhenum, tertio circiter milliario ab Vrbe distans, quod à canonicis regularibus sancti Augustini circa annum 1083. fundatum Sigonius lib. 2. in Actis Bernardi Episcopi suspicatur, quod ante illũ frater Cherubinus in sua Bononia autumauerat. Cæterum si vera sunt, quæ de Guidone eiusdem Collegij Priore scribit Iosephus Mozzagrugnus lib. 4. de rebus gestis, canonicorum regularium fol. 9. pagina 2. illum fuisse primum Priorem eius monasterij, cum in eiusdem monasterij præfectura usque ad annum 1169. duraverit, vt ex priuilegio Alexandri III. dato sub anno 1169. & idem Guidoni directo probat Mozzagrugnus lib. 4. fol. 11. pag. 2. alterum è duobus dicendum videtur: aut Ecclesiam Rhenanam non circa annum 1083. exstructam, sed longè postea: aut vsque ad annũ circiter millesimum centesimum trigesimũ, nondum in ea collegium aliquod canonicorum sub regimine Prioris consedisse. Quidquid tamen sit de tempore fundationis, hoc certum, in eo collegio disciplinam canonicam cum magna sanctimoniæ fama per multos annos floruisse, ac ex illo viros cum primis illustres profectos, de quibus inferius in Congregatione Rhenana dicemus.

nunc

nunc quod ad rem attinet, circa annum 1359 cum Barnabus Mediolani Dux in Bononiensi obsidione propè Rhenanum monasterium castrametatus fuisset, ipsum monasterium euersum fuit, canonicis in S. Saluatoris domicilium sese recipientibus: illud tamen cum altero S. Saluatoris intra Vrbem canonicis congregationis S. Saluatoris Bononiensis vnitum, paucis abhinc annis fuit ab illis infuturatum.

Verùm tamen aduertendum, multos aliorum collegiorum canonicos præclaros, eidem Rhenano collegio nonnullos perperam adscripsisse, & alijs eosdem adscribendi occasionem dedisse, ni- si per autoritate eiusdam calendarij apud veteres canonicos Rhenanos reperti, in quo olim defunctorum canonicorum, siue illius, siue alterũ congregationum eiusdem professionis nomina, ex Martiro Capitoli Prouincialis Portuensis describebantur. Scitedum enim est, canonicis Rhenanis ita per instituris Innocentium II. per suas datas apud Pisas anno 1136. Constitutiones Capitulis, & Congregationis Canonicorum regularium Portuensium apud Rauennam per Paschalem II. annos probatas, formandæ tradidisse, illosque motu Portuensium viuere constituisse. Sciendum etiam, apud monasterium Portuense, procurantibus Ioannem Archiepiscopi Rauennatensibus, ordinem canonicos regulares illius Prouinciæ certis temporibus ad celebrandum Prouinciale Capitulum congregari solitos, ac in illo statuta aliqua communi consensu condere, à singulis collegijs seruanda. Porro inter eiusmodi statuta, quæ in codice vetustissimo post constitutiones à Paschale confirmata habentur, posterioum est illud de canonicis defunctis in marricula, seu calendario describendis, quod vide infra in congregatione Portuensi. habebatur eiusmodi calendarium in monasterijs nostris Portuensi apud Rauennam, S. Victoris, & S. Ioannis in Monte Bononiæ, & adhuc forsan in dictis locis inuenitur. Porro ex forma statutiis ipso calẽdario scribebantur non solùm, qui erant de familia, siue de congregatione monasterij, verùm etiam qui erant de alijs congregationibus, dum tamen essent eiusdem professionis, & ordinis. Imò in calendario Portuensium canonici maioris Ecclesiæ Rauennatensis notabantur, cum quibus illi spiritualem fraternitatem ineuerant, vt Ioannes Philippus Nocarensis lib. 3. suæ Chronicæ cap. 39. ex Archiuis maioris Ecclesiæ Rauennatensis per hæc verba notauit: *Canonici bonum venerandi cœnobij ob eorum sanctitatem, & morum honestatem, cum Reuerendis Canonicis Cathedralis Ecclesiæ consraternitatem habebant, vt in dicta Ecclesia archiuio habetur, in tantum vt videretur vnum esse collegium, & inter cætera ordinauerunt, vt quando vnus canonicus Cathedralis Ecclesiæ ex hac vita migraret, Canonici Portuenses tantum patri suo omnes exequias celebrarent, & sic è conuerso.* Sed & Congregationes monachorum

nunc quod ad rem attinet, circa annum 1359 cum Barnabas Mediolani Dux in Bononienſi obſidione propè Rhenanum monaſterium caſtrametatus fuiſſet, ipſum monaſterium euerſum fuit, canonicis in S. Saluatoris domicilium ſeſe recipientibus: illud tamen cum altero S. Saluatoris intra Vrbem canonicis congregationis S. Saluatoris Bononienſis vnitum, paucis abhinc annis fuit ab illis inſtauratum.

Verùm tamen aduertendum, multos aliorum collegiorum canonicos præclaros, eidem Rhenano collegio nonnullos perperam adſcripſiſſe, & alijs eoſdem adſcribendi occaſionem dediſſe, nixos autoritate cuiuſdam calendarij apud veteres canonicos Rhenanos reperti, in quo olim defunctorum canonicorum, ſiue illius, ſiue aliarũ congregationum eiuſdem profeſſionis nomina, ex ſtatuto Capituli Prouincialis Portuenſis deſcribebantur. Sciendum enim eſt, canonicis Rhenania ſtatim inſtitutis Innocentium II. per ſuas datas apud Piſas anno 1136. Conſtitutiones Capitulj, & Congregationis Canonicorum regularium Portuenſium apud Rauennam per Paſchalem II. antea probatas, ſeruandas tradidiſſe, illoſque more Portuenſium viuere conſtituiſſe. Sciendum etiam, apud monaſterium Portuenſe, procurantibus forſan Archiepiſcopis Rauennatenſibus, omnes canonicos regulares illius Prouinciæ certis temporibus ad celebrandum Prouinciale Capitulum congregari ſolitos, ac in illo ſtatuta aliqua communi conſenſu condere, à ſingulis collegijs ſeruanda. Porro inter eiuſmodi ſtatuta, quæ in codice vetuſtiſſimo poſt conſtitutiones à Paſchali firmatas habentur, poſtremum eſt illud de canonicis defunctis in matricula, ſeu calendario deſcribendis, quod vide infra in congregatione Portuenſi. habebatur eiuſmodi calendarium in monaſterijs noſtris Portuenſi apud Rauennam, S. Victoris, & S. Ioannis in Monte Bononiæ, & adhuc forſan in dictis locis inuenitur. Porro ex forma ſtatutiũ ipſo calẽdario ſcribebantur non ſolum, qui erant de familia, ſiue de congregatione monaſterij, verùm etiam qui erant de alijs congregationibus, dum tamen eſſent eiuſdem profeſſionis, & ordinis. Imò in calendario Portuenſi etiam canonici maioris Eccleſiæ Rauennatenſis notabantur, cum quibus illi ſpiritualem fraternitatem iniuerant, vt Ioannes Philippus Nouarienſis lib. 3. ſuæ Chronicæ cap. 39. ex Archiuis maioris Eccleſiæ Rauennatenſis per hæc verba notauit: *Canonici huius venerandi cœnobij ob eorum ſanctitatem, & morum honeſtatem, cum Reuerendis Canonicis Cathedralis Eccleſiæ confraternitatem habebant, vt in dicta Eccleſia archiuis habetur, in tantum vt videretur vnum eſſe collegium, & inter cætera ordinauerunt, vt quando vnus canonicus Cathedralis Eccleſiæ ex hac vita migraret. Canonici Portuenſes tanquam fratri ſuo omnes exequias celebrarent, & ſic è conuerſo.* Sed & Congregationes monachorum Germaniæ vſum conficiendi huiuſmodi calendarium habuerũt, ex Ioanne Trithemio in Chronica Sponheimenſi ſub anno 1128. Iſtud calendarium recentioribus quibuſdam canonicis Saluatorienſibus apud Bononiam errandi occaſionem præbuit, vt aliquos aliarũ Congregationum, vel Collegiorum canonicos ad Epiſcopatũ, vel Cardinalatum, vel Summum Pontificatum euectos in copias antiquorum Rhenanorum traducerẽt, quod tamen ad recentium canonicorum dictorum collegiorum antiquitatem, ſiue dignitatem commendandam, nihil iuuat, cum iſti non ſint de illis antiquis canonicis Rhenanis, vel Saluatorienſibus, ſed à Gregorio XII. nuper ex Eremitis Ilicetanis creati, vt infra patebit, ijdemq; diuerſi habitus, & obſeruantiæ ab illis.

Quintum eſt S. Saluatoris intra Bononiam, quod ibidem circa ann. 1136. vel 1139. Oliuerius Diaconus in honorẽ Saluatoris mundi conſtruxit, & Rhenanis canonicis vniuit, vt haberent in Vrbe hoſpitium, intra quod ad Vrbem accedẽtes, ſe poſſent recipere. de quo plura Io. Baptiſta Signius lib. 2. c. 3. Mozzag. & Sigonius lib. 1. de Epiſcopis in Henrico qui Sigonius lib. 3. in Lamberto de eodem monaſterio, & tribus alijs hæc ſcribit: *Is ex autoritate Patrui quatuor monaſteria infamia flagrantia abrogauit, ſancti Columbani, S. Geruaſij, S. auguſtini, & S. Saluatoris, quæ poſtea reſtituta ſunt.* Steterunt canonici Rhenani in eodem monaſterio vſque ad annum 1418. quo anno Franciſcus Ghiſlerius Prior ſanctæ Mariæ de Rheno, & ſancti Saluatoris inuicem vnitorum, qui vnus ex dicti monaſterij canonicis ſuperſtes erat, cupiens in illis diſciplinam canonicam inſtaurare, cum non facile alios aliorum collegiorum reperiret, qui ad ſuum vellent tranſmeare, canonicos S. Ambroſij de Eugubio, ſiue S. Saluatoris de Ilicẽto nuper à Gregorio XII. inſtitutos, cõſedente Martino V. acciuit, etſi diuerſi habitus, & obſeruantiæ, vt verba literarum ſonant.

SExtum fuit ſancti Barbatiani circa annum Domini 485. exſtructum, ex Sigonio lib. 1. in actis ſancti Iocundi. obtinent illud monachi ordinis S. Hieronymi nuncupati, quod quo tempore ex clericis ad monachos tranſiuerit, incompertum habeo.

Septimum monaſterium Archipresbyterale ſanctæ Mariæ Caſtri montis Belli ab illuſtriſſima Comitiſſa Mathilda erectum, & membrum Cõgregationis ſancti Frigdiani Lucenſis, nunc noſtræ Congregationi Lateranenſi vnitum. de cuius dignitate, & amplitudine innumera documẽta in eiuſdem Collegij Carthophilacijs habẽtur: erat enim caput quinquaginta circiter parochiarum illi ſubiectarum, quæ ferè omnes per regulares canonicos regebantur. Verùm, quòd prædicta documenta hactenus habere nõ licuit, ego quoque de illo aliquid dicere non curo. V.

Octauum eſt ſancti Gregorij extra portam S.

Vita-

Vitalis, de quo Sigonius sub anno 1260. hæc habet: *Monasterium S. Gregorij extra portam S. Vitalis monialibus S. Benedicti liberius viuentibus ex autoritate Gregorij de monte longo Legati Lombardiæ ademptum & virginibus ordinis S. Augustini S. Mariæ in monte Guardiæ datum est, quod ille canonicis S. Augustini Maturani apud S. Antonium male habitantibus, tradiderunt*: Inferiùs verò sub anno 1418. de eodem Collegio hæc subdit: *Anno Domini 1418. Nicolaus Albergatus Episcopus Bononiensis monasterium S. Gregorij extra portam sancti Vitalis ad vnum Priorem, & Conuersum redactum, à veteribus canonicis S. Augustini ad nouos S. Georgij in Alega Pontificis mandato traduxit: sequenti verò ann. 1419. canonicis S. Mariæ Rhenanæ & S. Salvatoris, qui ad vnum Priorum videlicet Franciscum Gobulerium deuenerant, canonicis S. Ambrosij Eugubini regularibus illis quidem, sed diuersi habitus, & obseruantiæ, à Gregorio XII. probatis, idem ex decreto Martini V. copulauit, qui nunc S. Salvatoris dicuntur.*

Nonum fuit sanctorum Apostolorum eiusdem Ciuitatis Bononiensis, cuius monasterij Prior Capitulo Prouinciali Papiæ anno 1340. celebrato adfuit. hoc monasterium nunc tenent moniales de Pœnitentia, quas Conuertitas vocamus.

Decimum, Monasterium S. Georgij, cuius item Prior eidem capitulo interfuisse legitur. nunc à fratribus ordinis Seruorum possidetur.

VI. VNdecimum est monasterium S. Apollinaris apud Castrum Serrauallis in Archipresbyteratu montis Belli positum, de quo in libro siue catastico beneficiorum in Ciuitate, & Diœcesi Bononiensi consistentium, in plebanatu montis Belli sic lego: *Monasterium canonicorum regularium S. Apollinaris de Vallata ordinis S. Augustini prope castrum Serraudilli, cum Ecclesia S. Remigij, & cum Ecclesia S. Andreæ de Burgo Paradellæ vnitum.* Hoc monasterium deficientibus canonicis nunc est commendatum sub titulo Prioratus.

Duodecimum S. Frigdiani de faceis vetustissimum membrum Congregationis S. Frigdiani Lucensis, cui nunc etiam est vnitum. de hoc monasterio in eodem Catastico sic legitur: *Monasterium S. Frigdiani de faccu extra portam S. Mamæ est residentia Prioris principalis, seu generalis. Prior S. Frigdiani de Luca confert.* In vetustis autem monumentis S. Frigdiani Lucensis istud monasterium erat collegium canonicorum, qui ex congregatione S. Frigdiani ad studium Bononiense mittebantur. nūc monasterium canonicis est destitutū.

Decimum tertium est Abbatiale cœnobium S. Stephani de Ponticulo nostræ cōgregationis sexto circiter milliario distans à Ciuitate.

Decimum quartum est Prioratus SS. Quirici, & Iulitæ Castri Casij, in territorio, & Diœcesi Bononiensi, sed membrum S. Frigdiani Lucensis, vbi Prior cum duobus, vel tribus canonicis, & vno Conuerso manet. hoc solo nomine illustre, quod Florianum Nanium Theologum suorum temporum eruditissimum, ac meum olim præceptorem beneuolentissimum, tandem Episcopum Scalensem in Campania nostræ Lateranensi Cōgregationi dedit.

Decimum sextum monasterium Vallis viridis nuncupatum, membrum antiquæ congregationis eiusdem nominis, quod nunc mensæ Episcopali est vnitum. Est foris portam S. Mamæ ex catastico beneficiorum Diœcesis Bononiensis.

FVit etiam in Diœcesi Bononiensi monasterium satis illustre canonicarum regularium nostri ordinis S. Mariæ de monte Guardiæ nuncupatum, de quo Sigonius sub anno 1087. ita scribit. *Anno 1087. Angela virgo Bononiensis diuina inspirata spiritu in montem Guardiæ vrbi proximum monte parentum sese contulit, atq; ibi exiguo tugurio sibi parato Eremiticam vitam instituit, cui pater auxiliū, vt eam de eius modi depellere sententia nequiret, virginum alteram nomine Angelicam vitæ socium, ac reliquas adiunxit, atque eu sacellum cum domunculis condidit, canonicis S. Mariæ ad Rhenum, qui eo loco potiebantur, iura sua facilè concedentibus. Angela porrò cubiculo aliis virginibus, quæ se seruitio deinde diuino deuouerant, anno post millesimum centesimum quadragesimo quarto vita cesserat: Angelica verò superstes accessiones adiunxit ædibus, ac locum in monasterij formam redegit, quem Cœlestinus II. nobili priuilegio decorauit, & virgines ab Eremitica vita, ad disciplinam canonicarum regularium S. Augustini traduxit.* Porro eadē S. Virgines sub anno Domini 1280. intra Ciuitatem in monasterium S. Matthiæ ab illis extructum sese recipientes, habitum fratrum S. Dominici sumpserunt, vt notat Sigonius sub eodem anno.

Demum in eadem Ciuitate Bononiēsi est collegium Canonissarum nostræ congregationis, & genere, & numero cum primis nobile, quod sancti Laurentij dicitur, & subest regimini Abbatis S. Ioannis in monte.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

De Ecclesijs, seu Monasterijs in Patriarchatu Gradensi, seu Venetiarum.

PAtriarchatus Gradensis, seu Gradanensis idem est cum eo, qui nunc dicitur Venetiarum: nam Ciuitate Gradensi desolata, & ferè consumpta Patriarchalis dignitas ad Ciuitatē Castellanam, quæ & Venetiarum dicitur, circa annū humanæ salutis 1451. fuit translata. Porro in eadem Ciuitate Venetiarum consequentia canonici ordinis collegia recensentur, quæ vel nunc etiam sub B. Augustini regula degunt, vel saltem ab initio sub illa fundata dignoscuntur.

Primum S. Mariæ de Charitate, quod Marcus Iulianus clericus Venetus sub Calisto II. fundauit, & B. Petro Apostolo obtulit, ac deinde canonicis regularibus in cœnobio Portuensi apud Rauennam consistentibus, tenendum & habitandum tradidit, extant literæ Calisti II. eidem Marco Iuliano directæ, quarum exemplum ab originali in eodem monasterio seruato, quod Iacobus Venetus noster Congregationis canonicus, & concionator, meus olim amantissimus discipulus, è raderibus vetustatis tandem erutum transmisit, hic subijcitur: *Calistus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Marco clerico salutem, & apostolicam benedictionem. Charissimus, & venerabilis frater, & Legatus noster P. Portuensis Episcopus missis literis significauit nobis, te possessiones tuas per manus suas beato Petro, eiusque Romanæ Ecclesiæ obtulisse, subiecto annuo censu bizanteo. Vbi videlicet Ecclesiam ædificare disposuisti, in qua sub iure, ac dominio beati Petri regulares canonici conuersentur, & nos ergo deuotionem tuam, & ceterorum approbantes oblationem ipsam suscipimus, & pro te Omnipotenti Domino supplicamus, vt bonum, quod cœpisti opus, ad honorem suum, & salutem tuam te faciat consummare. Præterea lapidem, quem in fundamento illius Ecclesiæ ponere debeas, mittimus, in eo tibi nostrum consensum, & gratiam indulgentes. Datum Auersæ VIIII. Kalend. Augusti.* Licet dictis literis non sit notatus annus datarum: constat tamen Calistum II. anno 1119. ad Pontificatum euectum, anno 1124. ex hac vita decessisse. Adsunt præterea literæ Innocentij II. quibus Ioanni Priori Portuensi, eiusq; fratribus mandat, supradictæ Ecclesiæ regimen quantotius assumere, aut eam alijs regendam libere dimittere, exemplum literarum est:

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Ioanni Priori, & fratribus S. Mariæ in Portu salutem, & Apostolicam benedictionem: Filius noster Marcus Iulianus Venetus à tempore prædecessorum nostrorum Papæ Calisti, vnam Ecclesiam in honorem beatæ Mariæ constituit, & canonicos ibi regulares illatare, cuius videlicet magisterium est vobis commissum, verùm vos alios trahentes votum, nondum eum regere cœpitis. Nos igitur piam eius exequutur propositum, mandamus vobis, vt si commodum visum fuerit, absque dilatione prædictis locis regimen assumatis: aut si alias ibi non potestis substituere canonicos, liberè resignata. Datum Pisis x. Kalend. Iulij. Cæterum eosdem canonicos Portuenses ipsius Ecclesiæ regimen suscepisse, & in ea Collegium canonicorum statuisse sub Drudono Priore, constat authentico instrumento donationis siue cessionis factæ eidem Priori, & suis fratribus in dicta canonica S. Mariæ commorantibus, à nobili viro Ioanne quondam Antonij Polano de quadam petia terræ, posita super Canale S. Vitalis, rogato per manus Ioannis presbyteri, & notarij anno 1140. die 2. Iulij in Riuo alto, cuius hoc est exemplum ab authentico, quod seruatur in Archiuo prædicti monasterij fideliter extractum.

Anno millesimo centesimo quadragesimo secundo, Iunij in Riuo alto. Plenam, & irrenociabilem securitatem facio ego quidem Ioannes Polanus filius quondam Dominici Polani de confinio S. Luca, cum meis hæredibus Ecclesiæ S. Mariæ canonici ædificatæ super allodium Marci Iuliani, & ædificandæ, & tibi Drudono presbytero, & Priori ipsius loci, & vestris successoribus, de vna petia de terra posita super canale S. Vitalis, quam prædictus pater meus acquisiuit de bonis relictis à commissaria Stephani Lucarelli &c. & illam Drudono prædicto, & sancto loco, & canonicis do, & offero, ad faciendum quidquid vobis placuerit &c. Ego Ioannes presbyter, & notarius compl. & robora. &c. Sed præter supradictam, aliæ quamplures sub eodem 1140. inueniuntur factæ fuisse donationes eisdem canonicis in eadem Ecclesia degentibus, quarum ibi authentica instrumenta in pergameno vetustissimo seruantur, vna videlicet sub die 8. Maij, quæ talis est.

Millesimo centesimo quadragesimo octauo mensis Maij in ..... Ego quidem Helica Xiani de Riuo alto de Confinio S. Trinitatis cum meis hæredibus, & successoribus pro diuino scilicet amore Dei, & remedio animæ meæ, parentum meorum similiter ..... in Dei, & Christi nomine do, dono, cedo, & offero Ecclesiæ Dei, & sanctæ Mariæ della Caritá, quæ ædificata est in Riuo alto sub titulo sanctæ Mariæ in portu Rauennatis omnibus profuturis temporibus in perpetuum possidendum, & dominandum, videlicet vnam meam salinam positam in fundamento da Sablono, quæ est in lido &c. Ego Ægidius presbyter compl. & robora. &c.

In hoc collegio, quod, vt vides sub regimine Prioris, & canonicorum Portuensium institutũ fuit, & membrum illius Congregationis per annos circiter ducentos, & quinquaginta mansit, multi viri sanctitate, & doctrina illustres vixerunt, de quibus & alijs ad illud spectantibus dicemus in nostra Congregatione Lateranensi, nunc enim solùm primariam illius originem indicare volui, propter nonnullos, qui sibi ipsis blandiẽtes, propria ignorantes, & aliena nescientes, vt Aristoteles inquit in lib. peri herminias, de facili enunciant, ad pauca respicientes.

II. SEcundum igitur est Collegium S. Salustoris, cuius Ecclesiam, quæ antea per Plebanos regebatur, Bonfilius rc, & cognomine Iustus, cum eiusdem Plebanus fuisset, canonicè institutus, consulente Henrico Dandulo Patriarcha Gradense in Collegium canonicorum regularium sub B. Augustini Regula viuentium reformauit, quod institutũ cæteri illius Ecclesiæ presbyteri, & clerici libentissimè per assumptionẽ regularis habitus probauerunt, Verùm Episcopus Castellanus, qui & Venetiarum, quòd rem totam se nesciente gessisset, illico, vt resciuit, totis conatibus aggressus est disturbare: nam cunctis presbyteris, & clericis dictæ Ecclesiæ canonicis regularibus effectis præcepit, ne amplius in illa Ecclesia officia diuina celebrarent: Sed totum pium opus cle-

mentissimus ater inficeretur in nihilum euanescere nullatenus permisit: nã prædicto Patriarcha Gradensi Romam profecto, rebusque Innocentio II. ex ordine narratis, ille suo priuilegio Lateran dato sub die 3. Maij anni 1141. dictã Ecclesiam, ac illius personas sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens, in ea Prioratum, & Cõuentum canonicorum regularium instituit. Insuper ad maius solatium illius viri Dei, & augmentum inceptí operis duos ex canonicis Ecclesiæ Lateranensis ad illam Ecclesiam misit, quorũ alter dictus Petrus Cato alter: ad quorum præsentiam cessauit persecutio, & numerus Deo seruiẽtium incrementũ accepit. Priuilegiũ Innocentij confirmauit Eugenius III. per suas datas Brixiæ 13. Kalend. Septemb. 1148. & noua addidit. sed & Anastasius IV. & Adrianus IV. & Alexander III. & Lucius III. Innocentius III. & alij Romani Pontifices, & Præsules sacrum locum eximijs priuilegijs muniuerunt. Perseuerauerunt ijdem canonici in prædicta Ecclesia continuata successione, vsque ad annum 1400. quo anno, si vera sunt quæ refert Ioannes Baptista Signius lib. 2. cap. 10. Bonifacius IX. concessit Domino Ioanni Bono XXI. Priori, & suis successoribus vsum Pontificalium. Subdit autem ibidem Signius hęc verba: *In initio schismæ 22. hæc canonica fuit omnino destructa. & pristina regulari obseruantia deformata ab adulterinis canonicis. Quare vacante hoc beneficio in Romana Curia fuit à Martino V. ann. 1427. commendatum Gabrieli Condulmerio Bononiæ Legato, Episcopo verò Senensi, & S. Ecclesiæ Thesaurario.* Quæ verba destruunt antecedentia, nam vigesimum secundum schisma non post an. 1400. sed anno 1124. accidit (cælestino Pseudopontifice contra Honorium II. à schismaticis creato, sed etiam post annum 1400. vsque ad 1439. nullum schisma est excitatum anno autem 1439. excitatũ fuit schisma 17. contra Eugenium IV. Durabat autem schisma 26. inchoatum anno 1372. quod sub anno 1428 Clemente VIII. Antipapa sponte renunciante finem accepit. Quare quod de schismate vigesimo secundo commiscitur, & de canonica sancti Saluatoris in illius initio destructa, & adulterinis Prioribus, & canonicis, vt ingenuè fatear, non intelligo, hoc vnum scio, istud Collegium, sicut alia pleraque illorum temporũ iniuria, canonicis destitutũ, Gabrieli Condulmerio S. R. E. Cardinali, qui postea fuit Eugenius IV. fuisse cõmendatum, qui nostros canonicos, ad quos præcipuum gerebat dilectionis affectum, rogauit, vt illius Ecclesiæ curã gererent, nocturnas, ac diurnas horas, & cætera officia diuina in illa persoluentes: qui dicto obedientes per aliquod tempus prædictam Ecclesiam tenuerunt. Cæterũ quòd aliam collegiatam, eamque præcipuam S. Mariæ Charitatis obtinerent, in Ecclesia verò Sancti Saluatoris iuxta Ordinis constitutiones non satis commodè vitam ducere, ob animiam seculariũ frequentiam, valerent, quos ob res ex hoc orta quæsitum à clausstris arcere non potuerant, ac ob alias etiam causas nunc reticendas, in Generalibus Comitijs Rauennæ anno 1427. Dominicæ tertia post Pascha Dominicæ Resurrectionis habitis, de eadem Ecclesia dimittenda in hunc modum decreuerunt: *Item deliberatum est, quod monasterium sancti Saluatoris de Venetijs omnino dimittatur: & quòd fiat responsio Domino Cardinali Sancti, vt promittat loco sui quemdam interim totius Capituli Generalis vt nullo modo teneatur. & ne detrimentum, cum hac tamen conditione, quòd fratres vsque ad tres menses instituat, & non vltra: quod si Dominus Cardinalis, habito modo monasterio, ita quod nihil exigant abeo pro expensis, sed quod vult faciat secundum iudicium suum. sed transacto termino trium mensium omnino, & sine mora exeant, quod vt fiat primitus præcipue Rectori Generali.*

Nostris verò ab eodem loco recedentibus, idẽ Cardinalis ad Pontificatum euectus proca, quæ summa in eo erat Regularũ ordines, & colligia reparandi voluntas, protinus Thomæ Rechatenti, & Maceratẽsi Episcopo in mandatis dedit, vt de Religiosis sub D. Augustini Regula militibus, præterquam de mendicantibus, vsque ad viginti quinq; personas colligeret, & in canonicos Ecclesiæ, & monasterij S. Saluatoris prædictis assumeret, Superiorum etiã licentia super hoc minime obtenta, vel requisita, à qua tamen licentia nostros per speciales datas Florentiæ 15. Kalend. Februa. 1435. exceptos esse voluit. Tandem idem Pontifex anno 1442. die 21 Iunij eandem Ecclesiam cũ omnibus eius iuribus & pertinentijs vniuit Congregationi S. Saluatoris Bononiensis.

DE prædicto monasterio, & illius priuilegijs, & viris illustribus plura scribit Ioannes Baptista Signius in libris de Ordine ac statu canonico, præsertim lib. 2. cap. 10. apud quem sit fides. Plura etiam perperam effundit Iosephus Mozzagrugnus in suis libris de rebus gestis canonicorũ regularium, vt cũ scribit lib. 8. fol. 49 pag. 1. sues canonicos S. Saluatoris Venetiarum absque vllo dubio antiquitate, nobilitate, & præeminentia erga canonicos S. Mariæ de Charitate gloriari, vt in superioribus dictum est, & lib. 7 fol. 7. pag. 1. & 2. cum scribit: *Dato igitur priuilegio dictus Bonum Pontifex ad maius viri Dei solatium, & consolationem concessit eisdem duos fratres de Ecclesia Lateranensi fratrum videlicet, & Catonem, & numerus Deo seruientium cœpit augeri. Hi canonici Lateranenses, maximam nostræ Congregationi autoritatem contulerunt, vt etiam nos à Lateranensibus ante reformationes particulares pendere profiteamur, & cum Lateranensibus vnitos esse.* & eod lib. fol. 14 pag. 1. cum dicit, canonicis S. Mariæ de Charitate volentibus ire de per se in processionibus separatis à canonicis Sanctæ Saluatoris, Serenissimum Ducem Venetiarum iussisse, illos ire in loco inferiori ab illis S. Saluatoris. & postea lib. 8. fol. 40. columna

hoc sectum suis applicat, tanquam si fuit illi essent qui tunc in cœnobio S. Saluatoris degebant. Quæ illius pace falsa sunt, neque illius scopo vllatenus deseruiunt: nam quod primo loco ait, monasterium S. Saluatoris antiquitate præstare monasterio S. Mariæ de Charitate, si de monasterio, & collegio canonicorum regulariũ intelligi velit, falsissime esse comminiscitur, ex vtriusque fundatione superius notata. Rursus quod secundo loco subdit, duos illos canonicos ex monasterio Lateranensi missos ab Innocentio II. ad Ecclesiam S. Saluatoris maximam autoritatem contulisse suæ Congregationi, vt ipsi quoque, qui sunt canonici S. Saluatoris de Bononia nuncupati à Lateranensibus ante reformationes particulares pendere profitearentur, silentio potius explodendum est, quam ratione confutandum, quam enim autoritatem huic congregationi Lateranenses illi contulerũt, quę non nisi post annos ducentos, & septuaginta ab illorum professione ad dictam Ecclesiam S. Saluatoris in mandatis esse cœpit, in qua canonica S. Saluatoris nunquã illi canonici fuse ab Innoc. II. Pontifice Maximo, siue à Bonifacio de Iustis instituti, multis annis antequam canonici Saluatorienses de Bononia cõcederent, penitus, atque penitus cassati erant? At inquiet, nos in eorũ loco subrogatos fuimus. sed cur non à pari dicunt, D. Benedictum, & abbatem eiusdem instituti sanctissimos viros magnam autoritatem suæ congregationi contulisse, vt meritò gloriari possint, se à Benedictinensibus descendisse? nam constat in eorum locum subrogatos fuisse in cœnobijs S. Michaelis de Candiana, S. Danielis de monte Agonio Diœcesis Paduanæ, S. Sebastiani aliàs S. Rufini apud Mantuam, S. Sophiæ Beneuẽtanæ, & alijs præcipuis illius congregationis, eadem ratione de vtriusque ratio est, ne latum vnguem discessura. Tandem quod ait, canonicos S. Saluatoris Venetiarum ex decreto Principis Venetiarum in professionibus de an. 1391. habitis, canonicos S. Mariæ Charitatis præcessisse, quid cõmune habet cum his Saluatorensibus de Bononia? vel quid illis moderatis ex Eremitis Illectanis in canonicos transformatis, cum illis S. Saluatoris antiquis vere, ac genuinis, & vt sic loqui liceat, naturalibus canonicis commune, excepta domo, quam illis penitus extinctis illi obtinent, vel nomine canonicorum, vel priuilegijs ex largitate Apostolica impetratis canonici S. Mariæ de Charitate, qui nuncupantur, & qui nunc sunt, cum illis antiquis S. Saluatoris Venetiarum ciusdem naturæ, ac institutionis: & ob eam causam in publicis processionibus sub vna Cruce tanquam vnum corpus simul incedebant. Cæterum antiquo instituto S. Saluatoris alterato, & tandem extincto, illi S. Mariæ de Charitate suum locum obtinuerũt, qui illum ex decreto Principis Venetiarum, sed de iure congruebat, dignorem super omnes ordi-

nes regul
amphrac
ausit canon
nullatenu
tuti, nou
ordines n
res. & tam
lo dubio a
erga canon
gloriari, vt

TErtiu
phan
chio illi co
datũ confi
ab Episco
thario Prio
successorib
mini Patri
S. Iacobi d
suis pertin
tum Arimi
hæc commi
extractum
Seibani S.
arij: sed &
refert, lect
bea, attesta
contulisse
dochio in
Diœcesis,
10 anno 1
per decessi
personam
regularis n
tus, apud q
istud mona
andria reli
chæ Anian
Charitate f
tione haber
cis destitutu
ritate nostra
nio IV. per s

Quartun
nasterium fo
dochio cont
nescio. hoc
monasterij
regularium,
lao de Bene
proximè sur
pore discipl
Cæterum &
varia passun
1430. idem i
denuo recep
nici regular
de quibus ir

Quintus

hoc factum suis applicat, tanquam si sui illi essent qui tunc in cœnobio S. Saluatoris degebant. Quæ illius pace falsa sunt, neque illius scopo vllatenus deseruiunt: nam quod primo loco ait, monasterium S. Saluatoris antiquitate præstare monasterio S. Mariæ de Charitate, si de monasterio, & collegio canonicorum regularium intelligi velit, absolute falsum esse conuincitur, ex vtriusque fundatione superius notata. Rursus quod secundo loco subdit, duos illos canonicos ex monasterio Lateranensi missos ab Innocentio II. ad Ecclesiam S. Saluatoris maximam autoritatem contulisse suæ Congregationi, vt ipsi quoque, qui sunt canonici S. Saluatoris de Bononia nuncupati Lateranensibus ante reformationes particulares se pendere profiteantur, silentio potius explodendum est, quam ratione confutandum, quam enim autoritatem huic congregationi Lateranenses illi contulerũt, quę non nisi post annos ducentos, & septuaginta ab illorum profectione ad dictam Ecclesiam S. Saluatoris in mundo esse cœpit, in qua canonica S. Saluatoris antiqui illi canonici siue ab Innoc. II. Pontifice Maximo, siue a Bonifilio de Iustis instituti, multis annis antequam canonici Saluatorienses de Bononia cò accederent, penitus, atque penitus extincti erant? At inquiet, nos in eorũ loco subrogati sumus. sed cur non à pari dicunt, D. Benedictum, & alios eiusdem instituti sanctissimos viros magnam autoritatem suæ congregationi contulisse, vt meritò gloriari possint, se à Benedictinensibus descendisse? nam constat in eorum locum subrogatos fuisse in cœnobijs S. Michaelis de Candiana, S. Danielis de monte Ayono Diœcesis Paduanæ, S. Sebastiani aliàs S. Latini apud Mantuam, S. Sophiæ Beneuẽtanæ, & alijs præcipuis illius congregationis, eadem enim de vtriusque ratio est, ne latum vnguem dissim. Tandem quod ait, canonicos S. Saluatoris Venetiarum ex decreto Principis Venetiarum in professionibus de an. 1391. habitis, canonicos S. Mariæ Charitatis præcessisse, quid cõmune habet cum his Saluatorienſibus de Bononia? vel quid illis moderni ex Eremitis Ilicetanis in canonicos transformatis, cum illis S. Saluatoris antiquis vere, originarijs, & vt sic loqui liceat, naturalibus canonicis commune, excepta domo, quam illis penitus extinctis ipsi obtinent, vel nomine canonicorum, vel priuilegijs ex largitate Apostolica impetratæ canonici S. Mariæ de Charitate, qui nunc erant, & qui nunc sunt, cum illis antiquis S. Saluatoris Venetiarum eiusdem naturæ, ac instituti erant: & ob eam causam in publicis processionibus sub vna Cruce tanquam vnum corpus simul incedebant. Cæterum antiquo instituto S. Saluatoris alterato, & tandem extincto, illi S. Mariæ de Charitate suum locum obtinuerũt, qui ille, non ex decreto Principis Venetiarum, sed de iure congruebat, dignorem super omnes ordines regularium, ita demum post longos litium amphractus summo Pontifice decernẽte. Noui aũt canonici S. Saluatoris, vt qui de illis antiquis nullatenus sunt, sed recens post monachos instituti, nouissimũ similiter locum tenent infra oẽs ordines monasticos, supra Fratres Prædicatores. & tamẽ iactat confidenter hic autor, absq; vllo dubio antiquitate, nobilitate, & præeminentia erga canonicos S. Mariæ de Charitate, sc & suos gloriari, vt dictũ est, dum de S. Saluatore ageretur.

IV. TErtium collegium est S. Clementis de Orphano vocatum, quod vnà cum xenodochio illi contiguo ante annum saltem 1160. fundatũ constat ex instrumento concessionis factæ ab Episcopo Ariminensi nomine Alberico Lothario Priori S. Clementis de Orphano, & illius successoribus in perpetuum, ad instantiam Domini Patriarchæ Gradensis, de quadam Ecclesia S. Iacobi de Secundo nuncupata cum omnibus suis pertinentijs, quod instrumentum fuit rogatum Arimini per manum Sasso Ariminensis scribæ communitatis anno 1173. die 10. Ianuarij, & extractum ex Authentico per manum Gabrielis Seibani S. Palatij Notarij ann. 1231. die 11. Februarij: sed & Iosephus Mozzagrugnus lib. 1. in fine refert, lectas literas Benedicti XII. sub Bulla plũbea, attestantes Ioannẽ XXII. illius prædecessorẽ contulisse monasterium S. Clementis cũ Xenodochio in ripa Canalis Orphani Castellanensis Diœcesis, constructum à Petro Gatiloso Veneto anno 1141. canonicis regularibus, tunc vacãs per decessum Domini Nicolai de Arimundo in personam D. Nicolai de Beneuentis canonici regularis monasterij S. Spiritus, licet diuersi habitus, apud quem autorem quoad hoc sit fides. Ad istud monasterium primò delatæ sunt ex Alexandria reliquiæ sancti Confessoris, & Patriarchæ Aniani, quæ postea in Ecclesiam S. Mariæ de Charitate fuerunt translatæ, vbi nunc in veneratione habentur. demum istud monasterijũ canonicis destitutum dicto monasterio S. Mariæ de Charitate nostræ congregationis fuit vnitũ ab Eugenio IV. per suas datas IV. Nonas Decẽb. an. 1432.

Quartum est S. Spiritus Venetiarũ. istud monasterium ferunt circa annum 1140 cum Xenodochio contiguo exstructum. quod an verum sit nescio. hoc certũ, si vera sunt quæ de collatione monasterij S. Clementis Ordinis canonicorum regularium, facta à Ioanne XXII. Domno Nicolao de Beneuentis canonico item S. Spiritus proximè sunt narrata, viguisse ab antiquo tempore disciplinam canonicã in dicto monasterio. Cæterum & illud quoque canonicis destitutum varia passum est discrimina. tandem circa annum 1430. idem institutum canonicorum regulariam denuo recepit, quod hactenus seruat: qui canonici regulares S. Spiritus communiter dicuntur, de quibus infra sermo redibit.

Quintum est S. Helenæ, quod ab institutione

canonici Ordinis extitisse, ostendit historia trãslationis reliquiarum S. Helenæ Constantini matris ex ciuitate Bizantio ad prædictum monasterium S. Helenæ, quæ sic habet: *anno 1213. Duce Petro Ziano Ricardus canonicus regularis ex monasterio sui Ordinis Constantinopolitano clam sustulit corpus S. Helenæ, quod Venetijs translatum in suo monasterio S. Helenæ dicato locauit.* Quanquam de hoc monasterio aliud reperire non potui nisi quod de anno 1407. cum canonicis esset penitus destitutum, monachis Oliuetanis concessum est, qui vsque in hodiernum diem illud detinent.

V. SExtum est S. Georgij in Alega, quod ab institutione fuisse collegium canonicorum regularium, ac in eo disciplinam canonicam viguisse, ostendunt literæ Greg. XII per quas idem monasterium canonicis ferè destitutum, quippe qui ad vnum solum Priorem, & duos fratres conuersos redacti fuerant, eodem Priore nomine Ludouico Balbo consentiente, ex Regulari transtulit in collegium canonicorum tunc secularium, qui S. Georgij de Alega vocantur in quibus literis hæc inter alia habentur: *Sane petitio pro parte dilecti filij Ludouici Prioris monasterij S. Georgij in Alega per Priorem solti gubernari, Ordinis S. Augustini Castellanensis Diœcesis, nobis nuper exhibita continebat, quod monasterium prædictum, in quo ab olim laudabiliter viguit obseruantia regularis, & eius instituta Apostolica fuerunt per Sedem Apostolicam approbata, à longis retroactis temporibus extitit, prout existit huiusmodi regularis obseruantia destitutũ. &c.* Hæ literæ habentur in nouo Bullario Romano inter constitutiones Gregorij XII. constitutione prima, quæ est Bulla institutionis canonicorum secularium S. Georgij in Alega nuncupatorum.

Septimum est monasteriũ S. Crucis quod nũc à Collegio sacrarum Virginum Ordinis . . . tenetur: illud enim prius monasterium canonicorum regularium fuerat, teste Sansoino in sua Venetia in descriptione illius monasterij.

Octauum est S. Antonij Venetiarum, cuius Ecclesia primò fuit vnita monasterio S. Saluatoris Venetiarum tunc Congregationis S. Saluatoris de Bononia per Sixtum IV. anno 1471. die 19. Octob. Deinde anno 1475. die 29. August. ab eodem Pontifice separata, & in Prioratum dictæ Congregationis erecta. cuius Prioribus Innocentius VIII. & Alexander VI. ad instantiam Ducum Venetorum vsum Pontificalium, & alia priuilegia concesserunt.

Præter supradicta verò collegia canonicorum est etiam in eadem ciuitate Castellana seu Venetiarum monasterium cum primis nobile sacrarum Virginum canonissarum nostræ congregationis S. Danielis nuncupatum, cuius tamen regimen Abbas S. Mariæ Charitatis anno 1604. iustissimis, & honestissimis ex causis in manibus Illustrissimi Patriarchæ, necnon etiam Serenissimi Ducis, quibus iubentibus ante centũ circiter annos prædecessores illius coacti illud fuerant, sponte resignauit, & ita congregationẽ præter expectationẽ grauissimis curis liberauit. In eadem Ciuitate erat aliud collegium canonissarum S. Mariæ de Virginibus, quæ nescio, an nunc etiam eum regula canonica perseuerent.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Patriarchatu Aquilejensi, ac in toto Dominio Venetorum.

PAtriarchalem Ecclesiã Aquilejensem sanctus vir Apostolicus Hermagoras D. Marci discipulus, aut potius ipse Marcus Euãgelista primus fundauit, & cum nulla dubium sit, ijsdem illã institutis ac legibus plantasse, quas Romæ à B. Petro didicerat, quibusque Ecclesiam Alexandrinam fundauit, extra difficultatem remanet Ecclesiam Aquilejensem sub regulari disciplina clericorum communiter viuentium fuisse institutam, nec minori certitudine credendum est, idem institutum in ea vsque ad omnimodã illius euersionem sub Totila secutam, retentum fuisse, nam & D. Hieronymus in continuatione Chronici Eusebij Pamphili circa annum Domini 378. Olympiade verò 289. in laudem clericorum Ecclesiæ Aquilejensis scribit, quos veluti choros Beatorum commendat. illũ vide. Nec dubium in eodem Aquilejensi Patriarchatu multa olim fuisse canonicorũ nostri Ordinis collegia, quandoquidem ille vasta cum Gradensi eidem finitimo pro vna integra Prouincia ad capitulum Prouinciale celebrandũ à Benedicto XII. fuerat determinatus. Verum vicissitudines temporum, & Barbarorum frequentissimæ in illam prouinciam irruptiones, incursiones, populorum euersiones, quas non semel sustinuit, illorum monumenta deleuerunt, paucis seruatis, quorum vel adhuc vestigia remanent, vel saltem in locorum tabularijs memoria est conseruata, ex quibus, quæ venari licuit, hic fideliter subijcimus.

I. In Diœcesi Cenetensi in Castro Conegliani est vetustum collegium canonicorum regularium olim Ordinis S. Marci, nunc Ordinis S. Augustini, & nostræ congregationis Lateranensis, cui per Sixtum IV. sub anno 1478. fuit vnitum.

In ciuitate Taruisij cœnobiũ sanctorũ Quadraginta Martyrũ olim membrũ congregationis S. Frigdiani Lucensis, nunc cum suo capite nostræ congregationi vnitum, & multis priuilegijs & viris claris exornatum, de quibus in nostra congregatione Lateranensi sermo erit.

In eadem Ciuitate Prioratus vetustissimus sanctæ Mariæ de Bethleem nuncupatus, cum à tempore immemorabili conuentu esset destitutus, & commendatus per resignationẽ nobilis viri Doyni de Valualono, fuit ab Innocentio VIII. anno 1490. eidem monasterio sanctorum Quadraginta martyrum vnitus.

In eadem Ciuitate monasterium S. Pauli erat Canonissarum, quæ paucis ab hinc annis habitum mutauerunt.

II. INciuitate Patauina Ecclesiam S. Iustinæ nunc monachorum Cassinensium, & ante illos Cluniacensium, antea collegium canonicorum regularium extitisse fatentur Glossa in cap. ex literis & ibidem Oliensis de officio iudicis delegati.

In Diœcesi Patauina ab antiquissimo tempore fuisse collegium canonicorum regularium, indicat locus, qui nunc etiam tertio circiter milliario versus Orientem ab vrbe distans, Canonica vulgariter nuncupatur.

In eadem verò ciuitate Patauina est Abbatiale cœnobium cum insigni Bibliotheca nostræ congregationis S. Ioannis in Viridario nuncupatum.

In eadem ciuitate est conuentus Prioralis canonicorum regularium S. Spiritus Venetiarum, qui S. Michaelis dicitur.

In eadem ciuitate est Prioratus S. Antonij de Vienna nuncupatus, olim membrum S. Antonij Venetarum congregationis S. Saluatoris Bononiensis, postea in Prioratum distinctum erectus per Pium IV. anno 1563.

In Diœcesi verò Patauina est præcipuum cœnobium Abbatiale S. Michaelis de Candiana eiusdem congregationis, acilli vnitum per Nicolaum V. cum prius esset monachorum Ordinis S. Benedicti, vt patet ex libro taxarum Apostolicarum.

In eadem Diœcesi est aliud Abbatiale cœnobium S. Danielis prope Aponum eiusdem congregationis, à Pio II. illi vnitum, cum prius esset Ordinis S. Benedicti, ex eodem libro taxarum Apostolicarum.

III. INCiuitate Vicentia est Abbatiale cœnobium S. Bartholomæi, cum alio de Pane in sacco sibi vnito, nostræ congregationis, antea Ordinis S. Marci, de quo suo loco dicendum erit.

In Diœcesi Vicentina erat Prioratus conuentualis canonicorum regularium Ordinis D. Marci, cuius Prioris meminit Honorius III. in literis Confirmationis Regulæ, & Constitutionum eiusdem Ordinis D. Marci datis anno 1218. Vocabatur dictus Prioratus S. Eusebij de Seratico. Verum præter contenta in dictis literis amplius nihil de illo potui inuenire.

In Ciuitate Veronensi collegium S. Georgij, quod nunc tenent canonici S. Georgij de Alega nuncupati, antea fuerat canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, qui exactis quibus-

dam mon
nasteria tr
à Pellegri
sentiente
tis 1127. d
ronensis
bit: *Hic*
lo plus qu
notione, q
Regulares
rem prob
librũ vetu
quibus ad
rum S. G
rum, ac n
potius qua
circo in re
re, Canon
lanter in ec
runt RR.
rium vsque
gionis fam
lo Monial
virtutum
gymnasiũ
immunita
bus obtinu
tati, Dco
poralium
dictus au
sunt. qua
gulares lo

Apud V
minenti
nardi, sa
nensi co

In ciu
tualis ca
cuius me
ximè cita

IN Ciu
olim c
coniec
Papiensi
lis monas
rium in
rit consti
ctis dicti
liguntur
monasteri

Primum
rius SS. Fa
Saluatoris
gationis:
sanguinen
sepulchro
lesinus in
arij, & sub
libro de c

In eadem Ciuitate Prioratus vetustissimus sanctæ Mariæ de Bethleem nuncupatus, cum à tempore immemorabili conuentu esset destitutus,& commendatus per resignationē nobilis viri Doyni de Valuasono,fuit ab Innocentio VIII. anno 1490.eidem monasterio sanctorum Quadraginta martyrum vnitus.

In eadem Ciuitate monasterium S. Pauli erat Canonissarum, quæ paucis ab hinc annis habitum mutauerunt.

II. IN ciuitate Patauina Ecclesiam S. Iustinæ nunc monachorum Cassinaensium,& ante illos Cluniacensium,antea collegium canonicorum regularium extitisse fatentur Glossa in cap. ex literis & ibidem Ostiensis de officio iudicis delegati.

In Diœcesi Patauina ab antiquissimo tempore fuisse collegium canonicorum regularium. indicat locus,qui nunc etiam tertio circiter milliario versus Orientem ab vrbe distans, Canonica vulgariter nuncupatur.

In eadem verò ciuitate Patauina est Abbatiale cœnobium cum insigni Bibliotheca nostræ congregationis S. Ioannis in Viridario nuncupatum.

In eadem ciuitate est conuentus Prioralis canonicorum regularium S. Spiritus Venetiarum, qui S. Michaelis dicitur.

In eadem ciuitate est Prioratus S. Antonij de Vienna nuncupatus, olim membrum S. Antonij Venetiarum congregationis S. Saluatoris Bononiensis, postea in Prioratum distinctum erectus per Pium IV. anno 1563.

In Diœcesi verò Patauina est præcipuum cœnobium Abbatiale S. Michaelis de Candiana eiusdem congregationis, ac illi vnitum per Nicolaum V. cum prius esset monachorum Ordinis S. Benedicti, vt patet ex libro taxarum Apostolicarum.

In eadem Diœcesi est aliud Abbatiale cœnobium S. Danielis prope Aponum eiusdem congregationis, à Pio II. illi vnitum,cum prius esset Ordinis S. Benedicti, ex eodem libro taxarum Apostolicarum.

III. IN Ciuitate Vicentia est Abbatiale cœnobium S. Bartholomæi, cum alio de Pane in sacco fibi vnito,nostræ congregationis,antea Ordinis S. Marci, de quo suo loco dicendum erit.

In Diœcesi Vicentina erat Prioratus conuentualis canonicorum regularium Ordinis D. Marci,cuius Prioris meminit Honorius III. in literis Confirmationis Regulæ, & Constitutionum eiusdem Ordinis D. Marci datis anno 1218. Vocabatur dictus Prioratus S. Eusebij de Seratico. Verum præter contenta in dictis literis amplius nihil de illo potui inuenire.

In Ciuitate Veronensi collegium S. Georgij, quod nunc tenent canonici S. Georgij de Alega nuncupati, antea fuerat canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, qui exactis quibusdam monialibus ob solutam vitam,& ad alia monasteria translatis, ad illud regendū vocati fuerūt à Pellegrino illius Ecclesiæ tunc Curatore,& cōsentiente ciuitatis Episcopo anno humanæ salutis 1127. de quo Hieronymus à Curte nobilis Veronensis in sua historia lib. 15. hæc inter alia scribit: *Hic (scilicet Pellegrinus Archipresbyter) qui paulo plus quinque annis istam Ecclesiam tenuit, ductus deuotione, egit vt anno 1127. ad illius regimen Canonici Regulares S. Augustini ponerentur, & ita fuit, Episcopo rem probante, quemadmodum legitur in quibusdam libris vetustissimis, & authenticis illius monasterij, in quibus ad literam ita legitur. Cum sit quod monasterium S. Georgij in Braida de Verona quoddam mulierum, ac monacharum fuerit cœnobium, Diaboli tamen potius quam Dei templum, & quasi prostibulum: idcirco in remedium animæ nostræ volentes illud reformare, Canonicos sub regula D. Augustini perpetuo famulantes in eo ordinare voluimus. & post pauca. Rexerunt RR. Canonici Ecclesiam praditam, & monasterium vsque ad annum 1295. eo maiori sanctitatis, Religionis fama redolentes, quo maiori licentia, & scandalo Moniales antea vixerant, atque in hunc modum locus virtutum Seminarium euaserat, & morum optimorum gymnasium, quibus meditantibus multa priuilegia, & immunitates à Summis Pontificibus, & seculi Principibus obtinuerunt: bonorum etiam affluentia plurimū ditati, Deo ostendente quantum ad bonorum etiam temporalium incrementum, vitæ sanctitudo prosit.* Hæc dictus autor, & alia, quæ apud illum videri possunt. quando verò,& quas ob causas canonici regulares loco cesserint, diuinare non possum.

Apud Veronam in monte Donico ciuitati imminenti est Abbatiale cœnobium congr. S. Leonardi, sanctorum seminarium, de quo in Lateranensi congregatione plura dicenda.

In ciuitate Veronensi erat Prioratus conuentualis canonicorum regulariū Ordinis S. Marci, cuius mentio habetur in literis Honorij III. proximè citatis, quod S. Spiritus appellabatur.

IV. IN Ciuitate, & Diœcesi Brixiensi multa fuisse olim collegia nostri Ordinis, vel ex hoc solùm coniectare licet, quòd in capitulo Prouinciali Papiensi sæpius memorato vnus visitator pro solis monasterijs, & Ecclesijs canonicorum regularium in Episcopatibus Brixiensi, & Laudēsi fuerit constitutus. Ea verò, quorum nomina ex actis dicti Capituli, vel alijs veridicis scripturis colliguntur, quæque hactenus, vel per se, vel alijs monasterijs vnita supersunt, hæc sunt.

Primum Abbatiale cœnobium S. Afræ, seu verius SS. Faustini, & Iouitæ ad sanguinem, vel S. Saluatoris vetustissimum,& nunc nostræ congregationis: dicitur autem SS. Faustini,& Iouitæ ad sanguinem, quòd sit locus plurimorū S. Martyrū sepulchro, & reliquijs venerādus,de quibus Galesinus in Martyrologio sub die 7. 11. & 16. Ianuarij, & sub die 12. Februarij, & alij, sed & nos in libro de congregatione Lateranensi ex instituto

dicemus. Nunc quod ad illius antiquitatem attinet, in actis sæpe dicti Capituli Papiensis recensetur Præpositus monasterij SS. Faustini, & Iouitæ, ad sanguinem, & videtur fuisse illemet, qui in ingressu Capituli sermonem habuit, quique inter Definitores ipsius Capituli fuit renũciatus. Quare decipiuntur, qui non ante annum 1516. quo tempore nostri, monasterio S. Saluatoris Suburbano, vbi tunc degebant hostiliter euerso, intra dictam Ecclesiam sese receperunt, illã nostri Ordinis canonicos habuisse arbitrantur, cum longè ante illud tempus, nimirum 1340. constet Ecclesiam sanctorum Faustini, & Iouitæ ad sanguinem canonicorum conuentum non ignobilem habuisse, qui sub cura Præpositi degebant. Sed & longè ante annum illum 1340. fuerunt ibidem clerici canonici, si vera sunt, quæ de prædicta Ecclesia Ioannes Philippus noster lib. 3 cap. 32. scribit, in ea siquidem stetisse Beatum Dominicum, & ibi habitam sedem, ac mensam, in qua ipse gloriosus sanctus studebat, quæ cum maxima veneratione seruaretur: ibi quoque B. Guallam Ordinis Prædicatorum, & postea Brixiensem Episcopum, dum esset in campanili, Beati Dominici animam vidisse, quam in Paradisum Angeli ferebant. Istud monasterium conuentu tandem destitutum anno 1523. canonicis nostris, monasterio sancti Saluatoris Suburbano bellorum ruinis euerso, fuit concessum, vt infra dicemus.

Secundum est monasterium ipsum S. Saluatoris in Suburbijs ciuitatis Brixiæ cõstitutum, cum altero monasterio Canonissarum eiusdem ordinis sibi vnito, quibus inuicem vnitis Gregorius IX. insigne priuilegium concessit anno 1232. & Pontificatus sui quinto, quod quidem priuilegiũ sic incipit: *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Præposito S. Saluatoris, & S. Mariæ iuxta Brixiam, eiusque fratribus, & sororibus tam præsentibus, quàm futuru vitam professu in perpetuum. Religiosam, &c.* Reliqua si vacat, videre poteris in libro Indultorum nostræ congregationis p. 146. & sequentibus. huius etiam monasterij sub titulo Præposituræ in actis Capituli Papiensis mentio habetur, in hoc monasterio regularis obseruãtia per tot vicissitudines temporum vsque ad nostrã reformationem in loco Frisonariæ factam duravit, nostris verò ibidem reformatis, Præpositus dicti monasterij cum suis canonicis reformationem ipsam ex animo susceperunt, & nostræ congregationi fuerunt vniti, & ita viguit in eodem monasterio disciplina canonica vsque ad annum 1516. quo anno in obsidione ciuitatis solo fuit æquatum. Conuentus verò, & Præpositura cum titulo S. Saluatoris intra vrbẽ, & Ecclesiam olim S. Afræ, siue Sanctorum Faustini, & Iouitæ ad sanguinem, per Clementem VII. anno 1523. translata.

Tertium est S. Ioannis deforis, cuius similiter sub titulo Præposituræ in actis eiusdem capituli mentio habetur. Ferunt ante canonicos mansiles quasdam ibi consedisse. Verùm cuius Ordinis essent, vel quo tempore loco cesserint, nulli hactenus incompertum: hanc Præpositurã nunc obtinent Canonici congregat. S. Saluatoris de Bononia per Innocentium VIII. anno 1485 eidem congregationi vnitam.

Quartum est S. Petri in Olideto, cuius Præpositum Capitulum Prouinciale Papiense anno 1340. celebratum, in numerum Definitorũ Capituli sequentis elegit. istud monasterium nunc tenent canonici Regulares S. Georgij de Alega nuncupati.

Quintum est sancti Alexandri, quod vsque ad annum 1400. Canonicos Regulares tenuisse ostendunt instrumenta authẽtica in Archiuio cœnobij sancti Saluatoris eiusdem ciuitatis Brixiensis seruata.

Sextum est S. Mariæ Magdalenæ apud Brixiam, quod iam dudum canonicis destitutum, & in fabricis, excepta Ecclesia, propemodum cõsumptum, Eugenius IV. anno 1441. eidem monasterio S. Saluatoris vniuit.

Septimum est monasterium seu Prioratus olim conuentualis S. Georgij de Monte Claro Diœcesis Brixiensis, cuius Prior in Actis suprædicti Capituli Papiensis memoratur, qui Canonicis destitutus eidem cœnobio S. Saluatoris est vnitus.

Erat prope eandem Ciuitatem Monasterium Canonissarum S. Mariæ nuncupatum, & Monasterio S. Saluatoris vnitum, & sub regimine Præpositi eiusdem Monasterij degens, cuius meminit Gregorius IX. in Priuilegio eiusdem Monasterijs concesso, cuius mẽtio habita est superius hoc eodem capite. Verùm illud cum dicto Monasterio S. Saluatoris de anno 1516. fuit euersum, & forte ante illud tempus nullæ amplius erant ibi Sanctimoniales.

In eadem ciuitate erat aliud Monasterium Canonissarum S. Catharinæ nuncupatum, extant literæ Eugenij Papæ IV. datæ anno 1443. quibus Præposito S Ioannis Brixiensis mandat, vnire dicto Monasterio S. Catharinæ domum S. Lucæ in Burgo S. Alexandri, & hospitale S. Ioannis deforis Brixiam Ordinis Humiliatorum, & bocad supplicationem ciuitatis, quarum literarum exemplum habetur in nostro Archiuo Romano.

ECclesia Bergomensis inter præcipuas, cuique vetustissimas, in quibus apud Italos disciplina Canonica à Sanctissimis Apostolis inter Clericos instituta, & à D. Augustino reparata olim viguit, iure ac meritò numerari debet deiſa Ecclesia aliquid dicturus, vt rei amplitudini, ac seruandis breuitati consulam, ea solùm hic referam, quæ Bartholomæus de Peregrinis Ciuis Bergomensis, ac Presbyter in suo libro de Sacra ac fertili vinea Bergomensi ex diuersis authenticis, catholicisque libris, & scripturis diligenti cura collegit, quæ liber

CAPVT VIGESIMVM

liber editus est Brixiæ apud Ludouicum Britannicum V Idus Iulij M. D. LIII.

Ingreditur hic autor 1. par cap. 7. de S. Proiectitio Bergomensis Ecclesiæ Archidiacono differens in hunc modum scribit: *Proiectitus primus Bergomensis Archidiaconus per annos septem, menses sex, hanc sanctissimam vineam custodiuit, & sibi coadiutores, sanctissimosque viros quadraginta clericos, qui secundum Regulam, moresque apostolorum viuerent. Hæc ex epistolis eius, & ex tertio Libro Chronicarum D. Ioannis Mariæ Mediolanensis Canonici Regularis, & ex historia ipsius scripta in lib. 3. cap. 1. & 2. de antiquitatibus, & gestis Diuorum Bergomensium, & cap. 2. eiusdem primæ partis. Anno Christi 614. surrexit in vinea magnus ille Columbanus, & Beatus Pastor Io. Episcopus noster, &c. & ipse. Hic sanctissimus Pastor numerum Canonicorum, & prouentus eorum in modum auxit, & quicquid ex rebus humilis, ac reflua supererat, in Ecclesia sua beneficium fabricauit, vna denique, eademque mensa communis omnibus, una habitus, una regula, atque vnus ordo apostolicus in Canonica D. Martyris Alexandri ingitur seruabatur, &c.* Et infra. *Hæc breuiter collegimus ex annalibus Longobardorum historia Pauli Diaconi lib. 6. c. 6. & 9. & ex Priuilegijs trium Imperatorum Caroli III. Arnulphi, Berengarij I. ex parte 5. lib. 14. cap. 26. 30. & 40. Chronicorum Bartholomæi de Ossa Bergomatis, & ex 4. lib. Chronicorum D. Ioannis Mariæ Mediolanensis, & ex lib. Pontificum Platinæ Cremonensis, & ex quo plura sim, & vt constet ex quadam scriptura in quadam lapide scalpta. Vale. & ex Memoriali Episcoporum Bergomi lucis Clarensis. Rursus ex cap. 19. eiusdem primæ partis. B. Adalbertus Carmalus nobilis ciuis Bergomensis vineam collabentem, ciuitatemque ipsam ab vrbe vetere combustam, ac dirutam reformauit: templumque in Prato medio, quod antea B. Agneti dicatum fuerat Parochiale, aliud amplificans Cathedrale templi S. Vincentij martyris constituit, & Canonicam. Posteà medium canonicorum numerum canonica S. Alexandri in vicentinum Canonicam praditam S. Vincentij vrbãnis, & ibi iuxta apostolorum Regulam, vt antea in canonica D. Alexandri degebant, ipsi quoque viuerent, constituit, & hoc fuit anno Christi 896. & Episcopatus sui anno secundo. Rursus ex cap. 23. eiusdem 1. par. In hanc vineam intrauit Reginfredus, qui hanc non mercenarius, sed tanquam pastor mercenarius, ad quem non pertinebat de ouibus, canonicos suos ex Regulari, & honesta valdè ad secularem, nonnique liberam vitam transire, eosque vagari permisit. Hoc factum est anno Christi 1012. & Pontificatus sui 18. mense 7. quo anno è vita migrauit die 18 Decemb. Hæc ex dicto memoriali.*

Præterea etiam huius autoris testimonio ad maiorem illucidationem historiæ, & veritatis aliud adiungere ex canonico Regulari acceptum, sed adhuc qui eadem Bergomensis Ecclesiæ monimẽta diligentissimè lustrauerat, Ioanne Philippo nouerit lib. 3. cap. 24. acceptum, quod sic se habet: *In Ecclesia Bergomensi ex antiquis scripturis ipsius Ecclesia, quod primo viue Ecclesia tempo Archidiac tyre: deinc sub S. Ioan berto Epis eũt resecto ni in chor gomi esse & fatcatu corum, & & Eccles probat. aliqua fal pè erant alteræ) lo terum, ca gulares, a rè exititis vitam spo tes, vt rec*

PRæter Alexan nostrorum gij de Spi clesia extr quo in p pag. 2. ca hac vinea u Dominus M orgij de Sp Canonicor 1320. prim mi. Hac ex sorig, & e

In eade Abbatiale viros sanc de quibus

In Ciuit le S. Bened nullis Paro gatione La

In Dioce tatu Tirolis tamen in P ganeus est E gnes Præp de quibus Reuerendis Tridentini tina sunt du sancti Augu millaria, a cu clausam v tiex

liber editus est Brixiæ apud Ludouicum Britannicum, V Idus Iulij M. D. LIII.

Igitur hic autor 1. par. cap. 7. de S. Proiectitio Bergomensis Ecclesiæ Archidiacono disserens in hunc modum scribit: *Proiectitus primus Bergomensis Archidiaconus per annos septem, menses sex, hanc sanctissimam vineam custodiuit, & sibi coadiutores, successoresque elegit quadraginta clericos, qui secundum Regulam, moresque Apostolorum viuerent. Hæc ex epitaphio eius, & ex tertio Libro Chronicarum D. Ioannis Mariæ Mediolanensis Canonici Regularis, & ex historia ipsius scripta in lib. 3. cap. 1. & 2. de Antiquitatibus, & gestis Diuorum Bergomensium, & cap. 2. eiusdem primæ partis. Anno Christi 654. sub quo exit in vineam magnus ille colonus, & Beatus Pastor Io. Episcopus nostet, &c. & infra. Hic sanctissimus Pastor numerum Canonicorum, & prouentus eorum in modum auxit, & quicquid ex villa beatæ, ac vetustæ supererat, in Ecclesia sua beneficium dabat, vna denique, eademque mensa communis omnibus, vnus habitus, vna regula, atque vnus ordo Apostolicus in Canonica D. Martyris Alexandri ingiter seruabatur, &c.* Erinfra. *Hæc breuiter collegimus ex antiqua Longobardorum historia Pauli Diaconi lib. 6. c. 6. & 9. & ex Priuilegijs trium Imperatorum Caroli I I. Arnulphi, Berengarij I. ex parte 5. lib. 14. cap. 26. 30. & 40. Chronicorum Bartholomæi de Ossa Bergomatis, & ex 4. lib. Chronicorum D. Ioannis Mariæ Mediolanensis, & ex lib. Pontificum Platinæ Cremonensis, & ex epitaphio eius, & vt constat ex quadam scriptura in quodam saxo sculpta. Pars. & ex Memoriali Episcoporum Bergomi lauita Clarensis. Rursus ex cap. 19. eiusdem primæ partis. B. Adalbertus Carmalus nobilis ciuis Bergomensis vineam collabentem, ciuitatemque ipsam ab Hungaris combustam, ac dirutam reformauit: templumque in Vrbis medio, quod antea B. Agneti dicatum fuerat Parochiale, illud amplificans Cathedrale templum S. Vincentij martyris constituit, & Canonicam. Posteà numerum canonicorum numerum canonicæ S. Alexandri in ciuitatem Canonicam prædictam S. Vincentij trãstulit, & ibi iuxta Apostolorum Regulam, vt antea in canonica D. Alexandri degebant, ipsi quoque viuerent, constituit. & hoc fuit anno Christi 896. & Episcopatus sui anno secundo. Rursus ex cap. 23. eiusdem 1. par. In hanc vineam intrauit Reginfredus, qui hanc non more antecessorum suorum regulariter gubernauit, sed tanquam pallor mercenarius, ad quem non pertinebat de ouibus, canonicos suos ex Regulari, & honesta vitæ ad secularem, nimisque liberam vitam transire, eosque vagari permisit. Hoc factum est anno Christi 1012. & Pontificatus sui 16. mense 7. quo anno è vita migrauit die 28. Decemb. Hæc ex dicto memoriali.*

Præstat etiam huius autoris testimonio ad maiorem dilucidationem historiæ, & veritatis aliud subnectere ex canonico Regulari acceptum, sed adhuc eadem Bergomensis Ecclesiæ monimẽta diligentissimè lustrauerat, Ioanne Philippo nostro ex lib 3. cap. 24. acceptum, quod sic se habet: *In Episcopatu Bergomensi erant canonici Regulares: legitur enim in antiquis scripturis ipsius Ecclesiæ, quòd primo viuebant in communi iuxta morem Ierosolymitanæ Ecclesiæ, sub S. Narnio, & Viatore Episcopis, & postea tempore Syluestri Papæ I. floruit sub S. Proiectitio Archidiacono, & tempore S. Ambrosij sub S. Iacobo Martyre: deinde tẽpore Iuniperti Longobardorũ Regis floruit sub S. Ioanne Episcopo, & Martyre, tandẽ sub S. Adalberto Episcopo, & Cardinale. In ipso Episcopatu adhuc est refectorium canonicorum, & Regula Patru Augustini in choro Ecclesiæ.* Hæc Io. Philippus, qui cũ Bergomi esset, quando ista sub anno 1529. scribebat, & fateatur tunc temporis Refectorium Canonicorum, & Regulam D. Augustini in Episcopatu, & Ecclesia Bergomensi visa, duo mihi euidenter probat. Alterum, Regularem obseruantiam in aliqua saltem dictarum Ecclesiarum (duæ quippè erant Ecclesiæ, S. Alexandri vna, S. Vincentij altera) longiùs post annum 1012. durauisse, alterum, canonicos Bergomenses, canonicos Regulares, ac sub B. Augustini Regula degentes verè extitisse: non autem canonicos communem vitam sponte, & sine votorum emissione ducentes, vt recentiores scribunt.

VI. PRæter verò supradictas maiores Ecclesias SS. Alexandri, & Vincentij, aliud erat Collegium nostrorum canonicorum perantiquum S. Georgij de Spino, cuius nunc etiam vestigia cum Ecclesia extra suburbium S. Leonardi cernuntur, de quo in præallegato libro de Vinea Bergomensi pag. 2. cap. 48. hæc habes: *Militabat etiam Deo in hac vinea in temporibus (scilicet anno 1319. venerabilis Dominus Melchior de Trauisio, Prior monasterij S. Georgij de Spino fundati extra portam Coloniæ, Ordinis Canonicorum Regularium, qui anno sequenti videlicet 1320. principium dedit consortio Carceratorum Bergomi. Hæc ex primo, & secundo capite regulæ ipsius consortij, & ex alijs scripturis antiquis.*

In eadem Ciuitate Bergomensi est cœnobium Abbatiale S. Spiritus nostræ congregat. ex quo viros sanctitate, & doctrina illustres habuimus, de quibus inferius.

In Ciuitate Cremensi est cœnobium Abbatiale S. Benedicti nostræ congregationis, cum nonnullis Parochijs sibi subiectis, de quo in congregatione Lateranensi.

In Diœcesi Tridentina, quæ licèt sit in Comitatu Tirolis, & extra dominium Venetorum, est tamen in Patriarchatu Aquileiensi, cuius suffraganeus est Episcopus Tridentinus, duæ sunt insignes Præposituræ Canonicorum Regularium, de quibus ex actis visitationum Illustrissimi, & Reuerendiss. DD. Card. Madrucij Episcopi Tridentini hæc pauca accepi. *In Diœcesi Tridentina sunt duæ Præposituræ Canonicorum Regularium sancti Augustini, altera sancti Michaelis ad decem millaria, a ciuitate distans: altera S. Mariæ ad portam clausam vulgò Gries nuncupata. Harum Præpositi ex ipsarum gremio eliguntur, & vsum mitræ, & baculi obtinent.*

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De Ecclesia Mediolanensi, & alijs Ecclesijs, & Collegijs Canonicorum Regularium existentibus in toto Dominio, & Metropoli Ducatus Mediolani.

I. CVm ex multorũ probatæ fatis fidei Autorum relatione docuerimus, canonicum inſtitutum, ſecũdum quod Beatiſſimus Pater Auguſtinus ſactus Hipponenſis Epiſcopus illius Eccleſiæ canonicos reformauit, illum in Italia, & præſertim apud Inſubres in Eccleſia Mediolanenſi didiciſſe, rem ſuperfluam agere videremur, ſi Mediolanenſem Eccleſiam ab inſtitutione regularem fuiſſe pluribus confirmare niteremur, quod nunc admonẽdum cenſemus, ſolùm eſt, duas olim fuiſſe Mediolani maiores Eccleſias, quæ pro temporum viciſſitudine pro Cathedralibus deſeruiebant, alteram S. Teclæ, S. Ambroſij alteram, & quidem poſterior nunc etiam ſupereſt proprio nomine retento. Verùm prior ſolo æquata in eam magnificẽtiſſimam, & propè admirabilem formam, quæ nunc cernitur renouata, quæque nunc ſola Eccleſia Metopolitana reputatur. Cæterùm in vtraque per multa tempora canonicorum regularium inſtituta viguiſſe, probatione non indiget. Nam quod ad Eccleſiam S. Ambroſij ſpectat, illius canonici vſque ad tempora Io. Andreæ Clementinarum Gloſſatoris Regulares erant. Vide quę ille notat in Clementina prima, in verbo Monaſterijs, de electione. obijt autem Io. Andreæ anno 1348. ex Cardinali Bellarm. in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: poſtea verò ex regularibus facti ſunt ſeculares. De Eccleſia S. Teclæ minor poteſt eſſe difficultas, cum in antiquo Pontificali pro forma ſolemnis profeſſionis à canonicis regularibus emitti ſolitæ, repoſita fuerit forma profeſſionis canonicorum ipſius Eccleſiæ S. Teclæ. Ferunt etiam inueniri adhuc cartulas profeſſionum quorundam illius Eccleſiæ canonicorum, quas tamen non vidi, ſed ex relatione virorum fide dignorum didici, qui illas fatebantur vidiſſe: ſed & S. Carolus Borromæus eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus maximè laborauit, vt illam ad primæuum inſtitutum quadantenus ſaltem reduceret, quòd canonicos Mediolanenſes olim regulares fuiſſe authenticis documentis didiciſſet, prout in illius vita habes Quo verò tempore canonici dictæ Eccleſiæ ex ſtatu regulari ad ſeculärem defecerint, hactenus non inueni: ſuſpicor tamen circa annum 1000. id accidiſſe, quod conijectari licèt ex his, quæ pro Eccleſia Mediolanenſi reformanda geſſit B. Petrus Damiani.

II. PRæter verò Eccleſiã ipſam Metropolitanam alia multa recenſentur canonici Ordinis collegia, quorum nonnulla, vel ex regularibus ſecularia ſunt effecta, vel canonicis deſtituta, ad alios aliorum ordinum regulares tranſierunt: Alia verò licèt valde pauca primęuum regularium canonicorum inſtitutum adhuc retinent. Ex his Primum eſt collegium S. Laurentij vetuſtiſſimũ, & incolatu S. Aquilini Colonienſis canonici, & martyris, & tandem illius reliquijs decoratum, nunc factum ex regulari ſeculare.

Secundum eſt S. Stephani in Brolio nuncupatum, cuius Præpoſito, & fratribus Innocentius III. in hunc modum ſcribit: *Innocentius Epiſcopus ſeruorum ſeruorum Dei, Præpoſito, & fratribus S. Stephani in Brolio, &c. Cum pro dilecto filio nõ. Marcellino Subdiacono noſtro preces vobis miſiſſemus Apoſtolicas, & præceptum, vt ipſum in fratrem veſtrum, & canonicum recipere deberetis, titulati Eccleſia veſtræ hoc miſſam præiudicium fieri aſſerentes, ne procederetur, &c.* & infra. *Si verò (quod non credimus) mandatum noſtrum nolueritis adimplere, nouerit vos dilecto filio Guſtadolo de Arſag. Canonico Mediolanenſi in mandatis dediſſe, vt vos ad ea, quæ præmiſimus, exequenda per cenſuram Eccleſiaſticã, appellatione remota, compellat.* Habetur hæc epiſtola in 2. lib. epiſtolarum Innocentij III. pagina 426. ſed & illud etiam collegium ex regularibus ad ſeculares defecit.

Tertium eſt S. Satyri in quo antiquitus fuiſſe duplex collegium (ſicut etiã apud ſanctum Ambroſium) alterum canonicorum regularium, alterum monachorum, Baſilius noſter Sirenius authenticis ſcripturis, quas apud ſe habet, perhibet comprobari, quas ſcripturas, quoniam ego non vidi, apud illum ſit fides.

Quartum S. Barnabæ extra portam Tonſam, in quo ſtetiſſe Canonicos regulares ſub regimine Prioris vſque ad annum circiter 1500. fatetur, qui illos vidit Auguſtinus Ticinenſis, dum monaſterij noſtri Caſoretani apud Mediolanum Præfecturam teneret, in ſecunda parte ſuæ Dilucidarij Chriſtianorum Religionum, & Sylueſter Mauriolicus in hiſtoria omnium Chriſtianarum Religionum libro quinto, pagina 599 poſtea verò canonicis deficientibus, clerici regulares Congregationis S. Pauli Decollati ſubintroducti, ſui Ordinis prima fundamenta ibidem ponentes, Barnabitæ ſunt exinde nuncupati.

Quintum S. Mariæ de Creſcentiaco, rectio ab vrbe millario verſus Orientem poſitum, quod eſt vetuſtiſſimum, & caput congregationis olim extitit, vt & præclariſſimorum virorum ſeminarium, inter quos duo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerunt. nunc noſtræ Lateranenſi congre-

congregationis erat unt, de quo infra dicendum eſt.

Sextum S. Georgij de Brinate apud Ticinum annexum 20. à ciuitate milliario remotum, quod Vrbanus Pontifex huius nominis Tertius ex Pericia familia de Cribellis in ſuo allodio Paterno fundauit, & bonis patrimonialibus dotatum, Canonicis Regularibus ſanctæ Mariæ de Creſcentiaco donauit, quod nunc etiam, Deo adiuuante, canonici noſtræ congreg. tenent. de quo infra in congr. Lateranenſi.

Septimum eſt monaſterium S. Petri de Vlmo, quod idem pijſſimus Pontifex, & in ordinem canonicum ſummoperè propenſus, in allodio paterno excitauit, & bonis patrimonialibus ſimiliter locupletauit teſte Seuerino Calco in quadam epiſt. ad Io. Cribellum eiuſdem collegij S. Petri de Vlmo Præpoſitum, quæ præmittitur libro Euſebij Corradi Mediolanen. cuius eſt titulus *Reſtauratio per venerabil. & erudito Dei predicatore Dn. Dominico Cumeno Regulari contra quendam fratrem ord. Præm.* Ex qua etiam epiſt. habetur canonicum regul. in monaſterio ſub Præpoſito item regulari vſq; ad annum ſaltem 1478. quo anno ibi reſtituerẽtur, permanſiſſe. Præpoſitus eiuſdem monaſterij capitulo Prouinciali apud Papiam anno 1540. celebrato interfuit, ac in eo inter Definitores capituli renunciatus. Nunc locus canonicis deſtitutus, monaſterium deſtructum, Eccleſia vix ſuperſtite, & bona illius, quæ maxima ex parte ſunt reddita, commendata.

Octauum eſt monaſterium Campi mortui nuncupatum, à nobiliſſima familia de Mantegatijs fundatum, conſtitutis in eo Canonicis Regularibus, qui per multa tempora illud tenuerunt. Nam & in ſæpe memorato capitulo Papiẽſi huius monaſterij, & illius Prioris mentio habetur. Sed quamquam eſſet de iure patronatus familiæ de Mantegatijs, neque al j, quam canonici Regulariter profeſſi ex fundatoris diſpoſitione poſſent inſtituere Priores, patronis reclamantibus, & in ſecularibus eſt commendatum, & diſciplina canonica penitus ſublata.

III. NOnum eſt Abbatiale cœnobiũ noſtræ congregationis de Caſoreto 2. ab vrbe miliario verſus Orientem à Religioſiſſimo viro Petro de Tancijs anno 1505. fundatum, de quo in congr. Lateranenſi.

Decimum eſt abbatiale cœnobium S. Mariæ Paſſionis noſtræ congregationis inter præcipua Mediolani collegia Regularium numerandum, à Reuerendiſſimo D. Celſo Dugnano Abbate Generali duobus perillibilo magnificentiſſimo auctum, & alijs fabricis, tam pro vſu canonicorum, quam etiam ad excipiendos hoſpites, cui operi tum præclaro Gabriel Citadinus, qui nunc eidẽ monaſterio præeſt Abbas digniſſimus non parũ contulit, de quo in congr. Lateranenſi ſimiliter dicemus.

congregatione vnitum, de quo infra dicendum erit.

Sextum S. Georgij de Brinate apud Ticinum annorum 20. à ciuitate milliario remotum, quod Vrbanus Pontifex huius nominis Tertius ex Petricia familia de Cribellis in suo allodio Paterno fundauit, & bonis patrimonialibus dotatum, Canonicis Regularibus sanctæ Mariæ de Crescenico donauit, quod nunc etiam, Deo adiuante, canonici nostræ congreg. tenent. de quo infra in congr. Lateranensi.

Septimum est monasterium S. Petri de Vlmo, quod idem pijssimus Pontifex, & in ordinem canonicum summoperè propensus, in allodio paterno excitauit, & bonis patrimonialibus sitam ibidem locupletauit teste Scuerino Calco in quadam epist. ad Io. Cribellum eiusdem collegij S. Petri de Vlmo Præpositum, quæ præmittitur libro Eusebij Corradi Mediolanen. cuius est titulus: *Ad Spectabilem pro venerabil, & erudito Dei predicatore Dominum Cinonico Regulari contra quendam fratrem ord. Dom.* Ex qua etiam epist. habetur canonicos regul in monasterio sub Præposito item regulari vsq; ad annum saltem 1478. quo anno liber est impressus, permansisse. Prepositus eiusdem monasterij capitulo Prouinciali apud Papiam anno 1340. celebrato interfuit, ac in eo inter Definitores capituli renunciatus. Nunc locus canonicis destitutus, monasterium destructum, Ecclesia vix superstite, & bona illius, quæ maximos prouentus reddunt, commendata.

Octauum est monasterium Campi mortui nuncupatum, à nobilissima familia de Mantegacijs fundatum, constitutis in eo Canonicis Regularibus, qui per multa tempora illud tenuerunt. Nam & in sæpe memorato capitulo Papiensi huius monasterij, & illius Prioris mentio habetur. sed quanquam esset de iure patronatus familiæ de Mantegacijs, neque al j, quam canonici Regulariter professi ex fundatoris dispositione possent instituti Priores, patronis reclamantibus, clericis secularibus est commendatum, & disciplina canonica penitus sublata.

NOnum est Abbatiale cœnobiũ nostræ congregationis de Casoreto 2. ab vrbe miliario fori portam Orientalem à Religiosissimo viro Petro de Tancijs anno 1305. fundatum, de quo in congr. Lateranensi.

Decimum est abbatiale cœnobium S. Mariæ Passionis nostræ congregationis inter præcipua Mediolani collegia Regularium numerandum, à Reuerendissimo D. Celso Dugnano Abbate Generali ilouo peristilio magnificentissimo auctum, & alijs fabricis, tam pro vsu canonicorum, quam etiam ad excipiendos hospites, cui operi tam præclaro Gabriel Citadinus, qui nunc eidẽ monasterio præest Abbas dignissimus non parũ contulit, de quo in congr. Lateranensi similiter dicemus.

Vndecimum est S Celsi congreg. S. Saluatoris Bononiensis, quod illis concessum fuit à Paulo IV. an. 1548. per suas datas 3. idus Martij, erat Ord. D. Benedicti. ex lib. taxarum Apostolicarum.

Duodecimum tandem loco numerari potest collegium sacrarum Virginum canonissarum S. Mariæ Annũtiatæ nostræ congr. quod & regularis vitæ sanctimonia, & virginum primæ nobilitatis numero cum primis floret.

In ciuitate Cremonensi Ecclesia collegiata S. Agathæ, cuius Præpositus vtitur insignibus Pontificalibus, à prima fundatione fuit canonica regularis, illam enim pij quidam ex Cremonensibus, proprijs sumptibus erexerunt circa annum salutis 1080. cuius regimen canonicis regularibus statim commiserunt. Eam vero Vrbanus Papa II. anno 1096. sub protectione Sedis Apostolicæ recepit, quam ipse ac illius prædecessor Gregorius VII. nec non etiam successores Paschalis, & Calistus Secundi, Eugenius, Alexander, Lucius, Vrbanus, Cœlestinus, Innocentius III. & alij multis, ijsque amplissimis priuilegijs communierunt. Inter quæ præcipuum, quo nunc etiam illius Ecclesiæ Præpositi vtuntur, est priuilegium vsus mitræ, & baculi, & aliorum habituum pontificalium, quod ab Alexandro, & Lucio III. concessum firmauit Vrbanus III. In dicta Ecclesia per annos circiter quadringentos viguit disciplina canonica sub regula D. Patris Augustini, nam in priuilegio quod Nicolaus V. anno 1452. tertio nonas Februarij Rectori nostro Generali, & cæteris nostræ congr. Prælatis contra fugitiuos, & apostatas concessit, sic habetur: *Prælatis verò quibuscunque tales susceptientibus, ac recipientibus, præsertim dilecto filio Bono de Vsperellis Præposito Monasterij S. Agathæ Cremonensis per Præpositum soliti gubernari, qui vt asseritis nonnullos ex dilectis filijs Canonicis Lateranensibus pretextu quarundam literarum apostolicarum recipere tentat, quibus literis etiamsi motu proprio, & ex certa scientia à nobis emanauerint, derogamus, illasque omnino quoad Canonicos Lateranenses prædictos annullamus, & pro infectis haberi volumus. Quatenus eosdem canonicos fugitiuos à se suisque locis penitus, & omnino expellere intra competentes per vos eis, & eorum singulis præfigendos terminos peremptorios studeant, & procurent &c.* Verũ paulatim zelo disciplinæ canonicæ frigescente, eadem canonica ex regulari effecta est secularis.

In eadem ciuitate, est cœnobium Abbatiale S. Petri septem Ecclesias Parochiales partim in ciuitate partim in Diœcesi Cremonensi, & Bergomensi sub se habens, de quo in nostra congr. Lateranensi.

In eadem ciuitate est Prioratus S. Pauli Parochialis, in quo prior cum duobus canonicis, & vno conuerso residet, eidem tamen Abbatiali cœnobio subiectus, & vnitus.

In eadem ciuitate, siue in illius Suburbijs erat

per-

perantiquus Prioratus conuentualis, seu monasterium S.Mariæ de Valle Viridi, congregationis, vt opinor, canonicorum Regularium Vallis Viridis nuncupatæ: nam dictam congregationem in Prouincijs Galliarum, & Italiæ, ac etiam vtriusque Siciliæ, viris, & monasterijs, non parũ fuisse dilatatam testatur Sylvester Maurolicus in suo libro quem mare Occeanum omniũ Religionum adtitulauit pagina mihi trigesima octaua, vbi data opera de hac congregatione scribit, & inter alia illius monasteria, istud de quo nunc agimus, nominatim recenset, hoc insuper addẽs, prædictam congregationem non solũ collegijs canonicorum, verum etiam Sacrarum Virginum Canonissarum in Italia olim abundasse: quæ res suspicandi ansam præbet, alterum monasterium Sanctimonialium eiusdem ciuitatis Cremonæ, quod Vallis Viridis dicitur, ab antiquo tempore Canonissarum dictæ congr. extitisse; quibus nihilominus dificientibus, moniales Ordinis Cistercien ad illud sunt translatæ.

In eadem ciuitate siue in eius suburbijs, erat Prioratus S.Pelagiæ Ordinis canonicorum regularium S.Marci, cuius Prior nouissimus fuit M. Hieronymus Vida Cremonensis, postea Prior S.Sylvestri apud Tusculanum à nostro Abbatiali cœnobio Romano S.Mariæ Pacis pendentis, demum Albæ Episcopus, nunc Seminario clericorum ciuitatis Cremonensis vnitus.

In ciuitate ac Diœcesi Laudensi fuisse olim monasteria canonici Ordinis non pauca, indicio esse potest Visitator, qui in capitulo Prouinciali Papiæ habito pro solis monasterijs in Episcopatibus Brixien. & Laudem. existentibus fuit destinatus. nam in actis illius capituli sic legitur: *Dominus Præpositus monasterij S.Io. de Foris Brixiæ visitare debeat, & teneatur omnia monasteria, Ecclesias, & loca existentia in ciuitatibus, & Diœcesibus Brixien. & Laudensi.* Verum quæ clades ciuitatem cum illius Diœcesi contriuerint, ex hoc accipe, quod non solum omnia monasteria prædicta, verum etiam illorum nomina funditus ac penitus deleuerunt. est nunc in eadem ciuitate monasterium S.Romani Parochiale nostræ congr. cum Abbatia S. Mariæ de Riolo sibi vnita, de quo in Lateranensi congregatione sermo redibit.

IV. IN Ecclesia Papiensi per S.Syrum Marci Euangelistæ discipulum fundata clericos more Apostolico in communi viuentes institutos, præter Augustinum Ticinensem, alij quoque autores non ignobiles affirmant, & sane ita dicendum esse conuincunt quæ de communi vita clericorum primitiuæ Ecclesiæ superius tradidimus, vsque ad Vrbanum I. & Sylvestrum I. inter omnes clericos seruata. nec illud omitendum quod Sigonius lib 10. de Episcopis Bononiensibus in Actis Ioannis Episcopi narrat celebratũ, videlicet anno 872 apud Ticinum Concilium, ac in eo definitum, vt Episcopi proximum Ecclesiæ claustrum instituerent, in quo ipsi cum clero regulariter Deo militarent. Recensentur in ciuitate, ac Diœcesi Papiensi collegia canonici Ordinis non pauca, quorum nonnulla vel penitus extincta, vel illorum domus ad alios Ordines translatæ: quædam verò nunc etiam sub regulari disciplina perseuerant. hæc autem sunt:

Primum Regale cœnobium D.Petri in Cœlo aureo sanctissimi Patris Augustini Reliquiarum thesauro inæstimabili ornatum, & locupletatũ, quod semel sub Regula canonica fundatum, per summam rerum vicissitudinem institutũ canonicorum regularium semper tenuit. de quo libro I. in fine plura dicta sunt, sed plura adijcienda, quæ in libro sequenti de congregatione Lateranensi referemus.

Secundum S.Iuentij eiusdẽ ciuitatis, quod collegium circa annum 1100. à quodam nobili ciue Papiensi ex familia de Cancia nata fuit institutum ea lege, vt in eo Præpositus cum septem canonicis regulariter & communiter viuerent, secundum regulam B.Patris Augustini. Extant Innocentij III. literæ ad Præpositum, & fratres S.Iuentij, quibus quendam clericum in fratrem, & canonicum recipi mandat, & locum ei, & stallum in choro assignari, & etiam beneficium. Vnde suspicari possumus, illos temporibus Innocentij III. iam à regulari obseruantia relaxatos, quanquam non taliter, vt præbendas designatas haberent: siquidem pro illo clerico, quem in canonicum recipere nolebant, sex alios in canonicos admiserant, vt ex forma dictarum literarum patet. Istud collegium nunc seculare penitus est effectum, in quo Præpositus cum paucis canonicis residere solet. Literæ Innocentij habentur lib.I. pag.

Tertium fuit S.Ioan de Cimiterio in Suburbio ciuitatis Papien. quod licet nunc solo sit æquatum, ac penitus extinctum, constat nihilominus fuisse monasterium canonici Ordinis non ignobile, quod Lucius & Innocentius III. suis priuilegijs confouere, & sub protectione Sedis Apost. recipere non sunt dedignati. Habetur priuilegium ab Innocentio III. eidem monasterio ad exemplum alterius à Lucio illius prædecessore concessum lib.I. epistolarum pag. 230. cuius exemplum hic subijcere non abs re futurum existimaui. illud eiusmodi est:

Innocentius Episcopus &c. N. Præposito S. Ioannis de Cimiterio, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris canonicè substituendis in perpetuum. ejusdem iusta postulantibus &c. & infra, *& præfatam Ecclesiam S. Ioannis in Papiensi suburbio sitam, in qua diuinis mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Papa prædecessoris nostri sub B. Petri, & nostræ protectionis suscipimus & præsentis scripti pagina communimus, statuentes vt ordo canonicus qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus in-*

...inconcussus obseruetur. præterea quascunque possessiones &c. in quibus hac propria duximus exprimenda vocabula, locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ posita in curia cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ positam in Castello Lamphranchi cum pertinentijs suis & plebem, quæ dicitur rete, cum omnibus pertinentijs suis. Sane cum Generale interdictũ obseruantibus quoque &c. obeunte vel te &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis 18. Cal. Ianuarij, indictione 2. Incarnationis Dominicæ anno 1198. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno 1.

V. QVarum fuit sancti Marcelli in eadem Ciuitate, quod erat Præpositura, & erat membrũ congregationis S.Crucis Mortariensis, vt constat ex priuilegijs Vrbani Papæ III. & Benedicti XII. Præposito, & canonicis Mortariensibus clarum, quibus illius Ecclesiæ specialis mentio habetur. In hoc monasterio manserunt canonici Mortarienses etiam postea quàm illorum caput nostræ Congregationi fuit per Sedem Apostolicam vnitum vsque ad annum millesimũ quingentesimum, & supra, quos Augustinus Ticinẽsis paucis abhinc annos post illud tempus superuixerunt in eodem monasterio, & in habitu canonicorum regularium incedentes vidisse, & quanquam cœnobium ipsum Mortariense cum omnibus suis membris fuisset nostræ cõgregationi per Sedem Apostolicam vnitũ: tamen vnio quod hoc membrum, sicut & multa alia ob temporum violentiam effectum habere non potuit, vnde tandẽ canonici regulares defecerunt, & bona commendata manẽt ibi pauci clerici seculares.

Quorum fuit S.Victoris foris portam nouæ ciuitatis, & membrũ eiusdem S. Crucis Mortariensis, sub titulo præposituræ, cuius in diplomate priuilegijs nullo habetur, & in quo canonici Mortarienses in habitu vsque ad suprædictæ tempora fuisse testatur idem Ticinensis, qui illos vidit, quod postmodum successu temporis omnino perijt, illius bonis cõmendatis. Extant quædam scripturæ in Archiuo nostro Romano ad hanc Præpositurã spectantes.

Scitũ est Prioratus olim conuẽtualis S.Spiritus de Colubina dictæ Ciuitatis, qui temporibus Alexandri VI. & Iulij II. iam erat conuentu destitutus, & eiusdem auctoritate commendatus. Extant in eodem Archiuo nostro S.Mariæ de Pace Romano quamplures literæ Apostolicæ ad illum spectantes, cũ bullis plumbeis, quas vidi, & legi, nunc ell Xenodochium puerorum Orphanorũ eiusdem Ciuitatis Papiensis.

Septimum est monasteriũ S.Petri herbę amarę nuncupatũ, quod an esset in Ciuitate Papiensi, an in Comitatu nescio: quia illius mentionem in solo libro taxarum Camerę Apostolicæ inueni, sub titulo monasterij Ordinis S.Augustini, quod

non est du...
nicorum r...

OCtau...
strum...
rolus Mag...
Vercellen...
centio Bel...
169. vbi sc...
Ep.s. epis &...
tes sectur...
ibi duæ Eccle...
nũ B. Eus...
norem B. Pe...
præsertim...
miliaribus,...
Magni cum...
& tumulati...
cap. 162. &...
14. cap. 3. in...
strum Nou...
lib. 1 pag. 23...
castri Mort...
rant exstru...
olim spect...
Porro cade...
norem S. A...
tibus cano...
ne nomin...
quatuor fu...
spicuos, qu...
liares extit...
cus regular...
& deinde E...
agitur 1. di...
nensi subse...
lib. de viris...
103. illum...
cum fuerit...
perior. nam...
an. 537. vt in...
540. vt Baro...
fuit. Alter I...
to sancti Pat...
mente ad p...
Carolus, qu...
consp...
ro apud Pari...
num Papiam...
primus fund...
commoratus...
cœlo aureo f...
Arelatensi. S...
Magni, quem...
nisius inter a...
edendũ cura...
mus: *Alterum*...
cui & monas...
Vrbem delega...
cendum congr...

...inhiberet exerceretur. ceteraq; quæcunq; possessiones &c. in quibus hæc propria duximus exprimenda vocabula, locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ portam auream cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ positam in Castello Lamphranchi cum pertinentijs suis & plebem, quæ dicitur vete, cum omnibus pertinentijs suis. Sane cum Generale interdictũ &c. suspendatur, quoque &c. obeunte verò te &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis 18. Cal. Ianuarij, indictione 2. Incarnationis Dominicæ anno 1198. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno 1.

V. QVartum fuit sancti Marcelli in eadem Ciuitate, quod erat Præpositura, & erat membrũ congregationis S. Crucis Mortariensis, vt constat ex priuilegijs Vrbani Papæ III. & Benedicti XII. Præposito, & canonicis Mortariensibus elargitis, in quibus illius Ecclesiæ specialis mentio habetur. In hoc monasterio manserunt canonici Mortarienses etiam postea quam illorum caput nostræ Congregationi fuit per Sedem Apostolicam vnitum vsque ad annum millesimũ quinquagesimum, & supra, quos Augustinus Ticinẽsis, quinquot annos post illud tempus superuixit, fatetur se in eodem monasterio, & in habitu canonicorum regularium incedentes vidisse, & quamquam cœnobium ipsum Mortariense cum omnibus suis membris fuisset nostræ cõgregationi per Sedem Apostolicam vnitũ: tamen vnio quoad hoc membrum, sicut & multa alia ob potentiorum violentiam effectum habere non potuit, vnde tandẽ canonici regulares defecerunt, & bona commendata manẽt ibi pauci clerici seculares.

Quintum fuit S. Victoris foris portam nouã eiusdem ciuitatis, & membrũ eiusdem S. Crucis Mortariensis, sub titulo præposituræ, cuius in dictis priuilegijs mẽtio habetur, & in quo canonici Mortarienses in habitu vsque ad supradicta tempore fuisse testatur idem Ticinensis, qui illos vidit, quod postmodum successu temporis similiter perijt, illius bonis cõmendatis. Extant quædam scripturæ in Archiuo nostro Romano ad hanc Præposituram spectantes.

Sextũ est Prioratus olim conuẽtualis S. Spiritus de Colũbina dictæ Ciuitatis, qui temporibus Alexandri VI. & Iulij II. iam erat conuentu destitutus, & cuidam aulico commendatus. Extant in eodem Archiuo nostro S. Mariæ de Pace Romano quamplures literæ Apostolicæ ad illum spectantes, cũ bullis plumbeis, quas vidi, & legi. Nunc est Xenodochium puerorum Orphanorũ eiusdem Ciuitatis Papiensis.

Septimum est monasteriũ S. Petri herbę amarę nuncupatũ, quod an esset in Ciuitate Papiensi, an in Comitatu nescio: quia illius mentionem in solis libris taxarum Cameræ Apostolicæ inueni, sub titulo monasterij Ordinis S. Augustini, quod non est dubium intelligendum de ordine canonicorum regularium.

OCtauum est Præpositura S. Albini apud castrum Mortariæ. hanc Præposituram Carolus Magnus fundauit in honorem S. Eusebij Vercellentis Episcopi & Martyris, tradente Vincentio Beluacensi lib 23. Speculi historialis cap. 169. vbi scribit: *Hortante igitur B. Albino cum ceteris Episcopis & Abbatibus, vt Ecclesia ibi fabricari, & interfectorum corpora sepeliri iuberentur, fabricatæ sunt ibi duæ Ecclesiæ, vna iussu Regis, quæ dedicata est in honorẽ B. Eusebij Vercellensis: altera iussu Reginæ in honorem B. Petri.* Plura ibi prosequitur Beluacensis præsertim de duobus socijs, & Carolo Magno familiaribus, Amico, & Amelio, in cõgressu Caroli Magni cum Rege Desiderio ibidem interfectis, & tumulatis. de quibus illũ consule. ac etiã supra cap. 162. & D. Antoninum 2. parte Historiæ tit. 14. cap. 3. in principio & nouissimè Carolum nostrum Nouariensem Episcopum in sua Nouaria lib. 1 pag. 23. & sequentibus, nam ea pars agri, & castri Mortariẽsis, in qua prædictæ Ecclesiæ fuerant exstructæ, ad Episcopatum Nouariensem olim spectabat, quæ nunc Vicentanensi subditur. Porro eadem Ecclesia temporũ successu in honorem S. Albini Episcopi, & Confessoris, curantibus canonicis regularibus, fuit dicata. Verum ne nominũ æquiuocatione decipiaris, aduerte, quatuor fuisse Albinos, sanctitate & doctrina cõspicuos, quorum duo eidẽ Carolo noti, & familiares extiterunt. Primus fuit S. Albinus canonicus regularis, & Abbas monasterij Transtiberensis, & deinde Episcopus Andegauensis, cuius festum agitur 1. die Martij. hic Cõcilio Tertio Aurelianensi subscripsit. quare decipitur Trithemius in lib. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 103. illum inter monachos D. Benedicti referẽs, cum fuerit S. Benedicto coætaneus, & ætate superior. nam Concilium Tertium Aurelianense an. 537. vt in volumine 2. Conciliorum, vel anno 540. vt Baronius tom. 7. sub illo anno, celebratũ fuit. Alter fuit Scotus siue Hybernus ex instituto sancti Patritij, quem cum socio nomine Clemente ad partes Galliarum applicantem, idem Carolus, quòd essent viri sanctitate & doctrina conspicui, primũ honorificè suscepit, mox altero apud Parisios retento, alterum nomine Albinum Papiam misit, qui & Ticinense Gymnasiũ primus fundauit, in monasterio sancti Augustini commoratus, quod monasterium sancti Petri in cœlo aureo fuisse reor. Hæc habentur ex historia Arelatensi. Sed clarius ex libro de Gestis Caroli Magni, quem paucis abhinc annis Henricus Canisius inter alios libros Antiquarum lectionum edendũ curauit, in cuius libri initio ferè ita legimus: *Alterum verò nomine Albinum in Italiã direxit, cui & monasterium S. Augustini iuxta Ticinensem Vrbem delegauit, vt illuc ad eũ, qui voluissent, ad discendum congregari potuissent.* Tertius autem extitit

VI.

Albi-

Albinus Alcuinus Anglus, quẽ ad Carolũ Magnum pro Rege Anglorum legatione functum, ille apud se retinuit, & monasterio Turonensi prætectum in honore habuit. qui iussu Caroli Magni homilias Patrum in vnũ collegit de quo idem autor libri de Rebus Caroli Magni loco citato ita subiungit: *audito autem Albinus de natione Anglorum, quem gratanter sapientes viros sapientissimus Regum Carolus susciperet, concensa nauí, &c.* Hunc Albinum nonnulli eundem esse putant cũ illo, cuius meminit Beda in Proœmio Historiæ gentis Anglorũ, quod creditu difficile videtur: nam ille, cuius Venerabilis Beda ibi meminit, S. Theodori Episcopi & Adriani Abbatis discipulus fuit, & iam ætate grandæuus, & Abbas Reuerendissimus erat, quo tempore Beda librum illũ scribebat, nimirum anno Domini 731. ex proœmio, & ex fine illius historiæ apparet. Cęterum Carolus Magnus anno septingentesimo quadragesimo sexto natus est, & anno 814. septuagenarius occubuit, ex Ephitaphio illius Mausolæo inscripto cuius meminit Baronius tomo nono sub anno octingentesimo decimo quarto, numero octuagesimo. Adhæc Albinus ille Carolo Magno notissimus circa annum Domini 778. eodem Carolo magno Imperante, & iam apud Longobardos regnante, potissimum florebat, vt ex Cõtinuatore historiæ Anglicanæ ipsius Bedę deducit Baronius, sub codẽ anno 778. numero 13. & sequentibus. quo tempore necesse erat Albinum illum, cuius Beda in Proœmio librorum suorum meminit, aut vita functũ, aut senio propemodum confectum extitisse. Demũ Albinus, quem Beda memorat, Beatorum Theodori & Adriani discipulus fuit: Albinus, Carolo familiaris non Theodori, & Adriani in Cantuaria, sed Egberti Eboraci discipulus fuit, vt illemet epistola sua ad Carolum Magnũ fatetur, cuius verba notauit Baronius sub eodem anno 778. numero 14. quare puto, duos fuisse Albinos natione Anglos, alterum Bedæ Sinchronum, & forsan ætate maiorẽ, qui Adriano in munere Abbatiali apud Cantuariam succesit: alterum Iunioreum, qui Eboraci Gymnasium aperuit, & postmodum in Gallias migrauit, vt sint numero quatuor eiusdẽ nominis, Primus Episcopus Andegauensis. Secũdus Anglus, discipulus SS. Theodori & Adriani. Abbas Cãtuariensis. Tertius discipul⁹ Egberti, qui sub Carolo magno in Gallias migrauit, & Turonensi monasterio est prætectus. Quartus Scotus, siue Hybernus, qui cum socio Clemente in Gallias veniens, Papiam est destinatus. Hos Albinos Historici confundentes sæpè decipiuntur ac decipiunt, nam Albinus, qui apud Papiam Carolo adfuit, Albinus Andegauensis esse non potuit, qui multo ante vita excesserat: neque etiam fuit Albinus Alcuinus, qui apud Turones mansit, sed Albinus Scotus, quem Vincentiũ per errorem, Episcopum vocare arbitror, illum Andegauensem cum isto confundentem nihil fecit & hic IV. Albinus ad Episcopalem dignitatẽ fuit euectus, quod esse potuit, ob præcipuam illius doctrinam, & sanctitatem. Porro sanctus Albinus, cui prædicta Ecclesia prius sancto Eusebio nuncupata, postea fuit dicata, est S. Albinus Episcopus Andegauensis, quem non solũ canonici regulares, verum etiã omnes populi Galliarum in magna semper veneratione habuerunt. Sed decipi Vincentium. & cum illo S. Antoninum secunda parte, titulo decimo quarto, capite 2. §. 10. ex hoc conuincitur, quod putent, Beatum Albinum Andegauensem floruisse sub Anastasio Secundo Imperatore. In hac igitur Præpositura canonicorum regularium instituta per tempora longissima dignoscitur permansisse. Verum ingruentibus procellis bellorũ quibus non semel insubria conflu, vastatis ipsis eidem canonici loco cedere coacti fuerunt, maximè quod campestris sit locus à Castro Mortarij milliario, & amplius remotus: bona verò dictæ Præpositurę nunc secularibus commendantur, sub titulo tamen Præpositurę Ordinis S. Augustini, vt patet ex collatione facta per Pium V. anno 1565. pridie Idus Iunij in personam Blasij de Guarnario clerici Casalensis, cuius exemplum cum multis alijs ad eam spectantibus habetur Romæ in Archiuo nostro sanctæ Mariæ de Pace.

NOnum est monasteriũ S. Crucis Mortariæ anno 1080. à Domino Adamo Clerico Mortariensi fundatũ, quod statim in magnam congregationem coaluit, ab Vrbano II. ac etiam Innocentio II. proprijs manibus dicatum, ab illis & alijs summis pontificibus ingentissimis priuilegijs munitum, sæpe destructum, sæpe reædificatum, ex quo viri sanctitate, ac etiam dignitate Illustrissimi prodierunt, de quo infra in congr. Mortarien. & lib. seq. in congr. nostra Lateranen. nam nunc eidem congr. cum aliquot illius membris manet vnitum.

Decimũ est Prioratus sanctæ Mariæ de Carbonaria, membrum eiusdem monasterij, & congregationis Mortariẽsis, cuius in priuilegijs Innocentij II. Eugenij III. & aliorum sequentium Pontificum mentio habetur, sicut aliorum nõnullorũ Prioratuũ dictæ Congregationis Mortarien. qui olim in Diœcesi Papiensi reperiebantur, vt Prioratus S. Petri de Cairano nunc de Cereto monasterio S. Crucis modo vnitus, Prioratus sanctæ Mariæ apud Castrum Gemi nunc sæctus secularis Prioratus S. Andreæ apud Ticinetũ. de quibus inferius dicemus. Hic Prioratus de Carbonaria fuit vnitus monasterio S. Petri in cœlo aureo per Clementem VI. anno Domini 1524. sexto idus Aprilis.

Vndecimum est Abbatiale cœnobium S. Epiphanij nostræ Congregationis. de quo libro sequenti dicemus.

Deo-

Deodeterũ S. Stephani in Campanea extra muros Papiæ, olim Ecclesiæ libertabectis S. Mariæ in Campis, & S. Petri in Sylua, quod erat Congregationis S. Rufi ex libro Priuilegiorum dictæ Congregationis.

Pauiæ seu Ciuitate Papiensi, est Collegiũ sacrarum Virginum canonissarũ, quæ reguntur per Abbatem dicti monasterij S. Epiphanij, quod etiam satis constare possit quo tempore, vel à quibus primò fuerit fundatum, constat nihilominus esse perantiquum ante Pontificatũ Ioannis Papæ XXII. nam idẽ Ioannes anno 1316. & sui Pontificatus primo, dignissimo priuilegio ipsas canonissas ibi degentes communiuit. vocatur monasterium S. Mariæ Iosaphatis, quod in Palatio Theodorici Regis Gothorum exstructo, in quo & Rex Albouinus habitauit, fundatum Beccarium lib. 3. suæ historiæ cap. 1. scribit.

Et authentica, quoq; monumentis, & scripturis, quæ in eodem monasterio reperiuntur, aliud etiam monasterium canonissarum eiusdem ordinis olim fuisse, conuincitur in suburbijs Ciuitatis S. Victoris nuncupatis: adsunt enim Scripturæ, quæ illius meminerunt ante annum 1274. sed propter bellorum incursiones, & frequentes ruinas eiusdem canonissę parũ tutè se in dicto loco amplius consistere arbitratæ, sub anno 1452. ad hanc, intra Ciuitatem, & in monasterium prædictum S. Mariæ se receperũt, & illis sunt vnitæ, quarum vniotem primum Iacobus Borromæus Papiensis Episcopus eodem anno, die 22. Iulij deinde Nicolaus V. anno sequenti 1453. die 4. Ianuarij confectis literis probauit.

In Castro Mortariæ est monasteriũ canonissarum sub congregationis Sancti Cassiani nuncupatum, quod regitur per Præpositum Sanctæ Crucis.

Nouariensem, cuius primus Episcopus fuit S. Gaudentius S. Eusebij Vercellensis Episcopi & martyris discipulus, & peregrinationis Orientalis Comes individuus, per eundem S. Gaudentium regulariter fuisse institutum, ritum & constantissima Nouariensium traditio. Quod illius Ecclesiæ tabularia vetustissimæ cõfirmant. Adhæc refert Carolus à Basilica Petri Nouariensis Episcopus in sua Nouaria lib. 2. pag. 92. de eodem S. Gaudentio ita scribens: *Discipulus fuit S. Eusebij Episcopi Vercellensis. Lectoru officio in vrbe functus ex duce, & magistro vel suscepit, vel ex Episcopo perfectum coluit canonicæ vitæ disciplinam, ita tradunt sacris literis, quibus Ecclesia Nouariensis nec laudes cedit, ac celebrat. hac in antiquis nostris codicibus habentur. hæc in ore Nouariensium adhuc manent, quæ in inuentute B. Gaudentius studiosè retinuerit ex normam canonicæ vitæ.* Hæc ille. Idẽ confirmante illi scripserat Ioannes Baptista Plocolanius, in verbo Nouaria. Neque verò in sola

primaria, [illegible] omnibus [illegible] beatissimæ quemadmodum ipse ædificas, & pat[illegible] eorum Q[illegible] uarienſi re[illegible] uerint, ex[illegible] hoc prop[illegible] præterimi[illegible] hoc supere[illegible] philacijs ei[illegible] fideliter est incipiamus

Primo lo[illegible] niorum nu[illegible] annos regu[illegible] drati, quo[illegible] Blandraeen[illegible] uarienſibus[illegible] scopatum a[illegible] tum, tamen[illegible] Comitatus [illegible] Nouariensit[illegible] test. Illud po[illegible] tione prima[illegible] fiæ scriptura[illegible] nicatuum v[illegible] quibus illiu[illegible] sub titulo [illegible] sueuerant. C[illegible] ni Reliquię[illegible] Carolo Nou[illegible] storiam cum[illegible] pto apud illu[illegible]

Secundu[illegible] pollinaris lo[illegible] quod ex inc[illegible] rium Canoni[illegible] scopus in do[illegible] lib. 1. pag. 92. C[illegible] tantum super[illegible] Comitatus ho[illegible] duobus, vel [illegible] expositus sem[illegible] per lapidem in[illegible]

Tertium [illegible] Spiritus apud[illegible] rolus Nouari[illegible] pag. 116. hæc ac[illegible] *tura S. Spiritus[illegible] tur, cum collegio[illegible] vni absenti confe[illegible] chiali Ecclesia te[illegible] Cominio Iustino[illegible] inscriptio antiqu[illegible] siam Plebanam S[illegible]*

Quartũ erat

Duodecimũ S. Stephani in Campanea extra muros Papiæ, cum Ecclesijs sibi subiectis S. Mariæ in Campo, & S. Petri in Sylua, quod erat Congregationis S. Rufi ex libro Priuilegiorum dictæ Congregationis.

Eodem Ciuitate Papiensi, est Collegiũ sacrarum Virginum canonissarũ, quæ reguntur per Abbatem dicti monasterij S. Epiphanij, quod etsi non satis constare possit quo tempore, vel à quibus primò fuerit fundatum, constat nihilominus esse perantiquum ante Pontificatũ Ioannis Papæ XXII. nempe idẽ Ioannes anno 1316. & sui Pontificatus primo, dignissimo priuilegio ipsas canonissas ibi degentes communiuit. vocatur monasterium S. Mariæ Iosaphatis, quod in Palatio Theodorico Rege Gothorum exstructo, in quo & Rex Alboinus habitauit, fundatum Bræmanus lib. 3. suæ historiæ cap. 1. scribit.

Ex authenticis, quoq; monumentis, & scripturis, quæ in eodem monasterio reperiuntur, aliud etiam monasterium canonissarum eiusdem ordinis olim fuisse, conuincitur in suburbijs Ciuitatis S. Victoris nuncupatũ: adsunt enim Scripturæ, quæ illius meminerunt ante annum 1274. sed propter bellorum incursiones, & frequentes ruinas, eædem canonissæ parũ tutè se in dicto loco amplius consistere arbitratæ, sub anno 1452. confecto, intra Ciuitatem, & in monasterium prædictum S. Mariæ se receperũt, & illis sunt vnitæ, quarum vnionem primum Iacobus Borromæus Papiensis Episcopus eodem anno, die 22. Iulij, deinde Nicolaus V. anno sequenti 1453. die 4. Ianuarij confectis literis probauit.

In Castro Mortariæ est monasteriũ canonissarum nostræ congregationis Sancti Cassiani nuncupatum, quod regitur per Præpositum Sanctæ Crucis.

12. Ecclesiam Nouariensem, cuius primus Episcopus fuit S. Gaudentius S. Eusebij Vercellensis Episcopi & martyris discipulus, & peregrinationis Orientalis Comes indiuiduus, per eundem S. Gaudentium regulariter fuisse institutam, vetus & constantissima Nouariensium traditio est, quã illius Ecclesiæ tabularia vetustissima cõfirmant. Adlipulatur Carolus à Basilica Petri Nouariensis Episcopus in sua Nouaria lib. 2. pag. 141. de eodem S. Gaudentio ita scribens: *Discipulus fuit S. Eusebij Episcopi Vercellensis, Lectoru officio in ea Ecclesia functus: eo duce, & magistro vel suscepit, vel certe suscepta perfectius coluit canonicæ vitæ disciplinam, hoc ei tribuitur sacris literis, quibus Ecclesia Nouariensis eius laudes colit, ac celebrat. hæc in antiquis membranis habentur. hæc in ore Nouariensium adhuc sonant. postea in inuentute B. Gaudentius studiosè retinuit, secutus est normam canonicæ vitæ.* Hæc ille. Idẽ prorsus ante illũ scripserat Ioannes Baptista Plotus Iurisc. in repetitione l. si quando C. vnde vi, & in Indice, in verbo Nouaria. Neque verò in sola primaria, seu cathedrali Ecclesia, verùm etiam in omnibus parochijs monasteria clericorum idem beatissimus Pater noster Gaudentius instituit, quemadmodum in eius legenda habetur, quod ipse ædificauit per parochias, monasteria, & cellas, & pater effectus est innumerabilium clericorum. Quantum verò in eadem Ecclesia Nouariensi regularia canonicorum institutа duraverint, ex clausbris canonicorum argue, quæ adhuc prope maiorem Ecclesiam intueri licet, præter innumera collegia, quorum vel ruinæ adhuc supereminent, vel saltem memoria in Cartophilacijs eiusdem Ecclesiæ, aut aliorum locorum fideliter est seruata, ea quibus vt à vetustioribus incipiamus:

Primo loco recenseri potest collegium canonicorum nunc secularium, sed ante non multos annos regulariũ, S. Columbani Comitatus Blandrati, quod licet modo ob veteres Comitum Blandracensium discordias cum Episcopis Nouariensibus ex Nouariensi ad Vercellensem Episcopatum autoritate Apostolica fuerit translatum, tamen ab antiquo tempore Nouariensis Comitatus, ac Diœcesis extitisse, nulli rerum Nouariensium non imperito dubium esse potest. Istud porro collegium regulare ab institutione primaria fuisse, tum antiquæ illius Ecclesiæ scripturæ, tum etiam præposituræ, & canonicatuum vetustiores collationes adstipulantur, quibus illius Ecclesiæ beneficia vti regularia, & sub titulo Ordinis S. Augustini conferri consueuerant. Conduntur in Ecclesia S. Columbani Reliquiæ S. Sereni Episcopi Massilienſis, vt Carolo Nouariensi Episcopo placet, cuius historiam cum epitaphio illius sepulchro insculpto apud illum vide.

Secundum numerari potest S. Petri, vel S. Apollinaris loci Calpurniani, vulgo Carpignani, quod ex incolarum traditione fuisse monasterium Canonicorum, scribit idem Carolus Episcopus in descriptione Diœcesis Nouariensis lib. 1. pag. 92. Cæterum illius aliquæ ruinæ hodie tantum supersunt; nec mirum, cum Nouariensis Comitatus hostilibus incursionibus, & rapinis, duobus, vel tribus abhinc seculis nostro malo expositus semper maneat, vt mirum sit, si lapis super lapidem in illo videatur.

Tertium quoque recensetur collegium S. Spiritus apud Cominiacum, de quo idem Carolus Nouariensis in descriptione Nouariæ pag. 116. hæc adnotauit: *Cominiacum, vbi Præpositura S. Spiritus redditus non mediocris olim, vt videtur, cum collegio Clericorum Regularium, qui redditus vni absenti conferuntur commendationis nomine, Parochiali Ecclesia tenui admodum facultate reiicta, à M. Cominio Iustino Cominiacutu dictum videtur, cuius inscriptio antiqua in lapide adhuc legitur apud Ecclesiam Plebanam Suni.*

Quartũ erat S. Mariæ de Cumignaga in ripis

Verbani, vt refert Io. Philippus in lib. 3. c. 40. verũ Carolus à Basilica Petri erroris illũ redarguit, quod putet monasterium illud fuisse positum in loco Cumignagæ in ripis Verbani: nam in Pago Comintaci Plebanatus Suni fuisse arbitratur. Cæterum illud, cuius nunc ruinæ cum Ecclesia Parochiali apud Cominiacum supersunt, non S. Mariæ, sed S. Spiritus vocabatur, & præter illud, aliud etiam esse potuit S. Mariæ de Cumignaga, cuius Præpositus reperitur fuisse quidam Dom. Ambrosius Mediolanẽsis antea Canonicus Monasterij S. Mariæ de Crescentiaco.

X. QVintum fuit Monasteriũ S. Mariæ de Marcelengo, quod erat membrum Congregationis S. Mariæ de Crescentiaco. huius Præpositus fuit sub Lucio III. quidam D. Trogerius antea Præpositus dicti Monasterij de Crescentiaco. cæterum vbi illud fuerit, minimè inuenire potui.

Sextum Monasterium erat Præpositura S. Spiritus in Ciuitate Nouariæ, pro qua obtinẽda antequam in dicta ciuitate erectum esset nostrum Monasterium S. Mariæ Gratiarum, supplicatum fuit Sanctiss. D. N. Sixto Papæ IV. ad effectum construẽdi prædictum monasterium, & in supplicatione, quæ licet esset signata, effectum tamẽ non habuit, expositum fuit, quod dicta Præpositura solùm habitu erat Conuentualis, non actu, & quod in ea solùm erat Præpositus, qui vocabatur Domnus Gaudentius de Testis. Supplicatio est in nostro Archiuo Romano.

Septimum est monasterium S. Mariæ Gratiarum nostræ Congregationis, nã cum nostri Ordinis, & Congregationis Canonici in Diœcesi Nouariensi multa beneficia obtinerent, quæ erãt membra congregationis Mortariensis, sed nullũ monasterium intra, vel propè ciuitatem, supplicatum est Romano Pontifici pro erectione dicti monasterij. & applicatione aliorum beneficiorũ, & vnione monasteriorum, quæ erant in Diœcesi Nouariensi ipsi monasterio S. Mariæ Gratiarum. De hoc monasterio dicemus libro sequenti in nostra Congregatione Lateranensi.

Octauum, & Nonum monasteria sunt S. Mariæ de Aggere vulgo de Argine, & S. Stephani de Bornago simul vnita, quæ prius fuerãt membra & monasteria Congregationis S. Crucis Mortariensis: Verùm cum numerus Canonicorum deficeret, illa duo monasteria fuerunt ad inuicẽ vnita. demum per Sixtum IV. ambo sic vnita, iterum monasterio S. Mariæ Gratiarum annexa fuerũt.

Decimum, est Præpositura S. Marthæ propè ciuitatem, cuius Præpositus cum suo monasterio recensetur in Actis capituli Prouincialis Papiẽsis, ac inter capituli Definitores numeratur. Hæc Præpositura cũ propter quotidianas hostium incursiones canonicis esset penitus destituta, per Iulium II. anno 1511. suo Ordini fuit restituta, & eidem monasterio S. Mariæ Gratiarum vnita.

Vndecimum est Prioratus S. Iulij de Dulzago Diœcesis Nouariensis, cuius Prior interfuit capitulo Papiensi. Verùm hoc monasterium canonicis multis abhinc annis destitutum, clericis secularibus, vel S. R. E. Cardinalibus commendari solet.

Duodecimum est Prioratus S. Iacobi de Strata propè ciuitatem, cuius meminit Vrbanus III. in priuilegio facto Præposito, & canonicis S. Crucis Mortariensis, cuius dictus Prioratus erat membrum. Hic Prioratus eidem monasterio S. Mariæ Gratiarum fuit vnitus per Sixtum IV.

In eadem ciuitate Nouariæ est collegium sacrarum Virginum canonissarum, quod regimini Prioris S. Mariæ Gratiarum subiacet, illud nunc vocatur S. Agathæ, ex nomine Ecclesiæ, ad quam ex alia suburbana S. Antonij, ob imminentia bellorum pericula, fuerunt translatæ.

IN Ciuitate Dertonensi est antiquus Prioratus S. Matthæi, olim membrum congregationis S. Crucis Mortariensis, in quo dicta congregatio suum vltimum generale capitulum celebrauit anno 1448. vt infra dicemus, nunc autem cum suo capite nostræ congr. specialiter vnitus. quem Prioratum quia nuper quidam Latci, qui precario nomine in eius Ecclesia confraternitatẽ quandam erigere à nostris obtinuerunt, ab ipsis fundatum inaniter iactauerunt, opportunum existimaui, illius fundationem ac institutionem ex scripturis authenticis illius monasterij acceptam, ad notitiam, & eruditionem posterorum hic fideliter notare. Nouerint igitur omnes legentes, Ecclesiam S. Matthæi ciuitatis Dertonensis nunc monasterium nostræ congr. à quodam venerabili presbytero Terdonensi, siue Dertonensi nomine Alberto in suo prædio, quod tunc temporis erat in suburbio, ædificatam fuisse, ac B. Petro Apostolo, & Paschali II. sub anno eius oblatam, qui Paschalis II. illam Præposito Mortariensi regendam statim concessit. Patent hæc ex literis eiusdem Paschalis II. quarum exemplũ ab originali, quod in dicto monasterio seruatur, acceptum hic subijcitur.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filio Bernardo Mortariensis Ecclesiæ Præposito salutem, & Apostolicam benedictionem. Desiderium, quod ad religiosum propositũ, & animarũ salutem pertinere monstratur, acceptum Domino, sine aliqua est dilatione complendum. Albertus siquidem bonæ memoriæ presbyter Ecclesiam sancti Matthæi, quam in Terdonensi Suburbio in prædio suo suis expensis construxerat, pro animæ suæ remedio, Beato Petro, & eius S. R. Ecclesiæ subiecit censu annuo sex denariorum Mediolanensium obtulit. Hanc itaque dilecte in Christo fili Bernarde Mortariensis Ecclesiæ S. Crucis Præpositus tibi, tuisque successoribus regendam, disponendãq; committimus, vt in ea per vestræ solicitudinis studium canonici ordinis Religio vigeat, & in perpetuum præfatæ Domino conseruetur. Statuimus ergo, vt nulli omnino Ecclesiã istam temerè perturbare, aut quæcunq, ipsius sunt, vel seruos

auser-

auferre, diuersis abstrere, seu semper sub Apostolicæ sedis tutela, & in Mortariensis Ecclesiæ vsibus, per vos disposita permaneant, salua Lateranensis Ecclesiæ, & cui quæ imposita cognoscuntur, censu. Si quis autem aduersus illã hæc temerare præsumpserit, nec Canonicè monitus satisfecerit, sciat se compotem Dei, & Beati Petri Apostolorum Principum grauiter ulciscendum, & mucrone sancti Spiritus feriendum. Quicunque vero Ecclesiam ipsam, & res eius seruantes foouerit, atque honorare curauerit, benedictionem seruantes foouere, atque honorare curauerit, benedictionem, & Apostolorum eius gratiam consequetur. Datum Laterani per manum Ioannis Diaconi, xvi. die Maij, indictione octaua, incarnationis Dominicæ anno MC IV. Pontificatus autem Domini Paschalis Papæ II. anno decimo. Illud monasterium est vnitum nostræ congregationi, & ideo libro sequẽti de illo strictiori iterum redibit.

In Diœcesi Dertonensi erant quidã alij Prioratus ad idem monasterium S. Crucis Mortariẽsis spectantes, vt S. Ioannis apud Troncianũ, & S. Mariæ apud Vesolum. Verùm iam ipsi, vt puto, facti sunt beneficia curata, nec reperio an fuerint monasteria, vel Ecclesiæ collegiatæ.

In ciuitate Alexandrina est Præpositura collegiata S. Mariæ de Castello antea Mortariensis, nunc nostræ congregationis Lateranensis. In eadem ciuitate est Prioratus S. Bartholomæi. qui ad idem monasterium Mortariense nunc etiam spectat, auncupatus tamen, & non conuentualis.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Archiepiscopatu Ianuensi, & in Marchionatu Montis Ferrati.

DE Ecclesia Metropolitana Ianuensi multorum est traditio, illam antiquitus regularem extitisse, quòd nunc etiam iuxta illam claustra canonicorum regulariter, & in communi viuentiũ certant, quod quia nullo authentico documento probare possum, vt non detrecto, ita nec affirmare audeo. Caterum Ianuenses semper fuisse in eorum ordinem propensissimos, monasteria tum vetorum, quam foeminarum ab illis extructa satis manifestè indicant, quorum pleraque nostro seculo, licet vel diruta, vel commendata, vel ad alios ordines sint translata, satis tamen sufficiunt ad ciuium affectum erga nostros ostendendum. Porrò ex Collegijs, vel monasterijs ciuitatis, & Diœcesis Ianuensis, quæ nostri ordinis olim fuisse, aut nunc etiam existere, authenticis scripturis probare possum.

Primo loco recensendum est Abbatiale Cœ-

nobium S.
usitatis, in v
Hoc mona
instrument
annum 99
seruantur
thẽticum
no 1100.
Theodori,
cum congr
sanctitatis
doleret, sed
tem adium
gregationi
Innocentii
to, & canon
ritur etiam
uilegium al
dori conce
siones com
& dedicatio
hoc priuile
eidem cong
ius Prior te
congregati
Vicarius G
nostræ con
per general
dictæ cong
cialem con
1451. quam
Secundo
riæ in Vine
olim exitis
Mortarien
thenticæ ill
digni, qui n
testantur, e
culares est e
Tertium
liter erat me
tariensis, na
stophorus
Mortariens
actis patet,
referemus, n
est commen
Quartum
lis, vno milli
gationis Mo
fuit commen
anno 1451. m
dinis S. Iustin
pertrauerunt,
Idus Augusti
Quintũ P
pè Ianuam, n
nunc dictum
Sextum P

nostre, siue juris abbatie, seu semper sub Apostolice vocabulo, & in Mortariensis Ecclesia vnitate, per vos dilecto filio permanent. salua Lateranensis Palatij, sicut pretenditur, censu. Si quis autem aduersus illa presumpserit, nec Canonicè monitus satisfecerit, sciat se communione Dei, & Beati Petri Apostolorum Principis indignationi plectendum, & mucrone sancti Spiritus feriendum. Quicunque vero Ecclesiam ipsam, & eam Domino seruientes fouere, atque honorare curauerit, omnipotentis Dei, & Apostolorum eius gratiam consequetur. Data Laterani per manum Ioannis Diaconi, tertio Nonas Aprilis, indictione octaua, incarnationis Dominicæ anno MCXV. Pontificatus autem Domini Paschalis Papæ XI. anno decimo. Illud monasterium est vnum nostræ congregationi, & ideo libro sequenti de illo firmo iterum redibit.

In Diœcesi Dertonensi erant quidã alij Prioratus ad monasterium S. Crucis Mortariẽlis spectantes, vt S. Ioannis apud Troncianũ, & S. Mariæ apud Vesolam. Verùm isti, vt puto, facti sunt beneficia secularia, nec reperio an fuerint monasteria, vel Ecclesiæ collegiatæ.

In ciuitate Alexandrina est Præpositura collegiata S. Mariæ de Castello antea Mortariensis, nunc nostræ congregationis Lateranensis. In eadem ciuitate est Prioratus S. Bartholomæi, qui ad dictum monasterium Mortariense nunc etiam spectat, nuncupatus tamen, & non conuentualis.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs existentibus in Archiepiscopatu Ianuensi, & in Marchionatu Montis Ferrati.

DE Ecclesia Metropolitana Ianuensi multorum est traditio, illam antiquitus regulatem extitisse, quòd nunc etiam iuxta illam claustra canonicorum regulariter, & in communi viuentiũ cernuntur, quod quia nullo authentico documento probare possum, vt non detrecto, ita nec affirmare volim. Caterum Ianuenses semper fuisse in nostrum ordinem propensissimos, monasteria tum virorum, quàm fœminarum ab illis extructa satis manifestè indicant, quorum pleraque nostro seculo, licet vel diruta, vel commendata, vel ad alios ordines sint translata, satis tamen sufficiunt ad ciuium affectum erga nostros ostendendum. Porrò ex Collegijs, vel monasterijs ciuitatis, & Diœcesis Ianuensis, quæ nostri ordinis olim fuisse, aut nunc etiam existere, authenticis scripturis probare possum.

Primo loco recensendum est Abbatiale Cœnobium S. Theodori de Fassolo extra portam ciuitatis, in via, quæ S. Petri de Arena nuncupatur. Hoc monasterium esse vetustissimum, ostendũt instrumenta emptionum & venditionum circa annum 900 stipulata, quæ in eius Cartophilacijs seruantur. Sed & aliud ibi reperitur scriptum authẽticum in Pergameno seu membranaceo anno 1100. confectum, quo illa Ecclesia vocatur S. Theodori. ac etiam S. Saluatoris. Hoc collegium, cum congregatio Mortariensis circa annũ 1100. sanctitatis opinione apud Insubres plurimum redoleret, sese in ipsorum Mortariensium societatem adiunxit, & effectum est membrum d. Congregationis sub titulo Prioratus, cuius meminit Innocentius II. in priuilegio concesso Præposito, & canonicis Mortariensibus anno 1134. reperitur etiam in Archiuio dicti monasterij aliud Priuilegium ab Alexandro III. Canonicis S. Theodori concessum, quo illis indulget, vt ad processiones compelli non possint, S. Laurentij, S. Syri, & dedicationis Ecclesiæ maioris exceptis. Datur hoc priuilegium anno 1168. Istud monasterium eidem congregationi semper vnitum mansit, cuius Prior tempore vltimi Generalis Capituli d. congregationis Dertonæ habiti anno 1448. erat Vicarius Generalis. demum illud cum suo capite nostræ congregationi fuit vnitum, non solùm per generalem vnionem omnium membrorum dictæ congregationis Mortariensis, sed per specialem concessionem factam à Nicolao V. anno 1451. quam anno 1457. Calistus III. firmauit.

Secundum collegium est Præpositura S. Mariæ in Vineis eiusdem ciuitatis, quam regularem olim extitisse, & membrum d. congregationis Mortariensis, tum claustrum adiacens, tum authenticæ illius scripturæ indicant, quas viri fide digni, qui nunc supersunt, se vidisse indubiè attestantur. ea verò ex collegiata regulari, nunc secularis est effecta.

Tertium est S. Mariæ de Albario, quod similiter erat membrum dictæ congregationis Mortariensis, nam illius Prior nomine Frater Christophorus de Castilliono Generali Capitulo Mortariensi Dertonæ celebrato interfuit, vt ex actis patet, quæ inferius in dicta congregatione referemus, nunc beneficium clericis secularibus est commendatum.

Quartum est Prioratus S. Mariæ de Cassinellis, vno milliari distans à ciuitate, eiusdem cõgregationis Mortariensis, quod successu temporis fuit commendatum clericis secularibus. tandem anno 1451. monachi S. Nicolai de Buschetto ordinis S. Iustinæ de Padua illud à Nicolao V. impetrauerunt, expeditæ fuerunt literæ vnionis 7. Idus Augusti anno 1451.

Quintũ Prioratus S. Ioannis de Pauarano propè Ianuam, membrũ dictæ congr. Mortariensis, nunc dictum Prioratum tenent Patres Soc. Iesu.

Sextum Prioratus S. Mariæ de Priano, qui fuit

vnitus monasterio S. Theodori per Nicolaum V. anno 1453. & in bulla vnionis dicitur, quod erat membrum S. Crucis Mortariensis.

Septimum Prioratus S. Mariæ de Granarolo propè ciuitatem, & membrum eiusdem congr. quem nunc tenent fratres S. Francisci Tertij Ord. nuncupati.

Octauũ S. Petri de Prato, quod distat ab vrbe Ianua per octo circiter milliaria, olim membrũ S. Crucis Mortariensis, nunc commendatum.

Nonũ S. Io de Borbonino in districtu S. Petri de Arena. De ista Ecclesia, sicut de alijs prædictis extant authenticæ scripturæ in monasterio sancti Theodori Ianuæ, sicut ex relatione admodũ R. P. D. Ioan. Pauli Larcarij illius monasterij Abbatis accepi, ac etiã in Archiuijs Ecclesiæ S. Crucis Mortariensis. & S. Marię Pacis Vrbis Romæ, quarũ plures, ac earũ originalia ipse vidi. Ista Ecclesia soluebat monasterio S. Theodori annuum censũ quatuor librarũ ceræ, nunc est cõmendata.

Decimum est S. Mariæ de Cella in districtu S. Petri de Arena. Istud monasterium erat membrum congregationis S. Mariæ de Crescentiaco propè Mediolanũ, cuius extitit Præpositus quidam D. Simon de Mantegatijs ante Præpositus dicti monasterij S. Mariæ de Crescẽtiaco, prout in Catalogo Præpositorum dicti Monasterij de Crescentiaco habetur. Verùm monasterio principali igne consumpto, & ruinis bellorum euerso, ipsum quoq; monasterium S. Mariæ de Cella in deterius ruere cœpit: & demũ regulari obseruantia destitutũ monasterio S. Benigni de Capite Fari Ord. D. Benedicti fuit vnitum, prout notatur in libro taxarum Apostolicarũ, per hæc verba: *Nota quod monasterium S. Maria de Cella extra muros Ianuenses Ord. S. Aug. valoris centum florenorũ vnitur monasterio S. Benigni.* Verùm post dictam vnionem eadem Ecclesia S. Mariæ de Cella Patribus Eremitis Augustinensibus fuit concessa, donec vigueriit in illa obseruantia regularis, & hoc circa annum 1500. referente Augustino Ticinensi in 2. parte Dilucidarij, qui tunc in viuis agebat, qui etiam addit in vita B. Augustini tit. 9. in tabula, locum illum traditum fuisse Eremitis ex consensu canonicorum regularium, & sub cõditione, quod cessante ibidem regulari obseruãtia locus ipse ad canonicos regulares reuertatur, & de hoc extare instrumenta apertissima, quæ ego non vidi. Addunt nonnulli, in dicta Ecclesia repositas D. Augustini Reliquias, cum ex insula Sardiniæ Rex Luitprandus Ticinum transferẽdas curaret. Verùm non me latet, qui Ianuensiũ historias scripserunt, aliter sentire.

Vndecimum est monasterium S. Michaelis vetustissimum collegium canonicorũ regulariũ congregationis S. Rufi, de quo in Catalogo eiusdem congregationis, & Augustinus Ticinensis in lib. de Origine, & procursu Christianarum Religionum. Verum istud monasterium à multis annis est commendatum clericis secularibus, & canonicis omnino destitutum, cuius vix aliqui supersunt parietes.

Duodecimum est Monasterium S. Nicolai de Capite Montis, quindecim milliaribus distans à Ciuitate, quod similiter erat congregationis S. Rufi. Verùm ipsum quoque nunc commendatum aut ad alios ordines translatum.

PRæter supradicta collegia canonicorum sunt nunc in eadem Ciuitate Ianuensi tria præcipua collegia sacrarum Virginum canonissarum, quæ & generis nobilitate, & vitæ sanctitate inter cæteras illius Ciuitatis Sanctimoniales magna cum laude florent. Primum est S. Mariæ Gratiarum, ex quo fuit Domna Ioanna Baptista, cuius meditationes, & libri spirituales, qui typis editi circumferuntur, ingenium sublime, ac pijssimum, & sexus conditionem superans Solis luce clarius ostendunt. excessit ex hac vita circa annũ 1585. magna sanctitatis opinione apud totam ciuitatem relicta. Secundum est S. Andreæ. Tertiũ S. Bartholomæi, quæ omnia per Abbatẽ S. Theodori, & Prælatos nostræ Congregationis regũtur.

III.

In Diœcesi Sautonensi fuisse olim monasteria ex ordine canonicorum Regularium conuincitur ex actis capituli Papiensis, in quibus sic legitur: *Dominus Præpositus S. Petri de Ferraria Albensis Diœcesis, tenetur, & debeat visitare omnia monasteria, Ecclesias, & loca Conuentualia dicti Ordinis existentia in Ciuitatibus, & Diœcesibus Albensi, Alben. Sauonensi, Secusiensi, & in tota Prouincia Ianuensi.* Verùm quænam illa fuerint, vel vbi extiterint, ad notitiam meam non peruenit, nec censetur in priuilegijs Alexandri III. & Lucij III. Ecclesia S. Ioannis de Vadio cum titulis suis attinens ad Præpositaram S. Laurentij de Vltio, de qua infra dicemus.

IV.

IN Marchionatu Montis Ferrati Ecclesia Casalensis S. Vasij olim Ecclesiæ Vercellensi subiecta, sed in Episcopalem postmodum erecta, ab institutione fuit canonicorum Regularũ Habetur ex Innocentij Papæ III. epistola ad Episcopum Vercellensem, quæ est in secundo lib. pag. 414. in qua præcipit cassari electionem à capitulo Casalensi factã tempore interdicti, quo illi nonnullos scholares in suos fratres, & clericos dictæ Ecclesiæ elegerant. quo autẽ tempore postea facta fuerit ex Regulari seculari, mihi incõpertũ.

In Diœcesi Casalensi in loco, qui dicitur Mõs Cretæ est Abbatiale cœnobium nostræ cõgregationis S. Mariæ de Creta nuncupatũ, quod olim Illustrissimi Marchiones Montis Ferrati fundauerant sub titulo Prioratus, & sub ordine canonicorum Regularium, quodque per temporum interualla commendatum, ad alium ordinẽ transierat. Verum curantibus ijsdem Marchionibus suo ordini restitutum.

In eadẽ Diœcesi refertur ab autore supplemẽti Chronicorũ Iacobo Philippo Bergomẽsi lib. 12. sub anno 985. monasterium sub titulo S. Mariæ in loco

in loco Vizalum, quod tũdem Marchiones ordinem canonicorum regularium D. Augustini ædificauerunt, habens ex prouentibus singulo anno ducatos 600. quod monasterium nunc videtur desertum, & illius bona commendata.

In eadem Diœcesi est antiquus Prioratus S. Andreæ de Castelletto nuncupatus propè Castrũ S. Salentoris, olim membrum congregationis Mortariensis, vt colligitur ex priuilegio Vrbani III. facto Nicolao Præposito Ecclesiæ S. Crucis Mortariensis, & illius fratribus ealend. Iulij 1187. hoc Prioratus per Sixtum IV. vnitus fuit Præpositurę S. Mariæ de Castello Alexandriæ per suas datas ealend. Februarij anno 1482.

In eadem Diœcesi Casalensi est Prioratus S. Agathæ Pontis Sturæ membrum S. Crucis Mortariensis, cuius Prior nomine fratер Zaninus Capitulo Generali congregationis prædictæ anno 1498 Dertonæ celebrato, interfuit, nunc monasterio S. Mariæ de Creta vnitus, habet annexam curam animarum. manet in eo Prior cum vno canonico.

V.

In Diœcesi Albensi erat monasterium S. Petri de Ferraria vocatum, cuius Præpositus in Capitulo Prouinciali Papiæ anno 1340. celebrato creatus fuit Visitator monasteriorum, & Ecclesiarum & locorum conuentualium in Episcopatibus, & Diœcesibus, Albensi, Astensi, Taurinensi, Sauonensi, & in tota Liguria, nunc commendatum, & canonicis omnino destitutum.

In eadem Diœcesi est Archipresbyteratus S. Petri ad Nẽtus cum capellis S. Michaelis, & S. Iulian, membrum S. Crucis Mortariensis, cuius Archipresbyter eidem Capitulo Generali anno 1448 interfuit, nunc vnitus monasterio Abbatiæ S. Mariæ Nouæ Astensis nostræ congregationis.

In eadem Diœcesi recensetur Prioratus S. Stephani membrum congregationis S. Laurentij Casis Vitij, cuius fit mentio in priuilegijs Alexandri III. eidem monasterio S. Laurentij concessis anno 1172. & 1183.

In Diœcesi Aquensi erat Prioratus S. Thomæ cum pertinentijs & capellis suis. Item Prioratus S. Michaelis de Ripalta cum Ecclesia S. Georgij decimibus, omnes spectantes ad Præpositurã, & congregationem S. Laurentij de Vltio, quorũ in dicta priuilegijs Alexandri III. & Lucij III. mentio specialis habetur.

In eadem Diœcesi Aquensi Prioratus S. Ioannis de Nicia Palearum alias apud Lauerias, erat membrum Congregationis Mortariensis, cuius Prior nomine frater Adeodatus de Tritonibus Ianuensis capitulo Generali interfuit, nunc commendatus, quidã clericus secularis in nostris Comitijs Generalibus anno 1592. celebratis de illo ad finem nostræ congregationis resignando tractatum habuit. sed cur tractatus effectum habuerit non patuerit, incompertum habeo.

in loco Vizulani, quod idem Marchiones ordini eremitarum regularium D. Augustini ædificauerunt, habens ex prouentibus singulo anno ducatos 600. quod monasterium nunc videtur destructum, & illius bona commendata.

In eadem Diœcesi est antiquus Prioratus S. Andreæ de Castelletto nuncupatus propè Castrũ S. Salutoris, olim membrum congregationis Mortariensis, vt colligitur ex priuilegio Vrbani III facto Nicolao Præposito Ecclesiæ S. Crucis Mortariensis, & illius fratribus calend. Iulij 1187. hic Prioratus per Sixtum IV. vnitus fuit Præposituræ S. Mariæ de Castello Alexandriæ per suas datas calend. Februarij anno 1482.

In eadem Diœcesi Casalensi est Prioratus S. Agathæ Pontis Sturæ membrum S. Crucis Mortariensis, cuius Prior nomine frater Zaninus Capitulo Generali congregationis prædictæ anno 1448 Dertonæ celebrato, interfuit, nunc monasterio S. Mariæ de Creta vnitus, habet annexam earum animarum. manet in eo Prior cum vno canonico.

V. In Diœcesi Albensi erat monasterium S. Petri de Ferraria vocatum, cuius Præpositus in Capitulo Prouinciali Papiæ anno 1340. celebrato creatus fuit Visitator monasteriorum, & Ecclesiarum & locorum conuentualium in Episcopatibus, & Diœcesibus, Albensi, Astensi, Taurinensi, Saonensi, & in tota Liguria, nunc commendatum, & canonicis omnino destitutum.

In eadem Diœcesi est Archipresbyteratus S. Petri ad Nouas cum capellis S. Michaëlis, & S. Iulian, membrum S. Crucis Mortariensis, cuius Archipresbyter eidem Capitulo Generali anno 1448. interfuit, nunc vnitus monasterio Abbatiali S. Mariæ Nouæ Astensis nostræ congregationis.

In eadem Diœcesi recensetur Prioratus S. Stephani membrum congregationis S. Laurentij Castri Vltij, cuius sit mentio in priuilegijs Alexandri III. eidem monasterio S. Laurentij concessis anno 1172. & 1183.

In Diœcesi Aquensi erat Prioratus S. Thomæ cum pertinentijs & capellis suis. Item Prioratus S. Michaëlis de Ripalta cum Ecclesia S. Georgij de montibus, omnes spectantes ad Præpositurã, & congregationem S. Laurentij de Vltio, quorũ in dictis priuilegijs Alexandri III. & Lucij III. mentio specialis habetur.

In eadem Diœcesi Aquensi Prioratus S. Ioannis de Nicia Palearum alias, apud Lauerias, erat membrum Congregationis Mortariensis, cuius Prior nomine frater Adeodatus de Titionibus vltimo capitulo Generali interfuit. nunc commendatus, quidã clericus secularis in nostris Comitijs Generalibus anno 1592. celebratis de illo ad fauorem nostræ congregationis resignando tractatum habuit. sed cur tractatus effectum habere non potuerit, incompertum habeo.

In eadem Diœcesi erat Prioratus S. Trinitatis apud Gamundiam, cum Hospitali S. Rainerij sibi vnito, cuius in priuilegio Eugenij III. Præposito, & canonicis Mortariensibus concesso fit mentio. modo commendatus, & canonicis omnino destitutus.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

De Ecclesijs, & monasterijs Ordinis Canonicorum Regularium in Archiepiscopatu Taurinensi, & Principatu Pedemontium consistentibus.

ECclesiam Taurinensem olim Episcopalem, nunc Metropolitanam superiori seculo, & in antea regularem fuisse, ac in ea canonicos sub B. Augustini regula viuentes degisse, ostendit Practica, siue formularij Cancellariæ Romanæ Apostolicæ edita sub Alexandro VI anno vndecimo sui Pontificatus, & Romæ impressa apud Ioannem de Besicken anno Domini 1503. nam fol. 120. pag. 2. ponens formã titulorum, qui præmittendi sunt in literis Apostolicis, quæ diriguntur ad canonicos regulares, in hunc modum exemplificat: *Dilecto filio Ioanni An. canonico Ecclesiæ Taurinensis Ord. S. Augustini.* Et notandum, quod omnia exempla canonicorum, & Ecclesiarum regularium, quæ ponuntur in dicta Practica, quę plurima ibid. intueri licet, ponuntur in personis & locis, quæ verè, & propriè erant Ordinis D. Augustini, vt patet inductione per singula, quare non est dubium, ipsam Ecclesiam Taurinensem vsq; ad Alexandrum VI. nomine saltem, ac titulo regularem extitisse. Porrò in Diœcesi Taurinensi multa recensentur collegia canonici ordinis, quæ tamen ferè omnia vel cladibus bellorum, vel hominum incuria corruerunt, & illorum bona vel ad alios ordines, vel ad manus secularium personarum deuenerũt, nam I.

In Diœcesi Taurinensi in oppido Cherij erat præpositura S. Andreæ cõgregationis Mortariẽsis, quam fundauit Magister Rolandus Domini Papæ Capellanus, & dicti oppidi oriundus. hic enim pius, & venerabilis sacerdos cum vnicus filius, & hæres parentum suorum existeret, pro remedio animæ suæ, & parentum suorum, de bonis per propriam industriam acquisitis, ac etiam ex paterna hæreditate, circa tempora Alexandri III. monasterium canonicorũ sub inuocatione S. Andreæ in dicto oppido fabricauit, quod optimis redditibus dotatũ canonicis S. Crucis Mortariẽsibus statim obtulit, statuens ibi certum numerũ

canonicorum, ad diuina officia perpetuis futuris temporibus inibi celebranda, & ad dictã Ecclesiam regendam, initis etiam cum communitate Cherij certis pactis, & cõuentionibus, quæ dicta communitas promisit inuiolabiliter obseruare, & iura ac possessionem dicti monasterij pro viribus tueri, quæ omnia fuerunt per Sedẽ Apostolicam firmata, scripturis authenticis in Archiuis dictæ communitatis per multos annos seruatis, quæ nunc forsan ibidem reseruantur. Tenuerũt Mortarienses canonici dictam Ecclesiam multis annis: Verùm scuiẽte diro schismate, quod anno 1378. inchoatum vsq; ad 1427. durauit, cum ferè omnia monasteria regularium collaberentur, & personis regularibus destituerentur, ipsa quoque conuenienti canonicorum numero est destituta, remanente ibidem Præposito nomine Antonio, viro simplici, ac sene, quẽ Abbatissa cum monialibus S. Mariæ de Stiuolato eiusdem loci Cherij blanditijs illexerunt, vt absque licentia Præpositi Mortarienſis ad illarum fauorem Præpositurã resignaret, & ita per subreptionẽ à Ioanne XXIII. Pontifice in schismate creato eandem Præpositurã sibi vniri impetrauerunt anno Dni 1413. Verùm cum de nullitate vnionis dubitaretur, iterum pro illius confirmatione Domino Papæ Eugenio supplicauerunt: sed cum monasterium Mortariense cum omnibus suis membris fuisset nostræ congregationi vnitum, Rector Generalis anno 1456. pro dicta Præpositura recuperanda litem inchoauit, sententiam fauorabilem obtinuit, à qua per Abbatissam, & moniales fuit ad Sedem Apostolicam appellatum, ac eidem exposito, quod ipsæ moniales à quadraginta annis, & supra fuissent in pacifica possessione dictæ Præposituræ, obtinuerunt à Calisto III. rescriptum ad Episcopum Taurinensem, & Præpositum Taurinensẽ, & S. Mariæ de monte Calerio, quatenus constito de pacifica possessione quadragenaria, illas in d. possessione manuterent, & parti aduersæ silentium imponerent. Præpositus verò Taurinensis sine legitimis probationibus, & contra rei veritatem eas quadragenaria pacifica possessione mansisse declarauit, à qua sententia per nostros ad Sedem Apostolicam appellatum, & negotium in longum tempus protractum. Cæterũ superuenientibus guerris nostri ad alia intenti rẽ inconfectam dimiserunt, & dicta Præpositura est amissa, sicut aliæ quamplures, quæ vel ad laicos transierunt, vel beneficia clericorum secularium sunt effecta, & hæc omnia ex authẽticis scripturis Romæ in nostro monasterio S. Mariæ de Pace seruatis sunt deprompta.

II. IN eadem Diœcesi erat altera Præpositura sancti Andreæ de Braida in capitancatu tamen Astensi, & membrũ eiusdem congregationis Mortariensis. Hanc præpositurã siue aliàs Prioratum sub Calisto II. Robaldus miles fundauit, & canonicis Mortariensibus obtulit, eamque Calisius II. sub protectione Sedis Apostolicæ recepit. meminit illius Innocentius II. in priuilegio Præposito & canonicis Mortariensibus anno 1134. concesso, ac etiam Vrbanus III. & Ioannes XXII. fuit autem dicta Præpositura successiuis temporibus semper à Præposito Mortariensi, dũ vacabat, collata vsq; ad annũ 1497. quo anno defuncto D. Georgio de Marchesijs, Præpositus Mortariensis illam cõtulit cuidam D. Bernardo canonico eiusdẽ monasterij Mortariensis: Verũ Cardinalis tituli sancti Clementis tunc Episcopus Taurinensis vigore indulti à Sede Apostolica sibi facti eam contulit cuidam Magistro Stephano de Zaramellis abbreuiatori, & solicitatori literarum Apostolicarum, & vtraque collatione ab Alexandro VI. per signaturam supplicationi firmata, beneficiũ factum fuit litigiosum, sed D. Bernardus sententiam fauorabilem obtinuit in Curia Romana, à qua cum fuisset appellatũ, iterum Præpositurã obtinuit in forma gratiosa de an. 1502. ex authenticis scripturis in nostro Archiuo Romano repertis: postea supplicatum fuit Domino Papæ, vt dicta Præpositura vniretur Ecclesiæ S. Syluestri Ciuitatis Astæ supportatis tamen oneribus curæ animarum.

In Ciuitate Taurinensi erat conuentus canonicorum regularium congregationis S. Laurentij de Vltio, & alter conuentus eorundẽ canonicorũ regulariũ in Diœcesi Taurinẽsi, & aliæ viginti circiter Ecclesiæ, oẽs ferè parochiales, eiusdem congregationis S. Laurentij, quorũ fit mentio in priuilegijs Præposito, & canonicis dictæ Ecclesiæ per Summos Pontifices concessis, præsertim in priuilegijs Alexandri III. anno 1174. & Leonis III. 1183. emanatis.

In eadem Ciuitate Taurinensi est præcipuũ collegium sacrum Virginum S. Crucis nuncupatum nostræ congregationis, quod celebri fama sanctitatis floret.

III. IN Castro Vltij vulgo Orso Diœcesis Taurinẽsis, sed in Delphinatu positi, est supradicta Præpositura S. Laurẽtij, quæ olim erat caput cõgregat: nam in actis Capituli Generalis dictæ Congregat. anno 1542. celebrati, viginti septem Prioratus cum suis familijs sub se habuisse reperitur. Huius Præposituræ fundationem Iacobus Philippus Bergomensis lib. 12. supplemento sub anno 985. refert in Marchiones Montis Ferrati: Verum ex relatione canonicorum illius Ecclesiæ nunc ibidem commorantium, rem scimus aliter habuisse inferius dicemus. Viget nunc etiam in eadem canonica regulare institutum, licet aliqualiter relaxatum.

In Castro Seeusiæ, quod olim Seuciam vocatũ reperio, in finibus Italiæ, & Delphinatus Prouinciæ Galliarum, est Ecclesia S. Mariæ canonicorũ regulariũ Ordinis S. Augustini dictæ congregationis S. Laurentij de Vltio, quam Ecclesiã Cu-

nibertus

nibertus Episcopus Taurinensis anno 1065. dicitur canonicis S. Laurentij, ac illorum Præposituræ vnitus, quæ in Castro Secusiæ vicem gerebat matricis, & Ecclesiæ Episcopalis.

In eodem Castro Secusiæ est Præpositura cõuentualis nostræ congregationis S. Iusti nuncupata, quæ anno 1057. ab Adalcida Manfredi, & Bertæ Secusiæ Marchionum filia, qui eam prius inchoauerant, ad perfectum reducta, prædictis canonicis S. Laurentij fuit donata, quibus post aliquot annos D. Benedicti Monachi successerunt, tandem ad Canonicos Regulares reuersa, nostræ Congregationi ab annis circiter quadraginta est vnita. Iacent in Ecclesia S. Iusti multa corpora Sanctorum, de quibus in congregatione Lateranensi fusius dicemus.

In ciuitate Salutiarum ex actis dicti Generalis Capituli congregationis S. Laurentij anno 1542. habiti, erat Prioratus Conuentualis dictæ congregationis, cuius Prior cum tribus canonicis eidem capitulo adfuit.

In oppido Auilliano eiusdem Diœcesis, vt putant alius Prioratus dictæ congregationis, cuius Prior cum tribus canonicis eidem capitulo similiter interfuit.

In oppido Rauelli Marchionatus Salutiarum erat alius Prioratus, cuius Prior cum quinq; canonicis dicto capitulo interfuit, & forte plures alij Prioratus in eisdem actis nominati in districtu dicti Marchionatus, vel in finibus Pedemontium erant constituti.

IV. AStensis Ecclesia cathedralis ab institutione sua fuit regularis, ac in ea instituta regularia per longa tempora viguerunt, si vera sunt, quæ de illorum statu Philippus noster lib. 3. cap. 23. scribit, eo tempore adhuc superfuisse illius Dormitorium, & Cellas Canonicorum.

In ciuitate Astensi est Cœnobium Abbatiale S. Mariæ Nouæ nostræ congregationis, quod prius erat Prioratus congregationis Mortariensis, sed vnitus nostræ congregationi per Sixtum IV. anno Domini 1473. Abbatiali dignitate ornatus per Pium IV. de quo in congregat. Lateranensi.

In Diœcesi Astensi apud castrum S. Martini est Prioratus S. Mariæ cum capella S. Martini annexa, olim membrum congregationis S. Crucis Mortariensis, & per canonicos dictæ congregationis regi solatus vsque ad annum 1498. quo anno defuncto fratre Carolo de loco Gouoni, vltimo canonico dictæ congregationis, nobiles de Solario tunc Domini locorũ Gouoni, & S. Martini dictum Prioratum occupauerunt, asserentes illum esse de iure Patronatus illorum familiæ, & cum Præpositus Mortariensis quendam D. Matteum Astensem nostræ congregationis canonicum dicti loci Priorem instituisset, illi ab adipiscenda possessione eũ violenter impediuerunt. tandem concordatum fuit cum dictis nobilibus

de Solario

sa monas

cos tritic

rent: & P

tariensi

rectioni

tentum.

E Cle

sebi

institutæ

D. Ambr

tempore

ctenus n

In ciu

tiale S. A

cherijs a

Villis, & r

ter omni

nostræ co

ne, & pro

In eadẽ

tualis S. C

sis, cuius

cos Mort

1480. vel

tiam frat

nepotis, c

rienſibus

pali appli

S. Claræ

In eadẽ

lomæi sub

cuiusdam

nes asser

catus erec

porediens

tariensis:

Mortarie

Mortarie

positi Mo

tant literæ

Archiuo

nonici Re

annum sal

Verùm ing

canonici, q

lud tandem

mendatis, r

Iesuatis, qu

Prope e

referente,

Ecclesia S. M

riæ Cremas

aliis Eccles

In Diœc

riæ apud Bl

sis, cuius m

nasterij Mo

ille quoque

nibertus Episcopus Taurinensis anno 1065. dictis canonicis S. Laurentij, ac illorum Præposituræ vniuit, quæ in Castro Secusiæ vicem gerebat matricis, & Ecclesiæ Episcopalis.

In eodem Castro Secusiæ est Præpositura cõuentualis nostræ congregationis S. Iusti nuncupata, quæ anno 1057. ab Adalcida Manfredi, & Bertæ Secusiæ Marchionum filia, qui eam prius inchoauerant, ad perfectum reducta, prædictis canonicis S. Laurentij fuit donata, quibus post aliquot annos D. Benedicti Monachi successerunt, tandem ad Canonicos Regulares reuersa, nostræ Congregationi ab annis circiter quadraginta est vnita. Iacent in Ecclesia S. Iusti multa corpora Sanctorum, de quibus in congregatione Lateranensi fusius dicemus.

In ciuitate Salutiarum ex actis dicti Generalis Capituli congregationis S. Laurentij anno 1342. habiti, erat Prioratus Conuentualis dictæ congregationis, cuius Prior cum tribus canonicis eidem capitulo adfuit.

In oppido Auilliano eiusdem Diœcesis, vt puto, erat alius Prioratus dictæ congregationis, cuius Prior cum tribus canonicis eidem capitulo similiter interfuit.

In oppido Rauelli Marchionatus Salutiarum erat alius Prioratus, cuius Prior cum quinq; canonicis dicto capitulo interfuit, & forte plures alij Prioratus in eisdem actis nominati in districtu dicti Marchionatus, vel in finibus Pedemontium erant constituti.

IV. Astensis Ecclesia cathedralis ab institutione fuit regularis, ac in ea instituta regularia per longa tempora viguerunt, si vera sunt, quæ de illa Ioannes Philippus noster lib. 3. cap. 23. scribit, eo tempore adhuc superfuisse illius Dormitorium, & Cellas Canonicorum.

In ciuitate Astensi est Cœnobium Abbatiale S. Mariæ Nouæ nostræ congregationis, quod prius erat Prioratus congregationis Mortariẽsis, sed vnitus nostræ congregationi per Sixtum IV. anno Domini 1473. Abbatiali dignitate ornatus per Pium IV. de quo in congregat. Lateranensi.

In Diœcesi Astensi apud castrum S. Martini est Prioratus S. Mariæ cum capella S. Martini annexa, olim membrum congregationis S. Crucis Mortariensis, & per canonicos dictæ congregationis regi solitus vsque ad annum 1498. quo anno defuncto fratre Carolo de loco Gouoni, vltimo canonico dictæ congregationis, nobiles de Solario tunc Domini locorũ Gouoni, & S. Martini dictum Prioratum occupauerunt, asserentes illum esse de iure Patronatus illorum familiæ, & eam Præpositus Mortariensis quendam D. Matthæum Astensem nostræ congregationis canonicum dicti loci Priorem instituisset, illi ab adipiscenda possessione cũ violenter impediuerunt. tandem concordatum fuit cum dictis nobilibus de Solario, vt Prioratus eis cederet, & illi vice versa monasterio S. Mariæ nouæ Astensis octo saccos tritici, & duo plaustra vini quotannis soluerent: & Prior de nouo eligẽdus, Præposito Mortariensi confirmãdus præsentaretur, & illius correctioni subesset: & ita supplicatum fuit, & obtentum.

V. Ecclesiam Vercellensem temporibus B. Eusebij Episcopi, & martyris regulariter fuisse institutam ostendimus supra cap. 11. autoritate D. Ambrosij Episcopi Mediolanensis, quæ quo tempore ab obseruantia Regulari defecerit, hactenus non vidi.

In ciuitate Vercellensi est Cœnobium Abbatiale S. Andreæ per Cardinalem Gualam de Bicherijs anno Domini 1224. fundatum Castris, Villis, & magnis prædijs tributis dotatum, & inter omnia cœnobia illius Prouinciæ præcipuum, nostræ congregationi vnitum, de cuius fundatione, & progressu libro sequenti dicetur.

In eadem ciuitate erat Præpositura conuentualis S. Gratiani membrum S. Crucis Mortariẽsis, cuius Præpositus per Præpositum, & Canonicos Mortariẽses semper institutus fuerat, vsq; ad 1480. vel circa, quo tempore Sixtus IV. ad instãtiam fratris Petri Riarij S. R. E. Cardinalis eius nepotis, dictam Præposituram canonicis Mortariensibus abstulit, & illius bonis mensæ Episcopali applicatis, monasterium monialibus ordinis S. Claræ concessit, quæ nunc etiam illud tenent.

In eadem ciuitate erat monasteriũ S. Bartholomæi sub titulo Præposituræ, cuius canonicum cuiusdam Cardinalis S. Cæciliæ nepotem, Ioannes assertus Papa XXIII. anno tertio sui Pontificatus creauit Priorẽ monasterij S. Laurentij Hipporediensis, quod erat membrũ S. Crucis Mortariensis: ea tamen lege, vt dictus canonicus ad Mortariensem Ecclesiam accedens in canonicũ Mortariensem reciperetur, & sub obediẽtia Præpositi Mortariensis constitueretur, & viueret. Extant literæ Apostolicę ea de re confectæ in nostro Archiuo Romano. Perseuerauerunt autem canonici Regulares in dicto monasterio, vsque ad annum saltem 1512. teste Augustino Ticinense: Verùm ingruẽtibus tumultibus bellorum ijdem canonici, quòd extra ciuitatem esset positum, illud tandem deseruerunt, & sic illius bonis commendatis, monasterium concessum fuit fratribus Iesuatis, qui nunc illud inhabitant.

Prope eandem ciuitatem, eodem Ticinensi referente, erant Prioratus S. Bernardi, necnon Ecclesia S. Mariæ de Vezulano, & Ecclesia S. Mariæ Cremaschi, quæ nunc sunt commendatæ, vel alijs Ecclesijs vnitæ.

In Diœcesi Vercellensi erat Prioratus S. Mariæ apud Blanchetam congregationis Mortariẽsis, cuius mentio habetur in Archiuis dicti monasterij Mortariensis. Verùm ad aliorum manus ille quoque peruenit.

In ciuitate Vercellensi erat Præpositura S. Stephani de Citadella, quam Paulus III. anno 1536. resignante Bonifacio de Ferrerijs S.R.E. Cardinali, nostræ congregationi vniuit. Verùm circa annum 1581 cum Serenissimus Sabaudiæ Dux ciuitatem, & arcem, intra quam dictum monasterium erat constitutum, in meliorem formam, & magis tutã reformari iussisset, illud solo est æquatum, ac illius vice Præpositura S. Iusti apud Secusiam nobis vnita.

Apud Hipporediam ciuitatem erat Prioratus conuentualis S. Laurẽtij, ac mẽbrũ congr. Mortariensis. in dicto Prioratu de anno 1502. adhuc residebant canonici Regulares, quo tẽpore August. Ticinẽsis Rector Generalis nostræ cõgregationis pro restitutione dicti monasterij, vtpote membri congregationis Mortariensis, quod cum suo capite nostræ congregationi fuerat vnitum, Alexand. VI. preces supplices porrexit, licèt ob mortem Alexandri statim secutam, vnio seu restitutio effectum non habuerit, ac exinde succedentibus guerris ipse Prioratus fuerit canonicis omnino destitutus, ac illius bona vel commẽdata, vel rapinæ exposita. Extãt in Archiuo Mortariensi, ac etiam Romano plures scripturæ authenticæ ad dictum Prioratum attinentes.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs, quæ sunt, vel fuerunt olim in Regnis vtriusque Sicilia.

I. QVo tempore B. Gelasius Valerij filius, & S. Augustini discipulus canonicam institutionẽ, à B. Augustino instauratam, Romam deferens in Lateranensi Basilica plantauit, eodem prorsus Sanctissimi Episcopi Quodvultdeus Carthaginẽsis, Gaudiosus Bitinensis, cum maxima multitudine Episcoporum, Sacerdotum, & aliorum clericorũ nauigijs sine velis & remigijs impositi, & ad manifestum naufragium ex Africa pulsi, vt Victor Vticensis lib. 1 scribit, magno Italorum emolumento sospites Neapolim Campaniæ Vrbem, Deo Duce, applicantes, eandem Augustinianam reformationem primùm in ipsa Ciuitate, ac exinde per alias omnes vtriusque Siciliæ prouincias propagauerunt. Nam quod ad Neapolitanã Vrbem attinet, duo ibidem clericorum secundum B. Augustini Regulam viuentium collegia ab illis fuisse instituta, antiqua illius Ecclesiæ tabularia, necnon etiam ciuitatis monumẽta verissimè testantur, quorum Primum fuit S. Ioannis maioris, quod, vt superius dictum est, per Magnum Constantinum ædificatum, & per B. Syluestrum Papam, clericis more Apostolico viuentibus ibidem constitutis, fuerat dedicatum. Constitit verò in eadem Ecclesia S. Ioannis Maioris ipsum S. Quoduultdeum cum multis sacerdotibus, & clericis ex Africana persecutione profugis, ac ea beatissimi Patris institutum erexisse, illudque multis seculis in eadem Ecclesia viguisse, tum historia ipsius S. Quodvultdei, tum Neapolitanæ Vrbis historiæ à Ioanne Villano, & Ioanne Antonio Summuntio exaratæ, quarum supra cap. II. meminimus, apertissimè testantur, vt Augustinum Ticinensem nostrum omittamus in libello de Origine & Procursu Christianarum Religionum hæc scribentem: *Hi omnes Vandalicam persecutionem fugientes sicut in gestis B. Quodvultdei legitur, Patribenope commigrauerunt ex africa, & in ecclesia S. Ioannis Maioris canonicum ordinem erexerũt.* Quo verò tempore disciplina canonica ibi defecerit, authentico documento non licuit inuenire, sed hoc scire parum retulerit. Alterum collegium illud fuit, quod B. Gaudiosus in suburbio eiusdem ciuitatis instituit Neridanum vocatum, in quod cum plerisque sacerdotibus, & clericis Africanis sese recipiens, sancto ibidem fine requieuit, de quo cum libro primo multa diximus, superfluitatem vitantes, ad illum legentes remittimus, hoc vnum aduertentes, labi Iosephum Mozzagrugnum, dum scribit lib. 7. de rebus Ecclesiasticis canonicorum regularium: *Ecclesia parochialis S. Agnelli Maioris de Neapoli fuit primitus in honorem B. Virginis fabricata à B. Gaudioso Bitinensi Episcopo apud Africam Episcopo, cui addito conuentu canonicorum, in eo Abbatem monachorum constituit B. Agnellum, quem à puericia in Dei timore, & celesti militia educauerat, qui optimi Magistri amulator effectus, eadem virtutibus, & miraculis claruit, anno ætatis suæ 60. Dominici verò 1076. die 14. Decemb. sanctissimè ad hæc sæculo migrauit &c.* in quibus verbis, quod illius pace sit dictum, vix tot dictiones reperiuntur, quot errores. Primus, dum putat Ecclesiam à B. Gaudioso ædificatam illam esse, quæ nunc intra ciuitatem S. Agnelli dicitur, quam canonici congregationis S. Saluatoris Bononiensis tenent, non illa non intra ciuitatem, sed in suburbio, quod Virginum dicitur, fuit exstructa, in loco quem fratres Prædicatores tenent, & in quo Ecclesiam sub inuocatione B. Mariæ de Sanitate nuper erexerunt. Vide Baronium in notis ad Martyrologium Romanum sub die 28. Octob. & Paulum Regium Vici Episcopum in Vita S. Agnelli Italico idiomate descripta. Secundus est B. Gaudiosum monasterium monachorum instituisse, etsi enim successu temporum illud ad monachos deuenerit, tamen quos ibi S. Gaudiosus collegit, non monachi fuerunt, sed vel Episcopi, vel Sacerdotes, & clerici, vt ex historia Victoris Vticensis liquet. Tertius licèt non eius peculiaris, B. Agnellum illius monasterij Abbatem fuisse per-

tum S. Gaudiosum institutum, quomodo cnim id effecerit, cum S. Gaudiosus anno 440. Neapolim Episcopus peruenerit, Agnellus verò Episcopatum anno 576. secundum Paulum Regium, aut sub Pontificatu S. Gregorij Papæ secundum Saracium in notis ad Martyrologium die 14. Decemb. obierit? Quartus est, B. Agnellum à S. Gaudioso eruditum anno 1076. die 14. Septemb. obiisse, quod vel errorem Typographi, vel imperitiam notarij commincit.

II. PRæter supradicta collegia, in quibus disciplina canonica iam ante plura secula defecit, est tertium collegium, illudque vetustissimum, quod S. Petri ad Aram dicitur, & est Abbatiale cœnobium nostræ congregationis Lateranensis, de cuius antiquitate, & priuilegijs nonnulla in sequentibus dicemus.

Quartum est S. Mariæ Pediscriptæ nostræ cõgregationis, tum loci sanctitate, tum aëris amœnitate, ac salubritate super alia dictæ ciuitatis loca supereminentissimum. de quo vide lib. sequenti in Congregatione Lateranensi.

Quintum est, S. Agnelli maioris, quod à B. Gaudioso Bitinensi Episcopo exstructum Iosephus Mozzagregnus perperã affirmat. puto fuisse monasterium monachorum, verùm monachis delatum à Leone X. Congregationi canonicorum regularium S. Saluatoris Bononiensis anno 1518. fatis vnitum.

Sextum est S. Mariæ de Capellis, quod cum processit ordinis D. Benedicti ex libro Taxarũ Apostolicarum, eidem Congregationi fuit concessum à Paulo III. anno 1549. die 9. Aprilis.

Præter supradicta Collegia est in eadem Ciuitate Collegium sacrarum Virginum canonissarũ quod S. Mariæ Reginæ Cœli dicitur, & numero canonissarum, & generis nobilitate, & morum probitate inter cætera sacratum Virginum illius Conuentus præcipuum, cuius regimen spectat ad Abbatem S. Petri ad Aram, & ad superiores ex nostra Congregatione.

III. IN Diœcesi Nolana, & prope Ciuitatem est Prioratus Conuẽtualis nostræ Cõgregationis S. Mariæ ad Parietem vocatus, de cuius fundatione vide lib. sequenti.

In Ciuitate verò Nolana est collegium insigne canonicarũ nostri ordinis, quod vulgo collegiũ nuncupatur, fundauit illud Comes Nolanus an. 1110. vt ex Archiuis dictæ ciuitatis colligitur. Perfectæ in eo regularis obseruantiæ eũ magna laude, & quæ in illud recipiuntur, ferè oẽs nobiles sunt vel ex ciuitate Nolana, vel ctiã Neapolitanæ.

In Diœcesi verò Nolana in oppidò, quod Lauro vocatur, est aliud collegium canonissarum nostri ordinis, quod Comitissa Nolana vxor dicti Comitis paulo ante fundauerat, & mille aureorũ annuorum reditibus à prima fundatione dotauerat, quod nunc etiam sub canonica disciplina floret.

am S.Gaudiosum institutum, quomodo enim id esse potuit, cum S.Gaudiosus anno 440. Neapolim Episcopus peruenerit, Agnellus verò sexagenarius anno 576. secundum Paulum Regiū, aut sub Pontificatu S.Gregorij Papæ secundum Baronium in notis ad Martyrologium die 14. Decemb. obierit? Quartus est, B. Agnellum à S. Gaudioso eruditum anno 1076. die 14. Septemb. obysse, quod vel errorem Typographi, vel imperitiam autoris conuincit.

II. PRater supradicta collegia, in quibus disciplina canonica iam ante plura secula defecit, est terium collegium, illudq; vetustissimum, quod S.Petri ad Aram dicitur, & est Abbatiale cœnobium nostræ congregationis Lateranensis, de cuius antiquitate, & priuilegijs nonnulla in sequentibus dicemus.

Quartum est S Mariæ Pediscriptæ nostræ cõgregationis, tum loci sanctitate, tum aëris amœnitate, ac salubritate super alia dictæ ciuitatis locafrequentatissimum. de quo vide lib. sequenti in Congregatione Lateranensi.

Quintum est, S.Agnelli maioris, quod à B. Gaudioso Bitinensi Episcopo exstructum Ioseph Morteregnus perperà affirmat. puto fuisse monasterium monachorum, verùm monachis destitutum à Leone X. Congregationi canonicorum regularium S.Saluatoris Bononiensis anno 1517. fuit vnitum.

Sextum est S.Mariæ de Capellis, quod cum nouus esset ordinis D. Benedicti ex libro Taxarū Apostolicarum, eidem Congregationi fuit concessum à Paulo III. anno 1549. die 9. Aprilis.

Præter supradicta Collegia est in eadem Ciuitate Collegium sacrarum Virginum canonissarū quod S.Mariæ Reginæ Cœli dicitur, & numero canonissarum, & generis nobilitate, & morum probitate inter extera sacrarum Virginum illius Ciuitatis præcipuum, cuius regimen spectat ad Abbatem S.Petri ad Aram, & ad superiores ex nostra Congregatione.

III. IN Diœcesi Nolana, & prope Ciuitatem est Prioratus Conuentualis nostræ Cõgregationis S.Mariæ ad Parietem vocatus, de cuius fundatione vide lib. sequenti.

In Ciuitate verò Nolana est collegium insigne canonissarū nostri ordinis, quod vulgo collegiū nuncupatur. fundauit illud Comes Nolanus anno, vt ex Archiuis dictæ ciuitatis colligitur. Perseuerat in eo regularis obseruantia cū magna laude, & quæ in illud recipiuntur, ferè oēs nobiles sunt vel ex ciuitate Nolana, vel etiā Neapolitanæ.

In Diœcesi verò Nolana in oppido, quod Laurum vocatur, est aliud collegium canonissarum nostri ordinis, quod Comitissa Nolana vxor dicti Comitis paulo ante fundauerat, & mille aureorū annuorum redditibus à prima fundatione dotauerat. quod nunc etiam sub canonica disciplina floret.

IV. ECclesia Beneuētana Metropolitana ferè vsq; ad nostra tempora regularis mansit, cuius canonici tempore quadragesimæ præsertim maioris hebdomadæ, cappas nigras more canonicorū nostræ Congregationis Lateranensis in Choro detulerunt vsque ad annum circiter 1610.

In ciuitate Beneuentana est cœnobiū Abbatiale S.Modesti nostræ congregationis, quod sub se nonnullas Ecclesias Parochiales habet, in quibus Abbas dicti monasterij iurisdictionem ordinariam exercet.

In eadem ciuitate erat vetus monasterium canonicorum regularium, cuius fit mētio in quodā priuilegio Alexandri III. ac etiam Gregorij IX. quod vbi esset, vel quo titulo nūcuparetur, videre non potui: quia integrum priuilegium non habui, sed tantum illius fragmentum, quod refert Ioānes Marquez in suo libro de Origine Fratrū Eremitarum cap. 14. §. 8. ad sui ordinis Eremitici antiquitatem probandam, licet non efficaciter, cum verbā priuilegij sint: *Cum in Ecclesia vestra sit ordo canonicus secundum Deum, & B. Augustini regulam noniter institutus.* Hoc priuilegium dicit reperiri in Bibliotheca Vaticana inter Bullas Gregorij IX. numero 97. sed parùm retulerit illam videre. fuisse verò in Episcopatu Beneuētano monasteria canonicorum regularium anno millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, constat ex Actis Capituli eo anno Eugubij celebrati, in quo Prior S. Mariæ Nouæ de Vrbe ad illa visitanda fuit designatus.

In eadem ciuitate est monasterium S.Sophiæ, quod Clemens VIII. anno 1595. canonicis regularibus congregationis S.Saluatoris Bononiensis vnitit, cum esset prius monasterium ordinis monachorum S.Benedicti.

In Diœcesi S.Agathæ Metropolis Beneuentanæ ex libro Taxarum Cameræ Apostolicæ est monasterium S.Mennæ, sed canonicis destitutum, & commendatum, sicut alia innumera in regnis vtriusque Siciliæ, quorum vix nomen, ac ne vix quidem inuenitur.

In eadem Diœcesi in oppido, quod vulgo appellatur Rienso, est collegium canonissarū nostri ordinis vetustissimum, quæ sub regulari obseruantia, ac etiam sub regula, & habitu canonico satis laudabiliter perseuerant.

V. IN Diœcesi Melphitana sunt quædam beneficia canonicorum regularium, quæ destituta canonicis, sunt vnita mensæ Episcopali, vt ex Archiuis dictæ Ecclesiæ colligitur.

In ciuitate Brundisio est Ecclesia S.Sepulchri olim congregationis canonicorum regularium S.Sepulchri Ierosolimitani, cuius fit mentio in literis Cœlestini II. Petro Priori, & illius fratribus S. Sepulchri Ierosolimitani directis anno 1143. Verùm congregatione extincta, dicta Ecclesia cum alijs multis in eodem Regno existentibus est commendata.

In

In oppido Barletæ Ecclesia S. Sepulchri cũ suis pertinentijs ad prædictam congregationem spectabat, ex dictis literis Cœlestini II. quæ similiter manet commẽdata, vel ordini equestri S. Ioannis Ierosolimitani vnita, vt multæ aliæ Ecclesiæ eiusdem congregationis.

In ciuitate Venusina Ecclesia S. Nicolai ad prædictam congregationẽ spectabat, vt ex dictis literis colligitur, quam Episcopus quidam Venusinus eidem donauerat.

In ciuitate Troiæ siue iuxta illam Ecclesia S. Sepulchri erat dictæ congregationis, quam nunc tenent equites S. Ioannis Ierosolimitani, & similiter Ecclesia S. Theodori iuxta portam ciuitatis Beneuentanæ, ex dictis literis Cœlestini II.

In eadem ciuitate Troiæ monasterium S. Nicolai fundatum per Nicolaum Decanum Ecclesiæ Troianæ, de quo Innocentius III. in epistola ad Archiep. Sipontinum libro 1. fol. 198.

In Diœcesi Milletensi prouinciæ Reginæ in Calabria Prioratus insignis S. Mariæ de Balnearia, vulgo della Bagnara membrum Abbatiæ S. Mariæ de gloria, de quo vide lib. 3. cap. 30.

In actis Capituli Prouincialis Eugubij celebrati designatus est Visitator pro monasterijs, & locis conuentualibus canonicorum existentibus in Apulia.

VI. IN Mari Adriatico propè Theathinam Diœcesim sunt insulæ Tremitanę olim Diomedeæ in quarum maiori est cœnobium S. Mariæ cũ arce munitissima nostræ congregationis. Abbas Tremitanus in dictis Insulis iurisdictionem ordinariam spiritualem, & temporalem, & vtrunque gladium habet, ac etiam in terris littoris adiacentis: & inter Barones Regni Neapolitani numeratur, & incedit. De monasterio Tremitano vide quæ dicuntur lib. sequenti.

In Ciuitate Lauicani est Abbatiale cœnobium nostræ congregationis S. Mariæ noue olim de Frisa vetustissimũ, de quo libro sequenti plura.

Apud Ciuitatem Vestanã in Prouincia Capitancatus, est etiam vetustissima Abbatia S. Mariæ de Calena, quam nostræ congregationi vniuit Eugenius IV anno 1446.

In extremis partibus Calabriæ, quæ Messanam Ciuitatẽ vltra Pharũ aspiciunt, in oppido, quod vulgo Bagnara nuncupatur, fuisse olim præcipuum collegium canonicorum regularium, testantur tabularia Ecclesiæ Cathedralis Cephaludiensis in Regno Siciliæ vltra Pharum cõstitutæ: illa enim Ecclesia priusquam in Cathedralẽ erigeretur, eiusdẽ collegij membrũ fuisse perhibetur, vt ex relatione ab illius Ecclesiæ canonicis habita, & ad me transmissa nuper accepi, fertur enim idem collegium aliud monasterium intra Messanam Ciuitatem sibi subiectũ habuisse, de quo nihil certi habere hactenus potui.

VII. PDorro in Regno vlteriori Sicilię Ecclesia ipsa Cephaludiensis, quæ nunc est Cathedralis, à prima illius fundatione fuit canonicorũ regularium ordinis D. Augustini, sub quo ordine vsque in præsens permanet, licet ab initio non esset Cathedralis, sed simplex collegiũ canonicorũ regularium, quod Rugerius Sicilię comes, deinde Rex opere magnificentissimo, & Regia munificentia verè digno erexit anno Dominicæ Incarnationis 1148. Regni verò ipsius anno 18. quemadmodũ sequentes versus in apsida maiori illius Ecclesię musiuo inscripti indicant.

Rugerius Rex egregius plenus Pietatis
Hoc stat sit templum, motus zelo Deitatis.
Hoc opibus ditat varijs, variisque decore
Ornat, & amplificat in Saluatoris honore.
Ergo Structori meritò Saluator adesto,
Vt sibi subueniens conferat ea de modestę.
Anno ab Incarnatione Domini M.C.XLVIII.
Regni eius XVIII. hoc opus musiuũ factum est.

Scribit vero Syluester Maurolicus in suo libro quem mare Oceanum omnium Religionũ adtulauit, ipsam S. Saluatoris Basilicam ab eodem Rugerio magnificentissimè ornatam, duabus mirum turribus campanarijs, & picturis pulcherrimis musiuo elaboratis, necnon duplici musileo porphirretico prosę, ac cęteris Siciliæ Regibus illius Successoribus, quæ postea Fridericus II. Imperator ex dicta Ecclesia ad Palermitanã transtulit, ac etiam canonicos regulares Augustinianos in dicta Ecclesia ab eodem Rugerio constitutos, quibus iuxta Ecclesiam claustrũ ædificauit, quod vsq; in præsens tenent, subdit etiam dictos canonicos regulares Syracusanam Ecclesiam olim tenuisse, in qua S. Zosimus floruit regularis canonicus, & postmodum Syracusanus Episcopus, quod se in antiquis Chronicis manuscriptis legisse affirmat, quanquam non desint, qui Ecclesiã Syracusanã non canonicos regulares, sed D. Benedicti monachos tenuisse affirmẽt.

IN Ciuitate Messana erat Prioratus S. Crucis nuncupatus cum Ecclesia pulcherrimè exornata, quã anno 1537. Ferrantes Gonzaga Sicilię Prorex cum alijs duabus, & vigini Ecclesijs sub specie Ciuitatis muniendæ, solo æquauit eodẽ Syluestro Maurolico tradente in Congregatione S. Sepulchri Ierosolimitani, ad quam ille Prioratus spectabat: quã ob causam locus canonicis regularibus fuit destitutus. Prioratus verò ad Ecclesiam S. Pelagiæ translatus, & commendatus, qui ad nominationẽ Regis Catholici confertur. VII.

In Ciuitate Plateæ nũcupata est alter Prioratus S. Andreæ eiusdem congregationis Dominici Sepulchri, quem Simon Butheræ Comes cum Thomasia illius coniuge anno Domini 1096. multis Villis, & prædijs, ac etiã nonnullis Ecclesijs attributis fundauit, & dotauit: qui Prioratus ad nominationem à Rege Catholico factam, Prioribus fiduciarijs, quos vocamus Commendatarios confertur, eodem Syluestro Maurolico

ferente in Congregatione Dominici Sepulchri Ierosolimitana.

Præter collegia vero Canonicorum memorata, sunt in Regno Siciliæ vltra Pharum nonnulla Collegia Sanctimonialium Canonissarum Congregationis Vallis Viridis nuncupatæ, quarum princeps est S. Catharinæ Vallis viridis, Ordinis S. Augustini olim extra Ciuitatem Messanam à quadam Regina Cypri fundatum, postea circa annum 1200. intra Vrbem sub titulo S. Mariæ, & S. Catharinæ Vallis Viridis translatum, quod erat caput cæterorum monasteriorum canonissarum eiusdem Congregationis in Regno Siciliæ existentium, nimirum S. Luciæ Vallis Viridis Palermitanæ, monasterij Vallis Viridis in Taormina, & in Castro veteri: quæ monasteria per Abbatissam sanctæ Catharinæ Messanensis visitabantur. De ijs plura idẽ Maurolicus in congregatione Vallis Viridis: ex quibus etiam deducit, eiusdem congregationem in Regno Siciliæ multa collegia canonicorum habuisse, quibus deficientibus, cum prædictæ canonissæ regimen permutassent, etiam habitũ nonnullæ mutauerunt, retenta tamen olim regula D. Patris Augustini, ac etiã rochetto, quod in festis solemnioribus, præsertim cum ad Sacramentũ Eucharistiæ sumendum accedunt, in signum pristinę illarum professionis, & institutionis, ferunt.

In Diœcesi Agrigentina reperitur monasterium ordinis canonicorum regularium D. Augustini, quod dicitur S. Spiritus de calato. Verùm puto illud nunc esse commendatum, vel ex regulari ad sæculum ferè iam transtatum. Eius autem mentio habetur in libro Taxarum Cameræ Apostolicæ.

CAPVT TRIGESIMVM.

De Propagatione Ordinis Canonicorum in Prouincijs, & Regnis Hispaniarum, & Primò de Ecclesia Cæsaraugustana S. Mariæ de Pilari, siue de Columna nuncupata.

IN Prouincijs, & Regnis Hispaniarum existunt adhuc Ecclesiæ canonici ordinis vetustissimæ, plurefq; olim extiterunt, quarum notitia post generale diluuium Saracenorũ, quod omnes penè regiones Hispanorum inuasit, vel in ruinis ædificiorũ, vel libris in membranis Ecclesiarũ, & libris Historicorum fideliter seruatur, quæ ipsum canonicũ institutum à sanctissimis Apostolis plantatum, & beatissimo Patre nostro Augustino reformatũ,

referente in Congregatione Dominici Sepulchri Ierosolimitana.

Præter collegia vero Canonicorum memorata, sunt in Regno Siciliæ vltra Pharum nonnulla Collegia Sanctimonialium Canonissarum Congregationis Vallis Viridis nuncupatæ, quarum præcipuum est S. Catharinæ Vallis viridis, Ordinis S. Augustini olim extra Ciuitatem Messanam à quadam Regina Cypri fundatum, postea circa annum 1200. intra Vrbem sub titulo S. Mariæ, & S. Catharinæ Vallis Viridis translatum, quod erat caput cæterorum monasteriorum canonissarum eiusdem Congregationis in Regno Siciliæ existentium, nimirum S. Luciæ Vallis Viridis Panormitanæ, monasterij Vallis Viridis in Taormina, & in Castro veteri: quæ monasteria per Abbatissam sanctæ Catharinæ Messanensis visitabantur. De ijs plura idē Maurolicus in congregatione Vallis Viridis: ex quibus etiam deducit, distam congregationem in Regno Siciliæ multa collegia canonicorum habuisse, quibus deficientibus, cum prædictæ canonissæ regimen permutassent, etiam habitū nonnullæ mutauerunt, retenta nihilominus regula D. Patris Augustini, ac etiā rochetto, quod in festis solemnioribus, præsertim cum ad Sacramentū Eucharistiæ sumendum accedunt, in signum pristinę illarum professionis, & institutionis, ferunt.

In Diœcesi Agrigentina reperitur monasteriū ordinis canonicorum regularium D. Augustini, quod dicitur S. Spiritus de culato. Verūm puto illud nunc esse commendatum, vel ex regulari ad statum secularem translatum. Eius autem mentio habetur in libro Taxarum Cameræ Apostolicæ.

CAPVT TRIGESIMVM.

De Propagatione Ordinis Canonicin Prouincijs, & Regnis Hispaniarum, & Primò de Ecclesia Cæsaraugustana S. Mariæ de Pilari, siue de Columna nuncupata.

1. IN Prouincijs, & Regnis Hispaniarum existunt adhuc Ecclesiæ canonici ordinis vetustissimæ, pluresq; olim extiterunt, quarum notitia post generale diluuium Saracenorū, quod omnes penè regiones Hispanorum inuasit, vel in ruinis ædificiorū, vel saltem in membranis Ecclesiarū, & libris Historicorum fideliter seruatur, quæ ipsum canonicū institutum à sanctissimis Apostolis plantatum, & à beatissimo Patre nostro Augustino reformatū, in prædictis prouincijs Hispanorum ab antiquissimis temporibus, ipso B. August. adhuc superstite propagatū, fide certissima demonstrāt: ex quibus vt antiquissimum cœnobium Sisletanū apud Toletanam ciuitatem omittam, quod era. 462. id est anno Christi quadringentesimo vigesimo quarto, assertus autor Historiæ sub nomine Flauij Lucij Dextri, & alij nonnulli Historici sub B. Augustini Regula exstructū aiunt: vnā nunc referam antiquissimam, & inter omnes Hispaniarū Ecclesias dignissimam, Angelicis manibus Præexcelsę Dei Genetrici in Cæsarauguſtana ciuitate erectā, & S. Mariæ Maioris, siue de Columna vulgo de Pilari nuncupatam, de qua cum multa præclara, & memoranda quā plures viri docti tradiderint, illud certè non reticendū, quin pro diuino miraculo mea quidem opinione recēsendum, quod Sacræ Theologiæ Licentiatus, & eiusdem Ecclesiæ regularis canonicus Michael Cercito in præfatione librorum Ioannis Trullo de ordine canonicorum elucidato scribit, ipsum ordinem canonicum per D. Iacobum Apostolum semel in dicta Ecclesia plantatum nullis vnquam etsi difficillimis temporibus interruptum, vsque ad sua tempora stetisse. De huius sacratissimæ Ecclesiæ antiquitate nonnulla superius cap. 11. notauimus, de cuius miraculosa fundatione, Sanctorū Martyrum, & confessorū reliquijs in eadē quiescentibus viris, sanctitate, ac dignitate, necnon etiam eruditione illustrissimis, vel ab illa profectis, vel etiam eidem Ecclesiæ præfectis, & tandē de illius priuilegijs, & super cæteras Ecclesias Hispaniarum eminentia nunc aliquid dicturo, tot profecto, & tam præclara, veridicisq; testimonijs roborata scribenda occurrunt, quæ si vellem ex integro percensere, non vnicum capitulum, sed integrum, illudque non exiguum volumen, me scribere oporteret. Quam ob causam tum rei, tū etiam temporis compendium facturo, illud tandem animo insedit, cæteris omnibus impræsentiarum omissis vota, & motiua hic ad verbū exscribere, quæ lata fuit pro Priore, & canonicis eiusdem Angelicæ beatæ Mariæ Maioris de Pilari, in Curia illustrissimi Domini Iustitiæ Aragonum S.C.M. Consiliarij super iure præcedendi Capitulares, eorumq; Syndicos, & Procuratores Ecclesiarum cathedralium Regni Aragonū exceptis duntaxat Capitularibus Sedis Metropolitanæ, in Comitijs, & quibuslibet congregationibus Aragonū anno Domini 1605. & typis edita Madriti apud Ludouicum Sanchez anno MDC.VI. omissa tamen præfatione, ac etiam additionibus marginalibus, ne pro vna sentētia, integrum librum exscribere cogamur. Ea verò talis est:

II. *IN Dei nomine Amen. Nouerint vniuersi, quod anno computato à Natiuitate Domini milleſimo ſexcẽteſimo quinto apud ciuitatem Cæſarauguſtæ Regni Aragonum, in Camera conſilij fuerunt præſentes illuſtriſſimus*

strissimus Dominus iustitiæ Aragonum S.C.M. Domini nostri Regis Consiliarius, & Illustres Domini locum tenentes ipsius Curiæ, iurisque Doctores, nempe Illustrissimus Don Martinus Baptista de Lanuca, Iustitia Aragonum, Io Clemens Romen. D. Matheus Deca, D. Petrus Hieronymus de Mendieta, D. Martinus de Godino Dominus Michael Martinez del Villar, existenteque processu Priorij, canonicorum, & Capituli beatæ Mariæ Maioris de Pilari super apprehensione in deliberatione circa definitiuam sententiam, Dominus Michaël Martinez del Villar Relator fuit voti, & opinionis, quod debet pronunciari, & mandare fieri contenta in propositione oblata pro parte Priorij, canonicorum, & Capituli beatæ Mariæ Maioris, & de Pilari principaltum, Antonij Miranetæ, Augustini Ximeno, & Petri Hieronymi Pasamar procuratorum, respectiue iurium, in vndecimo articulo dictæ propositionis deductorum, & respectiue domum apprehensæ præstita cautione forali, cæteras propositiones reijci, & repelli debere, & reseruari suæ iuræ, ea reseruari supplicantibus. neutram partium in expensis condemnando, ex eo præmissimè, & aliàs, quia etsi ratio aliqua habenda minimè foret in hoc litis pendentiæ iudicio (vbi de nudo tantum, quatenus facti est, & non iuris possessione, agitur) de longissima, honorificentissima, venerandissimaque antiquitate, & dignitate tantæ Ecclesiæ, quæ sacra est, ac gloria, & ornamentum non solùm huius Cæsaraugustæ incliti civitatis, & fidelissimi Regni Aragonum, verùm totius Hispaniæ, & Orbis: Obtinet enim ex receptissima omnium Ecclesiarum, præsertim istius amplissimæ provinciæ traditione à Pontificibus Summis non semel approbata, inter omnes Ecclesias mundi vetustatis, & excellentiæ originisve primatum, atque ideo de ea Cæsaraugusta verè, ac iure gloriari potest, se primam non solùm in Hispania, sed in vniuerso orbe Catholicæ fidei sedem, & aram tenuisse, & extitisse. & inde meritò Petrus Librana primus Cæsaraugustæ Episcopus, post Arabes vrbe pulsos, vnà cum Gelasio Secundo Pontifice Maximo circa annum milleſimum centeſimum decimum octauum, ad instaurandum templum dictæ Ecclesiæ, quod vetustatis causa esset ruinosum, ijs verbis vniuersos Christiani orbis fideles excitabat: Quam beato, & antiquo nomine sanctitatis, ac dignitatis pollere nouistis. Et nos iure quidem poteramus item huiusmodi decidere, declarando, debere eam præcedere Ecclesias Cathedrales dicti Regni, origine, & dignitate posteriores, ex quo ordo temporis inducit prælationem in honoribus: nam qui prior est tempore, potior est in iure, vltra quod semper in Regno nostro senectus venerabilis fuit, & quando gloriosissimum admittendum principium, origoque dictæ Augustissimæ Ecclesiæ ius aliquod ad obtinendum ei non tribueret, quæ Angelicis manibus iussu sacratissimæ Reginæ Virginis Dei Genitricis, dum adhuc in humanis ageret, autore Diuo Iacobo Maiori Christi Apostolo, consobrinoque cõstructa, erectaque fuit, cuius etiam ratione & causa præferenda est tanquam dignior, & excellentior: nulla enim maior nec venerabilior origo, quam regalis est, atq; ideo, & meritò maior honor debetur illi, qui honorabiliorem originem habet. talem præsertim & tantam, qualem habuit, & habet præclarissima Ecclesia. & quando ad huiusmodi prælationem nihil prodesset, ab initio nascentis Ecclesiæ sæpe dictam sacrosanctam Ecclesiam Episcopum habuisse, matrem Ecclesiarum aliæ vrbis fuisse, Cathedralemque extitisse, autoritate præclarissimi Iacobi Zebedæi, quousque vita, seu translata fuit in excelsam sancti Saluatoris Ecclesiam, Arabicis Cæsaraugusta excurbatis, vt constitutissimum est. Fuit namque consuetudo Apostolorum in ciuitatibus, vbi Verbum Dei prædicarunt, Ecclesias apud vnamquamq; condere, vt testantur Tertullianus, sanctus Cyprianus, sanctus Irenæus, quos refert Pamelius, ex Christianis nouæ ad fidem ab eis conuersis, vnum cuique Ciuitati Episcopum præficere, qui cæteros verbo Dei institueret, & alias tantæ dignitatis officia exerceret, vt apparet in B. Apostolo Paulo, qui Ephesi beatum Timotheum suum discipulum Episcopum nominauit, & Athenis beatum Dionysium, & Dertusæ in Hispania sanctum Rufum, vt affirmant grauissimi Patres, & apparet etiam ex Alia Apostolorum cap. decimo quarto, ibi, & cum constituissent eis per singulas Ecclesias presbyteros: Olim namque coalescentes Ecclesiæ primis exactis iisdem erat presbyter, quod Episcopus, secundum intra Vulgatæ, ac Diuum Thomam, & Baronium. Iacobus ergo aliorum Apostolorum vestigijs inhærens, hac in ciuitate vnum è suis ab eo ad fidem conuersis (Athanasium scilicet) huic ciuitati Episcopum præfecit, & sanctum Petrum Martyrem Braebarij in Lusitania, vt vetustissima traditio est, & antiquissima Breuiaria, Annales, Calendarij, Chronicæ Hispaniæ, Martyrologia Romana, & alij grauissimi Patres attestantur. Ex quibus satis liquet, hanc sanctam Ecclesiam ab eius initio Cathedralem dignitatem, & nomen habuisse. Quod ratione etiam comprobatur. Iacobus consecrauit Athanasium in Episcopum huius ciuitatis. ergo aliquam certam, & determinatam habuit Ecclesiam, cui tunc præficeretur, vt ratio, & nomen ipsum indicat. sunt enim hæc correlatiua Episcopus, & Ecclesia, inter quos matrimonium spirituale contrahitur; at eo tempore nulla alia, non solum in dicta ciuitate, sed etiam in tota Hispania Ecclesia reperiebatur, nec erat, vt est concors omnium sententia. ergo sequitur, & necessariò tenendum est, in ea sedem Episcopalem hic extitisse, & primam omnium totius Hispaniæ, hoc nomen, & dignitatem meruisse. Conseruasse autem eam toto tempore primitiuæ Ecclesiæ, & eius diu persecutionibus feruentibus, non est dubium, nam cum à principio ibi sunt constituta, in posterum quoque permansisse credendum est, cum ex præterita in futurum inferatur, non dolo de contrario: maxime non constito de mutatione, qua præsumi debuit, tum quia multo post Gothorum tempora circa annum sexcentesimum vigesimum constat, eandem dignitatem habuisse ex Breuiarijs tam antiquis, quàm modernis Cæsaraugustæ, & etiam sanctissimi Diui Hieronymi sic concipientibus lectionem festiuitatis sancti Braulij dictæ ciuitatem gloriosi Episcopi. Disputatione autem longa consummata, & synodo celebrata, vnusquisque ad propriam sedem est reuersus. Beatus verò Braulius dum in ciuitate Cæsaraugustana in S. Maria Maiori sua à sedem diuinitus strauit, ut

est

sse hæresis de sexta illius falsitate Mahometi. Idem quoque reperitur in quodam Missali antiquo eiusdem Diœcesis manuscripto, in officio, quod in Missa sancti Braulij celebratur, & canitur: Festa colimus Braulij culta, qui sanctæ Mariæ fuit præsul. Profatur idem Breuiario domus Regia montis Aragonum antiqua, & illustris, quod agens de eadem ciuitate sic ait: Synodo celebrata vnusquisque ad propriam sedem est reuersus, & Braulius Cæsaraugustam repetens, apud sanctam Mariam Maiorem suam sedem fixauit, sub canonicis sic fraterna dilectione subsist. Corroboratur idem quodam libro, seu tractatu de vita Diui Braulij antiquissimo, manu exarato, qui cum præcitatis Breuiarijs per eundem ferè tenorem contellatur: Beatus verò Braulius dum sermonem contellatur in Cæsaraugustana ciuitate in sancta Maria Maiori suam fidem diuinitus firmasset. Quibus assentiunt annotata monachus Gallus, & antiquissimus presbyter, fidelissimique testis, scriptorque prisci scientiarum gestarum: scripsit enim circa annum ducentesimum septuagesimum secundum, & de hac sancta Ecclesia hæc verba: Atque in Ecclesia beatæ Mariæ semper Virginis, qua est mater Ecclesiarum cuncta Vrbis. Et tandem idem affirmat Martinus Garcia canonicus Cæsaraugustanus Episcopus Bononiæ, inquisitor Generalis Regnorum Aragoniæ, Hieronymus Zurita, Hieronymus Blancas, Hieronymus Roman, Ioannes de Mariana, & alij quamplurimi grauissimi.

III. TVm quia in toto illo infausto, & miserrimo tempore, quo Cæsaraugusta sub Arabum ditione erat (quod circiter quadringentorum annorum terminum explet) dictam Religiosissimam Ecclesiam sedem fuisse Episcopalem dubio caret, adeò quod Cathedrales nuncupari nec audent, nec possunt: nulla enim Christianæ Ecclesiæ permitebatur ab infidelium, præter hanc gloriosissimam, vt nostri Historici vario in loco testantur, præsertim Prades, Gariby, Beuter, Blancas, Zurita, qui notabiliter sic enarrant: Cæsaraugustæ satis constat reliquias sacras olim, sub sacris tectis depopulatis, sanctum, & reuerendissimum templum Diuæ Mariæ Virginis dictum, quod vulgus de Pilari nuncupat, miserum illis temporibus sanctitatis, Religionis, & Concilij publici tanquam sacram aram, & perfugij portum multis fuisse, vnde & Helecta, & Seniori, ac superioribus, posterioribusque Episcopis, & Ecclesiastico cœtui sacrosancta ea ædes sedem, ac domicilium præbuit. Tum quia ab huiusmodi sacra id ædis tam diu in contellatio iudicio obtentum est: fuit enim ista tempore inter eam, & insignem sancti Saluatoris Ecclesiam, & seu ipsum Antistitem cordatè, & maturè cum deliberatione prahabita causa cognitione, partibus audacis, declaratum à Ioanne Decano canonico, & Archidiacono Hoscensis Ecclesiæ, & Vicario Generali excellentissimi Infantis Alfonsi Regis Catholici filij Archiepiscopi Cæsaraugustæ anno millesimo quingentesimo secundo, diffam Eccle-

esse hæresis de secta illius fastuosi Mahometu. Idem quoque reperitur in quodam Missali antiquo eiusdem Diœcesis manuscripto, in officio, quod in Missa festo Braulij celebratur, & canitur: Festa colens Braulij aula, qui sanctæ Mariæ fuit præsul. Prodatur idem Breuiario domus Regiæ montis Aragonum antiqua, & illustris, quod agens de eadem ciuitate sic ait: Synodo celebrata vnusquisque ad propriam sedem est reuersus, & Braulius Cæsaraugustam repetens, apud sanctam Mariam Maiorem suam sedem fixuus, sub canonicis sic fraterna dilectione habuit. Corroboratur idem quodam libro, seu tractatu de vita Diui Braulij antiquissimo, manu exarato, qui cum prædictis Breuiarijs per omnem ferè ferumeum contexitur: Beatus verò Braulius dum in Cæsaraugustana ciuitate in sancta Maria Maiori suam sedem diuinitus fixuesset. Quibus assentitur Antonius monachus Gallus, & antiquissimus, prebyter, fidelissimusque testis, scriptorque prisci veteris rerum gestarum: scripsit enim circa annum ducentesimum septuagesimum secundum, & de huiusmodi Ecclesia hæc verba: Atque in Ecclesia beatæ Mariæ semper Virginis, quæ est mater Ecclesiarum ciuitatis Vrbis. Et tandem idem affirmat Martinus Garsia canonicus Cæsaraugustanus Episcopum Bertinoræ, Inquisitor Generalis Regnorum Aragoniæ, Hieronymus Zurita, Hieronymus Blancas, Hieronymus Ixuar, Ioannes de Marieta, & alij quamplurimi grauissimi viri.

III. TVm quia in tota illo infælici, & miserrimo tempore, quo Cæsaraugusta sub Arabum ditione extitit (quod circiter quadringentorum annorum terminum explet) dictam Religiosissimam Ecclesiam sedem fuisse Episcopalem dubia esset, adeò quod Cathedrales ruficiari nec audent, nec possunt: nulla enim Christianis Ecclesia permittebatur ab infidelibus, præter hanc gloriosissimam, vt nostri Historici varijs in locis testantur, præsertim Prades, Gurbay, Beuter, Blancas, Zurita, qui notabiliter sic exclamat: Cæsaraugustæ fatis constat reliquias sanctorum, siue sacris tectis depopulatis, sanctum, & religiosissimum templum Diuæ Mariæ Virgini dictum, quod vulgus de Pilari nuncupat, miseris illis temporibus sanctitatis, Religionis, & Consilij publici tanquam sacram aram, & perfugij portum nostris fuisse, vnde & Helece, & Senioti, ac sæpenumero, pulsi tributique Episcopi, & Ecclesiastico cetus sacrosancta ea ædes sedem, ac domicilium præbuit. Tum quia ab huiusmodi sacra id ædes tam diu in contradictorio iudicio obtentum est: fuit enim lite vertente inter eam, & insignem sancti Saluatoris Ecclesiam, & seu ipsum Antistitem cordate, & maxima cum deliberatione prahabita causæ cognitione, partibus auditis, declaratum à Ioanne Forter canonico, & Archidiacono Hoscensis Ecclesiæ, & Vicario Generali excellentissimi Infantis Alfonsi Regis Catholici filij Archiepiscopi Cæsaraugustæ anno millesimo quingentesimo secundo, dictam Ecclesiam fuisse à primordijs Christianitatis Cathedralem vsque ad translationem, seu vnionem desuper dictam, hu verbu: Conflat etiam, quod dicta Ecclesia, in qua gloriosa Dei Genitrix Virgo dum in humanis ageret, beato Iacobo Apostolo mirabiliter super pilare marmoreum Angelicis manibus deportatum apparere dignata est, in quo primaria sedes Cæsaraugustana per multa annorum curricula collocata fuit, beato Braulio, & alijs multis dignissimis Episcopis successiuè præsidentibus. Et licet postea dicta sedes Cathedralis translata fuerit, nihilominus tamen multa insignia, & prærogatiuæ Cathedralis Ecclesiæ penes eam remanserunt, & quasi vna Ecclesia cum Maiori Cæsaraugustana reputatur in prærogatiuis prædictis. Qua sententia ab eodem Archiepiscopo fuit postea approbata, & ratificata, necnon & à dictis partibus laudata. Tantorum ergo virorum decreta certam faciunt determinationem nostram, scilicet sæpedictam Ecclesiam ab initio nascentis Ecclesiæ Episcopos habuisse, Cathedralemque extitisse. & consequenter constat, ipsam præponi, & anteferri debere, ex quo prius meruit dignitatem, & huius sedis adoptione longe posteriores, & inferiores illa sint, & appareant prædicta Ecclesia Cathedrales: adeò quod de ea illud Poëta dicere verè possumus.

Fortia facta Patrum series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiqua ab origine Gentis.

IV. ET quando in hoc articulo curandum non esset de cultu Dei, Religioneque ibi tandiu mirabiliter præfulgenti, de rebus in ea mirifice gestis, de innumeris & assiduis miraculis ibi quotidie fulgentibus, de pura, sinceraque fide ab exordio Christianitatis vsque nunc, absque ruga, & macula apud eam inuiolabiliter pro Dei benignitate seruata, ita vt porta Inferi, Hæreticorum calliditas, Ethnicorum impietas, Saracenorum iniquitas aduersus eam prævalere minimè potuerint, nec in medio ignis fuit vnquam æstuata, sed potius ipsa contriuit eorum capita, & fuit nostri (vt diximus) sacra ara, eosque tanta constantia, & stabilitate munuit, quod nulla vnquam Tyrannorum sæuitia, nulla persecutionum immanitas, nulla rei familiaris, nulla patriæ honoris iactura, nulla Hæreticorum fraudes, nulla denique sanguinis effusio clarissimum fidei lumen in eis semel incensum extinguere potuerint, vt adimpleretur, quod sacratissima Dei Genitrix promiserat Diuo Iacobo, quando ad ripam Thetis, vbi stat dicta Ecclesia, eidem corporaliter videndam, & eius discipulis sese obtulit, eamque construi præcepit: Pilare istud erit in loco isto, vsque in finem mundi, & Christum colentes nunquam ex hac Vrbe deficient. Quare iure meruit principatum dictam prælationem primum, honorabiliorem q; locum inter dictas Ecclesias vbiq; obtinere, tum quia debetur illi, quæ rerum gestarum gloria, religione, cultuq; Dei præcæteris fulget. Si enim ex sola religione Cicero Rempublicam Romanam cæteris omnibus antepouebat dicens: Etsi fortè conferre volumus nostra cum exteris, cæteris

rebus aut pares, aut etiam superiores reperiemur, religione, id est cultu Deorum multò superiores, quanto maiori cum ratione præferenda est huiusmodi illustrissima Ecclesia, quæ eodem cultu, ac dignitate originis, excellentia senectutis, decoreque rerum gestarum omnes prædictas Ecclesias procul à se relinquit? tum quia talibus huiusmodi priuilegium propter vitæ discrimen conceditur, in quo propter salutem Reipublicæ se constituerunt: tum quia inde amplissimos, & maximos honores eius Fani Antistitibus semper habitos, & vetustis tabulis, & memoria superiorum temporum pro certo cum Zurita, & alijs affirmare possumus. Tum demum quia si ex omnibus prædictis in aliquibus præcedere merunt dictam Metropolitanam Ecclesiam, quæ prædictas omnes antecedit, quanto maiori cum ratione poterit ipsa eadem præcedere? & quando tandem non esset attendenda exemptio, qua subest tantum, & immediatè Christi Vicario, summoque totius Ecclesiæ Pontifici Maximo. Nec Ciuitas vbi adest, qua est Metropolis, & insigne omnium Ciuitatum Regni, ac eiusdem, & celsitudinis corona Serenissimorum Aragoniæ Regum caput, omniumque ciuitatum (teste Diuo Isidoro) ciuitatum Hispaniæ in multis clarior, quibus ex causis debuit, & debet etiam huiusmodi prælationem habere: cum quando quis sublimiori, & digniori immediatè subest, ac in excellentiori loco existit, tanto dignior, & honorabilior sit.

V. Sed in hoc iudicio tandem attendenda esset insistentia, statusque rei apprehensa, ut siumque apprehensorum tempore apprehensionis, & qua ex dictis Ecclesijs melius quasi possessionem iurium apprehensorum probauerit, adhuc debuit, & debet obtinere huiusmodi sacra Ecclesia, qua multò melius dictam insistentiam, possessionemque probauit, tum testibus, tum Chronicis, siue tractatibus, de modo, & ordine celebrandi Curiam: Tum demum alijs instrumentis, documentis, monumentisque antiquis, quibus potius lux veritatis ex omnibus prædictis, & alijs assistit: consuetudo namque in materia præcedentiæ præualet, vt per Innocentium, & alios probat Franc. Marzarius consil. 25. Non enim obstat, in Comitijs Tirassonæ celebratis anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, prædictas Ecclesias Cathedrales prælationem habuisse: quia constat fuisse ex consensu partium, iureque dicti consessus, & familiaritatis, & non animo, nec titulo acquirendi possessionem, quibus stantibus, nullam iuris, nec facti acquirere potuerunt, ex traditis à Mandosio in Reg. 33. de annalibus quæst. vndecima num. quarto. Oldrad. consil. 241. Dec. consil. 116. Aym. Crau. consil. 27. num. septimo. Portol. de consort. cap. trigesimo octauo numero tertio. Tum quia ante dictum consessum in exordio dictarum Curiarum Cathedralem ibi existentem præcessit ipsa. Nec refragatur, dictam prælationem habuisse in solio propositionis, non verò in brachio, seu stamento, & quod possessio non recipit, extensionem. quoniam quasi possessionem actus inducit quasi possessionem quasi alium actum sub eadem specie comprehensum, vt prædictum. ex quo eodem ordine, quo stant in solio, sedent in brachio, seu stamento. Tum quia in corpi Montissoni habitu an. 1585. in stamento quoque, siue brachio præsedit dictas Ecclesias, & quando de huiusmodi quasi possessione nulla habenda fuit ratio ex simili consensu apud eas facto, habenda est tamen ex fractione dicti consensus à Syndico Hoscensi facta. tentauit enim prius votum suum præstare, quam Syndicus dictæ Ecclesiæ, & ideo potuit (vt fecit) reclamare illi, & ante eum votum suum proferre. quare dum illud fecit contra dicti Syndici expressam voluntatem, visus fuit interuertere possessionem dicti consessus, & aliam de nouo acquirere. saltuamque interuertens verè possidere dicitur. Nec possessionem amisit, immo potius efficaciter retinuit, in conuocatione omnium generalium Statuum regni anno millesimo sexcentesimo primo, Cæsaraugustæ facta. nam cum hora & die signatis, Syndici dictarum Cathedralium Ecclesiarum conuenissent in aulam regiam destinatam, ad eam conuocationem inuentum iam ibi Syndicum dictæ Ecclesiæ, quem videre cedat, & sedentem pacificè in loco sublimiori, eumque manere in sua pacifica possessione molestasse, nec perturbasse, sed tamen sua intentione frustratum tes, & requisitionem (vt credendum est) suscipiantes, quibusdam protestationibus contenti, egressi fuerunt ab aula, quæ contrariam quasi possessionem, quando eam habuerunt, amisisse dictas Ecclesias, eamque Ecclesiam de Tarbi acquisiuisse, constitutissimum est. nam ex his retinetur possessionem loco semel adeptam, licet ab altero postea corporaliter occupetur: tamen si recursus in locum repellatur ab eo, qui corporaliter possidet, vt non admittatur, & suspicetur posse repelli, eiulem quam antea reimebat, dubio procul amittit. Et cum omnibus, & per omnia ad normam, & similitudinem Curiarum Regni in domibus disputationis dictæ generalis conuocatio habita fuerit præparandarum Curiarum causa, idem de ipsa iudicandum est, quod de ipsis Curijs, ex quo præparatio ad actum idem operatur, quod ipse actus. Nec obstat non apparere eos ingressi fuerunt, Syndicos dictarum Ecclesiarum fuisse quia immo constat per testem ex ipsarum parte productum, qui contra eas probat maximè, cum aduersaque parte fuerit approbatus. Nec Regestra Curiarum possessionem aliquam ex parte cathedralium præbant, tum quia ex ipsismet apparet, multoties indictis Curijs, & sessionibus dictam Ecclesiam cathedralem præcessisse. Tum quia vltimus status, & nouissima possessio est, quæ in hoc possessorio summarissimo attenditur, non verò antiqua, & multò minus illa, quæ sæpius fuit, & est interuersa, & in multis casibus habita aliarum qualitatum causa, quàm dictarum Ecclesiarum, quibus supradictam Ecclesiam præmittere potuerunt. Nec relenat possessionem habitam respectu standi, & sedendi in præexcellentiori loco non extendi, nec trahi posse ad sessionem prælationem: quia ex quo dicta Ecclesia habuit

& habet locum in omnibus, habet ea, quæ sunt loci: eum locis delegat locatum, & eius officium, atque ubique locum tradit. probatur, acquiritur quasi possessio vacuis, & merè prælationem loci. nec obstat, quod de iure debeat Ecclesia cathedralis præsidere ordinariè maximè regularem, conuentualem, cum præsens causa per possessionem, non attendatur per titulum attendenda foret, cum præsertim titulum habeat (vt visum est) sæpe dicta Ecclesia dictum habitat (vt visum est) sæpe dicta Ecclesia dictum habitat (vt visum est) sæpe dicta Ecclesia dictum habit

& habet locum in comitys, habet ea, quæ sunt loci; nam locus designat locatum, & eius officium, atque ideo per locum traditur, probatur, acquiritur quasi possessio votandi, & iuxta prælationem loci. nec obstat, quod de iure debent Ecclesiæ cathedrales præsidere collegiatam maximè regularem, communiunquæ, cum præsens causa per possessionem, non autem per titulum decidenda veniat. Sed quid? quando per titulum mutanda foret, cum potiorem titulum habeat (vt visum est) sæpe dicta Ecclesia de hoc vincere, & non vincet: coruscat enim radijs propriæ dignitatis, vltra quod semper quoad dictam prælationem pro cathedrali habita est, vt ex omnibus præsidijs, regestrisque curiarum resultat, & potuit etiam iura, præeminentiasque cathedralis acquirere, præscribereque, insuper dignitas canonicorum regularium magna est, quoniam illorum congregatio Episcopali, & Archiepiscopali dignitate fulget: atque ideo Cæsaraugustana Ecclesia non minus præsidit dicto cathedrali, cum fuit regularis, quàm nunc, postquam effecta est secularis. Neque sæpe dictam verissimam tot seculis stabilitam traditionem infringunt fundamenta, quibus ea, impossibilitando aduentum beati Iacobi in Hispaniam, potuit temerarie, quam nec infugere nonnulli nituntur, vt tanto titulo de medio sublato, non dicta Ecclesia, sed sæpe dicta obtineant. Tum quia vt egregiè docent gratissimi nostræ ætatis Patres, eisdem fundamentis innitentia alia multa, & ferè omnes traditiones Ecclesiæ, quod nimis durum, & hæresi proximum esset. Tum quia traditiones à Patribus institutæ non sunt infringendæ, sed potius ab omnibus pro legibus tenendæ, at venerandarum traditionum approbatæ non minorem non habent, quàm scriptæ leges, vnde admonet sacra Scriptura: Non te prætereat narratio Seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quare & auctor Ecclesiasticus interrogat generationem præsentem. Qua ratione Theologi Sacri egregiè expendunt de traditionibus Ecclesiasticis, quæ scripto non consistunt, contra hæreticos eas tanquam nouitatis sectatores reijciunt. Tum quia nunc fama rerum inconcussa stat, dum est, obscuram derogat vetustati fidem. Tum quia aduentum Dni Iacobi in Hispaniam testantur plusquam octogenta magnæ autoritatis viri, & inter eos septem ex grauissimis Ecclesiæ, sanctisque Doctoribus.

Primus D. Hieronymus in illis verbis: Dederitque eis sortes, atque diuiserit, vt alius ad Indos, alius ad Hispaniam, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret, vt nusquam gens in Euangelij fuit, atque prouincia requiesceret, quàm expresse id firmat, dum apud nos Hispanos ex Apostolis tantum requieuit Iacobus.

Secundus S. Athanasius Patriarcha Antiochenus, qui floruit circa annum Domini 360. dicens, in hac die multiplicibus martyrijs affectus est S. Iacobus Apostolus frater Ioannis filij Zebedæi, postquam abijt in Occidentem.

Tertius S. Isidorus per hæc verba: Iacobus filius Zebedæi frater Ioannis, quartus in ordine xij. tribubus, atque Hispaniæ, & Occidentalium locorum populis Euangelium prædicauit.

Quartus venerabilis, sanctusque Beda, qui sic ait, Apostoli Christi prædicatione fidei, & Doctores gentium certa loca in mundo ad prædicandum sortes proprias acceperunt. Petrus namque Romam accepit, Andreas Antiochiam, Iacobus Hispaniam, Thomas Indiam, Ioannes Asiam, Matthæus Macedoniam, Philippus Galliam, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Matthias Iudæam, Iacobus frater Domini Ierosolymam, Paulorum cæteri Apostoli nulla sors propria tradit.

Quintus S. Braulius Cæsaraugustæ dignissimus Episcopus in abbreuiatione vitæ sanctis Isidori.

Sextus S. Vincentius in sermone de S. Iacobo.

Septimus S. Antoninus gloriosissimus Florentiæ Archiepiscopus, tum quia eiusdem etiam traditiones, & historiæ testem omni exceptione maiorem Pontificem Summum Calistum III. habemus, in quadam Bulla sic dicentem. Cum itaque sicut accepimus, Ecclesia monasterij per Priorem solita gubernari eiusdem beatæ Mariæ de Pilari &c. in qua dicta beata Maria antequam ad cælos assumeretur, cum Iesu Christo Iacobo Maiori in columna marmorea apparuit, & ob hoc ipsa Ecclesia nomen beatæ Mariæ de Pilari assumpsit, ac inibi quamplurima, & infinita miracula diuina prouisione dictæ sint: in eam Christi fideles magna deuotione, & veneratione imaginem eiusdem beatæ Mariæ, & eius filij in quadam capella eiusdem Ecclesiæ, quæ de mandato dictæ beatæ Mariæ per dictum beatum Iacobum fabricata, & Camera angelica Dei Genitricis de Pilari nuncupata & appellata extitit, colunt, & venerantur, & cum maxima deuotione visitare non cessant. Quibus verbis non solùm aduentum in Hispaniam S. Iacobi, & miraculosam huius Ecclesiæ fundationem, sed in eius comprobationem traditionis efficacissimum refert testimonium per illa verba: Sicut accepimus, quæ etiam non posse opponi de subreptione impediunt, cum non referantur ad partem, vt dicitur, de clausula assertitur.

VI. Nec huius veritatis inscij, aut dubij fuerunt Serenissimi Reges Aragonum, vt constat ex priuilegijs Regum Ioannis II. & Ferdinandi II. qui per eadem verba ideas egregiè affirmarunt. Nec etiam inclyti Reges Castellæ, vt constat ex priuilegio Regis Ramiri I. in quo apparitio sancti Iacobi eidem Regi facta, recensetur. Quis ergo tantæ superbiæ fastigio tumidus erit, vt tot Ecclesiarum, Sanctorum Pontificum, Regum, & Principum testimonium contemnere audeat? tum quia tota Hispania, & omnes illius Ecclesiæ idem Breuiarijs antiquissimis, & nouissimis prositentur, vt ex ipsis apparet (& testatur Cardinalis Baronius, Venerabilis Pater Petrus de Ribadeneyra, diligentissimus Mariana, multi alij eminentissimi viri) & summi gaudij sui causam in die solemni sancti Iacobi hi propalarunt verbis: Adest nobis valde lætabundus dies præexcellentissimi Apostoli Iacobi, per cuius salutiferam prædicationem totius plebis Hispaniæ suum cœpit agnoscere Redemptorem. Eo quod maio-

rum autoritatem, & fides est hac concertatio sine consensu in libro Ecclesiasticis, in quibus ratio precum, & ritus continentur. Breuiaria vulgariter dicta, quo plures non homines priuati, sed conuentus integrum vnanu sententiam constituerunt: optimum enim est iudicium, quod plurimorum vocibus confirmatur. Tum quia predicta Ecclesia Cathedrales eiusdem etiam voti, & sententiæ sunt, & fuerunt, vt apparet ex ipsarum Breuiarijs, quarum nunc dum contrarium, litu causa, asserere nituntur, audiendæ minimè sunt: nemo enim iniquum iudicatur, vt quod sua voce dilucidè protestati fuerunt, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio refistere. Tum quia non solùm ab Ecclesijs Hispaniæ huiusmodi traditio recepta est, sed etiam ab Ecclesia insigni Mediolani, vt constat ex Breuiarijs illius Archiepiscopatus iuxta institutionem sancti Ambrosij illius Ciuitatis Archiepiscopi, anno millesimo quingentesimo trigesimo nono, editis, quorum verba huiusmodi sunt: Iacobus Maior Apostolus Domini, frater Ioannis Euangelistæ, filius Zebedæi dum vniuersam prædicando peragrasset Hispaniam.

Et non mirum, quandoquidem eandem traditionem vniuersalis Ecclesia totius Orbis Terrarum admisit, tam ante reformationem sacri Concilij Tridentini, vt ex Breuiarijs Romanis illius temporis constat sic loquentibus: Hispaniam adijsse, & ibi Euangelium prædicasse autor est Isidorus: quam post dictam reformationem, vti apparet per Breuiaria autoritate sanctissimi Patris Pij V. facta in hac verba. Mox peragrata Hispania, ibique prædicato Euangelio, rediit Ierosolymam. Ridiculum igitur est, & satis abominabile dictum, vt temporibus nostris vel falsò insimulari S. Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitùs à Patribus suscepimus, pro libito erantium infringi patiamur. Tum tandem quia adeò certa, irrefragabili, indubitataque traditione receptum est, D. Iacobum in Hispaniam aduentasse, dictamque insignem Ecclesiam fundasse, quòd apud nos Celtiberos non habeatur vt Catholicum, qui dubitet, sicuti testantur Magister egregius Isela in libro Regulæ Ordinis S. Iacobi, & Religiosus doctissimus Martinus del Rio. de dicto ergo aduentu S. Iacobi in Hispaniam, eiusque Prædicatione Euangelica in ea dubitare iam apud Hispanos præsertim, fas non est, permaximè postquam à sanctissimo Domino Clemente octauo, tam in Breuiario Romano sua peculiari autoritate edito, quam in Breuiario fratrum Prædicatorum propria etiam sua autoritate confirmato, diffinitum est, esse conflantem traditionem omnium Ecclesiarum Hispaniæ, prater vetera monumenta, quæ ipsam testificantur sanctum Apostolum Hispaniam adisse, ibique Euangelium prædicasse. Eo namque ipso, quod Pontifex Summus hoc inter traditiones constantes non vnius, aut duarum Ecclesiarum, sed omnium Hispaniæ admisit, non minus certum, & indubitatum est, quam si manifestissimis monumentis esset firmatum. Et quidem traditio hæc meritò vocatur à Pontifice Maximo constans: non enim vago, aut nutuanti verbo nititur, sed demonstratione earum Ecclesiarum, quæ fundatæ in Hispania fuerunt occasione aduentus huius sancti Apostoli, vt exemplum est Ecclesiæ Bracharensis, quæ primum habuit Antistitem sanctum Petrum Martyrem, quam refert Martyrologium Romanum 26. Aprilis, & Card. Baronius scriptores vitæ huius Sancti recensent, quos qui legat videbit, eos asserentes id, quod in eadem Ecclesia, & aliis Portugalliæ Prouincie Ecclesijs solemniter traditum S. Petrum Martyrem ab Apostolo Iacobo Hispaniam peragrante, ordinatum fuisse primum illius Prouinciæ Episcopum. & idcirco Bracharensis Ecclesia semper sua primatu contendit, de quo quanta maiorum ratione præsit hac nostra Casaraugustana gloriosissima, exemplum prædictum satis liquet. Nec obstat quod dicunt S. Iacobum martyrio fuisse coronatum Iustum post Christi Domini Ascensionem, ideoque non potuisse hoc esse tempus peragrandi Hispaniam: nam id sanctissimum esse comprobat illustrissimus Baronius ex eo, quod colligitur ex sacro Actuum Apostolorum libro S. Iacobum decollatum fuisse ab Herode anno 44. Nativitate Christi numerando, quod similiter tradit, & comprobat Archiepiscopus Gilbertus Genebrardus in sua Chronologia: & ideo decem annis ad minus post aduentum Spiritus sancti, tempus sanctis Apostolis necessarium non solum ad Hispaniam, sed ad totum fere orbem peragrandum abeo præsertim viro, qui tam sit a Christo Beatorges, id est filius tonitrui præco admirandum, & velocem cursum sua prædicatione.

Nec obstat, quod proponitur, Apostolos antequam sancti Iacobi non fuisse egressos Ierosolyma, sine Iudæa, neque ante eundem mortem prædicasse Euangelium Gentibus, falsum enim est, Apostoles non fuisse ante decessum sancti Iacobi egressos ex Iudæa: nam in primo Cardinalis Baronij annotationibus ad Martyrologium die vigesima quinta Iulij, postquam testimonio Dini Isidori ab Ecclesia Toletana recepto, confirmauit Diui Iacobi aduentum in Hispaniam, manifestè concedit in ea dissertatione discipulorum Christi, qua facta fuit Ierosolymis statim post mortem gloriosissimam Protomartyris Stephani, qua fuit paulo post aduentum Spiritus sancti, aliquos Apostolos ex Iudæa egressos segregari gentium ad fidem, & elegantes explicat ibi lucæ Scripturæ sanctæ, quæ oppositum dicere videntur: quam doctrinam itaque approbat tomo primo annalium anno quadragesimo quarto, deinde expressè D. Paulus in Epist. ad Galatas capite primo narrat, se statim atque fuit à Christo de cœlo descendente vocatus (multo certe anno antequam Diui Iacobi) non, inquit, venit Ierosolymam, ibat in Arabiam, & ibidem docet, se antequam Ierosolymam veniret, varias Regiones peragrasse, & in eodem loco narrat Theophilactus Episcopus, tunc Apostolum Paulum ad rudiores Gentes, & luca minus exculta se contulisse. Gilbertus etiam Genebrardus in Chronologia dicit, quod Barnabas prædicauit fidem Christi Romæ, vnde ad hæc Tyberio, ex sententia Dini Clementis, & Dositheo Certum est autem Tyberium mortuum fuisse anno ante illum Iacobum mortuum fuisse. Insuper inest dubium grauæ apud Sacros Theologos de tempore, quo Apostoli

imperunt prædicare Euangelium Gentibus, & quando Gentiles fuerint absoluti, & omnino admissi ad Ecclesiæ, conflat tamen ex omnium sententia, nullatenus Apostolos ante aduentus Spiritus sancti dubitasse, omnibus Iudæis vbique esse, prædicandum fuisse Euangelium: certum est enim tunc Iudæos dispersos fuisse per vniuersam terrarum orbem: nam ipsos varia bellorum agitationes multis ante Christi aduentum, Assyriorum, Babyloniorum, Persarum, & Macedonum Regibus orte, alios alijs expulerant, vt veterum monumenta abundè prodiderunt, sanque litera sacra indicant, in quibus Iudæi per orbem agentes vocabantur dispersi. ijs igitur prædicandum fore Euangelium, statim (vt diximus) ab initio agnouit sanctos Apostolos non minus quam illic, qui in Iudæa agebant, ad quos & epistolas scribebant euangelicæ fidei gratia, sicuti & scripsit Diuus Petrus Iudæis epistolam canonicam fratribus electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithiniæ. Nunquam est contra traditionem constantem omnium totius Ecclesiarum Hispaniæ à sanctissimo Breuiarium Ecclesiarum Hispaniæ à sanctissimo Patre Pio V. correctum expresse firmatum, asserentem Diuum Iacobum in Hispania prædicasse Euangelium, id quod dicitur antea tantum nondum prædicari cœptum fuisse Euangelium Gentibus, ex quo iure potuit Diuus Iacobus prædicare Euangelium Iudæis in Hispania degentibus, non actiue itaque se babuisse sanctum Apostolum, sicuti se habuerunt illi discipuli, qui multo ante suæ mortem abierunt ad regiones Gentium, de quibus dicitur in libro Actuum Apostolorum cap. vndecimo, quod certum stabant sanè inter Gentiles, nemini loquentes verbum, præterquam soli Iudæis. Sed quid? non solum ijs, quicumque erant Iudæi statim in principio annunciatum Apostoli Euangelium, sed & innumeris gentibus, quæ tamen facta erant Proselyti, quorum maxima multitudo ab illo tempore etiam in ipso sanctissimo die Pentecostes ejus sacrum Euangelium, vt ex Bedæ annotatore Claudio Gauhaudon in primam canonicam Petri Apostoli, & talem censent multi Theologi fuisse illum Ennodium Reginæ Candacis, cui Euangelium prædicauit sanctus Philippus, vt dicitur in libro Actuum Apostolorum cap. octauo. & doctissimè docet Nicolaus Sanderus. Præterea textus historiæ erectionis tantæ Ecclesiæ, cuius sententiam Patres nostri annuntiarunt in Chronico Regni Aragonum, in antiquissimo Barchinonensi Archivo, necnon & in Beatissimi Gregorij Papa moralium libris nouissimè, omnem tollit dubitationem, asserens Diuum Iacobum profectum in Hispaniam, non sequentem communem sententiam Apostolorum, sed reuelationem diuinam, quam contulit cum beatissima Virgine, qua oriundi à Ruperto Abbate vocatur Apostolorum magistra cœlestis. Ergo reuelatione actus Diuus Iacobus ad prædicandum Euangelium in Hispaniam se contulit: quoniam Deus ipse, qui præscibat futuram mortem eiusdem Apostoli, antequam Apostoli per orbem dispergerentur, eundem peculiaris inspiratione adegit, vt sicut morte sua præstaturus erat reliquos Apostolos, etiam præiret, & anteiret eius prædicatio ad Gentes. Tum vt adimpleretur prophetia Regis Dauid: In fines orbis terræ verba eorum: psalm. decimo octauo, necnon &

illa: S
pls tu
simo
pio A
Roma
quan
niam
dicat
finem
(quo
Iacob
prima
T
quere
vnius
uinc
culem
manu
delata
merit
que en
derari
Hispa
posit;
& cer
consec
& qu
rum
mari
mas p
rum.
vt eò
rent.
uinci
mam,
limis
gelij Iu
M
flum p
semel
quod
eliomem
pus co
immun
serari
tione co
esset, cer
trum
mortem
martyri
sabieri
nio tem
peragra
tam om
sententi
rissimile
net vos

inperunt praedicare Euangelium Gentibus, & quando Gentiles fuerūt absoluti, & omnino admissi ad Ecclesiā, constans tamen est omnium sententia, nullatenus Apostolos à die aduentus Spiritus sancti dubitasse, omnibus locis vbique essent, praedicandum fuisse Euangelium: certum est enim tunc Iudaeos dispersos fuisse per vniuersum terrarum orbem: nam ipsos varia bellorum agitationes multò ante Christi aduentum, Assyriorum, Babyloniorum, Persarum, & Macedonum Regibus ortæ, alios ubi expulerunt, vt veterum monumenta abundè prodiderunt, satisque litera sacra indicant, in quibus Iudei per orbem gentes vocabantur dispersi. ijs igitur praedicandum fore Euangelium, statim (vt diximus) ab initio cognouisse sanctos apostolos non minus quam illis, qui in Iudea agebant, ad quos & epistolas scribebant euangelizandi fidei gratia, sicuti & scripsit Diuus Petrus suam epistolam canonicam fratribus electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithiniæ. Non ergo est contra traditionem constantem omnium ferè aliarum Ecclesiarum Hispaniæ à Sanctissimo Clemente expressè firmatam, asserentem Diuum Iacobum in Hispania praedicasse Euangelium, id quod dicitur ante eius mortem nondum praedicari cœptum fuisse Euangelium Gentibus, ex quo iure potuit Diuus Iacobus, vt praedicaret Euangelium Iudæis in Hispania degentibus, tam adire, itaque se habuisse sanctum Apostolum, sicuti se habuerunt illi discipuli, qui multò ante eius mortem abierunt ad regiones Gentium, de quibus dicitur in dicto libro Actuum Apostolorum cap. vndecimo, quod pertransibant sanè inter Gentiles, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Sed quid? non solis ijs, qui natura erant Iudei statim in principio annunciauit Apostoli Euangelium, sed & innumeris gentibus, quæ tamen facta erant Proselyti, quorum maxima multitudo ab initio etiam in ipso sanctissimo die Pentecostes festum Euangelium, vt ex Beda annotauit Claudius Guilhaudus in primam canonicam Petri Apostoli, & talem censent multi Theologi fuisse illum Euangelium Reginæ Candacis, cui Euangelium praedicauit sanctus Philippus, vt dicitur in libro Actuum Apostolorum cap. octauo, & doctissimè docet Nicolaus Sanderus. Praeterea textus historiæ erectionis tantæ Ecclesiæ, cuius sententiam Patres nostri annuntiarunt in Chronicis Regni Aragonum, in antiquissimo Barchinonensi Archivio, necnon & in Beatissimi Gregorij Papæ moralium libro nouenario omnem tollit dubitationem, asserens Diuum Iacobum profectum in Hispaniam, non sequentem communem sententiam Apostolorum, sed reuelationem diuinam, quam contulit cum beatissima Virgine, qua optimè à Ruperto Abbate vocatur Apostolorum magistra cœlestis. Ergo reuelatione actus Diuus Iacobus ad praedicandum Euangelium in Hispaniam se contulit: quamam Deus ipse, qui præscibat futuram mortem eiusdem Apostoli, antequam Apostoli per orbem dispergerentur, eiusdem peculiari inspiratione adegit, vt sicut mortem sua præcessurus erat reliquos Apostolos, etiam præcederet, & anteiret eius praedicatio ad Gentes. Tum vt adimpleretur prophetia Regis Dauid: In fines orbis terræ verba eorum (psalm. decimo octauo, necnon & illa: Suscipimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui. sic & laus tua in fines terræ. Psalmo quadragesimo septimo, quæ cum iam adimpletæ fuissent in principio Apostolatus Diui Pauli (vt ipse testatur scribens ad Roman. cap. vndecimo) adimpleri aliter non potuerunt, quam aduentu, & praedicatione sancti Iacobi in Hispaniam, quæ per Occidentem tunc erat orbis terraque, & nunc papatur finis. Atque ideo eodem aduentu, & praedicatione declaratur quidam locus Prophetæ Abdiæ ad finem in verbo: Et erit Domino Regnum, in Hispania (quod vt dicit Rabbinus Salomon) fuit impletum per Iacobum Apostolum, & eius discipulos sibi fidem Christi primitus praedicantes, & colla gentium subiugantes.

Tum ne tantus Apostolus absque Prouincia relinqueretur, & ea careret gloria, qua cæteri Apostoli: nam vnusquisque pro magno honore habet peculiarem prouinciam in qua Euangelium praedicauit, ex quibus luculenter constat, firmissimam traditionem quasi per manus à maioribus perpetuo temporum decursu ad nos delatam, cum nulla probabili ratione conuelli possit, meritò à nobis retinendam, & conseruandam esse. Neque enim impedimentum aliquod, aut difficultas considerari posse videtur, quibus dicti Beatissimi Apostoli in Hispanias aduentus, vel refelli, vel in dubium vocari possit: quin potius non solum possibilis, & verisimilis, sed & certus, & constans multis rerum argumentis supra confectis, conuincitur: nec enim ex huius prouinciæ situ, & qualitate, nec ex temporis angustia, nec ex aliis rerum difficultatibus hic aduentus inuerisimilis existimari potest. nam cum ad omnes Orbis, etiam remotissimas partes, nec ita claras, nec celebres, & multis terrarum marijs, spatijs seiunctas profecti fuerint Apostoli, vt eò sacri Euangelij splendidissimam lucem circunferrent. quis inuerisimile putet, ad hanc Hispaniarum Prouinciam tototerrarum orbe celeberrimam, & clarissimam, & perpetua fama peruagatam, nec ita à Ierosolimis marino præsertim tractu distantem, idem Euangelij lumen non pertulisse?

VIII Minus etiam obest temporis breuitas, & angustia, cum integro, vt minimum decennio post Christum passum dictus Apostolus in viuis egerit, non tantum semel eam legationem obire potuisse, in comperto est, quod si refractarius quispiam eius ab Ierosolymis professionem existimet non verisimilem fuisse, vsque ad tempus confectis à beato Petro Apostolo limites animalibus immundis pleni, quo signo Ecclesiæ ostium Gentibus reseratum Apostoli cognouerunt, id quidem licèt certa ratione comprobari non possit, tamen quantuncunque ita esset, certè cum ea apparitio iuxta frequentiorem Patrum sententiam septimo anno post Christi Domini mortem contigerit, & iuxta eosdem Diuus Iacobus martyrium (vt dictum est) anno, vt minimum decimo subierit, plusquam expeditum est, toto ad minus triennio remanente, iter illud conficere potuisse, & Prouincia peragrata ad propria rediisse. quibus ex causis veri tamen omnes amplius oportet, vsque adeo constabilitam sententiam, non dicam ad impossibile, sed nec ad inuerisimile deducere conari: in qua intrepidè asserenda tenet nos consensio populorum atque gentium, tenet au-

torum intercalm incubata, penuttita, charitate aucta, vetustate firmata, cultuque & obsequio in sacratissimam Virginem roborata, tenet tandem ab ipso Iacobo tutelari totius Prouincia Dino, & Vati huius fundatore vsque ad præsens tempus Catholicorum in eo perpetua successio, & inter tot persecutionum turbines, & procellas, tot & tanta supplicia, totque martyrum, & martyrierum myriades, purissimè, & inviolatè in Christum fidei continua perduratio, quam & vsque in finem seculi tantorum pastorum beneficio duraturam percredimus, & existimamus.

Neque obstant verba Innocentij Primi in cap. Quia nescias, vndecima distinctione. Præsertim cum sit manifestum in omni Italia, Gallia, Hispaniis, Africam atq; Sicilium, insulasque interiacentes nullum instituisse Ecclesiam, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt Sacerdotes. aut legant, si in ipsa Prouincijs aliter Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia inuenire non possunt, apertè eos sequi, quod Romana Ecclesia custodit. Tum quia quod in hac parte profitemur, legitur, habeturque in sæpe dicta historia, in Breuiarijs, libro q; Ecclesiastico antiquissimo, & sequimur (vt visum est) quod Romana Ecclesia custodit. Tum quia verba quantumuis generalia sint, accipienda sunt secundum iuris intellectum: quare supradicta non ita intelligenda sunt indistinctè, scilicet nullum Apostolum præter Petrum in eas Prouincias peruenisse, & in eis Ecclesias ædificasse: sequerentur enim grauissima absurda, inter alia & Paulum Apostolum varijs in locis falsum dixisse, Italiam, & Romam peruenisse, vbi à Nerone legimus fuisse carceribus mancipatum, flagellis cæsum, & tandem capite truncatum anno decimo septimo, post Passionem Christi. Et eundem Apostolum Hispaniis adisse sanctissimi & grauissimi viri testantur. Referunt etiam sanctus Isidorus, & alij plurimi, Philippum Apostolum in Gallijs quoque prædicasse. Quos omnes, & Summos Pontifices in dicto indultu, & Breuiarijs iussu eorum editis & comprobatis, erasse, & deceptos esse dicere cogeremur, si dicta verba eo modo essent intelligenda, quod dictum admodum esset. non ergo sic accipienda sunt, solum Petrum in Occidente prædicasse: quia ab eo missi prædicarunt, & Ecclesias instituerunt, vt idem Innocentius profitetur. Beatus autem Iacobus, & Paulus, qui Hispanias adierunt, à Petro vt à capite Ecclesiæ missi fuere, & eius auctoritate Ecclesias instituerunt, atque ideo Innocentius non repugnat, nec dissentit, Iacobum in Hispanias peruenisse: sed omnes, qui huc peruenerunt, iussu, vel consilio Petri venisse dicit. in summa enim hac intendit Innocentius, omnes, qui in eas aduentarunt prouincias, vnam eandemque fidem professos, eam scilicet, quam Petrus Ecclesiæ caput professus est, quam genuinam interpretationem, cum omnia sic vero consonent, & inter se ad concordiam redigantur, ne vnus tantum Pontifex tot Pontificibus Sanctis, Doctoribusque grauissimis, traditionibus, & Breuiarijs aduersetur, sequi tenemur. sed quorsum hæc ita diffusa dirigantur verba de re constantissimo Ecclesiæ, sanctorumque Patrum testimonio sæpius definita, cum alienum præsens sit ab Ecclesiastica, & fidelium consuetudine in re dubitationem accipere, quod ex Ecclesiastica quoque, & fidelium traditione discendit?

Nec in contrarium facit, quod saltem verum esse contendunt, dictam Ecclesiam vnquam Cathedralem fuisse, sed sancti Saluatoris. quia vtra quod nemo est, qui id attesletur, ipsamet professetur contrarium in Breuiario, & Missali sua Diœcesis (vt visum est) ac laudando sententiam Isaiæ Vatis, qua verbum expressit idem testatur. De priuilegio autem Imperatoris Alfonsi tot vitijs laborante, nulla est habenda ratio, præsertim cum eidem non debeat, nec possit maior fides adiberi, quam ipsi Ecclesiæ, & toti Archiepiscopatui ipsi, totque Ecclesijs, & viris grauissimis antiquis, & nouissimis contrarium attestantibus, collegij, multorumque tabellionum publicis instrumentis. quam vnius personæ quantumcunque Prædicabilis præfulgeat dignitate. Rursus cum dicta Ecclesia beata Maria fuit vnita, commutata, seu translata in dictam Sancti Saluatoris, &c. intelligitur, quod de præsenti refert dictus Serenissimus Princeps, atque ideo non obstat eius priuilegium.

Nec quod de inscriptionibus cæmiterij Isidori, & Vincenty tantum ex aduerso celebratum in eadem verificatur Ecclesia, & multò magis verè, & propriè, vt ex omnibus præmissis satis patet. Nec contrarium suadet, quod ex Chronico Roderici Archiepiscopi Toletani, & Generalis opponunt, vallum fuisse Ciuitatem Cathedralem in Hispania, quæ ab Arabibus non fuerit in eorum impia mandatione, aut incensa, aut diruta: & ideo si tunc Ecclesia de Pilari Cathedralis existeret, ipsa, ait ea Ciuitas, vt cætera Ecclesiæ, & Ciuitates præsens quia non ita generaliter vt sonant, intelligenda sunt, quod nulla supereret: alias enim in notoria mendacia deprehenderentur, quia non solum permansit ruinis huiusmodi Ciuitas, sed & Toletana, Hispalensis, Tyrasonæ, & aliæ, quæ vt nunc, eo tempore fuerunt Cathedrales. Nec verba intelligendas Ciuitas fore de ipsis Ecclesijs, quæ fuerunt ab ipsis Sarracenis labefactata. nam in hoc, vt in multis alijs pro cæteris micat, & resplendet huiusmodi clarissima Ecclesia, dum Omnipotens Deus non fecit taliter omni nationi. Tum quia tanta immunitatis, & singularis excellentiæ causa nulla alia esse potuit, quam quod iussu sacratissimæ Deiparæ à Deo laudes in ipsius verbo, quod semper stabit, fuerit constructa. Nec mouet in contrarium, sæpe dictas Ecclesias Cathedrales antiquissimas, sanctissimas, magnasq; habitas (& merito quidem) semper fuisse. Episcopumque sedes extitisse in primitiua Ecclesia. illa enim non negamus. Sed quod ipsa reficiari nequeant. & omnes fatentur, Ecclesiam de Pilari multò antiquiorem existere, & ante eas huiusmodi dignitatem habuisse, sequi cogimur: meritò namque conseruata destruere, difficillimum est. Nec facit in contrarium, dictam Ecclesiam non templum, neque Ecclesiam, sed

Cre-

Christum, vt ea quam appellari ab aliquibus ex auctoritate Scripturarum: nam vt egregiè ait doctissimus Castrensis Bellarminus, veteres Patres Latini, & Græci per aliquot secula nunquam Ecclesias Christianorum, templa vocarunt, sed oratoria, vel Ecclesias, vel domos orationis, vel Basilicas, vel martyria: quia adhuc vigente, vel numerante tempus Iudaici. ne viderentur Apostoli nouam templi Iudaici. ne viderentur Apostoli nouam sinulo aliquid introducere, & vt distinguerent Ecclesiam à Synagoga. Nec omittendum argumentum sumptum ex Prudentio, qui omnia notabilia Christianæ Reipubl. Ciuitate Cæsaraugusta, & Hispaniæ scripsit, & de huiusmodi sancta Ecclesia fundatione non dubitasset, vt memoratus, si ita se haberet) procedit. quia nulla, & grauissima quidem (vt notissima) omisit Prudentius, & inter alia illustrissimos Martyres, nempe Diuum Laurentium Hoscensem, & sanctum Leuitam Cæsaraugustanum. Sed non silentio præterire eum, secundum aliquos non vulgaris autoritatis Doctores, dum pro ea canis: Plena magnorum hominum angelorum, & paulo post. Nouerat templo celebres multo. & alibi. Hinc Sacerdotum domus insignis Valentum.

Vtra quod non de omnibus scripsit Prudentius ignorabo quæso, sed de aliquibus tantum. Nec pulsa tabula lex alfonsa dictam Ecclesiam debuerat, transeundo sedem in Ecclesiam sancti Saluatoris. Esto tempore pro beneficijs ab ea retenta dumodo dignitatem, quando non haberet, nouisse, multa tamen serenissimum, gloriosumque Regem mouere ad id potuerunt. Primum maiorum suorum vestigia imitare, qui recuperata à Sarracenis diœsa Ciuitate solebant meritò quintam maiorem plateam inibi diuina consecrare, & in ea Episcopalem sedem constituere. ne ergo à suorum consuetudine discedere, meritam maiorem Cæsaraugustæ in Ecclesiam nexu, & sedem Episcopalem in eam translationis vbi caput superstitionis fuerat, ibi caput persistere sanctitatis. Quod etiam Apostolos obseruasse comperimus, vt apparet ex epistola prima Clementis Papæ ad Iacobum, quæ habetur in cap. In illa, vltrogesima distinctione. Potuit etiam mouere pulchritudine eius ædificij, ac magnitudine: longè enim superabat dictam Ecclesiam, cuius tunc parietes vetustate fere collapsi, & diruti erant, vt ex Bulla Gelasij II. & Petri Librana I. Episcopi desuper relata constat. Vel potuit etiam mouere ex aliqua causis à Martino Garcia, & alijs adductis. Nec audiendus est Zurita, sentens eadem tunc primum, & nutino loco restitutam, non vero nouo concessam. Tum quia contra ipsum loquitur, dum alibi dixit agens de Ecclesia Beatæ Mariæ, vndè & Valeca, & Senioris, ac superioribus, posterioribusque Episcopis, & Ecclesiastico statu sanctissima ædes sedem ac domicilium præbuit. Arabum namque tempore alibi ante eos, quos commemorat non habuit Episcopos: atque ideo non ea ætate vetus superioribus, seu de illis, quæ priscis illis Ecclesiæ præfuere non in ea. Tum quia ipsius ædificij antiquitate, antiquitate, & numero superiores reperiuntur. & tot Basilicæ grauissimæ,

Oratorium, vt capellam appellarit ab aliquibus ex antiquis Scriptoribus: nam vt egregiè ait doctissimus Cardinalis Bellarminus, veteres Patres Latini, & Græci per aliquot secula nunquam Ecclesias Christianorum, templa vocarunt, sed oratoria, vel Ecclesias, vel domos orationis, vel Basilicas, vel martyria: quia adhuc viget memoria templi Iudaici, ne viderentur Apostoli nouum aliquid introducere, & vt distinguerent Ecclesiam à Synagoga. Nec omittendum argumentum sumptum ex Prudentio (qui omnia notabilia Christianæ Religionis Ciuitatis Cæsaraugustæ, & Hispaniæ scripsit, & de huiusmodi sancta Ecclesia fundatione non dixisset, vt nimirum, si ita se haberet) procedit, quia multa, & grauissima quidem (vt notissima) omisit Prudentius, & inter alia illustrissimos Martyres, nempe Diuum Laurentium Hoscensem, & sanctum Laubertum Cæsaraugustanum. Sed non silentio præterire tum, secundum aliquos non vulgaris autoritatis Doctores, dum pro ea canit: Plena magnorum domus Angelorum, & paulo post. Nouerat templo celebrari missa. & alibi. Hinc Sacerdotum domus insolita Valerium.

Vltra quod non de omnibus scripsit Prudentius gestis, sed de aliquibus tantum. Nec pulsis Arabibus Rex Alfonsus dictam Ecclesiam debuerat, transferendo sedem in Ecclesiam sancti Salvatoris, nam esset eo tempore pro beneficijs ab ea recepta huiusmodi dignitatem, quando non haberet, mutasset, nulla tamen serenissimum, gloriosumque Regem mouere ad id potuerunt. Primum maiorum summa vestigia imitare, qui recuperata à Saracenis aliqua Ciuitate solebant meznitam maiorem templum cultui diuino consecrare, & in ea Episcopalem sedem constituere. ne ergo à suorum consuetudine discederet, meznitam maiorem Cæsaraugustæ in Ecclesiam mutat, & sedem Episcopalem in eam transtulit, vt vbi caput superstitionis fuerat, ibi caput quæreret sanctitatis. Quod etiam Apostolos obseruasse comperimus, vt apparet ex epistola prima Clementis Papæ ad Iacobum, quæ habetur in cap. In illo, 16 huius distinctione. Potuit etiam mouere pulchritudine eius ædificij, ac magnitudine: longè enim superabat dictam Ecclesiam, cuius tunc parietes vetustate fere collapsi, & diruti erant, vt ex Bulla Gelasij II. & Petri Librana I. Episcopi desuper relata constat. Vel potuit etiam mouere ex aliqua causa à Martino Garcia, & aliis adducta. Nec audiendus est Zurita, sentiens fidem tunc priſtino, & natiuo loco restitutam, non vero nouè concessam. Tum quia contra sensum loquitur, dum alibi dixit agens de Ecclesia beatæ Mariæ, vnde & Veleca, & Seniores, ac superstitum, posterioribusque Episcopis, & Ecclesiastico cœtui sacrosancta ædes sedem ac domicilium præbuit. Arabum namque tempore alias ante eos, quos commemorat non habuit Episcopos: atque ideo non de illa agit verbis superioribus, seu de illa, qui à primitiua dicta Ecclesia præfuerunt in ea. Tum quia vetus plures antiquitate, antiquitate, & numero superiores respiciunt, & tot Breuiaria grauissima, quibus potius standum est. Nec tandem obstat, ob dictam translationem dictam Ecclesiam amisisse priuilegia, præeminentiasque omnes cathedralis Ecclesia, ex quo constat, translationem factam fuisse non cum omnimoda dictarum præeminentiarum extinctione, sed imo potius cum expressa reseruatione earundem præeminentiarum, vt fuit pronunciatum à sæpe dicto Ioanne Ferrer, & iure sanè, quandoquidem non ob delictum, non ob culpam factam fuisse constat.

Admittitur tamen dicta Ecclesia propositio respectu domus Deputationis, quia ipsa tantum, & non regnum, nec alia loca eiusdem fuerunt approbensa, & alias alt. cont. &c. Et cum hic dictus Dominus locum tenens Relator requisiuit dictos illustres Dominos locum tenentes, quatenus votum suum proferrent, qui omnes fuerunt eiusdem voti ex eisdem motiuis. Deinde altera die apud eandem ciuitatem Cæsaraugustæ in Camera consilij interfuerunt Domini locum tenentes sequentes: Dominus Clemens Romeu, Dominus Matthæus Deca, Dominus Hieronymus Mandieta, Dominus Maximus Godino, Dominus Michaël Martinez del Villar, & existente dicto processu in deliberatione super reuocatione dicta sententia supplicata, Dominus Michaël Martinez del Villar Relator fuit voti, & opinionis, quod debet pronunciari, & stare in pronunciatu non obstante reuocatione supplicata, quia locum non habet ex eisdem motiuis. & requisitis dictos Dominos locum tenentes, quatenus votum suum præstarent, qui fuerunt eiusdem voti ex eisdem motiuis.

Signum mei Ioannis Baptistæ habitatoris ciuitatis Cæsaraugustæ, autoritateque Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarij, ac scribæ principalis Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, & Secretarij Consilij eiusdem Curiæ, qui huiusmodi vota, & motiua à suo originali libro Consilij dictæ Curiæ de anno millesimo sexcentesimo quinto, vbi continuata existunt, manu aliena extraxi, & cum dicto suo originali libro consulsi bene, & fideliter comprobaui, & in testimonium præmissorum meo solito signo signaui,

EXista aurea decisione, & illius motiuis non nulla maximi ponderis eliciuntur, & primò colligitur, istam Ecclesiam vetustate, & origine omnibus Christianorum Ecclesijs antiquiorem esse, vtpotè circa annum quintum; vel sextum à gloriosa Domini Nostri Iesv Christi Ascensione Angelicis manibus ædificatam, idq; ex omnium Hispaniæ Ecclesiarum traditione receptissima, & à Summis Pontificibus probata teneri. IX.

Secundò in eadem Ecclesia Sedem Cathedralem Cæsaraugustanam ab illius fundatione vsq; ad translationem dictæ Sedis factam ad Ecclesiã sancti Saluatoris, curante Alphonso Hispaniarũ Rege circa annum 1120. in dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris semper mansisse, quod etiam confirmant Gelasij II. literæ, quibus Cæsaraugustanæ Ciuitati è Saracenorum manibus nuper ereptæ, Petrum Episcopum suis manibus consecratum

destinat, & porrigentibus manus adiutrices pro reparatione ipsius Ecclesiæ à Saracenis vastatæ, Indulgentias cõcedit, iunctis aliis literis eiusdem Petri Episcopi ad vniuersos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Sacerdotes, & Christi fideles eadem causa scriptis, quæ videri possunt apud Cardinalem Baronium tom. 12. Annalium sub anno 1118. vbi & alia multa de ipsa Ecclesia beatæ Mariæ Virginis de Pilari scribit, quã vniuerso Christiano orbi illustri fama notissimam esse dicit.

Nam cum Gelasius II. per supradictas literas, Indulgentias porrigẽtibus manus adiutrices pro Ecclesia Cæsaraugustana instaurãda largitus fuerit, & nomine Ecclesiæ Cæsaraugustanæ absolutè, plato ex vsu Cancellariæ Apostolicæ intelligi debeat ipsa Ecclesia primaria seu cathedralis, de qua re nullus, nisi in hac parte ignarus, hæsitare potest, sicut non hæsitamus, an sub nomine Ecclesiæ Mediolanensis, Neapolitanæ, Toletanæ &c. absolutè & sine vlla additione prolato cõprehendatur sola Cathedralis, seu Metropolis. Mediolanensis, Neapolitana, vel Toletana &c. cum etiã supradictus Petrus Librana Cæsaraugustanus Episcopus asserat, Gelasium prædictas Indulgentias concessisse ijs, qui manus adiutrices pro instauranda ipsa Ecclesia beatæ Mariæ Maioris porrexissent, sequitur per sequelam ineuitabilẽ, tunc temporis Episcopalem Cathedram Cæsaraugustanam in Ecclesia B. Mariæ Maioris siue de Pilari constitisse. Quod vel ex ipsius epistolæ verbis non obscurè colligitur, dum inquit: *Diuina fauente clementia, vestrisque precibus, & fortium virorum audacia, Cæsaraugustanam vrbẽ Christiano manibus subiugari, ac beata, & gloriosa Virginis Mariæ Ecclesiam, quæ diu (prob dolor) subiacuit Saracenorum dictioni, liberari satis auditis: quam beato, & antiquo nomine sanctitati o, ac dignitati pristino restituo &c.*

Quã sententiã præter communem traditionẽ, & famam totius Regni vetustissimam, & constãtissimã, quæ in antiquis sufficienter probat, præsertim cũ de facto agitur, vt iurisconsulti communiter affirmant, & præter alia in eadem sententia, siue in illius motiuis, & fundamentis allegata, probant graues historici, & alij viri docti, & eruditi non pauci. Primus Aymonius historicus antiquus octingentorum circiter annorum, in lib. historiæ translationis reliquiarum S. Vincentij martyris, vbi vocat Ecclesiam B. Mariæ matrem Ecclesiarum eiusdem ciuitatis. Secũdus D. Martinus Garzias Episcop' Barchinonẽsis serm. 150. vbi est, tempore persecutionis Christianorum factæ per Dacianum anno nimirum 300. Ecclesiã Sanctæ Mariæ Maioris fuisse Metropolitanam. Nec refert, quod Ecclesia Cæsaraugustana non fuerit Metropolitana ante Ioannem XXII. nã potuit eo tempore esse Metropolitana, & postea irruentibus Saracenis vsq; ad Ioannem XXII. mansisse simplex cathedralis, & per Ioannem XXII. iterum in Metropolitanam erigi: aut potuit prædictus autor nomẽ Metropolitanæ cum nomine simplicis Episcopalis confudisse, præsertim eo tempore, quo per multos iam annos illa in Metropolitanam fuerat restituta. Tertius Antonius Beuter 1. parte suæ Chronicæ cap. 23. Quartus Iacobus Valdesi' in lib de dignitate Regũ ca. 6. nu. 21. Quintus Ambrosius Moralez lib. 9. suæ Chronicæ cap. 7. asserentes, B. Iacobum Apostolũ in dicta Ecclesia S. Mariæ posuisse duos discipulos Athanasium, & Theodorum, quorum alterum presbyterum, alterum Episcopum ordinauit. Sextus antiquũ Breuiarium S. Braulij lect. 4. & 9. Septimus Ioannnes Prades lib. 1. c. 5. 1. pag. 79. & lib. 2. c. 6. §. 2. Octauus Hieronymus Romano de Republ. Christiana lib. 4. cap. 2. Nonus Hieronymus Curita in suis Annalibus dicens, D. Petrum Libranã resedisse in Ecclesia S. Mariæ de Pilari, Decimus Lupus Arces in suo testamento condito anno 1131. vel paulo post, existente Episcopo D. Garzia, in quo statuit, vt amici sui postilius obitum ex illius hæreditate tres portiones haberent, & vnã darent S. Mariæ Cæsaraugustanæ, & Episcopo, & successoribus illius, præsente eodem D. Garzia Episcopo. Vndecimus Testamẽtum Vitæ comitissæ Biarnæ condũ anno 1131. in quo donauit, seu legauit prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ, & dicto Episcopo D. Garziæ, ac illius successoribus quandam vineam per illos tenendam, & possidendam.

Ferunt etiam, existere in eadẽ Ecclesia S. Mariæ siue in eius claustro Imagines vetustissimas ante ann. 300. Saluatoris sub forma agni vexillũ tenentis, quæ sunt insignia Ecclesiæ cathedralis Cæsaraugustanæ, cum hac inscriptione: *Agnus sit doctet, hanc fuisse Sedem*, quæ Imagines, cũ dicatur saltem annis tercentis antiquiores, non fuissent permissæ ab Episcopis, & Metropolitanis eo præsertim tempore, quo ipsa Ecclesia S. Mariæ nondum à iurisdictione Ordinarij fuerat exempta, nisi constitisset de veritate illius inscriptionis: quibus omnibus satis euidenter liquet, non solũ ante recuperationem Cæsaraugustanæ Vrbis de manibus Saracenorum, verum etiam post dictã recuperationem, & postquam ipsamet Ecclesia S. Saluatoris in cathedralem fuit erecta, Sedem nihilominus Episcopalem apud Ecclesiam S. Mariæ per aliquod tempus mansisse, ita vt ambæ Ecclesiæ S. Saluatoris, & S. Mariæ pro vna, & eadem cathedrali reputarentur, quod in alijs etiã Vrbibus factum legimus, nam Mediolani duplex eodem prorsus tempore cathedralis olim extitit S. Ambrosij, & S. Teclæ, & Bergomi duplex itẽ cathedralis sancti Alexandri, & sancti Vincentij.

Et quod omnem dubitationem tollere videtur, cum canonici S. Mariæ de Pilari ex antiqua loci consuetudine festum dedicationis Ecclesiæ cathedralis Cæsaraugustanæ vti proprium illius Ecclesiæ, ritu solẽni celebrarent, cathedralibus S. Saluatoris contradicentibus, causaq; ad Audito-

Fex Sacri Palatij Apostolici deducta, canonici S. Mariæ consentiant, & decisionem fauorabilẽ sub Vitali Lodouisio tunc Rotæ Rom. Auditore, qui fuit Summus Pontifex Gregorius XV. in hunc modum retulerunt sub die 18. Iunij 1610.

Dubitatur, an Ecclesia S. Saluatoris Cæsaraugustana sit vna cum Ecclesia B. Mariæ de Pilari, & an Metropolitana in quæ ... possint celebrare sua festa die 12. Octob. & septem sequẽtibus, dedicationem Ecclesiæ primariæ ad Tarracham B. Mariæ de Pilari simplicem, & non Metropolitanam, & sint reselutum ... Ecclesiam del Pilar antiquitus fuisse Cathedralem, & vna extitisse Sedem Episcopalem Cæsaraugustanam, & ita debuisse celebrare festum dedicationis die 12. Oct. & quoniam fuisse solemniter in dicta Ecclesia celebratum ... prohibitione propria, vt bene probant plures testes de ... & an in quo deponunt de pluribus annis vsque ad ... non memoria.

Vbi Ecclesia S. Saluatoris, quæ prius erat Mesquita Mauritana, & postea illo erecto cultui diuino ... & conseruata à Mahometanis, & in Metropolitanam erecta ... illo, vbi festum dedicationis, quod in dicto die ... celebrat, celebrat etiam dedicationem primam ... Ecclesiæ Pilari. Octabus autem eiusdem festiuitatis ... continuant semper dicta Ecclesia del Pilar.

Non obstant testes pro Ecclesia S. Saluatoris examinati, quia nullus deponit, quod Ecclesia del Pilar per ... fuerit prohibita celebrare festum dedicationis ... & in contrarium probationi, quod est necessarium, vt dicitur in quæst. possessione priuatiue glos. in l. qui mancipio, & ibi Bart. Castren. & alij ff. de ser. vrb. prædiorum. Paleo alio n. 3. in 8. limit. de off. ord. Late Consil. de contrall. cap. 35. nu. 28. vers. item Addi. Gabr. de possess. conl. 10. num. 13.

Sic est verum, quod in Ecclesia del Pilar fuerit celebratum festum dedicationis nomine Ecclesiæ cathedralis alterius, quia hoc tantum videtur deponere ostium vnius, qui non probat vti vnicus; & quando etiam ... duo concurrent, sunt multò plures in contrarium, qui dicunt, Ecclesiam del Pilar celebrasse festum vti proprium ipsius Ecclesiæ dedicationem: & propterea ... debent prævalere, tum quia numero excedunt, ob carmen §. fin. ff. de testib. in nostra cod. tit. ... tum quia eorum depositione concurrit præsumptio. ... de Castr. cons. 192. col. 2. ad fin. lib. 2. Rom. cons. ... fol. n. 16. vers. cæli autem lib. 4. Aym. cons. 73. post ... 41. Illum enim præsumitur potius factus iure proprio, ... quam alienus l. vltam. & l. magis. ff. de solut. glos. ... in l. 2. in vers. & domorum, vbi Bart. & Salic. C. de acquir. possess. l. 3. §. ex contrario, & ibi not. ff. eod. tit. ... Bart. in l. 5. mandato in 11. decimo tertio ff. de non. oper. nunc. Bald. in l. 2. quæstione vnica C. de seruit. & aqu. Et ... quia assistit depositio iuris communis Ias. cons. 163. colum. penult. ad fin. lib. secundo cum aliis cumulatiue per ... Gabr. de testib. concl. 3. num. 17. quæstione tertio. De iure enim omnes Ecclesiæ tenentur celebrare festum sua dedicationis cap. solemnitatis. primo, & secundo de consecrat. dist. 2. cap. primo dist. 3. nec in cap. fin. de feriis Abb.

Eccl Sacri Palatij Apostolici deducta, canonici S. Mariæ sententiam, & decisionem fauorabilẽ sub Illustriss. Ludouisio tun. Rotæ Rom. Auditore, qua fuit Summus Pontifex Gregorius XV. in hunc modum retulerunt sub die 18. Iunij 1610.

Dubitatur, an Ecclesia S. Saluatoris Cæsaraugustanæ esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione celebrandi sub die 12. Octob. & septem sequentibus, dedicationem Ecclesiæ primatiuæ ad Ecclesiam B. Mariæ del Pilar eiusdem ciuitatis, & fuit resolutum non esse dandum: quia ex testibus, & aliis deductis apparet, Ecclesiam del Pilar antiquitus fuisse Cathedralem, & in ea extitisse Sedem Episcopalem Cæsaraugustanam, illam q; dedicationem esse die 12. Oct. & quolibet anno fuisse celebratam in dicta Ecclesia celebratum predictarum propria, vt bene probant plures testes de visu, & auditu, qui deponunt de plurimis annis vsque ad tempus mote litis.

Et licet Ecclesia S. Saluatoris, quæ prius erat Mesquita Maurorum, & postea illo erecto cultui diuino dicata, & consecrata 6. Ian. & in Metropolitanam erecta 15. Iulij, vltra festum dedicationis, quod in dictis diebus omnes celebrat, celebrat etiam dedicationem primam ecclesiæ cathedralis Ecclesiæ illius ciuitatis, & sic Ecclesiæ del Pilar 12. Octobris: attamen eiusdem festiuitatis celebrationem continuarunt semper dicta Ecclesia del Pilar.

Non obstant testes pro Ecclesia S. Saluatoris examinati, quia nullus deponit, quod Ecclesia del Pilar per ipsum fuerit prohibita celebrare festum dedicationis suæ templi, & acquisierit prohibitionem, quod est necessarium, vt dicatur in quasi possessione priuatiue glos. in l. qui hominibus, & ibi Bart. Castren. & alij ff. de ser. rub. prad. Felm. in Pastoralis n. 3. in 8. limit. de off. ord. late Gomez de contract. cap. 13. nu. 28. vers. item Addi, Gabr. de præscript. conclu. 10. num. 13.

Nec est verum, quod in Ecclesia del Pilar fuerit celebratum festum dedicationis nomine Ecclesiæ cathedralis aduersæ, quia hoc tantum videtur deponere octauus tellis, qui non probat vt vnicus; & quando etiam alij hoc mouerent, sunt multò plures in contrarium, qui dicunt, Ecclesiam del Pilar celebrasse festum vti proprium ipsius et Ecclesiæ dedicationem: & propterea eorum depositio debet præualere, tum quia numero excedunt ob tamen §. fin. ff. de test. an nostra eod. tit. tum quia cum eorum depositione concurrit præsumptio. Paul de Castr. cons. 192. col. 2. ad fin. lib. 2. Rum. cons. 21. sub n. 16. vers. tellis autem lib. 4. Aym. cons. 75. post num. 4. Actus enim præsumitur potius factus iure proprio, quam alieno l. 1. tiam. & l. 6 magis. ff. de solut. glos. in l. 2. in ver & dominum, vbi Bart. & Salic. C. de acquir. possess. l. 3. §. ex contrario, & ibi not. ff. eod. tit. Bart. in l. §. nuntiatio 44. decimotertio ff. de nou. oper. nunc. Bald. in l. 2. quæstione nona C. de seruit. & aqu. Et quia assistit depositio iuris communis Ias. cons. 163. colum. penult. ad fin. lib. secundo cum alijs cumulatiu per Gabr. de testib. concl. 3. num. vigesimotertio. De iure enim omnes Ecclesiæ tenentur celebrare festum suæ dedicationis cap. solemnitatu. primo, & secundo de consecr. dist. 2. cap. primo dist. 3. nec in cap. fin. de feriis Abb. in Rubr. de consecrat. numero tertio.

Nec obstat, quod ista festiuitas generaliter in toto Archiepiscopatu celebretur: quia vltra quod testes hoc non probant, cum dicant, se ita credere, & proceris habere, Ias. post alios in l. 1. ff. de test. & tur. quando etiam hoc probaretur, non posset tamen fieri illatio, quam facit pars aduersa, quod sicut alia id faciunt intuitu Ecclesiæ cathedralis ita & Ecclesia del Pilar, quia cum in hac Ecclesia fit probatum per testes, quod ab ea celebratur nomine ipsius met Ecclesiæ, & vt propria dedicatio, probatio in specie præfertur probationi generali, Innoc. in cap. audiuit de Præscript. Aym. cons. 238. numero decimosexto circa medium, late Gabr. dict. concluf. 4. num. 72. de test. Menoch. de Arbitr. cas. 326. num. trigesimo tertio, & viget dispar ratio, quia in alijs Ecclesijs non poterat dici dedicatio propria, & propterea cum non competeret iure proprio sed alieno, nihil mirum, si censeantur nomine alieno id facere. Bart. in d. §. nunciatio, num. decimoquinto late Surd. cons. 19. num. trigesimo quinto: non sic in Ecclesia del Pilar, cui enim iure proprio etiam competat celebratio propter propriam dedicationem, quando esset in dubio, præsumeretur nomine proprio celebrasse. Menoch. præsumpt. 49. num. vigesimo tertio cum supra deducta. Quæ decisio fuit confirmata sub eodem R. P. D. Ludouisio die Lunæ 24. Ian. 1611. altera decisione, quæ talis est.

Dominus fecerunt in decisis rationibus, de quibus in decisione. Non obstat, quod obijcitur, testes fuisse examinatos, & iura compulsata extra terminum, hoc enim ex facto tollitur, quia licet nuncius dederit terminum 40. dierum, attamen illum prorogauit ad alios 40. & ille terminus ita prorogatus 80. dierum incipiebat die 16. Decemb. & currebat vsque ad diem 4. Martij inclusiuè. Testes autem omnes iurarunt de mense Febr. vno excepto, qui iurauit die 3. Martij, & compulsatio Scripturarum cæpta die 1. Martij consummata fuit, & perfecta die 4. eiusdem, quibus scripturis coram Nuncio productis nihil fuit oppositum pro parte Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & dicta testium recipiunt admiculum veritatis ab antiquis historijs loquentibus de multis prærogatiuis, & præeminentijs, quas habuit Ecclesia del Pilar, qua fuit antiquitus cathedralis.

Non obstat, quod cum ista celebratio fuerit facta ab Ecclesia S. Saluatoris vti de facto dedicationis sedis, id est Ecclesiæ effectæ cathedralis, ista quasi possessio in vim prærogatiuæ cathedralitatis, quæ vni tantum Ecclesiæ competere potest (cum non sit dare in eadem Diœcesi plures cathedrales) videatur continere prohibitionem implicitam quoad alias Ecclesias, quæ sufficit ad acquirendam quasi possessionem priuatiuè, vt dixit Rota in Hostien. sistera maii. 20. Decembr. 1574. coram Rubeo, ex Chalder. cõs. 2. de præscr. & alij, tunc allegato, quia respondetur, Ecclesiam del Pilar non celebrare festum ratione cathedralitatis, sed vti propriam Ecclesiæ dedicationem, vt in qualibet Ecclesia celebratur. Vnde sequitur, quod cum celebratio competat vtrique Ecclesiæ diuersis respectibus, vna possessio non potest cõtinere prohibitionem alterius, sed sunt compatibiles. Dec. c. licet causam. de prob. Bart. in l. si duo sub n. 4. ff.

vti possid. Rip. l. ait Prator n. 15. ff. de rei vind. Cas. de Graff. dec. 33. n. 7. de caus. poss. & propr.

Non obstat quod dicitur, Ecclesiam cathedralem facere celebrationem propter cathedralitatem, quam amisit, quia amisso, an id facere possit, & in hoc conservare prærogatiuam antiqua cathedralitatu iuxta tradita per Io. de Plar. in l. 1. & 21. de Præsc. Prat. lib. 12. Guido Pa. decis. 377. & dato, quod facere non posset, posset autem, vt negari non potest, vti propriam dedicationem quasi possessio celebrandi censeri debebit facta eo nomine, vt legitimè fieri potuit. Signor. cons. 75. n. 10. post med. Aym. cons. 322. post num. 3. Cas. de Graff. dec. 19. n. 5. de probat. & est regula generalis, quod actus præsumitur fieri eo modo, quo valeat, & licitè fieri potest l. quoties de reb. dub. l. merito. ff. pro Soc. Corn. 257. sub nu. 3. vers. & qui potest facere lib. 1. Rimin. Sen. cons. 42. num. 12.

Non releuat, quod dicitur probari ex literis quorundam Cardinalium, Ecclesiam del Pilar fuisse parochialem, & collegiatam, quia quando probaretur, non excluderet cathedralitatem, cum vt notum est, & pluribus exemplis constat, ista sunt compatibilia.

Et cum tursus dubitatum esset, an post mandatum de manutenendo concessum Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari super celebratione festi propriæ dedicationis, eadem Ecclesia teneretur ad instar aliarum, dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ festum celebrare, Domini Auditores responderunt negatiuè, vt patet ex illorum decisione ponente R. P. D. Verospio die Lunæ 9. Iunij 1614. quæ incipit:

Post mandatum de manutenendo me ponente concessum Ecclesiæ B. Virginis del Pilar super celebratione festi propriæ dedicationis. Dubitaui, an eadem Ecclesia teneretur ad instar aliarum dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ festum celebrare, & fuit negatiuè responsum, ex quo enim dedicatio Metropolitanæ sub eodem die cadit cum dedicatione Ecclesiæ del Pilar, ista cogi non debet ad illam celebrandam, cum de iure communi propriæ dedicationis diem celebrare teneatur cap. solemnitas 1. & 2. de consecrat. dist. 1. & cap. 1. eod. tit. dist. 3. & notat Abb. in rubr. de consecrat. num. 3. Quod idem vniuersalis Ecclesia consuetudini respondet: siquidem officium dedicationis propriæ Ecclesia regulariter aliis solemnitatibus præfertur, vt ex rub. Breuiarij Romani 4. in ordine de Dominicis Ex 10. de translatione festorum colligitur. Hæc autem consuetudo est seruanda Vital. in Clem. dignum nu. 59. & 60. de celebrat. Missarum. Felin. in rubric. de maior. & obed. num. 10. Nauarr. in Manuali cap. 13. nu. 5. Rota in nouis, decisione quarta numero tertio de electione.

Et hoc idem iuris consonat cum respectu præcedentiæ quilibet in domo sua maior dicatur, l. nihil omnino & ibi glos. fin. C. de Palat. sacr. larg. lib. 12. Capic. decis. 27. num. 24. & 25. Corn. Cons. 193. num. 15. lib. 2.

Vlterius ex quo Ecclesia del Pilar fuit olim Cathedralis, censetur prærogatiuam celebrandi suam dedicationem retinuisse. Ioan. de Platea in l. 1. & 2. de præs. prat. libro duodecimo, Guido Pap. decis. 377. Quæ ratio dignitatis antiquæ non militat in aliis Ecclesijs, & ideo hæc non tenetur, sicut altæ Metropolitanæ, eadem ratione celebrare.

Stante igitur assistentia iuris, notum & ita vniuersali consuetudine pro Ecclesia del Pilar debuit Metropolitana probare, se post erectionem, & translationem in Cathedralem illi prohibuisse, ne propriæ dedicationis solemnitatem celebraret, & quod eadem etiam per tempus requisitum ad præscribendum acquirenda per gloss. in l. qui luminibus & ibi Bart. Castr. & alij, ff. de seruit. vrb. præd. Felin. in cap. Pastoralis nume. quinto in 3. limit. de officio Ordinarij cum alijs per Gabriel. de præscript. conclus. decima, numero 130. Hoc tamen nusquam fuit probatum non obstantibus testibus aliis in contrarium adductis, vt fuit resolutum in decisionibus coram Reuerendissimo Bononien. Et cum hodie nihil contra relenans deducatur non videtur in eodem amplius insistendum &c.

Tertiò colligitur, in eadem Ecclesia clericos canonicos id est regulariter viuentes semper mansisse, non solùm post dictam Ecclesiam cum ciuitate Cæsaraugustana per Alphonsum Regem Hispaniarum auxilio Christianorum Principum è manibus Saracenorum liberatam, quod contigit circa annum salutis 1118. ex quo tempore vel paulò post nulli dubium est semper canonicos sub D. Augustini regula degentes illam tenuisse, quemadmodum; & nunc tenent sub Reuerendiss. & multis titulis suspiciendo Domino Doct. Iacobo de Ayerue illius dignissimo Pastore, qui magno cum diuini cultus splendore, ac incremento illam moderatur. Verùm etiam antequam Saraceni prædictam ciuitatem occuparent, cum eadem sententia de sancto Braulio eiusdem Ecclesiæ Episcopo, qui illam circa annum 620. regebat ita legitur: *Synodo celebrata vnusquisque ad propriam Sedem est reuersus, & Braulius Cæsaraugustam repetens apud fautissimam Mariam Maiorem Sedem suam fixit, suis canonicis sic fraterna dilectione adhæsit:* quod in causa fuit, vt post eandem Ecclesiam à Saracenis ereptam Petrus cognomento Librana, vel eius successor Collegium canonicorum regularium in ea restituendum statim curaret, quòd nimirum per ipsos canonicos regulariter viuentes ab antiquis temporibus regi consueuisset.

Quartò infertur, sanctissimos Episcopos, & clericos Cæsaraugustanæ ciuitatis Marcum, Maximum, Braulium, Helecam, & anteillos Valerij, & illius Archidiaconum Vincentium gloriosi nominis Martyrem, & alios ante annum 1140. omnes prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ Maioris Episcopos, & clericos; & consequenter canonicos regulares numerandos, præsertim cum non solùm post D. Augustinum, verùm etiam ante illi ab initio nascentis Ecclesiæ semper in dicto loco clerici canonici Apostolorum more communiter viuentes manserint, vt supra fuit notatum. Propterea falsitatis, & impostura arguendus autorem assertæ historiæ sub nomine Marci Ma-

xim.

CAPVT TRIGESIMV

simi recens editæ, cum sub Era 606. nimirùm anno Christi 568. scribit: *Ego Marcus Maximus, qui hæc scribo, vix multos dies in ede S. Maria de Columna, beato Iacobo Zebedæi filio ex edificata sub Regula S. Benedicti propagare erat monasterium tuonacborum Benedictinorum constituti.* Quid enim monachis D. Benedicti, quid regulæ D. Benedicti cum canonicis cathedralibus? præsertim per illa tempora, quibus vel Diui Benedicti institutum illas Regiones nondùm penetrauerat, vel si penetrauerat, illius professores non clerici, sed vt sic per vocabolorum inopiam dicatur, laici erant, non in cathedralibus, sed in solitudinibus & tugurijs degebant, sed videq; quæ de hac re libro primo cap. 53 aduertimus.

XII. IN hoc præclarissimo Collegio floruerunt post ciuitatem à Saracenis recuperatam, multi viri tam pietate tũ omni genere scientiarũ eruditissimi, ex quibus vt paucos referam, fuerunt Ioannes Trullo primùm canonicus dictæ Ecclesiæ S. Mariæ, exinde Prior monasterij S. Christinæ eiusdẽ insuteri, Sac. Theologiæ Professor eruditissimus, qui volumen de Ordine canonicorum regularium elucidato quatuor libris distinctum edidit, in quo præter ea, quæ ad canonicos regulares pertinent, alia quam plura tum ad moralem, tum ad naturalem Philosophiam, & diuinæ Scripturæ intelligentiam cõducentia, doctissimè explicauit. Secundus Bartholomæus Laurente eiusdem Ecclesiæ Prior, & Regni Aragonum Historiator, qui epistolas aliquot, Vitam S. Braulionis, Italia opuscula dignissima perfecit: quædam verò inchoata, morte præuentus absoluere nequiit. Tertius Petrus Cenedo canonicus item, & Prior in vtroque iure versatissimus, qui duo edidit volumina: alterum quæstionum, quæ ad praxim in tribunalibus frequenter reducuntur. Alterum Collectanearum iuris canonici tribus libris distinctũ, quorum primus materias Decretalium, Secundus Decretalium, Tertius Sexti, Clementinarum, & Extrauagantium perstringit. Quartus Dominicus Garzia, canonicus & Prior d. Ecclesiæ, Doctor Theologus Complutensis, & linguarum intelligentia eruditissimus. hic vt audio longè librum de excellentia sanctissimi Nominis Iesu, alterum quoque de aduentu Messiæ, & de Scripturarum intelligentia contra Iudæos: tractatum quoque Christianæ peregrinationis, necnon quæstiones super librũ Geneseos summo ingenio, & lucubratione elaboratum propediem in lucem emissurus. Demũ de miraculosa Ecclesia S. Mariæ de Columna integrum librum recens edidit Reu. Adm. Pater frater Didacus Murillo Seraphici Ordinis D. Francisci regularis obseruantiæ professor, ad quem lectores plura cupientes remitto.

(o)

ximi recens editæ, cum sub Era 606. nimirũ anno Christi 568. scribit: *Ego Marcus Maximus, qui hæc scribo, vixi multos dies in ede S. Maria de Columna. à beato Iacobo Zebedæi filio ex ædificata sub Regula S. Benedicti, propeque erat monasterium monachorum Benedictinorum constitutũ:* Quid enim monachis D. Benedicti, quid regulę D. Benedicti cum canonicis cathedralibus? præsertim per illa tempora, quibus vel Diui Benedicti institutum illas Regiones nondũ penetrauerat, vel si penetrauerat, illius professores non clerici, sed vt sic per vocabulorum inopiam dicatur, laici erant, non in cathedralibus, sed in solitudinibus & tugurijs degebant, sed vide, quæ de hac re libro primo cap. 53 adnotauimus.

XI. INhoc præclarissimo Collegio floruerunt post ciuitatem à Saracenis recuperatam, multi viri tum pietate tũ omni genere scientiarũ eruditissimi, ex quibus vt paucos referam, fuerunt Ioannes Trullo primum canonicus dictæ Ecclesiæ S. Mariæ, exinde Prior monasterij S. Christinæ eiusdẽ instituti, Sac. Theologiæ Professor eruditissimus, qui volumen de Ordine canonicorum regularium elucidato quatuor libris distinctum edidit, in quo præter ea, quæ ad canonicos regulares pertinent, alia quamplura tum ad moralem, tum ad naturalem Philosophiam, & diuinæ Scripturæ intelligentiam cõducentia, doctissimẽ explicauit. Secũdus Bartholomæus Laurente eiusdem Ecclesiæ Prior, & Regni Aragonum Historiator, qui epistolas aliquot, Vitam S. Braulionis, & alia opuscula dignissima perfecit: quædam verò inchoata, morte præuentus absoluere nequiit. Tertius Petrus Cenedo canonicus item, & Prior in vtroque iure versatissimus, qui duo edidit volumina: alterum quæstionum, quæ ad praxim in tribunalibus frequenter reducuntur. Alterum Collectancarum iuris canonici tribus libris distinctũ, quorum primus materias Decretalium, Secundus Decretaliũ, Tertius Sexti, Clementinarum, & Extrauagantium perstringit. Quartus Dominicus Garzia, canonicus & Prior d. Ecclesiæ, Doctor Theologus Complutensis, & linguarum intelligentia eruditissimus. hic vt audio scripsit librum de excellentia sanctissimi Nominis Iesu: alterum quoque de aduentu Messiæ, & de Scripturarum intelligentia contra Iudęos: tractatum quoque Christianæ peregrinationis, necnon quæstiones super librũ Geneseos summo ingenio, & lucubratione elaboratum propediem in lucem emissurus. Demũ de miraculosa Ecclesia S. Mariæ de Columna integrum librum recens edidit Reu. Adm. Pater frater Didacus Murillo Seraphici Ordinis D. Francisci regularis obseruantiæ professor, ad quem lectores plura cupientes remitto.

(o)

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

Decateris Ecclesijs, & monasterijs canonicorũ in Regnis, & Prouincijs Hispaniarũ, excepta Lusitania constitutis.

ACturus nunc de alijs Ecclesijs, I. & Collegijs canonicorum regularium in omnibus Prouincijs, & Regnis Hispaniarum, excepta Lusitania, vel nunc, vel olim exstentibus, illud ante omnia præmittendum censui, de quo per suas certiorem me reddit Reuerendiss. & Excellentiss. Doctor & Prior S. Mariæ Maioris siue de Pilari Cæsaraugustanæ Dominus Iacobus de Ayerue, nimirum in omnibus Ecclesijs Hispaniarum disciplinam canonicam siue regularem antiquitus fuisse institutam, quod triplici coniectura mea quidem opinione, valde probabili confirmat. Prima est, quia quo tempore D. Gregorius Augustinum Anglorum Apostolũ ad instituendam Ecclesiam Anglicanam destinauit, eo etiam tempore Isidorum Hispalensem Archipręsulem totius Hispaniæ Legatum, ad illius Ecclesias reformandas, & ad pristinum, perfectũq; statum reducendas designauit. quare quod D. Gregorius Augustino Anglorum Apostolo præcepit, vt in Ecclesijs Anglicanis illam vitam institueret, quæ ab initio nascentis Ecclesiæ inter primos illos clericos Apostolicos legitur instituta, de quo in cap. Quia tua fraternitas 12. quæst. 1. non minus Isidorus in Ecclesijs Hispaniarum, quam Augustinus in Anglicanis, exequendum curauit, vt scilicet canonicam, & communem vitam, eamq; perfectissimam restitueret. quam ille in secundo libro de officijs primo loco describit, quam non aliam fuisse, nisi communẽ, & canonicam vitam clericorum regulariter viuentium quos ante illum B. Augustinus reformatos regula præclarissima, & toti mundo celebri donauit, ex eo conuincitur, quod Turpinus in Vita Caroli Magni cap. 5. scribit, Carolum Magnum Saracenis à Compostella profligatis, Archiepiscopũ & canonicos secundum B. Isidori regulam viuentes Ecclesia Compostellana posuisse: nam cum in omnibus B. Isidori scriptis nulla peculiaris regula canonicorum ab illo scripta reperiatur, certè non de alia regula, quam de Apostolica per D. Augustinum in scriptis redacta, & ad normã vitæ Apostolicæ conquadrata, & exinde per totum orbem diuulgata, intelligendum videtur. Altera verò coniectura non minus euidens est, quòd vt ille narrat, Ecclesiæ, quæ inter Saracenorũ ruinas remanserunt, vel quæ ad illorum manus non peruene-

uenerunt, omnes regulares erant, qualem fuisse Gestabiensem, siue S. Petri de Taberna, monimenta vetustissima testantur. Quæ verò Saracenis superatis ex illorum manibus eripiebãtur, cuiusmodi fuerunt Rotensis in Ripa Curtis, & Pãpilonensis ambæ tunc Cathedrales, & collegiatæ Roncecuallis, & S. Christinæ de Summo Portu, & Alquezarensis, & quotquot subinde ad ditionem Christianorum deueniebant, in eisdem ordo canonicus secundum B. Augustini Regulã illico reponebatur, vt de Toletana, Oxomensis, & alij Autores grauissimi tradunt, sed tertia, quæ omnem prorsus dubitationem eliminat, est, quia in Regnis saltem citerioris Hispaniæ, vtpotè Aragoniæ, Nauarræ, Valentiæ, & in principatu, Cataloniæ nulla est Ecclesia cathedralis, vel collegiata insignis, in qua non adhuc extent claustra, dormitorium, refectorium, & officia regularia, & in quibus canonici non recipiant vestiarium, & alia regularibus dari consueta. Idem de Ecclesijs Regnorũ Aragoniæ, Nauarræ, & Castellæ se aut vidisse, aut legisse affirmat Ioannes Trullo lib. 1. cap. 11. num. 2.

Hinc apparet, grauissimum esse pondus machinæ, quam mouendam aggredimur, Catalogũ Ecclesiarum, & monasteriorum canonicorũ regularium, quæ nunc sunt, vel aliàs fuerunt in Prouincijs Hispaniarum recensuri, tum ob illorum numerum, tum quod illorum maxima pars, vel abiectis regularibus institutis, ac etiam insignijs ad statum secularem transierunt, vel bellorum procellis attrita, vel Præsulum incuria collapsa ruerunt, adeò vt ne illorum quidem vestigia liceat intueri. Quæ causæ etsi nos ab inceepto terrere meritò deberent, tamen ne nostrum qualecunq; studium in hoc desideretur, recensebimus breuiter, quæ vel ex probatis autoribus deprompsimus, vel Reuerendiss. Patrum D. Antonij à Cruce Congregationis Colimbricensis Generalis dignissimi, & D. Iacobi de Ayerue S. Mariæ de Pilari Prioris, relatione accepimus. In recensendis verò prædictis tam Ecclesijs, quàm monasterijs non ordinem Prouincialis Romani, qui centum abhinc annis in multis est immutatus, sed ordinem Alphabeticum, ad errores, quantum fieri poterit, vitandos sequar, ponendo primum Ecclesias cathedr. sub suis Metropolitanis iuxta ordinẽ Prouincialis antiqui: deinde singula monasteria quæ sunt vel fuerunt in singulis ciuitatibus, vel in earum Diœcesibus. Horum autem nomina hæc sunt:

II. IN Abulẽsi Diœcesi Prouinciæ Toletanæ monasterium S Mariæ de Burgo Ordinis S. Augustini, reperitur in libro Taxarum Apostolicarum, an verò sit Prioratus, an Abbatia non noueni. & cum nullus eorum, qui Catalogum Ecclesiarum, & monasteriorum canonici Ordinis tam ex citeriori, quàm ex ulteriori Hispania transmiserunt, huius monasterij meminerit, suspicor esse dirutum, & illius bona vel commendata, vel alijs Ecclesijs, vel Ordinibus applicata.

In Asturijs in Diœcesi, vt arbitror, Ouetensi monasterium S. Mariæ vulgo de Cueua Dueña, canonici Regulares illud adhuc tenent, ex relatione Lusitana.

Apud Augustobrigam monasterium canonicarum regularium S. Fœlicis nuncupatum, quod ab illis adhuc tenetur. Relatio Lusitana.

In Aurienſi Episcopatu prouinciæ Compostellanæ Prioratus dictus de Iunquera satis opulentus. Verùm canonicis destitutus, & commendatus.

Alquezarensis Ecclesia in Regno Nauarræ statim à Saracenis recuperata canonicis regularibus fuit restituta, qui multo tempore illam tenuerunt.

Binarienſis Ecclesia Cathedralis olim regularis ex Augustino Ticinensi.

Barchinonensis Cathedralis Prouinciæ Tarraconensis. hanc regularẽ antea extitisse tradit Ioannes de Nigraualle, & relatio Hispanica.

In Barchinonensi ciuitate monasterium canonicorum satis celebre S. Annæ vocatum, ex practica Cancellariæ Apostolicæ, & Auberto Miræo de collegijs canonicorum regularium cap. 32.

Apud Burgensem ciuitatem monasterium S. Ioannis de Ortega, quod ipse Sanctus ædificauit, & in eo sepultus iacet. olim canonicorum regularium, nunc eremitarum ordinis S. Hieronymi. Relat. Lusitana.

Apud eãdem ciuitatem aliud monasterii canonicorum regularium S. Mariæ della Serranicupatum, nunc dictorum eremitarum. Relat. Lusitana.

In eadem ciuitate monasterium S. Dorotheæ, item aliud monasterium S Ildefonsi. Item monasterium S. Mariæ de la Calera, omnia sunt canonicarum regularium ordinis S. Augustini, & sunt valde opulenta. Relat. Lusit.

In Regno Castellę monasterium S. Barnabæ vulgo del Puerto nuncupatum ante a canonicis regularium, nunc ab Eremitis D. Hieronymi possidetur. Relat. Lusit.

Calarogensis seu Calaguritana Ecclesia prouinciæ Cęlarauguſtanæ, olim erat canonicorum regularium, ex Ioanne de Nigraualle Carthaginensis prouinciæ Valentinæ, olim canonicorum regularium ex eodem Nigraualle.

Cariolanensis ordinis canonicorum regularium. ex eodem.

III. CÆsarauguſtana S. Saluatoris Metropolitana ab illius fundatione mansit regularis vsque ad annum 1604. quo anno Philippo II. Hispaniarum Rege procurante, facta est secularis. Eam verò ab institutione sub B. Augustini Regula fundatam constat ex libro Prouinciali Romano, & ex omnibus de illa scribentibus. Hæc

prius fuerat Metchita Saracenorum magnitudine extructa, quam ob causam Alphonsus Rex Hispaniarum Cæsarauguſta à Saracenis recepta, Sedem Episcopalem ex Ecclesia S. Mariæ Maioris ad illam transferendam procurauit, præsertim quod dicta Ecclesia S. Mariæ Maioris vetustate forè consumpta collabebatur. Eandem verò Ioannes XXII. eam esset Episcopalis, in Metropolitanam erexit, cui Hoscensem, Tirasonensem, Pampilonensem, Calaguritanã, & Segobricensẽ Ecclesias subiecit ex eodem prouinciali. Porro in eadem Ecclesia floruerunt ex ordine canonicorum regularium in primis B. Petrus Arbuesius Epilensis, Theologus insignis, & Inquisitor hæreticæ prauitatis, vir eximiæ sanctitatis, quem in eadem Ecclesia laudes matutinas recitantem, Neophiti ex Iudaismo conuersi occiderunt, seu potius martyrio affecerunt: nam carne defuncta miraculis coruscat, cuius nunc canonizatio apud Sedem Apostolicam procuratur, vt à viris bide dignis accepi.

Secundus D. Martinus Garzias eiusdem Ecclesiæ primò regularis canonicus, deinde Episcopus Barchinonensis, Theologus præclarus, & illaris concionibus Serenissimorum Regũ Ferdinandi, & Elizabethæ, qui volumen sacrarum concionum edidit. Tertius D. Didacus Dastiensem Ecclesiæ canonicus. hic scripsit libros Pontificiis iuris luculentos, & alia quædã opuscula Theologica non spernenda, vt notat Ioannes Trullo libro primo cap. sexto, quæ ad manus meas non venerunt.

In Diœcesi Cæsarauguſtana siue in Hoscensi Metropoli Cæsarauguſtanæ monasterium S. Christinæ titulo Prioratus vetustissimum, cuius idem Ioannes Trullo prius sanctæ Mariæ de Pilari canonicus, postea Prior extitit, nunc soluta regulari disciplina in Prioratum secularem in Ecclesia Cæsarauguſtana erectum.

Cordubensis Ecclesia prouinciæ Hispalensis olim regularis ex Ioanne de Nigraualle. In ea monasterium S. Petri, cuius fuit canonicus Hugo de Folieto S. R. E. Cardinalis, qui multa præclara scripsit teste D. Antonino Archiepiscopo Florentino 2. par. Histor. tit. 18. cap. 2. in principio ex Vincentio Beluac. lib. vigesimo octauo Speculi Histor. cap. decimo octauo, & Ciaconio in Innocentio Secundo, & Ioanne de Nigraualle in Epitogo Chronicarum 13.

Compostellanam Ecclesiam Metropolitanã à Saracenis ereptam per Carolum Magnum regulariter fuisse institutam, & in ea per eundem Archiepiscopum, & canonicos secundum B. Isidori Regulam, quam Apostolicam, & ab Augustino descriptam superius diximus, collocatam, affirmat Turpinus in vita Caroli Magni cap. 5 sic dicens: *De anno, quo Carolo Reges, & Principes Hispaniæ dedere B. Iacobi Basilicæ tunc per eos annos multis ornamentis augmentauit, An-*

prius fuerat Metchita Saracenorum magnificentèr extructa, quam ob causam Alphonsus Rex Hispaniarum Cæsaraugusta à Saracenis recepta, Sedem Episcopalem ex Ecclesia S. Mariæ Maioris ad illam transferendam procurauit, præsertim quod dicta Ecclesia S. Mariæ Maioris vetustate ferè consumpta collabebatur. Eandem verò Ioannes XXII. cum esset Episcopalis, in Metropolitanam erexit, cui Hoscensem, Tirasonensem, Pampilonensem, Calaguritanã, & Segobricensẽ Ecclesias subiecit ex eodem prouinciali. Porro in eadem Ecclesia floruerunt ex ordine canonicorum regularium 18 primis B. Petrus Arbuesius Epilensis, Theologus insignis, & Inquisitor hæreticæ pranitatis, vir eximiæ sanctitatis, quem in eadem Ecclesia laudes matutinas recitantem, Neophiti ex Iudaismo conuersi occiderunt, seu potius martyrio affecerunt: nam carne defunctus miraculis coruscat, cuius nunc canonizatio apud Sedem Apostolicam procuratur, vt à viris fide dignis accepi.

Secundus D. Martinus Garzias eiusdem Ecclesiæ primò regularis canonicus, deinde Episcopus Barchinonensis, Theologus præclarus, & à sacris concionibus Serenissimorum Regũ Ferdinandi, & Elizabethæ, qui volumen sacrarum concionum edidit. Tertius D. Didacus Diaz eiusdem Ecclesiæ canonicus. hic scripsit libros Physicos satis luculentos, & alia quædã opuscula Theologica non spernenda, vt notat Ioannes Trullo libro primo cap. sexto, quæ ad manus meas non venerunt.

In Diœcesi Cæsaraugustana siue in Hoscensi Metropolis Cæsaraugustanæ monasterium S. Christinæ titulo Prioratus vetustissimum, cuius idem Ioannes Trullo prius sanctæ Mariæ de Pilari canonicus, postea Prior extitit, nunc soluta regulari disciplina in Prioratum secularem in Ecclesia Cæsaraugustana erectum.

Cordobensis Ecclesia prouinciæ Hispalensis olim regularis ex Ioanne de Nigraualle. In ea monasterium S. Petri, cuius fuit canonicus Hugo de Folieto S. R. E. Cardinalis, qui multa præclara scripsit teste D. Antonino Archiepiscopo Florentino 2. par. Histor. tit. 18 cap. 2. in principio ex Vincentio Beluac. lib. vigesimo octauo Speculi histor. cap. decimo octauo, & Ciaconio in Innocentio Secundo, & Ioanne de Nigraualle in Epilogo Chronicarum 13.

Compostellanam Ecclesiam Metropolitanã à Saracenis ereptam per Carolum Magnum regulariter fuisse institutam, & in ea per eundem Archiepiscopum, & canonicos secundum B. Isidori regulam, quam Apostolicam, & ab Augustino descriptam superius diximus, collocatos, affirmat Turpinus in vita Caroli Magni cap. 5. sic dicens: *De auro, quod Carolo Reges, & principes Hispaniæ dedere B. Iacobi Basilicam tunc per vias auxit multis ornamentis augmentauit, Antistitem, & canonicos secundum B. Isidori Episcopi, & confessoris regulam instituit: eamque tintinnabulis, pallio, libris, cæterisque ornamentis decenter ornauit.* Imò in dicta Ecclesia canonicum institutum, siue regulare vsque ad Innocentium Papam huius nominis IV. durauisse, affirmat Ioannes de Nigraualle, dum inter Doctores Ordinis canonicorum regularium numerat Bernardum Compostellanum Canonicum, & eiusdem Innocentij Capellanum, quem dicit scripsisse super 1. 2. & 3. Decretalium, ac etiam de canonicorum moribus librum vnum.

In Diœcesi Compostellana fuit antiquissimum cœnobium canonicorum regularium Ordinis S. Augustini, quod S. Eligij nuncupatur, quod circa annum 1170. Ordini militari S. Iacobi de Spata fuit vnitum, qui ordo & ipse habet canonicos regulares B. Patris Augustini Regulam profitentes.

In eadem Diœcesi Compostellana est Prioratus vetus, qui adhuc ordinem retinet sub vno Priore, & sex canonicis professis, S. Ioannes de Cauero nuncupatus, à S. Rodisindo ante annos octingentos fundatus, qui Rodisindus postea fuit Archiepiscopus Compostellanus. Item alius Prioratus de Sar, verùm commendatus, in quo manent clerici seculares ad nutum Prioris amouibiles, & capitulo Sarensi scribit Innocentius III. lib. 2. fol. 371. vbi etiam meminit alterius monasterij de Iunquaria.

IV. DErturiensis Ecclesia Prouinciæ Taraconensis, quæ ab initio sub Beati Augustini regula fuit instituta, nunc etiam retinet institutum canonicorum regularium, vt patet ex Pontificali Romano, Ioan. de Nigraualle, & ex proœmio constitutionum Benedicti XII. vt ex relatione virorum illius prouinciæ percepi.

Gerundensis Ecclesia eiusdem Prouinciæ Taraconensis inter eas, quæ ab initio regulares extiterunt, recensetur in eodem proœmio Constitutionum Benedictinarum, & à Ioanne de Nigraualle nunc effecta secularis. In Diœcesi Gerundensi est monasterium S. Mariæ de Villa Bertrandi, ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ.

Guadalupense monasterium sanctæ Mariæ nuncupatum in regno Castellæ fuit vsque ad nostra ferè tempora collegium præcipuum inter cætera monasteria canonicorum regularium in regnis Hispaniarum consistentia, in quo miraculosam sanctæ Dei Genitricis imaginem seruari, quam cum D. Gregorius, Ciuitate Romana peste laborante, & penè consumpta, publicè in processionibus deferret, auditæ sunt voces Angelorum canentium: *Regina cœli lætare, &c.* Multi autores graues affirmant, & illius Prouinciæ constans est traditio affirmans, cum idem Gregorius Leandro Hispalensi Archipræsuli dono illã misisset, post multos annos Saracenis irrumpentibus sublatam, & in quodã

Sacello subterraneo absconditam, ibidem mansisse occultam vsq; ad Ildefonsum XL. Hispaniarum Regem, eoq; tempore ipsa imagine à quodam Pastore detecta, Reges Hispaniarum templum cum primis nobile in honorem B. Virginis ibidem erexisse, additoq; monasterio canonicos regulares ad diuina in eodem templo peragenda constituisse. Verùm cum constet, imaginem B. Virginis, quam D. Gregorius publicè in processionibus tulit, nunc etiam Romæ in Ecclesia S. Mariæ Maioris summa cum veneratione seruari, quam B. Gregorius Leandro dono misit, aliâ fuisse oportet, nempe quam secretò in suo quodã Oratorio tenebat. Canonici verò locum tenuerunt vsque ad annum humanæ salutis 1589. quo tempore existente illius monasterij Priore Io. Aetas Montano, viro alioquin eruditissimo, res ita est composita, vt ipse monasterio resignato Episcopus Segorbiensis fieret, monasterium verò ex canonicis Regularibus ad Eremitas S. Hieronymi transiret. Quod & factum est, & in eundem modum canonici regulares alia collegiata Regnis Hispaniarum amiserunt. Vide Sylvestrum Maurolicum pag. 12.

V. Hispalensis Ecclesia Metropolitana à Ioanne de Nigraualle inter Ecclesias canonicorũ regularium recensetur, & meritò quidem, cum illius Archipræsul fuerit B. Isidorus, quem dubiũ non est in ordine canonico in Ecclesijs Hispaniarum restituendo ab ea, cuius ipse erat Episcopus, tantum negotium auspicari voluisse. Porro in ciuitate, & Diœcesi Hispalensi multa sunt collegia canonicorum regularium S. Iacobi de Spata sub D. Augustini regula militantium. Primum S. Iacobi in Oppido, quod dicitur Veles, siue Vncles. Secundum S. Marci de Leao. Tertium, quod de Calera dicitur. Quartum Emeritæ. Quintum S. Iacobi in ipsa ciuitate Hispalensi. Sextum S. Iacobi in ciuitate Granatensi, quæ omnia præfato conuentui de Veles subduntur. Canonici verò dictorum locorum insignia Ord. D. Iacobi in vestimentis deferunt.

Hyeronensis etiam Ecclesia inter eas, quæ olim erant regulares ab eodem Nigraualle numeratur, sicut & Iulien sis.

In Legionensi ciuitate Prouinciæ Toletanę est insignis Abbatia canonicorum regularium S. Isidori nuncupata, ad quam ex Vrbe Hispali ipsius Beati Isidori reliquiæ à Rege Ferdinando I. fuerunt translatæ, qui huius monasterij fundator extitit circa annum millesimum decimumseptimum, in eodem tumulatus, in quodam sacello ipsius monasterij S. Catharinæ dicato corpora multorum Regum & Reginarum Castellæ, & aliorum virorum Illustrium conduntur. Sed præter reliquias B. Isidori Archiepisc. Hispalẽsis sunt in eodem monastẽrio, seu in illius Ecclesia corpora sanctorum Vincentij de Aquila, & sororis eius, & mala sancti Ioannis Baptistæ Præcursoris Dñi nostri Iesu Christi. Quadraginta canonici hoc cœnobium incolunt, qui oẽs capellani Regis existunt, & plures illorũ in omni genere scientiarum versatissimum & collegiũ proprium S. Mariæ de la Viega in Salmanticensi vniuersitate habent, in quo Philosophiæ, sacra Theologiæ, & alijs bonis artibus operã & studiũ impendunt. Floruerunt in hoc cœnobio B. Martinus Abbas dicti monasterij, de quo Ambrosius Morales lib. 12. Historiarum c. 23. scribit, iam ab antiquis in dicta Ecclesia altare sibi erectum, & in Ecclesia V. Mariæ de la Viega Salmanticæ miraculosam eius scientiæ acquisitionem esse depictam, cui cum nihil in studio literarum proficeret, in oratione pernoctanti S. Isidorũ apparuisse, & librum deglutiendum tradidisse affirmat, ac cum illo tantum doctrinæ & scientiæ apprehendisse, vt plures libros, eosq; mirabiles ediderit, quorum aliquos & vidisse, & legisse fatetur Seccius D. Lucas eiusdem monasterij primum Canonicus, deinde Tudensis Episcopus, qui fuit Chronista Reginæ Berengellæ, & Regũ Hispanorũ historiam scripsit. De hoc monasterio scribit Nauarr. comment. de Regul. nu. 7. & 12.

In eadem ciuitate Legionensi est monasterium S. Marci canonicorum regularium S. Iacobi de Spata. Item aliud monasterium S. Ioannis del Mirango, in quibusdam rupibus Regni Legionensis ædificatum, quod nunc etiam incolitur à canonicis regularibus.

In Murcia ciuitate est monasterium canonissarum regularium, quod dicitur monasterium Matris Dei.

In Oscensi diœcesi est insignis Abbatia à Regibus Aragonensibus fundata, quæ vulgò mõna Aragonum nuncupatur, in qua canonicũ institutũ latis floret, de quo Miræus de Collegijs Canonicorũ Regularium cap. 32. nonnulla scribit. Huic Abbatiæ nunc præsidet Martinus Canilu vir sanè doctus, & singularis eruditionis, qui in Iure Canonico plura scripsit, & adhuc scribit.

Oxomensis Ecclesia prouinciæ Toletanæ per multa tempora fuit regularis, & in prouinciali Romano sub Alexandro VI. edito, adhuc inter cathedrales, quæ erant Ordinis S. Augustini numerabatur. Huius Ecclesiæ canonicus, & Subprior fuit S. Dominicus fundator Ordinis fratrum Prædicatorum, vt ex Breuiario Romano, & alijs Historicis passim habetur.

VI. Pampilonẽsis Metropolitana statim post electionem Saracenorũ per canonicos regulares S. Augustini fuit reformata, quorum adhuc institutũ in illa viget: nam & in prouinciali Romano recensetur inter Ecclesias, quæ sunt Ordinis D. Augustini. De hac scribit Nauarrus in comm. 1. de Regularibus nu. 17. vbi etiam aliarum quarãdam meminit. Huius etiã fit mentio à Ioanne de Nigraualle, & in procemio cõstitutionũ Benedicti XII. In hac metropolitana florut Martin⁹ de

Alia

Arles, & Andrositis eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, qui librum aduersus superstitiones, & scelum Lamiarum edidit, eiusdem Ecclesiæ fuit Episcopus S. Cerbonius, quem Ioannes de Nigravalle in Catalogo Sanctorum Ordinis canonicorum regularium describit.

In ciuitate Pampilonaensi est aliud monasteriũ canonicorum regularium sancti Petri nuncupatum. In diœcesi verò Pampilonensi est insignis, & vetustissima collegiata S. Mariæ Ronceualtis in finibus Regni Nauarræ à Carolo magno, vt fertur, fundata cum hospitali adiacente, & magnis reditibus, & prædijs attributis ditata, cuius extant canonicus Martinus ab Azpilqueta, cognomento Nauarrus Doctor tum eruditione, tũ rarissimis scriptis toti Orbi notissimus: cuius opera quod omnium manibus terantur, præcone nõ indigent. Hic cum Salmanticensem primam cathedram loris Canonici, ac deinde Colimbricẽsem pluribus annis rexisset, multis laboribus pro Ecclesia Catholica exantlatis, Romæ tandem reuersus octogenario maior, sepultus in Ecclesia sancti Antonij Nationis Lusitanorum cum Epitaphio.

In eadem diœcesi est aliud monasterium canonicorum regularium, quod dicitur S. Mariæ de Vanacuirce, cuius meminit liber taxarum Apostolicarum. In eadem est aliud monasterium vetustissimum tempore Gothorum in montibus Prætæ exstructũ in Comitatu, qui dicitur Riba Gorza, & vocatur monasterium S. Petri de Taberna. Aliud monasterium Saracenis cæteras Hispaniæ insulentibus, ad illorum manus nõ pervenit, licet ex antiquissimis monumentis constet, & difficultatis illis temporibus sub Regulari disciplina semper manserit, & adhuc maneat: licet alterum nouennio de Ouuare nuncupato vnitum, vt refert Didacus Murillo in lib. de miraculosa Ecclesia S. Mariæ de Pilari cap. 3.

Ecclesia Palentina prouinciæ Toletanæ à Ioanne de Nigraualle recensetur inter Ecclesias, quæ olim erant Canonicorum Regularium. Cæterum in diœcesi Palentina est monasterium canonicorum regularium, quod dicitur de Benevente, vbi triginta canonici residunt, & monasterium sanctissimorum spiritualem, ac etiã temporalem habet. In eadem diœcesi in loco, qui dicitur Frias, est aliud collegium canonicorum regularium, quod de Frias dicitur. In eadem diœcesi est collegium, quod appellatur Matris Dei clericorum secularium, olim erat monasterium canonicorum regularium. In eadem diœcesi in loco, qui dicitur Hortuillos, est collegium sacrarum virginum canonissarum. Item in ciuitate Palentina aliud monasterium canonissarum beatissimo Petri Augustino dicatum. Item aliud, quod dicitur de Vatto, sub inuocatione Sanctissimi Sacramenti, similiter canonissarum sub S. Augustini Regula degentium.

Arles,& Androsilla eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus,qui librum aduersus superstitiones, & sectam Lamiarum edidit,eiusdem Ecclesiæ fuit Episcopus S.Cerbonius,quem Ioannes de Nigraualle in Catalogo Sanctorum Ordinis canonicorum regularium describit.

In ciuitate Pampilonensi est aliud monasteriũ canonicorum regularium sancti Petri nuncupatum.In diœcesi verò Pampilonensi est insignis, & vetustissima collegiata S.Mariæ Ronceuallis in finibus Regni Nauarræ à Carolo magno, vt fertur,fundata cum hospitali adiacente,& magnis redditibus,& prædijs attributis ditata, cuius extitit canonicus Martinus ab Azpilqueta, cognomento Nauarrus Doctor tum eruditione, tũ vitæ integritate toti Orbi notissimus: cuius opera,quod omnium manibus terantur, præcone nõ indigent. Hic cum Salmanticensem primam cathedram Iuris Canonici, ac deinde Colimbricẽsem pluribus annis rexisset,multis laboribus pro Ecclesia Catholica exantlatis,Romæ tandem requieuit octogenario maior,sepultus in Ecclesia sancti Antonij Nationis Lusitanorum cum Epitaphio.

In eadem diœcesi est aliud monasterium canonicorum regularium,quod dicitur S. Mariæ de Vanneuinere, cuius meminit liber taxarum Apostolicarum.In eadem est aliud monasterium vetustissimum tempore Gothorum in montibus Prenæis extructũ in Comitatu,qui dicitur Riba Gorza,& vocatur monasterium S. Petri de Taberna.Illud monasterium Saracenis cæteras Hispaniæ inuadentibus,ad illorum manus nõ pertenit,sicut ex antiquissimis monumentis constat,& difficillimis illis temporibus sub Regulari disciplina semper mansit,& adhuc manet:licet alterum monasterio de Ouuare nuncupato vnitum, vt testatur Didacus Murillo in lib.de miraculosa Ecclesia S.Mariæ de Pilari cap.3.

Ecclesia Palentina prouinciæ Toletanæ à Ioanne de Nigraualle recensetur inter Ecclesias, quæ olim erant Canonicorum Regularium.Cæterum in diœcesi Palentina est monasterium canonicorum regularium,quod dicitur de Benauente, vbi triginta canonici residẽt, & monasterium iurisdictionem spiritualem, ac etiã temporalem habet.In eadem diœcesi in loco,qui dicitur Frias,est aliud collegium canonicorum regularium,quod de Frias dicitur. In eadem diœcesi collegium,quod appellatur Matris Dei clericorum secularium,olim erat monasterium canonicorum regularium,In eadem diœcesi in loco, qui dicitur Hornillos, est collegium sacrarum virginum canonissarum. Item in ciuitate Palentiæ aliud monasterium canonissarum beatissimo Patri Augustino dicatum. Item aliud,quod dicitur de Vatto,sub inuocatione Sanctissimi Sacramenti,similiter canonissarum sub S. Augustini Regula degentium.

Rotẽsis Ecclesia olim cathedralis in Ripa curtia ab institutione erat canonicorum regulariũ, vt illius monumenta vetustissima demonstrant.

VII. IN Salmanticensi ciuitate est collegium sanctimonialium canonici ordinis, quod S.Maria de las Duenas vulgo nuncupatur.

In Segouiensi diœcesi est monasterium S.Mariæ de Parace,cuius meminit Nauarrus cõment. 3.de Regularibus siu. 9. 17. & 22. & vocat illud augustissimum.In eadem diœcesi erat aliud monasterium septem leucis à Segouia, versus Septẽtrionem ædificatum,quod per Abbatem perpetuum iurisdictione,& insignijs Episcopalibus vtentem,regebatur.Cuius Abbatis prouentus annui octo millia aureorum erant, & totidem alij Conuentui reddebantur: verùm nunc prædictũ monasterium,cũ omnibus prouentibus Eremitæ D.Hieronymi de Escuriali ex donatione Philippi II.Regis Hispaniarum possident.

In Seguntina diœcesi prouinciæ Toletanæ est monasteriũ,quod dicitur de Villa Vitiosa, istud monasteriũ fundauit Dominus Ægidius de Albornoz Archiepiscopus Toletanus,quod multis redditibus locupletauit,& priuilegijs communitum fuit,& S.Blasio nuncupauit. Verùm illud quoque ab eremitis D. Hieronymi opera Regũ Hispaniarum non tenetur.

In Tirasonensi diœcesi prouinciæ Cæsaraugustanæ in oppido Calatao, siue Calatambio est Illustris Abbatia ordinis canonicorũ regulariũ, quæ vocatur Dominici Sepulchri,eo quod illius canonici sint de congregatione canonicorũ Dominici Sepulchri Ierosolymitani.meminerũt huius Abbatiæ Aubertus Miræus de collegijs canonicorum regularium c.32.& alij Canonici dictæ Abbatię insignia Regni Ierosolymitani in externis vestimentis deferunt. Habent collegium canonissarum eiusdem institutiintra ciuitatẽ Cæsaraugustanam:de congregatione Dominici Sepulchri inferius suo loco dicemus.

Tarraconensis Ecclesia Metropolitana, quæ ab initio fuit regularis,vt ex prouinciali Romano,& ex vetustis illius monumẽtis habetur,nunc etiam institutum canonicorum regulariũ tenet, Habuit Ecclesia Tarraconẽsis viros sanctissimos tum Episcopos,tum etiam canonicos,quos Ioãnes de Nigraualle Apostolicus Bibliothecarius in album Sanctorum canonici ordinis reponit, videlicet S.Fructuosum Episcopum,S.Aemilianum canonicum,& S.Badulphum,quem nominat Abbatem canonicæ Tarraconensis, vnde præter cathedralem oportet aliam in Tarraconensi ciuitate canonicam fuisse, in qua ille Abbatis munere fungeretur: nam Ecclesiæ cathedrales Abbates non habent, sed Episcopi,loco Abbatum,canonicis præsunt.

Apud Torquematam est monasteriũ canonissarum vulgo dictum de Bertauillo, à quodam Comite nomine Domno Parancuelo fundatum.

VIII. DE Toletana Metropolitana referunt grauissimi Autores teste Iacobo de Ayerue Priore S. Mariæ maioris Cæsaraugustanæ, illam statim à Saracenis recuperatam D. Augustini Regulam suscepisse, quippe quæ cum alijs Ecclesijs Hispanicis ante irruptionem Saracenorum Augustinianum institutum profiteretur. Porro apud vrbem Toletanam vetustissimum monasterium tempore Gothorum fundatum fertur extitisse, quod monasterium Sistæ ordinis D. Augustini ab asserto autore historiæ Flauij Dextri, & ab alijs quibusdam est nuncupatum: quod si verum est, de quo non contendo, quandoquidē ab aliquot seculis nulla illius vel minima vestigia remanserint, necesse erit dicere, illud canonicorum regularium cœnobium extitisse: quandoquidem tempore Gothorum nulli præter canonicos sub Augustini Regula militabant. Nec difficultatem ingerit, quod idem Autores illius monasterij accolas non canonicos, vel clericos, sed monachos nominauerint; quid enim obstat, aliquem illius historiæ deprauatorem, aut impostorem, vel ex imperitia, vel ex partiū studio pro clericis de suo cerebro monachos posuisse? præter quod quis nesciat, nomine monachorum ipsos etiam clericos canonicos, ob votorum emissionem, sæpius nuncupatos? vide quæ de hac re notauimus libro primo cap. 37.

Prope ciuitatem Toletanam insignis Collegiata, quæ sanctæ Eleucadiæ dicitur, ab institutione canonicorum regularium extitisse cōuincitur ex eo, quoniam illa Ecclesia à tempore antiquissimo Abbatem habere consuevit, quemadmodum ex Iuliano Toletano refert frater Ioseph de Siguentia Eremita Ordinis Diui Hieronymi in Chronica sui Ordinis libro primo capite decimo tertio, sub anno 1375 Abbates autem, sicut & Priores, non nisi Ecclesiæ Regulares olim habebant.

IX. VNum restat, quod fuerat olim apud eandem vrbem Toletanam vetustissimum Agaliense cœnobium, multis quidem titulis cum primis celebre, sed præsertim inhabitatione Sanctissimi viri Ildefonsi Beati Eugenij Toletani Archiepiscopi nepotis, & in Archiepiscopali munere successoris, qui in eodem cœnobio Regularis vitæ instituta sanctissimè suscepit, & multo tempore professus fuit. Super hoc cœnobio non me latet controuersiam inter Diui Benedicti monachos, & Regulares Canonicos exortam, dum illud quique in suas partes traducere nituntur, in qua ne si absque fundamento probabili inter monasteria canonicorum retulero, abacti pecoris accusor; si verò nulla cogente ratione monachorum Ordini concessero, neglecti gregis reus dijudicer, id solum referam, quod Doctor Franciscus de Pisa lib. 2. Historiæ Toletanæ de hac ipsa controuersia scribit. *Non minor*, inquit, *est difficultas in verificando, cuiusnam Ordinis Regula ru ex tunc approbatum fuerit monasterium agaliense, cuius sunt monachus sanctus Ildefonsus. & etiam abbas, & sub qua Regula, & instituto monachi ibi vixerint, cum certum & constans sit, per eam tempora nullam aliam Regulam in Occidente præter augustini, et Diui Benedicti seruari solitam. Multi affirmant monasterium ordinis D Benedicti extitisse, cum sententia sunt Tritemius, Petrus de Alcozer, & Marsia de Sanctis Hispanarum, & Michael Cattanæus Vita illius sancti, quæ cum libro eiusdem de Virginitate D. Dei Genitricis Mariæ habetur. Eidem Fr. Franciscus de Xandoual adhæret, secutus eiusdem opinionem, qui cartas nonnullas in libraria domo solum inuenit. Primum huius sententiæ fundamentum est nomen Monachi, & abbatum, quo nomine illi veniuntur qui S. Ildefonsi historiam scribunt quod professorem Ord. D. Benedicti proprium videtur. Verum Breuiarium Toletanum, quod per multos annos Ecclesia primitus in ipsa habuit, nonnisi ab vrbe recuperata, vsque ad reformationem Pij V. claua dicit, & reperit in multis antiquissimis, illud fuisse canonicorum regularium locum ante illa vetustissima de Vita sanctissimi ipsius, & Ildefonsi Bibliotheca sanctæ Ecclesiæ seruari Toletana alias allegata. Idem etiam habebant libri Fisi sanctissimum virum, qui vulgari dignitate eius non celebrantur antiquorum horum à Magistro Villegas, quorum vna quidem Fr. S. Hieronymi, aliæ ab aliis longe antea fuerint editi. Id ipsum Ioannes Trullo Ordo sanctæ Christinæ lib. 1. de Ord. Canonicorum regularium c. 8. scribit, vt non autoritate Fr. Alphonsi de Orozco in Chronica Ord. D. Aug. Nec mirum quod fratres Augustiniani, & Monachi Benedictinenses hunc sanctum adscribant, quæ in numero suorum habere volunt, quemadmodum de stirpe Homeri post illius obitum multæ vrbes decertauerunt. Vtraque optimo probabilio videtur, nos tanta controuersia iudicium volo agere, cliqat quisque quod magis probauerit: hoc solum adiecto in annos Abbatu, quod huius monasterij præsectus tributur, seruum monentis constitus, quandoquidem antea ejus tum ordinem D. Benedicti, inter eos qui ceremonias celebrant, tam in vsu erat. Sed ipse D. Ildefonsus in suo libro de Virginitate illustribus eiusdem semper Præsidem Abbatem vocat, sed Rectorem: multo minus ipsum nomen monachi, quod omnibus communem votum simul ducentibus commune est, a græco nomine Monos derivatum, quod significat vnum, & ibi illorum minimum proprium, qui in commune viuentes plures vnum sunt, habentes stilices cor vnum & animam vnam, sicut in Actis Apostolorum legimus. Itaetiam eleganter idem August in Psalm. 132. quicunque: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum: ostendens se, & suos in Congregatione simul viuentes iure, & proprie monachos vocari posse. Quare, inquit, nos non appellemur monachi, cum dicat Psalmus: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. & alia subiungit, quæ in videri possunt, & idem habet in sermone 15. ad fratres in Eremo, qui est de Communitate Clericorum.* Hæc dictus autor, ex quibus cū non solū habeamus

con-

constantissima totius Ecclesiæ Toletanæ traditione & alter Breuiario, ac etiam autoribus, qui de vita S. Ildefonsi vsque ad tempora Pij V. scripserunt, monasterium Agaliense non monachorum, sed canonicorum regularium extitisse, verū etiam recto fundamento contrariæ assertionis, quod in solo nomine Abbatis, vel monachi consistatur cum ante & post exortum D. Benedictum tam canonici regulares, quàm monachi, Abbatem habere consueuerint, cum etiam nomē monachi, si vim nominis attendamus, & illius vsum apud grauissimos autores in more positum, neque conueniat ipsis canonicis regularibus, vt lib. cap. 38. deducimus: mirum sanè videtur, Hispanos, qui tantam vim in suarum Ecclesiarum traditionibus constituunt, antiquissima traditione totius Ecclesiæ Toletanæ inter Ecclesias Hispaniarum facilè principis recepta per annos circiter quingentos, nimirum ab ipsa Ecclesia recuperata, quod accidit ante annum circiter 1080. vsque ad Pium V. qui obijt anno 1472. eadem non posse habita, contrariam sententiam amplexos, nullo alio fundamento nixos, nisi quòd S. Ildefonsum monachum dictū inuenerunt, quod tam firmum est, vt vix dignum sit in illius infirmitate monstranda laborare. Verùm de S. Ildefonso & illius instituto sermo forsan redibit.

I. ECclesia Valentina olim Episcopalis, nunc Metropolitana canonicorum regulariū fuisse conijcitur non solùm ex Catalogo Ioannis le Nigrinalle, verùm etiam ex officio proprio D. Patris Augustini, quod more canonicorum regularium etiam nunc recitatur teste Io. Trullo lib. de Canonicis, cap. 3. num. 3. In Ciuitate Valentiæ est monasterium canonissarū regul. quod vocant S. Mariæ de Las Duenas. In Metropoli Valentina est aliud monasterium canonissarum S. Cārstophori.

In Vrgellensi Diœcesi Prouinciæ Tarraconēsi est monasterium S. Vincentij de Cardona. Itē aliud monasterium Agerense nuncupatum. Item aliud monasterium S. Mariæ de Solsona, omnia canonicorum regularium, ex libro Taxarum Apostolicarum.

Adde tandem ex Navarro in Comm. 3. de Regularibus, præsertim nu. 17. & 22. plures Ecclesias tum Cathedrales, tum Collegiatas & monasteria canonicorum regularium in Regnis Aragonū, Castellæ, Nauarræ, & Lusitaniæ fuisse, quæ ad suæ vsque tempora per canonicos regulares regebantur, etsi illorum nomina non ponat; & quidem alia numera canonicorum regularium collegia per omnes Hispanias olim extitisse, quæ nunc in collegiatas seculares fuerunt conuersa, ostendunt dignitates Abbatum, vel Priorum in eisdem Ecclesijs postea retentæ, quæ certè nonnisi ex regularibus ad seculares sunt deriuatæ, neque vllam Ecclesiam reperire licebit, quæ ante annos quadringentos eiusmodi dignitatibus fuerit insig-

constantissima totius Ecclesiæ Toletanæ traditione & ritus Breuiarior. ac etiam autoribus, qui de vita S. Ildefonsi vsque ad tempora Pij V. scripserunt, monasterium Agaliense non monachorum, sed canonicorum regularium extitisse, verùm etiam euertio fundamenti contrariæ assertionis, quod in solo nomine Abbatis, vel monachi constitutum est, cum ante & post exortum D. Benedictum tam canonici regulares, quàm monachi, Abbates habere consueuerint, cum etiam nomẽ monachi, si vim nominis attendamus, & illius vsum apud grauissimos autores in more positum, æque conueniat ipsis canonicis regularibus, vt lib. 1. cap. 58. deducimus: mirum sanè videtur, Hispanos, qui tantam vim in suarum Ecclesiarum traditionibus constituunt, antiquissima traditione totius Ecclesiæ Toletanæ inter Ecclesias Hispaniarum facilè principis recepta per annos circiter quingentos, nimirum ab ipsa Ecclesia recuperata, quod accidit ante annum circiter 1080. vsque ad Pium V. qui obijt anno 1472. eadem non posse habita, contrariam sententiam amplexatos, nullo alio fundamento nixos, nisi quòd S. Ildefonsum monachum dictũ inuenerunt, quod tam infirmum est, vt vix dignum sit in illius infirmitate monstranda laborare. Verùm de S. Ildefonso, & illius instituto fermo forsan redibit.

I. ECclesia Valentina olim Episcopalis, nunc Metropolitana canonicorum regularium fuisse conuincitur non solùm ex Catalogo Ioannis de Nigraualle, verùm etiam ex officio proprio D. Patris Augustini, quod more canonicorum regularium etiam nunc recitatur teste Io. Trullo lib. 1. de Canonicis, cap. 3. num. 3. In Ciuitate Valentiæ est monasterium canonissarũ regul. quod vocatur S. Mariæ de Las Duenas. In Metropoli Valentina est aliud monasterium canonissarum S. Christophori.

In Vrgellensi Diœcesi Prouinciæ Tarraconẽsis est monasterium S. Vincentij de Cardona. Itẽ aliud monasterium Agerense nuncupatum. Item aliud monasterium S. Mariæ de Solsona, omnia canonicorum regularium, ex libro Taxarum Apostolicarum.

Adde tandem ex Nauarro in Comm. 3. de Regularibus, præsertim nu. 17. & 22. plures Ecclesias tum Cathedrales, tum Collegiatas & monasteria canonicorum regularium in Regnis Aragonũ, Castellæ, Nauarræ, & Lusitaniæ fuisse, quæ ad suæ vsque tempora per canonicos regulares regebantur, etsi illorum nomina non ponat; & quidem alia innumera canonicorum regularium collegia per omnes Hispanias olim extitisse, quæ nunc in collegiatas seculares fuerunt conuersa, ostendunt dignitates Abbatum, vel Priorum in eisdem Ecclesijs postea retentæ, quæ certè nonnisi ex regularibus ad seculares sunt deriuatæ, neque vllam Ecclesiam reperire licebit, quæ ante annos quadringentos ciusmodi dignitatibus fuerit insignita, quæ non fuerit regularis. Vnde audiendus non est in hoc Doctor Franciscus de Pisa dum lib. 2. Historiæ Toletanæ contra Arnoldũ Vuion affirmat consuetum esse apud Hispanos, multos collegiatarum Prælatos, & etiam aliarum Ecclesiarum Parochos Abbates nuncupari: id enim (si de titulo vero agitur, non de vulgi nuncupatione) verum non est, nisi de Ecclesijs quæ ab institutione fuerant Regulares, vt capite statim sequenti ex Codice vetustissimo, in Archiuo Sancti Crucis Colimbricensis seruato euidenter ostendemus.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs Canonicorum Regularium Prouinciæ Lusitaniæ.

IN Regnis Lusitaniæ vetustissimam extitisse propagationẽ clericorum canonicorũ, quos regulares dicimus, & in exordio nascentis Ecclesiæ per B. Iacobi Apostoli discipulos inchoatam, vetus & constans illius prouinciæ est traditio: nam quemadmodum ipse beatissimus Apostolus sanctum Athanasium Cæsaraugustanum, ita beatum Petrum Bracharensem in Lusitania Episcopos ordinauit, quos eisdem legibus, & institutis cum suis presbyteris, & clericis viuere præcepit. Confirmant hanc traditionem Ecclesiæ canonicorum regularium vetustissimæ, quas omnes ante annos quingentos, vel sexcentos sub canonica districtione, & sub beati Augustini Regula vixisse, antiqua illarum tabularia, & monumenta produnt. Cuiusmodi fuerunt Portugallensis, Bracharensis, quæ in prouincia Lusitana primatum tenet, Colimbricensis, Vlyssiponensis, Lirinensis, & aliæ. Nam Portugallensem Ecclesiam canonicos regulariter, & sub D. Patris Augustini Regula vsque ad annum 1185. habuisse, probat liber vetustus in eius Ecclesiæ Cartophylacijs seruatus, qui Censuale nuncupatur, in quo quidem parte sexta titulo de Diuisionibus inter Episcopum & capitulum fol. 130 hæc habes: *"Post martyrem D. Ferdinandi Martini Episcopi Portugallensis, qui obijt era 1223. sexto idus Decembris, fuit electus in Ecclesia Portugallensi Martinus Petri Decanus Bracharensis, & postquam fuit Episcopus factus, instituit in eadem Ecclesia nouiter quatuor dignitates, scilicet Decaniam, Cantoriam, Sibolastiam, Thesauriam. Nondum erant in eadem Ecclesia supradicta dignitates: sed erant omnes regulares sub regula sancti Augustini, dormientes in vna domo, comedentes in alia, & in claustro conuersantes.*

De Bracharensi verò Metropolitana in eodem libro Ecclesiæ Portugallensis idem habetur inquit enim, dictum Episcopũ diuisisse redditus, & prouentus totius Episcopatus, qui ante in communi cum canonicis reperiebantur, in tres partes, quarum duas Episcopo reseruauit, tertiam canonicis dimisit, quemadmodum antea factum fuerat in Ecclesia Bracharensi, quæ est mater Ecclesiæ Portugallensis. Porrò in Diœcesi Bracharensi erant tres Prioratus canonicorum regularium, quorum meminit Innocentius Tertius lib. 2. fol. 342. in epistola ad Priores Vimarensem de Costa, & de sancto Tornaco.

De Colimbricensi, quæ est in eadem prouincia Bracharensi, liber fundationis monasterij S. Crucis Colimbricensis de beato Tellone eiusdẽ Ecclesiæ Archidiacono, & dicti monasterij fundatore sic habet: *Hinc enim anno à Virginis partu millesimo centesimo trigesimo primo susceitauit Deus virum quendam præclarum, vitæ, sanctimonia, ac diuinarum literarum gloria excellentem, qui sanctissimũ regularis ordinis canonici institutum in Portugallia funditus euersum, excitauit, & in pristinum statum redegit: fuit autem ũ nunquam satis laudatus Dominus Yello amplissimæ huius Sedis Colimbricensis Archidiaconus, ibiq; canonica obseruantia regularis professũ obseruantissimus, ac illius, quæ dicitur sanctæ Crucis Colimbricensis autor, & parens &c.*

De Vlyssiponensi, quæ nunc est Metropolitana, idẽm testatur Ioannes de Nigraualle in Catalogo Ecclesiarum regularium Hispanicarum: similiter de Ecclesia Leirinensi, quæ olim erat simplex collegiata, nunc verò erecta in cathedralem, & etiam ex regulari secularem effectam eiusdem Ecclesiæ vetera monumenta produnt euidenter, vt ex relatione ad me ex illis Regionibus transmissa à Reuerendissimmo Generali Colimbricensi accepi.

II. PRæter supradictas verò Ecclesias cathedrales, & alias, quæ ad meam notitiam non venerũt, alias plurimas collegiatas, & monasteria canonicorum regularium in prouincia Lusitana extitisse, quorum nomina, quin etiam & vestigia funditus perierunt, fidem facit liber vetustus in Archiuo S. Crucis Colimbricensis seruatus, in quo ita legitur: *Era 1394. (fuit autem annus à Christi nativitate 1356. quo tempore in Italia propter bella, & schismata ordo canonicus maxima detrimenta accepit) tanta fuit in Portugalia gentium strages, causa magna sterilitatis, & præsentium penuria, quod ex tribus gẽtium partibus duas perierunt, tam breui temporis interuallo, vt iam cæmeteria tot mortuorum cadauera minimè capere potuissent: sed tam in illis, quàm extra in antris, quæ ad hoc fiebant quaterna, sena, & quotquot poterant, sepeliebantur. quod malum per totam Iberiã, & Galliciam cursauit: quo tempore Sarraceni totam Betbicam, omnia solo æquando, infestauerunt, Catholicis multa mala infelentes, & arcem Calpes expugnauerunt. & ob hæc strages, & sterilitates istorum tam calamitosorum temporum multa monasteria Ordinis canonicorum regularium extinguebantur, eò quod omnes eorum Religiosi, & pene omnes Parochiani mutabantur, & monasteria deserta extiterunt sine habitatoribus. tunc Episcopi cum Ecclesias recognoscerent, de prædictis monasteriis Abbates Vicarios, & Curatos prospiciebant: & postea multa alia ibi in commendatis conuersa. sicut nunc, prob dolor, intuemur.* Hęc ille. Ex quibus habes, vnde originẽ apud Iberos habuerit consuetudo vocandi Abbates capita Ecclesiarum collegiatarum secularium, ac etiam Parochos: quia scilicet illæ Ecclesiæ antea fuerunt Regulares, in quibus deficientibus ipsis regularibus, instituti fuerunt clerici seculares.

POrro quæ adhuc in eadem Prouincia Lusitana supersunt canonicorum monasteria, hæc III.
in duplici sunt differentia. nam Aliqua canonica destituta, vel ex regularibus collegia clericorum secularium sunt effecta, vel commendata, vel ad alios Ordines regulares translata, illisque vnita. Aliqua verò sunt in quibus canonicum institutum nunc etiam per Dei gratiam viget, & floret. Quæ canonicis regularib' omnino destituta, vel facta sunt secularia, vel ad alios Ordines transierunt, hęc sunt, quæ ex Catalogo ab eodem Reuerendissimo P. D. Antonio à Cruce Generali Colimbricensi ad me nuper transmisso accepi, quem totidem verbis hic reddendum iudicaui.

Primum monasterium de Leca, eò quod iuxta fluuium Leca ædificatum est. nunc Ordinis militaris S. Ioan. Ierosolymitani.

2. Monasterium Aquarum sanctarum eiusdẽ Ordinis Melitæ, siue S. Ioannis Ierosolimitani.

2. Monasterium collegiatum sanctæ Mariæ, vulgò Sedofeita iuxta Portugallẽsem ciuitatem. Habet Abbatem, & canonicos seculares.

4. Monasterium de Baucas. fuit comitatus Marialuæ. nunc verò possidet illud Academia Colimbricensis.

5. Monasterium in ciuitate Leirinæ, nunc Sedes Cathedralis canonicorum secularium, erat membrum antiquæ congregationis sanctæ Crucis Colimbriæ.

6. Monasterium sanctæ Crucis de Cortes iuxta Augustobrigam, fertur tempore bellorum, quæ inter Lusitanos & Iberos olim fuerunt, deperditum. nunc verò est monialium.

7. Monasterij S. Martini de Mancellis. nunc Prædicatorum Ord. S. Dominici.

8. Monasterium S. Andreæ de Ansede eiusdem instituti. habet Asylum, & Iurisdictionem ciuilem.

9. Monasterium Sancti Ioannis Longorum collium, quod possident nunc RR. Patres Societatis Iesu.

10. Monasterium Dominæ nostræ de Carquere. idem Iesuitæ possident.

11. Monasterium S. Ioannis de Roijs, quod incolunt Iesuitæ.

12. Monasterium de Costa iuxta municipiũ de Guimaracis, quod tenent fratres Eremitæ S. Hieronymi, & est nobilissimum, & magnis redditibus locupleta.

13. Monasterium S. Iacobi Dantas. nunc Abbatia secularis.

14. Monasterium de Freyno.

15. Monasterium de Nordelo. nunc Abbatia secularis, & Camera Episcopi Portugallensis.

16. Monasteriumde Baldreu, siue Collis Dei, nunc commendatitium.

17. Monasterium de Biade.

18. Monasterium Sancti Saluatoris de Balneo. olim nobilissimum, ex quo Magnus Alphonsus Henricus I. Lusitanorum Rex primos tres Priores monasterij sancti Vincentij Vlyssipponensis accepit. modo commendatum. Ordinis militiæ Iesv Christi.

19. S. Saluatoris de Ribas.

20. Monasterium de Barbaẽs Limię.

21. Monasterium de Requiam commendatitium.

22. Monasterium S. Mariæ de Rates. commendatorum.

23. Monasteriam de Sauto in termino Munidopi de Guimaracs.

24. Monasterij S. Christophori de Maphoẽr, quod Rex D. Alphonsus Henricus multis redditibus ditauit, erat enim iam tunc temporis Oratorium clericorum.

25. Monasterium Cerzedelli.

26. Monasterium S. Torcati.

27. Monasterium Villæ Coux.

28. Monasterium de Airaẽs.

29. Monasterium S. Andreæ de Tolloẽs.

30. Monasterium S. Petri de Ferreira.

31. Monasterium de Reflorijs de Ribadaue.

32. Monasterium S. Vincentij de Sernande Lucensę Diœcesis, cuius etiam fit mentio in libro taxarum Apostolicarum.

33. Monasterium S. Iacobi de Fonte Arcada commendatitium.

34. Monasterium de Lobao, nunc Ecclesia parochialis. Adde ex libro taxarum Apostolicarum.

35. S. Mariæ de Ismagad Diœcesis Lucensis Prouinciæ Bracharensis, quod puto esse commendatum. & Nota, quòd aliud monasterium eiusdem nominis ponitur in Diœcesi Laonensi in eodem libro.

IV. Cætera monasteria, quæ nunc etiam institutum canonicum retinent, omnia ad Illustrissimam S. Crucis Colimbricensis congregationẽ spectant, quæ sola in Regnis Hispaniarum ex ordinatione Canonicorum regularium inuenitur, in qua regularia instituta maximè vigent, de qua, quòd ita sit ex instituto dicendum sit, ne superflua repetitione tempus, & paginas conteramus, hoc solum Catalogum monasteriorum dictæ con-

gregat
impræ
nem al
antiqu
gatio S
eaq; pr
Prin
caput
Gener
est Re
Suburl
Alpho
gis, Fer
acceptu
sis Eccl
teris so
fuit san
sterij Pr
nus Od
lis. Hoc
morum
liorum
stris cur
ornatur
doctrin
mum or
ret: prog
ros in su
2. M
ponam
plagam
Vlyssipe
ob hoc
phici O
ordinc
professiu
satione i
3. Est
limbrice
siue pos
prius fue
cum tran
QVart
Eccle
tugallens
cuius eti
mentio h
5. Est n
uatoris v
fluuium
Rege edi
6. Est
Portugal
vt ex ca
betur.
7. Sand
ficatum i
vetustissi
annum

12. Monasterium de Costa iuxta municipiũ de Guimaraes, quod tenent fratres Eremitæ S. Hieronymi, & est nobilissimum, & magnis redditibus locuples.
13. Monasterium S. Iacobi Dantas. nunc Abbatia secularis.
14. Monasterium de Freyno.
15. Monasterium de Nordelo. nunc Abbatia secularis, & Camera Episcopi Portugallensis.
16. Monasterium de Baldreu, siue Collis Dei. nunc commendatitium.
17. Monasterium de Biade.
18. Monasterium Sancti Saluatoris de Balneo. olim nobilissimum, ex quo Magnus Alphonsus Henricus I. Lusitanorum Rex primos tres Priores monasterij sancti Vincentij Vlyssipponensis accepit. modo commendatum. Ordinis militiæ IESV CHRISTI.
19. S. Saluatoris de Ribas.
20. Monasterium de Barbaës Limię.
21. Monasterium de Requiam commendatitium.
22. Monasterium S. Mariæ de Rates. commendatitium.
23. Monasterium de Sauto in termino Municipij de Guimaraes.
24. Monasteriũ S. Christophori de Maphoër, quod Rex D. Alphonsus Henricus multis redditibus ditauit, erat enim iam tunc temporis Oratorium clericorum.
25. Monasterium Cerzedelli.
26. Monasterium S. Torcati.
27. Monasterium Villæ Coux.
28. Monasterium de Airacs.
29. Monasterium S. Andreæ de Tolloës.
30. Monasterium S. Petri de Ferreira.
31. Monasterium de Reflorijs de Ribadaue.
32. Monasterium S. Vincentij de Sernande Lucanæ Diœcesis, cuius etiam fit mentio in libro taxarum Apostolicarum.
33. Monasterium S. Iacobi de Fonte Arcada commendatitium.
34. Monasterium de Lobao, nunc Ecclesia parochialis. Adde ex libro taxarum Apostolicarum.
35. S. Mariæ de Ismagad Diœcesis Lucensis Prouinciæ Bracharensis, quod puto esse commendatum. & Nota, quod aliud monasterium eiusdem nominis ponitur in Diœcesi Laonensi in eodem libro.

IV. Cætera monasteria, quæ nunc etiam institutum canonicum retinent, omnia ad Illustrissimam S. Crucis Colimbricensis congregationẽ spectant, quæ sola in Regnis Hispaniarum ex ordine Canonicorum regularium inuenitur, in qua regularia instituta maximè vigent, de qua, quòd inferius ex instituto dicendum sit, ne superflua repetitione tempus, & paginas conteramus, hoc solum Catalogum monasteriorum dictæ congregationis quàm breuissimè describemus, quæ impræsentiarum obtinet: nam ante reformationem alia plura obtinuisse ex illius monumentis antiquis non obscurè indicatur. Habet congregatio S. Crucis Colimbricensis decem & nouem, eaq; præcipua monasteria, quorum

Primum, quod dignitate cæteris præstat, & est caput dictæ congr. in quo illius Prior, seu Abbas Generalis suam ordinariam residentiam habet, est Regium monasterium S. Crucis in Balneo Suburbano ciuitatis Colimbriæ, ex donatione Alphonsi Lusitaniæ primùm Ducis, deinde Regis, Ferdinandi Comitis, & Tarasiæ Reginæ filij acceptum, à Sanctiss. viro Tellone Colimbricensis Ecclesiæ tunc regularis Archidiacono, & cæteris socijs anno 1131. fundatum, ex quibus vnus fuit sanctus Theotonius primus eiusdem monasterij Prior conuentualis, alter venerabilis Dominus Odorius eiusdem monasterij Prior claustralis. Hoc monasterium maximis priuilegijs Summorum Pontificum, & Regum Lusitaniæ, & aliorum Principum munitum, prædijs, Villis, Castris cum Iurisdictione spirituali, & temporali ornatum, magnos viros sanctitate, & omnigena doctrina illustres protulit, & tanquam amœnissimum omnium virtutum viridarium semper floret: propter quæ apud omnes Lusitanos, & Iberos in summa veneratione habetur.

2. Monasterium est S. Vincentij apud Vlyssiponam ab eodem Rege Alphonso Henrico ad plagam Orientalem dictæ ciuitatis anno 1148. Vlyssipona ab infidelibus erepta fundatum, tum ob hoc præcipuè, quod in eo B. Antonius Seraphici Ordinis illustrator, de Padua nuncupatus, ordinem canonicorum regularium S. Augustini professus, duobus annis sua sanctissima conuersatione illud decorauit.

3. Est collegium S. Augustini in ciuitate Colimbricensi nuper fundatũ, videlicet anno 1593. siue potius ex ipso cœnobio S. Crucis, in quo prius fuerat erectum extra in opportuniorem locum translatum.

V. QVartum monasterium est S. Saluatoris de Ecclesiola nuncupatum, duabus leucis à Portugallensi ciuitate distans, anno 922. fundatum, cuius etiam in libro taxarum Apostolicarum mentio habetur.

5. Est monasterium S. Augustini antea S. Saluatoris vulgo de Serra in cacumine montis iuxta fluuium Durium à Ioanne Tertio Portugalliæ Rege ędificatum.

6. Est S. Saluatoris de Morejra in Diœcesi Portugallensi ante annos sexcentos fundatum, vt ex cartis donationum monasterij illius habetur.

7. Sanctiss. Dominæ nostræ de Nandino ædificatum inter fluuios Durium, & Minium, & est vetustissimum, de cuius antiquitate constat ante annum 1177.

8. Est sanctissimæ Mariæ de Reflorijs propè fluuium Limiam,& oppidum,quod Pons Limiæ dicitur. Extant cartæ donationis eidē factæ anno 1124.

9. Sancti Georgij propè ciuitatem Colimbriā iuxta flumen Mundan à quodam Comite Colimbricensi ex voto fundatū,& abundātissimis redditibus dotatum. huius monasterij in libro taxarum Apostolicarum mentio habetur,& est taxatum in ducatis octingentis: quod illius opulētiam monstrat.

10. S. Petri de Floques propè municipium de Arganil Colimbricensis Diœcesis.

11. Est S. Petri de Paderne iuxta fluuium Minium,quod de anno 1141. videtur fuisse monialiū; postea de anno 1231. Regularium canonicorum erat.

12. Sanctæ Mariæ de Molia in Diœcesi Bracharensi apud municipium, quod dicitur Barca. extant monumenta illius antiquitatis de anno 1141.

13. Monasteriū sancti Simeonis de Iunquejra. sent instrumenta permutationum,quæ illius antiquitatem ante annum Christi 1096. demonstrant.

14. Monasterium S. Stephani de Villella in Diœcesi Portugallensi vetustissimum.

15. Villæ Bonæ Episcopi nuncupatū inter Lamicam,& Durium fluuios fundatum anno 990. à Domno Monione Viegas,& Domno Sesnando Episcopo Portugallensi.

16. Sancti Martini de Cramos situm in Diœcesi Bracharensi,in quo anno 1123. Prioratū gerebat Gundisaluus Menendi,ex quo illius antiquitas probatur.

17. Est monasterium S. Michaelis de Villarinho inter Durium,& Minium in Diœcesi Bracharensi circa annum 1074 fundatum ex quadam carta donationis.

18. Sanctæ Mariæ de Oliuejra,quod fundauit Domnus Sesnandus de Hueris anno Domini nostri 1033.

19. Est monasterium sancti Martini propè castrum de Anobrega in Diœcesi Bracharensi inter Durium,& Minium situatum, quod fundatum fuit era 1174. idest anno Dñi nostri Iesu Christi 1136. ex inscriptione in porticu illius Ecclesiæ seruata.

Hæc omnia ex Catalogo monasteriorū dictæ congregationis à Reuerendiss. P. D. Antonio à Cruce Generali ad me Romam transmissa per summam sunt accepta, de quibus in eadem congregatione fusius dicemus.

VI. FVerunt etiam in eodem Regno Lusitaniæ vetustissima collegia sacrarum Virginū canonissarum,ac in primis in fundatione monasterij sanctæ Crucis Colimbricensis constructum fuit claustrum separatum illustribus,& nobilibus fœminis,quæ contemptis mundi illecebris Deo sub D. Augustini regula scipsas dicabāt, sub obedientia Priorum dicti monasterij,quas Domnas vocabāt,vt patet ex schedula professionis Domnæ Moniæ, quæ talis est: *Ego Monia Martini filia timens Deum,& vltroni dicens iudicij,trado meipsam Deo,& Colimbricensi monasterio sanctæ Crucis,ac vobis quoque Domno Theotonio eiusdem monasterij priori,& ceteris canonicis ibidem in perpetuum commorantibus: & offero ibi villam nomine Almasam integram iuxta fluuium Mondin sitam,pro qua ego dedi aliam villam,quæ dicitur Terroso iuxta Durium,&c.* Itemque in veteri libro, quo mortuorum nomina notari solebant, inuenitur Regina Domna Maphalda sanctæ Crucis Canonica sic notata: *Obyt Domna Maphalda inclita Regina Portugalliæ Coniunx Domini Alphonsi Primi Portugallia Regis, Canonica sancta Crucis, nonis Decembris,* & filia quædam Regis, nomine Domna Constantia similiter reperitur Canonica. Permanserunt autem dictæ Canonicæ in eodem monasterio, vsq; ad secundam reformationē factam auctoritate Apostolica, instante Ioanne III. Rege Portugalliæ,quo tempore ille viuendi modus dictarum Canonissarum fuit abrogatus. Est in sacello Reliquiarum eiusdem monasterij quædam capsa,in qua ossa vnius ex dictis canonissis seruātur,quæ tum ab antiquis,tum etiam recentioribus in veneratione habentur: licet non de miraculis,sed de monumento solum constet. Erat etiam in sacello IESV intra claustrum eiusdem monasterij Saluatoris Crucifixi Imago vetustissima,qui vnam dictarum canonissarum alloquutam fuisse, & super petitione iniusta respondisse, rediens quid petatis, vetus est loci traditio, qua, ob illius vetustatem penè cōsumpta sublata, altera ei similis ob deuotionem,& facti memoriā in eius loco est suffecta, illa vetusta in loco decenti seruata. Præter quas canonicas duo adhuc canonissarum monasteria vetustissima supersunt, quorum prima fundatio vix inueniri potest, quorum alterū, quod media leuca ab Vlyssipona distat, Chelas vocatur, redditibus,& canonissarum numero abundans. Virginum Vestalium eum locum primitus extitisse, quorundam est sententia, ex quibusdam literis super ædiculæ aditum exaratis hausta, in quo inter Vestales olim Achillem se abscondisse, ne ad bellum Troianum iret, ibique ab Vlysse iuuentum, ac ob eam causam nomen Chelas ab Achille eidem loco inditum; Historici quidam comminiscuntur, apud quos sit fides. Alterum vero etiam nobilissimum, & vetustissimum intra muros Colimbricenses positum sanctæ Annæ dicitur. Verum istud recens renouatum alium habitum accepit.

Tandem in eodem Regno Lusitaniæ est insigne monasterium canonicorum regularium D. Augustini regulam profitentium ordinis militaris S. Iacobi de Spata,ac eiusdem Ordinis in Lusitania Metropolis, qui ordo habet etiam monasterium

sterium cathedrale in prouincia Algarbiorum,ad quod nomini Dominæ ex illustrissimis familijs procreræ administrantur. Hæc duo monasteria loēs III. Portugalliæ Rex congregationi Colimbricensi per Sedem Apostolicam vnitri procurauerat. verū mors hac vita sublato, literæ vnionis iam expeditæ effectum sortitæ non sunt.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

De Propagatione, Ecclesijs, & monasterijs, Canonicorū Regularium in Prouincijs Gallarum.

QVis ordinem canonicorū regularium per B. Augustinum reformatum primus in prouincias Gallitarum inuexerit, quanquā certò decernere, & vt aiunt, digito monstrare nō valeam, duo tamen sunt, quorum alterum probabile admodum videtur, alterum autem omnino certum,& constans, quod in tacre probabile,& fere certū videtur, est reformationem clericorum à Beato Augustino in Ecclesia Hipponensi inchoatam, ipso adhuc in humanis agente, vel ab eius discipulis vel ab externis,quibus cū Augustino consuetudo familiaris, cuius sequentiarum solutionum grauissimarū quæstionum ad fidem & religionem spectantiū interceleb at, quippe qui ad illam tanquam ad diuinum oraculi in causis grauissimis ex omnibus mundi partibus accurrebant, in aliis quoque prouincijs, præsertim Hispaniarum, & Galliarum fuisse propagatam. Suadet enim hoc in primis necessitudo sanctissimorum virorum Hieronymi,& Prosperi cū ipso Beato Augustino, quorum primus se illius filium,& alumnum, & cum fateare, & fratria eidem Augustino valde familiarem fuisse indicat in epistola ad ipsum D. Augustinum, quæ præmittitur libro Diui Augustini de Prædestinatione sanctorum: ater verò licet facie incognitus, tamen per literas Augustino ipsi notissimus, vtilius doctrinæ super omnes alios acerrimus propugnator extitit, vt omnibus patet. Suadent etiam commercia quotidiana, quę inter Afros præsertim Hipponenses, & Tunetanos & Gallos Narbonenses, tempore Augustini intercelebant. Nam,& Leporius ex Gallijs discedens, Vocē in Africa Episcopus fuit ordinatus, cui in Pelagianismum lapso, vt ad sanam fidem reuerteretur, tum B. Augustinus, tum in primis Massilienses operam dederunt, quemadmodum apud Cassianum in libro de Incarnatione, Gennadiū, & alios videre licebit. Sed quod maximè hanc

sterum canonicorum vt proprietatem, ad quod omnes Dominæ ex illustrissimis familijs procreatæ admittuntur. Hæc duo monasteria Ioës III. Portugalliæ Rex congregationi Colimbricensi per Sedem Apostolicam vtri procurauerat. verũ ipsos hac vita sublato, literæ vnionis iam expeditæ effectum sortitæ non sunt.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

De Propagatione, Ecclesijs, & monasterijs, Canonicorũ Regularium in Prouincijs Gallicarum.

QVis ordinem canonicorũ regularium per B. Augustinum reformatum primus in prouincias Galliarum inuexerit, quanquã certò decernere, & vt aiunt, digito monstrare nõ valeam, duo tamen sunt, quorum alterum probabile admodum videtur, alterum autem omnino certum, & constans, quod in hac re probabile, & fere certũ videtur, vt reformationem clericorum a Beato Augustino in Ecclesia Hipponensi inchoatam, ipso adhuc in humanis agente, vel ab eius discipulis, vel ab externis, quibus cũ Augustino consuetudo familiaris, cuius inquirendarum solutionum grauissimarũ quæstionum ad fidem & religionem spectantiũ intercederet, quippe qui ad illum tanquam ad diuinum oraculũ in causis grauissimis ex omnibus mundi partibus accurrebant, in alijs quoque prouincijs, præsertim Hispaniarum, & Galliarum fuisse propagatam. Suadet enim hoc in primis necessitudo sanctissimorum virorum Hilarij, & Prosperi cũ ipso Beato Augustino, quorum primus se illius filium, & alumnum, & cum fratre, & fratria eidem Augustino valde familiarem fuisse indicat in epistola ad ipsum D. Augustinum, quæ præmittitur libro Diui Augustini de Prædestinatione sanctorum: alter verò licet facie incognitus, tamen per literas Augustino ipsi notissimus, vtilius doctrinæ super omnes alios acerrimus propugnator extitit, vt omnibus patet. Suadent etiam commercia quotidiana, quæ inter Afros præsertim Hipponenses, & Tunetanos & Gallos Narbonenses, tempore Augustini intercedebant. Nam, & Leporius ex Gallijs discedens, Vticæ in Africa Episcopus fuit ordinatus, cui in Pelagianismum lapso, vt ad sanam fidem reuerteretur, tum B. Augustinus, tum in primis Massilienses operam dederunt, quemadmodum apud Cassianum in libro de Incarnatione, Gennadiũ, & alios videre licebit. Sed quod maximè hanc sententiã firmat, ipso Augustino adhuc superstite illius libri præ manibus Gallorum iam plures habebantur, quorum causa Pelagiani, & Semipelagiani magnos tumultus excitabant, pro quibus sedandis, & Catholica B. Augustini doctrina defendenda, strenuè ijdem Hilarius, & Prosper decertauerunt. quis autẽ credat, Episcopos, & Presbyteros Galliarum, qui pro fide Catholica tuenda, & explicanda B. Augustini libros tanta diligentia exquirebant, ad compositionem & cleri reformationem, non etiam illius vitæ institutum, & regulam pro reformatione clericorum editam ad se deferri, & in suis Ecclesijs plantari, & propagari studuisse? Certè Beatus Prosper Augustiniani instituti æmulatorem strenuum se ostendit in omnibus libris de Vita contemplatiua, in quibus quæ August. de communi vita clericorum tribus sermonibus scripta reliquit, idem Prosper totidem ferè verbis pro reformatione clericorum Gallicanæ Ecclesiæ notauit.

II. QVod verò in hac re omnino certum est, & in dubium reuocari nequit, est canonicorum regularium institutum sub ipsa tempora D. Augustini non solum in Gallias inuectum, verum etiam per multas Ecclesias Galliarum ampliatum. Nam in Concilio Arelatensi III. quod anno Domini 450. vel circa fuit celebratum sub Leone II. editus est hic canon: *Prouidendum necesse est vnicuique Episcopo, qualiter canonici viuere debeant, nec non & Monachi secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant, vt ait Apostolus, vnusquisq; in qua vocatione vocatus est in ipsa permaneat.* Qui canon repetitur in Concilio Quarto Arelatensi sub formalibus verbis cap. 6. & in Concilio Secundo Turonensi sub Pelagio I. celebrato cap. 20. nominantur canonici, & ne quis dicat, illos fuisse canonicos seculares, legat Concilium quartum Arelatense cap 8. vbi statuit, vt in monasterijs canonicorum, vel monachorum, vel puellarum nõ amplius suscipiantur, quam ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possint. Legat etiam Concilium Tertium Turonense anno 813. celebratum cap. 24. statuens, vt canonici, & clerici ciuitatum, qui in Episcopis conuersantur, in claustris habitantes omnes simul in vno dormitorio dormiant, simulque in vno reficiantur refectorio, &c. cap. sequenti vbi statuit: *Simili modo Abbates Monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nũc videtur esse, sobriè sub prouideant canonicis, vt habeant claustra, & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque reficiantur, horas canonicas custodiant, &c.* Hi enim canones euidenter probant, nomen canonicorum de antiquo tempore ante annum octingentesimum, nonnisi ad designandos clericos regulariter in claustris & monasterijs, communiterque viuentes vsurpatum, omnesque clericos canonicos nuncupatos regulares fuisse, vt vel ipsum nomen canonici absque alia probatione ostendit, quod etiã eleganter Renatus Chop-

pinus

Choppinus in suo monastico vtulo 3.§.14. notauit, estque textus expressus cum sua glossa in cap. omnibus de Consecrat. dist. 5. Hinc etiam deducitur, ab antiquissimo tempore ante Concilium tertium Turonense fuisse in Gallijs, immo, & in tota Ecclesia Dei, canonicos in Monasterijs sub Abbatibus degentes, quia, & illos, qui in monasterijs sub Abbatibus, & in Episcopijs sub Episcopis degebant, eisdem professus regulis vixisse, & consequenter eiusdem instituti extitisse. Vnde habes, quo Abigeos repellas, qui statim atque in aliquo monasterio Abbatem inuenerint, totam familiam ad caulas monachorum abigere volunt. Sed videatur cap 31. eiusdem Concilij Turonen. quod de canonicorũ monasterijs disponit, iunctis ijs, quæ statuta sunt in Concilio Moguntino sub Leone III. celebrato cap. 20. & 21. & in Concilio Meldensi cap. 53. & 58. pro reformatione canonicorum in monasterijs commorantium.

III. HOc vnum addiderim, ipsam D. Augustini institutionem, siue potius canonici ordinis restitutionem, tam cito per omnes Galliarũ Ecclesias dilatatam, vt dixerit venerabilis Petrus Cluniacensis D. Bernardi contemporaneus lib. 3. epist. 28. olim in omnibus Cathedralibus, & collegiatis fuisse canonicos regulares in communi viuentes. Sed & Archidiaconus in cap. Quæsitũ, 1. quæst. 3. testatur, omnes Cathedrales Galliarũ antiquitus vocatas fuisse monasteria, tanta quippe deuotione, ac honore ipsi Galliarũ Antistites, immo & Principes, ac Reges ipsam canonicam institutionem colebant, præsertim Carolus Magnus, & Ludouicus eius filius, & regni, ac Imperij dignissimus hæres, & successor, vt de ipso Carolo Magno scripserint Ioannes Turpinus in eius vita cap. 13. & ex illo Vincentius Bellouacensis in Speculo historiali lib. 24. cap 14. illum canonicos, & monachos semper ad mensam suam habere voluisse, & Renatus Choppinus in Monastico lib. 1. tit. 3. §. 6. affirmet, illũ Imperiali decreto statuisse, vt omnes Galliarum Cathedrales regerentur per ipsos canonicos regulares, quod decretũ inter leges antiquas Regni Galliarum per Carolũ Magnum editas cap. 115. dicit contineri. Etsi autem laboriosum valdè fuerit singulas Ecclesias, ac monasteria, in quibus olim viguit institutio canonicorum regularum, vel nunc etiam viget, distinctè, ac singulatim cum illarum fundationibus recensere, referam nihilominus pauca de multis, quarũ mentio, vel in Prouinciali Romano, vel in libro Taxarum Apostolicarum, vel in libro, qui dicitur Practica Cancellariæ Apostolicæ, vel in libris Historicorum illius Gentis, aut alias apud autores graues fide dignos, & non suspectos habetur, in quibus referendis licet Ordo Prouincialis Romani antiqui ante centũ annos in multis fuerit immutatus, tamen ne dũ ab vno errore cauere volumus, in multos alios recurramus, eiusdem antiqui Prouincialis ordinem aliquatenus sequemur, singulas Cathedrales sub singulis Metropolitanis referentes, sub quibus constituuntur in eodem Prouinciali relicto tamen in reliquis illius Ordine, & sequendo Ordinem Alphabeti facilioris doctrinæ gratia, hoc vnum aduertentes, nos in Ecclesijs, & monasterijs Galliarum recensendis aliqua numerare, quæ non sunt propriè in regno Galliarum, sed in prouincijs finitimis, vt Sedunensium, Cathaloniæ, & ue Gotię, & Sabaudię, quòd prædictæ Ecclesiæ vel monasteria sub Metropolitanis Galliarum sint cõstitutæ. Ecclesiæ, & monasteria prouinciarum Galliarum, quarum notitiam venari licet, hæc sunt:

IV. ALbiensis Cathedralis prouinciæ, id est Metropolis Bituricensis, quæ cum ab antiquo tempore esset regularis, & postea relaxata, tempore Bonifacij Papæ VIII. curante Bernardo eiusdem Ecclesiæ præsule, per canonicos regulares fuit reformata, referente Augustino Ticinensi in Diluciario Christianarum Religionũ fol. 72. pag. 1. eam verò ex regulari factam secularem notat Rebuffus in Praxi Beneficiorum, in titulo, de Ecclesiæ erectione in secularem, nu. 8.

Anicensis Cathedralis eiusdem prouinciæ Bituricensis, sed exempta, cuius Episcopus vtitur pallio, ex procemio libri Constitutionum Benedicti XII. pro reformatione canonicorũ regularium editi, in quo notantur Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Cathedrales, quæ tunc temporis regebiantur per canonicos regulares. Liber impressus fuit Romæ per M. Stephanum Guillereti de Lauriuilla Tullensis diœcesis, quo primùm tempore vsus artis Typographiæ obtinere cœpit. Ex hoc Episcopatu, inquit Ticinensis loco proximè citato, assumptum Clementem Papam IV. qui postea illum sub arctiori canonicorum regularium obseruantia reformauit. Et dicit hoc habere ex Constitutionibus ea de causa editis, quas ipse fortè vidit.

Abricensis Cathedralis prouinciæ Rotomagensis. Huius Ecclesiæ meminit Innocentius III. lib. 2. epistola ad Decanum & Capitulum Abricense fol. 284. in diœcesi Abricensi est monasterium Ordinis canonicorum regularium, quod vocatur montis Maurelli. ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ.

Aduensis Episcopalis prouinciæ Ausitanæ habebat quatuor monasteria Ordinis canonicorũ regulariũ, de quibus Renatus Choppinus in Monastico lib. 1. tit. 1. §. 17. ita scribit. *in dicœsi Aduensi prouinciæ Auxitanæ sunt quatuor monasteria canonicorum regularium, qui ab anno sexagesimo octauo facti sunt seculares.*

V. AMbianensis Cathedralis antiquitùs erat Regularis, ex Ioanne de Nigraualle in Catalogo Ecclesiarum Regni Gallici Regularium, qui autor est fide dignus, quia fuit Bibliothecarius Apostolicus, & dictum Catalogum ex Archi-

tis Ecclesiæ Romanæ collegit. & quia in omnibus veridicus inuenitur, hoc excepto, quòd aliquos viros, & etiam Ecclesias refert in Catalogũ Canonicorum, qui sunt, vel fuerunt de Ordine monachorum, quippe quia inuenit illos regulares, sed non inuenit cuius Ordinis essent professores, quod semel monuisse sufficiat. In ciuitate verò Ambianensi est monasterium Abbatiale S. Martini apud Gemellos Congregationis Victorinæ, vt Auberrus Miræus in lib. de Collegijs canonicorum regularium cap. 49. scribit: *ante altare tutatur locus in quo S. Martinus adhuc Catechumenus, & postea Turonensis Episcopus clam eodem suam fouit, & pauperi potenti dedit: fuit enim eo loco olim Virgo portaque omnes volupe nobis fuit ex aduentitia inscriptione discere, cum ante annos aliquot Ambiani essemus.* Secundam etiam reperitur ibi monasterium Ordinis canonicorum regularium, dictum S. Mariæ de Vsingnolo. Tertium quoque S. Petri Ambianensis, cuius fuit canonicus S. Domicius Confessor, ex Ioanne de Nigraualle in Catalogo sanctorum Canonici ordinis, nunc ordinis Præmonstratensis. Horum trium fit mentio in lib. taxarum Cameræ Apostolicę. Quartum quod dicitur Spissi campi in diœcesi Ambianensi, cuius meminit Innocentius III. lib. 1. fol. 116. in epistola ad N. Episcopũ Ambianensem, pro eodẽ monasterio missa, ita scribens: *auctoritate tibi præsentium mandamus, vt nisi dilectus filius Abbas S. Martini in Gemello Canonicos seu Ordinis in domo Spissi campi, quam nec Ecclesia Kalgonis obtentu ad instituendos illos seu Ordinis statues, liberalitate propria concessit, illi, quam statuendos, tu pell trinam commonitionem vel eosdem, vel alios ad Ordinis vires instituendi, appellatione postposita, liberam habeas facultatem.* Quintũ est S. N. de Petro moso eiusdem diœcesis, quod fundunt Theobaldus Episcopus Ambianensis, vt habes ex literis Innocentij III. eidẽ Theobaldo Episcopo directis libro secundo fol. 438.

In Andegauensi Episcopatu prouinciæ Turonensis fuit quatuor eiusdẽ Ordinis monasteria, ex lib. taxarum Cameræ Apostolicæ, primum S. Georgij, secundum monasterium omnium Sanctorum, tertium S. Mariæ de Rota, vel vt alij libri legunt de voto, quartum S. Ioannis Melinensis, cui est vnitus Prioratus S. Mariæ de Failleta eiusdem Ordinis.

Aromatensis Ecclesia Cathedralis prouinciæ Remensis erat canonicorum regularium ex Innocentio III. cap. Sane. de Regularibus.

Arelatensem Ecclesiam Metropolitanam ab institutione fuisse Regularem, ostendunt Concilia in ea celebrata, & Canones pro reformatione canonicorum regularium ibidem editi, Cæterum insticorum canonicorum regularium in eadem Ecclesia vsque ad Innocentium III. imò vsque ad Alexandrum VI. vel continuatum, vel reparatũ, ostendunt epistolæ eiusdem Innocentij III. Capitulo Arelatensi directæ, quæ habentur lib. 1. fol.

nis Ecclesiæ Romanæ collegii: & quia in omnibus veridicus inuenitur, huc excepto, quòd aliquos viros, & etiam Ecclesias refert in Catalogũ Canonicorum, qui sunt, vel fuerunt de Ordine monachorum, quippe quia inuenit illos regulares, sed non inuenit cuius Ordinis essent professores, quod semel monuisse sufficiat. In ciuitate verò Ambianensi est monasterium Abbatiale S. Martini apud Gemellos Congregationis Victorinæ, vt Auberrus Miræus in lib. de Collegijs canonicorum regularium cap. 49. scribit: *Ante altare notatur locus in quo S. Martinus adhuc Catechumenus, & postea Turonensis Episcopus clam ydem suam fudit, & pauperi petenti dedit: fuit enim eo loco olim Virgo portaque omnis voluptuosa nobis fuit ex aduentu inscriptione diserta, cum ante annos aliquot Ambiani esse-*
mus. Secundum etiam reperitur ibi monasterium Ordinis canonicorum regularium, dictum S. Mariæ de Vsignolo. Tertium quoque S. Petri Ambianensis, cuius fuit canonicus S. Domicius Confessor, ex Ioanne de Nigraualle in Catalogo sanctorum Canonici ordinis, nunc ordinis Præmonstratensis. Horum trium fit mentio in lib. taxarum Cameræ Apostolicæ. Quartum quod dicitur Spissi campi in diœcesi Ambianensi, cuius meminit Innocentius III. lib. 1. fol. 116. in epistola ad N. Episcopũ Ambianensem, pro eodẽ monasterio missa, ita scribens: *autoritate tibi præsentium mandamus, vt nisi dilectus filius Abbas S. Martini de Gemellis Canonicos suos Ordinis in domo Spissi campi, quam nos Ecclesia Rothomagensis obtentu ad instituendos ibidem Ordinis fratres, liberalitate propria concessimus, fecerit statuendos, tu pro tempore constituendi vel nostrum, vel archiepiscopi Ordinis viros instituendi, appellatione postposita, liberam habeas facultatem.* Quintũ est S. N. de Petro moso eiusdem diœcesis, quod fundauit Theobaldus Episcopus Ambianensis, vt habetur ex literis Innocentij III. eidẽ Theobaldo Episcopo directis libro secundo fol. 438.

In Andegauensi Episcopatu prouinciæ Turonensis sunt quatuor eiusdẽ Ordinis monasteria, ex lib. taxarum Cameræ Apostolicæ, primum S. Georgij, secundum monasterium omnium Sanctorum, tertium S. Mariæ de Rota, vel vt alij liberlegant de voto, quartum S. Ioannis Melinensium est veterus Prioratus S. Mariæ de Failleta eiusdem Ordinis.

Aroasensis Ecclesia Cathedralis prouinciæ Remensis erat canonicorum regularium ex Innocentio III. cap. Sane de Regularibus.

Arelatensem Ecclesiam Metropolitanam ab institutione fuisse Regularem, ostendunt Concilia in ea celebrata, & Canones pro reformatione canonicorum regularium ibidem editi, Cæterum institutum canonicorum regularium in eadem Ecclesia vsque ad Innocentium III. imò vsque ad Alexandrum VI. vel continuatum, vel reparatũ, ostendunt epistolæ eiusdem Innocentij III. Capitulo Arelatensi directæ, quæ habentur lib. 1. fol. 228. ac etiam Prouinciale Romanum sub Alexandro VI. editum, in quo Ecclesia Arelatensis inter Ecclesias Ordinis S. Augustini numeratur, quemadmodum etiam in proœmio dicti libri Constitutionũ Benedicti XII. & in Catalogo Ioannis de Nigraualle. In diœcesi Arelatensi erat Prioratus S. Iacobi de Sancino eiusdem Ordinis, qui anno 1455. per Calistum III mẽsæ Episcopali fuit vnitus, decipitur tamen Augustinus Ticinensis, dum inter canonicos regulares illius Ecclesiæ numerat S. Honoratum, S. Hilarium, & S. Cæsarium eiusdem Ecclesiæ Episcopos: illi enim regulares, & dictæ Ecclesiæ Episcopi fuerunt, at non canonici, sed monachi ex monasterio Lirinensi: non tamen tũc Ordinis D. Benedicti, vt alij perperam scribunt, qui nullum monachum, nisi Benedictinum in Occidente fuisse putant: nam per ea tempora necdum B. Benedictus natus fuerat.

VI. AVenionensis Ecclesia Metropolitana per S. Rufum Apostolorum discipulum fundata, clericos regulariter viuentes secundum regulam Apostolicam vsque ad annum circiter 1480. semper habuit, vt ex omnibus de eadẽ Ecclesia scribentibus aperte liquet. Immo in Prouinciali Romano, quod postea editum fuit, inter Ecclesias ordinis D. Augustini recẽsetur. Vide quę de illius fundatione scribit Renatus Choppinus in monastico lib. 2. tit. 1. § 20. Hanc Ecclesiã ex regulari seculare fecit Iulian' de Ruuere S. R. E. Cardinalis, & Galliæ Legatus anno 1485. qui postea electus summus Pontifex, vocatus est Iulius Secundus.

Prope ciuitatem Auenionensem fuit monasterium S. Rufi circa annum millesimum ædificatũ, à quatuor canonicis cathedralibus, quod fuit caput totius congreg. S. Rufi nuncupatæ, quod circa annũ 1209. per Albigenses Hæreticos est euersum, & canonici Valentiam commigrarunt.

Augustana Prætoria Cathedralis Prouinciæ Taurasiensis, quæ ab antiquissimo tempore, & ab institutione regularis extitit, nunc etiam institutum canonicorum regularium retinet, qui supervestę nigra, quam more clericorum secularium deferunt, hastam lineam strictam ad latitudinem trium, vel quatuor digitorum in signum regularis professionis omnibus patentem portant. Quæ Ecclesia, vel hoc solo titulo ab omnibus regularibus canonicis digna est venerari quod illius fuerit Archidiaconus S. Bernardus, non ille Clarevallẽsis Abbas, sed canonicus regularis & multorum signorum patrator, inter quæ illud præcipuum extitit, quod in monte Iouis, nunc S. Bernardi, in finibus Allobrogum Sedunensis Diœcesis Iouis statuam, in qua Dæmon responsa & sanitates dare profitebatur, euertisset, & incolas pessima superstitione & tyrannide liberasset, Dæmonem adiuratum in aspera & profunda montium loca ablegauit. quam ob causam factum est, vt Dæmon ad pedes D. Bernardi catena ligatus

pin-

pingatur: licet per errorem, vel imperitiam à nõnullis hoc factum D. Bernardo Abbati Clarevallensi tribuatur. De qua plura videri possunt apud Carolum Nouariensem Episcopum in sua Nouaria lib. 10. Nam hic sanctus vir apud Nouarienses sua pignora reliquit, quæ in Ecclesia Cathedrali in maxima veneratione habentur. Quod autem ad Ecclesiam Augustanam spectat, idem autor hæc habet de ipso Bernardo scribẽs: *Atque ea nocte Augustam petyt, vbi à Petro benigne susceptus, habitum quoque Ecclesiæ canonicorum consensu postea accepit, qui vita, regulaque communi, vt plerasque veteres huiusmodi Collegiæ vtebantur. postea sacris initiatus Ecclesiæ, pie, assidueq; canonicis horis inseruiuit, donec Petro mortuo magna Cleri, populiq; voluntate Archidiaconus, licet nollet, factus est, anno Domini nongentesimo sexagesimo sexto, cum beatus Vrsus, vt quidam scribunt, Vrbis esset Episcopus.* Est in ciuitate Augustana monasterium S. Vrsi nuncupatum, quod Iacobus Philippus Bergomensis lib 12. sub anno Dñi 985. à Marchionibus Montiferrati fundatum, & canonicis regularibus cum dote duorum millium aurcorum annuorum donatum affirmat. Idem confirmat relatio ex Augusta Prætoria nuper transmissa, licet nũc quod ad redditus spectat, illi nunc valdè imminuti sint, & vix ad duo millia nummorum parui ponderis Sabaudiæ ascendant. Ecclesia ob multa insignis est, & prima post Cathedralem in toto Episcopatu Augustana, cuius canonici numero duodecim statutis diebus solemnioribus, in Cathedrali cum illius canonicis ad sacra facienda conueniunt, & in publicis processionibus pariter incedunt. Habet Priorem, qui post Episcopum primam dignitatem obtinet, & insignijs Pontificalibus vtitur: Licet iam multis abhinc annis non regularis professus, sed secularis, & fiduciarius esse consueuerit. Præfuerunt tamen eidem monasterio plures canonici professi, tum vitæ sanctitate, tum dignitate insignes, & illustres, ex quibus fuit ipse B. Vrsus primum dicti monasterij, quod antea S. Petro Apostolo nuncupabatur, postea ipsius ciuitatis Augustanæ Præsul in eodem monasterio, siue in eius Ecclesia, cui postea nomen dedit, honorificè tumulatus, prope cuius sepulchrum iacet corpus B. Galli Episcopi Augustani. Arnulphus quoque Episcopus Augustanus, Petrus de Palatio Episcopus Augustanus, Bonifacius Episcopus Augustanus, qui pro beato in veneratione habetur, Herluinus Archiepiscopus Tarantasiensis, qui omnes dicti loci Priores extiterunt. Emericus quoq; ex canonico dicti monasterij Episcopus Augustanus, qui pro beato habetur. Ecclesia S. Vrsi præter illius sacra pignora, multis reliquijs insigniter est dotata, sunt enim in illa, vna de spinis coronæ Dominicæ, Crux parua ex ligno viuificæ Crucis Saluatoris mundi. Item pars Spongiæ, quæ Dominus noster felle & aceto fuit potatus. Item vna de Costis S. Petri Apostoli, & aliæ plures thecis argenteis decentissimè custoditæ.

Prioratus S. Vrsi, qui etiam curam animarum annexam habet, decem & septem Ecclesias parochiales olim subiectas habebat, nũc vix quinque obtinet, quæ per canonicos dictæ Ecclesiæ regi consueuerunt. Hæc ex relatione nuper transmissa per summam fideliter collegi.

In Diœcesi quoque Augustana in oppido Veretij est aliud monasterium canonicorum regularium S. Ægidij nuncupatum, in quo duodecim canonici residere solent, licèt bellis nunc fatis attritum, vt ex authentico scripturis Romam trãsmissis didici. Est etiã in finibus Augustanæ Diœcesis, & Tarantasiensis aliud monasterium ab eodem sancto viro Bernardo in honorem Dei, sanctæque illius Genitricis, & B. Nicolai fundatum, ac dotatum, quod nunc S. Bernardi dicitur, de quo idem Carolus Nouariensis Episcopus hæc habet: *In alia item montis parte Diœcesis Tarantasiensis columnam esse (scilicet audiui) cui carbunculus erat impositus, quem illius statuæ oculum vocabant, ibi ebantq; per eum languores hominum à Deo sanctoq; spiritu, & curari.* & infra: *atque eo loco ad honore Dei, eiusque sanctissimæ Matris, & patroni sui Nicolai Ecclesiam, ac canobium instituit Monachorum, seu Canonicorum, quod quidem primo bonis, quam sua non potestate dotauit: deinde etiam Richardo Patri, & Bernardo patruo persuasit, vt alia bona largirentur, ex quibus magni hodie quoque sumptus ad canonicorum alimenta, aduenarumq; omnium hospitum suppeditantur. Monasterium ab Augusta, quæ in Gallia situr, distat ferè iter diei, & nomine sancti Vrsi appellatur, &c.* Aliud demum est monasterium in eadem Diœcesi canonicorum regularium, quod S. Bernardi parui ad differentiam alterius, de quo nunc dictum, vocatur, de quo idem Carolus Episcopus ita subiungit: *Cumque alia Ecclesia, & Cœnob vna liud eiusdem nominis sit posteà constitutum, primum illud Magni nomen accepit.*

In Aurelianensi Episcopatu Prouinciæ Senonensis sunt duo monasteria, ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ primum vocatur S. Mariæ de Balgentiaco, alterum S. Emirtij.

In Antisiodorensi Episcopatu eiusdem Prouinciæ Senonensis sunt etiam duo monasteria ex eodem libro taxarum Apostolicarum, primũ S. Laurentij de Abbatia. secundum S. Petri Antisiodorensis.

IN Bellouacensi Episcopatu est celebris, & antiquissima Præpositura S. Quintini, de qua Sigibertus, & omnes Historici loquuntur. Fuit enim huius Ecclesiæ Præpositus S. Iuo Episcopus Carnotensis, per quem Ordo canonicus in Gallicana Ecclesia relaxatus admodum & prope collapsus reflorutisse perhibetur, & ad pristinam disciplinam restitutus. De antiquitate huius monasterij idem Choppinus lib. 2. tit. 2. §. 1. hæc habet: *Ex consimili Quintino in Bellouacensi Ita-*

li-

lia exemplo apud Iuonem Carnotensem, quæ communiter sine Romanarum Antistitum, Regumq; Francorum exordijs & beneficijs epistola 280. ad Gotofredum Bellouacensem Episcopum quem admodum &c. Quo in monasterio sancti Quintini, aut Montis Quintiniani Carolus Calnus Gallia Rex placitum tenuit cum suis Comitibus anno 874. ex Annonij appendice lib. 5. de gestis Francorum cap. 31. Ex quibus videas, istud monasterium esse antiquum ante annos circiter octingentos: neque D. Iuonem in eo Canonicam regulam primùm instituisse, sed iam olim institutam reformasse. In eodem Episcopatu videtur esse alia Abbatia S. Georgij de Boys, cuius idem Renatus Choppinus meminit lib. 1. tit. 3. num. 5. §. 16. Item alius Prioratus parochialis S. Petronæ de Pemponne, & S. Martini de Boys, aliàs de la Veronica apud Bellouacum, cuius idem autor meminit ibid. §. 21. in Additionibus. Meminit etiam Ioannes de Nigraualle in Catalogo sanctorum canonici Ordinis cuiusdam Abbatiæ Bellouacensis, cuius fuit Abbas S. Marius Confessor.

Tornacensem Ecclesiam Metropolitanã fuisse olim regularium canonicorum, præter Ioannẽ de Nigraualle fatentur Rebuffus in lib. de Regularibus ad prælaturas nominandis §. ad præmissa, in verbo Priuilegia, & ex illo Renatus Choppinus lib. 1. tit. 3. §. 6.

In Diœcesi verò Bituricensi sunt infrascripta monasteria canonicorum. Primum Plenipendense, siue de Pleubendem, quod exstruxit Riccardus secundus Bituricensis Archiepiscopus, & in eo defunctus est anno 1092. Cui monasterio Adalbertus Riccardi successor multa bona est largitus, ex Choppino lib. 1. tit. 3. §. 3. in Additionibus. Secundum est monasterium S. Ambrosij. Tertium S. Saturi. Quartum S. Mariæ de Collis. Quorum illorum fit mentio in libro taxarum Cameræ Apostolicæ. Quintum S. Cyrici Exuldensis, de quo idem Choppinus eodem lib. 2. tit. 1. §. 11. refert quandam sententiam Parlamenti Parisiensis ad fauorem capituli dicti monasterij, quæ apud illum videri potest.

Burdegalensium Metropolitanam Prouinciale Romanum inter Ecclesias ordinis S. Augustini refert, de qua Petrus Damiani in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Bisuntinum, quæ legitur inter eius epistolas lib. 3. epist. 8. scribit, vidisse in eadem Ecclesia alterum clausstrum, quod dextrum tenebat latus, vbi candidus clericorum cœtus tanquam chorus nitebat Angelicus, qui velut in cœlestis Athenæ gymnasijs sacrarum scripturarum erudiebantur eloquijs, & veræ Philosophiæ solerter incumbebant studijs, seseq; sub regularibus exercebant quotidie disciplinis. Subdit ibidem: Nec illud excidit, quia præter istas, duas alias noster canonicus vrbi simul, eodemq; tempore construxit, quam scilicet cum Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ: alteram verò, si rite teneo, cum Ecclesia S. Laurentij.

la exemplo apud Iuonem Carnotensem, quæ communiter sciri Romanorum Antistitum, Regumq; Francorum auctoritas & beneficijs epistola 280. ad Gotofredum Bituricensem Episcopum quemadmodum &c. Quo in monasterio sancti Quintini, aut Montis Quintiniani Carolus Calvus Galliæ Rex placitum tenuit cum suis Consiliarijs anno 874. ex Annonij appendice lib. 5. de gestis Francorum cap. 31. Ex quibus videas, istud monasterium esse antiquum ante annos circiter octingentos: neque D. Iuonem in eo Canonicam regulam primum instituisse, sed iam olim institutam reformasse. In eodem Episcopatu videtur esse alia Abbatia S. Georgij de Boys, cuius idem Renatus Choppinus meminit lib. 1. tit. 3. num. fine §. 16. Item alius Prioratus parochialis S. Petri de Pemponne, & S. Martini de Boys, aliàs de la Veronica apud Bellouacum, cuius idem autor meminit ibid §. 21. in Additionibus. Meminit etiam Ioannes de Nigraualle in Catalogo sanctorum canonici Ordinis cuiusdam Abbatiæ Bellouacensis, cuius fuit Abbas S. Marius Confessor.

Bituricensem Ecclesiam Metropolitanã fuisse olim regularium canonicorum, præter Ioannẽ de Nigraualle fatentur Rebuffus in lib. de Regularibus ad prælaturas nominandis §. ad præmissa, in verbo Priuilegia, & ex illo Renatus Choppinus lib. 1. tit. 3. §. 6.

In Diœcesi verò Bituricensi sunt infrascripta monasteria canonicorum. Primum Plenipendense, siue de Pleubendem, quod exstruxit Riccardus secundus Bituricensis Archiepiscopus, & in eo defunctus est anno 1092. Cui monasterio Adalbertus Riccardi successor multa bona est largitus, ex Choppino lib. 2. tit. 3. §. 3. in Additionibus. Secundum est monasterium S. Ambrosij. Tertium S. Saturi. Quartum S. Mariæ de Collis, omnium illorum fit mentio in libro taxarum Cameræ Apostolicæ. Quintum S. Cyrici Exuldensis, de quo idem Choppinus eodem lib. 2. tit. 1. §. 11. refert quandam sententiam Parlamenti Parisiensis ad fauorem capituli dicti monasterij, quæ apud illum videri potest.

VIII Bituricam Metropolitanam Prouinciale Romanum inter Ecclesias ordinis S. Augustini refert, de qua Petrus Damiani in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Bisuntinum, quæ legitur inter eius epistolas lib. 3. epist. 8. scribit, vidisse in eadem Ecclesia alterum claustrum, quod dextrum tenebat latus, vbi candidus clericorum cœtus tanquam chorus nitebat Angelicus, qui velut in cœlestis Athenæ gymnasijs sacrarum scripturarũ eruditionibus eloquijs, & veræ Philosophiæ solerter incumbebant studijs, sesq; sub regularibus exercebant quotidie disciplinis. Subdit ibidem: *Nec istud excidit, quia præter istas, duas alias nouiter canonicas vnà simul, eodemq; tempore construit, scilicet cum Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ: alteram verò, & ritè teneo, cum Ecclesia S. Laurentij.*

Cum autem duas canonicorum regulariter viuentium Ecclesias ab eodem Hugone restitutas B. Petrus Damianus his verbis narret, alteram cuius nomen reticetur S. Pauli, nunc Abbatialem intra eandem ciuitatem fuisse, ex dictæ Ecclesiæ S. Pauli fundatione, & restitutione per Reuerend. admod. Patrem Dũm Ioannem Nardinum illius modernum Priorem collecta, & ad me nuper transmissa, probabile forsan videbitur. Sciendum enim est, præter cathedralem, & alias à B. Petro Damiano memoratas, quasdam alias canonicorum regularium Ecclesias præcipuas fuisse olim in Diœcesi Bisuntina, & nunc etiam reperiri, quarum nonnullæ Abbatiali, aliæ Prioratus titulo sunt decoratæ.

Prima Abbatialis est Ecclesia insignis S. Pauli in eadem ciuitate Bisuntina per S. Donatum Bisuntinum præsulem anno Dñi 630. sub Regula S. Columbani Abbatis Luxouiensis, cuius precibus eundem S. Donatum Wandalinus, & Flauia Burgundionum Duces obtinuerant, primitus fundata, deinde post varios casus & ruinas anno Dñi 1044. per B. Hugonem Bisuntinum Archiepiscopum, qui antea eandem S. Pauli Abbatialẽ post Albericum Rodulpho Rege iubente, obtinuerat, restituta, collocatis in ea canonicis, quos non amplius sub Abbate, vel Præposito, sed sub Decano per fratres eligendo viuere constituit. Constant omnia ex illius testamento, siue ex diplomate institutionis ipsius canonicæ S. Pauli, in quo inter alia sic habet: *Igitur post ordinationem Congregationis Venerabilis Patroni nostri S. Stephani Protomartyris, quam ex bonis ipsius, quæ quondam malè ablata fuerant, & ex proprio beneficio, necnon ex materna hæreditate coadunaueram, diuino prouocatus instinctu, volui & in sanctæ Dei Genetricis honorem à fundo Ecclesiam ædificare, & canonicorum frequentia pro bonorum exhibitione decorare. Dum autem hæc mecum tacitus reputarem, diuque vtrum hoc, aut illud surgendo operi cohæreret, consilio haberem, placuit sententiam priorem mutare: nec tamen ab incepto cessare. Abbatia enim S. Pauli olim in eius honore, nunc pijssimæ Virginis Mariæ dicata, in meam potestatem venerat, quam bonæ memoriæ prius Abbas dum vixit, Albericus rexerat. Quapropter inquam consulenti potissimum visum est mihi, vt & quod debebam meæ Mariæ, & quæ erant in meæ potestate bona S. Pauli vnirem, vnitumque canonicis ibi Deo, & Matri eius, & beato Apostolo, sanctoque Anthidio in eadem Ecclesia requiescenti seruientibus attribuerem.* & infra. *Rogo obnixè, ne in loco suprascripto Abbas ponatur, neque Præpositus ordinetur: quia sæpius quærunt quæ sunt propria, negligunt q; fratrum commoda. Decanus ibi constituatur, talis tamen, qui à fratribus eligatur, & qui magis velit prodesse, quàm præesse. Si quis igitur successorum &c.* Hoc testamentum actum fuit anno 1044. & viginti Episcoporum nominibus subsignatum, quo anno primus canonicorum Decanus nomine Wichardus est institutus, perseuerauitque regimen

Decanorum in eadē Ecclesia vsque ad ann. 1122. post quē annum inuecta est in illam B. Augustini regula, prius enim dicti canonici illam non habebant, & fortè sub D. Benedicti regula quoquo modo adhuc viuebant, vel sub aliqua regula ab eodem Archiepiscopo illis præscripta. Hinc inter canonicos exortæ contentiones, quod nonnulli ab arctioris vitæ instituto abhorrerent, quæ anno 1131. per Bisuntinum Archipræsulē ita sunt compositæ, vt canonicis sub B. Augustini regula degentibus Prior præesset, cæteris Decanus, & exinde ab illo tempore Decanorum nulla amplius mentio est habita: cum etiam vetuisset Innocentius IV. suo diplomate dato Cluniaci, ne quis qui B. Augustini Regulam sequi nollet, in B. Pauli cœnobium admitteretur, paulatim defecerūt ibi canonici seculares, & sic tandem in Augustini regulam domus tota consensit, cui primus Abbas præfectus est D. Stephanus de Cicone, qui obijt anno 1258. alijque Abbates numero tres supra viginti eidem in regimine successerunt, etsi septem posteriores fiduciarij, & non Regulares extiterint. Plura de hoc Abbatiali cœnobio vir eruditissimus D. Ioannes Iacobus Chiffletius Patricius Consularis ciuis, & Archiater Bisuntinus in sua antiqua Vesuntione, ex quo ista etiam feruntur excepta.

Conduntur in dicta Ecclesia corpora Sanctorum Anthidij martyris & Archiepiscopi Bisuntini sub Honorio, & Theodosio iuniori, Donati, Migetij, Theonatij, B. Hugonis, & Wandaleni Ducis, Patris S. Donati.

Manent vsque in præsens in eadem Ecclesia canonici regulares sub Priore item regulari, nam Abbas est secularis commendatarius, etsi omnimodam cōmunitatem, & alia regularium instituta non ad vnguem seruent, nigris tunicis more clericorum secularium induuntur, super quibus hastam lineam strictissimam deferunt, porrò in illorum numerū nonnisi viri nobiles, vel doctrina clari admittuntur. Eorum Prælati in comitijs prouinciæ, sicut & alij dicti ordinis Abbates locū honorabilem, & votum habere consueuerunt, qui extra claustrum, rochettū, cum mozzetta, & desuper pallium, & tonsuram clericalem more Episcoporum deferunt. Ipsi verò canonici in publicis processionibus immediatè post cathedrales incedunt, & habent duo suffragia in electione Archiepiscopi Bisuntini.

IX. SEcunda est Abbatialis Ecclesia S. Mariæ de Gollia in oppido Salinarum, quam circa annū Dñi 1200. fundauit strenuus, & excellens vir Dñs Gautherius Dñs de Salinis, qui vt fertur, tria monasteria vno die fundauit, primū de Roserio Ordinis Cisterciensis, secundum S. Marię de Gollia, tertium de monte S. Mariæ Ordinis item Cistercien sis. Resident in ea decem canonici regulares sub Abbate fiduciario. huius monasterij in libro Taxarum Apostolicarum mentio habetur.

Tertia est Abbatialis Ecclesia mōtis Benedicti inter montes altos & asperos circa annum Dñi 1100. erecta seu potius instaurata per illustres viros Landricum, Amandricū, Hugonē, & Hendricū Dños de Ioulx, & Arfyes, qui totam terrā Vallis de Saluegio continentem duas circiter leucas Gallicas in longitudine, & totidem in latitudine cum decimis, varijs iuribus, præstationibus, & iurisdictione temporali obtulerunt. Habet annexā amplam Parochiam quatuor millium, & amplius personarum, quę per canonicos dictæ Ecclesiæ regi consueuit. Pendent etiam ab illa tres Prioratus, scilicet de Valle, de Vllorbio, & de Grandecurtio, primus Abbas nomine Narduinus ab Innocentio II. anno 1141. exemptionē obtinuit. Benedictus verò XII. dictæ Ecclesiæ Abbatibus vti Pontificaliū concessit. Sunt in ea plures Sanctorū reliquiæ, est etiam Arca lapidea vetustissima quatuor columnis fulta, in qua cuiusdam sancti viri Benedicti nomine corpus dicitur reconditū, quę ferunt ibi loci vitam solitariā agentē, eidē mortuo Benedicti nomen dedisse, sub ea infantes teneros positi melius habere consueuerunt. Hæc Abbatia per centum ferè annos Abbates habuit fiduciarios, sub quibus in spiritualibus, & temporalibus plurimum fuerat deteriorata; diuino tandem cōsilio, & pietate serenissimi Archiducis Alberti magno eius emolumento spirituali, & temporali, Abbatem ex ordine canonicorum regularium professum sortita est Reuerendiss. Dñm Renobertum Cheureton, Sac. Theologiæ Doctorem eruditissimum, & regularis disciplinæ instauratorem zelantissimum, cuius votis vt Deus faueat, obnixè obsecro, quem dictæ Abbatiæ restauratorem meritò vocare possumus: Nam ædificia fere omnia tam in dicta Abbatia, quā in domibus ei dependentibus de nouo exstruxit, iura vindicauit, redditus auxit, officium nouum Romanum multis libris magno ære comparatis introduxit, disciplinam regularem restituit, & Parochiam ei annexam, & vicinis Heluetijs Hæreticis contiguam per absentiam Pastorum à bonis moribus, & verò cultu nonnihil errantem, in Religione, & Fide Catholica firmauit.

PRæter supradictas vero Abbatias sunt in Bisuntina Diœcesi, quatuor Prioratus Conuentuales eiusdem ordinis, qui suos habent Priores canonicos regulares. Primus Lantenensis. Secundus Marterensis, vterque habens quatuor canonicos. Tertius de Valle, qui tamen habet Priorem fiduciariū, & duos canonicos. Quartus Marodinus, qui habet sex canonicos, sed nuper fuit annexus Ecclesiæ collegiatæ Dolanę. Sunt etiam plures alij Prioratus rurales, qui vocantur cellæ, dependentes à prædictis duabus Abbatijs S. Pauli, & montis Benedicti, quæ olim regebantur per canonicos dictorum monasteriorum.

sed nunc obtinere cœperunt in Curia Romana.

Meminit tandem alterius canoniæ S. Martini oppido Salinarum fundatæ per canonicos S. Ioannis Bisuntini Innocentius III. in epistola ad capitulum S. Ioannis Bisuntini data, quæ habetur lib. 1. fol. 121. in qua inter alia hæc habet. *Inde est, quod cum in Ecclesia S. Martini, quam habetis apud Salinas, iuxta facultates Ecclesiæ canonicorum ordinem vestra instituere, sicut fuit in Auditorio nostro propositum. Nos vestro proposito grata volumus concedere voluntate, vobis præsenti pagina indulgentes, vt habito assensu venerabilis fratris nostri Bisuntini Archiepiscopi, nullius appellatione, vel contradictione obstante, laudabile propositum valeatis effectui mancipare.*

12 BVdegalensis Metropolitana, cuius fit mentio in cap. Præterea, de præbendis, dum memoratur, quidam Archidiaconus in ea Regulariter professus in cuius Diœcesi est insignis Ecclesia canonicorum regularium in oppido Blauij à Carolo Magno exstructa, de qua Ioānes Turpinus, vnde Vincentius Bellouacensis, Antoninus Florentinus, & alij hæc habent in Vita Caroli Magni cap. 29. *Beatum namque Rolandum seniorem multa tempto aureo subuectum, pallijs tectum, ossa ad Blauium Carolus deferri fecit, & in B. Romani Basilica, quam olim ipse ædificauerat, canonicosque regulariter instituerat, honorifice sepeliuit, mucronem ipsius ad caput, & tubam eburneam ad pedes, scilicet ad locum Christi, & probæ militiæ eius, suspendit. Sciebat. Tutè terram, quæ circa Basilicam sancti Romani Blauiensis milliarium spatio porrigitur, totumque oppidum Blauiense cum cunctis, quæ sibi pertinent, ad etiam mare, quod sub eo est, vsibus eiusdem basilicæ ob sui amore Rolandi dedit, & præcepit canonicis eiusdem loci, ne alicui personæ humanæ seruitutem ipsius amplius exhiberent &c.* In eadem Diœcesi reperiuntur alia duo monasteria, videlicet S. Petri de Berthelio, & S. Petri de Insula in Medulco. ex lib. Taxarum Cam. Apostolicæ. Meminit etiam Iacobus de Vitriaco canonicorum regularium S. Mariæ Blesensis lib. Historiæ Occidentalis cap. 31. quorum vitam exactam miris laudibus extollit, oppidum autem Blais idem est, quod Blauiū.

CHabilonensis Episcopalis Prouinciæ Lugdunensis, quam inter Ecclesias, quæ olim erant canonicorum regularium numerat Petrus sancti Iuliani de Chabilonensibus, & Matisconensibus antiquitatibus, & ex illo Renat' Choppinus lib. 1. tit. 3. num. 6. In Episcopatu Chabilonensi est monasterium S. Mariæ de Mac, ex lib. Taxarum Apostolicarum.

In Catalaunensi Episcopatu Prouinciæ Remensis est monasterium omnium Sanctorum, quod Rogerius Secundus Catalaunensis Episcopus fundauit anno 1063. ita Annales Hannoniæ, & ex illis Choppinus lib. 2. tit. 3. §. 3. & Miræus de Collegijs canonicorum regularium c. 40. In eodem Episcopatu sunt alia duo monasteria videli-

sed nunc obtinere cœperunt in Curia Romana.

Meminit tandem alterius canonicæ S. Martini in oppido Salinarum fundatæ per canonicos S. Ioannis Biſuntini Innocentius III. in epiſtola ad capitulum S. Ioannis Biſuntini data, quæ habetur lib. 1. fol. 121. in qua inter alia hæc habet. *Inde eſt, quod cum in Eccleſia S. Martini, quam habetis apud Salinum, iuxta facultates Eccleſiæ canonicorum ordinem veſtrum inſtituere, ſicut fuit in Auditorio noſtro propoſitum. Nos veſtro propoſito grata volumus condeſcendere voluntate, vobis præſenti pagina indulgentes, vt habito aſſenſu venerabilis fratris noſtri Biſuntini Archiepiſcopi, vallum appellatione, vel contradictione obſtante, laudabile propoſitum valeatis effectui mancipare.*

XI. BVrdegalenſis Metropolitana, cuius fit mentio in cap. Præterea, de præbendis, dum memoratur, quidam Archidiaconus in ea Regulariter profeſſus in cuius Diœceſi eſt inſignis Eccleſia canonicorum regularium in oppido Blauij à Carolo Magno exſtructa, de qua Ioãnes Turpinus, vnde Vincentius Bellouacenſis, Antoninus Florentinus, & alij hæc habent in Vita Caroli Magni cap. 29. *Beatum namque Rolandum ſuper duas mulas tapeto aureo ſubuectum, pallijs tectum, vſque ad Blauium Carolus deferri fecit, & in B. Romani Baſilica, quam olim ipſe ædificauerat, canonicoſque regulares introduxerat, honorificè ſepeliuit, mucronemque ipſius ad caput, & tubam eburneam ad pedes, ſcilicet ad diem Chriſti, & probæ militiæ eius, ſuſpendit.* & infra. *Tutã terram, quæ circa Baſilicam ſancti Romani Blauienſis miliariorum ſpatio porrigitur, totumque oppidum Blauienſe cum cunctis, quæ ſibi pertinent, ac etiam mare, quod ſub eo eſt, vſibus eiuſdem Eccleſiæ in alodio amore Rolandi dedit, & præcepit canonicis eiuſdem loci, ne alicui perſonæ humanæ ſeruitutis oſſicia amplius exhiberent &c.* In eadem Diœceſi referuntur alia duo monaſteria, videlicet S. Petri de Bertholio, & S. Petri de Inſula in Medulco, ex lib. Taxarum Cam. Apoſtolicæ. Meminit etiam Iacobus de Vitriaco canonicorum regularium S. Mariæ Bleſenſis lib. Hiſtoriæ Occidentalis cap. 21. quorum vitam exactam miris laudibus extollit, oppidum autem Blaisidem eſt, quod Blauiũ.

XII. CHabilonienſis Epiſcopalis Prouinciæ Lugdunenſis, quam inter Eccleſias, quæ olim erant canonicorum regularium numerat Petrus ſancti Iuliani de Chabilonenſibus, & Matiſconenſibus antiquitatibus, & ex illo Renat. Choppinus lib. 1. tit. 3. num. 6. In Epiſcopatu Chabilonenſi eſt monaſterium S. Mariæ de Mac, ex lib. Taxarum Apoſtolicarum.

In Catalaunenſi Epiſcopatu Prouinciæ Remenſis eſt monaſterium omnium Sanctorum, quod Rogerius Secundus Catalaunenſis Epiſcopus fundauit anno 1063. ita Annales Hannoniæ, & ex illis Choppinus lib. 2. tit. 3. §. 3. & Miræus de Collegijs canonicorum regularium c. 40. In eodem Epiſcopatu ſunt alia duo monaſteria videlicet S. Mennini, & S. Mariæ de Virtute, ex libro Taxarum Apoſtolicarum.

In Carnutenſi Epiſcopatu Prouinciæ Senonenſis ſunt quinque monaſteria canonicorum. Primum S. Mariæ de Burgo medio. Secundum S. Vincentij in nemore. Tertium S. Ioannis de Valeia. Quartum S. Cerauni propè Carnutum. Quintum S. Mariæ de Claro fonte, omnia ex eodem libro Taxarum Apoſtolicarum.

In Cenomanenſi Epiſcopatu Prouinciæ Turonenſis ſunt ſex monaſteria, ex eodem libro Taxarum Apoſtolicarum: primum quod dicitur de bello loco, cuius Abbati ſcribit D. Bernardus epiſtola 348. ſecundum S. Georgij in nemore, tertium S. Mariæ de Vadacio, quartum S. Nicolai de Oliueto, quintum monaſterium fontis Danielis, ſextum S. Catharinæ de Valle, cum duobus Prioratibus ſibi vnitis.

Apud Cæſarisburgum monaſterium canonicorum, quod fundauit Mathildis Imperatrix ex Chronica Normandica ſub anno 1116. fol. 101. in fine.

In Claramuntenſi Epiſcopatu prouinciæ Bituricenſis ſunt quatuor monaſteria, primum dictum de Cantoin, ſiue Camptominici, ſecundum S. Amabilis de Rionio, tertium S. Symphoriani. hæc tria recenſentur in lib. Taxarum, quartum S. Ioannis Baptiſtæ membrum congregationis S. Laurentij de Vltio, ex priuilegijs monaſterij S. Laurentij, & actis capituli Generalis dictæ congregationis ann. 1342, celebrati.

Apud Compendium eſt monaſterium congregationis Victorinæ, apud quod nonnulli Galliarum Reges ſepulturam acceperunt, vt ex quodam eius monaſterij canonico, qui ad nos ante annos 25. nomine Dñi Ægidius tranſierat, accepi. Eſt in oppido Compendij alia inſignis Abbatia, cuius meminit Innocentius III. in literis Abbati, & conuentui Compendienſi directis, in quibus Epiſcopum Syluanetenſem eidem Conſeruatorem tribuit, & concedit, vt ad illum pro Chriſmate, oleo ſancto, conſecratione Eccleſiarum, & ordinatione clericorum eiuſdem monaſterij accedant, habentur literæ in 1. lib. fol. 213. niſi ſit eadem cum dicto monaſterio congregationis Victorinæ.

Chaigeum Abbatiale cœnobium Ordinis S. Auguſtini, Renatus Choppinus lib. 1. tit. 3. §. 9. inquit anno 1514. fuiſſe reformatũ, de quo Rebuffus in Praxi beneficiorum, in tit. de forma Vicariatus num. 198. In quo autem Epiſcopatu, vel prouincia ſit conſtitutum, apud illum quære.

In Epiſcopatu Coriſopitenſi prouinciæ Turonenſis monaſterium S. Mariæ de Doulas ex lib. Taxarum Apoſtolicarum.

In Epiſcopatu Conſtantienſi Prouinciæ Rotomagenſis ſunt duo monaſteria, primum S. Mariæ de Voto, ſecundum S. Laudi ex lib. Taxarum Apoſtolicarum.

In Dienſi Epiſcopatu prouinciæ Viennenſis, vel nunc Ebredunenſis, quæ vulgo dicitur Ambrun in Delphinatu eſt Prioratus conuentualis S. Mariæ de Sinardo, cuius Prior interfuit capitulo Generali congregationis S. Laurentij de Vltio an. 1342. cum nouem ſuis canonicis, vt ex actis dicti Capituli apparet.

XIII. Dſgnenſis Epiſcopalis prouinciæ Ebredunẽſis in Prouincia erat regularis tempore Alexandri VI. vt apparet ex Prouinciali Romano, & procemio libri Cõſtitutionum Benedicti XII.

In Dolenſi Epiſcopatu prouinciæ Turonenſis monaſterium S. Iacuti, ex lib. Taxarum.

In Eduẽſi Epiſcopatu prouinciæ Lugdunenſis eſt monaſterium S. Mariæ de Ogneo, ſiue Ognitio, ex eod. lib. Taxarum.

In Ebredunenſi Archiepiſcopatu vulgo Ambrun eſt monaſterium S. Mariæ de Brianzona, cũ octo Eccleſijs ad illud ſpectantibus, membrum congregationis S Laurentij de Vltio, ex priuilegijs dicti monaſterij.

In Eluenſi Epiſcopatu prouinciæ Narbonenſis eſt monaſterium S. Mariæ de Regali, ex libro Taxarum.

In Eagoliſmenſi Epiſcopatu prouinciæ Burdegalenſis ſunt duo monaſteria, primum dictum de Cella froini, ſecundum de S. Corona, ex eodem lib. Taxarum.

In Epiſcopatu S Flori monaſterium Piperuicenſe, ex eodem lib. Taxarum.

In Gaptenſi Epiſcopatu vulgo Gap, olim prouinciæ Aquenſis, nunc Ebredunenſis, vt Maginus in Galliæ deſcriptione obſeruat, monaſteriũ S. Laurentij belli montis, cuius Prior cum duodecim canonicis dicto Capitulo Generali congregationis S. Laurentij de Vltio interfuit, & aliud de Arigio nuncupatum, quæ ſunt membra dictæ congregationis ex priuilegijs monaſterij S. Laurentij.

In Gebennenſi Epiſcopatu prouinciæ Viennenſis in Delphinatu ſunt quatuor monaſteria ex lib. Taxarum Apoſtolicarum, primum S. Mariæ de Abundantia, ſecundum S. Filiaci, tertium dictum de Lits, quartum S. Mariæ inter montes, quod eſt congregationis S. Rufi, ex Catalogo monaſteriorum S. Rufi relato à Choppino lib. 2. tit. 1. §. 20. in Additionibus, quanquam in priuilegijs dicatur eſſe in Geneuenſi.

Genguenſis Epiſcopalis S. Petri antequam à fide Catholica ciuitas illa deficeret,, vt fieret Synagoga & Sedes Sathanæ, per regulares canonicos tenebatur, vt illorum Prouincialium conſtans eſt traditio.

Gerundenſis Epiſcopalis prouinciæ Narbonenſis, ex Prouinciali Romano, & procemio libri Conſtitutionum Benedicti XII. In Epiſcopatu verò eſt monaſterium S. Mariæ de Villa Bertrandi, ex lib. Taxarum.

Gratianopolitana Epiſcopalis prouinciæ Viennenſis ex dicto procemio conſtitutionum Benedictinarum, & ex Prouinciali Romano, illius etiam vti regularis ſit mentio in cap. Per tuas, de voto, & voti redemptione. de eadem Ioannes de Nigraualle in Catalogo Eccleſiarum Galliarum. In Epiſcopatu Gratianopolitano eſt monaſteriũ de Arenis, cum viginti Eccleſijs ad illud ſpectantibus, de quo in priuilegijs monaſterij S. Laurentij de Vltio, inter cuius membra numeratur.

Hugonienſis Eccleſia in prouincia Picardiæ, ex Ioanne de Nigraualle, in eodem Catalogo Eccleſiarum Galliarum erat canonicorum regularium.

XIV. IN Lemouicenſi Epiſcopatu prouinciæ Bituricenſis ſunt quinq; monaſteria canonicorũ. primum S. Galterij Stupeni, ſiue de Stupeno, ſecundum S. Petri Stirpenſe, cuius meminit Innocentius III. in epiſtola ad Archiepiſcopum Bituricenſem, quæ habetur lib. 1. fol. 131. tertium S. Bartholomæi de Beneuento, quartum S. Aniani de Vrſolaco, & Barſolaco. Hæc omnia ex lib. Taxarum, quintum S. Martialis, de quo Renatus Choppinus lib. 1. tit. 1. §. 6. *Canonici* inquit *S. Martialis Lemouicenſis primali exemplo territi ſeculariſatione Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, relicto ſuclari habitu, ſe ad monaſticam vitam conuerterunt*, teſte *Gaguino lib. 5. Annalium Francorum*. Aduertendum autem hunc autorem paſſim vocare canonicos regulares monachos.

In Lingonienſi Epiſcopatu prouinciæ Lugdunenſis monaſterium S. Stephani, & monaſterium S. Mariæ de Caſtiglione ex lib. Taxarum. Eccleſiam Caſtellionenſem, ex ſeculari regularem fecit S. Bernardus, quòd apud illam ab infantia fuerat nutritus, vide in Vita S. Bernardi lib. 1. c. 1.

In Lucionenſi Epiſcopatu prouinciæ Burdegalenſis ſunt duo monaſteria, primum S. Mariæ de Angelis, ſecundum Fontanellæ nuncupatum, ex eodem lib. Taxarum.

Lugdunenſem Metropolitanam Ioannes de Nigraualle inter regulares numerat. In Diœceſi Lugdunenſi referuntur hæc monaſteria, primũ de Belle Ville, ſecundum S. Rugiberti ex lib. Taxarum Apoſtolicarum. tertium dictum de Platea congregationis S. Rufi ex Catalogo dictæ congregationis. Meminit etiam idem Ioannes de Nigraualle eiuſdam Abbatiæ Lugdunenſis cuius inquit fuiſſe Abbates, S. Lupicinum, & S. Sequanum canonicos regulares.

Magalonenſis Epiſcopalis prouinciæ Narbonenſis fuiſſe olim canonicorum regularium, conuincitur non ſolùm ex procemio libri Conſtitutionum Benedicti XII. ſed ex epiſtola Innocentij III. Epiſcopo, Archidiacono, & Sacriſtæ Magalonenſibus directa, quæ habetur lib. 3. pag. 117.

In Mõte Peſulano Magalonẽſis Diœceſis collegium S. Rufi congregationis S. Rufi, cũ tribus Eccleſijs ab eo dependentibus, q; fundauit Cardinalis Anglicus, ſiue Angelicus Grimaldi canonicus regularis dictæ congregationis, vt infra in eadem congregatione dicetur.

In Maclonenſi Epiſcopatu prouinciæ Turonenſis ſunt tria monaſteria ex libro Taxarum, quorum primum dicitur de Bello loco, ſecundum Montis fortis, tertium Panis pontis, cũ Prioratu S. Bartholomæi ſibi vnito.

In Maleacenſi Epiſcopatu prouinciæ Burdegalenſis ſunt quatuor monaſteria, primum S. Petri aureæ Vallis, ſecundum S. Vincentij de Morlo, tertium dictum de Belloforte, quartũ de Malo Loco, ex eodem libro Taxarum. ſunt in Aquitania.

Meldenſis Epiſcopalis prouinciæ Senonenſis oſtenditur fuiſſe ordinis canonicorum regularium ex Practica Cancellariæ Apoſtolicæ pag. mihi 110. nam in forma titulorum literarum quæ ſcribuntur capitulo Eccleſiæ regularis ordinis S. Auguſtini ponitur Eccleſia Meldenſis in hunc modum *Dilectis filijs Capitulo Eccleſiæ Meldenſis ordinis S. Auguſtini*. Vnde conſtat, in ea inſtitutum canonicorum regularium vſq; ad tempora Alexandri VI. quibus editus eſt hic liber extitiſſe, cæterum in Epiſcopatu Meldenſi recenſetur monaſteriũ S. Mariæ de Villaco in lib. Taxarum. Item S. Salvatoris, cuius Prior fuit cõſtitutus Viſitator monaſterij S. Crucis Pariſienſis vna cum eius Generali & duobus ſocijs, referente Choppinus lib. 1. tit. 5. §. 26.

Mimiconenſis Epiſcopalis prouinciæ Lugdunenſis inter eas, quæ ab inſtitutione fuerunt canonicorũ regularium notatur à Petro S. Iuliano, de Antiquitatibus Mariſconenſibus, qui dicit, eã ſub canonica regula ſtetiſſe vſque ad Paulum IV. quo eam ſeculari tradidit, referente Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6.

IV. NArbonenſis Metropolitana refertur inter regulares ordinis D. Auguſtini à Ioanne de Nigraualle, nec mirum. nam de alijs Epiſcopatibus ſuæ prouinciæ ferè omnibus conſtat, illos regulares extitiſſe. In Diœceſi Narbonenſi monaſterium S. Mariæ de Quadraginta, ex libro Taxarum Apoſtolicarum.

In Nannetenſi Epiſcopatu prouinciæ Turonenſis monaſterium S. Mariæ de Burgo propè Portũlium, ex lib. Taxarum.

Nimauenſis Epiſcopalis prouinciæ Narbonenſis fuiſſe canonicorũ regularium conuincitur ex Ad noſtrũ, de Cõfirmatione vtili, vel inutili.

In Niuernenſi Epiſcopatu prouinciæ Senonẽſis inſignis Abbatia S. Martini, eaq; vetuſtiſſima, olim tamen Prioratus: nam ante Innocentiũ II. Frumentius Niuernenſis Epiſcopus multis Eccleſijs illam donauerat, cuius donationem idem Innocentius priuilegio facto 14. calend. Ianuar. anno 1130. confirmauit, referente Choppino lib. 2. tit. 3. §. 22. in additione, de eadem Mitrus de collegijs canonicorum regularium c. 40.

cimalis Anglicus, hinc Angelicus Grimaldi canonicus regularis dictæ congregationis, vt infra in eadem congregatione dicetur.

In Maclomensi Episcopatu prouinciæ Turonensis sunt tria monasteria ex libro Taxarum, quorum primum dicitur de Bello loco, secundum Montis fortis, tertium Panis pontis, cũ Prioratu S. Bartholomæi sibi vnito.

In Maleacensi Episcopatu prouinciæ Burdegalensis sunt quatuor monasteria, primum S. Petri aureæ Vallis, secundum S. Vincentij de Molio, tertium dictum de Belloforte, quartũ de Malo Leone, ex eodem libro Taxarum. sunt in Aquitania.

Meldensis Episcopalis prouinciæ Senonensis ostenditur fuisse ordinis canonicorum regulariũ ex Practica Cancellariæ Apostolicæ pag. mihi 110. nam in forma tituloru literarum quæ scribuntur capitulo Ecclesiæ regularis ordinis S. Augustini ponitur Ecclesia Meldensis in hunc modum: *Dilectis filijs Capitulo Ecclesiæ Meldensis ordinis S. Augustini.* Vnde constat, in ea institutum canonicorum regularium vsq; ad tempora Alexandri VI. quibus editus est hic liber extitisse, cæterum in Episcopatu Meldensi recensetur monasteriũ S. Mariæ de Villaco in lib. Taxarum. Item S. Saluatoris, cuius Prior fuit cõstitutus Visitator monasterij S. Crucis Parisiensis vna cum eius Generali & duobus socijs, referente Choppinus lib. 1. tit. 3. §. 26.

Matisconensis Episcopalis prouinciæ Lugdunensis inter eas, quæ ab institutione fuerunt canonicorũ regulariũ notatur à Petro S. Iuliano, de Antiquitatibus Matisconensibus, qui dicit, eã fuit canonica regula stetisse vsque ad Paulum IV. quã ad secularizauit, referente Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6.

XV. NArbonensis Metropolitana refertur inter regulares ordinis D. Augustini à Ioanne de Nigratalle, nec mirum. nam de alijs Episcopatibus illam prouinciæ ferè omnibus constat, illos regulares extitisse. In Diœcesi Narbonensi monasterium S. Mariæ de Quadraginta, ex libro Taxarum Apostolicarum.

In Nannetensi Episcopatu prouinciæ Turonensis monasterium S. Mariæ de Burgo propè Pornidium, ex lib. Taxarum.

Nemanensis Episcopalis prouinciæ Narbonensis fuisse canonicorũ regulariũ conuincitur ex c. Ad nostrũ. de Cõfirmatione vtili, vel inutili.

In Niuernensi Episcopatu prouinciæ Senonẽsis est insignis Abbatia S. Martini, eaq; vetustissima, olim tamen Prioratus: nam ante Innocentiũ II. Frumentius Niuernensis Episcopus multis Ecclesijs illam donauerat, cuius donationem idem Innocentius priuilegio facto 14. calend. Ianuar. anno 1130. confirmauit, referente Choppino lib. 2. tit. 3. §. 22. in additione, de eadem Mirzus de collegijs canonicorum regulariũ c. 40. qui subdit, ab eadẽ Abbatia multos Prioratus pẽdere, quod etiam implicitè notauerat Choppin[3].

Nicensis Ecclesia Episcopalis prouinciæ Ebredunensis in Prouincia vsq; ad nostra tempora fuit regularis. Verùm ab annis duodecim quidam illius Episcopus cum sua autoritate secularizauit: vnde super canonicatuum impetratione lites oriuntur, dum idem canonicatus impetratur ab vno tanquam regularis, ab altero tanquã secularis. Eidem Ecclesiæ nunc præest Reuerendiss. Dñs Petrus Franciscus Mallettus, Vercellensis prius omnibus gradibus Abbatis, Visitatoris, Procuratoris, item & Abbatis Generalis dignissimè per multos annos in congregatione Lateranensi functus.

In Nouiomẽsi Episcopatu prouinciæ Remẽsis sũt duæ Abbatiæ satis diuites, prout colligitur ex lib. Taxarum Apostolicarum, altera S. Mariæ Naumenensis: altera Eligij fontis nuncupata.

IN Parisiensi Episcopatu est Abbatia tum antiquitate, tum Regia munificentia, tum virorum sanctitate, & eruditione, ac etiam numero, qui in illa floruerunt, inter omnia Occidentis cœnobia, tam canonicorum, quàm monachorũ cum primis illustris, & caput præclarissimæ Cõgregationis Victorinæ nuncupatæ, de qua Cõgregatione, & viris præclaris ex illa profectis, quoniam inferius ex instituto dicendum erit, nũc ea solùm perfunctoriè attingam, quæ ad illius fundationem, & antiquitatem spectant. Hanc Abbatiam fundauit Ludouicus Galliarum Rex cognomento Crassus iuxta murum ciuitatis Parisiensis, in loco Cella veteri nuncupato circa annum 1113. nam ille triginta circiter annis regnauit, & anno 1137. obijt, in eadem Ecclesia tumulatus, cuius Regio sepulchro sequens Epitaphium habetur inscriptum. XVI

Illustris genitor Lodoicꝰ Rex Lodoicus,
Seruorum Christi vir clemens semper amicus,
Instituit fecit pastorem canonicorum
In cella veteri trans flumen Parisiorum.
Hanc vt magnanimus altus Victoris amore
Auro, Reliquijs ornauit, rebus, honore.
Sancti Dionysij, qui seruas corpus humatum
Martyr, & Antistes Lodoici solue reatum.

Conduntur in eadem Ecclesia Reliquiæ B. Thomæ martyris eiusdem Abbatiæ Canonici, & Prioris, qui instar alterius Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, & similiter canonici regularis, sed isto aliquanto posterioris, pro veritate, & iustitia, & pro tuenda Ecclesiæ libertate aduersus intolerabilia grauamina, & exactiones Dominorum secularium inter brachia Episcopi Parisiensis à nepotibus Theobaldi Archidiaconi Parisiensis fuit excerebratus tempore D. Bernardi Clareuallensis, & Innocentij II. ad quem spectat epistola eiusdem D. Bernardi lamentabilis de nece cruenta tanti viri. Habet eius sepulchrum sequẽs inscriptum Epitaphium.

Et lux æterna Thomæ collata priori,
Qui meruit martyr iuris amore mori.
Nouit Bernardus Clareuallensis idipsum,
Qui causam scribit, martyrij q; modum.
Consignata breui clauduntur membra sepulchro,
Vix tamen alta viri claudit vterque polus.

In eadem Ecclesia conduntur etiam Reliquiæ B. Hilduini primi illius Abbatis, qui apud Parisienses pro sancto habetur, cum sequenti Epitaphio.

Hilduinus abijt de castris victor ad aulam
Idibus Aprilis Rege vocante suo.
Prima columna domus, custos gregis, Ordinis autor
Hic iacet æterno dignus amore loco.

Tertius ibi reconditur B. Hugo natione Saxo, sed à loco professionis de S. Victore nuncupatus, religione, ac doctrina toti orbi notissimus, quem non est dubium inter Beatos esse numerãdum, cum de illo scribant Vincentius, & ex illo D. Antoninus tit. 18. historiæ in principio, & alij passim, illum ægritudine stomachi laborantem, & morti propinquum, & vt sibi sacramentum Eucharistiæ afferrent, fratres rogante, illis quod præ stomachi debilitate nullum amplius cibum teneret, consilio inito, sed non salutifero, hostiã non consecratam afferentibus, & Eucharistiam esse simulantibus, simulationem diuina reuelatione retexisse, illos increpasse, iussisse, vt verum Domini nostri Iesu Christi Corpus sibi afferrẽt: eo verò allato, cum cerneret, se illud sine periculo ob stomachi debilitatem sumere non posse, ita dixisse: Ascendat filius ad Patrem, & seruus ad Dominum, qui fecit illum. Eo dicto species Eucharistiæ disparuisse, ac eodem momento illum Domino spiritum reddidisse. Cuius sepulchri Epitaphiũ est huiusmodi.

Conditur hoc tumulo Doctor celeberrimus Hugo,
Quem breuis eximium continet vrna virum?
Dogmate præcipuus, nullique secundus in Orbe,
Claruit ingenio, moribus, ore, stylo.

Quartus etiam B. Riccardus de S. Victore, cuius scripta toti mundo sunt notissima, in eadem Ecclesia tumulatus iacet, eiusdem Hugonis cõtemporaneus, in sepulchro Venerabilis Gualtertj Abbatis, & Roberti Subprioris positus.

Quintus quoque B. Gaufredus Meldensis Episcopus, qui obtenta ab Innocentio III. facultate cedens Episcopatui, in eadem Abbatia sanctissimo fine quieuit.

Sextus B. Riccardus Anglicus, verius Scoticus alius ab eo, quem proximè recensuimus, cuius Epitaphium in ingressu monasterij cernitur æreis characteribus in hunc modum inscriptum.

Tellus quem genuit fœlici Scotia partu,
Hunc tegit in gremio Gallica terra suo.

Sed & alius eiusdem æui doctor præclarissimus, & eiusdem instituti Canonici professor in eadem Ecclesia S. Victoris tumulatus, recensetur à Syluestro Maurolico in suo libro Mari Oceano nuncupato Petrus Comestor Historiæ Scholasticæ autor, cuius Epitaphium sepulchro appositum sic refert:

Petrum eram, quem terra tegit, dictumq; Comestor
Nunc comedor, vixi docui, nec cessor edere
Mortuus: vt dicat, qui me videt inuenerabilem,
Quod fumus, ille fuit, erimus quandoque, quod hic est.

XVII. IN eadem ciuitate Parisiensi est alia Abbatia insignis S. Genouefæ ante Eugenium III. Collegium canonicorum secularium magni nominis, & eruditionis. Cæterum anno Christi 1147. Eugenio Parisijs existente, canonici regulares S. Victoris in eandem Ecclesiam autoritate Pontificis, & Regis Galliarum fuerunt introducti, & seculares canonici vitam regularem sunt amplexati. factum & causam narrat Surius tom. 2. sub die 6. Aprilis in hunc modum. *Paucis deinde elapsis diebus voluit idem Pontifex in Ecclesia S. Genouefa mysteria diuina peragere: quia Apostolica dicebatur. vbi cò ventum est, orta est contentio inter Summum Pontificem, & huius Ecclesiæ canonicorum ministros adeo vt ad pugnos res processerit, & non solum Pontificis ministri, sed etiam ipse Rex Ludouicus, qui illos compescere voluit, à canonicorum illorum famulis verberatus sit. tanta autem nefariæ rei indignitate permotus Pontifex, cum Ludouico Rege tractauit de improborum hominum insolentia digne castiganda. Visum est autem, in eorum locũ alios subrogare homines religiosos, scilicet monachos illos, quos nigros vocant: neque tamen Canonicos illos pervim sum prebendis, siue sacerdotijs priuare volebant, erant enim inter eos non pauci nobiles, & literati, sed permittere, vt illi, quandiu viuerent, retinerentur. verum illud Pontificis, & Regis propositum ad aures Abbatis sanctæ Victoris perlatum est. Pontifex, & Rex hæc audiens, cum tam exploratam haberent bonam famam illius Abbatis, & fratrum eius, eorumq; institutum pro multis aliis prædicari non nesciunt, domum quoque sanctæ Victoris suauem eximiæ charitatis odorem spargere, Abbatis precibus assensere, atque duo sequẽtes electus est in Abbatem Odo Prior, homo sanctæ conuersationis, atque totius religionis amator indefatigabilis, adiunctique sunt ei duodecim Canonici viri probi, & bonæ æstimationis, qui in Ecclesia S. Genouefa commorarentur: atque ex eo tempore in præsens ibi hic canonicorum S. Augustini institutum in ea Ecclesia conseruatur, ex priuilegio Pontificis Eugenij, & Regis Christianissimi Ludouici.* Hæc Surius. Inter canonicos verò, qui B. Augustini institutum in dicta Ecclesia S. Genouefæ illico amplexati fuerunt, vnus extitit Magister Petrus Lombardus Nouariensis noster, Parisiẽsis postea Episcopus, Theologorum princeps, & magister, qui Magister sententiarum nuncupatur. ex Ioanne de Ni-

gra-

Grauille Apostolico Bibliothecario in Catalogo Doctorum Canonici Ordinis, Ioanne Philippo Nouariensi in Chronica lib. 5. cap. 14. & Ioanne Baptista Plotio Iureconsulto Nouariense in repertorio, si quando, C. vnde vi, & in suo Indice in verbo Nouaria.

Abbas S. Genouefæ habet iurisdictionem tẽporalem ex sententia Parlamenti Regij Parisiẽsis, quam refert Renatus Choppinus in 2. lib. Monasticon sæpe cit. tit. 2. §. 15. lata anno 1273. quæ ibi videri potest.

In eadem ciuitate Parisiensi est alia Abbatia canonicorum regularium S. Hilarij, de qua Io. Philip. Nouar. lib 3. cap. 37. & ante illum Ticinensis in 1. parte Diuers. darij pag. 33. Item in suburbio Parisiensi Prioratus S. Lazari eiusdem Ordinis, cuius meminit Aubertus Miræus de Collegiis canonicorum regularium cap. 30. Item in Episcopatu Parisiensi est alia Abbatia S Mariæ Lutecensis, cuius fuit Abbas Io. Mauburnus Fruxellensis Theologus clarissimus, & de ordine canonicorum regul. o; timè meritus: nam præter Rosetum excellentiorum spiritualium, Defensionem canonici ordinis edidit, sub titulo Venatorij ordinis canonicorum regularium, cuius Molanus in lib. de Sacris Imaginibus, & alij viri docti, & eruditi meminerunt. In eodem Episcopatu erat alia Abbatia S. Mariæ de Herinale, quæ nunc mensæ Episcopali est vnita, cuius meminit Miræus loco proximè citato. Harum autẽ duarũ posthemarum, sicut & duarum primarum in lib. taxarum Cameræ Apostolicæ mentio habetur.

In Petragoricensi Episcopatu prouinciæ Burdegalensis est monasterium S. Mariæ de Cancellata ex lib. taxarum. In eodem Episcopatu Aboris de Corona nuncupata, de qua Choppinus lib. 1. tit. 3. num 8. scribit, fundatam fuisse per quendam virum Religiosum nomine Lambertum anno 1118. cuius est membrum Prioratus cum Cura de la Faye nuncupatus.

Pictauiensis Episcopalis S. Mariæ prouinciæ Burdegalensis à Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6. dicitur fuisse olim canonicorum regularium. profert Annales Aquitanos. In Episcopatu verò Pictauensi multa referuntur monasteria canonicorum in sæpe allegato lib. taxarum. primum S. Seuerini, cui sunt vniti duo Prioratus de Geux, & de Lezay: secundum de Cella prope Trecastertium, S. Hilarij de Cella, nisi illud idem sit cum secundo quartum, S. Mariæ de Regali: quintum, S. Mariæ fontis comitis: sextum, S. Crucis de Angle: septimum, S. Lami de Toarchio: octauum, S. Mariæ de Cella monum, S. Petri de Cenephaye

Congregationis S. Rufi ex Choppino.

XVIII. RAtisbonensem Ecclesiam Metropolitanam iure inter eas, quæ ab institutione fuerunt canonicorum regularium recensẽt Ioannes de Nigra- uille in suo Catalogo, cum illam S. Remigius ædificarit, quem non est dubium, clericum ca-

grauille Apostolico Bibliothecario in Catalogo Doctorum Canonici Ordinis, Ioanne Philippo Nouarensi in Chronica lib. 5. cap. 44. & Ioanne Baptista Plotio Iureconsulto Nouariense in repentione l. si quando, C. vnde vi, & in suo Indice in verbo Nouaria.

Abbas S. Genouefæ habet iurisdictionem temporalem ex sententia Parlamenti Regij Parisiensis, quam refert Renatus Choppinus in 2. lib. Monasticon sæpe cit. tit. 2. §. 15. lata anno 1273. quæ ibi videri potest.

Intra eam ciuitate Parisiensi est alia Abbatia canonicorum regularium S. Hilarij, de qua Io. Philip. Nouar. lib 3. cap. 37. & ante illum Ticinensis in 1. parte Diuersarij pag. 33. Item in suburbio Parisiensi Prioratus S. Lazari eiusdem Ordinis, cuius meminit Aubertus Miræus de Collegijs canonicorum regularium cap. 30. Item in Episcopatu Parisiensi est alia Abbatia S. Mariæ Liuriacensis, cuius fuit Abbas Io. Mauburnus Bruxellensis Theologus clarissimus, & de ordine canonicorum regul. o, timè meritus: nam præter Rosetum exercitiorum spiritualium, Defensionum canonici ordinis edidit, sub titulo Venatorij ordinis canonicorum regularium, cuius Molanus in lib. de Sacris Imaginibus, & alij viri docti, & eruditi meminerunt. In eodem Episcopatu erat alia Abbatia S. Mariæ de Herinale, quæ nunc mensæ Episcopali est vnita, cuius meminit Miræus loco proxime citato. Harum autē duarū pollremarum, sicut & duarum primarum in lib. taxarum Cameræ Apostolicæ mentio habetur.

In Petragoricensi Episcopatu prouinciæ Burdegalensis est monasterium S. Mariæ de Cancellata ex lib. taxarum. In eodem Episcopatu Abbatia de Corona nuncupata, de qua Choppinus lib. 1. tit. 3. num 3. scribit, fundatam fuisse per quendam virum Religiosum nomine Lambertum anno 1118. cuius est membrum Prioratus cum Cura de la Faye nuncupatus.

Pictauiensis Episcopalis S. Mariæ prouinciæ Burdegalensis à Choppino lib. 1. tit. 1. §. 6. dicitur fuisse olim canonicorum regularium. profert Annales Aquitanos In Episcopatu verò Pictauensi multa referuntur monasteria canonicorum in sæpe allegato lib. taxarum primum S. Seuerini, cui sunt vniti duo Prioratus de Geux, & de Leraio: secundum de Cella prope Trecas: tertium, S. Hilarij de Cella, nisi illud idem sit cum secundo: quartum, S. Mariæ de Regali: quintum, S. Mariæ fontis comitis: sextum, S. Crucis de Anglia: septimum, S. Lami de Toarchio: octauum, S. Mariæ de Cella: nonum, S. Petri de Conephaye Congregationis S. Rufi ex Choppino.

Remensem Ecclesiam Metropolitanam iure inter eas, quæ ab institutione fuerunt canonicorum regularium recenset Ioannes de Nigrauille in suo Catalogo, cum illam S. Remigius fundauerit, quem non est dubium, clericum canonicum fuisse, & Ecclesias, quas multas in Gallijs, & in Belgio fundauit, sub disciplina canonica instituisse. Sed & Vrbanus II. quem, antequam fieret Abbas monastici ordinis Cluniacensium, regularem prius canonicum fuisse testantur Ciaconius, Onuphrius, Antonius de Butrio in cap. Intellexim*. de ætate, & qualitate. Laertius Cherubinus in noua compilatione Bullarij Romani, & alij, ipsius Ecclesiæ Remensis canonicus extitit. In ciuitate verò Remensi est insignis Abbatia S. Dionysij cuius etiam fit mentio in lib. taxarū.

In Redonensi Episcopatu prouinciæ Turonensis monasterium S. Petri de Reloio. ex lib. taxarum.

Rotomagensem Metropolitanam S. Malonis primi illius Ciuitatis Episcopi habuisse olim Cōuentum canonicorum regularium, scribit Vitalis Odericus Vticensis lib. 5. Historiæ Normandicæ fol. 558. & post illum Ioannes de Nigrauille in suo Catalogo. In ciuitate verò Rotomagensi est Conuentus canonicorū regularium S. Mariæ Magdalenæ, qui habet vnitum monasterium canonissarum eiusdem Ordinis, in quo viginti sacræ Virgines ad præsens reperiuntur, cum Hospitali etiam adiuncto, quæ omnia sunt sub regimine Abbatis dicti monasterij, vt habui ex scripturis Romam transmissis pro quadam causa, quas ipse vidi.

In Diœcesi Rotomagensi est aliud monasterium S. Honorinæ de Grauilla, ex quibusdam scripturis in Archiuo S. Marię de Pace repertis.

Sagiensis Episcopalis prouinciæ Rotomagensis tempore Innocentij III. erat regularis, ex illius epistola ad Priorem, & fratres Ecclesiæ Sagiensis, quæ habetur in 2. lib. fol. 316.

Salariensis item Ecclesia Episcopalis, cuius prouinciam in Pontificali Romano non inueni. De hac Ecclesia liber Chronicæ Normandicæ ex Bibliotheca Victorina Parisiensi acceptus, & ad calcem librorum Oderici Vitalis Vticensis recens editus, sub anno 1143. ita habet: *Obijt Ioannes Salariensis Episcopus, cui successit Girardus canonicus eiusdem Ecclesiæ, vir iocundus, & admodum literatus, iste Ioannes rem dignam memoria tempore Regis Henrici fecit, canonicos enim seculares eiusdem Ecclesiæ, regulariter, & secundum S. Augustini institutionem viuere fecit, additis officijs congruentibus, & claustro. Hoc idem Ioannes Luxouiensis auunculus eius, & Gaufredus Carnotensis Episcopi tentare in suis Ecclesijs voluerunt: sed in ipso conatu defecerunt.* Hæc ibi. Reperitur in Burgundia inferiori in Prouincia Bisuntina ciuitas Salinarum vulgo Salins: Verùm præter quod nomina omnino non conueniunt, ipsa ciuitas Salinarum Episcopum non habet.

In Sarlatensi Episcopatu prouinciæ Burdegalensis est monasterium S Amandi ex libro Taxarum.

In Sedumensi Episcopatu prouinciæ Tarantasiensis est insignis Abbatia S. Mauritij ad radi-

ces montis Iouis posita, vulgo Agaunensis nuncupata, quæ notatur in lib. Taxarum Apostolicarum. Cæterum de illius fundatione Choppinus lib. 2. tit. 2 §. 18. hæc scribit: *In Allobrogibus pariter Agaunensi monasterium ad radices montis D. Bernardi condidit B. Sigismundus Burgundiæ Rex Gundebaldi filius, sanè Burgundionum Regis circa annum 600. Id quod Sabundia Chronicu planum fit cap. 157. est Abbatia S. Mauritij nuncupata in Diœcesi Sedunensi.* Is locus ille est, vbi S Mauritius cum legione Thebeorum sub Maximiano Cæsare martyrij palmam est assecutus.

Senonensem Metropolitanam inter Ecclesias ordinis S. Augustini numerat Ioannes de Nigra ualle in Catalogo Ecclesiarum. Porrò in Archiepiscopatu Senonensi sunt quinque monasteria canonicorum prout ex lib. Taxarum colligitur, primum S. Ioannis secundum S Eugenij, tertiũ S. Seuerini de Castronantonis, quartum S. Iacobi de Prouino, quintum S. Ioannis de Iardo.

In Syluanetensi Episcopatu prouinciæ Remensis Abbatia S. Mariæ de Victoria, de cuius nomine, & fundatione Gaguinus lib. 6. de origine, & gestis Francorum ad finem hæc habet, de S. Ludouico Rege Galliarum scribens: *Eodem tempore, quo Philippus Otbonem vicit, Ludouicus de Pictauis Victoriam obtinuit, quorum beneficiorum gratia Rex, qui in Deum omnia referebat, monasterium, quod Victoriam appellauit, propè Syluanectum ædificat, assignato largissimè annuum prouentibus ijs, qui tu eo ministraturi erant cœnobitæ.* In eadem Adeleidis Roberti Regis Francorum mater fecit monasteriũ S. Frambaldi, in quo posuit duodecim canonicos, referente Choppino lib. 1. tit. 2. §. 17.

In Sylua de Gofer nuncupata monasterium canonicorum, quod fundauit Mathildis Imperatrix. ex Chronica Normandica sub anno 1116.

XIX. IN Sueßionensi Episcopatu prouinciæ Remensis prope ciuitatem est Abbatia insignis S. Ioannis in Vineis, de cuius fundatione idẽ Choppinus lib. 2. tit. 2. §. 20. *Monasterium*, inquit, *B. Ioannis de Vineis Sueßionum condidit Hugo Castri Theodorici Dynasta, Regu Philippi Primi auspicijs, anno 1076. remittente in Aula Manasse Remorum Antistite, & Gotofrido Patisiorum iuris Præfecto Galliæ, & in additionibus: Abbatia S. Ioannis de Vineis ex Soissonis fundata à Domino de Castello in pœnitentiam labis Simoniacæ: nam sex Ecclesias parochiales, quibus male vsus fuerat, clericis secundum B. Augustini Regulam cedens, vineta, & alia circunquaque eo pro dote cœnobio tribuit.* Quam verò insigniter in eodem cœnobio canonica institutio multis seculis floruerit, illa Cardinalis Iacobi de Vitriaco regularis canonici in lib. Historiæ Occidentalis cap. 21. verba satis indicant, quibus tum illius, tum aliorum paucorum cœnobiorum encomia prosequitur in hunc modum. *Conuentus siquidem canonicorum regularium S. Ioannis in Vineis Sueßionensis, & S. Oberti Cameracensis, & S. Mariæ Blesensis, & S. Nicolai de Oegnies, cum quibusdam alijs, quasi pauci tacent consumpta vindemia in virtute Religionis, & feruore Christiani, & decore honestatis permanserunt: Ascendentes de virtute in virtutem, & odore bonæ vitæ, & S. conversationis multos allicientes de mundi naufragio ad congregationem suam, tanquam ad securum tranquillitatis portum traxerunt.*

Sed nec illud omittendum, quod Ioannes Philippus Nouariensis lib. 7. cap. 7. testis oculatus refert: *Vidi*, inquit, *Sueßionensem ciuitatem in Gallia excommunicationi (rectius interdicto) subiacuisse diutius, & nonnisi sub silentio diuina mysteria clericos ministrare. In vigilia igitur Assumptionis B. Mariæ Dominus Ioannes Prior canonicorum regularium S. Ioannis in Vineis extra muros eiusdem ciuitatis, assumptis secum tribus canonicis denotißimis viris, qui nunc omnes defuncti sunt, in monte proximo ciuitati, in loco vbi quondam eremitæ refederat, ad celebrandum solemnitatem Virginis gloriosæ secesserunt. Inclinato autem die, cantatis Vesperis, panem, & aquam ore sibi libauerunt, & Completorio dicto, post orationes deuotas, & longas, membra super nuda humum (de sertus enim erat locus, vbi quiescerent) paululum prostrauerunt. Nec mora decentior. Surgunt ad Matutinum, cantant simpliciter, ac deuotè, ac vbi ante laudes Prior nouam lectionem ex more finxit, subito concentus mirabilis insonuit Angelorum, & Responsorium Fœlix namque es &c. altißimis vocibus cantauerunt, quo peracto, tantum quatuor ex illa multitudine versum, & Gloria singulariter decantauerunt, multitudine semper respondente. Post repetitionem verò secundò iterato: Fœlix namque, iuxta morem Gallicum inchoauerunt, & prosequentibus omnibus è monasterio fecerunt: finito autem Responsorio sactum est silentium Angelorum. Prior autem inchoato: Te Deum laudamus, Matutinas cum suis Laudibus perfecerunt, quibus dictis quos singulos, quot lacrymas, quot suspiria in recordatione suauissimæ modulationis ab imo pectoris ciderunt illi quatuor Beatißimi viri, nemo est nostræ posibilitatis enarrare, vel effari.* Hæc autor, qui tunc Sueßione erat, quo tempore ista acciderunt.

In eodem vero Episcopatu Sueßionensi sunt alia tria monasteria canonicorum, primũ S. Leodegarij, secundum, S. Medardi tertium S. Crispini, cuius Miræus meminit de Collegijs canonicorum regularium cap. 54. & supra cap. 10. vbi illud numerat inter monasteria Congregationis Aroasiensis. Horum etiam in libris taxarum Apostolicarum mentio habetur.

Seuerensis Episcopalis prouinciæ Ebredunensis in Prouincia erat canonicorum regularium circa annum 1500. ex libro Prouinciali Romano, & ex proœmio libri Constitutionum Benedicti XII.

In Sisterensi Episcopatu vulgo Cisterone prouinciæ Aquensis monasterium, quod Grossiense dicitur ex libro taxarum.

In loco Soysi nuncupato Prioratus canonicorum regularium, in quo extremum diem clausit

B. Edmundus Archiepiscopus Cantuariensis, recensente Matthæo Parisio in Historia Anglicana sub anno 1240. pag. 730. quem locum dicit à Põtiniaco viginti leucis distare, in qua diœcesi, minimè compertum.

XX. TArantasiensis Metropolitana, ex Prouinciali Romano, & lib. Constitutionum Benedicti XII. qui adhuc, qui in ea canonicos regulariter viuentes se vidisse aiunt.

Tarnanensis seu Tarmanensis Episcopalis prouinciæ Auxitanæ, ex eisdem Prouinciali Romano, & lib. Constitutionum Benedicti XII. de qui in historia Normandica supra citata sub anno 1068. hæc habes. *Mortuo Venerabili Milone Episcopo Tarnanensi electus est Milo eiusdem Ecclesiæ archidiaconus canonicus regularis, sicut prædecessor eius fuerat &c.*

In Tolosensi Episcopatu prouinciæ Arelatensis monasterium Insulæ Arearum, ex Innocentio III. epistola ad Massilienses, & Agatenses Episcopos, quæ habetur lib. 2. fol. 327.

Tolosana Metropolitana ab antiquissimo tempore usque ad annum 1500. canonicorum regularium fuisse constat ex cap. in causa de electione cap. Præterea. de præbendis, ex Prouinciali Romano, & lib. Constitutionum Benedicti XII. de quo plura Ticinensis in Dilucidario fol. 32. cum fundauit Carolus Magnus, de quo in Chronica Tolosana scribitur, quod circa annum 800. in medio ciuitatis Laterinum posuit monasterium, constituens ibi sedem Archiepiscopalẽ, & multa corpora Sanctorum in ea condidit. In ciuitate verò Tolosina est vetustissimum monasterium S. Saturnini. Sed & monasterium S. Rotmi, in quo S. Dominicus sui Ordinis prima iecit fundamenta, Ordinis canonicorum regularium sub B. Augustini regula viuentium extitisse, constanter asserit cuidenter ex bulla Honorij III. per quam eundem Ordinem probauit, quæ in Bullario super edito legi potest.

Trecensis Episcopalis prouinciæ Senonensis canonicos regulares habuit, quantum ex epistola D. Bernardi ad canonicos Trecenses venari licet. In ciuitate Trecensi sunt duæ Abbatiæ canonicorum prima S. Lupi, quæ cum esset antea Præpositura, in Abbatiam fuit erecta anno Domini 1104. Altera S. Martini in Arcis, cuius primus Abbas nomine Guilelmus anno 1142. obijt. Ita Miræus lib. cit. cap. 60. ex Nicolao Camuzatio in Promptuario Antiquitatum Trecensium.

In Trecorensi Episcopatu prouinciæ Turonensis monasterium S. Crucis, ex lib. taxarum.

Turonensem Ecclesiam Metropolitanam sub Pelagio I. qui vixit anno 560. fuisse Regularem, indicant verba Concilij secundi Turonensis eodem tempore celebrati cap. 20. dum ibi canonicorum Turonensium mentio habetur: tunc enim temporis nomine canonicorum non quiuis clericus, sed soli regulariter viuentes dicebantur,

B. Edmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis, referente Matthæo Pariſio in Hiſtoria Anglicana ſub anno 1240. pag. 730. quem locum dicit à Pontiniaco viginti leucis diſtare, in qua diœceſi, mihi incompertum.

XX. TArantaſienſis Metropolitana, ex Prouincia Romano, & lib. Conſtitutionum Benedicti XII. ſuperſunt adhuc, qui in ea canonicos regulariter viuentes ſe vidiſſe aiunt.

Tarnanenſis ſeu Tarmanenſis Epiſcopalis prouinciæ Auxitanæ, ex eiſdem Prouinciali Romano, & lib. Conſtitutionum Benedicti XII. de qua in hiſtoria Normandica ſupra citata ſub anno 1185. hæc habes. *Mortuo Venerabili Milone Epiſcopo Tarnanenſi electus eſt Milo eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus canonicus regularis, ſicut prædeceſſor eius fuerat, &c.*

In Tolonenſi Epiſcopatu prouinciæ Arelatenſis monaſterium Inſulæ Arearum, ex Innocentio III. epiſtola ad Maſſilienſem, & Agatenſem Epiſcopos, quæ habetur lib. 2. fol. 327.

Toloſana Metropolitana ab antiquiſſimo tẽpore vſque ad annum 1500. canonicorum regularium fuiſſe conuincitur. ex cap. in cauſa de electione. cap. Præterea. de præbendis, ex Prouinciali Romano, & lib. Conſtitutionum Benedicti XII. de qua plura Ticinenſis in Dilucidario fol. 32. eam fundauit Carolus Magnus, de quo in Chronica Toloſana ſcribitur, quod circa annum 790. in medio ciuitatis Lateritium poſuit monaſterium, conſtituens ibi ſedem Archiepiſcopalẽ. & multa corpora Sanctorum in ea condidit. In ciuitate verò Toloſana eſt vetuſtiſſimum monaſterium S. Saturnini. Sed & monaſterium S. Romani, in quo S. Dominicus ſui Ordinis prima iecit fundamenta, Ordinis canonicorum regularium ſub B. Auguſtini regula viuentium extitiſſe, comuincitur euidenter ex bulla Honorij III. per quam eundem Ordinem probauit, quæ in Bullario nuper edito legi poteſt.

Trecenſis Epiſcopalis prouinciæ Senonenſis canonicos regulares habuit, quantum ex epiſtola D. Bernardi ad canonicos Trecenſes venari licet. In ciuitate Trecenſi ſunt duæ Abbatiæ canonicorum prima S. Lupi, quæ cum eſſet antea Præpoſitura, in Abbatiam fuit erecta anno Domini 1104. Altera S. Martini in Areis, cuius primus Abbas nomine Guilelmus anno 1142. obijt. Ita Miræus lib. cit. cap. 60. ex Nicolao Camuzatio in Promptuario Antiquitatum Trecenſium.

In Trecorenſi Epiſcopatu prouinciæ Turonenſis monaſterium S. Crucis, ex lib. taxarum.

Turonenſem Eccleſiam Metropolitanam ſub Pelagio I. qui vixit anno 560. fuiſſe Regularem, indicant verba Concilij ſecundi Turonenſis eodem tempore celebrati cap. 20. dum ibi canonicorum Turonenſium mentio habetur: tunc enim temporis nomine canonicorum non quiuis clerici, ſed ſoli regulariter viuentes dicebantur, vt ſupra non ſemel fuit notatum. Cæterum cum abſolutè regularem faciunt Ioannes de Nigra ualle in Catalogo, & Ioannes Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 12. in fine dicens: *Scribit quoq; Gregorius Turonenſis in fine hiſtoriæ Francorum, Baudinum Turonis inſtituiſſe menſam canonicorum.* In diœceſi vero Turonenſi numerantur ſequentia monaſteria: primum S. Mariæ de Aquauiua, cui vnitus eſt Prioratus S. Medardi. ſecundum S. Mariæ de Gaſtineta. ex lib. taxarum.

XXI. IN Valentino Epiſcopatu prouinciæ Viennẽſis eſt Illuſtris Abbatia S. Rufi vetuſtiſſima, & caput præclariſſimæ olim Congregationis, de cuius fundatione inferius in ipſa Congregatione S. Rufi verba faciemus. In eodem eſt aliud S. Turci Saone. tertium quoque S. Bernardi apud Valentiam ex lib. taxarum Apoſtolicarum. Sed duas etiam alias Eccleſias Conuentuales dictæ Congregationis S. Rufi fuiſſe apud Valentiam, alterã foris S. Felicis: alteram intra ciuitatem S. Iacobi, colligitur ex priuilegijs eiuſdem Cõgregationis.

In Viennenſi Archiepiſcopatu tria monaſteria Ordinis S. Auguſtini referuntur in lib. taxarum. primum S. Antonij: ſed illud eſt caput Ordinis nuper inſtituti. ſecundum S. Petri. tertium S. Andreæ extra muros.

Vranenſis Epiſcopalis in Comitatu Venuſino, & prouinciæ Auenionenſis, nunc etiam eſt Regularis, de ea Prouinciale Romanum, & liber Conſtitutionum Benedicti XII.

Vticenſis Epiſcopalis prouinciæ Narbonenſis regularis. ex libro Conſtitutionum Benedicti XII. nam Præpoſitus Vticenſis regularis canonicus literarum Apoſtolicarum executor eſt conſtitutus.

Vngiacenſis Abbatia, cuius Abbati ſcribit Innocentius III. lib. 1 ſuarum epiſtolarum pag 105. & meminit in ea canonicorum, & fratrum dictę Eccleſiæ.

In Xantonenſi Epiſcopatu prouinciæ Burdegalenſis monaſterium de Sabuncellis, & monaſterium S. Mariæ de Caſtris, ex libro taxarum, quibus addendum monaſterium de Perato nuncupatum, pro quo Innocentius III. Epiſcopo Xãtonenſi ſcribit lib. 1. fol. 9. Item Prioratus dictus Lampi nouè vnitus monaſterio de Corona diœceſis Engoliſmenſis eiuſdem Ordinis, ex lib. taxarum.

Zanzaronenſis Metropolitana, cuius mentio habetur in dicto libro Conſtitutionum Benedicti XII. Verùm in Prouinciali Romano tum vetuſto, & manuſcripto, tum etiam typis edito, iſta Metropolitana ſub hoc nomine non inuenitur.

Præter Eccleſias, & Conuentus memoratos, ſunt etiam in Gallijs tria capita Congregationũ canonicorum regularium. Primum eſt monaſterium S. Victoris Pariſienſis, cuius Congregatio Auguſtino Ticinenſi referente in Dilucidario fol. 33. triginta Abbatias, octoginta Prioratus, &

quadraginta Præposituras, ac etiam multa Collegia canonissarum sub se continebat, quarum maxima pars in Gallijs, quædam verò in Gallobelgica existunt: licet modò in Congregatione non viuant, vt Miræus de Collegijs canonicorũ regulãrium cap. 12. scribit. Secundum est monasterium S. Rufi apud Valentiam, quod habebat 12. Prioratus, referente Choppino lib. 2. Monastici tit. 1. §. 20. in additionibus. Ticinensis verò eodem lib. fol. 34. scribit, quingentas Abbatias in varijs partibus seu prouincijs ad normã reformationis S. Rufi fuisse institutas, seu reformatas. Tertium est monasterium S. Laurentij de Vltio in Delphinatu, quod tempore Capituli Gener. suæ Congregationis anno 1342. celebrati 27. Prioratus conuentuales cum suis familijs habebat, qui omnes notantur in actis dicti Capituli, & multi ex Prioribus dictorum Prioratuũ Capitulo personaliter interfuerunt, licet nonnulli ex illis in finibus Pedemontium in Italia essent constituti.

Suspicor tamen pleraque dictorum monasteriorum vel iniuria Hæreticorum, vel conditione temporum, quæ nihil sub Sole permanens esse sinit, vel incuria Prælatorum, vel tandem auaritia laicorũ nunc canonicis destituta, funditus euersa, quod etiam in Italia videmus, ac in alijs Prouincijs intueri licebit. Verùm de Ecclesijs & Monasterijs Galliarum hæc dixisse sit satis.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

De propagatione Canonici Ordinis in Hybernia, & de S. Patricio eius insulæ Apostolo, & illius instituto.

I. PRimum Canonici Ordinis in hac Insula, quæ priscis Scotia, recentioribus Hibernia, vel Irlandia dicitur, fundatorẽ fuisse B. Patricium D. Martini Turonensis Episcopi ex sororis filia nepotem, & secundum Hybernensium Episcopum, à Cœlestino I. Romano Pontifice ordinatũ, canonici regulares (nec immeritò) affirmãt, præsertim Lateranenses, qui etiam in album Sanctorum sui Ordinis illum referentes, peculiari Officio per Sedem Apostolicam probato quotannis diem eius natalitium venerantur, quam sententiam, quod nonnullis vel in historia min' versatis, vel oculos non sanos habentibus minus probabilis videatur, priusquam ad vlteriora gradũ faciamus, non solùm probabilem: sed etiam verissimam esse, sequentibus rationibus euidentissimè comprobamus. Et primò quidem B. Patricium canonici instituti non solùm propagatorem, verum etiam professorẽ extitisse facilè intelligent, qui ea legerint, quæ de illius aduentu in Gallias, necnon de clericatu, & habitu regulari à S. Martino Turonẽsi accepto Gocellinus in eius vita cap. 22. Probus, & alij autores scribunt: *Illum scilicet ab B. Martino Turonensi Episcopo aliquanto tempore demoratum, qui etiam auunculus matris suæ Conquæ fuerat, & quia idem Sanctissimus sacerdotem Coriculum monachum fuit, cognato suo Patricio monasticum habitum & eius institutа tradidisse obseruanda, quæ ipse deuotè suscepta, actibus respondentibus habitui adornauit, & in eisdem perseuerauit.* Ita enim Gocellinus siue Iocellinus loco proxime citato ad literam scribit. Quis enim ambigat B. Martinum illud monasticũ institutum nepoti Patricio struendũ tradidisse, cuius ille professor exisiebat? At verò S. Martini Turonensis monachatum, siue regulare institutum illud idem extitisse cum eo, quod B. Augustinus ex Italia in Africam muexerat, & in Ecclesia Hipponensi plantauerat, & quo suos clericos Hipponenses instituerat, quodque cum illis vsque ad obitum eximiè obseruauerat, conceptis verbis affirmat Cardinalis Baronius tom. 3. Annalium sub anno 328. num. 12. vbi de monastico instituto clericorum Vercellensium à B. Eusebio ex Orientali Ecclesia in Occidentalẽ ductum differens, illudq; miris laudibus extollens subdit: *Quod ipsum præstantissimũ vitæ genus S. Martinus Turonensis transfuxit in Gallias, & S. Augustinus in Africam, qui admirabili connexione duo hæc in dictum est, omnium perfectissima vitæ genera clericorũ, & monachorum in vnum pariter coniungentes, tanquã lucidissimis astris, vt olim martyres tempore persecutionis, Christi Ecclesiam exornauerunt.* Ecce tibi, quàm B. Martini monachatus fuerit, quem in suã Turonensem Ecclesiam ex Insubribus aduexit, quemque ex illo Beatus Patricius accepeum, in Ecclesia Hybernensium plantauit, propagauit, & dilatauit, illud inquam, quod B. Eusebius Vercellensis clericis suæ cathedralis indidit, quod B. Ambrosius epist. 82. ad Vercellenses, & serm. 63. in Natali B. Eusebij vocat institutum monasticũ clericatui adiunctum, quodq; B. Augustinus in suam cathedralem Hipponensem introduxit, & ex quo clerici per D. Augustinum reformati Canonici siue Regulares fuerunt postea nuncupati.

Posset hæc ratio testimonijs multorum autorũ roborari, qui ipsum B. Patriciũ in Catalogo Sanctorum canonicorum regularium recensent, vt Ioannis de Nigraualle sæpe allegato lib. epilogi Chronicarũ 13. cap. 18. Volaterrani lib. 21. Anthropologiæ, Roberti Riccardini in Regulam D. Augustini circa illa verba: *& multo tanto, nisi quod legitur esse cantandum*, vt Ioannem Trullam, & Augustinum Ticinensẽ canonicos regulares omittã, ac etiam Gocellinum, quem perperam citat Ioannes Marquez cap. 15. §. 5. dicentem inuita S. Patricij cap. 116. B. Patricium sub D. Augustini regula militasse, vbi nihil tale dicit, sed nec in toto libro. Verum pro omnibus vnus sufficiat Roma-

nus Pontifex Pius V. in Bulla approbationis officiorum Sanctorum Ordinis S. Augustini, quæ recitatur in Congregatione Lateranẽsi, in qua S. Patricium signanter, & nominatim inter sanctos Ordinis canonicorum regularium numerat, & illius historiam, quæ legitur in eius officio sub die 16. Martij, similiter probat.

II. POtro quod ad alteram eiusdem nostræ assertionis partem attinet, ipsum videlicet B. Patricium canonici instituti non solum professorẽ extitisse, verum etiam apud Hybernos propagatorem, multiplici argumentatione suadetur. & primò quidem ex vetustissima totius Insulæ Hybernensium traditione, cuius meminit Vincentius in Speculo Histo riali lib. 21. & ex illo S. Antoninus 2. par. tit. 11. cap. 18. in fine, Stanhiurtus quoque, & Matthæus Parisius, qui historiam Angliæ nam ante annos 350 scripsit in Stephano Regẽ sub anno 1153. pag. 116. editionis Lundinẽsis, vbi illum hisce verbis referens, hæc habet, eam tuidem ferè verbis alij autores præfati scribũt, de Purgatorio S. Patricij nuncupato loquẽtes: *Debuq; quoque Purgatorio, & eius origine, quod fuerat, eradunt veteres historiæ Hybernenses. Magnus Patricius dum in Hybernia verbum Dei prædicaret, & & multis in miraculorum signis coruscaret, bestiales illius patriæ homines terrore infernalium tormentorum, ac tandem amore gaudiorum à mortuis fluduit reuocare? qui ipsi plano sermone affirmabant, se non conuertendos ad Christum, nisi oculata fide prius conspicerent, quæ promisit. vnde dum B. Patricius pro salute Populum inuocaret, vigilijs, & orationibus positis Dominum precatur propensius, quas Dei Filius apparens ei, dat ei cum in locum desertum, & ostendit illi speluncam profundam, & obscuram intrinsecus, & dixit: Quisquis huiusmodi penitens, & in side confidens hanc speluncam ingressus fuerit, & ita vnius diei ac noctis, ab omnibus in ea perpetratis peccatis, quibus in tota vita sua Deum offendit atque tam ingredientes non solum tormenta malorum, sed sine dilectione Dei confidenter perseuerauerit, videbit & gaudia Beatorum. Sic Domino disponente Beatus Patricius tam pro Domini apparitione, quàm pro fidei confessione latus, sperabat multorum Hybernia populum se ad fidem Catholicam conuersurum: & in loco illo confessum Oratorium construens, speluncam, quæ in Cœmeterio est ante frontem Ecclesiæ circundedit, & tanquam cum seruo apposuit, ne quis eam sine cum licentia introiret. Canonicos Regulares loco illo introduxit, & Priori Ecclesiæ clauem custodiendam commisit. Statuens, vt quicunque Purgatorium ingredi vellet, ab Episcopo loci licentiam habeat, & cum literis Episcopi accedat ad Priorem, & ab eo instructus Purgatorium intret. Multi autem in diebus Patricij Purgatorium introierunt, qui reuersi testati sunt, se tormenta grauia pertulisse, & gaudia magna ibidem, & mirabilia conspexisse.* Hæc dictus autor ibidem, & plura alia de visionibus, quas nonnulli dictam Speluncam ingressi viderunt, quæ cum ex vetustis Hybernensium historijs se accepisse fateatur,

nus Pontifex Pius V. in Bulla approbationis officiorum Sanctorum Ordinis S. Augustini, quæ recitantur in Congregatione Lateranesi, in qua S. Patricium signanter, & nominatim inter sanctos Ordinis canonicorum regularium numerat, & illius historiam, quæ legitur in eius officio sub die 16. Martij, similiter probat.

II. PORRO quod ad alteram eiusdem nostræ assertionis partem attinet, ipsum videlicet B. Patricium canonici instituti non solum professorē extitisse, verum etiam apud Hybernos propagatorem, multiplici argumentatione suadetur. & primò quidem ex vetustissima totius Insulæ Hybernensium traditione, cuius meminit Vincentius in Speculo Historiali lib. 21. & ex illo S. Antoninus 2. par. tit. 11. cap. 18. in fine, Stanhiurtus quoque, & Matthæus Parisius, qui historiam Anglicanam ante annos 350 scripsit in Stephano Rege sub anno 1153. pag. 116. editionis Lundinēsis, vbi illam hisce verbis referens, hæc habet, quæ totidem ferè verbis alij autores præfati scribūt, de Purgatorio S Patricij nuncupato loquēte: *Debuc quoque Purgatorio, & eius origine, quod sequitur, tradunt veteres historiæ Hybernenses. Magnus Patricius dum in Hybernia verbum Dei prædicaret, & & multis ibi miraculorum signis coruscaret, bestiales illius patriæ homines terrore infernalium tormentorum, ac Paradisi amore gaudiorum à mortuis studuit revocare: sed ipsi plano sermone affirmabant, se non conuertendos ad Christum, nisi oculata fide prius conspicerent, quæ promisit: vnde dum B. Patricius pro salute Populi in ieuniis, vigiliis, & orationibus positus Dominum precaretur propensius, ipsius Dei Filius apparens ei, duxit eum in locum desertum, & ostendit illi speluncam rotundam, & obscuram intrinsecus, & dixit: Quisquis veraciter pœnitens, & in fide constans hanc speluncam ingressus fuerit spatio vnius diei ac noctis, ab omnibus in ea purgabitur peccatis, quibus in tota vita sua a Deum offendit: atque eam ingredienti non solum tormenta malorum, sed si in dilectione Dei constanter perseuerauerit, videbit & gaudia Beatorum. Sic Domino disponente Beatus Patricius tam pro Domini apparitione, quàm pro speluncæ ostensione lætus, sperabat miserum Hybernæ populum se ad fidem Catholicam conuersurum: & in loco illo confessum Oratorium construens, speluncam, quæ in Cœmeterio est ante frontem Ecclesiæ circumdedit, & tantum eum seruo apposuit, ne quis eam sine eius licentia introiret. Canonicos Regulares loco illo introduxit, & Priori Ecclesiæ clauem custodiendam commisit. Statuens, vt quicunque Purgatorium ingredi voluerit, ab Episcopo loci licentiam habeat, & cum litera Episcopi accedat ad Priorem, & ab eo instructus Purgatorium intret. Multi autem in diebus Patricij Purgatorium introierunt, qui reuersi testati sunt, se tormenta grauia pertulisse, & gaudia magna ibidem, & mirabilia conspexisse.* Hæc dictus autor ibidem, & plura alia de visionibus, quas nonnulli dictam speluncam ingressi viderunt, quæ cum ex vetustis Hibernensium historiis se accepisse fateatur, consentiantque prædicti autores proximè allegati Vincentius, Antoninus, Stanhiurtus, ac etiam alij, quos refert idē Antoninus in Summa Theologica par. 4. tit. 14. cap. 10. §. 8. vbi de hoc ad longum scribit, sitque apud omnes Hybernenses hæc de S. Patricij Purgatorio traditio tam certa, & constans, quemadmodum à viris illius Insulæ fide dignissimis, ac præsertim à Reuerendiss. Domino Ardmachano Archiepiscopo nunc Romæ commorante accepi, vt de illa nullus sit ambigendi locus, sola sufficere possunt ad Canonici instituti per S. Patricium in Hybernia propagati veritatem demonstrandam.

Nec enim obstat, quod loco citato Vincentius Bellouacensis contra prædictam historiam opponit, illam à multis non recipi, propter illud maximè, quod dicat, animas à Purgatorio liberatas non statim euolare in cœlum, sed in paradiso terrestri, tanquam in loco quietis intermedio tempore, commanere, & postea statuto tempore ad patriam peruenire: nam nullus est ex omnibus, quos de hac re scribentes legere potui, qui dixerit illud fuisse Purgatorium animarum corpore solutarum, quę à pœnis purgatæ non statim ad cœlum euolarent: sed inquiunt, fuisse Purgatorium viuentium, qui verè pœnitentes illud ingressi, & pœnas illas atrocissimas siue per veram passionem, siue per imaginariam apprehensionem sustinentes, à pœnis omnibus pro peccato debitis purgabantur, quemadmodum alij infiniti in hac vita degentes pro pœnis illorum peccatis in Purgatorio debitis, hic vel per iciunia, vel per alia pœnitentiæ opera, vel per Indulgentiarum applicationem satisfaciunt, qui nisi noua peccata admiserint, ex hac vita migrantes ad cœlum sine alio Purgatorio statim euolant. Quæ sententia tam probabilis est, & Catholica, vt non possit ab aliquo, nisi in hac parte ignaro, erroris insimulari. Sanè D. Bonauentura in 4. d. 20. par. 1. quæst. vltima in corpore, etsi quæ dicto Purgatorio S Patricij in vniuersum traduntur, fabulosa esse suspicetur, ait tamen D. Patricium impetrasse cuidam, quod puniretur in quodam loco in terra: & ex hoc fabulosè ortum, quod ibi esset Purgatorium. Vbi vides sanctum Doctorem non negare, quin potuerit S. Patricius pro aliquo impetrare, vt in eo loco purgaretur: sed solùm reijcere fabulam asserentium, Purgatorium ibi loci esse, sicut meritò reijcienda est: nam qui de S. Patricij Purgatorio loquuntur, non dicunt, illud fuisse Purgatorium animarum, in quo illæ in altera vita de lege Dei ordinaria purgantur, sed Purgatorium speciale viuentium, in quo homines in hac vita degentes, & verè pœnitentes, pro pœnis illorum peccatis in alia vita debitis, ex speciali Dei concessione satisfaciunt.

III. VErum præter hanc rationem, ex communi & constanti totius insulæ traditione desumptam, quæ certè magnum habet robur, ac vires, alia non minoris, sed longe maioris efficacitatis adijcitur: nam cum ex sanctissimis illis religiosis viris per S. Patricium institutis, quamplures zelo salutis animarum successi in Scotiam, Angliam, Galliam, & Germaniam ad Christi Euangelium prædicandum proficiscerentur, statim clericorũ canonicorũ, quos regulares canonicos dicimus, Monasteria, & Collegia fundabant: nam vt monasteria in Regionibus Anglorum, & Scotorum ab illis fundata omittamus, in sequentibus de illis opportuniori loco verba facturi, sane de B. Rumuldo Episcopo Dublinensi patria Hybernensi, & Regis Dublinẽsis filio, qui in Belgio anno 775. Martyr occubuit, Ioannes Molanus in Natalibus sanctorum Belgij sub die 1. Iulij, hæc scribit: *Beati Rumoldi opus est monasterium apud Malinas, qui locus quantumuis à Nordmannis esset vastatus, tamen celebris antiquitus fuit, vt connumeretur in portione Caroli, quam de Regno Lotharij in diuisione cum fratre suo Ludouico facta, accepit. Fuit autẽ ab initio fundationis non monachorum, sed Canonicorum monasterium, quomodo in Chronicis Cameracensibus ante annos ferè sexcentos conscriptis nominatur. Qua autem phrasi canonicorum collegia dici soleant monasteria, in primo libro de canonicis à nobis est explicatum.* Hæc ille, & plura alia, quæ apud illum videri possunt. Eiusdem instituti fuisse monasterium fundatum à S. Killiano genere Hyberno, & Regio sanguine procreato, in Diœcesi Atrebatensi, in loco Albiniaco nuncupato, Chronicon Atrebatensium in hunc modũ testatur. *In vico Albiniaco est monasterium Canonicorũ, videlicet sancti Killiani, qui Scotus fuisse traditur.* Eiusdem instituti monasterium fundatum à S. Bertuino Episcopo Hybernensi in Villa Malonia Leodiensis diœcesis, notat Aubertus Miræus Bruxellensis canonicus Antuerpiensis, & S. R. E. Protonotarius, de Collegijs canonicorũ regularium cap. 25. Venisse autem S. Kilianũ ex Scotia in Gallias, cum aliquibus socijs, anno 651. testatur Sigibertus Gemblacensis in Chronico. De S. verò Frigdiano Vltoniæ Hybernensium Regis filio, quem Romam venientem Pelagius 1. Lucanæ ciuitatis Hetruscorum Episcopum ordinauit, illum in ea Ciuitate monasterium clericorum canonicorum illico fundasse, & cum illis regulariter vsque ad vitæ exitum sanctissimè vixisse, ipsius monasterij tabularia, quod vsque in hanc diem sub Regulari disciplina canonicorum viget, manifestissimè testantur Quæ cũ ita se habeant, quis inficias ibit, istos sanctissimos viros Regularis vitæ institutum, quod in externis regionibus plantabant, in patrio solo, & apud proprios lares antea didicisse? quod cum non ab alio, quam à sancto Patricio, vel ab eius discipulis discere potuerint, certè non video, qua ratione inficiari possit, B. Patricium primum Canonici instituti autorem, & propagatorem in illis Prouincijs extitisse, & profecto cum de eodem Beato viro scribat Antoninus in Summa Historiali, loco supra hoc eodem capite citato, illum trecẽtas & sexaginta quinque Ecclesias in Hybernia erexisse, totidemque Episcopos in eis ordinauisse, & presbyterorum tria millia ab eodem consecrata, quis dubitet, sanctum virum Apostolicum in eisdem Ecclesijs primos clericos tales instituere voluisse, quales in primitiua Ecclesia à Beatis Apostolis institutos, qualesnè tunc potissimum temporis in Italia, Hispania, Africa, & in Gallijs solicitudine sanctissimorum Episcoporum, præsertim D. Patris Augustini, floruisse, non solum aliorum traditione didicerat, verum etiam oculata fide probauerat Romę, & in Gallijs sub Martino Turonensi auunculo, & Germano Antissiodorensi Doctore?

IV. DEmum, quod omnem dubitationem eliminat, certum est, fuisse in Hybernia monasteria canonicorum regularium antiquissima, etiam ante Venerabilis Bedæ tempora, cum ille in 4. lib. Historiæ Gentis Anglorum cap. 4. monasterij in Hybernia sub Regula & Abbate Canonico existentis hisce formalibus, & concepti verbis meminerit, dicens: *Ad exemplum Venerabilium Patrum sub Regula & Abbate Canonico, in magna continentia & syncerit ate proprio labore manuum viuunt.* Paris autem certitudinis esse debet, nulli ante illa tempora Canonicam institutionem in eam insulam inuexisse, præter vnum Hybernensium Apostolum D. Patricium, & quanquam ob illius insulæ à fide Catholica defectionem seu versus ob Catholicorum eiusdem Insulæ tyrannicam & truculentam nimis internecionem, & cõsumptionem, non facilè fuerit eorundem monasteriorum, vel etiam nomina reperire, inueniuntur tamen aliqua de multis, quorum vel apud D. Bernardum, vel in libris taxarum Cameræ Apostolicę, vel apud alios probatos, & fide dignos autores mentio distincta habetur, quæque Canonici instituti apud Hybernenses antiquitatem sufficienter ostendere possunt. Ea verò sunt:

In Ardmacha ciuitate, & totius Regni, siue Insulæ Metropoli S. Patricius monasterium fundauit, in quo postremis vitæ suæ temporibus degebat, orationi, & contemplationi vacans, nisi pro causis grauissimis exibat, vel semel in anno causa Concilij celebrandi. ex Gocellino illius vitæ scriptore cap. 191.

In Diœcesi verò Armachana erat monasteria apud Foueam, Purgatorium S. Patricij nuncupatum, cuius Prior clauem dictæ foueæ ex ordinatione ipsius S. Patricij tenebat, ex Vincentio, Matthæo Parisio, S. Antonino, Stanhiurto supra citatis, & alijs. Et notandum, quod D. Antoninus sicut etiam alij præfati autores vnanimiter dicũt, illud monasterium fuisse canonicorum regularium, sub Priore & sub Regula D. Augustini. At ipse

ipse Diuus Antoninus in summa Theologica par. 4. tit. 14. cap. 1. §. 9. dicit fuisse monasterium monachorum. vt videas, autores confundere nomen monachi, & canonici regularis, quod nunquam sine aduertendum, ad intelligentiam dicendorum Purgatorium S. Patricij Antonius Magister in descriptione Hyberniæ dicit, in quadam insula est lacus prope lacum Ernum, ad quindecim miliaria esse constitutum.

In eadem Diœcesi erat aliud monasterium canonicorum regularium sanctorum Petri & Pauli vocatorum, ex lib. taxarum Apostolicarum.

In Episcopatu Arefordensi prouinciæ Castilliensis monasterium sanctorum Petri & Pauli. ex eodem lib. taxarum Apostolicarum.

In loco qui dicitur Chircheam, erat Prioratus canonicorum regularium, cuius meminit D. Bertinus in vita S. Malachiæ §. Malachias factus Dunensis Episcopus, &c. *Gulielmus*, inquit, *tunc Prior in Chircheam Regularium fratrum, mortuo verò monacho & monachorum patre in Mathros monasterio ordinatur. &c.*

In Cleonii, siue Cloanensi Episcopatu prouinciæ Armachanæ monasterium S. Mariæ de Antro ex lib. taxarum.

In Deblinensi Metropolitana monasterium S. Thomæ martyris. ex eodem lib. taxarum. Item aliud monasterium S. Patricij nuncupatũ, quod S. Laurentius Dublinensis Archiepiscopus ejecticijs antiquis, qui ad secularitatem transierant, introductis iterum canonicis regularibus reformauit & Congregationi de Aroasia vniuit in Catalogo monasteriorum dictæ Congregationis, Auberto Miræo de Collegijs canonicorum regularium cap. 10. & ex Surio tom. 6. sub die 14. Nouemb. & tabularijs monasterij Aroasiensis.

Dunensis Episcopalis prouinciæ Armachanę, per S. Malachiam fuit facta Regularis teste D. Bernardo in eius vita, §. Malachias factus Dunẽsis Episcopus, &c. ibi enim dicit, illum factum Dunensem Episcopum confestim curauisse adfore ad solarium sibi de filijs suis conuentum regularium clericorum. Nec verum est, quod ait Antonius Yepes, referente Ioanne Marquez de origine fratrum Eremitarum cap. 15. §. 4. illos clericos fuisse monachos Ordinis S. Benedicti: nam S. Malachias nunquam fuit monachus S. Benedicti, sed clericus, vt statim dicemus: neque D. Bernardus nomine regularium clericorum confecrit vocare monachos, sed solũ canonicos regulares, quos semper cõsueuit vocare vel clericos regulares, vel fratres regulares, vel fratres Ordinis D. Augustini, quippe quia tempore D. Bernardi nulli præter canonicos Ordinis D. Augustini confitebantur, vel dicebantur, vt versatis in lib. D. Bernardi satis constat, sine alia probatione, & quod excludit omnem dubitationem, in antiquis tabularijs monasterij Aroasiensis nota-

ipse Diuus Antonius in summa Theologica par. 4. tit. 14. cap. 1. §. 9. dicit fuisse monasterium monachorum. vt videas, autores confundere nomen monachi, & canonici regularis, quod maximè aduertendum, ad intelligentiam dicendorum. Purgatorium S. Patricij Antonius Magistrus in descriptione Hyberniæ dicit, in quadam insula certi lacus prope lacum Ernum, ad quindecim milliaria esse constitutum.

In eadem Diœcesi erat aliud monasterium canonicorum regularium sanctorum Petri & Pauli vocatum, ex lib taxarum Apostolicarum.

In Episcopatu Arefordensi prouinciæ Castillensis monasterium sanctorum Petri & Pauli. ex eodem lib. taxarum Apostolicarum.

In loco qui dicitur Chircheam, erat Prioratus canonicorum regulariũ, cuius meminit D. Bernardus in vita S. Malachiæ. §. Malachias factus Dunensis Episcopus, &c. *Gubelmus*, inquit, *tunc Prior in Chircheam Regularium fratrum, unaq; vero monachus & monachorum pater in Mailros monasterio ordinis esset. &c.*

In Clonensi, siue Cluanensi Episcopatu prouinciæ Armachanæ monasterium S. Mariæ de Antro ex lib. taxarum.

In Dublinensi Metropolitana monasterium S. Thomæ martyris. ex eodem lib. taxarum. Item aliud monasterium S. Patricij nuncupatũ, quod S. Laurentius Dublinensis Archiepiscopus electis clericis antiquis, qui ad secularitatem transierant, introductis iterum canonicis regularibus reformauit & Congregationi de Aroasia vnuit. ex Catalogo monasteriorum dictæ Congregationis, Auberto Mirzo de Collegijs canonicorum regularium cap. 10. & ex Surioro. 6. sub die 14. Nouemb. & tabularijs monasterij Aroasiensis.

Dunensis Episcopalis prouinciæ Armachanę, per S. Malachiam fuit facta Regularis teste D. Bernardo in eius vita. §. Malachias factus Dunẽsis Episcopus, &c. ibi enim dicit, illum factum Dunensem Episcopum confestim curauisse adscisscere ad solatium sibi de filijs suis conuentum regularium clericorum. Nec verum est, quod ait Antonius Yepes, referente Ioanne Marquez de origine fratrum Eremitarum cap. 15. §. 4. illos clericos fuisse monachos Ordinis S. Benedicti: nam S. Malachias nunquam fuit monachus S. Benedicti, sed clericus, vt statim dicemus: neque D. Bernardus nomine regularium clericorum consueuit vocare monachos, sed solũ canonicos regulares, quos semper cõsueuit vocare vel clericos regulares, vel fratres regulares, vel fratres Ordinis D. Augustini, quippe quia tempore D. Bernardi nulli præter canonicos Ordinis D. Augustini censebantur, vel dicebantur, vt verfatis in lib. D. Bernardi satis constat, sine alia probatione. & quod excludit omnem dubitationem, in antiquis tabularijs monasterij Aroasiensis notatum reperitur S. Malachiam illac in Hyberniam redeuntem instituta & habitum Canonicorum Aroasiensium accepta in Hyberniam transtulisse, & in Episcopatibus Hybernensibus à clericis obseruari præcepisse. Vnde habes clericos Ecclesiarum Hybernensium, quæ S. Malachiæ erant subiectæ, omnes regulares extitisse.

In Laomenensi Episcopatu prouinciæ Caselensis monasterium de Forgio. ex eodem libro taxarum.

In Lismorensi, & Waterfordensi vnitis prouinciæ Caselensis monasterium S. Brogani de Motalia. Item monasterium dictum de Melansil. Item aliud monasterium insulæ S. Melansidis ex lib. taxarum.

In Midensi Episcopatu prouinciæ Armachanæ monasterium S. Mariæ de Caurlis. Item aliud S. Mariæ de Truno, ex eodem lib taxarum. In eodem monasterium dictum de Portu Patrum, alias de Portu puro, cuius fit mentio in eodem lib. taxarum & de isto monasterio tempore persecutionis impijssimæ Iezabelis, siue Elizabethæ venerunt ad nostram Congregationẽ Lateranensem nonnulli inter quos Don Ioannes, qui apud nos sanctissimè per multos annos fuit conuersatus.

In Archiepiscopatu Tuamensi monasterium S. Mariæ de Conca nuncupatum. ex lib taxarum Apostolicarum.

Sancti Iacobi Vartrense Cœnobium in Hybernia canonicorũ regularium Geruasio Abbati ex Congregatione Aroasiense sese reformandũ tradidisse, produnt tabularia vetustissima dictæ Congregationis.

Prope ciuitatem Waterfordensem monasterium S. Catharinæ. ex literis cuiusdam collationis eiusdem monasterij nuper factæ in Curia Romana, sub titulo monasterij Ordinis canonicorũ Regularium.

In Ossariensi diœcesi prope Oppidum Kilcheni monasteriũ sub titulo Prioratus de Kels nuncupatum, obtinet nunc Comes de Ormon ex Regia concessione. constat ex chirographo concessionis.

In eodem Oppido Kilcheni monasterium S. Ioannis. eius bona nunc à Ciuibus sunt occupata ex Regia concessione, vt ex Registris eiusdem Ciuitatis habetur.

In Childarensi Episcopatu Prioratus de Conalmor. ex collatione dicti Prioratus nuper facta in Curia Romana sub titulo monasterij Ordinis S. Augustini.

Monasteriũ Benchorense à S. Malachia reflitutum, cum alijs ab illo extructis, antequam Archiepiscopus Ardmachan' creatus ad monasteriũ Clareuallis accessisset, non est dubium fuisse monasteria canonicorum, non monachorum quidquid nõnulli inficiẽtur; id enim apertè colligitur

ex illius vita per S. Bernardum descripta: primò, quia constat ipsum Malachiam, & Imarium eius magistrum, cuius iussu ille monasterium Benchorense restituit, non monachos, sed clericos fuisse: secundò, quia D. Bernardus religiosos illius monasterij nunquam vocauit monachos, sed solùm fratres, quo nomine consueuit vocare clericos regulares: tertiò, quia in §. Erat tunc temporis &c. apertè dicit, quod antequam Malachias ad D. Bernardum accederet, quod accidit postquam fuit ordinatus Archiepiscopus Armachanus, Hybernenses, licet à diebus antiquis monachorum nomen audiuissent, monachos nondum viderant. ergo illa monasteria non erant monachorum: sed clericorum.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

Dubia nonnulla contra ea, quæ superiori capite de Canonico D. Patricij instituto dicta fuerunt, proponuntur, & soluuntur.

1. ADuersus ea, quæ de Canonico D. Patricij instituto superiori capite docuimus, dubium oritur ex antiquis scriptoribus, Beda, Probo, Mumbritio. Mariano Scoto, Gocellino, & alijs, qui ante annos quadringentos de illius vita, & rebus gestis scripserunt: illi enim omnes monachum eum faciunt, & monachorum autorem, non clericum, nec clericorum canonicorum institutorem, vt legentibus eorum libros absq; vlla prorsus hæsitatione patebit: prædictis verò autoribus magis credendum est, quam recentioribus, qui illum referunt in Catalogum canonicorum regularium, quibus veterum scriptorum nullus adstipulatur.

Respondeo, Bedam, Probum, Gocellinum, & cæteros antiquos vitæ S. Patricij scriptores omnes monachos fuisse; ac proinde non mirum, quod ad monasticum ordinem dignificandum, quem Regularem, & Regularium institutorem deprehenderant, in Catalogum monachorum retulerint, nomine monachorum iuxta latam significationẽ vtentes, secundum quam etiam regulares clericos comprehendit. Vel clarius respondendo dicendũ est, nomen monachi duobus modis à scribentibus vsurpatum, vno modo secundum strictã significationem, & acceptionem, quatenus certum genus personæ regularis significat, quæ à clericis canonicis siue regularibus contradistinguitur: Altero modo secundum latam acceptionem, secũdum quam omnia genera personarum regulariũ, siue quos proprie monachos dicimus, siue etiam canonicos regulares, complectitur: hoc enim secundo modo acceptum nomen monachorum in vsum frequentissimum tum veterum, tum etiam recentiorum autorum venire consueuisse, ostendimus lib. 1. cap. 38. multis testimonijs Doctorum. Imò verò si sedulò rem inspiciamus, tam frequẽs est hic vsus nominis monachorum iuxta hanc secundam acceptionem, vt vix vllum autorum reperias, qui iuxta illam eodem nomine non vtatur. Ecce tibi in subiecta materia: D. Antoninus qui in Summa Historiali dixerat B. Patricium apud speluncam Purgatorium nuncupatam, constituisse monasterium canonicorum regularium Ordinis S. Augustini, tamen in Summa Theologica 4. par. tit. 14. cap. 10. §. 8. dicit constituisse in Monachos.

Matthæus quoque Parisius S. Albani monachus in Historia Anglicana in Hérico III. sub anno 1240. pag. 730. editionis Lundinensis, obitum sancti Edmundi Cantuariensis Archiepiscopi narrans inquit: *Obijt autem apud Siyst diuum canonicorum regularium, & dum adhuc essent ibi viuens, & irrederent monachi, quod ab aliis recederet, ait illis qui sunt ex spectabilibus: Domine vt quid recedis &c.* Vide obsecro quomodo passim, & familiares autores hoc nomine monachi regulares canonicos accipiant. Eodem igitur modo dicendum est, nominibus monachi, vel monachorum vsos antiquiores vitæ B. Patricij scriptores, quatenus scilicet canonicos regulares, siue clericos regulariter viuentes comprehendunt, nec vim ponendam esse in vocabulis, cum rem ipsam teneamus. Id verò ne me de meo confingere ad Canonici Ordinis dignitatem amplificandam existimes, lege inprimis Venerabilem Bedam Historiæ Angli-canæ lib. 3. cap 26 de sanctis Episcopis & sacerdotibus ex Hybernia in Anglia-n profectis, de illorum vitæ continentia, paupertate, doctrina, & monasterijs per illos institutis multa præclara & mirabilia scribentem, quæ in tota fere historia prosequitur, quosque semper nomine monachorum appellare consueuit, vbi sic tandem concludit: *Tota enim fuit solicitudo Doctorũ illi Deo seruiendi, non seculo, tota cura cordi excolendi, non ventri. Vnde & in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus, ita vt vbicunque clericus aliquis, aut monachus aduenisset, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur.* & infra. *Nam neque alia ipsis sacerdotibus, aut clericis vices aduenti, quam prædicandi, baptizandi, infirmos visitandi, & vt breuiter dicam, animas curandi causa fuit, qui in tantum erant ab omni auaritiæ peste castigati, vt nec territuria, ac possessiones ad construenda monasteria, nisi à principibus seculi coacti acciperent, quæ confestim per omnia aliquãdiù post hæc tempora in Ecclesijs Nordanbrorũ seruata est.* Et ad oẽs dubietatis nebulas discutiẽdas, lege deinceps D. Bernardũ in vita S. Malachiæ, illius reditum ex vrbe Roma in Hyberniã

descri-

describentem, & ad monasterium Clarevallis discurrentis, & rogantis, vt quosdam illius socios, quos apud D. Bernardum reliquebat, in disciplinis monasticis instrueret, & sic instructi monachorum instituta antea in Hybernia inuisa in eam insulam inferrent: *Qui reuertens, inquit, per Clarumdum, suaue nobis largitus est benedictionem, & alia scripsit rationi, quod non liceret sibi pro suo desiderio remanere, hoc, inquit, interim pro me oro, vt reuertar, qui à vobis discedam, quod nos postmodum decanet, & inferetur nobis in semen, & in semine isto benedicentur gentes, & illa gentes, quæ à diebus antiquis monachi quidem nomen audierunt, monachum non viderunt, & diuisis quatuor à latere suo abijt, qui profecto, & hoc inuenti, monachi facti sunt. &c.* Vide ingenue obsecro, an viri illi Religiosi per S. Patriciũ, & illius discipulos in Hybernia instituti monachis clericis canonicis contradistincti extiterint: quandoquidem vsque ad tempora S. Malachiæ Hybernenses, licet ab antiquo nomen monachorum audiuissent, monachos tamen necdum viderant. Erat ergo monachus B. Patricius, erant monachi religiosi ab eodem viro Apostolico in Ecclesijs Hybernensium instituti: sed non tales, quales nonnulli contendunt, à clericis regulariter viuentibus distincti. Verum tales erant, qualis S. Eusebius Vercellensis, qualis Hilarius Pictauiensis, Martinus Turonensis, qualis Athanasius Alexandrinus, & Augustinus Hipponensis, quales tandem erant illorum clerici ab ipsis reformati, & cum illis in eorum Ecclesijs regulariter viuentes, & vota monachorum cum officijs clericalibus iungentes, vt D. Ambrosius locis sæpe citatis et epist. 82. ad Vercellenses, & ser. 69. ac nouissimè Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Augustl. & in censura sermonum ad Eremitas, cum alijs pluribus lib. superiori relatis verissimè dixerunt.

2. EOrundem Dubium. Canonici Regulares præsertim Lateranenses affirmant, S. Patricium horum adolescentem profectũ, in Ecclesia Lateranensi canonicorum regularium institutum suscepisse sub Cœlestino I. Verùm hanc illorum sententiam apocryphum, & falsam esse duo euidẽter conuincunt, & primum quidem, quod S. Patricius adolescens non Romam, sed in Gallias profectus fuit, vbique à sanctis Martino Turonensi nouicio, & Germano Antisiodorensi tũ sacrorum ordinibus initiatus, tum regularibus institutis & sacris literis imbutus, sub quorum disciplina cum spatio trium & viginti annorum manserit, postea Germano Episcopo, & magistro cõitante, Romam veniens, à B. Papa Cœlestino I. Episcopus Hybernensium fuit consecratus. Ita in citata vita Jocellinus cap. 24. & duobus sequentibus, Probus, & alij, qui vitam huius sancti viri scripserunt. non ergo adolescens Romã venit in Ecclesia Lateranensi sub Papa Cœle-

describentem. & ad monasterium Clarevallis discurrentis, & rogantis, vt quosdam illius socios, quos apud D. Bernardum reliquebat, in disciplinis monasticis instrueret, & sic instructi monachorum instituta antea in Hybernia inuisa in eam insulam inferent: *Qui reuertens*, inquit, *per Clarevallem, suam nobis largitus est benedictionem, & alta festinia trahens, quod non liceret sibi pro suo desiderio manere, hos*, inquit, *interim pro me oro, vt remaneant, hos à vobis discant, quod nos postmodum doceant, & inferuerunt nobis in semen, & in semine isto benedicentur gentes, & illa gentes, quæ à diebus antiquis monachi quidem nomen audierunt, monachum non viderunt, & dimisso quatuor à latere suo abijt, qui probati, & deprobati, monachi facti sunt. &c.* Videigitur obsecro, an viri illi Religiosi per S. Patricium, & illius discipulos in Hybernia instituti monachi à clericis canonicis contradistincti extiterint: quandoquidem vsque ad tempora S. Malachiæ Hybernenses, licet ab antiquo nomen monachorum audiuissent, monachos tamen necdum viderant. Erat ergo monachus B. Patricius, erant monachi religiosi ab eodem viro Apostolico in Ecclesijs Hybernensium instituti: sed non tales, quales nonnulli contendunt, à clericis regulariter viuentibus distincti. Verum tales erant, qualis S. Eusebius Vercellensis, qualis Hilarius Pictauiensis, Martinus Turonensis, qualis Athanasius Alexandrinus, & Augustinus Hipponensis, quales tandem erant illorum clerici ab ipsis reformati, & cum illis in eorum Ecclesijs regulariter viuentes, & vota monachorum cum officijs clericalibus iungentes, vt D. Ambrosius locis sæpe citatis ex epist. 82. ad Vercellenses, & ser. 69. ac nouissimè Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in August. & in censura sermonum ad Eremitas, cum alijs pluribus lib. superiori relatis verissimè dixerunt.

II. SEcundum Dubium. Canonici Regulares præsertim Lateranenses affirmant, S. Patricium Romam adolescentem profectũ, in Ecclesia Lateranensi canonicorum regularium institutum suscepisse sub Cœlestino I. Verùm hanc illorum historiam apocryphum, & falsam esse duo euidẽter conuincunt, & primum quidem, quod S. Patricius adolescens non Romam, sed in Gallias profectus fuit, ibique à sanctis Martino Turonensi auunculo, & Germano Antisiodorensi tũ sacris ordinibus initiatus, tum regularibus institutis & sacris literis imbutus, sub quorum disciplina cum spatio trium & viginti annorum mansisset, postea Germano Episcopo, & magistro cõsulente, Romam veniens, à B. Papa Cœlestino I. Episcopus Hybernensium fuit conseeratus. Ita in eius vita Iocelinus cap. 24. & duobus sequentibus, Probus, & alij, qui vitam huius sancti viri sacris mandauerunt. non ergo adolescens Romã veniens in Ecclesia Lateranensi sub Papa Cœlestino vitæ regularis institutum susceepit. Secundũ conuincitur eadem historia ex officijs sacris congregationis Lateranensis, quæ ab illius canonicis quotannis recitari solent, nam in historia S. Gelasij Papæ illi dicunt, B. Gelasium Valerij filium, & S. Augustini discipulum, cum nonnullis socijs ex Africa pulsum, Neapolim primum, & Romam exinde sub Leone I. Pontifice venisse, & ab eo in Ecclesia Lateranensi locatum, canonicum ibi ordinem iuxta D. Patris nostri Augustini regulam, & saluberrima instituta instaurare cœpisse. Verũ Cœlestinus I. ante Leonis I. Pontificatum octo circiter annis iam obierat. non igitur sub Cœlestino I. Sanctus Patricius institutum canonicorũ regularium D. Augustini susceepit, neque ipsius B. Augustini regulam inde accipere potuit, vt in Hyberniam portaret.

Respondeo, de tempore aduentus B. Patricij ad Vrbem Romanam, quemadmodum de illius ætate, ac cæteris multis ad illius vitam spectantibus varias esse scribentium opiniones. Nam Marianus Scotus, siue Hybernensis in eius vita inquit, illum anno sexto decimo venditum fuisse, & sex annis vixisse in seruitute in Romanis partibus, & sexaginta annis in Hybernia prædicasse, & annis duobus super nonaginta vitam produxisse. iuxta cuius sententiam consequens est illum anno ætatis vigesimo secundo redemptum, vel manumissum, liberum vixisse saltem decem annis in partibus Romanis, ibique literarum studijs, & Ecclesiasticis institutis eam operam dedisse, ob quã apud Summum Pontificem, & totam Curiam Romanam eam sibi famam sanctitatis, & eruditionis compararet, vt tanto munere, quale illud Hybernensium Apostolatus erat, ab omnibus dignus iudicaretur. Hanc sententiam secutus est autor Historiæ, quam Canonici regulares Lateranenses quotannis in officijs diuinis recitare solent, asserentes illum post captiuitatem in Ecclesia Lateranensi tum sacris literis imbutum, tum etiam Ecclesiasticis institutis eruditum, & in regulari disciplina optimè institutum: neque enim obstat, quod B. Augustini regulam primus Gelasius sub Leone I. ex Africa in ipsam Ecclesiam Lateranensem inuexerit, quia ipsa Ecclesia Lateranensis à prima illius institutione, & fundatione regularis fuerat, vt supra cap. 11 dictum fuit: Nec Gelasius canonicorum institutum in ea primus plantauit, sed solùm relaxatum introducta B. Augustini regula, instaurauit. Nec Lateranenses in officio sancti Patricij, in quo illum in Ecclesia Lateranensi canonicorum regularium institutum amplexum affirmant, sub Cœlestino I. Regulæ B. Augustini vllatenus meminerunt. Neque inde sequitur, illum inter sanctos canonici ordinis immeritò à nobis recenseri, cum ipsi Beatum Augustinum eiusdem ordinis reformatorem, non autem primum autorem verissimè dicamus, sicut non sequitur, non esse inter san-

ctos ordinis canonicorum regularium numerandos, Beatos Anianum Marci Euangelistæ discipulum, Athanasium Alexandrinum, Eusebium Vercellensem, Gaudentium Nouariensem, Iacobum Bergomensem Archidiaconum, & martyrem, Hilarium Pictauiensem, Martinum Turonensem sanctissimos Episcopos, & alios innumeros propter hoc, quod sub D. Augustini regula non vixerunt.

Alij vero, ex quibus sunt Gocellinus in vita S. Patricij, & Probus, quorum sententiam probare videtur Cardinalis Baronius tom. 5. sub anno 431. num. 188. è contra affirmant, eundem Patricium sexdecim annorum à Piratis raptū, in Hyberniam deportatum, & Milconi cuidam venditum, sex annos in seruitute durissima & vilissima, porcos scilicet pascendo, transegisse: postea diuino miraculo à seruitute redemptum, in Britanniam ad patrios lares primum repedasse, inde verò Angelo monente, in Gallias transiretasse, & ad S. Martinum Turonensem Episcopum illius aununculum iuisse, ac ab illo clericum ordinatum, quadriennio sub eius institutione transegisse. Inde à S. Germano Antisiodorensi Episcopo sacris literis imbutum: vocatum verò ad Hybernorum conuersionem, non prius illuc se contulisse, quā Romam ad Cœlestinum Papam accessisset, accepturus ab Apostolica Sede ad eius gentis conuersionem Apostolatum. Adhæret ex parte Sigibertus in Chronico sub anno 432. quo tempore scribit, illum à Cœlestino I. Scotorum Episcopū ordinatum. Harum autem opinionum vtra verior sit, Deus nouit, nobis hoc sufficiat, siue priorem, siue posteriorem sequamur, euacuari penitus dubium allatum, cum suis rationibus. nam siue in Ecclesia Lateranensi, siue in Gallijs sub S. Martino Turonensi fuerit regulariter institutus, nihil refert, cum huius, & illius Ecclesiæ idem prorsus esset institutum. Neq; dicimus, illum ordinis canonicorum regularium D. Augustini professorem extitisse, quod sub eius regula per illum scripta militauerit: quanquam etiam id verum esse potuerit, suppositā veritate eorum, quæ supra dicta sunt de instituto B. Augustini ipso adhuc superstite, in Ecclesijs Galliarum propagato: sed quia idem prorsus erat institutum, quod in Ecclesia Lateranensi per B. Syluestrū, & in Africana per B. Augustinum, & in Turonensi per B. Martinum fuerat plantatum.

Dices. Si B. Patricius sub S. Augustini regula non militauit, cur ergò asserunt canonici regulares, & alij quidam, illum S. Augustini regulā in Hyberniam detulisse, & monasterium canonicorum regularium ordinis S. Augustini apud locum S. Patricij purgatorium nuncupatum, instituisse? Vnde enim illam accepit? nam quo tempore ille à S. Cœlestino Pontifice ordinatus apud Hybernos profectus est, S. Augustini regula ad Romanam vrbem necdum fuerat delata.

Respondeo. Si non Romæ, potuisse tamen è Ecclesijs Galliarum, per quas in Hyberniam cōtendens transijt, & in quibus valdè probabile videtur ipsam D. Augustini regulam, sicut etiam alios eius libros iam tunc temporis fuisse diuulgatam, illam accipere. Vel dicendum, ipsum S. Patricium eandem regulam Romæ accepisse, non quo primum tempore fuit Scotorum Episcopus ordinatus. sed quando post annos triginta Angelo monente, vt Gocellinus, cap. 166. scribit, iterū ad Sedem Apostolicam repedauit.

TErtium dubium mouet Ioannes Marquez ordinis Eremitarum in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum cap. 15. §. 5. quo in loco III. concedat S. Patricium S. Augustini regulam in Hyberniam detulisse, eiusque professorem extitisse, & sub eadem regula innumera religiosorum monasteria erexisse, contendit tamen, illum non clericum canonicum, sed eremitam, & Eremitæ ordinis S. Augustini in ea Insula propagatorem extitisse, & licet fundamenta, quibus ad hoc astruendum mouetur, satis leuia sint, ne tamen ex industria dissimulata videantur, breuissimè adducemus, & resoluemus. Est igitur tertium dubium huiusmodi: B. Patricius baculum, & cuculam deferre consueuit, & baculi quidem meminit D. Bernardus in vita S. Malachiæ in illis verbis: *Verò Nigellus videns, filo immunere fugam, suis signia quadam edu ilitus, textum scilicet euangeliorum, qui fuit Beati Patricij, baculumque aureo tectum, gemmis pretiosissimis adornatum, quem non erat habitum Iesu, &c.* Cuculle verò apertè meminit Gocellinus in vita S. Patricij cap. 4. scribens: *Nam que prosiluium implendo totum locum contexit, & spatium occupauit, sed solum locum illum, in quo cuculla S. Patricij detinebatur, intactum dimisit.*

Respondeo, neque baculum illum D. Patricij neque cuculam, cuius Gocellinus meminit cum baculo, & cuculla eremitarum ordinis S. Augustini aliquid commune prorsus habuisse. Nam quod ad baculum attinet, ille non erat baculus quem eremitæ Augustinenses, non ex institutione S. Augustini, vt ipsi aiunt, sed ex Gregorij IX. præcepto in Eleemosynarum petitione deferebant, à quo se dispensari sub Alexandro IV. supplicauerunt, & obtinuerunt, vt lib. 1 notauimus, sed baculus miraculosus instar alterius virgæ Mosis à Iesu Christo Seruatore nostro B. Patricio donatus, cum quo multa mirabilia est operatus, quiq; baculus Iesu dicebatur: & post B. Patricij obitū inter sacras, & pretiosissimas Sanctū virū reliquias vsq; ad tēpora S. Malachiæ, de quo D. Bernardus loquitur, in Ecclesia Hybernensium seruabatur. Scribit de isto baculo Iesu Gocellinus cap. 24. quem vide. Cuculla verò S. Patricij qualis fuerit, & quam proportionem cum cuculla Eremitarum Augustinensium habuerit, idem Gocellinus cap. 185. non aūt quarto, vel octauo,

vt Mar-

vt Marquez inquit, qui se Gocellini librum minime vidisse prodit, his verbis patenter explicauit: *Superuestra, inquit, indumenta cuculla candida amictuntur, vt ipse habitus forma, & colore Monachatus ipsorum, & candidatum humilitatis, & innocentiæ significare videretur. vnde & Monachi in Hybernia sancti Patricij sequendo vestigia, per multa temporum volumina habitu simplici contenti erant, quem cuiusmodi frabat lana, quatibet extrinseca cinctura remota.* Hæc S. Patricij erat cuculla, vestis scilicet alba, quam supra cætera indumenta ferre consueuerat pro pallio, vel birro, quam pro temporum, & locorum opportunitate deponebat, sicut qui deponunt pallium, vel birrum, vt idem Gocellinus loco à Marquez allegato, non ex cap. 4. sed centesimo nonagesimo octauo scribit, cum ait: *Quodam tempore nonnulla necessaria completa sanctus Patricius cum alijs viris Religiosis applicuit, & egressus ad aridam formauit sibi cucullam suam in littore reliquit &c.* Quæ quam conuenientiam habeant cum cuculla nigra Eremitarum Augustinensiū zona coriacea præcincta, quam publicè incedentes nunquā dimittere possunt, prudentes dijudicent, sed ad pleniorem huius difficultatis solutionē, aduertendum, ne in scopo nodum quæramus, cucullam diuersis modis posse accipi, vno modo stricta quadam significatione pro habitu monachorum proprio, & essentiali, quem illi nunquā dimittūt, cuius Cæcilia, & Sacri Canones clericis, siue secularibus sine etiā regularibus interdicūt in Cōcilio Aquisgranensi sub Ludouico Pio celebrato cap. 117. & in c. Mandam. 19. q. 3. Alio modo lata accessione pro superiori veste externa, quę vicē pallij, vel birri gerit, & eius loco deferri consueuit, non solum à monachis, verūm etiā à clericis, & laicis, & non solum Christianis, sed etiam paganis. Sicuidem enim est, antiquos, quòd illud capitis tegumentum, quod birretum nunc dicimus, in vsu non habuerint, in vestibus superioribus aliquid simile conseruasse, quo cum oporteret, ipsum caput tegerent. à quo tegumento iuxta variam illius formam vel ampliorem, vel strictiorem, ipsæ etiam vestes varium nomen sortiebantur, aut birrorum, aut cucullarum: cucullion enim, à quo cuculla dicitur, capitis tegumentum propriè illud est, quod etiam collum tegit, & ambit, hinc deducitur omnes vestes superiores, & externæ, huiusmodi tegumentum habentes, lata quadam significatione cucullarum nomine vocentur, vade etiam fit, vt canonici regulares præsertim Italici vestem exteriorem cū eiusmodi operimento deferentes, à quibusdam cucullati, & monachi dicantur. Nec desinit etiam ex ipsismet canonicis regularibus, præsertim inter Hispanos, qui dicant eos Italicos eiusmodi habitum assumentes ad monachatum transisse, vt videri potest apud Io. Trullum lib. 1. de ordine canonicorum regularium cap. 11. Quanquam sic asserentes errore manifestissimo hallucinentur, tum quod cū

vt Marquez inquit, qui se Gocellini librum minime vidisse prodit, his verbis patenter explicauit: *superiora*, inquit, *indumenta cuculla candida amicubatur, vt ipse habitus forma, & colore Monachatus sui speciem, & candidatum humilitatis, & innocentiæ repræsentare videretur. vnde & Monachi in Hybernia familiæ Patricij sequendo vestigia, per multa temporum volumina habitu simplici contenti erant, quem ouium minister habat lana, qualibet extrinseca tinctura remota.* Hæc S. Patricij erat cuculla, vestis scilicet alba, quam supra cætera indumenta ferre consueuerat pro pallio, vel birro, quam pro temporum, & locorum opportunitate deponebat, sicut qui deponunt pallium, vel birrum, vt idem Gocellinus loco à Marquez allegato, non ex cap. 4. sed centesimo vndecimo scribit, cum ait: *Quodam tempore nauigatione necessaria completa familius Patricius cum suis viris Religiosis applicuit, & egressus ad aridam fortuito sua cucullam suam in littore reliquit &c.* Quæ quam conuenientiam habeant cum cuculla nigra Eremitarum Augustinensiū zona coriacea præcincta, quam publicè incedentes nunquā dimittere possunt, prudentes dijudicent, sed ad pleniorem huius difficultatis solutionē, aduertendum, ne in scirpo nodum quæramus, cucullam duobus modis posse accipi, vno modo stricta quadam significatione pro habitu monachorum proprio, & essentiali, quem illi nunquā dimittūt, quemq; Cœlius, & Sacri Canones clericis, siue secularibus siue etiā regularibus interdicūt in Cōcilio Aquisgrani sub Ludouico Pio celebrato cap. 125. & in c. Mandam 19. q. 3. Alio modo lata acceptione pro superiori veste externa, quę vicē pallij, vel birri gerit, & eius loco deferri consueuit, non solùm à monachis, verùm etiā à clericis, & laicis, & non solem Christianis, sed etiam paganis. Sciendum enim est, antiquos, quòd illud capitis tegumentum, quod birretum nunc dicimus, in vsu non haberent, in vestibus superioribus aliquid deferre consuetisse, quo cum oporteret, ipsum caput tegerent. à quo tegumento iuxta variam illius formam vel ampliorem, vel strictiorem, ipsæ etiam vestes varium nomen sortiebantur, aut birrorum, aut cucullarum: cucullion enim, à quo cuculla dicitur, capitis tegumentum proprie illud est, quod etiam collum tegit, & ambit, hinc deductum vt omnes vestes superiores, & externæ, huiusmodi tegumentum habentes, lata quadam significatione cucullarum nomine vocentur, vnde etiam fit, vt canonici regulares præsertim Italici vestem exteriorem cū eiusmodi operimento deferentes, à quibusdam cucullati, & monachi dicantur. Nec desinit etiam ex ipsismet canonicis regularibus, præsertim inter Hispanos, qui dicant canonicos Italicos eiusmodi habitum assumentes, ad monachatum transisse, vt videri potest apud Io. Trullum lib. 1. de ordine canonicorum regularium cap. 11. Quanquam sic asserentes errore manifestissimo hallucinentur, tum quod cū cappa, quam Italici cappuccio, siue cucullo deferunt, non nuper fuerit ab illis excogitata, sed sit habitus antiquus canonicorum, vt in Clementina 1. de electione, in verbo Habitus notatur, tum quòd eadem cappa non sit propriè cuculla monastica, quæ clericis interdicitur, sed habitus accidentalis extrinsecus, non solùm monachis, sed etiam clericis, & laicis antiquitùs communis. nā quod huiusmodi habitum ferrent clerici, habes ex vita S. Germani Episcopi Antisiodorensis, descripta per S. Antoninum 2. par. tit. 11. cap. 17. § 1. vbi dicit: *Indumentum eius semper cuculla, & tunica, nec hieme adiectio, nec æstate leuamen est admissum, quod vtrunque tandiu in vsu fuit, nisi forte donatum est, donec attritione vnita solueretur.* Quod verò etiā laici siue Christiani, siue pagani cucullis vterentur, habes ex Codice Theodosiano lib. 14. tit. 10. l. 1. vbi hæc leguntur: *Seruos sanè omnes, quorum tamen dominos solicitudine constat militiæ non teneri, aut birrū vti permittimus, aut cucullo.* Sed & Cato de re rustica cap. 2. ait, cucullam, siue cucullionē (idem nanque sunt) genus vestis rusticanæ, ac vilis fuisse, qua illi ad iniuriam aëris pellendam tegebantur. & hęc causa extitit, meo iudicio, quod vsus cucullarum apud solos monachos, qui vilioribus, & humilioribus indumentis ex humilitate vtuntur, fuerit retentus, cum tamen olim etiam nonnulli clerici, & sanctissimi Episcopi illas in vsu haberent.

IV. QVartum dubium. B Patricius Angelo iubente ex Hybernia in Gallias transiuit, vbi S. Germani discipulus fuit, qui non canonicus regularis, sed frater Eremita extitit, vt ex habitu illius à S. Antonino descripto apparet: erat enim illius habitus eremiticus, & ei, quem S. Fulgentius gerebat, omnino similis. nimirum cuculla, & tunica cingulo præcincta, quod nec etiam dormiturus soluebat: postea eodem Angelo monente, ad quosdam Eremitas peruenit, & cum illis octo annis mansit. Hæc omnia ex Probo illius vitæ autore ita scribente: *Et fugiens inde peruenit ad Martinum Episcopum Turonensem, & quatuor annis mansit cum eo, & tonso capite ordinatus est ab eo in clericum, & tenuit lectionem, & doctrinam ab eo: peracto verò quadriennio apparuit ei Angelus Domini, & dixit illi: Vade ad plebem Dei, id est ad eremitas, & mansit cum Eremitis octo annis.* Subdit Ioannes Marquez probabile admodum sibi videri illos fuisse Eremitas Insulæ Lirinensis, qui sub D. Augustini regula degebant, vt probabile putat Antonius Yepes.

Respondeo, in hoc dubio multa verè dubia, imò & falsa complicari. Primò quod ad Probi historiam attinet, illa non ab omnibus recipitur, & in aliquibus falsa esse conuincitur apertissimè, vt cum dicit sanctum Patricium non à Cœlestino I. neque à S. Germano Antisiodorensi, sed ab Amatore ipsius Germani prædecessore, ac ordinatore fuisse Scotorum Episcopum ordinatum. Secundo, quod ait S. Germanum fuisse ere-

mitam Augustinensem, fallum est tum in se, tum ad hominem, secundum se, quia S. Germanus splendidissimis ortus natalibus, & in artibus liberalibus apprimè eruditus, cum ciuitatis Antissiodorensis præfectura fungeretur, repente à S. Amatore ciuitatis Episcopo, Dei nutu, & inspiratione apprehensus, clericus, sacerdos, & Episcopus fuit ordinatus, nec ante Episcopatum, nec postea, vitam monasticam, aut eremiticam professus fuit. & hæc ex eodem Antonino loco proximè citato patet. Ad hominem verò, quia idem Marquez cap. 6. §. 4. de B. Augustino verba faciens, contendit Episcopum nulli regulari institutо seipsum posse subijcere, & in eo præcedentia vota religionis penitus extingui. Quare cum cõstet S. Germanum ante Episcopatum eremitam, aut monachum nullatenus fuisse, nec post Episcopatum, siue in Episcopatu vitæ monasticæ potuit seipsum subijcere. neque verum est, eundem fuisse D. Germani, & B. Fulgentij habitum, cum B. Fulgentius nunquam legatur cucullam induisse. neque D. Germani cuculla habitus monasticus proprius, & essentialis extitit, sed vestis superior externa, qua ille ob humilitatem, quòd vilior esset, pro birro, vel pro pallio vtebatur. Tertiò falsum, & fabulosum omnino est, eremitas illos, ad quos D. Patricius postea iuit, Insulæ Lirinensis incolas fuisse, vel Lirinenses sub B. Augustini regula militasse, nam quo tempore B. Martinus in viuis agebat, qui S. Patricium ordinauit, Insula Lirinensis nondum habitabatur, primusque illius loci incola fuit S. Honoratus, qui cum B. Hilario fugatis serpentibus eum locum tenuit, & monasterium ibi fundauit, non sub regula D. Augustini, sed sub regula à se præscripta, de qua re plura ex instituto lib. 1. sunt notata, ad quem lectores benevolos remitto. qui vero fuerint illi eremitæ, ad quos S. Patricius, Angelo monente, profectus fuit, data opera Iocellinus cap. 24. hisce verbis aperit: *Sedit anno sancti Patricij sedem petere sancti Petri, in petra fundali, & sanctæ Romanæ Ecclesia canonicu institutu vberius imbui, cupiens autoritate Apostolica iter, & alias suos roborari. Cum autem quod corde conceperat, enodasset sancto Germano, approbauit sanctum ipsius propositum S. Germanus, adiungens ei Christi seruum Sergetium presbyterum itinerus socium, laboru solatium, sanctæ conuersationu testem idoneum. Profectus verò diuino instinctu, seu reuelatione Angelica ad quendam in quadam Insula Tyreni maris degentem secessit, solitariæ vitæ, opinionis optimæ, magni meriti virum, nomine ac opere Iustum. Cumque post sanctam salutationem salutaria verba conferrent, dedit idem vir Dei Patricio Baculum, quem se suscepisse asseruit de manu Domini Iesu sibi apparentis, ipsi conferendum. Erant etiam in eadem Insula quidam alij viri ab habitaculo illius solitarij semoti, quorũ quidam iuuenes videbantur, alij senes decrepiti, cum quibus cum conseruisset Patricius colloquium, didicit ab eis, senissimos esse filios illorum iuuenum. cumque admirans sanctus Patricius inquisuisset eorum tam grandiu miraculi, respondentes dixerunt ei, nos à patribus, Domino miserante, misericordiæ operibus fuimus inter intenti, ostiumque nostrum patuit omni viatori, pro Christi nomine victualia, siue hospitium petenti; quadã nocte quendam peregrinum in manu baculum habentem hospitio collegimus, & secundum posse nostrum omnem ei humanitatem exhibuimus. Mane igitur facto nos benedixit, & ait: Ego sum Iesus Christus, cuius hactenus membris ministrastis, quem hac nocte in propria suscepistis persona. Deinde baculum, quem manu gestabat, dedit viro Dei spirituali Patri nostro, præcipiens illi, vt illum seruaret, & cuidam peregrino nomine Patricio post multos dies ad se venturo tribueret. Hæc dicens ascendit in cœlum, nosque permansimus in eodem statu iuuenili decoru, & vigoru, quo tunc fuimus, vsq; in diem hodiernum. Filij vero nostri, qui tunc erant parauli, iam vt cernis, facti sunt decrepiti. Sanctus vero Patricius Deo gratias agens cum viro Dei diebus aliquot mansit, ac eius exemplo magis, ac magis in Deum proficiens, ei tandem vale facto cum baculo Iesu profectus est, qui proposuit.* Hæc ille, ex quibus habes quinam illi Eremitæ essent, an Augustinenses, qui Augustino seniores erant, an in Insula Lirinensi, quæ per ea tempora à serpentibus tota oblitebatur. Habes etiam, vnde S. Patricius baculum illum mirabilem habuerit, qui baculus Iesu dicebatur, & apud Hybernos in tanta veneratione habebatur.

QVintum dubium Iocellinus in vita S. Patricij cap. 17. apertè scribit, B. Patricium eremitam in Hybernia instituisse: *Nulla, inquit, eremus, nullus penè terra angulus, aut locus in insula tam remotus, qui perfectu monachu, aut monachum non repleatur, &c.* Quodque magis dubium confirmat, refert Riccardus Stanhiurtus in vita S. Patricij pag. 71. inuentum Chyrographũ in monasterio Glastonensi huius, qui sequitur tenoris: *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Patricius humilis seruusculus Dei anno Incarnationis eiusdem 433. in Hyberniam à sanctissimo Papa Celestino legatus Dei gratia Hybernicos ad fidem veritatis conuerti, & cum eis in fide Catholica solidassem, tandem in Britanniam sum reuersus ad Insulam Aualonie, & ibi duodecim fratres meos eremiticam vitam ducentes, & cum inuenissem eos humiles, ac quietos, elegi potius cum illo abicctu esse, quã in regalibus curijs habitare: sicque licet inutilis in pastorem me prætulerunt.*

Respondeo ex verbis Gocellini citatis, quæ ille habet non c. 17. sed 174. nihil pro institutione Eremitica concludi. quot enim fuerunt, & fere nunc etiam canonicorum monasteria in locis solitarijs, & ab hominum conuersatione longè remotissimis? nihilominus mea sententia hæc est, virum illum Apostolicum more primitiuæ Ecclesiæ duos in Hybernia regularium ordines instituisse, alterum clericorum, alterum monachorum, qui laicorum nascentis Ecclesiæ vitam, & institutum tenerent & primis quidem regulam ipsam

V.

ipsam Apostolicam, præsertim a B. Augustino cõquadratam, & in scriptis redactam, seruandã deinceps decreuerit. Sedis verò ipsum Patricium regulam ex Actis Apostolicis, vel sententijs sanctorum Patrum, aut etiam ex ipsamet Augustini regula desumptam præscripsisse. Id namque Venerabilis Beda in Vita S. Patricij notauit, dicens: *Monachorum plebibus intererat, regulamque quam tenerent, spiritu sancto repletus condidit.* Consentit Gocellinus loco proximè citato ex cap. 174. vbi de monachis per S. Patricium in Hybernia constitutis verba faciens subdit: *Viuebant enim secundum regulam à S. Patricio illis præfixam, mundi contemptu, cœlestium appetitu, sanctã mortificatione carnis, ac abdicatione voluntatis propriæ, pares Ægyptijs Monachis, merito, atque numero, ita vt extero atque longinquas regiones illustrarent verbo, ac regionis exemplo.* Vbi vides iuxta Gocellini sententiam, B. Patricium in religiosis Hybernensibus instituendis, morem primitiuæ Ecclesiæ, & præsertim i D. Marco in Ecclesia Alexandrina seruatum, de quo supra cap. 4. satis dictum fuit imitari voluisse. Porro autem quod ad Chyrographum in Glastonensi monasterio inuentum spectat, illud in primis monendum, apud Stanhiurtum pag. 71. a Marquez allegata minimè reperiri, sed nec alibi, quantum in eodem libro, raptim tamen peruoluto, videre concessum fuit. Sed siue apud illum, siue apud alios reperiatur, nonnisi falsum, apocryphum, & ab aliquo impostore cõfictum, facilè videbunt qui S. Patricij vitam à superioribus autoribus descriptam legerint. ille enim non in Britannia, vel inter eremitas insulæ Aualonæ, illorum Prioratum gerens, sed in Hybernia Archiepiscopus sancto fine decedens in ciuitate Dunensi Deo specialiter disponente, religiosa & solemni ritu tumulatus est, vbi sanctissima illius pignora infinitis miraculis per multa secula coruscauerunt. Et profectò quis adeò desipiat, vt credat, virum Apostolicum, ad quem totius Hyberniæ solicitudo ex dispensatione Sedis Apostolicæ spectabat, vti illius Apostolum, & Ecclesiæ Hybernicæ primatem per Sedem Apostolicam ordinatum, tanti gregis cura posthabita, ad Insulam Aualoniam inter eremitas confugere voluisse, ad duodecim eremitarum præfecturam gerendam? quod etiamsi efficere in animo ei fuisset, tamen absque speciali Sedis Apostolicæ dispensatione minimè licebat. Sed puto, nec meus me animus fallit, huius chyrographi autorem ei similem esse, qui fingit B. Augustinum suorum clericorum, & ciuium consuetudinis pertæsum, relicta propria Ecclesia tempore quadragesimali, & Pascha in eremum ad quosdam suos eremitas recepisse, sermone 5. ad fratres in Eremo. de quo supra libro 1. cap. 31. dictum fuit.

VI. DEz hac verò ad alia multa responderi potest, quæ idem Marquez eodem loco ad probandum B. Patricium suos Eremitas Augustinenses

ipſam Apoſtolicam, præſertim a B. Auguſtino cõquadratam, & in ſcriptis redactam, ſeruandã deſſe: ſecundis verò ipſum Patricium regulam ex Actis Apoſtolicis, vel ſententijs ſanctorum Patrum, aut etiam ex ipſamet Auguſtini regula deprompeam præſcripſiſſe. Id namque Venerabilis Beda in Vita S. Patricij notauit, dicens: *Monachorum plebibus intererat, regulamque quam tenebant, Spiritu ſancto repletus condidit.* Conſentit Gocellinus loco proximè citato ex cap. 174. vbi de monachis per S. Patricium in Hybernia conſtitutis verba faciens ſubdit: *Vinebant enim ſecundum regulam à S. Patricio illis præfixam, mundi contemptu, cæleſtium appetitu, ſanctæ mortificationi ſtudentes, ac abdicatione voluntatis propriæ, pares Ægyptijs monachis, merito, atque numero, ita vt exteras atque longinquas regiones illuſtrarent verbo, ac religioſo exemplo.* Vbi vides iuxta Gocellini ſententiam, B. Patricium in religioſis Hybernenſibus inſtituendis, morem primitiuæ Eccleſiæ, & præſertim à D. Marco in Eccleſia Alexandrina ſeruatum, de quo ſupra cap. 4. ſatis dictum fuit imitari voluiſſe. Porro autem quod ad Chyrographum in Glaſtonenſi monaſterio inuentum ſpectat, illud in primis monendum, apud Stanhiurtum pag. 71. à Marquez allegata minimè reperiri, ſed nec alibi, quantum in eodem libro, raptim tamen peruoluto, videre conceſſum fuit. Sed ſiue apud illum, ſiue apud alios reperiatur, nonniſi falſum, apocryphum, & ab aliquo impoſtore cõfictum, facilè videbunt qui S. Patricij vitam à ſupradictis autoribus deſcriptam legerint: ille enim non in Britannia, vel inter eremitas inſulæ Auaioniæ, illorum Prioratum gerens, ſed in Hybernia Archiepiſcopus ſancto fine decedens in ciuitate Dunenſi Deo ſpecialiter diſponente, religioſo, & ſolemni ritu tumulatus eſt, vbi ſanctiſſima illius pignora infinitis miraculis per multa ſecula coruſcauerunt. Et profectò quis adeò deſipiat, vt credat, virum Apoſtolicum, ad quem totius Hyberniæ ſolicitudo ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ ſpectabat, vti illius Apoſtolum, & Eccleſiæ Hybernicæ primatem per Sedem Apoſtolicam ordinatum, tanti gregis curã poſthabita, ad Inſulam Auaioniam inter eremitas confugere voluiſſe, ad duodecim eremitarum præfecturam gerendam? quod etiamſi efficere in animo ei fuiſſet, tamen abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione minimè licebat. Sed puto, nec meus me animus fallit, huius chyrographi autorem ei ſimilem eſſe, qui fingit B. Auguſtinum ſuorum clericorum, & ciuium conſuetudinis pertæſum, relictã propria Eccleſia tempore quadrageſimali, & Paſchali in eremum ad quoſdam ſuos eremitas ſe recepiſſe, ſermone 5. ad fratres in Eremo. de quo ſupra libro 1. cap. 31. dictum fuit.

VI. PEr hæc verò ad alia multa reſponderi poteſt, quæ idem Marquez eodem loco ad probandam, B. Patricium ſuos Eremitas Auguſtinenſes in Hyberniam inuexiſſe, & propagaſſe, longo diſcurſu inculcat, de duobus monachis ex Scotia tempore Caroli Magni in Gallias tranſmigrantibus, & ab eodem receptis, & ad fundãdas ſcholas Pariſienſes, & Papienſes ab eodem Carolo deſtinatis: de inſtituto item SS. Columbæ: & Colũbani, & Galli Columbani diſcipuli, in quibus multa à veritate aliena commiſcitur, vt quòd Carolus Magnus ipſos Auguſtinenſes monachos maximo gaudio complecteretur, & pari benevolentia proſequeretur. quæ ſi de Eremitis Auguſtinenſibus intelligi velit, commenta eſſe hominis, ſibi, ac ſuis blandientis, nullus non videt, qui in hiſtorijs Conciliorum Aquiſgrani, & Mogũtini, ac Turonenſis legerit, tempore Caroli Magni. ac etiam longè poſt illum, nullos in Gallijs fuiſſe monachos ſub S. Auguſtini, ſed omnes ſub D. Benedicti regula inſtitutos. Quare abſolutè, & ſine hæſitatione dicendũ eſt, vel illos monachos ex Hybernia in Gallias profectos, regulares canonicos fuiſſe, aut certè monachos, non Eremitas Auguſtinianos, ſed per D. Patricium ſub regula ab ipſo eis tradita inſtitutos, quod etiam de ſanctis Columba, & Columbano, & alijs multis in Angliam, Gallias, Belgium, & Alemaniã profectis valdè probabiliter dici poteſt. Vel tandem dicendum Congelum, Columbam, & Columbanum, & alios ſanctos viros monachos proprij inſtituti per illos excogitati, & per Epiſcopos, in quorum Diœceſibus degebant, probati, autores, & profeſſores extitiſſe. neque enim in ea ſumus opinione, verùs autem errore illorum, qui putant, nullos alios fuiſſe in Occidente monachos, præter Benedictinos, quid enim prohibebat? eo præſertim tempore, quo tum in Italia, tum etiam in Galliis, Hiſpanijs, & Hybernia monachi fuiſſe memorantur, antequam D. Benedictus naſceretur.

VII. VNus ſupereſt Malachias Hyberniæ Archiepiſcopus, quem non ſolùm Regulæ D. Auguſtini profeſſorem, verùm etiam eremitici inſtituti alumnum idem Marquez obtrudere conatur, quod in eius Vita dicat Bernardus, illum ſub Imario in quadam cella vitam eremiticam diutius egiſſe: ſed in hoc quoque à ſcopo veritatis illum aberrare plurimum intelligent, qui eiuſdem S. Malachiæ vitam legerint ab eodem D. Bernardo ſcriptam, & à S. Antonino tit. 17. cap. 2. abbreuiatam, ibi namque quis & qualis Imarius ille fuerit declarãs, ſub cuius diſciplina B. Malachias vitam ſolitariam ducebat, ita ſcribit: *Erat autem in Ciuitate Ardamacha, in qua nutritus eſt Malachias, vir ſanctius, & auſteræ admodum vitæ, qui cellam habẽs intra Eccleſiam, Deo ſeruiebat, ieiunijs, & obſecrationibus vacans die, ac nocte. ad hunc ſe contulit Malachias, ab eo formam vitæ accepturus: ſeditque ipſe ſolitarius, ſed infra paucos dies habuit imitatores non paucos exemplo ſui prouocatos, tandem ordinatus eſt ſacerdos anno ætatis ſuæ 25.* Ecce quis, & qualis ſanctus

ille lunarius fuerit, ad quem Malachias vitæ formam acceptur us iuit, non Eremita, non in syluis, non in solitudine viuens, sed in ciuitate, ac in cella intra Ecclesiam constituta, quales olim erant, & nunc sunt cellæ, in quibus clerici canonici apud Ecclesias, & intra Vrbes sub Regulæ canonicæ districtione vitam solitariam lectionibus, meditationibus, & orationibus traducunt. ibi sedens B. Malachias solitarius habuit infra paucos dies imitatores non paucos, qui illius exemplo excitati ad Ecclesiam conuolabant, & illud vitæ genus assumebant, quod & B. Bernardus Clarevallensis in suo ad Religionem ingressu fecisse legitur, quem triginta iuuenes nobiles ad monasterium fuerunt secuti: non autem quod pater Monachorum effectus statim fuerit, vel quòd monasterium instituerit, vel monachos tunc regendos sumpserit, vt Marquez asserit. Postea verò quam sacerdos anno ætatis suæ 25. fuit ordinatus, & Episcopus vices illi suas cõmisit, vt munus illi commissum dignè exercere valeret, ad quendam Episcopum sanctitatis nomine celebrem contendit, ac monasterium Benchoriense reparandum postea assumpsit: nec tamen monachus factus est. Demum ad episcopalis dignitatis gratiam electus, confestim, inquit, Bernardus more suo curauit adsciscere ad solatium sibi de filijs suis conuentum regularium clericorum. quæ cum scribat Bernardus, qui Malachiam vidit, & dicat, illum de more suo asciuisse sibi ex filijs suis conuentum regularium clericorum, omnem suspicionem eliminat, & in meridiana luce monstrat, illum ante Episcopatum non cum eremitis in solitudine, sed in ciuitate cum clericis regularibus regulariter vixisse. Denique ipse D. Bernardus, qui eius vitam optimè perspectam habuit, & scripsit, nunquam illum inter monachos, sed semper in ordine clericorum reposuit, vnde in libro vitæ ipsius B. Malachiæ dixit, rarò talem inter clericos inuenitri. quem tamen non est dubium inter monachos repositurum, si ille verè monachus fuisset. quam sententiam cum vniuersalis Hybernensium traditio confirmet, quæ illum B. Augustini Regulæ professorem facit, quod idem Marquez eodem cap. §. 4. liberè confitetur, perspicuum est, B. Malachiam clericum canonicum, non autem Eremitam Augustinensem extitisse, adeo vt superfluum sit contendere hanc veritatem pluribus illustrare.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

De Ecclesijs, & monasterijs Canonicorum Regularium in Regno Scotorum consistentibus.

DE propagatione canonicorũ regularium in Prouincia, siue in Regno Scotorum verba facturus, ne legentes ob locorum synonimiam labantur in errores, vnũ ante omnia necessariò monendum existimaui, duas nimirum prouincias longa maris intercapedine seiunctas nomen Scotiæ olim habuisse, quarum altera ea est, quam nunc Scotiã dicimus. Borealis nimirum Albionis, siue Britanniæ, siue Anglicanę insulæ portio, quæ ab Australi Duedo, ac Solueo fluminibus secernitur, quam terram Pictorum, siue Albaniam nunc pare veteres scriptores consueuerunt. Altera verò cum Hybernia eadem est, quam nunc Irlandiam dicimus, de qua duobus proximè precedentibus capitibus sermo est habitus. nam Hyberniam Scotiam olim vocatam, testes sunt ex priscis autoribus, D. Prosperus Aquitanus lib. contra collatorem cap. 41. scribens, Palladium à Papa Cœlestino Scotorum Episcopum ordinatum, quod ipsum repetit in Chronico in consulatu Dionysij, & Florentij, & iterum in consulatu Bassi, & Antiochi, Beda tum in Vita S. Patricij, tum in historia Gentis Anglorum cap. 1. ad finem sic dicens: *Hybernia longitudine, & latitudine sui latus, & salubritate, ac serenitate aërum, multum Britannia præstat, & post pauca. Hac autem propriè patria Scotorũ est.* Probus quoque & Marianus Scotus, & Gocellinus, qui S. Patricij vitam scripserunt, vel de eius Apostolatu ad Hybernos sunt locuti, omnes sine hæsitatione ad Scotos illum missum dixerunt. Consentit Sigibertus in Chronico sub anno 432. scribens: *Cœlestinus Papa ad Scotos in Christum credentes Palladium mittit primũ Episcopum, post quem ad eosdem ab eodem Cœlestino missus est S. Patricius, genere Brito, filius Conches sororis S. Martini Turonensis.* & postea sub anno 456. *S. Patricius Secundus Hybernia Archiepiscopus anno ætatis suæ 122. in Christo quiescit.* Ex recentioribus verò Giraldus Cambrensis in descriptione Hyberniæ distinctione tertia cap. decimo sexto, ita inquit: *Hic quoque notandum videtur, præfatile Nello Hybernia Monarchiam obtinente, sex filius Muredi Regis Vltoniæ in classe non modica Boreales Britanniæ partes occupasse, vnde & gens ab ijs propagata, & ipsius cognominato vocabulo Scotia vocata vsque in hodiernum angelum illum inhabitant.* Adstipulatur Baronius tum in notis ad Martyrologium sub die 17. Martij, tum in Annalibus tomo 5. sub anno 431. num. 188. & tomo 6. sub anno 491. n. 20. vt breuitati consulentes alios omittamus.

Porro alteram Albionis partem septentrionalem non solùm à modernis, verùm etiam à plerisque vetustissimis autoribus vsu frequenti Scotiam nuncupatam, multis testimonijs collatis ostendit eruditissimus Iureconsultus Thomas Dempsterus Scotus, & Baro de Muresk in appa-

rata ad Historiam Scoticam libro 1. capite 3. ad quæ ne in re notissima probanda superfluè laboremus, legentes remitto.

CVi verò illud nomen Scotiæ primitùs obtigerit, an Hyberniæ an illi Britanniæ parti, q̃ Scotia nunc dicitur, controuersia est nõ leuis inter scribentes, de qua Venerabilis Beda loco proximè citato ex historia Gentis Anglorum lib. 1. capite 1. ita scribit: *Est autem Hybernia insula omnibus pœne Britannijs maxima, ad Occidentem quidẽ Britanniæ sita, sed sicut contra Aquilonem ea breuior cum meridiem versus illius fines plurimũ protendens respectu Hispaniæ Septentrionalis, quamuis magnopere immensum patuerit ad hanc ergo vsque peruenere nauigia Pictorum, vt diximus, petierunt in ea sibi sedes, & habitationem domari. Respondebant quoque, quia non ambos eos caperet insula, sed possumus, inquiunt, salubre consilium vobis dare, quid agere valeatis. Nouimus nimirum aliam esse non procul à nostra contemptum Solo, quam sæpe lucidis diebus de longe aspicere solemus. hanc adire si vultis, habitabilem vobis faciemus: & si qui resistent, nobis auxiliarijs vtemini. itaque petentes Britanniam Picti, habitare per septentrionales insulæ partes cœperunt, nam Australia Britones occupauerant. Cumque vxores Pictinon haberent, petierunt à Scotis, ea solum conditione dare se consensuros, si feminas regij generis in dubium, vnde ea fœmineus regnus prosapia, quam de masculina Regem sibi eligerent. quod vsque hodie apud Pictos constat esse seruatum. Prudente hoc tempore Britanniæ post Britones, & Pictos tertium Scotorum nationem in Pictorum partem venit, qui duce Reuda de Hybernia progressi, vel amicitia, vel ferro sibimet inter eos sedes, quas hactenus habent, vendicarunt.* Hæc Beda, cui Giraldus Cãbrensis loco proximè citato adstipulatur, necnõ Henricus Huntingtoniensis historiæ Anglicanæ lib. 1. pag. mihi 300. eidem penè verbis.

Cæterũ contrarium sententiam, quod nomen Scotorum ex Britonibus Septentrionalibus ad Hybernos tranlierit, non è contra ab Hybernis ad Britones, siue ad Pictos, primosque originarios, veros Scotos, non Hybernos, sed Boreales Britannos exstitisse, idem Thomas Dempsterus priuatim allegatus pluribus contendit. Mihi verò cum ex iã dictis de nomine Scotiæ, & quid eo nomine tunc temporis passim intelligant scribentes, non conflet, nodum huius difficultatis attigisse sit forsitan nunc enim nomine Scotię non amplius Hybernum, ex vsu loquendi, accipimus, sed eam solam Britanniæ insulæ partem, quæ ad Septentrionem vergens tum à modernis, tùm etiam vetustis autoribus probatis Regnum Scotiæ nuncupatur.

PRo quo ad præsens institutum nunc attinet, quis in hoc regno canonici ordinis primus fuerit propagator, si vera sunt, quæ de Aidano, & Columba, & alijs Episcopis, Doctoribus, & sanctissimis viris ex Hybernia in Septentrionalẽ Angliam profectis, de Euangelio Pictis prædicato, & de Gente Pictorum ad fidem Catholicam

ratu ad Historiam Scoticam libro 1. capite 3. ad quē ne in re notissima probanda superfluè laboremus, legentes remitto.

II. CVi verò istud nomen Scotiæ primitùs obtigerit, an Hyberniæ an illi Britanniæ parti, q̄ Scotia nunc dicitur, controuersia est nō leuis inter scribentes, de qua Venerabilis Beda loco proximè citato ex historia Gentis Anglorum lib. 1. capite 1. ita scribit: *Est autem Hybernia insula omnium post Britanniam maxima, ad Occidentem quidē Britannię sita, sed sicut contra Aquilonem ea breuior tam meridiem se trans illius fines plurimū protendens vsque contra Hispaniæ Septentrionalia, quamuis magno æquore interiacente perueniat. Ad hanc ergo vsque peruenientes nauigio Picti, vt diximus, petierunt in ea sibi quoque sedes, & habitationem donari. Respondebant Scoti, quia non ambos eos caperet insula; sed possumus, inquiunt, salubre consilium vobis dare, quid agere valeatis. Nouimus insulam aliam esse non procul à nostra contra ortum Solis, quam sæpe lucidis diebus de longe aspicere solemus. Hanc adire si vultis, habitabilem vobis faciemus: & si qui restiterint, nobis auxiliarijs vtemini. Itaque petentes Britanniam Picti, habitare per Septentrionales insulæ partes cœperunt, nam Australem Britones occupauerant. Cumque vxores Picti non habentes petierunt à Scotis, ea solum conditione dare consenserunt, vt vbi res veniret in dubium, magis de fœmineo Regum prosapia, quam de masculina Regem sibi eligerent. Quod vsque hodie apud Pictos constat esse seruatum. Procedente hoc tempore Britannia post Britones, & Pictos tertium Scotorum nationem in Pictorum parte recepit, qui duce Reuda de Hybernia progressi, vel amicitia, vel ferro sibimet inter eos sedes, quas hactenus habent, vendicauerunt.* Hæc Beda, cui Giraldus Cābrensis loco proximè citato adstipulatur, necnō Henricus Huntingdoniensis historiæ Anglicanæ lib. 5. pag. mihi 300. eisdem penè verbis.

Cæterū contrariam sententiam, quod nomen Scotorum ex Britonibus Septentrionalibus ad Hybernos transierit, non è contra ab Hybernis ad Britones, siue ad Pictos, primoſque originarios & veros Scotos, non Hybernos, sed Boreales Britannos extitisse, idem Thomas Dempsterus proximè allegatus pluribus contendit. Mihi verò cum ex iā dictis de nomine Scotiæ, & quid eo nomine nunc tēporis passim intelligant scribentes, satis constet; nodum huius difficultatis atigisse sit satis: nunc enim nomine Scotię non amplius Hyberniam, ex vsu loquendi, accipimus, sed eam solam Britanniæ insulæ partem, quæ ad Septentrionem vergens tum à modernis, tùm etiam vetustis autoribus probatis Regnum Scotiæ nuncupatur.

III. POrro quod ad præsens institutum nunc attinet, quis in hoc regno canonici ordinis primus fuerit propagator, si vera sunt, quæ de Aidano, & Columba, & alijs Episcopis, Doctoribus, & sanctissimis viris ex Hybernia in Septentrionalē Angliam profectis, de Euangelio Pictis prædicato, & de Gente Pictorum ad fidem Catholicam conuersa, de Ecclesijs in eo Regno institutis, monasterijs erectis, & propagatis idem Venerabilis Beda lib. tertio eiusdem historiæ cap. tertio, quarto, & sequentibus vsque ad finē scribit: ipsa certissimum est, paulò post B. Patricij obitum in regno Scotorum ipsum ordinem Canonicū fuisse propagatum, scilicet circa annum quingentesimum quinquagesimum quintum, de qua re idē Venerabilis Beda lib. tertio cap. quarto in hunc modum scribit: *Siquidē anno Incarnationis Dominicæ quingentesimo quinquagesimo quinto, quo tempore gubernaculum Romani Imperij post Iustinianum Iustinus minor accepit, venit de Hybernia presbyter, & Abbas habitu, & vita Monachi insignis, nomine Columba Britanniam, prædicaturus verbū Dei prouincijs Septentrionalium Pictorum, hoc est eis, quæ arduis, atque horrentibus montiū iugis ab Australibus eorum sunt regionibus sequestratæ, &c.* Et multa alia ibidem prosequitur, quæ breuitati consulens omitto, quod apud ipsū Bedam legi possint. neq; aliquem mouere debet, Venerabilem Bedam ipsum Columbam, & alios Episcopos & Doctores ex Hyberniæ, quā ibi vocat Scotiam, in Angliā tum Australē, tū Septentrionalem traijcientes, Monachos, non clericos appellare, cum ex superiùs allegatis tū primo tū hoc secundo libro, satis constet, sub nomine monachorū ipsos clericos canonicos comprehensos, idque ex ipsomet Beda eodem libro capite vigesimo sexto, & lib. 4. cap. 4. cuius verba semel, & iterum recitauimus, manifestissimè teneamus, & quod caput est, cum ipsa monasteria à sancto Columba fundata inter collegia ordinis canonicorū regularium referantur ab Historicis, qui monasteriorum Scoticorum fundationes literis mandauerunt.

IN Regno Scotiæ fuit præcipuum, ac inter cætera canonicorum regularium collegia, cum primis illustre, quod S. Andreę nuncupabatur, quod primò in Cathedralem erectum Sixtus IV. Archiepiscopali dignitate auxit anno primo sui Pontificatus, subiectis illi suffraganeis Episcopis Glasquenensi, Dunkeldensi, Aberdonensi, Muranensi, Brechinensi, Dumblanensi, Rosenensi, Katenensi, Candidæ casæ, Lismorensi, Sordorensi, & Insulensi. Perseuerauit in Ecclesia S. Andreæ disciplina, & institutio canonicorum regularium vsque ad tempora Alexandri VI. vt ex Prouinciali Romano habetur: de qua Ticinensis in dilucidario: *Archiepiscopatus, inquit, vniuersitatis S. Andreæ in Scotia, cuius Prior præcedit quoscunq; Abbates aliorum ord. in toto illo regno Scotiæ, & sub illo Episcopatus sunt quinquaginta duo Prioratus canonicorum regularium:* Cuius Ticinensis dictum probat in suo apparatu ad Historiam Scoticam libro primo, capite decimo quinto eruditissimꝰ Thomas Dempsterus illius regni Gentilis. *Octuagesimus secundum (scilicet monasterium) Sanctis Andreæ in Fife ordinis sanctis Augustini fundauit, inquit, Rex Alexander Primus. Hector Boetb. lib. 17. pag. 342. Huius Priores so-*

I V

lemnis

lemni Comitiorum regni conuentu omnes Abbates præcedebant, non modò ex veteri prærogatiua, sed & sententia Iacobi Primi Regis, contendente Abbate de Calco, vt est in Scotichronico lib. 6. cap. 49. notat diligens autor Augustinus de nouis Ticinensis in progressu canonicorum regularium pag. 49 vt inde appareat Scotichronicum non fuisse peregrinis ignotum, nam & ille & Vsuard notant.

Sed & aliorum multorum collegiorum nostri ordinis inter Scotos olim consistentium idem autor ibi loci meminit, quæ totidem verbis ab illo accepta, hic reddenda putamus, omissis tamẽ collegijs Præmonstratensium, etsi inter monasteria canonicorum regularium illa etiam numerentur. Sunt autem sequentia:

Monasterium nuncupatum Iedwod in Clydesdale, quod ordini S. Augustini fundauit sanctus Dauid Rex. Historici vocant Iedburgũ. Hector Boeth. lib. 12. pag. 264. hoc cum viginti millibus Anglorum Comes Surræus impiissimè Iacobi Quinti tempore expilauit, & deuastauit, nec loci reuerentia rapaces militum manus coërcuit. clades illa contigit anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Ioannes Leslæus libro nono, nomen à fluuio syluam interluente habet. quare melius Iedwod, quàm Iedburg: sic enim Scotichronicon habet lib. 10 cap. 40.

V. MOnasterium Sancti Crucis vulgò Halyrudhows in Laudonia propè Regiã Edimburgum in Sylua condita, vbi die festo S. Dauid Rex venatus à ceruo percussus, dum cornu comprehenderet Crucis imaginem, non cerui cornu vidit, eodemque loco cœnobium magnificentissimum erexit, & D. Augustini canonicis concessit, vt narrat illius loci Martyrologiũ. Hector Boeth. Descriptione Scotiæ. Annus fundationis millesimus centesimus decimus tertius. Meminit Clemens Tertius apud Rogerum Houedenum diligentem, sed in rebus regum nostrorum mendacem scriptorem par. 2. pag. 369. Primus Abbas S. Aluuinus, S Dauidis Regis confessor. Meminit eiusdem Abbatiæ noster Ticinensis: verum non à Rege Dauid, sed à Rege Gulielmo fundatum scribit. Sed autori Scotico, & de Scoticis agenti maior fides adhibenda.

Monasterium, quod dicitur Campus Kennethi, vulgo Cambus Kinneth propè Stirlingum, ordini D. Aug. idẽ Rex fundauit. Hector Boeth. ibid. nobile morte, & sepultura Iacobi III. Regis. Leslæus lib. 8.

Monasterium Insulæ missarum in Stratherne ordini S. Aug. fundauit Gilbertus Comes Strathernię, vt in carta originaria continetur. Boeth. lib. 14.

Monasterium Emoniæ Insulæ ordini S. Augusti fundauit Rex Alexander I. cognomento Ferox. Hoc historijs asseruandis, ac publicis Regni monumentis reponendis dicatũ. Hector Boeth. Scotiæ descriptione.

Monasterium Scotię in Gauurea ordinis S. Augustini fundauit Rex Alexander I. & S. Trinitati & S. Michaẽli dicauit, cuius meminit Bulla Papæ Clementis III. apud Rogerum Houedenum par. 2. Historiæ pag. 369. Hic lapis fuit fatalis coronãdis Scotiæ Regibus, à regni principio veneratione summa habitus, Hector Boeth. lib. 12. pag. 264. lapidi ex Ægypto, vt fabulantur, allato hi versiculi inerant.

Ni fallit fatum, Scoti quocunque locatum
Inuenient lapidem, regnare tenentur ibidem.

Monasterium Insulæ Mahomo canonicorum, vt puto, regularium.

Monasterium Orneley in Insulis ordini sancti Augustini fundauit S. Columba. Leslæus. Hic S. Buonis cognomento Bardi corpus, & opera religiosa cura asseruabantur.

Monasterium Insulæ S. Mariæ in Galwetia ordinis S. Augustini. Cella S. Crucis multis reliquijs nobilitatur.

Monasterium Insulæ S. Colmoci ordini S. Augustini fundauit Mardochus Comes de Monteth.

Monasterium Maij in Insula ordinis S. Augustini Cella S. Andreæ S. Adriano Martyri sacrum. Hector Boeth. lib. 10. pag. 206. multorum martyrum à Danis cæsorum corporibus fœlix.

Monasterium Insulæ de Læuin ordinis S. Augustini, Cella etiam S. Andreæ S. Philano dicata ad quem creberrimi tota insula concursus, & prorum peregrinatio posterioribus etiam temporibus, custodiæ Mariæ Reginæ durissimæ.

Monasterium Restennot in Augusta Abbatis, vt puto, ordinis S. Augustini Cella de Iedwod, sed de hoc delibero.

Monasterium Monimusk in Mar ordinis S. Augustini, fundauit Episcopus sancti Andreæ.

Monasterium Locthay in Mar Ordinis S. Augustini. Cella Sconæ.

Monasterium Insulæ Lonæ ordinis S. Augustini, qui ferunt Rochetum, ait Polychronicon. Fundator S. Columba, vt aiunt. quis doceat, non reperio. Hæc omnia habentur ex Thoma Dempstero.

Monasterium insulæ S. Columbæ in Episcopatu Dunkeldensi ordinis S. Augustini, ex libro taxarum Cameræ Apostolicæ.

Monasterium dictum Scowet in Episcopatu Glasquensi Prouinciæ S. Andreæ ordinis S. Augustini ex libro taxarum.

Monasterium dictum de Pieiuenne Prioratus in Archiepiscopatu S. Andreæ ordinis S. Augustini. liber taxarum Apostolicarum. In eodem Archiepiscopatu alia non pauca collegia canonicorum Regularium tempore Innocentij III. Pontificis fuisse, illius literæ ad Episcopum S. Andreæ datæ indicant, quas lib. 1. pag. 280. videre potes.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs Ordinis Canonicorũ Regularium Anglicanis.

VTor est Iocellinus monachus in Vita sancti Patricij cap. 167. Beatum illum virum secundò Roma in Hyberniam reuertẽtem in suo regressu per aliquòd temporis spatium in Britannia, quæ illius natalis fuit patria, moratũ, monasteria multa fundasse, & alia à Paganis destructa per eum reparata, monachorum sacrorum cœnuentibus secundum formã religionis, quam ex præscripto annuentibus repleuisse. Sed & Venerabilis Beda locis proximo capite notatis in primis lib. 3. cap. 3. de Episcopis, & alijs Sanctis Doctoribus ab Oswaldo Rege Anglorum in Scotia siue Hybernia in Angliam ascitis disserens, hunc in modum exordituꝛ: *Idem ergo Oswald nactis Regnum fuscepit desiderans totam, cui præsul erat, gentem fidei Christiana gratia imbui, quoniam proximum permaxima in expugnandis barbaris habebat, nisi ad maiores natu Scotorum, inter quos nutritus, ipse baptismatis sacramenta cum his qui secum erant, multisque consecutus erat, petens, vt sibi mitteret antistitem, cuius doctrina ac ministerio gens, quam regebat tot gentium, Dominica fidei, & donatiuis cœlestis gratiæ frueretur. Neque aliquando tardius, quod petebat, impetrauit, suscepit namque Pontificem citò, sensus mansuetudinis, ac prudentiæ, & moderatum rectæ habentemque zelum Dei, quamuis non ita secundum scientiam*, & infra. *Venerante igitur ad fidem Episcopo, Rex locum sedis Episcopalis in ipsis finibus suis, vbi ipse petebat, & infra. Deinde cepere plures per dies de Scotorum regione venire in Britanniam, atque in illis Anglorum Prouincijs, quibus regnauit Oswald, magna deuotione verbum fidei prædicare, & credentibus gratiam baptismi, quotquot erant sacerdotali gradu præditi, ministrare. Confluebantur ergo Ecclesiæ per loca, confluebant ad audiendum verbum Dei populi gaudentes, donabantur illis a regno possessiones, & territoria ad instituenda monasteria, nutriebantur præceptoribus Scotis parvuli Anglorum, cum maioribus studijs, & obseruatione disciplinæ regularis: nam & ipsi erant maximè, qui ad prædicandum venerant, monachi.* Erat ipse Episcopus Endanensis insulæ, quæ vocatur Hu, destinatus, &c. Et alia plura in toto libro, & sequentibus prosequitur. Ex quibus clare liquet, in Occiduis saltem Anglorum Prouincijs Hyberniam aspicientibus, canonicam institutionem tunc per sanctum Patricium, qui in ea Britanniæ regione natus fuerat, tũ per illius discipulos post eius obitum longè ante D. Augustini in Angliam aduentum, fuisse plan-

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

De Ecclesijs, & Monasterijs Ordinis Canonicorũ Regularium Anglicanis.

I. AVtor est Iocellinus monachus in Vita sancti Patricij cap. 167. Beatum illum virum secundò Romam in Hyberniam reuertẽtem in suo regressu per aliquòd temporis spatium in Britannia, quæ illius natalis fuit patria, moratũ, monasteria multa fundasse, & alia à Paganis destructa per eum reparata, monachorum sacris conuentibus secundum formã religionis, quam eis præfixerat annuentibus repleuisse. Sed & Venerabilis Beda locis proximo capite notatis, ac in primis lib. 3. cap. 3. de Episcopis, & alijs sacris Doctoribus ab Oswaldo Rege Anglorum ex Scotia siue Hybernia in Angliam ascitis disserens, hunc in modum exorditur: *Idem ergo Oswaldus ubi Regnum suscepit desiderans totam, cui præesse cœpit, gentem fidei Christianæ gratia imbui, cuius experimenta permaxima in expugnando barbarorum imperat, misit ad maiores natu Scotorum, inter quos exulans, ipse baptismatis sacramenta cum ijs qui fuerant, multorum consecutus erat, petens, vt sibi mitterentur doctores, cuius doctrina ac ministerio gens, quam regebat Anglorum, Dominicæ fidei, & dona disceret, & susciperet sacramẽta. Neque aliquando tardius, quàm petebat, impetrauit. Accepit namque Pontificem Aidanũ, virum mansuetudine, ac pietate ornatum, & moderatum virum habentemque zelum Dei, quamuis non plene secundum scientiam*, & infra. *Veniente igitur ad se Episcopo, Rex locum sedis Episcopalis in insula Lindisfarnensi, vbi ipse petebat*, & infra. *Exinde capere pluret per dies de Scotorum regione venire in Britanniam, atque in illo Anglorum Prouincia, quibus regnauit Oswald, magna deuotione verbum fidei prædicare, & credentibus gratiam baptismi, quocunque erant sacerdotali gradu præditi, ministrare. Construebantur ergo Ecclesiæ per loca, confluebant ad audiendum verbum Dei populi gaudentes, donabantur muneribus Regis possessiones, & territoria ad instituenda monasteria, imbuebantur præceptoribus Scotis parvuli Anglorũ, nec cum maioribus studijs, & obseruatione disciplinæ regularis: nam monachi erant maximè, qui ad prædicandum venerant, monachus ipse Episcopus Endanus de insula, quæ vocatur Hii, destinatus, &c.* Et alia plura in toto libro, & sequentibus prosequitur. Ex quibus clare liquet, in Occiduis saltem Anglorum Prouincijs Hyberniam aspicientibus, canonicam institutionem tum per sanctum Patriciũ, qui in ea Britanniæ regione natus fuerat, tũ per illius discipulos post eius obitum longè ante D. Augustini in Angliam aduentum, fuisse plantatam, & multis erectis monasterijs latè propagatam.

II. CÆterũ de Beato ipso Augustino Anglorũ Apostolo, quẽ Magnus Gregorius ad illarum gentium illuminationem, & conuersionem delegauit, certo certius est, per illum in omnibus Anglorum Ecclesijs, & Prouincijs clericos more Apostolico regulariter viuentes, quales illi nascentis Ecclesiæ extiterant, fuisse mandato Apostolico institutos. Extat enim da hac institutione canonicorum regularium in Ecclesijs Anglorũ ipsius magni Gregorij mandatum in Responsionibus ad quæstiones per prædictum Augustinũ propositas, quod in hoc sensu, & ad hoc ipsum institutum refert Gratianus in cap. Quia tua fraternitas, duodecima, quæstione prima: *Quia, inquit, tua fraternitas monasterij regulã erudita seorsũ non debet fieri a clericis suis in Ecclesia Anglorum, quæ autore Deo nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituere conuersationem, quæ initio nascentis Ecclesiæ fuit Patribus nostris, ex quibus nullus eorum ex eo, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Si qui verò sunt clerici extra sacros ordines &c.*

Nec audiendi, qui hæc nõ de regularibus clericis, siue canonicis, sed monachis ordinis Diui Benedicti intelligenda contendunt, quos ab Augustino Monacho in cathedralibus Anglicanis pro clericis institutos aiunt exemplo Cantuariensis Metropolitanæ, Wigornien sis, & Wintonien sis, & aliarum quarundam cathedralium adducti, quas ab illarum institutione nõ canonicorum regularium, sed monachorũ Benedictinensium fuisse putant. Primò quia sic dicentibus tũ ipse Gratianus alioqui monachus: & partiũ monasticarum acerrimus propugnator aduersatur, qui non de monachis, sed de clericis magnum Gregorium locutum arbitratur. & textus ipse de clericis, non de monachis loquitur, & semel, si de monachis, non de clericis intelligendus, perperã eo loci, vbi de solis clericis agitur, ab ipso Gratiano est allegatus. tum etiã Summus Pontifex Eugenius Quartus in Bulla, per quã Canonicos regulares sacrosanctæ Lateranensi Basilicæ vti originarios eiusdẽ Ecclesiæ clericos restituit, in qua D. Gregorij sententiam non de monachis, sed de ipsis clericis sic interpretatur: *Hunc profecto sacri ordinis, & sancti propositi post sanctos Apostolos primũ in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor, & conditor, ac gloriosus Doctor Augustinus Episcopus diuinã regulã, & doctrina decorauit, & sanctæ memoriæ Vrbanus insignis Martyr, & sanctissimus Pontifex Generalis Decreti ordine reformauit, & Beatissimus Gregorius Augustino Anglorũ Episcopo velut piã ratione sacram in commisso sibi populo præcepit institui, & in Occidentis finibus ampliauit.*

III. SEcundò quia decipiuntur manifestè, qui putant, monachos Wintonienses, aut Wigornienses, aut etiam Cantuarienses, aut demum quos-

uis

uis alios in dictis Ecclesijs ab initio cõstitutos. nã habeo testes ex ijsdem monachis, quos proferam & quibus probem, clericos regulares in dictis Ecclesijs, excepta Cantuarien si, vsque ad annum circiter millesimum stetisse: ac subinde soluta paulatim disciplina canonica, eosdem vel appetitu vitæ laxioris, vel astu circumuentos quorundã monachorum illarum Ecclesiarum Antistitum loco pulsos, vt monachi subintroducerẽtur. in primis enim id vltroneus fatetur Gulielmus Malbesburiensis de Regibus Anglorum libro secundo, capite octauo, pagina mihi quinquagesima sexta, vbi de Osualdo Odonis Cantuariensis Episcopi nepote, & Wigornien si primùm Episcopo, deinde Eboracensi Archiepiscopo, ex monasterio Floriacensi assumpto, nec non de illius zelo in monachismo ampliando differens, hæc prodit: *Nam eadem terens orbita, monachorum regulam iure suo amplexatur. sedem Episcopalem Wigornien sem clericis non vi pulsis, sed arte sanctæ circumuentis, repleuit monachis regularibus. Expulerat ante regali iussione Ethelwaldus Episcopus clericos de Wintonia, qui cum data à Regis libertione, vt aut regulariter viuerent, aut loco cederent, magisque vitam mollem elegissent, tunc tota insula incerti vagabantur sedibus.* & infra eodem capite pagina quinquagesima octaua, narrationem gestorum Regis Edgari prosequutus, subdit ex nomine ipsius Regis: *Ego Edgarus totius Albionis Basileus, nec non maritimorum, seu insularium Regum circumhabitantium, adeo vt nullius progenitorum meorum subiectione, largiflua Dei gratia suppetente, sublimatus, quid imperij mei potissimum Regi Regum dono darem, tante memor honoris, solertius sepe tractaui. Pia igitur fautrix deuotionis peruigilis meæ studiositati superne subito insinuauit, quatenus in regno meo instaurare monasteria, quæ velut muscinis scindulis, curiosisque tabulis tigno tenus visibiliter diruta sit, quod matus est, intus a seruitio Dei seruẽ vacua, fuerant neglecta idcirco vẽpe clericis etiã, nulli regularis religionis disciplinæ subiectis, plurimis in locis sanctiorũ seruis, scilicet, monachis exhalaturi præfecti postores, ad ruinosa quæque templorum reintegranda.* Eucetus est Edgarus ad Regnũ anno humanæ salutis 960. cuius autoritate non nullis quidem sanctissimis monachis in regimine præcipuarum Ecclesiarum constitutis, antiquis clericis, quod nullum amplius canonicæ disciplinæ vestigium tenerent, ex illorum monasterijs electis, monachi subintroierunt. Consentit per omnia Henricus Hutingdoniensis Archid. libro primo pagina mihi 356. ista de eodem Rege Edgaro scribens: *Edgari pacifici anno quinto Ethelwaldus venerabilis feliciter Episcopatum Vuincestrense suscepit. hic secundo Episcopatus sui anno quosdam canonicos in veteri monasterio Vuincestrense degentes, & ordinem suum pigrè, & negligenter seruantes eiecit, & Monachos imposuit, qua Ecclesia temporibus nostris loco aucta est, quia nimis coniuncta erat matri Ecclesiæ, quæ sedet est Episcopi, consensu igitur Episcopi, & Abbatis monasterij extra muros urbis fundata est.* Et ne putes, hunc Episcopum Ethelwaldum de solo monasterio cathedrali contiguo, non de ipsa cathedrali canonicos eiecisse, vt monachos introduceret, lege supra memoratum Gulielmum Malbesburiensem libro secundo de Episcopis Anglicanis Wintoniensis Ecclesiæ, hæc dicentem in Episcopo Ethelnodo: *Clerus Episcopatus simul, & alterius Ecclesiæ, quæ intra erat, quam nouum monasterium vocabant, data optione, vt aut vitam mutarent, aut loco cederent, potiorem partem eligentes, exturbati sunt, monachis introductis.* & infra de monasterio eidem Cathedrali contiguo, de quo proximè dictum est: *Est, inquit, in eadem ciuitate monasterium, quod quondam Rex Edredus iuuente conceperat, & Eduardus filius auctiorarat, & in eo canonicos posuerat, Grimbaldo quondam monacho Flandrense suadente, qui ibi magna gloria habitauit sanctæ prædicatur, & creditur. Sed E. 10. Ethelwaldus canonicis expulsis, monachos posuit, præfecitque eis Abbatem Edgardum nomine, de quo superius dictum est. ad huius monasterij officinas instituendas sufficiens materiarum ab Episcopo Wintoniensi, & canonicis illis in portu mercatus supradictus Rex, ad emendumque quandam Marcam auri publico pondere pensitauit, & etiam amba Ecclesiæ sic vicina parietibus contigua, vt vicinantium alia obliterent alys. Vnde tum propter hoc, tum propter cætera insuper iniuriarum plurimarum ipsum habitat causas, quibus non modicas inuicem exulcerent offensas, quapropter nuper cœnobium extra vrbem transtulit, tum sanctius colitur, & liberius insigitur.*

VErum ne dũ audis, Regem Edgarum canonicis ex antiquis Ecclesijs, & monasterijs pellendis, & in eorum locum monachis subrogandis tam impensè deditum, existimes illum sua sponte, & non potiùs monachorum suasione, ac stimulis eam prouinciam susceptisse, audi quæso lector, quæ Rogerus Houedenus in suis Annalibus sub anno 963. de eodem Ethelwaldo Wintoniensi Episcopo, & ipsius Regis Edgari intimo consiliario notauit: *anno, inquit, 963. S. Ethelwaldus Venerabilis Abbas à Beato Dunstano educatus, mutuo Brichtelmo Episcopatum Wintoniensis Ecclesiæ suscepit, & eodem anno iussu Regis expulsis clericis, iuxta monasterium cum monachis instituit. Hic namque Regem, cuius eximius erat Consiliarius, ad hoc maxime prouocauit, vt clericos à monasterijs expellerent, & monachos sanctimonialesque in eis collocaret.* Quos verò tumultus idem clerici ex prædictis antiquis monasterijs pulsati excitarint, idem Houedenus in Annalibus parte 1. sub anno 975. imo ipsemet Gulielmus Malbesburiensis lib. 1. de Regibus Anglicanis c. 9. & lib. 1. de Episcopis Anglicanis in Lamphranco referunt, qui apud illos legi possunt.

Non dissimilem casum tulerunt clerici cathedrales Schireburnenses eodem Gulielmo referente lib. 1. de Episcopis Scireburnensibus in Wilfino, quibus in sede Episcopali constitutus, confestim eiectis clericis monachos instituit: *Ne, inquit, tanta*

tanta concorporaneorum Episcoporum iocunditate dornmire videretur. Sed & clerici Rofenses eodẽ modo, licet ex dissimili causa, è cathedrali eiecti, & eorum loco monachi subrogati, sub Lamphranco Cantuariensi Archiepiscopo memorantur ab eodem Gulielmo lib. 1. de Archiepiscopis Cantuariensibus in Lamphranco.

V. HInc planè vides, ante annum 960. in omnibus cathedralibus Anglicanis, ac in eis præsertim, quas Monachi postea tenuerunt, non monachos D. Benedicti, sed clericos regulariter iuxta morem nascentis Ecclesiæ viuentes, per D. Augustinum Anglorum Episcopum fuisse constitutos, vt perperam, & contra veritatem historiæ scripserit Odericus Vitalis monachus Vticensis lib. 4. suæ Historiæ Ecclesiasticæ sub anno 1070. pag. mihi 516. Augustinum, & Laurentium, apostolorum prædicatores Anglorũ, quod monachi fuerit, in Episcopijs suis monachos vice canonicorum, quod vix in alijs terris inuenitur, piè constituisse, contrarium enim verissimum est, nimirum clericos regulariter viuentes per prædictos viros Apostolicos ordinatione Apostolica, in Ecclesijs Anglicanis primum fuisse institutos: ipsos verò cedentibus vel deficientibus, aut etiam vi pulsis, & arte circumuentis, subintroisse monachos. vnam excipio Cantuariensem Metropolitanam, in qua post sancti Augustini decessum Laurentium illius successorẽ, Bonifacio Romano Pontifice permanente, & speciali rescripto ad instãtiam Ethelberti Anglorum Regis concedente, monachos posuisse, idem Gulielmus Malbesburiensis de Episcopis Anglicanis lib. 1. pag. 208. scribit, quam opinionem de hoc non satis adhuc constet, cũ non desint, eodem autore ibi loci paulo superius, animum in pejora rei referente, qui affirment, Elfricum Secundum à Dunstano Archiepiscopum monachos in eadem Ecclesia, pulsatis clericis, posuisse, quæ res hanc veritatem non solum non infirmat, sed potius euidentissimè confirmat, si adnotamus, specialem dispensationẽ, & concessionẽ requere, generalem iuris dispositionem communiuere. Præter quod illud etiã non omittendum, licet Laurentius, siue alius quispiam in Ecclesia Cantuariensi conuentum monachorũ statuerit, non tamen eiectos clericos, sed quod etiam in alijs Ecclesijs præcipuis factum didicimus, & superius monuimus, vnà cum conuentu monachorum stetisse collegium canonicorum. quod ne monstrum ex frigido cerebro confictũ insimules, lege in primis ordinationem Archiepiscopi Dunstani ab eodem autore libro, pagina ducentesima prima, relatã, nec non quæ de beati Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi martyrio, de illius martyrio, de clericis fores templi claudere conantibus, & qui eidem martyrio aderant, ab omnibus Historicis passim traditum, vide literas Alexandri III. Romani Pontificis Ar-

tantæ contemptæ autorum episcoporum fœditatem dormire videretur. Sed & clerici Rotenses codē modo licet ex dissimili causa, è cathedrali electi, & eorum loco monachi subrogati, sub Lamphranco Cantuariensi Archiepiscopo memorantur ab eodem Gulielmo lib. 1. de Archiepiscopis Cantuariensibus in Lamphranco.

V. HInc planè vides, ante annum 960. in omnibus cathedralibus Anglicanis, ac in eis præsertim, quas Monachi postea tenuerunt, non monachos D. Benedicti, sed clericos regulariter iuxta morem nascentis Ecclesiæ viuentes, per D. Augustinum Anglorum Episcopum fuisse constitutos, vt perperam, & contra veritatem historiæ scripserit Odericus Vitalis monachus Vticensis lib. 4. suæ Historiæ Ecclesiasticæ sub anno 1070. pag. mihi 516. Augustinum, & Laurentium, aliosq; primos prædicatores Anglorū, quod monachi essēt, in Episcopijs suis monachos vice canonicorum, quod vix in alijs terris inuenitur, piè constituisse, contrarium enim verissimum est, nimirum clericos regulariter viuentes per prædictos viros Apostolicos ordinatione Apostolica, in Ecclesijs Anglicanis primum fuisse institutos: ipsis verò cedentibus, vel deficientibus, aut etiam vi pulsis, & arte eiscumuentis, subintroisse monachos. Vnam excipio Cantuariensem Metropolitanam, in qua post sancti Augustini decessum Laurentium illius successorē, Bonifacio Romano Pontifice permitente, & speciali rescripto ad instātiam Ethelberti Anglorum Regis concedente, monachos posuisse, idem Gulielmus Malbesburiēsis de Episcopis Anglicanis lib. 1. pag. 208. scribit: quanquam de hoc non satis adhuc constet, cū non desint, eodem autore ibi loci paulo superius, nimirum pagina 201. referente, qui affirment, Elfricum Secundum à Dunstano Archiepiscopum monachos in eadem Ecclesia, pulsatis clericis, posuisse, quæ res hanc veritatem non solum non infirmat, sed potius euidentissimè confirmat, si aduertamus, specialem dispensationē, & concessionē arguere, generalem iuris dispositionem contrariam iubere. Præter quod illud etiā non omittendum, licet Laurentius, siue alius quispiam in Ecclesia Cantuariensi conuentum monachorū fluxerit, non tamen electos clericos, sed quod etiam in alijs Ecclesijs præcipuis factum didicimus, & superius monuimus, vnà cum conuenta monachorum fletisse collegium canonicorum. quod ne monstrum ex frigido cerebro conflictū insimules, lege in primis ordinationem Archiepiscopi Dunstani ab eodem autore eodē libro, pagina ducentesima prima, relatā, necnon quæ de beati Thomæ Cantuariensis Archidiaconatu, de illius martyrio, de clericis fores templi claudere conantibus, & qui eidem martyrio aderant, ab omnibus Historicis passim traduntur. & ad omnem dubitationem excludendam, vide literas Alexandri III. Romani Pontificis Archiepiscopo Cantuariensi directas pro quodam canonico in eadem Ecclesia instituendo, seu pro præbenda eidem iam instituto assignanda, quæ referuntur in Decretali Gregoriano cap. Relatū. de Præbendis, in hunc modum: *Relatū est.* & infra. *Quoniam igitur dignum est, vt postquam magister I. in Ecclesia tua canonicus est institutus, & à te habuit in promissis de conferenda sibi prima præbenda, cum in Ecclesia ipsa vacaret, vt debeat præbendæ integritate gaudere, mandamus, quatenus si idem I. in Ecclesia tua est canonicè institutus, & in choro, & capitulo, & in aliis, quorū vsus est communis, potestatem sicut canonicus habet, ei prebendam, si qua nunc vacat, vel cum ibi primò vacauerit, secundum promissionem tuam concedas liberaliter, & assignes: quia non est congruum, vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus.* Hæc Alexander Papa, quæ de monachis verificari omnino nequeunt, qui nec canonici erant, nec tales in literis Apostolicis vnquam dicti sunt, nec præbendas habebant, quippe qui communiter sine proprio, ex solemni professione, viuere debebant, nec ab Episcopo instituebantur, nec ad Archiepiscopum collatio beneficiorum spectabat.

VI. INhoc igitur Regno Anglorum omnes Ecclesiæ cathedrales saltem ante annum nongentesimum sexagesimum fuerunt canonicorum regularium, vt ex supra allegatis patet paulatim verò dissoluta disciplina regulari, quædam illarum ad statum omnino secularem transierunt: quædam verò per monachos ordinis Diui Benedicti, curātibus nonnullis sanctissimis Episcopis ex eodem ordine assumptis, fuerunt reformatæ, qui in eisdem per multa annorum curricula perseuerauerunt, vt etiam ex Pontificali Romano colligi potest. De Metropolitana Eboracensi legitur in Vita sancti Guidberti, quod per Egbertum Eboracensem Archiepiscopum in Ecclesia Metropolitana S. Petri in canonicum ordinatus, in conuentu illo tam strictè per biennium regularibus disciplinis se mancipauit, quod omnibus fratribus perfectè, & regulariter viuentibus forma, & exēplar factus fuit, & postea in Abbatem electus. extant literæ Alexandri III. ad Archiepiscopum Eboracensem, cui mandat, vt in suo monasterio regularem habitū deferant, quæ referuntur in Breuiario Extrauagantium Præpositi Papiensis.

De Ecclesiis Wigornien si, Wintoniēsi, Schireburnensi, & Roffensi habes ex supra dictis. De Lindisfarnensi vide Venerabilem Bedam libro tertio capite quarto Historiæ Anglorum. & Gulielmum libro tertio de Episcopis Anglicanis Lindisfarnensibus, præsertim pag. ducentesima septuagesima sexta. De Episcopis Candidæ casæ eundem in eodem lib. De Dorcestrensi, & Lincolniensi vide Matthæum Parisium sub anno 1241. vbi de sedis translatione, & secularizatione pluribus edisserit, & Gulielmum Malbesburiensem lib. 4. de Episcopis Dorcestrensi-

bus. De Conuentrensi, in qua cum monachis erãt canonici, vide eundem Matthæum Parisium sub anno 1239. plura scribentem.

Sed præter Ecclesias cathedrales fuisse ante annum 960 per omnes prouincias Anglorũ monasteria canonicorum, quæ pulsis clericis sub Rege Edgaro data fuerunt monachis, Rogerus Houedenus 1. par. Historiæ pag 426. his verbis attestatur. *Anno 969. Rex Anglorum pacificus Edgarus sancto Dunstano Dorbennensis. & B. Osualdo Vuigorniensis, & S. Ethelwaldo Vintoniensis Ecclesiæ Episcopis præcepit, vt expulsis clericis in maioribus monasterijs per Merciã constructis, monachos collocarẽt. vnde S. Osualdus sui voti compos effectus clericos Vuigorniensis Ecclesiæ monachalem habitum suscipere recusantes de monasterio expulit, &c.* Quorũ autem nomina, vel fundationes siue ante prædictum Edgarum, siue postea factæ ad meam notitiam deuenerunt, notatis autoribus. ex quibus fideliter sunt collecta subijcio. Ea verò sunt:

VII PRimum monasteriũ S. Gregorij apud Cantuariam de isto Gulielmus in Lanfranco. *Extra Cantuariam vrbem in Aquilonari parte lapideas domos omnibus egenis, in Occidentali parte regia valetudine fluentibus ligneas locauit. Canonicis etiam apud S. Gregoriũ regularibus institutis, qui in ijs diuina facerẽt officia, diuisis pro varietate sexuum habitationibus, sumptibusq; prouisit.* Priori sancti Gregorij scribit Innocentius III. lib. 1. pag. 17.

Secundum in ciuitate Wintoniensi prope cathedralẽ ab Eduardo Reg: Elfredi filio canonicis fundatum, sed pulsis clericis ab Ethelwaldo Episcopo monachis collatũ. de quo supra. Guliel. lib. 2. de Episcopis Wintoniẽsibus in Ethelwaldo.

Tertium S. Etheldridæ in Insula, siue in Episcopatu Elienſi, primum monialium, postea clericorum, deinde pulsis clericis monachorum. Idem Gulielm. in Episcopis Elienſibus lib. 4.

Quartum Oxenfordense prius sanctimonialium à sanctissima virgine Frideſuida Regia stirpe genita fundatum, postea tempore Engelredi igne consumptum, sed mox Regis pœnitentia purgatũ restitutum, & possessionibus auctum, & clericis datum, qui tempore succedente cum liberiùs viuerent, tandem locus à Rogero Salisburiensi Episcopo Guimundo excellentis literaturæ, & non aspernandæ Religionis canonico datus, qui non inoperosè commisso insudans muneri, multos ibi canonicos regulariter victuros exhibuit. Guliel. lib. 4. de Episcopis Dorceſtrenſibus, & Lincolniensibus.

Quintum S. Petri Exceſtrense, de quo idẽ Gulielm. lib. 2. de Episcopis Cridienſibus in Lefrico. *Hic Lefricus electu sanctimonialibus à monasterio sanctæ Petri, Episcopatũ & canonicos statuit, qui contra morẽ Anglorum ad formam Lotharingorum vno triclinio comederent, vno cubiculo accubarent, transisse est hutusmodi regula ad posteros, quamuis pro luxu temporũ nonnulla tam ex parte decesserint. habẽtq; clerici Oeconomum ab Episcopo constitutum, qui eu diuum necessaria victui, annuatim amictui commoda suggerat.* Hi vt videtur, cathedrales erant. Porro quod ait Gulielmus, eam viuendi formam contra formam & morem Anglorũ introductã, non de prima viuendi forma à S. Augustino præscripta intelligas, sed de relaxata.

SExtum monasterium Christi ciuitatis Londinensis. De hoc Matth. Parisius sub anno 1107. pag. 84. editionis Londinẽsis. *Normannus Prior fundauit Ecclesiã Christi Londinensis sub Ordine, sancti, Augustini canonicos collocauit.* Additibidem obijt Mauritius Episcopum Londinensem, qui Ecclesiam sancti Pauli fundauit. VIII

Septimum sanctæ Crucis Valatinæ vulgo de Valtã in Episcopatu Londinensi, antea Collegiũ secularium clericorum. *Sed cum Henricus Secundus Rex de nece sancti Thomæ Cantuariensis diffidatus in expiationem propriæ famæ, & sancti Martyris honorem de fundando monasterio in honorem ipsius Martyris cogitasset, ac etiam votum fecisset, parere volens propriæ sumptibus, exactu clericis secularibus, in eo canonicis regularis statuit, varius sanctio Martyri peregrinis sacrũ, si illum habitũ honestasset.* Polidorus Virgilius Historiæ Anglicanæ lib. 13. sub an. 1178. Matthæus Parisius sub anno. 1177. pag. 176. qui dicit, autoritate Summi Pontificis eiectos seculares clericos, & regulares introductos in Vigilia Pentecostes Regi procurante Henrico, & præsente, & eadem die Rodulphum Ciscestrensem canonicum de manu Londinensis Episcopi curam Ecclesiæ prædictæ suscepisse, ipsi tanquam Diœcesano de canonica subiectione seruanda verbis se obligasse, & fratribus cum eo introductis Priorem ab eodẽ Episcopo designatum, & in sua sede solemniter collocatum. Dedicata est Ecclesia anno 1242. Regio priuilegio munita 1252. quę omnia apud eundem Matthæũ Parisiensem sub annis eisdem videcõfirmata, & aucta priuilegia per Innocentiũ III. habe habes lib. 1. suarum epistolarum multis in locis.

Octauum S. Mariæ de Maritonia à ciuitate Londinensi septimo ferè miliario distans, de cuius fundatione Polidorus Virgilius lib. 16. sub an. 1227. *Monasteriũ de Maritonia, quod distat à Londino septem milliaribus, fundatum à Gilberto principe Normanno, qui cum Gulielmo primo in Angliam transierat.* Traiecit autẽ Gulielmus primus in Angliam anno circiter 1060. vt ex fastis Regum Anglicorum habes. Claruit hoc Cœnobium educatione S. Thomæ Cantuariensis Episcopi, & Martyris sub Roberto Priore. Gerualius Dorobernensis autor Quadriloqui lib. 1. c. 4. Raphael Olinscend. pag. 407. IX

NOnum Abbatia S. Mariæ apud Legecestriã meminit illius Matthęus Parisius sub anno 1234. his verbis; *Stephanus vero de Legrauen Ecclesiã sanctæ Mariæ in Abbatia canonicorũ apud Legecestrum statuit, & qui prius à clericatu ad militiam per arrogantiam confugerat, ad clericatus officium reuocauit, quam reliquerat immunitate Episcopo, reuocauit.*

Decimum. Prioratus apud S Albanum diœcesis Herefordensis meminit idem Matthæus sub anno 1248. Casum lugubrẽ eius loci Prioris referens, qui dum frumenti cõfertum aggerem, quẽ, inquit, vulgariter tassum appellamus, venalẽ æstimaret, agger ille nutans, & inordinatè compositus, fabrico corruit super eum, & antequam garbæ glomeratæ super ipsum dissipari possent, memoratus Prior homo quidem simplex, & substantiæ tenuis, miserabiliter suffocatus expirauit.

Vndecimum S. Bartholomæi Londinensis. refert de hoc cœnobio præfatus autor sub anno 1249. quod cum Archiepiscopus Cantuariensis Londinum profectus, vt eius ciuitatis clericos tã seculares, quã regulares visitaret, à cathedralibus repulsum habuisset. *In crastino tra adhuc tumidus, & ira non prohibens qui viderunt, indutus, venit ad Priorem S. Bartholomæi, vt ibi Canonicos visitaret, cui admittere, & Ecclesiam intranti occurrit Subprior cũ silentio, multorum accensione cereorum, & sonitu campanarum. Erant autem in Cappis Chorealibus valde pretiosis, quarum pretiosissimam habuit Subprior meritò, de qua sibi exhibito honore non multum curauit ac hospitem, dixitque, se illuc venisse, vt visitaret Canonicos, &c.* & tragediam satis flebilem ibi loci prosequitur: nam cum vnus canonicorum, omnium nomine, Archiepiscopo respondisset, ipsius Episcopum peritum, & prudentem habere, ad quem spectabat, si opus esset, illos visitare, & quod nec debebant, nec volebant in contemptum eiusdem Episcopi ab alijs visitari; idem Archiepiscopus ira succensus in Subpriorem irruit, & iuxta conditionis oblitus, ipsum sanctum virũ, religiosum, & sacerdotem in medio Ecclesiæ exiliter in pugno impiè in faciem, & in pectus percussit, & in caput impulit truculenter. & alia multa, quæ ob reuerentiam dignitatis Archiepiscopalis mittenda existimo. Subdit. idem Archiepiscopum cum alijs canonicis regularibus S. Trinitatis agere voluisse, & alia multa, quæ apud illum idem possunt.

Duodecimum. Abbatia S. Mariæ de Crokesfunda in qua Rex Ioannes anno 1216. naturæ debitum soluit, cuius rei euentum idem Parisius sub eodem anno 1216. sic refert: *Verum amen summo mane diluculo, licet cum labore, recedens (scilicet Rex Ioannes) ad Castellum de Lafort hospitaturus pervenit, vbi maxima corporis pregranatus molestia, in crastino vsque ad Castellum de Newnere equo vehente peruenit: quem locum malo ventre morbo, ab Abbate de Crokesfunda in vsibus Confessionis, & Eucharistiæ suscepit.* & infra: *Abbas igitur Canonicorum Crokesfunæ peritissimus in medicina, qui Medicus Regis tunc temporis extitit, facta anatomia de corpore Regio, &c. moritur.* Rex domus de Crokesfunæ decem librarum terram contulit ipsi retinendam.

Decimum tertium de Newenham, meminit

ceteram, quam reliquerat inconsulto Episcopo, revocatur.

Decimum. Prioratus apud S Albanum diœcesis Herefordensis meminit idem Matthæus sub anno 1248. ea sum lugubrē eius loci Prioris referens, qui dum frumenti cōsertum aggerem, quē, inquit, vulgariter tassum appellamus, venalē æstimaret, agger ille nutans, & inordinatè compositus, subito corruit super eum, & antequam garbæ glomeratæ super ipsum dissipari possent, memoratus Prior homo quidem simplex, & substantiæ tenuis, miserabiliter suffocatus expirauit.

Vndecimum S. Bartholomæi Londinensis refert de hoc cœnobio præfatus autor sub anno 1250 quod cum Archiepiscopus Cantuariensis Londinum profectus, vt eius ciuitatis clericos tā seculares, quā regulares visitaret, à cathedralibus repulsam habuisset. *In crastino tra adhuc tamidus, & ira, vt perhibent qui viderunt, indutus, venit ad Priorem S. Bartholomæi, vt ibi Canonicos visitaret, cui adunati, & Ecclesiam intranti occurrit Subprior cū solemnitate, multorum accensione cereorum, & sonitu campanarum. Erant autem in Cappis Chorealibus valde pretiosis, quarum pretiosissimam habuit Subprior memoratus, de qua sibi exhibito honorem multum exerat Archiepiscopus, dixitque, se illuc venisse, vt visitaret Canonicos, &c.* & tragediam satis flebilem ibi loci prosequitur: nam cum vnus canonicorum, omnium nomine, Archiepiscopo respondisset, ipsos Episcopum peritum, & prudentem habere ad quem spectabat, si opus esset, illos visitare, & quod nec debebant, nec volebant in contemptum eiusdem Episcopi ab aliis visitari, idem Archiepiscopus ira succensus in Subpriorem irruit, & sine conditionis oblitus, ipsum sanctum virū, religiosum, & sacerdotem in medio Ecclesiæ existentem pugno impiè in faciem, & in pectus percussit, & in caput impulit truculenter, & alia multa, quæ ob reuerentiam dignitatis Archiepiscopalis reticenda existimo. Subdit, idem Archiepiscopum cum alijs canonicis regularibus S. Trinitatis agere voluisse, & alia multa, quæ apud illum videri possunt.

Duodecimum. Abbatia S. Mariæ de Crokestuna, in qua Rex Ioannes anno 1216. naturæ debitum soluit, cuius rei euentum idem Parisius sub eodem anno 1216. sic refert: *Verumtamen summus rāde dilucule, licet cum labore, recedens (scilicet Rex Ioannes) ad Castellum de Lafort hospitaturus pertexit, vbi maxima corporis pregrauatus molestia, in crastino vix ad Castellum de Newnare equo vehente peruenit: quo in loco in malescente morbo, ab Abbate de Crokestuna confessionis, & Eucharistiæ suscepit. &* infra: *Abbas igitur Canonicorum Crokestunæ peritissimus in medicinis, qui Medicus Regis tunc temporis extiterat, facta anatomia de corpore Regio, &c. morituras domui de Crokestuna decem librarum terram consule opulentam.*

Decimum tertium de Newenham, meminit eiusdē dictus Matthæus Parisius sub anno 1252. pag. 1145. & cuiusdam Willelmi de Bellocampo eiusdem monasterij persecutoris. *Qui dicitur ex vxore sua*, inquit, *vxorius enim erat, religiosos plusquam milites impugnare, dum iam per spatiū duodecim Canonicos de Neuenehā incessanter fatigarat, durus existens, & petrinus, quibus patronus debuit existere.*

X. DEcimum quartum de Neuburgo iuxta syluam, quæ dicitur Cucullina. Eius Priori, & canonicis scribit Innocentius III. lib. 2. fol. 329. confirmans eis Ecclesiam de Houingham iuxta concessionem C. prædecessoris sui. Habuit viros præclaros, & eruditos, quorum meminerunt Pitsius de Scriptoribus Anglicanis, & Mattheus Parisius sub anno 1254. & 1256. nimirum Ioannem canonicum, eiusdem monasterij Priorem, & Hēnrico tertio Regi mirificè charum, qui à canonicis Carleolensibus, vt eum Episcopum eligerent, vrgentissimis precibus postulauit, nec obtinuit, & Gulielmum cognomento Paruum, qui floruit circa annum 1200. ex eodem Pitsio.

Decimum quintum Romeniense, fundatum anno 1258. à Domino Ioanne Marsel Beuerlicæ Præposito, qui vt præfatus Matthæus Parisius sub eodem anno 1258. pag 1294. scribit: *Cum esset Domini Regis clericus, & consiliarius specialis, vir prudens, & circumspectus, ac diues, prudenter considerans, quoniam Regis gratia non est hereditaria, vel prosperitas mundi semper duratura, vnam domum Religiosorū scilicet canonicorum regularium fundauit, & grauiter locuplet auit iuxta Romeniam ad duo miliaria supramare, & illam canonicis instaurauit.*

16. Exemplo Petri Chaceport, qui quandam domum eiusdē. Ordinis paucis retro actis diebus pie ac feliciter fundauerat, informatus, vt sic per bona temporalia transeuntes non amitterent æterna.

Decimum septimum S. Trinitatis Londinense. Habuit virum insignem Riccardū Londinensē, qui multis libris editis claruit anno Dñi 1200. teste Ioanne Pitsio de Scriptoribus Anglicanis, vbi & Catalogum operum illius scribit. Meminit eiusdem monasterij Matthæus Parisius tum sub anno 1250. tum sub anno 1256.

Decimum octauum Chiechense, ex quo ad Cantuariensem Archiepiscopatū assumptus est Gulielmus anno Domini 1123. Odericus Vitalis monachus Vticensis lib. 12. Ecclesiasticæ Historiæ sub eodem anno, vel sub 1120. pag. 873. vbi hæc habet. *Tandem anno ab Incarnatione Domini 1123. indictione 1. Radulfus Archiepiscopus 13. Kalend. Nouemb. Cantuariæ obiit: cui Gulielmus Corbulienſis canonicus regularis post aliquot annos successit. Hoc antiquus mos pro inuidia, qua clerici contra monachos vrebantur, depranatus fuit: Augustinus enim monachus, qui primus in Anglia Euangelium prædicauit &c. Anglis monachos, quia per eos ad Deum conuersi sunt, indefinenter diligentes, honorauerunt, ipsisq; clericis reuerenter, & benignè sibi monachos præferri gauisi sunt. Nunc autem mores, & leges*

mutatæ sunt & clerici vt monachos confutent, aut conculent, clericos extollunt. Vide quæso Lector, quã benè cum D. Gregorio hic monachus concordet: nam S. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo mandauit, in omnibus Ecclesijs Anglorũ regulares canonicos institui, qui eas vsque ad annum circiter millesimum tenuerũt, eo tempore, vel paulò ante quidam monachi, Edgaro Rege fauente, in sedibus Episcopalibus Cantuariensi, Wigornien si, & Wintonien si semel constituti, non de vno monacho ad Episcopatum promouendo, sed de omnibus canonicis ex antiquis illorũ Ecclesijs, & monasterijs turbandis statim agere, Regem stimulare, impellere pro viribus certatim studuerunt, nec ab inceptis, donec optatis potirentur, desistere voluerunt. Hic verò Monachulus pro vno canonico regulari in Archiepiscopũ Cantuarien sem suffecto, omnes Anglos inuidentiæ, & veterum legum, & morum perturbatores, quin & monachorũ conculcatores, accusare non veretur.

XI. DEcimum nonũ Abbatiale S. Osytæ de Chuc. habẽt insigne priuilegiũ Innocentij III. lib. primo epistolarum fol. 126.

Vigesimum S. Oswaldi in diœcesi Glocestrẽsi, de eius fundatione, & antiquitate Gulielmus Malbesburien sis lib. 4. de Episcopis Wigornien sibus pag. 283. Priori, & Canonicis S. Oswaldi scripsit Innocẽtius III. lib. 2. fol. 327. quibus ad exemplar C. prædecessoris sui quatuor Ecclesias cõfirmat.

Vigesimum primum Gisiburnense in Occiduis Angliæ finibus, hospitio S. Malachiæ Hybernorum Archiepiscopi decoratũ, vt inquit D. Bernardus in vita eiusdem S. Malachiæ §. Percunctatus ad finem. *In ipso*, inquit, *introitu Angliæ diuertit ad Ecclesiam Gisiburnensem vbi habitant viri Religiosi Canonicã degentes vitã, ab antiquo familiares ei pro sua religiositate, & honestate.*

Vigesimum secundum Sanctæ Mariæ de Brigdlintona in diœcesi Eboracensi multorum bonorum hominum sanctitate, & doctrina illustrium Seminarium: nam ex hoc monasterio prodierunt in primis Achardus eius cœnobij primum canonicus, postea S. Victoris Parisien sis Abbas, ac deinde Episcopus Abricensis, qui multa sui præclari ingenij monimenta reliquit, apud Ioannem Pitsium de Scriptoribus Anglicanis. Creatus est autẽ Episcopus Abrincensis anno 1162. ex continuatore Sigiberti sub eodem anno, & ex historia Normandica fol. 997. sub 1160. Georgius Riplarius vir ingenij perspicacis, Poëta, Rethor, Matematicus insignis, & omnium scientiarum peritissimus, qui arctioris vitæ desiderio ad Carmelitas, Pontificis dispensatione, cõcessit. hic inter alia sui ingenij monumẽta, quę idem Pitsius recenset, scripsit vitã S. Ioannis Brigdlintonilib. 1. Gregorius quoq; Hortũbrensis musicus peritissimus, & chorimæcentor sed & in sacris literis apprimè versatus, quemadmodũ illius scripta indicant, quorum meminit idem Pitsius, ac demũ S. Ioannes de Brigdlintona nuncupatus, & illius monasterij Abbas, vir eximiæ eruditionis, tum sanctitatis, qui in suis contemplationibus exthases mirabiles patiens, arcanas visiones habuisse perhibetur, & de futuris reuelationes, quibus homines terrens, à vitijs reuocabat, qui tandem multis sanctitatis indicijs euidentissimis relictis, anno 1379. sub Riccardo secũdo ad cœlestem patriam migrauit, in Sanctorũ numerum relatus. Scripserunt eius vitam Georgius, siue Ioannes Riplarius eius monasterij primum Canonicus, postea Carmelita, & ex Italis Augustinus noster Ticinen sis, sed diminutam, & cum errorum admixtione, vt qui veras historias Anglicanas non habuit, inter quos ille notandus, quod sub anno 1412. illius obitum reponit.

VIgesimum tertium Essibicense in occidua Angliæ regionibus. Meminit Pitsius de Scriptoribus Anglicanis in Alexandro Essibiensis monasterij Priore Chronographo, quem virũ magnæ integritatis, & lectionis commendat, cuiusq; multa præclara ingenij monimenta in Catalogo Scriptorum Anglicorum refert, aitq; illum floruisse circa annum 1220. XII.

Vigesimum quartum Oxonien se S. Augustini, cuius inter alios alumnus, & professus extat Alexander cognomento Necham, qui multa commentaria in varios libros diuinarum Scripturarũ elaborauit, quorum meminerunt Sixtus Senen sis in Bibliotheca, & Pitsius de Scriptoribus Anglicanis, floruit autem anno 1215. quo tempore ipsius monasterij Abbas est renunciatus.

Vigesimum quintũ Langtonien se apud Claudiocestriam, cui præfuit insignis Abbas nomine Clemens Claudiocestren sis circa annum 1170. Pitsio tradente in eodem libro, in quo variæ eiusdẽ viri scripta numerat, necnon Gulielmus Langtonien sis ab eodẽ monasterio, cuius Abbatiam moderat' est, ita cognominat', & inter Scriptores Anglicanos ab eodem Pitsio relatus sub an. 1230.

Vigesimum sextum Leicenstren se item Abbatiale, cui præfuit Gilbertus Foliotus, vir prudens, & insigniter doctus, primùm eiusdem monasterij Abbas, postea Herefordien sis, deinde Londinen sis Episcopus, & semel omni laude dignus, hoc excepto, quod Henrico II. Regi contra D. Thomam Cantuarien sem Episcopũ adhæsit, & scripsit pro causa Regis ad Alexandrũ III. & alia, quæ refert Pitsius libro sæpe memorato. vixit circa annum 1177. Philippus item Repingtonus in eodem monasterio literis claruit anno 1410.

Vigesimum septimũ Oxonien se de Osnei nũcupatum, cuius fuisse Canonicos Gualterũ Balcorum, qui scripsit historiã de Vita & morte Regis Eduardi II. & claruit anno 1320. necnon Thomã Wiccium, qui scripsit historiam rerum Anglicarum à principio Regni Gulielmi primi vsq; ad Eduardum primum, & Catalogum Abbatum sui

mona-

CAPVT TRIGESIM

monasterij, & thoriis circa annum 1290. tellatur in eodem lib. Pitsius.

Vigesimum octauum Lisburnense, quod B. Brinus in Ciuitate Eboracensi ad Thesim fluuiũ adscauit, ex eodem Pitsio.

Vigesimum nonum Chricheslacense apud oppidum Vallingamum Comitatus Norfolcensis, præfuit huic monasterio Richardus Crickesladen sis, vir sanctitatis opinione, & singulari doctrina celebris, prout illius scripta testantur à Pitsio notata, qui ait illum floruisse circa annum 1310.

Trigesimum S. Augustini Græcoladense, id est, in oppido Græcolada nuncupato, cuius meminit idem Pitsius in Roberto Canuto, qui floruit anno 1270. quem eiusdem monasterij collegio adscribit.

Trigesimum primũ S. Fridiswidæ apud Oxonium Prioratus, cuius fuit Prior idem Robertus Canutus, eodem Pitsio ibi loci referente.

Trigesimum secundum Plintonien se in Denonia, cuius canonicus fuit Robertus Plintonus ibem in quo regulam canonicam fuerat professus, in cognominatus, qui postea ad Archidiaconatum Tornesij euectus, feruens, & frequẽs verbi Dei ad populum prædicator euasit. Claruit circa annum 1320. ex Pitsio

Trigesimum tertium Warotrense apud Cabum Cago Diœcesis Eboracensis, ex eodẽ Pitsio qui Stephanum Eitotum eius monasterij canonicum post Lalandum multis commendat, quem circa annum 1320. floruisse commemorat.

Trigesimum quartum Osney nuncupatũ ordinis S. Augustini in Diœcesi Cantuarien si, ex libro Taxarum Apostolicarum

Trigesimum quintum Prioratus de Nolstad, siue de Holstat Eboracẽsis Diœcesis. Huius Prioris, & canonicis scribit Innocentius III. lib. 2. pag. 317. confirmans eis quatuor Ecclesias à B. Eboracensi Archiepiscopo eidem monasterio vnitas.

Trigesimum sextum sancti Andreæ Cistortoense in Elyense, siue potius Vellense Diœcesi, per Regem Henricum III. monasterium S. Andreæ apud Insulbres vnitum, quod Cardinalis Gualla de Bicheriis canonicis regularibus ex pecuniis sibi ab eodem Henrico III. collatis in expiationem necis beati Thomæ martyris fundauit, & dotauit, vnionem probauit Summus Pontifex, meminit dictæ vnionis, & confirmationis Gregorius Nonus in priuilegio, quod Abbati S. Andreæ Vercellen si, & eius canonicis concessit anno 1227. & sui Pontificatus primo. Suspicor illud non fuisse collegium formatum.

Etsi verò supradictorum monasteriorum non omnes fundationes teneamus, vero nihilominus consentaneum est, pleraque illorum fuisse vetustissima ante annos quingentos: nam circa annum 1069 monasteria canonicorum in Anglia renouata, Odericus Vitalis Vticensis lib. 4. Historiæ Ecclesiasticæ fol 517. adnotauit.

monasterij,& floruit circa annum 1290. testatur in eodem lib. Pitsius.

Vigesimum octauum Lisburnense, quod B. Brius in Ciuitate Eboracensi ad Thesim fluuiũ ædificauit,ex eodem Pitsio.

Vigesimum nonum Chricheslacense apud oppidum Valsingamum Comitatus Norfolcensis,præfuit huic monasterio Richardus Crickesladensis,vir sanctitatis opinione, & singulari doctrina celebris,prout illius scripta testantur à Pitsio notata,qui ait illum floruisse circa anno 1310.

Trigesimum S. Augustini Græcoladense, id est,in oppido Græcolada nuncupato, cuius meminit idem Pitsius in Roberto Canuto, qui floruit anno 1170.quem eiusdem monasterij collegio adscribit.

Trigesimum primũ S. Fridisuidæ apud Oxoniam.Prioratus,cuius fuit Prior idem Robertus Canutus,eodem Pitsio ibi loci referente.

Trigesimum secundum Plintoniense in Deuonia,cuius canonicus fuit Robertus Plintonus à loco,in quo regulam canonicam fuerat professus,ita cognominatus,qui postea ad Archidiaconatum Tornesij euectus,feruens, & frequẽs verbi Dei ad populum prædicator euasit. Claruit circa annum 1320.ex Pitsio.

Trigesimum tertium Warotrense apud Castrum Cago Diœcesis Eboracensis,ex eodẽ Pitsio,qui Stephanum Eitonum eius monasterij canonicum post Lælandum multis commendat, quem circa annum 1320.floruisse commemorat.

Trigesimum quartum Ostley nuncupatũ ordinis S.Augustini in Diœcesi Cantuariensi,ex libro Taxarum Apostolicarum

Trigesimum quintum Prioratus de Nolstad, siue de Holstat Eboracẽsis Diœcesis. Huius Prioris,& canonicis scribit Innocentius III. lib. 2. pag. 327.confirmans eis quatuor Ecclesias à B. Eboracensi Archiepiscopo eidem monasterio vnitas.

Trigesimum sextum sancti Andreæ Cistortonense in Ebense, siue potius Vellense Diœcesis, per Regem Henricum III. monasterium S. Andreæ apud Insubres vnitum, quod Cardinalis Gualla de Bicheriis canonicis regularibus ex peccunijs sibi ab eodem Henrico III. collatis in expiationem necis beati Thomæ martyris fundauit,& dotauit.vnionem probauit Summus Pontifex.meminit dictæ vnionis, & confirmationis Gregorius Nonus in priuilegio,quod Abbati S. Andreæ Vercellensi, & eius canonicis concessit anno 1227. & sui Pontificatus primo. Suspicor illud non fuisse collegium formatum.

Etsi verò supradictorum monasteriorum non omnes fundationes teneamus,vero nihilominus consentaneum est,pleraque illorum fuisse vetustissima saltem ante annos quingentos:nam circa annum 1069 monasteria canonicorum in Anglia renouata,Odericus Vitalis Vticensis lib. 4. Historiæ Ecclesiasticæ fol 517.adnotauit.

Demum non omittendum, quod notat Pitsius pag. 252.ex Lælando,Gilbertum quemdam natione Anglum,patria Lincolniensem,ex oppido Sempingam, parentibus ex equestri ordine progenitum, diuinæ gloriæ, sanctæq; religionis zelatorem feruentissimum,cum B.Augustini Regulam inter canonicos paulatim neglectum iri animaduertisset,nec tam accuratè obseruari,quẽ admodum ipse cupierat,anno Dñi 1148. quandã ordinis canonici reformationem aggressum, cuius reformationis cultores à fundatore Gilbertini sunt vocati:eiusque laboribus Deum ita benedixisse,hominiq; tam longam vitam tribuisse,vt ipse adhuc in viuis agens,viderit in tredecim monasterijs à se institutis monachos septingentos,& sanctimoniales plus minus mille centum.

Cum supradicta ex varijs autoribus hinc inde conquisita in vnum collegissem,peruenit ad manus meas volumen Historiæ Ecclesiasticæ Anglicanæ,Autore Nicolao Harpsfeldio Archidiacono Cantuariensi recens editum, cum adiuncto Catalogo monasteriorum, & sacrarum ædium tempore Henrici Regis Angliæ Octaui in Anglia existentium,opera Ioannis Speed Scriptoris Anglici collecto.ex quo sequentem monasteriorum canonici ordinis partialem Catalogum colligendum curaui,totidem verbis ab ipsomet autore depromptum.Circa quem notandum,ipsos canonicos regulares non vno, sed multiplici nomine in eodem Catalogo notari: nam aliquando vocantur canonici regulares,aliquando canonici Augustiniani,aliquãdo canonici albi, quandoq; nigri. quòd duplici habitu in Anglia, sicut etiam in Gallijs,Germania,& alijs prouincijs idem canonici vterentur,aliqui albo,aliqui nigro.sed nihil interest:omnes enim canonicos regulares,nõ seculares extitisse,duplex nota declarat. Prima titulus monasterij vel Prioratus locis inditus.Secũda quòd quando Autor canonicorum secularium meminit, conceptis verbis seculares exprimit, Notantur autem ipsa monasteria secundum ordinem Ciuitatum,vel Episcopatuum, in quibus consistebant,hoc pacto videlicet.

In Comitatu Bedfordiæ,vulgo Bedford-Shire.

Bussemedi,aliàs Bissemedi,Fundator. Hugo de bello campo,& Rogerius frater eius. Prioratus.canonici Augustiniani.

Caldeuuelliæ Titulus,Ioannis Baptistæ. Fundator Dominicus Latimers,alij Ioan. de Byddyslei.Prioratus canonici Augustiniani.

Chickfandiæ Tituli S.Mariæ Fundator Paganus de bello campo.Prioratus Virginum. canonicæ albæ.

Dunstablij Tituli S.Petri.Fundaror Henricus primus Rex.Prioratus.canonici nigri.

Neuuenhamiæ. Fundatrix vxor Pagani de Beauchamp nomine Roisia. Prioratus. canonici Augustiniani.

In Comitatu Bercheria, vulgo Barke-Shire.

Bistlehami nunc Bishami, Tituli Christi, & B. Virginis. Fundator Gulielmus montis acuti primus Comes Salisburiensis A. 13. Eduardi III. Regis monasterium. canonici.

In Comitatu Buckinghamia, vulgo Buckingham-shire.

Lauedeni, tituli S. Mariæ, Fundator Ioannes de Bedon. monasterium. albi canonici.

Luffeldij tituli S. Mariæ, Fundator Robertus Comes Leicestriæ. monasterium. albi canonici.

Missendeni tituli S. Mariæ. Fundator. D'Oiles. siue Doily. monasterium. nigri canonici.

Notcleyæ tituli S. Mariæ. Fundator Walterus Giffard Comes Buckinghamiæ anno Dñi 1112. monasterium. nigri canonici.

Paretrenduni. Prioratus. nigri canonici.

In Comitatu Cantabrigia vulgo Cambridg-shire.

Cantabrigiæ. Prioratus. Canonici.

Cantabrigia Collegia.

Barnwelliæ tituli S. Andreæ S. Ægidij. Fundator Paganus Peuerell Vexillifer Roberti Ducis Normanniæ in bello sacro tempore Henrici I. Regis. Prioratus. nigri canonici.

S. Emundi. Fundator Canutus Rex. Prioratus. albi canonici.

Fordhami. Fundator Henricus Deñ vel Denu. Prioratus. Gilbertini fratres.

Marmoundij. Prioratus. Canonici.

Swaueseye. Fundator Alanus la Zouch frater Rohaim Vice Comitis minoris Britanniæ. nigri canonici.

In Comitatu Cantia, vulgo Kent.

Beighami tituli S. Mariæ. Fundatores Maiores Thomæ Sakuile. alij Robertus Normham Eques. Prioratus. albi canonici,

Belsintoni, vel Bilsingtoni tituli S. Mariæ. Fũdator Ioannes Maunsell. Præpositus Beuerlacensis pro Henrico III. Rege, & Eleonora eius vxore. Prioratus. nigri Canonici.

Bradesokiæ tituli S Radegundis. Fundator Hugo primus Abbas. monasterium. albi canonici.

Iuxta Cantuariam tituli S. Gregorij, vel S. Georgij. Fundator Louufranus ibidem Archiepiscopus. Prioratus. nigri canonici.

Combeuelliæ tituli S. Mariæ Magdalenæ. monasterium. nigri canonici.

Eastbridgiæ Fundator Henricus I. dedit pro Gulielmo patre quidquid Robertus Brus dederat Ecclesiæ de Esleburch, & fratribus ibidem regularibus. Hospitium pauperum.

Landon tituli S. Thomæ martyris. monasterium. nigri canonici.

Leedesiæ tituli S. Nicolai. Fundator Robertus Creuecuer. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

Lesnesiæ ad Thamisim tituli S. Augustini, vel S. Thomæ martyris. Fundator Riccardus de Lucie summus Angliæ Iusticiarius anno Domini 1170. Prioratus. nigri canonici.

Rocheſtriæ tituli S. Andreæ. Fundator Gundulfus Episcopus Normannus anno Domini 1080. monasterium. nigri canonici.

Tunbridgæ tituli S. Mariæ Magdalenæ. Fundator Riccardus Clare Comes Glocestriæ. Prioratus. nigri canonici.

In Carliolo, vulgo Carlioli.

Carlioli in Comberlandia tituli S. Mariæ. Fundator Domini Regis progenitor: Prioratus. de quo dictum est supra.

In Comitatu Ceſtria, vulgo Cheshire.

Birkeheadæ tituli S. Iacobi Fundator Comes Derbiæ anteceſſor. monasterium. canonici nigri.

Ceſtriæ tituli S. Mariæ, Fundator Domini Regis progenitor. monasterium. nigri canonici.

In Comitatu Cornubia, vulgo Cornuall.

Bodmini tituli S. Petri. Fundator primum Athelstanus Rex, inde Gulielmus Warnoast Exceſtriæ Episcopus, & confirmatum à Ioanne Rege. monasterium. nigri canonici.

Bouariæ S. Petroci. Fundator Rex Athelstanus. monasterium. nigri canonici.

Launceſtoni tituli S. Stephani. Fundator Reginaldus Comes Cornuualliæ anno Dni 1150. monasterium. nigri canonici Augustiniani.

In Comitatu Derbia vulgo Darby-shire.

Bello-Capite tituli S. Thomæ. Fundator Robertus filius Ranulphi Domini de Altreton ibidem canonicus. monasterium.

Derbiæ tituli S. Iacobi. Fundator Domini Regis progenitor. Cella. nigri canonici.

Derelegiæ, vel Darlcighiæ tituli B. Mariæ. monasterium. nigri canonici.

Repingdoni, alias Repdoni tituli S. Mariæ Fundator Domini Regis progenitor. alij Aimerus de Valentia, & Randulphus Comes Ceſtriæ monasterium. nigri canonici.

In Comitatu Deuonia, vulgo Deuon-shire.

Berdleſthoni Prioratus. nigri canonici.

Cliuiæ tit. S. Mariæ Magdalenæ. Fundator Almarius Comes Cornubiæ. monasterium. nigri canonici.

Cuichæ tituli S. Andreæ. monasterium. nigri monachi.

Hartlandiæ tituli S. Necani martyris. Fundatrix Githa vxor Goodwini, Ricardus Pictauiensis Archidiaconus, & Gaufridus de Dinan fratres, & Oliuerius eius frater benefactores. monasterium. nigri canonici.

Plimtoni tituli S. Petri S. Pauli. Fundator Balduuinus de Reduers Comes Deuoniæ, & Domi-

nus de Insula tempore Henrici III. Regis. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

Tauistockiæ tituli S. Mariæ, S Burienæ. Fundator Ordolphus filius Ordgari Comes Deuoniæ anno Domini 961. monasterium. nigri monachi Augustiniani.

Torræ tituli S. Saluatoris. Fundator Gulielmus de Breuuer. monasterium. albi canonici Augustiniani.

Eboraci vulgo Yorke-shire,

Beuerlyæ Ecclesia Collegiata tituli S. Ioannis. Fundator Ioannes Eboracensis Archiepiscopus, & restaurator Athelstanus Rex anno 629. primùm monachi, postea canonici.

Bridlingtoni tituli S. Mariæ. Fundator Gualterus de Gaunt, & Iordanus Paganell circa Regnum Conquestoris. monasterium. canonici regulares.

Drasiæ, Fundator Gulielmus Painel antecessor Marmaduci Constabilis. Prioratus. canonici.

Eboraci tituli S. Trinitatis. Fundator Domus conuersorum à Conquestore euersa, sed à Radulpho Painel restaurata pro monachis. monasterium. nigri monachi.

Kirkebani Fundator Walterus Espec. anno Domini 1122. Augustiniani. vide sup.

Mertoni, vel Martoni. Fundatrix Catharina de Brouemere, Prioratus.

Newburgi. Fundator Robertus Mouubray anno Domini 1127. Prioratus. canonici Augustiniani.

Nostelli tituli S. Oswaldi. Fundator primum Robertus Lacy Comes Lincolniæ postea reædificauit à Henrico I. Regi à sacra confessione. monasterium. canonici.

Sempringamiæ tituli S. Gilberti, & S. Mariæ Wotton. Fundator S. Gilbertus auctor ordinis, & Agnes de Chester. monasterium. Gilbertini.

Warteri tituli S. Iacobi. Fundator Galfridus Trusbut Eques, & Gulielmus Rosse de Hamela circa tempora Henrici I. Regis. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

Wattoni, Fundator Eustachius Fitz Ioannis Monoculi, regnante Stephano. monasterium, albi canonici, & moniales.

Wychamæ, Fundatores Regis maiores. monasterium. albi canonici, & moniales.

In Essexia vulgo Essex.

Chichæ tituli S. Petri, S. Osithæ. Fũdator Riccardus Episcopus Londinensis anno Dñi 1120. monasterium. nigri canonici.

Colcestriæ tituli S. Ioannis Baptistæ. Fundator Eudo Dapifer Henrici I. monasterium. nigri canonici.

Dummouiæ tituli S. Mariæ. Fundatrix Iuga nobilis Domina anno Domini 1111. Prioratus. nigri canonici.

Gingæ atteſtone. Prioratus. nigri canonici.

nus de Insula tempore Henrici III. Regis. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

Tauistockiæ tituli S. Mariæ, S Burienæ. Fundator Ordolphus filius Ordgari Comes Deuoniæ anno Domini 961. monasterium. nigri monachi Augustiniani.

Torræ tituli S. Saluatoris. Fundator Gulielmus de Bricuuer. monasterium. albi canonici Augustiniani.

Eboraci vulgo Yorke-shire.

Beuerlayæ Ecclesia Collegiata tituli S. Ioannis. Fundator Ioannes Eboracensis Archiepiscopus, & restaurator Athelstanus Rex anno 629. primùm monachi, postea canonici.

Bridlingtoni tituli S. Mariæ. Fundator Gualterus de Gaunt, & Iordanus Pagancll circa Regnum Conquestoris. monasterium. canonici regulares.

Draxiæ, Fundator Gulielmus Painel antecessor Marmaduci Constabilis. Prioratus. canonici.

Eboraci tituli S. Trinitatis. Fundator Domus canonicorum à Conquestore euersa, sed à Radulpho Painel restaurata pro monachis. monasterium. nigri monachi.

Kirkehami Fundator Walterus Espec. anno Domini 1122. Augustiniani. vide sup.

Mertoni, vel Martoni. Fundatrix Catharina de Brouumere, Prioratus.

Newburgi. Fundator Robertus Mouubray anno Domini 1127. Prioratus. canonici Augustiniani.

Nostelli tituli S. Oswaldi. Fundator primum Robertus Lacy Comes Lincolniæ postea reædificauit à Henrico I. Regi à sacra confessione, monasterium. canonici.

Sempringamiæ tituli S. Gilberti, & S. Mariæ Wotton. Fundator S. Gilbertus auctor ordinis, & Agnes de Chester. monasterium. Gilbertini.

Warteri tituli S. Iacobi. Fundator Galfridus Trubut Eques, & Gulielmus Rosse de Hamela circa tempora Henrici I. Regis. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

Wattoni, Fundator Eustachius Fitz Ioannis Monoculi, regnante Stephano. monasterium, albi canonici & moniales.

Wychamæ, Fundatores Regis maiores. monasterium. albi canonici, & moniales.

In Essexia vulgo Essex.

Chichæ tituli S. Petri, S. Osithæ. Fundator Ricardus Episcopus Londinensis anno Dñi 1120. monasterium. nigri canonici.

Colcestriæ tituli S. Ioannis Baptistæ. Fundator Eudo Dapifer Henrici I. monasterium. nigri canonici.

Dummouuæ tituli S. Mariæ. Fundatrix Iuga nobilis Domina anno Domini 1111. Prioratus. nigri canonici.

Gingæ atteslone. Prioratus. nigri canonici.

S. Osithæ. Fundator Riccardus Episcopus Lõdinensis anno Domini 1520. monasterium. canonici regulares.

Stratford Langhornæ, tituli S. Mariæ. Fundator Gulielmus Mountfitchet primũ. deinde Riccardus I. Rex anno Regni 20. monasterium.

In Comitatu Glocestriæ vulgo Glocester-shire.

Brunfeildiæ. Prioratus. canonici.

Cirencestriæ tituli S. Mariæ. Fundatores primũ Saxones, inde Henricus I. Rex monasteriũ. nigri canonici.

Glocestriæ. Fundator Athelstanus Rex. canonici Augustiniani.

Iuxta Glocestriam, tituli S. Oswaldi, Fundatrix Egelfleda filia Elfredi Regis prima fundatrix anno Domini 910. Prioratus. nigri canonici. alij fratres Prædicatores.

Lanthoniæ prope Glocestriam tituli S. Mariæ Fundator Milo Comes Herefordiæ, Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

In Comitatu Hamptoniæ vulgo Hamp-shire.

Bromeræ tituli S. Trinitatis S. Mariæ S. Michaelis. Fundator Balduinus Comes de Reduerijs, & Deuoniæ. Prioratus. nigri canonici.

Mottisfonte tituli S. Trinitatis. fundatores Ranulphus Flammardus Episcopus Dunelmensis, Riccardus de Riparijs Comes Deuotiæ, & Gulielmus de Bruere tempore Gulielmi Rufi. Prioratus, nigri canonici, vel Augustiniani de Berton.

Iuxta Southamptoniã tituli S. Dionisij. Fundator Riccardus I. Rex dictus Cor-leonis anno 1179. Prioratus. nigri canonici.

Southuuikæ tituli S. Mariæ. Fundatores Gulielmus Pontlarge siue Pont-le-arch, & Gulielmus Danys Normanni. Item Gulielmus de Ponteys benefactor. Prioratus. canonici regulares.

In Comitatu Hertfordiæ vulgo Herdford-shire.

Mirdiallæ tituli S. Mariæ. Prioratus, nigri canonici.

Wymondleyæ. Fundator Ricardus Argenten. Prioratus. canonici.

In Comitatu Hertfordiæ vulgo Huntingdon-shire.

Huntingdoniæ tituli S Mariæ Fũdator Eustachius Louetot. Prioratus. nigri canonici Augustiniani

Stoneleyæ, Fundator Mandewill. Comes Essexiæ. Prioratus. nigri canonici Augustiniani.

In Comitatu Leceſtria, vulgo Leiceſter-shire.

Bredoni Cella annexa D. Oswaldi. Fundator Domini Regis progenitor, alij Almarus Comes Cornuubiæ, monasterium. nigri canonici.

Calæ. Prioratus, nigri canonici.

Laundæ. Fundator Riccardus Bassec diœcesis Lincolniensis. monasterium. nigri canonici.

Wereuuerdoni. monasterium. nigri canonici.

In Comitatu Lincolni, vulgo Lincolne-shire.

Aluinghami tituli S. Mariæ, Fundator Anto-

nius de Bec. Episcopus Dunelmensis, & Patriarcha Ierosolimitanus. Prioratus, albi canonici, & moniales Gilbertinæ.

Bolingtoni tituli S. Mariæ, monasterium. canonici, & moniales Gilbertinæ.

Brunne, nigri canonici.

Catelcyæ, vel Catlini tituli S. Mariæ. Fundator Ioannes Spaule Armiger, monasteriũ. albi canonici, & moniales Gilbertinæ.

Elshamæ, Fundator Gulielmus Dyue. Prioratus. nigri canonici.

Grimmesbiæ tituli S. Augustini, & S. Tolosf. Fundator Domini Regis progenitor. nigri canonici.

Hauerholmæ tituli S. Mariæ. Fundator Alexander Episcopus Lincolniẽsis. monasterium. albi canonici, & moniales Gilbertinæ.

Lincoln. Episcopatus tituli S. Mariæ. monasterium. canonici seculares.

Iuxta Lincolniam tituli S Catharinæ. Fũdator Robertus de Caneto Episcopus Lincolniensis. Prioratus. Gilbertini.

Neuvvhousiæ tituli S. Martialis. Fundator Petrus de Gaulia. albi canonici, & prima domus ordinis Præmonstratensium in Anglia.

Nevvnersbiæ, Vel Nun-ormesbiæ. Prioratus. albi canonici, & virgines Gilbertinæ.

Nevvstediæ iuxta Stanfordiam. monasterium. Gilbertini.

Notani, vel Noctoni Parke tituli S. Mariæ Magdalenæ, Fundator Robertus Darcie. monasterium. nigri canonici.

Nun cottoni tituli S. Mariæ. Prioratus. albi canonici, & moniales Oxeneyfiæ. nigri canonici.

Sempringhamiæ tituli S. Gilberti. Fundator S. Gilbertus fundator dicti ordinis. monasteriũ. albi canonici, & moniales Gilbertinæ.

Sixlæ tituli S. Mariæ. albi canonici, & moniales.

Stixvvoldæ, vel Stixvvellæ tituli S. Mariæ. Fũdatrix Lucia prima Comitissa de Percha. monasterium. albi canonici, & moniales.

Suuinshedæ in Hollandia tituli S. Mariæ, Fundator Robertus Grisleius miles. monasterium. albi canonici.

Sixhillæ. Prioratus. Gilbertini.

Toringtoni tituli S. Mariæ. Fundator Gulielmus de Arundel. nigri canonici.

Torkesciæ. Prioratus. nigri canonici.

Tupholmiæ tituli S. Mariæ. Fundator Alanus Neuill. monasterium. albi canonici.

In Middlesexia, vulgo Middlesex, Londini intra mœnia.

In Gay-spurlane Elsing Spitthle. Fundator Gulielmus Elsing Ciuis Londinensis anno Domini 1329. anno 3. Eduuardi III. Hospitium pauperum. canonici regulares. alij centum cæci.

Iuxta Aldgate Ecclesia Christi tituli S. Trinitatis. Fundatrix Mathildis vxor Henrici I. Regis anno Domini 1108. Prioratus. nigri canonici, vel canonici regulares.

Lundini extra mœnia in suburbijs.

Westmonasterij iuxta Charing Crosse Cella annexa Dominæ nostræ de Runciaualle in Nauarra tituli S. Mariæ. Fundatrix anno 15. Eduuardi Quarti.

In Fleete-streete tituli S. Bartholomæi. Fundator Henricus Rex Angliæ primus fundauit ecclesiam, postea Raherus primus ibidem Prior anno Domini 1102. monasterium. nigri, vel regulares canonici.

Extra Bishopsgate nouum hospitale tituli B. Mariæ. Fundator Walterus Brune, & Rosia vxor eius anno Domini 1235. Prioratus. canonici regulares.

Norfolciæ vulgo Norfolke.

Bokenhamiæ, aliàs Bukkenhamiæ tituli S. Iacobi. Prioratus. nigri canonici.

Budhamiæ tituli S. Mariæ. nigri canonici.

Hemptoni, vel Homptoni tituli Dominæ nostræ, & S. Stephani. Fundator Riccardus Warhic canonicus. Prioratus.

Mamountiæ, Virgines moniales Gilbertinæ.

Peneneyæ, & Wormegayæ tituli S. Mariæ Magdalenæ. Fundator Reginaldus de Warenna. monasterium. nigri canonici.

Schuldehamiæ tituli S. Crucis, & S. Mariæ. Prioratus, moniales albæ Gilbertinæ.

Thetfordiæ tituli S. Mariæ, & S. Ioannis. Fundator Rogerus Bigod Comes Norfolciæ. Prioratus. nigri canonici.

Westacreæ tituli S. Mariæ, & omnium Sanctorum. Prioratus. nigri canonici.

Westderehamæ. monasterium. albi canonici.

Wirhamiæ tituli D. Winevvaldi. Prioratus. nigri canonici de Martiall.

In Comitatu Northamptoniæ vulgo Northampton-shire.

Cachumi tituli S. Petri S. Pauli. Fundatores Gulielmus Knovvles, Hugo Avvresey miles. Prioratus. nigri canonici.

Northamptoniæ tituli S. Iacobi. monasterij. nigri canonici.

S. Dauidis tituli S. Trinitatis, & S. Mariæ. Prioratus. nigri canonici.

In Comitatu Nottinghamiæ vulgo Nottingham-shire.

Thurgattoni tituli S. Petri. Fundator Radulphus Denicour, confirmauit Rex. Prioratus. nigri canonici.

Welbecke tituli S. Iacobi. Fundatores antecessor Episcopi Elienſis Thomas de Cukeney, vel Cokeney. monasterium. nigri canonici.

Worksopæ tituli S. Mariæ de Radford. Fundatores Gulielmus Loucto, & antecessores Comitis Salopiæ. monasterium. nigri canonici.

In

In Comitatu Oxoniensi vulgo Oxford-shire.

Brockeleæ tituli S. Mariæ. Prioratus. nigri canonici.

Dorchestriæ tituli SS Petri, & Pauli. Fundator Birinus Apostolus VVest-Saxonum, & mox Nicolaus Hunterombe hæres Gulielmi Hunterco-be monasterium. nigri canonici.

Nortoni Fundator Domini Regis progenitor, Reginaldus Comes Bononiensis dedit iugera centum, & octo cũ dimidio Riccardus Sergeaux. Prioratus. nigri canonici.

Oxonij tituli S. Fridesvvidæ. Fundatrix Frideswida filia Algari, restaurauit Ethelredus Rex, & Domini Regis progenitores. Prioratus. moniales, inde nigri canonici.

Oxonij tituli S. Mariæ Osneyensis. Fundator Robertus filius nigelli fratris Roberty D' oily Normanni anno Domini 1129. monasterium. nigri canonici.

Collegia Oxonij.

Staronibæ tituli S. Mariæ. Prioratus. nigri canonici.

Wyxtoni tituli S. Mariæ. Fundator magister Michael Bylet pro Herimæo Bylet patre suo, & confirmante Rex Ioannes. Prioratus. canonici.

In Comitatu Salopiæ vulgo Shrop-shire.

Haughmondiæ tituli S. Mariæ, & S. Ioan. Euangelistæ. Fundator Gulielmus Fitz-Alane. monasterium. albi canonici.

Lylesholli. Fundator Beaumeisorum familia. monasterium. nigri canonici.

Wigmoriæ. Fundator Hugo de mortuo-mari anno Domini 1171. monasterium. albi canonici.

In Comitatu Somersetensi vulgo Somerset-shire.

Bristolij tituli S. Augustini. Fundator Rex Henricus II. & Dominus Robertus filius Hardingi filij Regis Dennemarchiæ, Henricus VIII. Rex mutauit in Ecclesiam Cathedralem. monasteriũ. nigri canonici Victorini.

Keynshamiæ tituli S. Mariæ. Fundator Gulielmus Dux Gloecestriæ. monasterium. nigri canonici.

Wellis, vulgo Wels tituli S. Ioannis Baptistæ, vel S. Andreæ. Fundator Rex Ina, Ecclesiam, & Collegium extruxit Rex Kinewolphus, amplis donatis possessionibus anno 776. Rex Eduardus senior, Episcopalem sedem constituit Robertus, & Iocelinus Episcopi, & Radulphus Salopiensis. monasterium. seculares canonici. quos ex regularibus seculares factos monstrat nomen monasterij.

In Comitatu Staffordia, vulgo Stafford-shire.

Lichfeldæ Ecclesia Cathedralis. Fundator Osvvinus Rex Northumbriæ, Episcopalem sedẽ constituit, Adrianus verò Papa Archiepiscopa-

In Comitatu Oxoniensi vulgo Oxford-shire.

Beckeleæ tituli S.Mariæ.Prioratus .nigri canonici.

Dorchestriæ tituli SS. Petri,& Pauli.Fundator Birinus Apostolus VVest-Saxonum,& mox Nicolaus Huntercombe hæres Gulielmi Huntercõbe.monasterium.nigri canonici.

Nortoni Fundator Domini Regis progenitor, Reginaldus Comes Bononiensis dedit iugera centum,& octo cũ dimidio Riccardus Sergeaux. Prioratus.nigri canonici.

Oxonij tituli S.Fridesvvidæ.Fundatrix Frideswida filia Algari, restaurauit Ethelredus Rex,& Domini Regis progenitores.Prioratus.moniales, inde nigri canonici.

Oxonij tituli S.Mariæ Osneyensis.Fundator Robertus filus nigelli fratris Roberty D' oily Normanni anno Domini 1129. monasterium.nigri canonici.

Collegia Oxonij.

Saucombæ tituli S.Mariæ. Prioratus .nigri canonici.

Wroxtoni tituli S.Mariæ. Fundator magister Michael Bylet pro Hermæo Bylet patre suo, & confirmauit Rex Ioannes. Prioratus.canonici.

In Comitatu Salopiæ vulgo Shrop-shire.

Haughmondiæ tituli S. Mariæ, & S. Ioan. Euangelistæ. Fundator Gulielmus Fitz-Alane. monasterium.albi canonici.

Lylesbulli. Fundator Beaumeisorum familia. monasterium.nigri canonici.

Wigmoræ.Fundator Hugo de mortuo-mari anno Domini 1171. monasterium. albi canonici.

In Comitatu Somersetensi vulgo Somerset-shire.

Bristolij tituli S.Augustini. Fundator Rex Hẽricus II.& Dominus Robertus filius Hardingi filij Regis Dennemarchiæ, Henricus VIII. Rex mutauit in Ecclesiam Cathedralem.monasteriũ. nigri canonici Victorini.

Keynshamiæ tituli S.Mariæ. Fundator Gulielmus Dux Gloecestriæ. monasterium. nigri canonici.

Wellijs vulgo Wels tituli S.Ioannis Baptistæ, vel S.Andreæ. Fundator Rex Ina, Ecclesiam, & Collegium extruxit Rex Kinewolphus, amplis donauit possessionibus anno 776. Rex Eduvardus senior, Episcopalem sedem constituit Robertus,& Iocelinus Episcopi,& Radulphus Salopensis.monasterium.seculares canonici. quos ex regularibus seculares factos monstrat nomen monasterij.

In Comitatu Staffordiæ,vulgo Stafford-shire.

Lichfeldæ Ecclesia Cathedralis. Fundator Ofwinus Rex Northumbriæ,Episcopalem sedẽ constituit, Adrianus verò Papa Archiepiscopalem. Grisæi fratres,& postea canonici.

Staffordiæ tituli S. Thomæ martyris. Fundatores Radulphus Comes Staffordiæ, & Riccardus Episcopus Cestrensis. Prioratus. nigri canonici,& Augustiniani.

Stonæ tituli S. Wolphadi. Fundator Radulphus Comes Staffordiæ. Prioratus. nigri canonici.

Trenthæ. Fundator Radulphus Comes Cestriæ.Prioratus.canonici.

Suffolciæ vulgo Suffolke.

Brisetæ tituli S.Leonardi. Prioratus. nigri canonici.

Burleyæ tituli S.Mariæ.Fundator Radulphus de Glanuill.Prioratus.nigri canonici.

Heringfletæ tituli S. Olauij. Fundator Rogerus filius Osberti. monasterium. canõnici regulares.

Ipswici tituli S.Trinitatis, Fundatores Norman,& Ioannes de Oxenford.Prioratus.nigri canonici.

Ipsvvici tituli SS. Petri,& Pauli. Fundator Cardinalis Wolfæus. Sed ante eum Thomas de Lacy, & Alicia vxor ipsius. monasterium. nigri canonici.

Surreia vulgo Surrey.

Martoni tituli S.Mariæ.Fundator Rex Henricus Lanno Domini 1117. Prioratus. nigri canonici.

Southvvarkię tituli S.Mariæ Virginis de Ouerey.Fundatrix primùm Swethena nobilis fœmina,deinde puella nomine Maria, & tandem posuit canonicis in collegium Gulielmus Pont del Arche anno 1016.monasterium. nigri canonici.

Sussexia vulgo Sussex.

Hastingliæ tituli S.Trinitatis. Fundator Ioannes Pelham Miles, quando possessiones eorum maris inundatio submersserat.Prioratus.nigri canonici.

Michelhamiæ tituli S. Mariæ Magdalenæ. Prioratus.nigri canonici Augustiniani.

Occehamiæ tituli S. Laurentij. Prioratus. albi canonici.

Tortingi tituli S.Mariæ Magdalenæ. Prioratus.nigri canonici.

In Comitatu VVarvvichiæ,vulgo VVarvvick-shire.

Kenelvvorthæ Fundator Galfridus Clinton à cubiculis Henrici I. Regis. monasterium. nigri canonici.

Studeleyæ. Prioratus.nigri canonici.

Warwichiæ.Fundator Petrus de Mountford. Prioratus.canonici nigri.

In Comitatu VVigorniæ vulgo VVorcester-shire.

Elnecestriæ.Prioratus. nigri canonici.

In Comitatu VViltoniensi vulgo VVilt-shire.

Brom-

Bromhoriæ, vel Bromoriæ tituli S. Mariæ, & S. Michaëlis. Fundator Balduinus Comes de Riuers, & Deuoniæ. Prioratus. canonici nigri.

Brioptunæ tituli S. Mariæ Magdalenæ. Prioratus. canonici nigri.

Edorosiæ. Fundatores Henricus II. & postea Henricus III. Reges. Prioratus. canonici nigri.

Marleburgi tituli S. Margaritæ. Fundator Edmundus Comes Cornubiæ. Prioratus. canonici.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

De antiquis, & recētioribus Canonicorum Regularium Ecclesijs, & Monasterijs in Belgio consistentibus.

I. DE Fridelino, Chiliano, Bertuino, Rumoldo, Sicinensis, Albiniacensis, Malonensis, & Meclinensis Collegiorum primis fundatoribus, & alijs sanctissimis viris, B. Patricij Hybernensium Apostoli discipulis, ferunt dictarum Ecclesiarum tabularia, & Chronica vetustissima, quæ referunt Ioannes Molanus, Aubertus Miræus, & alij recentiores, eos ad Euangelium Christi prædicandum in Gallias, & in Belgium profectos, multa ibi monasteria canonicorum erexisse, clericisque probatissimis repleuisse, ac in eisdem sine sanctissimo tandem quieuisse. Quam ob causam non deerunt forsan, qui primam canonicorum regularium apud Belgas fundationē in prædictos D. Patricij discipulos referendam putent. Verùm longè antiquiorem euincent Cathedrales per B. Remigium circa annū 470. sub regula canonica in eisdem Prouincijs institutæ, de quibus mox dicemus, vt ea, quæ de B. Materno Petri Apostoli discipulo primo illarum Gentium Apostolo, necnon de Ecclesijs per illum institutis à nonnullis traduntur, omittamus, ne ipsam canonici Ordinis originem antiquiorem, quàm par sit, expiscari velle videamur.

Ecclesias Cathedrales, & monasteria canonicorum regularium ab antiquis, vel etiam nostris temporibus in Belgio existētia, quæ autor Chronicæ Cameracēsis sex centis fere annis antiquior, necnon etiam Chronicæ Capituli, seu congregationis Windesimēsis, Heriberti Rosweydi è Societate Iesu Theologi opera & diligentia nunc primum in lucem editæ, Ioannes quoque Molanus Theologus Louanienſis, & Aubertus Miræus canonicus Antuerpiensis S. R. E. Protonotarius, ambo de Ordine canonico optimè meriti præbuerunt, hic fideliter, & totidem ferè verbis ab illis accepta, ordine tamen alphabetico, non quidem iuxta seriem Prouincialis Romani, quod ob nouam multarum Cathedralium accessionē, & erectionem, totum pene est immutatum, sed iuxta nomina locorum, in quibus ipsa monasteria reperiuntur, describam.

Attrebatēsis metropolitana in Artesia S. Mariæ nuncupata à prima fundatione fuit regularis, fundator S. Vedastus siue S. Remigius Remensis Archiepiscopus sub Rege Clodouco. Chronicō Cameracense, siue Attrebatense anno 1049. ad Gerardum primum Cameracensium, & Attrebatensium tunc vnitarum Archiepiscopum libat. ex nomine S. Remigij in suo testamento. *Ecclesiæ*, inquit, *Attrebatensi, cui Deo autore, Vedastum fratrem meum charissimum Episcopum consecrauit, ex dono tam dicti Principis, scilicet Ludouici, quem de sacro fonte suscepi, villas duas in stipendys clericorum delegaui, hortos videlicet, & Sabucetum.* Eos autem clericos fuisse, quos posteri canonicos regulares vocarunt, conuincit nomen monasterij, cuius in eodem Chronico Molano lib. 1. de Canonicis cap. 12. tradente, mentio habetur. De hac Molanus ibidē & in Natalibus SS. Belgij sub die 6. Febru. pag. mihi 30. Miræus de Collegijs canonic. sæcul. c. 10. Porro quod addit Molanus, ex vsitata quorundam locutione omnia canonica collegia olim dicta esso monasteria, falsum omnino est, & ex alio falso principio deductum, quod ab antiquo tempore non essent canonici regulares, sed illos ex dissolutione veterum canonicorum ortos, contrario modo se habente, quod canonici, qui nunc sæculares dicuntur, ex dissoluta veterum canonicorum regularium disciplina exorti sunt, vt superius ostensum fuit.

Albiniacense S. Chiliani cœnobium in territorio Attrebatensi. De hoc Molanus ex historia à canonicis in mōte S. Eligij accepta, & ex Chronico Attrebatensi. *Albiniaci in territorio Attrebatensi S. Chiliani Episcopi, & Confessoris, qui in Hybernia Regio sanguine procreatus cum sociorum suorum consortio humilitatem diligere coluerat, & multarum virtutum decore polleret, a Prouincia illius Clero, & populo ad Episcoporum est electus, & post multa legitur in Chronico Attrebatensi, in vico Albiniaco est monasterium canonicorum sanctæ videlicet Chiliani, qui Scotus fuisse traditur.* Hæc, & alia Molanus in Natalibus sub die 13. Nouembris, ex quo Miræus de Collegijs canonicorum regularium cap. 23.

Aroasiensis Abbatia sancti Nicolai in agro Attrebatensi vetustissima, & inter omnes illius Prouinciæ olim præclarissima, quæ congregationis octo, & viginti Abbatialium cœnobiorum erat caput, anno Domini 1097. per Conomem, qui postea fuit S. R. Ecclesiæ Cardinalis, & Heldemarum viros religiosissimos fundata. de cuius fundatione Miræus de Collegijs Regularium, cap. 46. & nos infra in congregatione Aroasiæ dicemus.

Sancti

S Ancti Andreæ iuxta Artā Audomarensis diœcesis Prioratus Conuētualis, ex quo Prioratu assumptus est Venerabilis, & Reuerendissimus Abbas nomine frater Ioannes, qui nunc Abbatiæ monasterio sanctorum Amandi & Bertiliæ Matronensis in agro Attrebatēsi præsidet, vt ex illius literis ante paucos menses accepi.

Arnhemensis, siue monasterium fontis B. Mariæ apud Arnhemum Geldriæ oppidum, diœcesis nunc Ruremundensis, olim Vltraiectensis, congregationis Illustrissimæ Windesimensis nuncupatæ, fundatū per Venerabiles sacerdotes D. Florentium Radewini, D. Ioannem de Grunde, D. Ioannem de Brinkerine, & alios dictæ congregationis Patres anno Dñi 1392. concedentibus Illustrissimo Principe Willhelmo Duce Iuliacensi, & Geldrensi, necnon Archiepiscopo Traiectensi. Chronicon Capituli Windesimensis lib. 1. cap. 37.

Amsterlodamense S. Ioannis Euangelistæ prope Amsterlodamum, nunc in Heglo prope Alcmarum Hollandiæ oppidum diœcesis Harlemēsis in eisdem congregat. Windesimensis, quod anno 1394. puto fundatū, ex eodē Chronico Windesimensi cap. 28.

Amersfordense Beatæ Mariæ in Bircket prope Amersfordiam, nunc Curia B. Mariæ in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis, eiusdem congregationis. Miræus de Colleg. Regul. cap. 13. in Catalogo congregationis Windesimensis.

In Amersfordia oppido diœcesis Vltraiectensis monasterium S. Ioannis Baptistæ congregationis Windesimensis, de quo Miræus de Collegijs Regularium cap. 55.

Arungense monasterium Beatæ Mariæ in Frisia, olim diœcesis Vltraiectensis, eiusdē congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

Arduennum monasterium S. Huberti à S. Berengo Abbate in sylua Arduenna fundatū, & à fonte Ardēna contiguo, cognominatum, de hoc Molanus in Natalibus ad 2. Octobris. *Verisimile est autem ex primæua institutione vtrobique fuisse datum, sine canonicos Regulam professos. de Vlt. arduenna scribitur, quod pro canonicis ad sanctū Hubertum, Benedictinos instituerit, cum illi à sua regula degenerassent. & alibi legitur, quod sanctus Beregisus diuinum suos, & disciplinam instruxerit regularem, atq; in spiritualibus, & temporalibus promouerit: nā & monasterium vocatum Trenorium à Grimberto Comite anno 5. Theodorici Regis cū multis aliis obtinuit.* Vide ibidem.

Albergense monasterium S. Antonij Confessoris Albergen in Tuenta diœcesis, olim Vltraiectensis, congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

2 BAnalma monasterium in Artesia sic nuncupatum, meminit illius Miræus de Collegijs regular. cap. 69. aliud de hoc non vidi.

Berg monasterium S. Petri sic vocatum, & in

II. Sancti Andreæ iuxta Artá Audomarensis diœcesis Prioratus Conuentualis, ex quo Prioratu assumptus est Venerabilis, & Reuerendissimus Abbas nomine frater Ioannes, qui nunc Abbatia. li monasterio sanctorum Amandi & Bertiliæ Marcolensis in agro Attrebatensi præsidet, vt ex illius met literis ante paucos menses accepi.

Arnhemense, siue monasterium fontis B. Mariæ apud Arnhemum Geldriæ oppidum, diœcesis nunc Ruremundensis, olim Vltraiectensis, congregationis Illustrissimæ Windesimensis nuncupatæ, fundatú per Venerabiles sacerdotes D. Florentium Radewini, D. Ioannem de Grunde, D. Ioannem de Brinkerinc, & alios dictæ congregationis Patres anno Dñi 1392. concedentibus Illustrissimo Principe Willhelmo Duce Iuliacensi, & Geldrensi. necnon Archiepiscopo Traiectensi. Chronicon Capituli Windesimensis lib. 1. cap. 37.

Amsterlodamense S. Ioannis Euangelistæ prope Amsterlodamum, nunc in Heglo prope Alemarum Hollandiæ oppidum diœcesis Harlemēsis, eiusdem congregat. Windesimensis, quod anno 1394. puto fundatū, ex eodē Chronico Windesimens. cap. 38.

Amersfordense Beatæ Mariæ in Bircket prope Amersfordium, nunc Curia B. Mariæ in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis, eiusdem congregationis. Miræus de Colleg. Regul. cap. 13. in Catalogo congregationis Windesimensis.

In Amersfordia oppido diœcesis Vltraiectensi monasterium S. Ioannis Baptistæ congregationis Windesimensis, de quo Miræus de Collegijs Regularium cap. 55.

Aningense monasterium Beatæ Mariæ in Frisia, olim diœcesis Vltraiectensis, eiusdē congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

Anduinum monasterium S. Huberti à S. Beregilo Abbate in sylua Arduenna fundatū, & à fonte Andaina contiguo, cognominatum, de hoc Molanus in Natalibus ad 2. Octobris. *Verisimile est autem ex primeua institutione vtrobique fuisse clericos, siue canonicos Regulam professos. de Vualcandeno scribitur, quod pro canonicis ad sanctū Hubertum. Broudilinos instituerit, cum illi à sua regula degenerassent. & alibi legitur, quod sanctus Beregisus abbas clericos suos, & disciplinis instruxerit regularibus, etq; in spiritualibus, & temporalibus promouerit: nā & tentationem vinearum Treuiris à Grimberto Comite anno 5. Theodorici Regis cū multis aliis obtinuit.* Vide alia ibidem.

Albergense monasteriū S. Antonij Confessoris in Albergen in Tuenta diœcesis, olim Vltraiectensis, congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

III. Bapalma monasterium in Artesia sic nuncupatum. meminit illius Miræus de Collegijs regular. cap. 69. aliud de hoc non vidi.

Berg monasterium S. Petri sic vocatum, & in pago Maso prope fluuium Bure diœcesis Vltraiectensis à S. Hungero Vltraiectensi Episcopo ex concessione Lotharij Imperatoris fuit fundatum. circa anno 856. ex Molano in Natalibus die 22. Decembris.

De Bello loco monasterium congregationis Aroasiensis, & Abbatia primæ classis sanctæ Mariæ nuncupata, quam à monasterio sancti Ioannis iuxta Choques initium habuisse, scribit idē Miræus in Catalogo Abbatiarū dictæ congregationis Aroasiensis, de Collegijs Regular. cap. 10

Bornheminianū vetustum monasteriū in Flādriæ finibus, haud longè à fluuio Scaldi olim situm fuit, canonicorum regularium Abbatiale Cœnobium, à Wennemano Castellano Gandauense, & Manasse Cameracense Episcopo anno 1101. exstructum, quod postea Abbate, & canonicis tradentibus, Diui Benedicti regulam accepit. Miræus de Collegijs Regular. cap 51.

Bolonienſis Abbatia S. Mariæ congregationis Aroasiensis anno 1159. fundata, ab Henrico VIII. Anglorū Rege Apostata anno 1554. funditus est euersa. Miræus de Collegijs regular. cap. 10 & 77.

Bolonienſe aliud Abbatiale Cœnobiū sancti Vlmari eiusdem congregationis Aroasiensis. idē Henricus Anglorum Rex euertit. ex Miræo loco proximè allegato.

Burgense monasterium sancti Bartholomæi in suburbio fundatum, & à loco vbi quercuum erat numerosa multitudo, Quercetum nuncupatum anno 1050. est fundatū. ex Meycro in Annalibus Flandriæ. Aduocati sunt autem ad illud regendū canonici ex monasterio S. Marci, siue S. Nicolai in pratis, ex quo habes vtriusque monasterij laudabilem antiquitatem. erat Abbatia congregationis Aroasiensis, cuius fundationē, & progressū longius prosequitur Miræus cap. 33. ad quē remitto.

Brugense aliud S. Mariæ Collegium. meminit illius Miræus de Collegijs regular. cap. 69.

Bruxellense S. Iacobi in monte Palatino, vulgo Cawenberch, iuxta palatium Principis. Præpositura. Præpositus vtitur mitra, & Pontificalibus. Miræus de Collegijs regularib. cap. 35.

Bethlehemiticū B. Mariæ in oppido Zwollis, olim diœcesis Vltraiectensis nunc Dauentriensis, congregationis Windesimensis. Chronicon eiusdem congregationis lib. 1. cap. 45. Miræus in Catalogo.

Bethlehemiticum aliud S. Mariæ apud Louanium dictæ congregationis. ijdem autores.

Apud Brielam Hollandiæ oppidū S. Elizabethæ, diœcesis Vltraiectensis, & congregationis Windesimensis. Miræus in eodem catalogo.

Prope Bomeliam Geldriæ oppidum diœcesis Syluiducensis monasterium, Stagnum B. Petri Apostoli nuncupatum, congregationis Windesimensis. ibid. Miræus.

IV. Cameracensis metropolitana S. Mariæ regularis à sua institutione extitit, nam monaste-

rij canonicorum in ea degentiũ autor dicti Chronici Cameracensis meminit non semel. Quod etiã Ioannes Molanus lib.1.de Canonicis cap.12. hisce verbis atteſtatur. *Extant ad Gerardum Primũ Cameracenſem, atque Attrebatenſem coniunctarum tunc temporu ſedium Epiſcopum Chronica, circa annũ Domini quinquageſimũ ſupra milleſimum conſcripta, in quibus ſub illo Epiſcopo nominantur monaſteria canonicorũ Cameraci, Attrebati, vtrunque in primæria Baſilica ad honorẽ B.Mariæ fundauit S.Vedaſtus Clodouæi Regu Chriſtiani primi huius nominis Catechiſta.* Miræus de Collegijs canonicorum ſecularium cap.8.

Cameracenſis S. Auberti Abbatia templum olim fuit B.Petro Apoſtolo ſacrum.ferunt in eo clericos ſeculares à B.Auberto primitus inſtitutos;his verò tempore procedente canonicos regulares congregationis Lateranenſis ſubſtitutos, referente Miræo de Collegijs Regular. cap. 37. vbi ſcribit, Libertum XXXII. Cameraci Epiſcopũ ſeculares canonicos in ordinem redactos S.Auguſtini regulę ſubdidiſſe anno 1066. Horum canonicorum præclariſſimũ elogium ſcribit Iacobus de Vitriaco Cardinalis in Hiſtoria Occidentali cap. 21. Quare autem Lateranenſes canonici vocentur, puto ex Apoſtolica conceſſione, & priuilegiorum communicatione, quæ ijdem ampliſſima obtinent, vt accepi ex quodam eius Collegij canonico, qui proxima æſtate cum ſacra loca veneraturus veniſſet in reditu apud Papiã in noſtro S. Petri Cœlo aureo corpore ſolutus, ad patriam cœleſtem, vt piè creditur, migrauit. Cæterùm iſti canonici violaceis tunicis ac pileis vtũtur, & ſub regularis diſciplinæ obſeruantia non ignauiter perſeuerant. Cum autẽ dicat Molanus in Natalibus ſub die 13. Decembris, S. Aubertum diſcipulos Landelinum Abbatem Criſpinij, & alios viros Apoſtolicos ex Scotia illuc aduentantes habuiſſe, probabilius eſt illũ in dicta Eccleſia clericos regulariter viuentes iuxta morem Epiſcoporum, & aliorum virorum Apoſtolicorum illius temporis ab initio conſtituiſſe, ſed illis deficientibus, præſertim quod anno 996. Eccleſia tota igne fuiſſet conſumpta, ſeculares canonicos ſucceſſiſſe.

Cantipratanum monaſterium canonicorum regularium, quod erat olim congregationis S. Victoris Pariſienſis, fundauit Rogerius 44. Cameracenſis Epiſcopus circa annũ Domini 1185. qui adeò canonicorum regularium D. Auguſtini ordinem amauit, vt anno 1190. naturæ debitum perſoluens, in Regulari habitu ſepeliri voluerit. fuerat hoc monaſterium non longè à muris ciuitatis Cameracenſis conſtitutum. Verùm Cantipratano monaſterio per bella vaſtato, canonici nõ procul ab Hallis Hannoniæ oppido ſedes locauerunt. Miræus de Collegijs Regul. cap. 81.

Apud Caſtrum Lenenſe in diœceſi Attrebatenſi monaſterium canonicorum, de quo autor Chronici Cameracenſis lib. 2. cap. 22. *Apud Caſtrũ Lenenſe habetur quoque monaſterium canonicorum, vbi ſanctus Vulganus requieſcit, qui Scotus traditur extitiſſe. Diſtat autẽ Lenſium quatuor horarum itinere ab Attrebato.* Molanus in Natalibus ad diem 2. Nouembris. Miræus de Collegijs canonic. ſecularib. cap. 69. vnde puto nunc factum collegium clericorum ſecularium.

Caſſetanum S. Petri monaſterium titulo Præpoſituræ erexit Robertus Friſo Flandriæ Comes, cum aduerſus Richildem, eiusq; filiũ Armelfum, & contra Galliæ Regem iuxta Caſletum in die Cathedrę S. Petri victoriam obtinuiſſet, in quod canonicos conſtituit anno Domini 1071. ibiq; ſepultus eſt in crypta anno 1073. Miræus de Collegijs ſecular. cap. 81. ex Ioanne Iperio Abbate Bertinenſi. Addens huius monaſterij Præpoſitum fuiſſe Langicruicium, qui de canonicis ſcripſit.

Caſtellionenſe monaſterium, Abbatia congregationis de Aroaſia, habuit originem à monaſterio S. Mariæ in nemore eiuſdem congregationis. Miræus de Collegijs Regul. cap. 10.

Ciſonienſis Abbatia S. Caliſti congregationis de Aroaſia apud inſulas Flandriæ oppidũ à S. Eustachio Comite Ciſonienſe fundata anno 1138. ad quam ille S. Caliſti Papæ, & martyris corpus Romæ acceptum anno 855. attulit, teſte Molano in Natalibus ad 14. Octobris, Miræus de Collegijs Regul. cap. 10. 21. & 69. ait autẽ canonicos ſeculares locum prius tenuiſſe, ac poſtea regulares introductos autore Hermano Inſulenſi viro nobili anno 1129. primumq; Abbatem fuiſſe Anſelmum Remis ad S. Dionyſium antea canonicũ, ex Meyero: ſed verius eſt, eoſdem canonicos regulares eo anno reſtitutos, propter ea quæ de S. Eustachio ſcribit Molanus in Natalibus ad diem 6. Decemb.

Chocquenſis Abbatia apud Bethunũ Artefiæ oppidum congregationis Aroaſienſis fuerat olim collegium canonicorũ ſecularium, quos anno 1120. regulares fecit B. Ioannes Morinenſis Epiſcopus. Dotem auxerunt poſtea Gulielmus, Balduinus, Daniel, & Robertus Bethuniæ Domini. Miræus de Colleg. Regul. cap. 10. & 58.

Caluiacenſis Abbatia S. Eligij fontis congregationis Aroaſienſis in oppido Caluiaco, quod Gallicè dicitur Chany Miræus in catalogo

A Claro Fageto monaſterium Abbatiale eiuſdẽ congregationis Aroaſienſis. Miræus loco cit.

A Caſtricijs monaſterium Abbatiale dictæ cõgregationis S. Marię nuncupatum. Miræus ibid.

Campus Beatæ Mariæ prope Ezinghem diœceſis Bremenſis in Friſia Orientali congregationis Windeſimenſis. Miræus in catalogo dictæ cõgregationis.

Apud Condatum oppidũ diœceſis Cameracenſis monaſterium Beatæ Mariæ, de quo autor chronici Cameracenſis lib. 2. cap. 42. *Apud villã*, inquit, *Condatum quendam Regalis, & dues fuit Abbatia puellarum in honore S. Mariæ Virginis, deinde præ inopia paucarum monaſterium exiſtit Canonicorũ,*

bis ſanctus Wlfagnus tranſmiſſo ſuffuiſſet huius vitæ ſtadio, in pace quieuit, multis annis clarus miraculis, Scotus hic erat natione. Molanus in Natalibus ad primum Octobris, & ad diem 11 Octobris, vbi dicit, ſanctum Brunonem Archiepiſcopum Coloniẽſem canonicos Condati locauiſſe, quorũ nunc magna erat in Eccleſia dignitas, propter regularem diſciplinam, & ſtudium iuuandi plebem. Miræus de Colleg. ſecul. cap. 16.

ABbatia de Daucourt in diœceſi Attrebatenſi fundata ab Odone pio ſacerdote anno 1130. in honorem Deiparæ, cui Lambertus Attrebatenſis Epiſcopus facultatem dederat, ſocios eligendi, qui illius etiam dotem auxit. Miræus de Colleg. regular. cap. 50.

Dauentrienſis Cathedralis à Philippo II. collato eidem monaſterio canonicorum regularũ Borchloſter apud Zwollam transinſulanæ prouinciæ oppidum nuncupato, eſt dotata. ex Miræo de Colleg. ſecul. cap. 101.

Dononienſe S. Martini monaſterium ad Scaldim olim ædificauerant parentes ſanctæ Reginæ neptis Pipini Regis, de qua Molanus ad primum Iunij ex officijs Dononienſibus: *Ædificauerunt etiam parentes harum virginum ad Scaldim fluuium in loco, qui Donomum dicitur, Cœnobium ad honorem Dei Genitricis, ſimulque Eccleſiam in honorem S. Martini, vbi numeroſum ſanctimonialium numerum, cui Beata Regnitrudis filia præfuit, & clericorum Deigregem inſtituerunt, reddituum, & prædijs decenter ad ſeruitutem Dei locum.* Eſt locus apud Valencenas in ſinibus diœceſis Attrebatenſis, quam co loci Scaldis terminat.

Dulcia vallis Abbatiam iuxta Middelburgum Flandriæ oppidum congregationis Aroaſienſis fundatam anno 1215. ſumptis initijs ex monaſterio Drogenda S. Bartholomæi, teſtatur ex Meyero Miræus in catalogo dictæ congregationis, ſcilicet, de Colleg. Regul. cap. 10.

Dodenilla monaſterium Abbatiale eiuſdem congregationis, ex eodem Miræo.

Apud Dordracum Hollandiæ oppidum monaſterium S. Saluatoris in Eemſtheym congregationis Windeſimenſis, quod pius vir Reynaldus Munimbode ciuis Dordracenſis fundauit, & dotauit anno 1382. Chronicon Windeſimenſe lib. 1. cap. 37. Miræus in catalogo eiuſdem congregationis.

In Dumo prope Endouiam Brabantiæ oppidum monaſterium B. Mariæ, fundatum anno 1459. congregationis Windeſimenſis, idem Miræus loco citato.

Fuſcopenſis Abbatia S. Chriſtophori congregationis de Aroaſia apud Inſulas Flandriæ oppidum fundata anno 1039. ex Miræo in catalogo.

Apud Furnas Flandriæ oppidum anno 1091 conditum eſt monaſterium, cui nomen Euerſum, ſuper fluuio Iſara iuxta Stauelam Walberto

vbi sanctus Wasnulphus transcurso satisfacter huius vitæ stadio, in pace quieuit, multis annis clarus miraculis, statim hic erat natione. Molanus in Natalibus ad primum Octobris, & ad diem 11 Octobris, vbi dicit, sanctum Brunonem Archiepiscopum Coloniensem canonicos Condati locauisse, quorũ tunc magna erat in Ecclesia dignitas, propter regularem disciplinam, & studium iuuandi plebem. Miræus de Colleg. fecul. cap. 16.

V. ABbatia de Daucourt in diœcesi Attrebatensi fundata ab Odone pio sacerdote anno 1101. in honorem Deiparæ, cui Lambertus Attrebatensis Episcopus facultatem dederat, socios eligendi, qui illius etiam dotem auxit. Miræus de Colleg. regular. cap. 50.

Daucourtiensis Cathedralis à Philippo II. collato eidem monasterio canonicorum regularũ Borchcloster apud Zwollam transinsulanæ prouinciæ oppidum nuncupato, est dotata. ex Miræo de Colleg. fecul. cap. 101.

Dononiense S. Martini monasterium ad Scaldim ædificauerunt parentes sanctæ Reginæ neptis Pipini Regis, de qua Molanus ad primum Iulij ex officijs Dononiensibus: *Ædificauerunt etiam parentes harum virginum ad Scaldim fluuium in loco, qui Donomum dicitur, Cœnobium ad honorem Dei Genitricis, quinque Ecclesiam in honorem S. Martini, vbi numerosum sanctimonialium numerum, cui Beata Regintrudis filia præfuit, & clericorum Deigregem instituerunt, reditibus, & prædijs decenter ad seruitutem Dei largiti.* Est locus apud Valencenas in finibus diœcesis Attrebatensis, quam colo Scaldis terminat.

Dulcis vallis Abbatiam iuxta Middelburgum Flandriæ oppidum congregationis Aroasiensis fundatam anno 1215. sumptis initijs ex monasterio Bragensi S. Bartholomæi, testatur ex Meyero Miræus in catalogo dictæ congregationis, scilicet, de Colleg. Regul. cap. 10.

Dodenilla monasterium Abbatiale eiusdem congregationis. ex eodem Miræo.

Apud Dordracum Hollandiæ oppidum monasterium S. Saluatoris in Eemstheym congregationis Windesimensis, quod pius vir Reynaldus Munembode ciuis Dordracensis fundauit, & dotauit anno 1382. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 37. Miræus in catalogo eiusdem congregationis.

In Dumo prope Endouiam Brabantiæ oppidum monasterium B. Mariæ, fundatum anno 1419. congregationis Windesimensis, idem Miræus loco citato.

Fanopiensis Abbatia S. Christophori congregationis de Aroasia apud Insulas Flandriæ oppidum fundata anno 1039. ex Miræo in catalogo.

Apud Furnas Flandriæ oppidum anno 1091 inceptum est monasterium, cui nomen Euersham, super fluuio Isara iuxta Stauelam Walberto canonico Casletensi ibi altare D. Petri ad ipsum offerente, quod & Gerardus Morinorũ Episcopus libertate donauit. Ita Meyerus in Annalib. Flādrię. Alij canonicum istum vocant Walterũ: Auctum est postea monasterium mirificè, ac dotatum à Roberto Ierosolymitano Flandriæ Comite, eiusque matre Gertrude. Miræus de Colleg. Regul. cap. 42.

Flonensis Abbatia canonicorum regularium ad Mosam diœcesis Leodiensis. Miræus de Colleg. Regul. cap. 55.

VI. GAndaui monasterium S. Bauonis fundauit S. Amandus Traiectensis Episcopus opibus eiusdem S. Bauonis, ibique clericos regulariter viuentes posuit, quibus, quòd licentius viuerent, amotis, postea D. Benedicti monachi sunt suffecti, qui ibi locum tenuerunt vsque ad annũ 1535. quo tempore Paulus III. amotis monachis canonicos seculares introduxit. Vide Molanum in Natalibus ad primum Octobris, & Miræum de Colleg. fecul. cap. 124.

Ibidem monasterium B. Mariæ in Mello prope ciuitatem, congregationis Windesimensis Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 45. Miræus in catalogo.

Apud Goch in Geldria monasterium B. Mariæ in Gaesdonk diœcesis Colonensis, congregationis Windesimensis. Chronicon, & Miræus.

Groningensis Ecclesia Cathedralis fuit erecta anno 1568. & pro dote fuerunt illi attributa duo monasteria canonicorum regularium, quorum alterum dicitur Ezense, alterum verò Witte werumense. Miræus de Colleg. fecul. cap. 126.

Guatinense monasterium à viro religioso Odfrido constructum fuit, in quo clericos Apostolicæ vitæ canonem sectantes posuit, vt in historia S. Donatiani legitur. Molanus lib. 1. de canonicis cap. 4. nescio an hoc sit idem cum monasterio apud Wartanas, de quo infra dicemus.

Harlemensis Ecclesia Cathedralis in Hollandia constituta est ex monasterio canonicorum regularium de Heylo nuncupato prope Alcmariam. Miræus de Colleg. fecul cap. 128.

Ibidem monasterium congregationis Windesimensis, quod Visitationis B. Mariæ dicitur, quod fundauit Venerabilis Dei sacerdos Dominus Hugo de Golsmit circa annum 1406. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 39. Miræus in Catalogo.

Prope Herentaliam Brabantię oppidũ monasterium congregationis Windesimensis, quod thronus B. Mariæ dicitur, huius Prior fuit Venerabilis Doctor Ioānes Latomus, cuius opera circunferuntur typis edita. meminit illius Aubertus Miræus de Collegijs Regularium capite trigesimo tertio, & supra cap. 13. in Catalogo congregationis Windesimensis.

Henniacensis B. Mariæ Abbatia cõgregationis

Aroasiensis alias S.Martini de Henniaco. Miræus de Colleg.Regul.cap.10.

Hortus Beatæ Mariæ in diœcesi Traiectensi in loco campestri, & mari propinquo fundatus per B.Fridericum in villa Hallum progenitum, de quo Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad diem septimum Martij hæc habet. *Porrò Fridericus mortua matre pro eius refrigerio seipsum Christo, & B.Mariæ obtulit, conteslans se deinceps secundum Regulam D.Augustini viuere velle, vt anima matris in pace requiescat. Die itaque sequenti Traiectum vadit, ab Episcopo habitu induitur canonico, & licentiam accipit monasterium clericorum construendi, inde ad insulam B.Mariæ domum Ordinis Præmonstratensis diuertit, vbi sanctos mores sitibundo pectore hausit, domum reuersus, in loco campestri, & mari vicino monasterium construxit, quod Hortum B.Mariæ nuncupauit, in quo præsipuè pauperes recepit, quod eos videret à nouella Griseorum, seu Cisterciensium in Frisia plantatione non recipi.* & multa de viris præclaris eiusdem monasterij, & de fundatore ibidem sepulto prosequitur.

Apud Huyum oppidum Leodiensis diœcesis monasterium Abbatiale fundatum à Venerabili Petro sacerdote, & eremita, qui Ierosolimam deuotionis, & orationis causa profectus, cum oppressionem Christianorum non sine multis lachrymis vidisset, pro Simeone Ierosolimorũ Patriarcha ad Romanum Pontificem, & Principes Christianos in Europa degentes legatione functus, omnes Occidentales ad recuperationẽ sanctæ Ciuitatis incitauit, quod & re ipsa, Deo fauẽte, perfecerũt. Hic cum Vrbem fœliciter recuperatam vidisset, in Belgium reuersus, in Suburbio Huyensi monasterium canonicorum fundauit, sumptibus præsertim Cononis Comitis montis Acuti, & Lamberti Comitis Clarimontis, in quo & Prior obijt circa annum 1115. quod postea Abbatiali titulo fuit donatum per Episcopum Leodiensem. Molanus in Natalibus die 15. Iulij. Miræus in Colleg.Regul.cap.53.

VII. IGriuatense monasterium Ordinis S.Augustini in diœcesi Attrebatensi. liber taxarum.

Insulenses Canonici Cathedrales à prima illius Ecclesiæ fundatione fuerunt Regulares. Constat ex instrumento fundationis, & dotationis Balduini Flandriæ Comitis, qui dictam Ecclesiam fundauit anno 1035. in quo de communi Vita Clericorum primitus ibi degentium mẽtio habetur. de quo Molanus in Natalibus sub die primo Februarij, & ex eo Miræus de Collegijs secularium cap.73.

Iprensem Ecclesiam nunc Cathedralem B.Ioannes Morinorum Episcopus in honorem S. Martini fundauit circa annum 1101. in qua canonicos regulariter viuentes posuit, ex Molano in Natalibus sub die 27.Ianuarij. Miræus in Collegijs regularium cap.44 & in Collegijs canonicorum secularium cap.125.

Apud Laubium oppidum diœcesis Cameracensis in mõte monasterium Sanctorũ Vrsmari, & Ermini circa tempora Pipini Regis Francorũ fundatum, nimirum circiter annum 700. de quo Molanus in Natalibus ad 18. Aprilis ex Chronico Cameracensi scribit, vnde hic locus in Chronicis ad Gerardum Cameracensem Episcopum scriptis, clariùs nominatur monasterium Sanctorum Vrsmari, & Ermini canonicę congregationis.

Leodiensis Ecclesia Metropolitana à primæua institutione habuit clericos regulariter viuentes, Molanus lib.1. de canonicis cap.3. eius fundationem nonnulli in beatum Hubertum referũt, qui non solùm Metropolitanæ S.Lamberti, sed ipsius etiam ciuitatis Leodiensis autor fuit. Miræus de Collegijs secularium cap. 21. cum eo anno 709. corpus B.Lamberti cum sede Episcopali ex Traiecto transtulisset. Notgerus verò eiusdem ciuitatis Episcopus, prout legitur in tabula quæ existente in Ecclesia D.Ioannis Euangelistæ Leodiensis, monasterium B.Lamberti in melius, ejus antea fuerat, immutauit: Ecclesia enim, quam B.Hubertus ædificauit, ad lapsum declinante, hac diruta, templum sexaginta canonicorum iuxta magnificentiam dilatati cordis sui exaltauit, claustris ditioribus decorauit, clausturas, & domorum ædificia renouauit. Illud porro memoriæ posterorum commendandum, quod cap. 21. de Collegijs secularium notat Miræus, cũ Innocentius Papa huius nominis II. Leodium cum B.Bernardo Clareuallensi Abbate iuisset, redisse in ea Basilica S. Lamberti Regum filios nouẽ Ducum quatuordecim, Comitum triginta, inferioris ordinis nobilium Canonicos septem, omnes numero sexaginta, quorum nomina leguntur in tabula ad latus aræ maioris in templo D Lamberti suspensa.

Leodij monasterium sancti Petri fundauit idem beatus Hubertus anno 714. & opulenter dotauit, quod à Normannis vastatũ, instaurauit Richarius Leodiensis Episcopus anno 915. Ægidius Bucherius in Chronico, & ex eo Miræus loco proximè citato. De regularitate Ecclesiæ Leodiensis adest irrefragabile testimoniũ Watonis ejusdem Ecclesiæ Episcopi ex Præposito assumpti, in epistola ad fratrem Ioannem dictæ Ecclesiæ Præpositum. quam refert Mauburnus in Vatatorio lib.2.pag.7.cap.40. fuit autem Wato Episcopus anno 1040.

Ibidem anno 960. Eraclius post Baldricum Episcopus Leodiensium factus duo in vrbe Leodiensi monasteria construxit ad titulum S. Pauli & ad titulum Sancti Martini Episcopi. Sigibertus in Chronico. Porro in dictis monasteriis canonicos institutos, monstrat historia Notgeri Episcopi, quæ sic habet. *Ecclesiam sancti Pauli à fundo supra consumauit, & bonis adscitis, vbi pugnis rotundi erant Canonici, triginta perfecit.* Miræus de Col-

legijs secularium cap.55. & 58. ex Sigiberto, & Ægidio Bucherio.

In eadem ciuitate Leodiensi anno 972. idem Notgerus cœnobium S.Ioannis Euangelistæ in Isola fundauit, in quo triginta canonicos constituit. Sigibertus in Chronico. Ægidius Bucherius in Chronico. Miræus de collegijs secularium cap.59.

In eadem ciuitate anno 979. idem Notgerus Ecclesiam sub inuocatione S. Crucis cum clausura pro quindecim fratribus canonicis instituit, & dotauit. Miræus, ibid.cap.60.

In eadem ciuitate anno 987. idem Notgerus Nitardo Maioris Ecclesiæ custode administrante, condidit Ecclesiam in honorem B. Martyris Dionysij, in qua primùm viginti, postea decem additis, triginta canonicos instituit. Miræus ibid. cap.61. ex Ortelio, & Ægidio Bucherio. factus est autem Notgerus Leodiensium Episcopus anno 971. & obijt anno 1007.

In eadem ciuitate Baldricus Secundus Ecclesiam S.Bartholomæi in Leodio dedicauit, quam Godefridus Præpositus maioris Ecclesiæ ædificauit, & duodecim fratres ibi instituit, & suis alodijs dotauit. dicitur quod S.Vlbertus martyr ibi quiescit. Molanus in Natalibus ad diem 22. Octob.

In eadem Ciuitate monasterium beatæ Elizabeth bonorum puerorum congregationis Windesemensis. Miræus de collegijs regularium cap. 31. in Catalogo.

Apud eandem ciuitatem secundo lapide Abbatia S.Ægidij canonicorum regularium, memini Miræus de collegijs regularium cap.55. ad finem, illud non vidi.

APud Lirsm oppidum Diœcesis Antuerpiensis monasterium canonicorum, de quo Autor chronicæ Cameracensis: *Non procul à Malines est monasterium canonicorum, quod ex propijs prædijs suis Dux Gummarus illustris fundauit, vbique sepultum diem Resurrectionis expectat.* Fuit autem Gummarus Pipino Caroli Magni genitori valde charus, cuius acta scribunt Theobaldus apud Surium sub die 11. Octobris, & Molanus in Natalibus eodem die, qui dicit, eundem Gummarum ibi sepultum. Addit Miræus, Carolum Magnum dotem Ecclesiæ auxisse, canonicosque ibid. instituisse, de collegijs secularium cap. 92.

Loe in Flandria insignis Præpositura, siue Abbatia anno 1050. fundata, ad quam dimidia pars oppidi spectat. Miræus de collegijs regularium cap.35.

Louanij Præposituram S.Gertrudis, cum prius esset simplex sacellũ Henricus primus Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ anno 1206. in monasterium crexit canonicorum regularium, Abbatiali postea titulo insignitam. Est autem monasterium magnis fabricis exornatum, ad quod nonnisi nobili genere nati admittuntur. ex Miræo de collegijs regularium cap.85.

lecijs secularium cap. 55. & 58. ex Sigiberto, & Ægidio Bucherio.

In eadem ciuitate Leodiensi anno 972. idem Notgerus cœnobium S. Ioannis Euangelistæ in Insula fundauit, in quo triginta canonicos constituit. Sigibertus in Chronico. Ægidius Bucherius in Chronico. Miræus de collegijs secularium cap. 59.

In eadem ciuitate anno 979. idem Notgerus Ecclesiam sub inuocatione S. Crucis cum claustro pro quindecim fratribus canonicis instituit, & dotauit. Miræus, ibid. cap. 60.

In eadem ciuitate anno 987. idem Notgerus Nitardo Maioris Ecclesiæ custode administrante, condidit Ecclesiam in honorem B. Martyris Dionysij, in qua primùm viginti, postea decem aldiis, triginta canonicos instituit. Miræus ibid. cap. 61. ex Ortelio, & Ægidio Bucherio. factus est autem Notgerus Leodiensium Episcopus anno 971. & obijt anno 1007.

In eadem ciuitate Baldricus Secundus Ecclesiam S. Bartholomæi in Leodio dedicauit, quam Godescalc' Præpositus maioris Ecclesiæ ædificauit, & duodecim fratres ibi instituit, & suis alodijs dotauit. dicitur quod S. Vlbertus martyr ibi quiescit. Molanus in Natalibus ad diem 22. Octob.

In eadem Ciuitate monasterium beatæ Elizabeth honorum puerorum congregationis Windesimensis. Miræus de collegijs regularium cap. 13. in Catalogo.

Apud eandem ciuitatem secundo lapide Abbatia S. Ægidij canonicorum regularium, memiræ Miræus de collegijs regularium cap. 55. ad finem, aliud non vidi.

VIII. APud Liram oppidum Diœcesis Antuerpiensis monasterium canonicorum, de quo Autor chronicæ Cameracensis: *Non procul à Maclinis est monasterium canonicorum, quod ex propijs prædijs suo Deo Gummarus illustre locus struxit, ubique sepultum diem Resurrectionis expectat.* Fuit autem Gummarus Pipino Caroli Magni genitori valde charus, cuius acta scribunt Theobaldus apud Surium sub die 11. Octobris, & Molanus in Natalibus eodem die, qui dicit, eundem Gummarum ibi sepultum. Addit Miræus, Carolum Magnum dotem Ecclesiæ auxisse, canonicosque ibid. instituisse, de collegijs secularium cap. 92.

Loe in Flandria insignis Præpositura, siue Abbatia anno 1030. fundata, ad quam dimidia pars oppidi spectat. Miræus de collegijs regularium cap. 35.

Louanij Præposituram S. Gertrudis, cum prius esset simplex sacellum Henricus primus Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ anno 1206. in monasterium erexit canonicorum regularium, Abbatiali postea titulo insignitam. Est autem monasterium magnis fabricis exornatum, ad quod nonnisi nobile genere nati admittuntur. ex Miræo de collegijs regularium cap. 85.

In eadem ciuitate est collegium eruditissimorum, & probatissimorum hominum S. Martini, quod nunc tenent canonici cõgregationis Windesimensis, quibus de anno 1447. ipsi Martinenses canonici fuerunt vniti. floruit in eo cœnobio Martinus Lipsius Iusti Lipsij Patruus circa annum 1550. Miræus in Vita Iusti Lipsij.

Apud eandem ciuitatem monasterium sanctæ Mariæ de Bethleem congregationis Windesimensis. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 45. Miræus in Catalogo. Hoc monasteriũ erat prius canonicorum regularium Præpositura, quod cũ alijs sex monasterijs reformationẽ Capituli Windesimensis libentissimè suscepit, & illius se congregationi copulauit an. 1413. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 40.

Apud Leouardiam in loco, qui dicitur Bergũ, Diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Leouardensis, monasterium sancti Nicolai eiusdem congregationis Windesimensis. Idem autores.

Ludingekercanum siue Ludingasense S. Martini monasterium in Frisia fundatum est an. 1157. Primus eius loci Abbas Wigboldus à Godefrido Vltraiectensi Episcopo constitutus. Ex hoc monasterio prodijt monasteriũ Virginũ in Seluert, & Oegeclosster. Ludingekercani Abbates fuerũt numero septem, & viginti, quibus successerunt post reformationẽ Priores titulo Abbatis omisso: nam istud monasterium ante annũ 1430. per canonicos congregationis Windesimensis fuit reformatum. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 44. Miræus de collegijs regularium cap. 75.

Luthosanum S. Badilonis monasterium in Villa Luthosa Diœcesis Cameracensis S. Amandus fundauit. de quo Autor Chronici Cameracensis apud Molanum in Natalibus ad diẽ octauum Octobris: *Monasterium*, inquit, *Canonicorum in honore Apostolorum Petri, & Pauli in vico, qui dicitur Luthosa, quod construxit beatus Amandus, & est diues Abbatia, vbi vir Dei venerabilis Badilo requiescit.* Fuit autem S. Badilo cius monasterij Abbas ex Molano ibid. De eodem monasterio Molanus lib. 1. de canonicis cap. 12. Miræus de collegijs secularium cap. 70.

IX. MAreoli apud Attrebatum Abbatia vetustissima sanctorum Amandi, & Bertiliæ congregationis Aroasiensis, de qua in Chronico Cameracensi lib. 2. hæc habentur, referente Miræo de collegijs regularium cap. 25. *Est etiam in vico Maracolo, aliàs Marcolo Monasterium canonicorum, vbi sancta Bertilia quieuit, quæ hoc ipsum suum prædium sanctæ Mariæ (scilicet Cathedrali Attrebatensi tunc regulari) tradidit.* Subdit verò idem Miræus: Vixerunt autem in Marcolo canonici olim seculares, quos ob liberiorem vitam anno 1144. amouit Aloisius Episcopus Attrebatensis. Regulares substituit, & Balduinum Baliolanum, qui Furnij in Ecclesia S. Nicolai cum laude præfuerat, ipsis præfecit, quod non de prima canonicorum re-

gularium ibi loci institutione, sed de restitutione arbitror intelligendum, cum S. Bertilia Ecclesiã, & prædium, in quo in honorem sancti Amandi Ecclesiam erexerat, canonicis regularibus, non secularibus testamento legauerit. Vide Molanũ in Natalibus ad diem 3. Ianuar. Præest nunc eidem Abbatiæ R. Ioan. ante Prior monasterij S. Andreæ Diœcesis Audomarensis, qui multa solicitudine eidem quoad spiritualia, & temporalia instaurandæ operam strenuam impendit.

Maricolis apud Sambram B. Humbertus S. Amandi contemporaneus, & peregrinationis illius ad vrbem Romanam comes, exstruxit cœnobium, in quo triginta clericos constituit. Molanus in Natalibus ad 25. Maij.

Mechlinensis Ecclesia cathedralis in Brabantia per S. Rumoldum Dublinensem Episcopum circa annum 775. est fundata, & in ea clerici canonici ab institutione constituti, teste Molano apud Miræum de Collegijs secularium capite septuagesimo quarto, ita scribente: *B. Rumoldi opus est monasterium apud Malinas*, & infra. *Fuit autem ab initio fundatum non monachorum, sed canonicorum monasterium, quomodo in Chronicis Cameracensibus ante annos ferè sexcentũ conscripto nominatur.* Consentit Autor eiusdem Chronici, sic scribens: *apud Machlinias est Monasterium canonicorum, vbi quiescit pretiosus Martyr Dei Rumoldus, genere Scotus, qui vitam eremiticam ducens inibi martyrizatus est. Hoc autem monasterium ab antiquitate constructum, regalibus emolumentis maximè augmentatum.* Cæterum dictum monasterium in collegiatam secularem, ac deinde in Metropolitanam, Philippo II. Hispaniarũ Rege postulante, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono per Paulum V. Pontificem est erectum. Obijt autem S. Rumoldus martyr ann. 775. ipso festo S. Ioan. Baptistæ.

Apud Morinos Monasterium S. Fredegandi canonissarum secularium, olim canonicorum regularium à S. Amando fundatum, vbi S. Fredegandus sacerdos Hybernensis quiescit. Molanus in Natalibus ad 17. Iulij.

Morinensis Ecclesia cathedralis ab institutione fuit regularis, vt patet ex vetustissimis illius Ecclesiæ monumentis, quæ recẽset Molanus lib. 1. de canonicis cap. 3 quorum vnum præcipuum est quod in ipsis scripturis Morinenses canonici vocabantur fratres.

In Morinensi Diœcesi monasterium Sanctorum Petri, & Pauli Wasnascense, & monasterium S. Io. Euangelistæ de Tondiauilla. ex lib. taxarum Apostolicarum.

Mons S. Ægigij vetus, & insignis est Abbatia canonicorum Diœcesis Attrebatensis, cuius etiã in lib. taxarum Apost. mentio habetur. Fundator extitit S. Vindicianus Cameracensis, & Attrebatensis tunc vnitarum Ecclesiarum Episcopus circa annum 678. quem Miræus dicit ibi constituisse canonicos seculares, quos B. Lietbertus Episc. cum vitæ essent liberioris, an. 1068. ad regularem vitam amplectendam permouit, primusq; Abbas ibi constitutus fuit Ioan. qui cum annis 40. præfuisset, viuere desijt an. 1108. Ita Miræus de collegijs regularium c. 38. verum puto, canonicos à S. Vindiciano primum institutos regulares, non seculares fuisse. nullus enim per illa tempora canonicus secularis dicebatur: sed nec per aliquot annos postea id aliquem autorem probatum reperire inuenitur. quare Lietbertus canonicos reg. ibi loci restitutor fuit, non aũt institutor. Hi canonici colore violaceo sub Rochetto vtuntur.

Mons Petri monasterium canonicorum extitit in quodam monte apud Ruremundam à sanctis Plechelmo natione Scoto, & Candida eius prius Episc. & Wirone itẽ Scoto illuc profectis ædificatum, teste Molano in Natalibus ad diẽ 8. Maij & 15. Iulij: inquit enim illis Roma in patriã reuertentibus Pipinum Regem tunc Ducẽ Francorum, comperta illorum sanctitate, locũ à turbis remotum, tribuisse, in quo Oratorium Virginis Mariæ consecratum est, & monasterium S. Petri præclaro opere, ibiq; Pachelmum, & S. Wironem fœlicissimo tãdem fine quieuisse, intra oratorium B. Virginis tumulatos. sed subdit postea, illorum reliquias cum collegio canonicorũ intra ciuitatem Ruremundam translatas. vbi vides illud monasterium non monachorum, sed canonicorum extitisse.

In Montensi Ecclesia post vastationem Normannorum S. Bruno Archiepiscopus Coloniensis posuit canonicos regulares, quorum tunc magna erat in Ecclesia dignitas, propter regularem disciplinam, & studium iuuandi plebem, Molanus in Natalibus ad 11. Octobris ex Rogerio in Chronicis Hannoniæ, Sigiberto, & alijs.

Apud Monrecsem ciuitatem in Villa dicta Castriloco autor Chronicæ Cameracẽsis ponit monasterium S. Germani canonicorum: *in Villa inquit, Castriloco duo monasteria vnum puellare, alterum canonicorũ S. Germani.* Miræus de Collegijs canonicorum secularium c. 47. dicit, esse illud idem, quod nũc est seculare collegiũ S. Germani.

Apud Mussenas anno 1065. Adela filia Roberti Regis, & coniux Balduini Pij Flandriæ Comitis instituit collegium canonicorum, & monasterium puellarum Benedictinarum, vbi etiam lacrum velamen marito orbata accepit. Molanus in Natal. ad 3. Iulij.

Mons S. Agnetis apud Zwollam monasteria congreg. Windesimensis à nõnullis Gerardi magni discipulis fuit fundatũ circa an. 1395. in magna quidem humilitate, & paupertate spiritus, felix plantatio, quæ tã vberes in vinea Dñi fructus protulit, & Deo adiuuante, indies profertes hoc enim sanctissimorũ certè canonicorum collegio viri probitate, & doctrina spectatissimi prodierunt, Thomas ille Venerabilis de Kempis nunquam satis laudatus, cuius ingentum, & pietatẽ illius opera tota mundo

manẽo nostrima tellantur. 10. item de Kemp
eius frater natu maior, cuius vitam texuit Ioa
Euchirios dictæ congreg. canonicus, & alij quo
recenset idem Thomas de Kempis in Chronic
sibi monasterij. quod nuper edendum cura
R. admodũ Pater Heribertus Rosweydus è So
cietate Iesu. Addit Ioan. Trithemius de Viris i
lustribus Germaniæ sub anno 1495. Ioannẽ Bru
xellensem cognomento Mauburnum quem d
cẽ fuisse canonicum in monasterio D. Agnetis
poli Zwollam.

A Pud Namurcum oppidum diœcesis Leod
ensis est Abbatia vetustissima, quæ dicitu
Milonia, vbi corpus S. Bertuini Episcopi Hybe
ni & eiusdem monasterij fundatoris quiescit, c
quo in Molanus in Natalibus ad 13 Nouembri
In Malonia S. Bertuini Episcopi, & Confessoris, qui
Frisiorum insulas remotas in saltum, qui vulgo appellatur
Marlagie, condidit Oratorium in suprædicta villa Ma
lonia supra Sambram in honorem semper Virginis Ma
riæ, vbi diu Deo militans cursum suum feliciter impl
uit. Fuit autem Anglus educatus in monasterio, cui nome
est Bikelum, & in eiusdem parochia Episcopum, v
cant scite eſampetis. & infra. *quiescit prope Namu*
cum, ubi diutius tamen, & alicubi est Leodiensi. in monast
rio canonicorum sive clericorum veterum instituti S. Au
gustini, quod Malonia dicitur, vbi diu Domino milita
uit. De hoc Sigibertus sub anno 651.

In Nassonia oppido diœcesis Leodiensis me
nasterium S. Minonis martyris natione Scoti,
discipuli S. Ioannis Agni Episcopi Vltrajectensi
cato ibidem Catholicam mactato, Pipinus Re
decimas obtulit, quas habet inter Letiam, & V
cam. Sed rectè Ioannes Agnus clericorum regulari
Conrectetum ibi instituit. est locus in sylua Ar
dinna sub ditione Abbatis S. Huberti, de qu
supra dictã fuit in monasterio Andaino ex Mo
lano in Natalibus ad diem 18. Octobris, & Mi
raeo de Collegijs secularium cap 80.

Apud Nouellã in Brabantia diœcesis Namur
censi monasterium, quod dicitur Buscum Dñ
lius congregationis Windesimensis, fuit funda
tum anno 1416. floret in eo disciplina canonica
Miræus in catalogo, Chronicon Windesimens
lib. 1 cap. 4.

Nortomagi monasterium B. Mariæ congre
gationis Windesimẽsis diœcesis Ruremundensi
in Geldria, Miræus, & Chronicon Windesimẽse

In Nouiomensi ciuitate monasterium S. Eligi
iensi loco ples. illius meminit liber taxarum Apo
stolicarum, necnon Molanus in Natalibus ad di
10. Septembris, vbi dicit, ad illud fuisse translata
reliquias S. Eunuchi Episcopi, & olim S. Lup
monasterium fuisse vocatum. Cæterùm in libr
taxarum Apostolicarum dicitur monasterium S
Eligij fontis.

In Oegnies oppido Brabantiæ diœcesis Ca
meracensis insigne Cœnobium canonicorum S
Nicolai, à quibusdam S. Mariæ de Oegnies nun

mundo notissima celebrantur. Io. Item de Kempis eius frater natu maior, cuius vitam texuit Ioan. Buschius dictæ congreg. canonicus, & alij quos recenset idem Thomas de Kempis in Chronico dictæ monasterij, quod nuper edendum curauit R. admodũ Pater Heribertus Rosweydus è Societate Iesu. Addit Ioan. Trithemius de Viris illustribus Germaniæ sub anno 1495. Ioannẽ Bruxellensem cognomento Mauburnum quem dicit fuisse canonicum in monasterio D. Agnetis apud Zwollam.

X. APud Namurcum oppidum diœcesis Leodiensis est Abbatia vetustissima, quæ dicitur Malonia, vbi corpus S. Bertuini Episcopi Hyberni & eiusdem monasterij fundatoris quiescit, de quo ita Molanus in Natalibus ad ij Nouembris. *In Malonia S. Bertuini Episcopi, & Confessoris, qui de Hybernia insula veniens in saltum, qui vulgo appellatur Marlagne, condidit Oratorium in supradicta villa Malonia super Sambram in honorem semper Virginis Mariæ, vbi diu Deo militans cursum suum fœliciter implevit. Fuerat in Anglia educatus in monasterio, cui nomen est Tibbellum, & in eiusdem parochia Episcopum, vacante sede assumptus. & in ea quieuit prope Namurcum, ut dicunt tamen, & diœcesi Leodiensi, in monasterio canonicorum siue clericorum veterum instituti S. Augustini, quod Malonia dicitur, vbi diu Domino militauit.* De hoc Sigibertus sub anno 651.

In Nassonia oppido diœcesis Leodiensis monasterium S. Mononis martyris natione Scoti, & discipuli S. Ioannis Agni Episcopi Vltraiectensis, cui ob fidem Catholicam mactato, Pipinus Rex decimas obtulit, quas habet inter Letiam, & Vrcam. S. verò Ioannes Agnus clericorum regularium Conuentum ibi instituit. est locus in sylua Arduenna sub ditione Abbatis S. Huberti, de quo supra dictũ fuit in monasterio Andaino. ex Molano in Natalibus ad diem 18. Octobris, & Mirœo de Collegijs secularium cap. 80.

Apud Niuellã in Brabantia diœcesis Namurcensis monasterium, quod dicitur Buscum Dñi Iesu congregationis Windesimensis, fuit fundatum anno 1416. floret in eo disciplina canonica. Miræus in catalogo, Chronicon Windesimense lib. 1 cap. 4.

Nouiomagi monasterium B. Mariæ congregationis Windesimẽsis diœcesis Ruremundensis in Geldria, Miræus, & Chronicon Windesimẽse.

In Nouiemensi ciuitate monasterium S. Eligij sanctis locuples. illius meminit liber taxarum Apostolicarum, necnon Molanus in Natalibus ad diẽ 20. Septembris, vbi dicit, ad illud fuisse translatas reliquias S. Eunucli Episcopi, & olim S. Lupi monasterium fuisse vocatum. Cæterùm in libro taxarum Apostolicarum dicitur monasterium S. Eligij fontis.

In Oegnies oppido Brabantiæ diœcesis Cameracensis insigne Cœnobium canonicorum S. Nicolai, à quibusdam S. Mariæ de Oegnies nuncupatum, a tanctissima fœmina ibidem degente, cuius vitam lõgo sermone descripsit Iacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinalis, & eiusdẽ monasterij canonicus regularis, qui eidem B. Mariæ à sacris Confessionibus inseruiebat. Meminit eiusdẽ monasterij laudabiliter idem Iacobus de Vitriaco in Historia Occidentali cap. 21. Fundator tam præclari Coll. gij fuit Ægidi⁹ de Wallecuria an. 1192. Claruerunt in eo monasterio Doctores Theologi dictus Iacobus de Vitriaco, & Ioannes de Niuigella, & alij, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Scribũt plura Franciscus Moscus in Catalogo Antistitum Ogniacensium, & ex illo Miræus de Collegijs Regularium cap. 82.

Radensis Abbatia celebris, & antiqua canonicorum regularium, diœcesis Leodiensis, territorij Limburgensis, à Ducibus Limburgensibus exstructa, & dotata, habẽs sub se octo parochias, & tria monasteria canonissarum.

In Riuoulta, siue Guisscaulla monasterium Abbatiale S. Mariæ in nemore, congregationis Aroasiensis. Miræus de Collegij Regular cap. 10.

Rodense collegium canonicorum in Brabãtia olim fuisse monasterium clericorum regularium, sententia est veterũ Scriptorũ, quos recẽset Molanus in Natalibus ad diem 27. Nouembris. deceptus tamen, & decipiens, dum putat vetusta canicorũ claustra non propriè monasteria vocata.

In Romeswael Zelãdiæ oppido diœcesis Middelburgensis monasteriũ B. Mariæ corgregationis Windesimensis. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 45. Miræus in Catalogo.

Romacense canonicorum monasteriũ fundauit S. Amandus Episcopus in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli. testibus Chronographo Cameracensi, & Iacobo Guisio, referente Miræo de Collegijs secularium cap. 13. est locus in Comitatu Flandriæ in diœcesi Mechliniensi.

Ruremundæ monasterium B. Hieronymi cõgregationisi Windesimensis, nunc collegium Societatis Iesu, sed bona tenent canonici cathedrales. Miræus ibid.

Cubæ Vallis monasterium congregationis Windesimensis S. Pauli nuncupatum apud Bruxellas. Hoc monasterium anno 1413. cum sex aliis in Brabantia consistentibus, Capitulo seu cõgregatio i Windesimensi sese vniuit. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 40.

Rosæ Vallis monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis in Hasca oppido Frisiæ Orientalis olim diœcesis Vltraiectensis. Chronicon lib. 1. cap. 45. Miræus in Catalogo.

SArchinij in Hasbania monasterium S. Trudonis, nunc vt puto collegium canonicorum secularium. Molanus in Natalibus ad diem secundam Octobris. XI.

In Syluiducensi ciuitate Prioratus canonicorum regularium Diuina nuncupatus. Miræus de Collegijs secularium cap. 94.

In Syluiducensi territorio apud Turnhautum municipium alius Prioratus Corsendonca appellatus. Miræus ibid. est congregationis Windesimensis. ex eodem in Collegijs Regularium cap. 13.

Apud Sonegias in Hannonia monasterium S. Vincentij in quo S. Bruno Colonien sis Episcopus amotis monachis, insigne collegium canonicorum erexit, ijsque constitutiones iuxta regulã S. Augustini præscripsit, templo & clausstro reparatis. Iacobus Guisius in Chronicis Hannoniæ. Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 12. & in Natalibus ad diem 14. Iulij, vbi dicit, hanc institutionem canonicorum factam anno 965. nunc cũ Miræus referat illud cap. 45. inter collegia secularium, puto factũ seculare, sicut alia innumera.

Ad septem fontes monasterium beatæ Mariæ congregationis Windesimẽsis in territorio Bruxellensi eidem congregationi vnitum anno 1413. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 40.

Traiectensem Ecclesiam cathedralem S. Seruatij fundauit S. Monulphus, qui vt, Gregorius Turonensis attestatur, magnum templum Traiecti in honorem S. Seruatij construxit, composuit, & ornauit, in quod multo studio, & veneratione translatum corpus magnis virtutibus polleat. Clericos Deum timentes ibidem instituit, quos monuit semper secundum canonica instituta in omnibus viuere. Hæc Molanus in Natalibus ad diem 16. Iulij. meminit etiam eiusdem monasterij canonicorum S. Seruatij Traiectensis lib. 1. de canonicis c. 12. Hinc videas, illius antiquitatem, cum S. Monulphus anno 609. ad cœlestem gloriam fuerit translatus. De eodem Miræus in collegijs secularium c. 12. Tornacensis cathedralis fuit regularis ex Ioanne Molano lib. 1. de canonicis cap. 3.

Tornaci, Abbatiale cœnobium S. Marci aliàs S. Nicolai de Pratis, quod Ogerus canonicus regularis montis S Eligij apud Attrebates fundauit anno 1125. postea canonicis in agrum vrbi vicinum migrantibus, cœnobium in Pratis est exstructum, quod cum anno 1566. ab impijs Caluinistis esset vastatum, canonici iterum in Vrbẽ se receperunt. Miræus de collegijs regularium c. 59. numeratur inter Abbatias Aroasienses.

Troncinij monasterium S. Basini à S. Amando Gandauensium Apostolo fundatum, cũ à Normannis esset dirutum, Balduinus caluus reædificauit, & dictum est altum monasterium in Troncinio, sed canonicis, qui regularem, & monastico nomine dignam vitam abiecerant, successerunt canonici Præmonstratenses anno 1138. numeratur inter Abbatias Diœcesis Gandensis. Molanus in Natalibus ad 14. Iulij.

In Thabor propè Snecam Frisiæ Occidentalis oppidum monasterium S. Saluatoris congregationis Windesimensis, circa annum 1406. fundatum per strenuum militem Ierosolimitanum nomine Dominum Reuenicum. Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 49.

Tungrense m Ecclesiam à sua fundatione regularem fuisse, illud euidenter demonstrat, quod sedes Archiepiscopalis Vltraiectensis, & Leodiẽsis, quas omnes regulares fuisse perspicuum est antea Tungris erat, vt notat Miræus de collegijs secularium cap. 4.

Tungris monasterium Passionis Christi & B. Virginis congregationis Windesimensis fundatum anno 1420. est in Diœcesi Leodiensi.

VLtraiectensem S. Martini Metropolitanam inter Ecclesias, ab illarum institutione regulares, numerat Molanus lib. 1. de canonicis cap. 3. & 12. probant hoc innumera priuilegia, & scripta vetustissima donationum Regum, Principum, & aliorum magnatum concessa eidem Ecclesiæ S. Martini, & monachis vel canonicis, siue fratribus in ea seruientibus, omnibus enim præfatis nominibus vocantur clerici dictæ Ecclesiæ in cuius priuilegijs, vt videre est in priuilegio Pipini Regis, & filij Caroli magni, quod refertur à Miræo de collegijs secularium cap. 20. vt hinc etiam videas, vetustis illis temporibus, eosdem fuisse canonicos regulares, ac monachos, contra illos, qui statim atque aliquem monachum vocari deprehenderint, à cœtu regularium clericorum excludendum volunt. De Ecclesia S. Martini Vltraiectensis alia plura Molanus, & Miræus locis citatis post Ioannem Becanum, & Guilielmum Eda. de Episcopis Vltraiectensibus, ac etiam ipse Molanus in Natalibus ad diem 5. Iulij, vbi hæc inter alia notanda scribit. *Porrò corpus S. Athalæ in tumba portatili quieuit Traiecti in antiquo, vel potius antiquato monasterio S. Saluatoris: hodie enim est canonicorum collegium, vix vllas habens monasterij reliquas, præter nomen, & multas diuitias, quas peperit quidem monastica pietas, sed plerunq; locis sibi matrem suffecauit.* Fundator huius monasterij fuit S. Wilbrordus Episcopus. ex Molano in Natalibus ad diem 7. Nouemb. qui cum S. Suitberto ex Eboracensi Ecclesia, in qua canonicæ institutionis habitum, & formam didicerant Vltraiectum veniens, statim in fundo Basilicæ S. Thomæ Apostoli propè castrum Traiectense, canonicorũ cœnobitalium consecrauit Ecclesiam in honorem S. Martini. ita Marcellinus Traiectensis canonicus in Vita S. Suitberti c. 13. plura de hac re Maburnus in Venatorio lib. 2. par 7. cap 39.

In eadem ciuitate erat alterum monasterium S. Saluatoris paris antiquitatis, & pari munificentia, priuilegijs Regum, & Principum munitum & opibus affluenter ditatum, teste eodem Molano de canonicis lib. 1. cap. 3. & 12.

In eadem ciuitate monasterium B. Mariæ, & duodecim Apostolorum, quod ad regulares deducitur, congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo, & cap. 55. Verùm Ecclesia Vltraiectensis, cum suis monasterijs sub potestate Hæreticorum nunc manet, manentibus tamen monaste-

rijs

rijs, vt ex viris hide dignis accepi.

Vinetum monasterium in Mechlinia à S. Ru
modolo fundatum, ita dictum, quod inter vlmo
ædificatum, de quo Molanus in Natalibu
sub die 1. Julij, de hoc verba fecimus supra in Ec
clesia Mechlinien si.

Apud Watanas Flandriæ oppidum monaste
rium titulo Præposituræ fundatum in honorem
B. Mariæ, à Roberto Flandriæ Comite, ex Mi
raro de collegijs regularium cap. 39. sed puto id
esse cum Guatinensi, de quo dictum est supra
quanquam illius dicatur Fundator quidam no
mine Odefridus: potuit enim eadem fundatio
duobus, diuersa ratione tribui, alteri tanquam
longoni dotis, ac fundi. alteri tanquam Antiſti
mus enim quod in fundatione dictæ Præpositur
vsusque habita sit mentio à Meyero in Annali
bus Flandriæ.

In Vinolcurt oppido Diœcesis Cameracensi
S. Vindicianus Cameracensis, & Attrebatensi
Episcopus monasterium consecrauit ad laudem
Dei, & veneration em S. Petri, ibique clericos, &
sanctimoniales constituit. Molanus in Natalibus
ad diem 11. Martij.

In Vilicis ex opposito oppidi Bonnæ ducatus
Bergensis S. Megengosus Geldriæ præfectus cõ
didit monasterium canonicorum, & canonissa
rum, vbi & sepultus est anno suæ præfecturæ 28
Molanus in Natalibus ad diem 19. Decembris.

Valenciunis in Hannonia in Ecclesia S. Ioan
nis Baptistæ anno Domini 1112. Sanson Archie
piscopus Remensis amotis clericis secularibus,
constituit canonicos regulares, euocato ex mo
nasterio sanctorum Crispi & Crispiniani Gilber
tum canonico, & primo eiusdem S. Ioannis Abba
te ordinato. Miræus de collegijs regularibus cap.
14. illud monasterium adhuc floret.

Varrestonense monasterium S. Petri Abbatia
olim congregationis Aroasiæ. Miræus de colle
gijs regularium cap. 10.

In Vosago Abbatia S. Mariæ, & S. Huberti
eiusdem congregationis Aroasiensis. idem Mi
raus.

Valls viridis monasterium B. Mariæ apud
Bruxellas fertur à nonnullis fuisse olim caput, aut
certè membrum amplæ satis congregationis Val
lis Viridis nuncupatæ, quæ multis monasterijs
canonicorum, & canonissarum per Belgiũ, Gal
liam, Italiam, & Siciliam fuit dilatata, si vera sunt,
quæ de eadem congregatione Sylueſter Mauro
cenus in sua Historia, mare Oceanum vocata, scri
bit. Verùm puto illum sine fundamento id scrip
sisse. Est nunc membrum congregationis Win
desimensis, cui circa annum millesimum qua
dringentesimum decimum tertium, cius loci ca
nonici cum aliis sex monasterijs sese iunxerunt.
Habuit hoc monasterium insignem pietate virũ,
primum Priorẽ nomine Ioannem Rusbrochiũ,
qui multa egregiè & diuino planè spiritu scripta

rijs, vt ex viris fide dignis accepi.

Vlmetum monasterium in Meclinia à S. Rumoldo fundatum, ita dictum, quod inter vlmos esset exstructum, de quo Molanus in Natalibus sub die 1. Julij, de hoc verba fecimus supra in Ecclesia Meclinien.

Apud Watanas Flandriæ oppidum monasterium titulo Præposituræ fundatum in honorem B. Mariæ, à Roberto Flandriæ Comite, ex Miræo de collegijs regularium cap. 39. sed puto idē esse cum Guatinensi, de quo dictum est supra. quanquam illius dicatur Fundator quidam nomine Odefridus: potuit enim eadem fundatio duobus, diuersa ratione tribui, alteri tanquam largitori dotis, ac fundi, alteri tanquam Antistiti. maximè quod in fundatione dictæ Præposituræ varijsque habita sit mentio à Meyero in Annalibus Flandriæ.

In Vnolcurt oppido Diœcesis Cameracensis S. Vindicianus Cameracensis, & Attrebatensis Episcopus monasterium consecrauit ad laudem Dei, & venerationem S. Petri, ibique clericos, & sanctimoniales constituit. Molanus in Natalibus ad diem 11. Martij.

In Vilica ex opposito oppidi Bonnæ ducatus Bergensis S. Megengosus Geldriæ præfectus cōdidit monasterium canonicorum, & canonissarum, vbi & sepultus est anno suæ præfecturæ 28. Molanus in Natalibus ad diem 19. Decembris.

Valencianis in Hannonia in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ anno Domini 1112. Sanson Archiepiscopus Remensis amotis clericis secularibus, constituit canonicos regulares, euocato ex monasterio sanctorum Crispi & Crispiniani Gilberto canonico, & primo eiusdem S. Ioannis Abbate ordinato. Miræus de collegijs regularibus cap. 14. illud monasterium adhuc floret.

Varnestonense monastetium S. Petri Abbatia olim congregationis Aroasiæ. Miræus de collegijs regularium cap. 10.

In Vosago Abbatia S. Mariæ, & S. Huberti eiusdem congregationis Aroasiensis. idem Miræus.

Vallis viridis monasterium B. Mariæ apud Bruxellas fertur à nonnullis fuisse olim caput, aut certè membrum amplæ satis congregationis Vallis Viridis nuncupatæ, quæ multis monasterijs canonicorum, & canonissarum per Belgiū, Gallias, Italiam, & Siciliam fuit dilatata, si vera sunt, quæ de eadem congregatione Syluester Maurolicus in sua Historia, mare Oceanum vocata, scribit. Verùm puto illum sine fundamento id scripsisse. Est nunc membrum congregationis Windesimensis, cui circa annum millesimum quadringentesimum decimum tertium, cius loci canonici cum alijs sex monasterijs sese iunxerunt. Habuit hoc monasterium insignem pietate virū, primum Priorē nomine Ioannem Rusbrochiū, qui multa egregiè & diuino planè spiritu scripta edidit Germano idiomate, sed à Laurentio Surio in Latinum versa, quod forsan in causa extitit, vt Sixtus Senensis in Bibliotheca, vbi mirificè illum laudauit, inter monachos Carthusianos eundem censuerit. Obijt anno salutis 1381. cum vixisset in monasterio annis viginti octo: præter hunc, aliū habuit eruditissimum canonicum, & aliquando Subpriorem, quem laudat Trithemius in lib. de viris illustribus Germaniæ, nomine Ioannem de Schonhouia, qui claruit circa annum 1420. tempore Concilij Constantiensis. de vtroque vide Chronicon Windesimense lib. 1. cap. 40 Fundatum anno 1349. ex Miræo in lib. de tribus congregationibus nuper edito.

Vallis Angelorum monasterium B. Mariæ in Leydendorp in Hollandia Diœcesis olim Vltraiectensis, congregationis Windesimensis. Chronicon lib 1. cap. 39 vbi ponit fundationem illius sub anno 1400.

Vallis Pacis monasterium cōgregationis Windesimensis in Diœcesi Vltraiectensi, nunc mónasterium sancti Ioannis in Amersfordia, fundatum per quendam venerabilem Dominū Wernboldum de Buschorp, fuit circa annum 1417. eidem congregationi incorporatum, idem Chronicon cap. 40.

Vallis B. Mariæ monasterium propè Aldenardum Flandriæ oppidum Diœcesis Tornacensis, congregationis Windesimensis. idem Chronicon cap. 45.

Vallis beatæ Elizabeth propè Ruremundam monasterium eiusdem congregationis, idem Chronicon, & Miræus de collegijs regularium cap. 13.

Windesimense monasterium S. Mariæ apud Zwollam in prouincia Transisulana. & Diœcesi Dauentriæ, caput præclarissimæ congregationis, quæ centum & viginti per superiorem, & inferiorem Germaniam olim monasteria complectebatur: hodieque non mediocriter floret, anno 1387. fuit fundatum, de cuius fundatione inferius in ipsa congregatione Windesimensi fusius dicemus.

Zunebecanum monasterium Abbatiale S. Mariæ congregationis Aroasiensis anno 1578. per tumultus bellicos est euersum. Miræus de collegijs regularium cap 10.

Zwollis monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis, Miræus in collegijs regularium cap. 55.

Præter prædicta canonicorum collegia, quorū licet aliqua ex regularibus ad secularitatem transierint, alia ab Hæreticis fuerint euersa, maior tamen pars sub disciplina canonica nunc etiam viget. reperiuntur in Belgio pleraque collegia canonissarum regularium, quæ quoniam vel ad cōgregationem Windesimensem, vel ad Victorinā spectant, in Catalogis dictarum congregationū referemus. Collegia verò canonissarum secula-

rium, quæ multa etiam in Germania tum inferiori, tum superiori visuntur, ex regularibus per relaxationem ferè omnia sunt profecta: sicuti etiam ex canonicis regularibus eodem planè modo seculares canonici sunt exorti.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

De Propagatione Canonicorum Regularium, & eorum Ecclesys, & Monasterijs in Prouincys Alemanniæ.

I. PAris antiquitatis existere propagationem canonici ordinis in prouincijs vastissimis Alemanniæ, monstrant præter Cõcilia Prouincialia Moguntiæ, Aquisgrani, & Wormaciæ pro illius reformatione edita, Ecclesiarum regulariũ, & monasteriorum earundem prouinciarũ fundationes vetustissimæ, ex quibus vt pauca, quæ ex Bruschio, & Auentino, licet damnati apud nos nominis autoribus, ac etiam ex Trithemio, Miræo, & alijs catholicis collegimus eodem ordine in præcedenti capite seruato recenseamus, sunt inprimis.

Aquisgrani cathedralis, quam sub inuocatione S. Dei Genitricis magnificentia regali, & suo autore digna fundauit Carolus Magnus, de qua Molanus in Natalibus ad diem 28. Ianuarij hæc habet: *Dicta est autem Aquisgranensis Ecclesia à maioribus monasterium S. Mariæ, eo quod viginti clerici à S. Carolo Magno instituti regulariter, & canonicè in ea vixerint, sub obedientia, in communi, intra claustrum, simul manducantes, & dormientes, iuxta statuta Concilij Moguntinensis sub Carolo Magno celebrati. sed hoc suaue iugum sibi, vt Moguntini, & plerique alij, excusserunt sub Othone Tertio, & Nodgero Episcopo suo, qui regulares clericos viginti conuerterunt in viginti octo clericos proprietarios, quoniam id temporum illorum malitiam exigere iudicabant.* Hæc Molanus ibi, quæ cum alijs multis tum apud dictum autorem, tum apud Miræum de collegijs secularium cap. 30. legi possunt.

Propè eandem ciuitatem S. Henricus fundauit conuentum canonicorum sancti Adalberti, quod modò est in ciuitate. Molanus in Natalibus, ad diem 13. Iulij.

Aquisgrani nunc floret monasterium S. Ioannis Baptistæ congregationis Windesimensis, de quo Miræus cap. 13. de collegijs regularium in Catalogo.

Augustæ Vindelicorum in Sueuia Præpositura insignis S. Crucis nuncupata, cuius Præpositus Mitra, Pedo, & alijs Pontificalibus vtitur in sacris. De fundatione huius Præpositurę Gaspar Bruschius de monasterijs Germaniæ fol. 111. pag. 1. ita scribit: *Sancta Crucis Augustanum cœnobium constituti, & ordinis canonicorum regularium S. Augustini ex Hamelbergo, vbi antea situm fuerat, in Augustam Vindelicam translatum ann. Domini 1144. per Episcopum Augustanum Vdeschalcum Comitem à Ibergen. hoc primum huius cœnobij intra Augustanæ Vrbis mœnia fundatore, quod primium à Marschallo de Bibrach in Mutterhofen pago inchoatum, mox inde à Conrado Antistite Augustano Comite Lutzelsteins in Hamelbergum montem Augustanæ Vrbi vicinum, & inde tandem iterum, vt prius dictum, ab Vdeschalco in vrbem translatum est.* Subdit ibidem Catalogum Præpositorum, qui loco præfuerunt vsque ad sua tempora, vnum & viginti. Regit nunc eandem Præposituram Reuerendissimus Pater, & Dominus frater Ioannes S. R. E. Protonotarius, qui canonicæ disciplinæ ad primæuum statum instaurandæ propensissimus desudat, cuius votis rogo Deus optimum faueat.

In eadem Augustana ciuitate est alia Præpositura canonicorum regularium S. Georgij, de qua hæc habet idem Bruschius fol. 119. pag. 1. *S. Georgij monasterium, quod est intra muros Vrbis Augustanæ ordinis canonicorum regularium S. Augustini fundatum legitur anno Christi 1135. absolutum verò anno 1142. à Vualtero Comite Palatino Tubingensi, & Episcopo Augustano, eiusque canonicis in honorem S. Georgij martyris. Huic monasterio præfuerunt ad hos vsque seculum hi sequentes Domini Præpositi &c.* prosequitur Catalogum Præpositorum vsque ad annum 1547. num. 25. quem breuitati consulens, omittere compellor.

Argentinensem cathedralem in Alsatia Ioannes de Nigraualle refert in Catalogum Ecclesiarum Germaniæ, quæ ab illarum institutione fuerunt regulares. Porro in Ciuitate Argentina fuit monasterium canonicorum vetustissimũ S. Thomæ martyri, & Germanorum Apostolo nuncupatum, quod dicebatur S. Thomæ Scotorum à Scotis, qui illud olim tenebant. Hoc monasterij queritur Renatus Choppinus in monastico lib. 1. tit. 3. per quendam Episcopum Argentinensem ex canonicis regularibus translatum ad seculares anno Christi 830 vt hinc etiam videas antiquitatem canonicorum regularium inter Scotos, illosque ex Scotia in Germaniam deriuator.

In Ciuitate Argentina monasterium dictum in Scucheia ordinis S. Augustini, ex lib. Taxarum Apostolicarum.

II. BAmbergensem Episcopalem inter collegia canonicorum regularium refert Miræus de collegijs regularium cap. 69. in fine. Hanc fundauit S. Henricus cum sancta Cunegunde illius coniuge, quam Imperiali munificentia ab illis dotatam, redditus, quos nunc possidet, sine alio teste docent. Erecta est Ecclesia sub inuocatione sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. Addit verò

Mau-

CAPVT TRIGE

Mauburnus in Venatorio lib. 1. cap. 9. B. Henricum cum Cunegunda vxore præter Ecclesiam Bambergensem alia plura cœnobia canonicorũ regularium erexisse.

In eadem ciuitate præter dictam cathedralem, aliam erexit idem Imperator Ecclesiam sub inuocatione Prothomartyris Stephani, paruo quidem fõmate, sed maiori opera, in qua regulares clericos constituit, ad quam dedicandam Benedictum Papam venire rogauit, teste Baronio tomo vndecimo sub anno millesimo decimo quinto initio principio.

In eadem ciuitate est collegiũ præpotens sanctorum Virginum Canonissarum regularium S. Theodori, quod primum Michelsfeldi in colle S. Nicolai fuerat fundatum anno millesimo centesimo trigesimo quinto, sed postea Bambergam anno millesimo centesimo quinquagesimo trãslatum, ibiq; in honorem S. Theodori fundatum à Gertrude Palatina Conradi Marchionis Misnensis filia, quæ defuncto marito hoc ipsum cœnobium ingressa, per aliquot annos eidem monasterio præfuit, & sanctissimè vixit. ex Miræo de collegijs regularium cap. 67.

Basilea cathedralis olim regularis. ex Ioanne de Nigraualle in Catalogo. In Ciuitate Basilea monasterij S. Leonardi congregationis Windesimensis, de quo Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

Bergensis Ecclesia Cathedralis canonicorum regularium, Ioannes de Nigraualle in Catalogo.

In Badersholm oppido Holsatiæ diœcesis Bremensis monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis. Miræus loco citato.

Berstidense monasterium in Bauaria ad flagnum Wimsee fundauit in honorem S. Martini Episcopi Comes Ocho de Vallay cum coniuge Adelheide. ex Ioanne Auentino, huius cõfirmatore facti à Calisto Secundo anno 1120. Secundo ab Eugenio Tertio. Ita Miræus de Collegijs regularium cap. 57. ex Auẽtino lib 5. & Bruschio in Chronologia monasteriorum Germaniæ, pulueratisse Typographium, dum pro Calisto Secundo, ponit Ioannem XXII.

Berchtolgadense cœnobium sancti Ioannis Baptistæ in Bauaria canonicis Augustinianis antiquitus fundatum, & dotatum erat Beringerus, & Cuno Comites de Sultzbach, cum ipsorũ matre Irmengarda. Auentinus in Annalibus lib. 5. & alibi. Miræus de Collegijs regularibus cap. 52. est in agro Salisburgensi.

Beurensis Præpositura Ordinis canonicorum regularium in diœcesi Constantiensi. ex Miræo de Collegijs regul. cap 56. ad finem.

Apud Bredefort oppidum diœcesis Monasteriensis cœnobium B. Mariæ in Nazareth congregationis Windesimensis. Miræus in catalogo.

Brandeburgensis metropolitana numeratur inter Ecclesias olim canonicorum regularium ir

Mauburnus in Venatorio lib.1.cap.9. B. Henricum cum Cunegunda vxore præter Ecclesiam Bambergensem alia plura cœnobia canonicorũ regularium erexisse.

In eadem ciuitate præter dictam cathedralem, aliam erexit idem Imperator Ecclesiam sub inuocatione Prothomartyris Stephani, paruo quidem stemmate, sed maiori opera, in qua regulares clericos constituit, ad quam dedicandam Benedictum Papam venire rogauit, teste Baronio tomo vndecimo sub anno millesimo decimo quinto in principio.

In eadem ciuitate est collegiũ præpotens sanctarum Virginum Canonissarum regularium S. Theodori, quod primum Michelsfeldi in colle S. Nicolai fuerat fundatum anno millesimo centesimo trigesimo quinto, sed postea Bambergam anno millesimo centesimo quinquagesimo trãslatum, ibiq; in honorem S. Theodori fundatum à Gertrude Palatina Conradi Marchionis Misnensis filia, quæ defuncto marito hoc ipsum cœnobium ingressa, per aliquot annos eidem monasterio præfuit, & sanctissimè vixit. ex Miræo de collegijs regularium cap.67.

Basileæ cathedralis olim regularis. ex Ioanne de Nigraualle in Catalogo. In Ciuitate Basileæ monasterũ S. Leonardi congregationis Windesimensis, de quo Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

Bergensis Ecclesia Cathedralis canonicorum regularium, Ioannes de Nigraualle in Catalogo.

In Badersholm oppido Holsatiæ diœcesis Bremensis monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis. Miræus loco citato.

Bernfridense monasterium in Bauaria ad stagnum Wirmsee fundauit in honorem S. Martini Episcopi Comes Otho de Vallay cum coniuge Adelhode. ex Ioanne Auentino, huius cõfirmatio facta est à Calisto Secundo anno 1120. Secundo ab Eugenio Tertio. Ita Miræus de Collegijs regularium cap.57. ex Auẽtino lib.5. & Bruschio in Chronologia monasteriorum Germaniæ, putat errasse Typographum, dum pro Calisto Secundo, ponit Ioannem XXII.

Berchtolgadense cœnobium sancti Ioannis Baptistæ in Bauaria canonicis Augustinianis an. 1102. fundauerunt, & dotauerunt Beringerus, & Cuno Comites de Sultzbach, cum ipsorũ matre Iemogarda. Auentinus in Annalibus lib.5. & alibi. Miræus de Collegijs regularibus cap.52. est in agro Salisburgensi.

Beurensis Præpositura Ordinis canonicorum regularium in diœcesi Constantiensi. ex Miræo de Collegijs regul. cap 56. ad finem.

Apud Bredefort oppidum diœcesis Monasteriensis cœnobium B. Mariæ in Nazareth congregationis Windesimensis. Miræus in catalogo.

Brandeburgensis metropolitana numeratur inter Ecclesias olim canonicorum regularium in proœmio libri constitutionum Benedicti XII. pro reformatione ordinis canonicorum regularium.

Beyhartingense monasterium vulgo Beyharting in superiori Vindelicia siue Bauaria fundauerunt nobilis matrona Iudith, & frater eius Megingotzus sodalibus Augustinianis consecratum à Romano Episcopo Gurcensi, iussu Conradi Archiepiscopi Salisburgensis anno 1130. quod postea per Rodulphum, & Ludouicum, qui fuit Imperator, & Stephanum iuniorem Bauariæ Duces maximis priuilegijs fuit munitum. Miræus de Collegijs regularium cap. 62. ex Auentino, qui dicit, Augustinianis monachis esse fundatum.

In Birching oppido diœcesis Herbipolensis monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis. Miræus in Catalogo dictæ congregationis.

In diœcesi Brixinensi Comitatus Tirolis monasterium Tartobergense nuncupatum, cuius fuit Præpositus Nicolaus de Cusa, qui postea fuit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vt ipsemet fatetur in epistola, quam præmisit ad librum de filiatione Dei Conrado confratri eiusdem Vartobergensis monasterij canonico directa.

In Bloemenberch oppido diœcesis Paderbornensis monasterium Corporis Christi congregationis Windesimensis Miræus in catalogo dictæ congregationis.

In Bodiken oppido eiusdem diœcesis Paderbornensis monasterium sancti Meynulphi, eiusdem congregationis Windesimensis. ex eodem Catalogo.

In Bodinghen propè Sibergh in Ducatu Mõtensi diœcesis Colonien sis monasterium, quod dicitur mons B. Mariæ eiusdem congregationis. ex dicto catalogo.

In Bucangia siue Buchouia Canonissarum, siue Monialium nobilium, ac antiquo stemmate, maiorumque imaginibus conspicuarum, ab omni tamen voto immunium, ac prorsus liberarum Collegium fundatum legitur in honorem sanctorum Cornelij, & Cypriani à D. Adelinde Hildebrandi potentissimi Sueuorum Ducis filia, Hildegardis Regina, & Campidonensis fundatrix sorore, Comitis vero Othonis à Kesselburg in Blanchina valle circa Biberacum habitantis relicta vidua, quæ ibi sepulta est sub Carolo Magno. Id primum fuit Monialium Augustinianæ professionis Cœnobium. Ita Bruschius fol.17 pag.2. quæ si vera sunt, verum etiam esse conuincitur, seculares apud Germanos canonissas ex regularibus per relaxationem ortas, sicut canonicos seculares ex regularibus, quidquid dicat in hoc Molanus lib.1. de Canonicis cap.15.

Brundensis cathedralis refertur à Nigraualle inter Ecclesias olim regulares, verùm in qua prouincia sit constituta, non reperi.

COlonien sis Ecclesia metropolitana à sancto Materno Beati Petri Apostoli discipulo suã fundaIII.

fundationem accepisse gloriatur. Eam verò non solùm regularem extitisse, sed vsque ad Philippū Episcopum quadragesimum quartum Regularia instituta tenuisse, tradit Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 14. vbi ponit rescriptum Ecclesiæ Colonien sis ad canonicos Traiectenses. cum enim in Ecclesia Traiectensi, aut rectiùs Vltraiectensi seruor Regularis disciplinæ relaxaretur, & Godebaldus Episcopus cœpisset primam Præbendam Decano maioris Ecclesiæ conferre, quibusdam renitentibus, Ecclesia Colonien sis, quam super ea re consuluerant, in hunc modum respondit. *Domnus, ac fratribus nostris sanctæ Traiectensis Ecclesiæ tam maioribus, quàm minoribus salutem, vt Præpositura, Decanta, vel aliqua claustralu obedientia pro beneficio habeatur, vel beneficium nominetur, Ecclesiæ nostræ consuetudo non patitur.* addit ibidem Molanus vnum valdè notandum, cum sub Philippo quadragesimo quarto disciplina Regularis in Ecclesia Colonien si relaxaretur, canonicos nonnullos, qui in Regulari observantia manere voluerunt, Nussiense monasterium condidisse, quod si verum est, conuincitur falsum esse, quod idem Molanus supra non vno in loco in gratiam canonicorum secularium scribit, sensus verborū antiquorum Conciliorum distorquens, canonicos cathedralium, licet regulariter, & communiter viuerent, non tamen fuisse verè Regulares, cū votorum emissione: quod præter quam ex multis alijs capitibus falsissimum esse constat, ex hoc etiam euidenter conuincitur, quia Colonienses nonnulli, vt propositum vitæ Regularis alijs deficientibus tenerēt, monasterium Nussiense erexerunt: nam qui in Nussiēsi viuebant verè Regulares erant cum votorum emissione. quo verò tempore Nussienses suam congregationē inchoauerint, videtur id circa annum millesimum centesimum septuagesimum contigisse: nam per ea tempora Philippus 44. Ecclesiæ Colonien si præfuit. Cæterùm de vera canonicorum Colonien sium regularitate, de omnimoda proprietatis abdicatione, de obedientia clausträli, de claustro, & officinis, de regula D. Augustini à Colonien sibus seruata, & alijs id genus testatur Wazo Leodien sis Præpositus in quadam epistola, quam refert Mauburnus in Venatorio lib. 2. par. 5. cap. 30. vbi alia plura refert, & Innocentius Tertius in cap. Postulastis. de clerico excommunicato, scribens Decano, & Priori Colonien si.

Habuit verò Ecclesia Colonien sis quamplures viros sanctitate, & doctrina insignes, & illustres, ex quibus vnus extitit Aquilinus dictæ Ecclesiæ canonicus, qui Mediolani ab Arrianis cōfossus martyr occubuit. Puto autem non solùm Cathedralem, sed etiam alias Ecclesias Colonien ses olim regulares fuisse, & rescriptum illud supra memoratum non de consuetudine solius cathedralis, sed totius Ecclesiæ Colonien sis intelligendum esse.

Est in eadem ciuitate monasterium canonicorum, & canonissarum reformatum S. Cæciliæ nūcupatum. ex Miræo de colle. regularium cap. 59. item tria collegia canonissarum regularium S. Augustini videlicet S. Maximini, S. Machaelis, & S. Mariæ Magdalenæ. ex eodem autore ibid. cum alijs quatuor S. Nicolai, S. Reinoldi, in Maiori Nazareth, & sancti Iacobi Maioris ad agnellum in muro Castrensi, quas ibi, & capite præcedenti vocat moniales Augustinianas, & numerat cum canonissis.

In eadem ciuitate Colonien si anno 1425 opera Arnoldi Schillingi ciuis Colonien sis ex sacello factum est monasterium, quod dicitur ad Corpus Christi, traditumque canonicis regularibus capituli Windesimensis. Occasionem præbuit miraculum, quod circa venerabile Sacramentum contigit, fusè commemoratum à Bredenbachio lib. 1. cap. 8. Sacrarum collationum. Miræus de colleg. regularium cap. 92.

Confluentia locus est, vbi Mosella Rhenū influit ibi loci Hecto, qui ex Abbate monasterii cuiusdā Mediolanen sis factus fuerat Archiep. Treuirensis, anno 847 à sancto Maternoin somnijs admonitus, fundauit monasterium canonicorū regularium, in quod corpus S. Castoris de Cardona transferens collocauit: sed canonici S. Castoris ante plures annos regulam abiecerūt. Trithemius in historia Hirsaugica sub anno 847. & 957. & ex illo Molanus lib. 1. de canonicis cap. 14.

Apud Confluentiam, quæ est oppidum Diœcesis Treuerensis, monasterium Beatæ Mariæ in Insula congregationis Windesimensis. Miræus in catalogo.

Constantiæ est vetus, & insignis Abbatia canonicorum regularium de Cruetzlingen, siue de Crutelingen. de qua in lib. 1. Constitutionum Concilij Constantien sis fol 135. ita statuitur: *vt Abbas canonicorum regularium de Creutzlingen, & canonici dicti monasterij in Processionibus, & alijs publicis præcederent Abbatem, & monachos ordinis D. Benedicti monasterij eiusdem ciuitatis, quod dicitur Petri Domus, &c.* Hæc Abbatia erat olim caput multorum monasteriorum canonici ordinis, vt in Bulla Innocentij VIII. infra cap. 71. relata legitur. Sunt etiam in Diœcesi Constantien si quinque Præposituræ canonicorum regularium, & duæ canonissarum, de quibus sub suis propriis nominibus dicimus. ex Ioanne Pistorio in Chronico Constantien si. Est etiam in diœcesi Constantien si monasterium B. Mariæ loci eremitarum ordinis S. Patris Augustini. ex lib. taxarum Apostolicarum.

Chichgerense monasterium in diœcesi Wormatien si erat sanctimonialium, quibus pestilentia consumptis, Fridericus II. Wormatiæ Episcopus anno 1440. illud repurgatum, & restauratum canonicis regularibus incolendū tradidit. Mirgus de collegijs regulariū capite nonagesimo sexto.

Chiem-

Chiemsense monasterium in Prouincia Salisburgen si duplex est, aliud canonicorum aliud verò canonissarum. Monasterium canonicorum erat pro monachis Diui Benedicti fundatum fuerat: verum pro illo Abbatia Luxouien si monachis commutata, dictum monasterium canonicis regularibus fuit donatum. Est vetus Abbatia sancti Saluatoris nuncupata, vt constat ex antiquo diplomate Regis Arnulphi dato Ratisbonæ anno 891. de qua sic Hundius ex Auentino scribit: *In Nouo Conradus Iunauiæ Episcopus, & Arnhergæus familiæ eorundus Chimmum templum olim à Tassilone secundo Duce Bauariæ D. Benedicto consecratum, & pro ad regulatem redactum, monachis Augustinum traditit &c. hoc est canonicis regularibus S. Augustini.* ita Hundius. Vide Mirænm de collegijs regularium cap. 26.

Chiemsense verò canonissarum fundauit Tassilo Rex, & dotauit, cuius priuilegium roborauit Henricus Quartus Imperator suo diplomate de anno 1077. Ratisbonæ.

In Clusa Everhardi Diœcesis Treuerēsis monasterium B. Mariæ Congregationis Windesimensis, Mirænus in catalogo.

IV. DAniæ Regnum habuisse olim multa monasteria canonicorum regularium Benedictus XII. in Bulla Generalis reformationis eiusdē ordinis in cap. de Capitulis Prouincialibus apertè fatetur. Primùm qui in Regno Danorum monasteria canonicorum, & monachorum erexit, & reddituum locupletauit, Choppinus in monasticis lib. 2. tit. 2. num. 18. fatetur fuisse Canutū Regem Danorum ex Saxone Grammatico in Historia Danorum. Cæterum inter Ecclesias canonicorū regul. huius regni erat olim cathed. Roschildensis, ad quam reliquiæ S. Lucij I. Papæ, & martyris sunt translatæ, referente Ioanne Mauburno in Venatorio canonici ordinis lib. 2. par. 4. cap. 14.

Diœcesi monasterium varias habuit fundationes, ruinas, & reparationes. primus fundator fuit Rathardus canonicas Augustanus, & frater Antonis Comitis de Andechs, & Episcopi Augustani, qui monasterium S. Georgij martyris fundauit prope oppidum Diessen in Bauaria diœcesis, vt puto, Augustanæ, circa annum 840. quod à quodam Arnoldo vastatum anno 1015. fuit instauratum per quendam Adhelmum, & Adalricum fratres, postea cum Cunegunda Comitissa filia Othonis I. Imperatoris fundasset Ecclesiam S. Stephani, & in ea tres canonicos regulares posuisset, Hartwicus Præpositus S. Georgij annuente Episcopo Augustano cum suo conuentu propter miseriam commoditatem ad Ecclesiam S. Stephani migrauit. plura de hoc monasterio videri possunt apud Mirgum de collegijs regulariū cap. 22. quæ ex Auentino, & Hundio collegit.

Dietkamzellense apud Isaræ in Bauaria monasterium S. Martini Abbatiale fundauit quidam

Otho cum S
dote Dietrh
& dotatione
mate firmaui
larium cap. 4

In Daelhe
sterium S. Pe
Catalogus di

Euerhardie
cesi Treuerens
regularium S.
versu Husmor
nio versusque
S. Virginem e
modo euersiss
laboriosu qui
simplex Euerh
gricola, vinitor
tumentor non,
qui ob deuotio
erga matrem
tem quendam
fixit, & in eo f
ac dolore sisti
situm collocau
tu, & coactus,
& sublato stipi
suoque pretio
nunculare repo
oblationes inn
religionis erga
mibus adiutus
bricauit: & pe
gistudine 26. &
dauit, & edifi
maximus eum
flicam Reuere
piscopus Treue
plurimis in die
Domini 1449.
an. Dom. 1451.
desiderantibus
Godefrido de Es
guftini introduc
chorum edificat
fecerunt, structe
torum edificio
qua bodie visitu
mum compleuer
minis 1502 Hæc
prosequitur Pr
nū 1542. est que

In Ewich
nienses monas
nis Windesim
tionis.

FRanckenth
nitissimum,
nasterium can

Chiemseense monasterium in Prouincia Salisburgensi duplex est, aliud canonicorum aliud verò canonissarum. Monasterium canonicorum prius pro monachis Diui Benedicti fundatum fuerat: verùm pro illo Abbatia Luxouiensi monachis commutata, dictum monasterium canonicis regularibus fuit donatum. Est vetus Abbatiæ sancti Saluatoris nuncupata, vt constat ex antiquo diplomate Regis Arnulphi dato Ratisbonæ anno 891. de qua sic Hundius ex Auentino scribit: *In Norico Conradus Iunauiæ Episcopus, & Ambergensis familiæ oriundus Chimmeru templum olim a Tassilone secundo Duce Bauariæ D. Benedicto condirum ab Vgrio ad egestatem redactum, monachis Augustinæa tradidit & c. hoc est canonicis regularibus S. Augustini.* Ita Hundius. Vide Miræum de collegijs regularium cap. 26.

Chiemseense verò canonissarum fundauit Tassilo Rex, & dotauit, cuius priuilegium roborauit Henricus Quartus Imperator suo diplomate dato anno 1077. Ratisbonæ.

In Clusa Euerhardi Diœcesis Treuerensis monasterium B. Mariæ Congregationis Windesimensis, Miræus in catalogo.

IV. DAniæ Regnum habuisse olim multa monasteria canonicorum regularium Benedictus XII. in Bulla Generalis reformationis etiamdū ordinis in cap. de Capitulis Prouincialibus apertè facetur. Primùm qui in Regno Danorum monasteria canonicorum, & monachorum erexit, & redditibus locupletauit, Choppinus in monastico lib. 2. tit. 2. num. 18. fatetur fuisse Canutū Regem Danorum ex Saxone Grammatico in Historia Danorum. Caterum inter Ecclesias canonicorū regul. huius regni erat olim cathed. Roskildensis, ad quam reliquiæ S. Lucij I. Papæ, & martyris sunt translatæ, referente Ioanne Mauburno in Venatorio canonici ordinis lib. 2. par. 4. cap. 14.

Diesense monasterium varias habuit fundationes, ruinas, & reparationes. primus fundator fuit Ratbardus canonicus Augustanus, & frater Antonis Comitis de Andechs, & Episcopi Augustani, qui monasterium S. Georgij martyris fundauit prope oppidum Diessen in Bauaria diœcesi, vt puto, Augustanæ, circa annum 840. quod à quodam Arnoldo vastatum anno 1013. fuit instauratum per quendam Aetheleimum, & Adalricum fratres. postea cum Cunegunda Comitissa filia Othonis I. Imperatoris fundasset Ecclesiam B. Stephani, & in ea tres canonicos regulares posuisset, Hartucius Præpositus S. Georgij annuente Episcopo Augustano cum suo conuentu propter maiorem commoditatem ad Ecclesiam S. Stephani migrauit. plura de hoc monasterio videri possunt apud Miræum de collegijs regularium cap. 22. quæ ex Auentino, & Hundio collegit.

Diethramzellense apud Itaram in Bauaria monasterium S. Martini Abbatiale fundauit quidam Otho cum Socio Berengero, & venerabili sacerdote Dietrhamo anno Dñi 1099. fundationem & dotationem Paschalis II. anno 1107. suo diplomate firmauit. Vide Miræum de collegijs regularium cap. 47.

In Daelheim diœcesis Paderbornensis monasterium S. Petri congregationis Windesimensis. Catalogus dictæ congregat.

Euerhardi cella vulgo Eberharts Clausen in Diœcesi Treuerensi pulcherrimum cœnobium canonicorum regularium S. Augustini tribus lapidibus à Treuerensi versus Hunnorum terga, vel præsidia situm, ex eleemosynis virorumque sexus fidelium caratim vndequaque ad S. Virginem ex omnibus prouincijs concurrentium hoc modo emersisse ibidem legitur. Erat anno Domini 1440. laboriosus quidam rusticaque, & vita, & artis bouis simplex Euerhardus nomine, ex pago Esch oriundus, agricola, vinitor, & sector straminum in vsum & pastū iumentorum, virginitatis, ac pudicitiæ summus amator, qui ob deuotionem, quam à pueris concepet at maximā erga matrem Domini Beatam Virginem Mariam, stipitem quendam in loco isto tunc temporis deserto terra infixit, & in eo supernis excauato Imaginem tristissimæ, ac dolorosissimæ matris in gremio extinctum habentis situm collocauit. Is postea à gloriosa Virgine admonitus, & coactus, domunculam paruam eidem ædificauit, & sublato stipite illam ipsam adhuc eo loci præsentem, suoque pretio Treueri prius emptam in priori muro domunculæ reposuit, vbi cum miracula plurima fierent, & oblationes innumeræ quotidie accederent: & hominibus religionis ergo cateruatim venientibus, mox his oblationibus adiutus Euerhardus, sacellum paulo grandius fabricauit: & postea circa idem sacellum Basilicam in longitudine 26. & in latitudine 12. passus habentem fundauit, & ædificauit in anno Iubilæo, quo mox factus est maximus omnis generis hominum concursus. Hanc Basilicam Reuerendiss. Dominus Iacobus de Sirgk Archiepiscopus Treuerensis cenuesimus, præsentibus Prælatis plurimis in die Annunciationis B. Virginis Mariæ anno Domini 1449. solemniter dedicauit: Euerhardo autem an. Dom. 1451. in pace quiescente, consentientibus, & id desiderantibus Dominis fundi, in primis verò Domino Godefrido de Eschardo canonicorum regularium S. Augustini introducto est anno Domini 1456. Hi nouum chorum ædificauerunt, & anno Domini 1474. dedicari fecerunt, structuras etiam vtriusque ambitus, & multorum ædificiorum erexerunt, & Basilicam maiorem, qua hodie visitur, antiqua diecta ac destructa ad summum compleuerunt, cuius dedicatio facta est anno Domini 1502 Hæc Bruschius fol. 5. pag. 1. qui etiam prosequitur Priores, qui ibi fuerunt vsq; ad annū 1542. estque congregationis Windesimensis.

In Ewich prope Attendorn diœcesis Colonienſis monasterium S. Saluatoris congregationis Windesimensis. ex catalogo dictæ congregationis.

FRanckenthal, quod nunc est oppidum munitissimum, apud Wormatiam, prius erat monasterium canonicorum regularium, de quo Trithemius V.

themius in historia Hirsaugica sub anno 1135. ita scriptis mandauit: *Hu etiam temporibus, videlicet anno Domini millesimo centesimo trigesimo quinto Buggo VVormatiensis Ecclesiæ Reuerendissimus Episcopus monasterium Franckenthal non longè à VVormatia fundauit, in quo fratres in communi sub sancti Augustini regula viuentes collocauit, quibus Ecclesia de corporu necessarijs copiosè prouidit. Cœnobium quoque sanctimonialium eiusdem religionis iuxta præfatum monasterium Franckenthal constituit, in quo multitudinem virginum Christo in castitate famulantium, prouisis necessarijs posuit. Verum post annos fermè trecentos, viginti sex, tempore Reynardi VVormatiensis Episcopi, cum de consensu eius fratres regulares de VVindesheim partium inferiorum ipsum cœnobium Franckenthal ad reformandum suscepissent, & titulum Abbatialem, quo antea semper insignitum fuerat, extinxerunt, etiam cœnobium fœminarum prædictum expulsis monialibus monasterio fratrum coniunxerunt.* Hæc Trithemius. Verùm istud monasterium, in quo canonica disciplina summoperè florebat, paucis abhinc annis factum est habitatio omnis spiritus immundi, cum Caluinistæ ex Belgio profugi illud, permittente Frederico Comite Palatino Rheni, occupauerunt, & pulsis Canonicis in oppidum munitissimum peruerterunt.

Friburgi in Heluetijs Præpositura omnium sanctorum diœcesis Constantiensis. Io. Pistorius in Chronico Constantiensi edito Francofurti. Miræus de collegijs regul. cap. 56.

Apud Halberstadium monasterium S. Pancratij in Hamersleben congregat. Windesimensis. Catalogus dictæ congregationis.

Hamburgẽsis Metropolitana à sua fundatione fuit regularis, & in ciuitate, ac etiam Diœcesi multa canonicorum monasteria fundauit Wanus Episcopus temporibus Henrici I. Imperatoris, qui fuit sanctus, vel quæ antea ædificata, ad normam vitæ regularis reformauit, teste Alberto Crantio in suo Metropoli lib. 4. cap. 1. claustri canonicorum Hamburgensium meminit etiam Molanus in Natalibus ad diem 3. Februarij in vita sancti Anscharij.

Herdewille oppido Diœcesis Argentinensis monasterium S. Christinæ congregationis Windesimensis. Catalogus dictæ congregationis.

In Hegene oppido Comitatus Lingen Diœcesis Wormatiensis monasterium sancti Petri Apostoli congregationis Windesimensis. catalogus dictæ congr.

In Hertzenhagen apud Francofordiam Diœcesis Moguntinensis monasterium B. Mariæ dictæ congr. ex eodem catalogo.

Heerbrectingum cœnobium canonicorum regularium ad Futolum Brentianum Augustanæ Diœcesis in honorem S. Dionysij fundatum anno Domini 1144. à potentissimo Sueuorum Principe Friderico Barbarossa, qui tandem ad Imperij dignitatem ac culmen euectum est. Habuit hoc cœnobium semper ad hæc vsque nostra tempora gubernatores Præpositos, quorum tales extat, vt non omnino integer Catalogus: Primus Amandus &c. Ita Bruschius de monasterijs Germaniæ fol. 2. pag. 2. qui Catalogum Præpositorum deducit vsque ad annum 1548.

Heyne monasterium apud Wormatiũ in Dometis fundauit circa annum 1135. Eunucho Comes de Lingen in honorem Principis Apostolorum, & multis bonis, & redditibus sublimauit, cuius Ecclesiam sæpe dictus Episcopus Buggo, in cuius Diœcesi monasterium est constructum, anno Domini 1141. consecrauit, & Harburgũ primum Præpositũ ordinauit, qui vitam canonicorum regularium primus ibidem instituit. Trithemius in Hist. Hirsaugica ad an. 1135. & in Chronica Spanheimensi sub anno 1137. Floruit in hoc cœnobio Rutgerus Vernay, cuius elogium idem scripsit Trithemius de Viris illustribus Germaniæ, ac etiam in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Hildesimæ in Saxonia temporibus S. Henrici Imperatoris erat monasterium, cuius canonicus scripsit vitam S. Godehardi Episcopi. Molanus in Natalibus ad diem 25. Martij.

Apud Hildesimensem ciuitatem, in loco, qui dicitur Zulta, monasterium peruetustum S. Bartolomæi, postea congregationi Windesimensi vnitum. Catal. dictæ congr.

In Hildesimensi Diœcesi Præpositura Bosrienſis, cui præfectus fuit S. Benno Episcopus Misnensis. ex illius vita, & ex Bulla canonizationis illius, qui sanctus vixit temporibus Leonis IX. & Henrici III. Imperatoris.

In Hissa prope Sarburch Diœcesis Metensis monasterium S. Laurentij dictæ congregationis, ex eodem catalogo.

INntzchofensis Præpositura canonissarum regul. S. Augustini. Diœcesis Constantiensis. Io. Pistorius in chronico Constantiensi. Item Villa Diœcesis Argentinensis anno 1137. Conradus canonicus Argentinensis condidit collegium canonicorum regulariũ. Miræus de collegijs Reg. cap. 45.

Magdeburgensis Ecclesia metropolitana in Saxonia fuit olim regularis, ex Ioanne de Nigra. ualle in Catalogo, eius fundationem scribit Miræus in collegijs secularium cap. 54.

Moguntina Metropolitana ipsa quoque vsq; ad annum saltem circiter 1000. regularis mansit, ex Gaspare Bruschio in 1. tomo Epitome de Ecclesijs Germaniæ, in Episcopatu Spirensi, & Trithemio in Historia Hirsaugica, sub an. 977. quorum verba infra hoc eodem cap. referemus, & notat etiam Io. Molanus lib. 1. de canonicis c. 14.

Apud Marbach Alsatiæ oppidum Diœcesis Argentinensis anno 1094. quidam vir pius nomine Mangoldus Monasterium canonicorum regularium D. Augustini condidit, auxilio, & opibus viri nobilis Burchardi à Gebelswiler, sedis ipsius

ysdem aggregauit, vt in vita Othonis 43. Episcopi Argentinensis, & lib. de Episcopis Argentinēsibus Franciscus Guillimanus testatur.

In eodem oppido monasterium S. Irenæi martyris congr. Windesimensis. Verùm Miræus in catalogo dictæ congr. ponit oppidum Marbach in Diœcesi Basileæ ad Rhenum fluuium ex opposito oppidi Brisgoiæ, quare vel sunt duo eiusdem nominis oppida, vel decipitur alter horum autorum, cum vnus illud ponat in Diœcesi Argentinensi, alter in Basileensi, vel translatum est de vna ad alteram Diœcesim.

Mathichouiæ in Bauaria, vbi quondam Regum Bauariæ Prætorium fuisse vetusta indicant diplomata, Io. Cuchler cum Catharina coniuge collegium Mystis, id est canonicis Augustinianis instituit circa annum 1413. Miræus de coll. secularium cap. 117. ex Io. Auentino in Annalibus.

Mercheshusen in Hassia Diœcesis Moguntinensis monasterium S. Io. Baptistæ congr. Windesimensis, ex catal. dictæ congregat.

Metensis cathedralis in Lotaringia Prouincię Treuerensis olim canonicos regulariter viuentes habuit, quibus S. Godegrandus eiusdem ciuitatis Episcopus regulam scripsit, & seruandam tradidit circa annū 765. Verùm canonici sub Wasone Episcopo, sicut pleræq; aliæ Ecclesiæ regulam abiecerunt, & facti sunt re & nomine, & conuersatione seculares, & proprietarij. Molanus in notabilibus ad diem 6. Martij ex lib. de vita B. Godegrandi, & ex centuria 8. c. 10. & ante illum Io. Mauburnus in Venatorio canonici ord. lib. 2. parte 5. cap. 30. ex Chronicis Metensibus.

In Episcopatu Metensi sunt duæ amplissimæ Abbatiæ, quorum altera dicitur S. Clementis extra muros ciuitatis Metensis: altera S. Petri Mōtis, vtræ ordinis S. Augustini, ex lib. taxarum Camerę Apostolicæ.

In Metensi Diœcesi videtur fuisse monasteriū canonicorum regularium ordinis S. Augustini sancti Antonij nuncupatum, nam in practica Cancellariæ Apostolicæ typis edita sub Alexandro VI. scribitur cuidam Ioanni Andreæ canonico S. Antonij ordinis S. Augustini Metensis diœcesis, nisi fortè fuerit canonicus ordinis S. Antonij Viennensis: nam & illi dicuntur ordinis S. Augustini.

Mariæ Lapidū monasterium Canonissarum regularium sancti Augustini sic nominatum ad fluuium Altmalum, siue Almonum prope Aychstadium, quod anno 1470. a Gebelmo Episcopo Aychstadensi inchoatum, piorum hominum elemosynis postea auctum & adiutum fuit. Canonissę proprio labore manuum victitant, vt plurimum. Beuschius de Monasterijs Germaniæ fol. 102. pag. 2.

Monasterienſis cathedralis à prima fundatione ex ipsomet illius nomine regularis fuisse concinitur, nam vt Busschecherius autor est, Monasterium tertia erat Episcopalis Ecclesia, quam erexit Carolus magnus in medituſtio regionis Mimingrode dicto loco, qui postea ab insigni ibi fundato monasterio fuit denominatum. Ordinauitque ibi Episcopum Ludgerum natione Frisium fratrem Hildegrini Episcopi Halberstadensis. Huius successor Hermānus dedicauit, & consecrauit Ecclesiam, & monasterium trans aquas in titulum & honorem Virginis Mariæ, quod breui monasterium ita excreuit, adeoque factum est celebre, vt nomen dederit ciuitati, & Episcopo. Quod autē addit Canisius, id monasterium datum sanctimonialibus, parum probabilitatis habet: nunquam enim fuit consuetudo ponendi sanctimoniales in Cathedralibus. Sed tantum clericos, sed quod illam tenerent canonici regulares, expresè testatur Crātius lib. 3. suæ Metropolis cap. 15. dicens: *VVillibaldus enim nonus Episcopus primitias fratribus fructum in temporalibus fecit, post quem Rodo decimus successit, qui Canonicos regulares ex veteri cathedrali Ecclesia cum libru, & clenodijs transtulit, vnde & tunc terræmotus factus fuit.*

Apud Molenbeeke oppidum Diœcesis Mindensis monasterium S. Dionysij congregationis Windesimensis, ex catalogo dictæ congregat.

Montis Sereni monasterium ordinis S. Augustini Diœcesis Magdeburgensis, ex lib. taxarum Apostolicarum.

Montis Fagorum monasteriū B. Mariæ Diœcesis Constantiensis congreg. Windesimensis, ex catalogo dictæ congr.

Monsterlingense canonissarum regulariū D. Augustini Præpositura Diœcesis Constantiensis, Ioannes Pistorius in Chronico Constantiensi.

VII. NEmetenses canonicos malo exemplo quorundam aliorum cathedralium factos ex regularibus seculares, merito queritur Gaspar Bruschius lib. 1. de Episcopatibus Germaniæ: *Sub Balderico*, inquit, XXII. *Episcopo Spirense canonici Nemetum, quemadmodum etiam VVormatienses, & Moguntini monasticæ vitæ professione abiecta, seculares fieri, seorsum habitare, ac propria habere, & annuos prouentus inter se distribuere cœperunt.*

Neunkyrchium monasterium canonicorum regularium S. Augustini abest ab Alba augia cœnobio Benedictino in Norimberga Diœcesis Bambergensis duobus breuibus miliaribus, quod circa annum Christi 1302. Leopoldus Episcopus Bambergensis vigesimus, & Comes de Gruntlach fundauit, & dotauit, ac in eo sepultus fuit anno 1305. Habuit insignes benefactores Burggrauium Noricorum, & Fredericum Marchionem Brandeburgensem, qui dederunt eius monasterij cœnobitis potestatem sylua Norimbergensis, abest monasterium tribus lapidibus à Norimberga. Hæc ex Bruschio fol. 4. pag. 1. vbi etiam catalogum Præpositorum dicti monasterij describit quem vsque ad annum 1546. perduxit.

In Northorn in Westphalia Diœcesis Monasterienſis monasterium S. Mariæ congregatio-

nis Windesimensis.ex catalogo dictæ congregationis.

Nussiense monasteriũ in Diœcesi, & territorio Coloniẽsi circa tempora Philippi 44. Archiepiscopi à nonnullis Colonien sibus canonicis fundatum fuit:cum enim sub illo Antistite Colonienses canonici à regulari obseruantia ad vitam secularem se transtulissent, nõnulli eorum in regulari obseruatione permanere volentes,in loco qui dicitur Nussia monasterium erexerunt,ac ibi sese sub disciplina regulari continuerunt.ex Molano lib.1.de Canonicis cap.14. Viguit autem in dicto monasterio canonicum institutum adeò, vt breui monasterium in congregationem duodecim collegiorum excreuerit:quæ collegia cum suauecolentiam bonæ famæ, & sanctitatis canonicorum regularium congregationis Windesimensis persentissent,in eorum societatem transierunt anno Dni 1430.& sic ex duabus congregationibus effecti sunt vna cõgregatio.Ita Chronicon Windesimense lib.1.cap.44.

Olembergense S.Mariæ vulgò Montis oliuarum cœnobium in Diœcesi Basileæ fundatum fuit anno 1197 à quadam Comitissa, cuius Præpositus habet vsum Pontificalium, & votum in Comitijs Prouinciæ, vt à Reuerendiss. D. Petro Mandero illius Præposito commendatario,& vtriusque signaturæ referendario accepi.

VIII Oeningensis Præpositura Decanatus Stuelningensis Diœcesis Constantiensis ordinis S.Augustini canonicorum regularium, habens sub se moniales eiusdem ordinis. ex Ioan. Pistorio in Chronico Constantiensi.videtur esse eadẽ cum illa de qua Bruschius fol.96.pag.2. ita scribit: *Oeningum cœnobium peruetustum in dextera Rheni supra Steynium Negoma oppidum situm, olim Benedictinæ professionis monachorum,postea verò canonicorum regularium S. Augustini fundatum legitur ab eiusdem nominis Comitibus,quorum stirps defecit anno 1430. Fundatorem Cœnobij vocant Comitem Oeningensem.* Subdit eiusdem monasterij Præpositos vsque ad annum 1540. quo anno inquit incorporatur totum cœnobium mensæ Episcopali Constantiensi ab Antistite Ioanne à Weza Sicãbro Archiepiscopo Lundensi, & Episcopo Rotschildensi.

Ottingense collegium in Bauaria prope ciuitatem Ottingen Diœcesis Salisburgensis, quod Miræus de collegijs secularium cap.28.numerat inter collegia canonicorum secularium,à Carolo magno fuerat fundatum, & dotatum pro canonicis regularibus anno 776.vt illemet testatur.

IX. PAdebornensis cathedralis Prouinciæ Moguntinæ habuit canonicos regulares vsq; ad annum 1254.sicut testatur Bruschius in Epitome Episcopatuum Germaniæ in Bernardo XXI. Episcopo,sic dicens: *Bernardus Quartus huius nominis dictus est. vt canonici Padebornenses obseruantiam regularem,quæ hactenus viguerat, mutarent in secularium canonicorum statum. Obijt anno 1214.*

Patauiensis, siue Passauiensis Ecclesia cathedralis etiam ipsa olim erat regularis.ex Ioanne de Nigraualle,in eadem ciuitate Passauiensi,quæ est in Bauaria: *Monasterium sancti Nicolai Allmanno Episcopo Patauiæ auxilio Agnetis Augustæ, & Henrici Neoburgensis intra mœnia vrbis Auerbaum sita Augustanis mystis exstruxit circa annum 1050.* Ita Auentinus in Annalibus,literæ tamen fundationis habent annum 1074.de hoc Miræus de collegijs regularium cap. 34.

In eadem ciuitate Patauiense Vtilo Dux anno 739.monasterium sacrarum Virginum canonicarum constituxit, quod S.Henricus Romanorum Rex ob preces coniugis Cunegundæ,& Hezelini fratris magnis prædijs,& syluis tributa dotauit. Vide Miræum de collegijs canonicorum regularium cap.17.

Paringense monasterium in Diœcesi Ratisbonæ fundauerunt Conradus, Henricus, & Gebhardus canonicus maioris Ecclesiæ Ratisbonensis fratres,& Comites de Raning,& Rotemburg, vt testatur diploma fundationis Henrici Episcopi Ratisbonensis circa annum 1142. nam Henricus Comes vnus de fundatoribus eodem anno obijt, in dicto monasterio sepultus. Miræus de Collegijs regularium cap 71.

Pragam canonicus regulares introduxisse Carolum IV. Imperatorem scribit Renatus Choppinus in monastico lib.2.tit.2.§.18. ex Dubrauio in Historia Bohemiæ lib.17. vbi dicit,Otho rum Bohemiæ Principem de Bela Hunnorum parto triumpho,erexisse in hostilibus manibus monasterium elatum, ac splendidum,quod Regiam Coronam adtitulauit sub anno 1170 & deinde Carolum IV. Canonicos regulares Pragam acciuisse. Vbi vides ex serie verborum, illo tẽpore canonicos ex cœnobio Regiæ coronæ accitos, quod vbi loci esset,mihi non est compertum.

Peilbergense monasterium ad Soysam in Bauaria aliàs Peijrbergense, vel Beurbergense sub inuocatione Sancti Petri fundatum est anno Domini 1100.per Othonem illustrem virum de Castro Iringi,& à fratribus,& coniuge fundationem probauit,& firmauit Calistus II.anno 1121. Priuilegio Laterani dato.Hæc cum alijs ex Haidio,Miræus de collegijs regularium cap.49.

Pildenreutense monasterium, siue vt Bruschius scribit, Pildenreutum canonicarum regularium S.Augustini in nemore Norimberga non procul à Latomijs initium habuit circa annũ 1340.Ludouico III. Bauaro Imperante, a quinque pijs fœminis,quæ cum ab Imperatore locum ad cœnobiolum in nemore construendum precibus obtinuissent, Imperator loci designandi gratia in nemus è Norimberga egressus,cantu quodam suauissimo audito, & imagine Crucis altæ quercui imminente visa, locum

cele-

cultus designatum intellexit, & primus secum arborem excidendam,ibi loci monasterium ædificandum notauit.Mox Conradus magnus Norimbergensis Patricius,qui cum Imperatore aderat,præsidium optimum, quod in ipsa vicinia habebat,futuræ congregationi perpetuum donum dedit:tandem cum certam regulam non haberet,anno 1378.subdidere se Rabano Aichstedensi Episcopo,qui misso ad eas quodã canonico ex S.Willibaldi collegio nomine Burchardo de Plynfeld eas canonicas S. Augustini Regulares designauit,& Præpositam illis præfecit in die S. Thomæ Apostoli an. 1379 ex Bruschio fol. 100. pag.2.vbi etiam habes catalogum Præpositarum vsque ad annum 1548. Vide etiam Miræum de collegijs regularium cap. 89.

Polingense monasterium vulgo Poling in Bauaria vetustissimam habet fundationem,quæ refertur ad Lanfridum, Waldanum, & Ehlandum fratres Comitis ab Antorf.& Soysa ante annum 783. Verum varias sustinuit pressuras.ferunt primum pro Virginibus sanctimonialibus extructũ postea per Vngaros anno 983. vastatum, deinde reædificatum,& à S.Henrico Imperatore priuilegio confirmatum,dein priuilegio, quod Miræus c.20. de collegijs regularium recitat, non moniales, sed fratres in dicto monasterio degentes nominantur.Auentin⁹ scribit in Annalibus: *Poling,& Ilsedense ab Vngaris afflguntur, amotis illis fratribus apte D. Aurelij Augustini nominantur.* Nihilominus subdit Miræus,Gislam Imperatricẽ, quæ obijt circa annum 1041. Moniales ex illo loco eiectas,& canonicos substituisse.vtcunque sit,canonici regulares vsq; in hodiernũ, locum tenẽt.

Pampurgense in Bauaria fundauerunt Adelheida filia Comitis Comitis de Megsin, ac Irmengarda cũ marito Berengario, & Berengerio, & Conrado à Sultzbach (oppidum Natisconum est) Dynastis ad confinium Tyrol. & Abbsa Pampurg, vbi humanis per hiemat, Cellæ sunt Augustinianæ. Ita Auentinus lib. 5 Annalium, qui etiam libro 7. ponit Pampurgum arcem fuisse in Boiaria Noricorum ad radices Cerauniæ montis,& confluentes Azali,atq; Trimsitam, nunc in collegium Augustinianum Mystarum commutatam.

X. RAtisbonensis cathedralis canonicos regulariter viuentes olim habebat, quos à regularibus institutis relaxatos S.Wolffgangus Episcopus ad normã vitæ regularis reformauit:quod etiam cum canonicis Treuerensibus egerat,cum eius Ecclesiæ esset Decanus.Ita Molanus lib.1.de Canonicis cap.12.& 14.ex Surio in vita S.Wolffgangi,quam habet ad diem 31. Octobris cap.7. & 20.

In eadem ciuitate Ratisbonæ circa annũ 1135. Gebhardus Ratisbonensis canonicus ædificauit monasterium S.Magni canonicis regularibus in Oberbio ciuitatis vltra pontem,cui Rex Conra-

cœlitus designatum intellexit, & primus fecuri arborem excidendam, ibi loci monasterium ædificandum notauit. Mox Conradus magnus Norimbergensis Patricius, qui cum Imperatore aderat, præsidium optimum, quod in ipsa vicinia habebat, futuræ congregationi perpetuum donum dedit, tandem cum certam regulam non haberet, an. 1378. subdidere se Rabano Aichstedensi Episcopo, qui misso ad eas quodã canonico ex S. Willibaldi collegio nomine Burchardo de Phynfeld eas canonicas S. Augustini Regulares designauit, & Præpositam illis præfecit in die S. Thomæ Apostoli an. 1379. ex Bruschio fol. 100. pag. 1. vbi etiam habes catalogum Præpositarum vsque ad annum 1548. Vide etiam Miræum de collegijs regularium cap. 89.

Polingense monasterium vulgo Poling in Bauaria vetustissimam habet fundationem, quæ referuntur ad Lanfridum, Waldanum, & Eblandum fratres Comitis ab Antorf, & Soysa ante annum 788. Verum varias sustinuit pressuras. ferunt primum pro Virginibus sanctimonialibus extructũ postea per Vngaros anno 983. vastatum, deinde restitutum, & à S. Henrico Imperatore priuilegio munitum. sed in priuilegio, quod Miræus c. 20. de collegijs regularium recitat, non moniales, sed fratres in dicto monasterio degentes nominantur. Auentin⁹ scribit in Annalibus: *Poling, & Schlehdorf ab Vngaris affliguntur, annotis illis fratribus ex ista D. Aurelij Augustini nominantur.* Nihilominus subdit Miræus, Gislam Imperatricẽ, quæ obijt circa annum 1041. Moniales ex illo loco eiecisse, & canonicos substituisse. vtcunque sit, canonici regulares vsq; in hodiernũ, locum tenẽt.

Pampurgense in Bauaria fundauerunt Adelheida Sita Curuum Comitis de Megsin, ac Irmegarda cũ marito Berengario, siue Berengerio, & Conrado à Sultzbach (oppidum in Narisci tum est) Dynastis ad confluentes Train. & Abisse Pampurg, vbi humati perhibentur, Collegium Augustinianũ. Ita Auentinus lib. 5. Annalium, qui etiam libro 7. ponit Pampurg olim arcem fuisse in Boiaria Noricorum ad radices Curuanæ montis, & confluentes Azali, atq; Train sitam, nunc in collegium Augustinianorum Mystarum commutatam.

XI. RAtisbonensis cathedralis canonicos regulariter viuentes olim habebat, quos à regularibus institutis relaxatos S. Wolffgangus Episcopus ad normã vitæ regularis reformauit: quod etiam cum canonicis Treuerensibus egerat, cum eius Ecclesiæ esset Decanus. Ita Molanus lib. 1. de Canonicis cap. 12. & 14. ex Surio in vita S. Wolffgangi, quam habet ad diem 31. Octobris cap. 7. & 20.

In eadem ciuitate Ratisbonæ circa annũ 1135. Gebhardus Ratisbonensis canonicus ædificauit monasterium S. Magni canonicis regularibus in suburbio ciuitatis vltra pontem, cui Rex Conradus anno 1138. suburbiũ ipsum donauit, & Hartwecus secundus Episcopus plurima priuilegia, & etiam Ecclesiam in Saler contulit circa an. 1156. & 1161. De eodem Auentinus lib. 6. Annalium. *Conradus, inquit, Henricus, Gebhardus mystæ Reginoburgenses fratres germani in Raning, & Rotemburg Comites, cum matre Mæselda Paning. & D. Magnum ad confluentes Danubij, & Rheni in aduersa Reginoburgi ripa monachis Augustinianis dedicant.* Ita Hundius in metropoli Salisburgensi, & ex illo Miræus de Collegijs Regul. cap. 68. ex quibus habes, eosdem fuisse fundatores huius, & Paringensis monasterij. de quo dictum est supra.

Raitembuchense monasteriũ in Bauaria fundauit Guelpho primus Dux Bauariæ huius nominis, & filius Guelphonis, qui fundauit aliud monasterium in Altorft circa annũ Christi 1185. qui princeps cum postea ad terram sanctam cum multis socijs profectus esset, in suo reditu obijt in insula Cypri, & socij peregrinationis, perfidia Alexij Græcorum Imperatoris, aut interfecti, aut viui Saracenis traditi, ex quibus Thiemo Archiepiscopus Salisburgensis apud Corozaim martyrio est affectus. Miræus de Collegijs regul. c. 76.

Rauersbergense monasteriũ congregat. Windesimensis in diœcesi Moguntina, ex Catalogo dictæ congregationis.

Repdorffium, siue Repdorphense canonicorum regularium S. Augustini Cœnobium præclarum, & elegans ad Altmulam, siue Almonum fluuium supra Aychstadium post ipsam arcem Episcopalem in longè amœnissima valle situm, fundatum, ac exstructum cœptum est anno Domini 1156. sub Episcopo Aychstedensi Domino Conrado à Morspech Friderici Imperatoris præcipuo, & gratissimo Consiliario, ab Imperatrice Domina Beatrice Burgundionum Ducissa, Friderici Barbarossæ secunda coniuge, quæ pagum Repdorphensem donabat Episcopo ad exstruendum monasterium. Episcopus Conradus sibi in eo sepulturam adhuc viuus ordinauit, in quam mortuus depositus est anno Domini 1171. Cubat in eadem Ecclesia Repdorphensi media fere sub insigni ac sublimi marmore Illustris Dominus Gebhardus vltimus Comes Hirsberg. maximus, & Cœnobij huius, & totius Episcopatus Aychstedensis, cui totum Comitatum Hirsbergensem legauit moriens, benefactor. Habuit hoc cœnobium initio sui omnes monachos ferè genere nobiles, quorum gubernator erat Præpositus. Hi cum tandem à virtute maiorum degenerassent, Episcopus Aychstedianus Dominus Ioannes de Quercum substituit melioribus, obseruantiam regularem introduxit anno Domini 1458. sumpta occasione apud Cæsarorum Horti Cœnobium, in quo fuerat dum ad Vormatiensia Comitia sui temporis accessisset, cuius loci disciplina captus, mox domum reuersus, ex hac ipsa Præpositura sua Sancti Augustini Priorat um fecit. Ita Bruschius de monasterijs Germaniæ fol. 102. pag. 2. vbi etiam subnectit numerum Priorum ab ipsa reformatione vsque ad sua tempora. Nunc est monasterium congregationis Windesimensis, vt patet

ex Catalogo dictæ congregationis, & puto per illos de Windesem dictum monasterium anno 1458. fuisse reformatũ. Vide etiam Miræũ c. 74.

Reicherpergense monasterium S. Michaëlis in Bauaria ad Oenum supra Passauiam, siue Patauiã fundauit Bernardus Comes de Reicherperg cũ Dietpurga coniuge sorore Gebhardi Archiepiscopi Salisburgensis, de qua fundatione sic Hundius in metropoli Salisburgensi ex Auentino in lib. 10. Rapsodiarum. *Anno Domini 1664. Reicherperg Castro VVernerus prapotens Botus super flumine Oeno Patauiensis diœcesis, vxor eius Dietpurga soror Gebhardi Archiepiscopi Salisburgensis, vt post mortem vnici filij, & vxoris, cum oriretur lis eo viuo inter agnatos eius de hæreditate, castrum demolitur, D. Michaeli templum dedicat, Canonicis regularibus attribuit. Post Allbinus filius Arbonis fratris huius VVerneri viuente patruo sacerdotes pellit, prædium occupat, VVernerum in tutelam præsenti Gebhardo Archiepiscopo Salisburgensi tradit. paulopost obijt 3. Nonas Octobris, ad arcem S. Crucis cum filio, & vxore sepultus.* Miræus de Collegijs Regular. cap. 41.

Apud Rychenberg oppidum diœcesis Hildesimensis in Saxonia monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis, ex Catalogo dictæ congregationis.

In Riedern loco diœcesis Constantiẽsis Præpositura canonicorum regularium Ordinis S. Augustini Ioannes Pistorius in Chronico.

Ranshouense monasterium S. Pancratij in Bauaria vetustissimum habet fundationem, quã prosequitur Miræus cap. 38. Verùm ex illius discursu ante annum 1100. videtur fuisse Ecclesia sacerdotum secularium. Cæterùm circa illud tempus euocatos inquit ad illud canonicos Augustinianos, quibus Henricus Octauus Dux Bauariæ parochiam, & templum D. Pancratij tradidit. cõtuberniumque initiauit, eiusque religionis sacratis viris, & fœminis dicauit: nam ibi sacratarũ fœminarum cœnobium fuisse testantur pleraq; vestigia, & monumenta quæ ibi extant in libris, instrumentis, templo, & monasterio, maximè Occidentem versus, non plures tamen quàm sex receptæ sunt, quarum vna erat Præpolita. Ita Conradus primus I. D. Pancratij Præpositus, & ex illo Hundius in metropoli Salisburgensi.

Rorense monasterium S. Mariæ in inferiori Bauaria in Vico Rorensi fundatum est anno 1133. per magnum filium Rudperti Comitem Alensbergensem. Miræus de Collegijs regul. cap. 65.

XI. SAlisburgensis metropolitana institutum canonicorum regularium vsque ad annum circiter 1500. retinuit, vt habes ex Pontificali Romano sub Pontificatu Alexãdri VI. edito, in quo ipsa Ecclesia Salisburgensis refertur inter Ecclesias, quæ tunc erant ordinis D. Augustini, quod etiam notatum est in lib. constitutionum Benedicti XII. Romæ per illa tẽpora, vt puto, edito, quã doquidẽ annus impressionis in eo nõ est notatus.

In Sangallensi oppido Heluetiorum Wernerus trigesimus primus Abbas Sangallensis anno 1128. à Lothario Imperatore confirmatus antemuros Sangallenses fundauit, & suis sumptibus Germaniæ fundauit canonicis Augustinianis Seemannus nobilis Bauarus Archidiaconus Ratisbonensis circa annum 1260. Miræus cap. 87.

Schlirense monasterium, quod est ad lacũ nomine Schlirs inter Oenum, & Magualdum flumina ad radices Alpium situm, Benedictinis monachis prius traditur fundatum: verùm cum per Vngaros esset vastatum, Henricus Dux Bauariæ ex familia sancti Leopoldi illud anno 1140. cum alijs restauratum, canonicis regularibus tradidit, vt ex Auentino, & Hundio. Miræus cap. 18. notauit.

Sobense monasterium in Bauaria inferiori dicitur fundatum ab Engelberto III. huius nominis Carinthiæ Duce, ex familia Comitum Ortembergensiũ, vna cum coniuge sua Vita Comitissa de Sultzbach. vt notat Miræus cap. 51. ex Auentino. videtur esse in diœcesi Patauiensi.

In Swauenheim loco diœcesis Moguntinæ monasterium B. Mariæ congregationis Windesimensis. ex Catalogo dictæ congregationis.

TReuerensis Ecclesia metropolitana ab institutione fuit regularis, in qua circa annum 957. Henricus Archiepiscopus, qui Ruigero successerat, canonicam disciplinam instaurauit, exstructis officinis, & claustro circa Ecclesiam S. Petri. *Hæc est maior Ecclesia Treuerensis* inquit Trithemius in Historia Hirsaugica sub anno 967. *in qua hoc tempore sic ut in cæteris antiquis Ecclesijs canonici secundum regulam ex præscripta in communi viuebant, vnam habentes mensam, vnam horam, vnumque commune dormitorium, sicut hodie intra nos iuxta normam nobis propositam conuersantur.* tamen paulo post ijdem canonici abiecta regula, ad seculares transierunt, eodem Trithemio attestante, & in hunc modum scribente in præcitata Historia Hirsaugica sub anno 977. *anno illo nouus Theodoricus Archiepiscopus Treuerensis, sub quo canonici maioris Ecclesiæ ibidem abiecta regulari vita, quam hucusque in eadem Ecclesia maiores eorum instituerunt, desierunt esse regulares, & facti sunt sæculares, & se & conuersationẽ seculari ei. Quorum exemplo & canonici quoque S. Paulini Treuerensis, S. Cassiorum Confluentia, Moguntinensis, Virdunensis, Spirensis, & complurium aliarum Ecclesiarum, diuersi quidem temporibus. sed vno impietatis flatu, regularem vitæ communitatem abiecerunt.* Hactenus ex quibus habes, vsque ad illa tempora antiquas Ecclesias Germanorum omnes regulares extitisse. Florebat maximè in eadem Ecclesia institutum canonicum sub Regula D. Augustini circa tempora Abrunculi 46. Archiepiscopi, vide Mauburnum in Venatorio lib. 2. p. 5. cap. 50.

In eadem ciuitate Treuerensi erat collegium regulare S. Paulini, quod postea exemplo maioris Ecclesiæ

clesiæ maioris ad secularitatem transiuit, vt ex di
stis patet.

In eadem Ciuitate, vel Diœcesi monasterium
Vallis Brundi ex lib. taxarum Apostolicarum.

In Tullensi diœcesi prouinciæ Treuerensi
sunt duo monasteria canonicorum regularium
exlib. taxarum, quorum vnum dicitur Calmon
tense, alterum de Lunariuilla, cuius etiam fi
mentio in lib. constitutionum Benedicti XII. I
eadem diœcesi est monasterium S. Petri vulgo d
Symon, quod à Dominis Canonissis Armomo
rensibus, vulgo de Caremon ante annos quin
gentos legitur fundatum, vt ex relatione viro
rum eius loci fide dignorum accepi.

*Trutenhusanum monasterium Ordinis canonico
rum regularium S. Augustini ad pedem altissimi montis
sancti Orbani Alsatiæ ad Vologum perantiquo loco fi
tum, fundatum est in honorem B. Virginis Mariæ, ac
sancti Nicolai Episcopi sub Lucio eius nominis tertio
Romanæ Sedis Maximo, Imperatore verò Friderico Barba
rossa Sueuo, & Alsatiæ Duce, potentissimique sanctæ
Crucis Cruciferi advocato anno Domini 1181. à Domina
Hiltegardi sanctæ, ac deuotissima Abbatissa, in altitudine,
sive sancta Cruce monasterio, & à Domino Guntherio
pro tunc fratre prædictæ Abbatissæ nobilissimo viro.*
Bruschius fol. 153. pag. 1. prædictum verò mona
sterium per canonicos Windesimenses fuit re
formatum, extrui curauit Præpositurum S. Leo
nardi, quæ erat regularium aliquot canonicorũ
habitatio, ac cœnobium, quod tamen Abbatis
Cœnobi tempore iterũ propter bellicos tumul
tus postea euersum est, cum floruisset annis 350.
anni redditus sunt Sangallum translati. Postea
exortum est penitus vanitami S. P. Q. Sangallensis
sententia anno Christi 1530. Gaspar Bruschius
fol. 116. pag. 2.

Item ex arce Ittigensi monialium cœnobiũ
fecit, & collegium duodecim canonicorum re
gularium. ita Bruschius fol. 116. pag. 2.

In Sangallensi ditione in loco dicto Thurgo
uia Præpositura S. Alexandri, in qua manebant
duodecim canonici tempore Gerardi 24. Abba
tis Sangallensis. ex eodem Bruschio fol. 115.

In Sambeco oppido diœcesis Ratisbonensis
monasterium S. Georgij martyris congregatio
nis Windesimensis. ex Catalogo dictæ congre
gationis.

Schamhaupten'se monasteriũ supra vicũ Alt
mannstain diœcesis Ratisponensis fundauit nobi
lis matrona Gertrudis vidua Berchtholdi, cum fi
lia Luitgarda circa annum Domini 1130. quam
fundationem confirmauit, & auxit dote Henri
cus Episcopus Ratisponensis, meminit dicti
Berchtholdi Auentinus lib. 6. Annalium. Miræus
de collegijs regularium cap. 63.

Schlechdorfense monasterium in Bauaria su
periore antiquam habet fundationem à Comi
tibus ab Altorff & Layssa, sub Vtilone Duce Ba-

clesiæ maioris ad secularitatem transiuit, vt ex dictis patet.

In eadem Ciuitate, vel Diœcesi monasterium Vallis Brundi ex lib. taxarum Apostolicarum.

In Tullensi diœcesi prouinciæ Treuerensis sunt duo monasteria canonicorum regularium, ex lib. taxarum, quorum vnum dicitur Calmonsiscus: alterum de Lunariuilla, cuius etiam fit mentio in lib. constitutionum Benedicti XII. In eadem diœcesi est monasterium S. Petri vulgo de Symon, quod à Dominis Canonissis Armomonensibus, vulgo de Caremon ante annos quingentos legitur fundatum, vt ex relatione virorum eius loci fide dignorum accepi.

Trutenhusanum monasterium Ordinis canonicorum regularium S. Augustini ad pedem altissimi montis sanctæ Otiliæ in Alsatia ad Vologum peramœno loco situm, fundatum est in honorem B. Virginis Mariæ, ac sancti Nicolai Episcopi sub Lucio eius nominis tertio Pontifice Maximo, Imperatore verò Friderico Barbarossa secundo, & Alsatiæ Duce, potentissimique sanctæ Otiliæ Cœnobij aduocato anno Domini 1181. à Domina Herrat Landspergensi, ac deuotissima Abbatissa, in Altitona, suo sancto Otilia monasterio, & à Domino Guntbero eiusdem loci prædicta Abbatissa nobilissimo viro. Bruschius fol. 153. pag. 1. prædictum verò monasterium per canonicos Windesimenses fuit reformatum, extrui curauit Præposituram S. Leonardi, quæ erat regularium aliquot canonicorũ habitatio, ac cœnobium, quod tamen Abbatis Comonæ tempore iterũ propter bellicos tumultus postea cuersum est, cum floruisset annis 350. annis redditus sunt Sangallum translati. Postea cuersum est penitus vnanimi S. P. Q. Sangallensis sententia anno Christi 1530. Gaspar Bruschius fol. 116 pag. 2.

Idem ex aree Ittigensi monialium cœnobiũ fecit, & collegium duodecim canonicorum regularium, ita Bruschius fol. 116. pag. 2.

In Sangallensi ditione in loco dicto Thurgouia Præpositura S. Alexandri, in qua manebant duodecim canonici tempore Gerardi 14 Abbatis Sangallensis, ex eodem Bruschio fol. 115.

In Sambeco oppido diœcesis Ratisbonensis monasterium S. Georgij martyris congregationis Windesimensis, ex Catalogo dictæ congregationis.

Schamhaupten'se monasteriũ supra vicũ Altmanstain diœcesis Ratisponensis fundauit nobilis matrona Gertrudis vidua Berchtoldi, cum filia Luitgarda circa annum Domini 1130. quam fundationem confirmauit, & auxit dote Henricus Episcopus Ratisponensis, meminit dicti Berchtoldi Auentinus lib. 6. Annalium. Miræus de collegijs regularium cap. 63.

Schlechdorfense monasterium in Bauaria superiore antiquam habet fundationem à Comitibus ab Altorff & Layss, sub Vtilone Duce Bauariæ, sed Auentinus relatus à Miræo de collegijs regularium cap. 29. dicit: *Schlechdorf, & Poing post Vngarorum deuastationem receperunt regulam S. Augustini: nam ab vsitto erant ordinis D. Benedicti.*

Secanis, quæ Insula est in Rheno sita, erat Secingense cœnobium, à S. Fridelino Scotorum, & Hyberniæ Regis filio, qui Philosophiæ studijs præclarè imbutus, & Ecclesiasticæ vitæ in primis studiosus peregrinari statuit plantandæ religionis, & propagandi Christianismi causa, fundatum anno 495. confirmatumque à Rege Galliarum Clodoueo. ferunt illum in Gallias ad S. Hilarium Pictauiensem uisse, & inter illius monachos vixisse, & S. Hilarium à terra leuasse, & Clodoueo adiuuante, magnificum ibi cœnobium erexisse, Deinde in Belgium profectum apud Mosellam in honorem S. Hilarij aliud monasterium erexisse, & aliud etiam eiusdem nominis in Vosagi mõtis cacuminibus fundasse: aliud item Argentinæ: inde per Burgundiones ad Curiam Rhetorum venientem, aliud ibi monasteriũ D. Hilarij fundasse: tandem in Augiam Secingensem reuersum in Insula Sicania cœnobiũ instituisse, quod modo factum est collegium canonicorum secularium, vbi solent esse octo Canonissæ, & octo Canonici. Hæc ex Miræo de collegijs secularium cap. 7. vbi alia multa habet; Verùm ex dictis colligitur S. Fridelinum ex primis S. Patricij discipulis fuisse, cum S. ipse Patricius illius ferè tempora æquauerit. Quod autem dicitur illum ad S. Hilarũ iuisse, puto de Ecclesia, vel de cadauere, vel de monasterio S. Hilarij intelligendum, non de ipso S. Hilario Episcopo, & in viuis agente, quomodo enim, qui anno 495. Secingensis monasterij iecit fundamenta, S. Hilarij discipulus esse potuit, qui plenus dierum obijt circa annum 369. cuiusq; discipulus fuit B. Martinus S. Patricij ex filia sororis auunculus, vt Baronius tom. 4. sub anno 369. nu. 23 & alij notant? vtcunque sit, cum constet S. Hilarij, & etiam S. Patricij monachos eosdem fuisse cum illis, qui clerici regulariter viuentes nunc dicuntur, constat monasteria per S. Fridelinum fundata clericorum extitisse.

Spirensis cathedralis etiam ipsa ante annum circiter millesimum erat regularis, ex Trithemio in Hist. Hirsaugia sub anno 977. Molano lib. 1. de canonicis cap. 14.

Sigebergensis Ecclesia cathedralis in Prouincia Bremensi cuius fuit canonicus regularis S. Meinardus Liuoniæ Apostolus. ex Arnoldo Abbate Lubecensi in Chron. Slauorum lib. 7. cap. 8. & 9. Martino Baronio in Vita S. Meinardi nuper edita Cracouiæ anno 1610. Huic Meinardo scribit Innocentius III. in cap. Deus qui. de Vita & honest. clericorum, de eodem Baronius tomo 12. Annal. sub anno 1185. post medium.

Propè Segemberch in Holsatia diœcesis Lubecensis monasteriũ B. Mariæ, & Ioannis Euangeli-

flæ congregationis Windesimensis, ex Catalogo dictæ congregationis.

Semenshausense monasterium in Pago Rodani inferioris, vt apparet ex catalogo monasteriorum dictæ congregationis. Cæterùm Comites, seu nobiles de Lanspergio, vt pote ab illorum atauis fundatum illud nunc sibi vendicarunt.

Turicense monasterium S. Martini Diœcesis Constantiensis congregationis Windesimensis. ex Catalogo dictæ congregationis.

Wirdunenses clerici ante octingentos annos regulares erant, & in monasterio degentes, vt notat Molanus, de monasterio Wirdunensi verba faciens lib 1. de canonicis capite 4. & 11. quanquam ita rem componere videatur, vt illi regularem, & communem quidem vitam in monasterio tenerent, sine tamen vlla votorũ emissione, quod quàm à veritate alienum sit, superiùs indicauimus. differt autem Ecclesia Wirdunensis à monasterio Werdæ fundato, de quo idem Molanus in Natalibus ad diem 1. & 2. Martij: nam primo idem Molanus fundatorem facit B. Ludgerum primum Episcopum Monasteriensem: alterius verò S Luitbertum, cuius vitam sub die 1. Martij describit: cõstat autem hoc secundum fuisse monasterium clericorum, ex illius Præposito sancto Willeico, qui vt Molanus dic 2. Martij notat, cõuentus nouellæ Traiectensis Ecclesiæ canonicus extitit, quam regularem fuisse superiori capite iam probauimus, est in diœcesi Colonien si.

XIII Viennæ Austriæ est Præpositura canonicorũ regularium S. Dorotheæ, cuius Præpositus in sacris vtitur Pontificalibus, vt à viris illius ciuitatis religiosis, & fide dignis accepi.

Apud eandem ciuitatem, in diœcesi tamen Passauiensi, seu Patauiensi est insignis Præpositura S. Mariæ, nunc S. Leopoldi ab illius fundatore nuncupata. fundauit enim illam S. Leopoldus Austriæ Dux cognomento Pius octauo ab inclita Viennensi Vrbe lapide, Ottone Pontifice primùm Principis rogatu, lapidem, iacente, quam secularibus clericis cum largo censu principio donatam, quòd illi incurius, quàm par esset, rem agerent, Augustinianis monachis resignauit, atque vt id fixum, & ratum perpetuo foret, ab Innocentio II. diplomata, quibus pleno ore Leopoldus laudatur, & honoris ergo B. Petri filius vocatur, impetrauit. Ista ferè ad verbum Miræus de collegijs regularibus cap. 73.

Sunt etiam in Prouincijs Austriæ, Stiriæ, & Carinthiæ sex alia canonicorum monasteria præcipua, vt ex relaxatione virorum fide dignorum didici. Verũ, quòd illorum nomina, & fundationes nullo authentico documẽto, licet multo labore ex illorum Præpositis conquisita, hactenus habere potuerim, nihil de illis scribendum iudicaui.

Wittembergæ Saxoniæ oppido diœcesis Hildesimensis monasterium B. Mariæ congregat. Windesimensis, ex Catalogo dictæ congregationis.

In Vden oppido Ducatus Cliuiæ diœcesis Colonien sis monasterium S. Spiritus eiusdem congregationis. ex dicto Catalogo.

In Wolckerdinckhusen oppido diœcesis Padebornensis monasterium S. Ioannis Baptistæ eiusdem congregationis. ex dicto Catalogo.

Waldseense monasterium est Præpositura canonicorum regularium in Sueuia intra Mœnia oppidi Waldzensis ad amplum lacum, vnde monasterio, & oppido nomen deductum, fundata. Primus illius fundator fuit Fridericus II. Sueuorum Princeps, qui postea fuit Romanorum Imperator, qui eius fundamenta iecit anno 1181. de quo Imperatore, & illius coronatione, & dictæ Præposituræ fundatione Bruschius fol 178. pag. 2. & ex illo Miræus cap. 79.

Werarnense in Bauaria fundauit circa annũ 1133. Sigebotho Comes de Falckenstain, & Neuburg, vt patet ex diplomate fundationis, quod talc est: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis notum sit omnibus Christi fidelibus, quòd ego Sigebotho Dei gratia aliquando Comes in honorem Domini Iesu Christi, eius que perpetuæ Virginis Matris Mariæ, necnon omnium Sanctorum pro remedio animæ meæ, & quondam coniugis meæ Adelhaid, nostrorumque filiorum Sigarthoni, & Gertrudæ, omniumque parentum nostrorum partem hereditatis meæ concedentibus nostris propinquis ad construendam in honorem Principum Apostolorum Petri, & Pauli vinariam cellam contradidi, in qua Deo opitulante canonicos sub Regula B. Augustini communem vitam profitentes locare disposui. singula autem ad sublcuandam necessitatem eorum delegata in carta præsenti subscripsi, & rata testium adpositione infra positorum corroborari.*

XIV Vlme in Bauaria S. Michaeli Archangelo Vltegose cœnobium ordinis, & institutis regularium canonicorum S. Augustini quod nunc extra loci mœnia situm est, olim intra ipsa Ciuitatis Vlmensis mœnia situm erat in monte Frisicino, & hodie adhuc S. Michaelis tumulo nuncupatur primum coepit anno 1183. indictione secunda, imperante Friderico Barbarossa Romano vero cathedram Petrinam tenente Lucio III. Pontifice Maximo, ad Episcopatum autem Constantiensem, & Abbatiam Augiensem sedente Ottobelmo, fundatum, ac constructum à nobili, ac generoso viro Vlrico Comite de Albengleso, & eius coniuge Domina Berta, in hoc ipso cœnobio quiescentibus, & sub honorifico tumulo humulatu. Hæc Bruschius fol. 127. pag. 2. vbi Catalogum Præpositorum deducit.

Vltenhusium monasterium Marchionatus Burgonensis in Sueuia ad Camlachum amnem modo euntem inter Vlmam, & Augustam situm ordini canonicorum regularium Sancti Augustini fundatum est anno Christi 982. à Conrado equite aurato, & Vlrichro fratribus Comitibus de Rothenstein, & Domina Gertrude eorum matre: pergit enim tantum ager à finibus ad exstruendum locum sacrum, quantum ipse vnus

ter statim arare posset circumscribere, quod cum à finibus impetrasset, ipsa mira parsimonia, & lenitate arandi adeo auara, ad spatium, quod hodie adhuc ipsis circumiacentibus, & aratrum in sinu gestans circumscripsit. & obtinuisse legitur. Bruschius de monasteriis Germaniæ fol 180. pag. 1.

Wormatiensem cathedralem olim Wangionum nuncupatum vsque ad annum circiter millesimum sub regulari districtione mansisse, habes ex Trithemio in Hirs. Hirsaugica ad annum 977. cuius verba superius sunt relata. Adstipulatur Bruschius in primo libro de Episcopis Germaniæ sub Baldrico Vigesimo secundo Episcopo Spirensi, cuius verba supra sunt recitata. In Cantate Wormatia est monasterium, quod dicitur Hortus B. Mariæ, congregationis Windesimensis ex Catalogo dictæ congregationis.

Vndestorfense monasterium ad Gelonum fluuium in Bauaria anno 1126. regnante Lothario nobilis vir Otho Palatinus Comes de Witspach maior, Pater Othonis postea Ducis Bauariæ ædificare cœpit in honorem Dei Omnipotentis, B. Mariæ Virginis, necnon SS. Apostolorum Petri, & Pauli. Anno aũt 1131 ab Innocentio II confirmationem impetrauit, cuius Bulla extat, in qua etiam sanciuit, vt nullus per violentiam, sed per fratres secundum regulam B. Augustini Præpositus liberè eligeretur, ac constitueretur. Prædictus Otho de Vndestorff suum prædiũ Vndestorff tradidit monasterio, quàm traditionem confirmauit Lotharius anno 1130. puto esse errorem Libertij, & legendum 1130. Ita Miræus de collegijs regularium cap. 60. Videtur esse idem cum monasterio Vndisdorfensi, de quo scribit Bruschius fol. 157. pag. 2. nam nomina monasterij, & fundatoris conueniunt. verùm discordant primò circa locum, quia Bruschius suum cœnobium Vndisdorfense constituit ad Vilsum amnem in Norico situm: Miræus verò ad Gelonum fluuium. Secundò quia Bruschius illius fundationem refert ad tempora Friderici Barbarossæ, qui imperauit vsque ad annum 1190. verùm Miræus longè anteriorem facit, & ponit sub anno 1126.

S. Zenonis Cœnobium in Norico fundauit Conradus Archiepiscopus Salisburgensis nepos Rabonis Comitis Abensipergẽsis, apud Reichenhalin Norico, canonicis regularibus S. Augustini, primumq; ibi Præpositum Lenzonem ordinauit, qui Conradus obijt anno 1147. postquam Ecclesiam Salisburgensem annis 46 laudabiliter rexisset. Ita Miræus cap. 72. ex Auentino lib. 6.

In Zindelfingen oppido diœcesis Constantiensis monasterium S. Martini congregationis Windesimensis. ex Catalogo dictæ congregationis.

dict spatio aratro posset circumscribere, quod cum à principe impetrassit, ipsa mira parvitatis, & levitatis aratrum adornans, id spatium, quod hodie adhuc isti vendæ parat obequitans, & aratrum in sinu gestans earum scripsisse. & olim visse legitur. Bruschius de monasterijs Germaniæ fol. 180. pag. 1.

Wormatiensem cathedralem olim Wangionum nuncupatum vsque ad annum circiter millesimum sub regulari districtione mansisse, habes ex Trithemio in Hist. Hirsaugica ad annum 977. cuius verba superius sunt relata. Adstipulatur Bruschius in primo libro de Episcopis Germaniæ sub Baldrico Vigesimo secundo Episcopo Spirensi, cuius verba supra sunt recitata. In Civitate Wormatia est monasterium, quod dicitur Hortus B. Mariæ, congregationis Windesimensis ex Catalogo dictæ congregationis.

Vndestorfense monasterium ad Gelonum fluvium in Bauaria anno 1126. regnante Lothario nobilis vir Otho Palatinus Comes de Wittelspach maior, Pater Othonis postea Ducis Bauariæ ædificare cœpit in honorem Dei Omnipotentis, B. Mariæ Virginis, necnon SS. Apostolorum Petri, & Pauli. Anno aût 1131 ab Innocentio II confirmationem impetrauit, cuius Bulla extat, in qua etiam sanciuit, vt nullus per violentiam, sed per fratres secundum regulam B. Augustini Præpositus liberè eligeretur, ac constitueretur. Præfactus Otho de Vndestorff suum prædiû Vndestorff tradidit monasterio, quàm traditionem confirmauit Lotharius anno 1230. puto esse errorem Librarij, & legendum 1130. Ita Miræus de collegijs regularium cap. 60. Videtur esse idē cum monasterio Vndisdorfensi, de quo scribit Bruschius fol. 157. pag. 2. nam nomina monasterij, & fundatoris conueniunt. verùm discordant primò circa locum, quia Bruschius suum cœnobium Vndisdorfense constituit ad Vilsum amnem in Norico situm: Miræus verò ad Gelonum fluvium. Secundò quia Bruschius illius fundationem refert ad tempora Friderici Barbarossæ, qui imperauit vsque ad annum 1190. verum Miræus longè anteriorem facit, & ponit sub anno 1126.

S. Zenonis Cœnobium in Norico fundauit Conradus Archiepiscopus Salisburgensis nepos Iliborni Comitis Abensipergēsis, apud Reichenthal in Norico, canonicis regularibus S. Augustini, primumq; ibi Præpositum Lenzonem ordinauit, qui Conradus obijt anno 1147. postquam Ecclesiam Salisburgensem annis 46 laudabiliter rexisset. Ita Miræus cap. 72. ex Auentino lib. 6.

In Zindelfingen oppido diœcesis Constantiensis monasterium S. Martini congregationis Windesimensis. ex Catalogo dictæ congregationis.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

De Monasterijs Canonicorum existētibus in Prouincijs Moraviæ, & Silesiæ, necnon in Regnis Poloniæ, Suetiæ, & Norvvegiæ.

PRouincias Moraviæ, & Silesiæ, licet sint verè in finibus Alemanniæ, & inter illius prouincias numerandæ, cum Poloniæ regno coniungimus, tum ob vicinitatem: sunt enim intermediæ quædam regiones Sarmatiam Europæam, siue Poloniam ab Alemania diuidentes: tum quod maior illarum pars quoad spiritualia Archiepiscopatui Gnetznensi subijci videatur. 1.

In Moravia ciuitate Olomutiensi est insignis Præpositura omnium Sanctorum, cuius Præpositus vtitur insignijs Pōtificalibus. Hæc Præpositura fundata est ab ipsismet canonicis regularibus ex ruinis cuiusdam alterius monasterij Langstronensis nuncupati, & ab hæreticis vastati paulo ante Alexandrum VI. in Ecclesia, quam à cathedralibus canonicis obtinuerūt, à Ioanne Waridinensi Episcopo antea instaurata. Monasteriū ipsi regulares canonici seu Ioannes Stiacoka primus loci Præpositus erexerunt propriis sumptibus sine alicuius molestia, vel grauamine, quod Rex Vladislaus suo priuilegio muniuit, & sub protectione Regia suscepit. Constant omnia ex carta priuilegij eiusdem Vladislai facta in ciuitate Olomutij anno 1510. cuius hæc sunt verba: *Præterea cum peculiariter simus erga templum sub titulo omnium Sanctorum, & monasterium Olomutij summo templo proximum affecti, quod Reuerendissimus Ioannes quondam VVaridinensis ex fundamento refici & ædificari curauit, illud prouisione ampliauit, necnon Reuerendiss. Ioannes Stiacoka ibidem apud omnes Sanctos Præpositus primus Venerabilem Conuentum impensis suis absque molestia, & solicitudine aliorum hominum monasterium fundauit, & templo adiunxit prouidit, ampliauit, & huc vsque illud augeri non sine magna vigilia & alimentorum exiguatione, & laudabiliter Dei cultus continuari ab incolentibus religiosis haud prætermittitur, &c.*

Porro huic monasterio sic erecto adiunxerunt se alia quædam canonicorum monasteria, in eadē prouincia consistentia, ex quibus, quæ ex literis ad nostrum Procuratorem Generalem Romam transmissis collegi, sunt Præpositura Fulnecensis, cui nunc præsidet R.P. Dominus Thomas Silerus, & Præpositura Sterabergensis, siue Stambergensis, quam moderatur R.P. Dñs Matthias

Farcensis,& aliæ quædam, quibus in vnam congregationem vnitis Alexander VI. titulũ, & priuilegia canonicorum regularium Lateranensiũ concessa,& concedenda indulsit, & illos ab omnimoda iurisdictione Ordinariorum exemit, & sub immediata Sedis Apostolicæ protectione recepit,& ego dicta priuilegia hic Romæ vidi.

In oppido Glatz erat antiquum Cœnobium, ex quo accepti canonici,qui Cracouiæ Casimirię in monasterio Corporis Christi anno 1405. primitus sunt constituti.ex Historia fundationis dicti monasterij: sed timeo ne recentibus ruinis bellorum sit ab Hæreticis euersum.

In Silesia diœcesi Vratislauiensi reperio notatam Abbatiam S.Mariæ de Sagano congregationis Aroasiẽsis,cuius Abbas nomine Alardus scriptus est in Calendario defunctorum dictæ congregationis.ex Miræo de Collegijs Regularium cap.10.hoc puto esse idem cum monasterio item Abbatiali sanctæ Mariæ in eadem diœcesi, fortassis etiam ciuitate,fundato anno 1134. à nobili viro Petro de Dara Comite in Slertyn. ex quadam relatione,quam ex Polonia nuper transmissam accepi.

II. IN Regno Poloniæ vsque ad tempora Benedicti Papæ XII.parum videtur propagatus ordo canonicorum regularium, quandoquidem in bulla generalis reformarionis in cap. de Capitulis prouincialibus,vbi omnium prouinciarũ meminit, in quibus tunc regulares canonici degebant, nulla huius regni mentio videtur habita. Cæterùm fuisse tunc temporis, & longè ante illud in varijs illius vetustissimi regni prouincijs canonicos regulares, conuincunt monasteria in eodem regno ab antiquo tempore fundata, nam in regno Poloniæ

Prima Ecclesia Culmensis cathedralis prouinciæ Rigensis à sua prima institutione fuerat regularis,vt habetur in vita B. Iuthæ viduæ Prutenæ,& Oblatissæ eiusdem Ecclesiæ, quæ cũ apparitionibus miraculosis obijt 5.Maij,in eadẽ Ecclesia Culmensi sepulta an. 1293. Extat eius vita descripta idiomate Polonico ad finem libelli Vitæ B.Stanislai canonici regularis, ex monasterio Corporis Christi Casimiriæ: iam paucis ab hinc annis in latinum vertit Martinus Baronius, quæ impressa est Cracouiæ anno 1610. Ex monasterijs verò extra Ecclesias cathedrales sunt:

Secundum, Tremesnensis Abbatia,fundata est anno 965.à Miesćko primo Principe Christiano huius nominis,ex relatione,quam licet concisam transmisit R. P. D. Christophorus Lomiroscki regularis ad monasterium Corporis Christi Casimiriæ canonicus.

Tertium, Abbatia Teruenensis B.Mariæ in Mastouia,quod habet sub se nouem monasteria, licet illorum nomina non acceperim.

Quartum,sanctissimi Corporis Christi Casimiriæ prope Cracouiam fundatum per Casimirum II.Regem Poloniæ anno 1347.ex occasione miraculosæ inuentionis diuini sacramẽti Enchyrisliæ,ablati, & proiecti cum delatorio arco in paludem Motta iuxta villam Vauel,quod monasterium cum præfatus Rex testamento regularibus canonicis legasset, Vladislaus Secundus dictus Iagello Lituanus fundator Academiæ Cracouiensis ex oppido Glatz diœcesis Pragẽsis introduxit anno 1405.in crastino Annunciationis B.Virginis,cum solemnitate omnium processionũ Cracouiæ,& præsentia multorum Senatorũ Regni. Floruit in hoc monasterio B. Stanislaus dictus loci canonicus,& Subprior,cuius sanctitatẽ declarauerunt miracula quæ post illius mortem, quæ contigit an.1489.tertia die Maij,sunt secuta, ex quibus primo statim anno 173. per presbyteros dicti monasterij sunt notata, & in Carthophilacijs seruata,quæ cum alijs vulgari idiomate Polonico,vnà cum vita eiusdem B. Viri de licentia Illustriss.& Reuerendiss.Dñi Bernardi Episcopi,& S.R.E.Cardinalis typis sunt mandata. Eius virtutis in releuandis ægrotis maximè manifestatur. Hi canonici veste alba,& Rochetto, & Almutio coloris violacei in Ecclesia vtuntur cum birreto clericali. porro ex hoc monasterio alia multa cœnobia originem acceperunt.

QVintum,Bichouiense in Russia,quod Excellentissimus D.Ioannes Carolus excretatus Regni Generalis, & Lithuaniæ Dux strenuissimus inchoauit anno 1618.& magnificè perficiendum ex testamento legauit, annexum monasterio Corporis Christi Casimiriæ.

Sextum,ad montem Silicensem in Lithuania quod nuper Illustrissimus,& strenuus vir D.Nicolaus Wolichi Castellanus Witebstensis fundauit aduocatis ex monasterio Casimiriæ quatuordecim canonicis.

Septimum,B. Mariæ prope fluuium Iasiolda diœcesis Caminensis, quod est congregationis Windesimensis.ex Catalogo monasteriorum dictæ congregationis in fine.

Octauum,S Ægidij Cledauorense in diœcesi Gnesnensi.ex libro taxarum Camerę Apostolicę.

Præter hæc sunt alia monasteria, quæ cũ prædictis sunt numero viginti,vt ex relatione prædicti R. Patris Christophori Lomiroski habui, quorum canonici generalem vnionem in vnum corpus congregationis sub vno capite, vt audio, percupiunt,& forsan tractant:quorum pium desiderium Deũ adiuuando prosequi obnixius obsecro.mihi enim ex tot monasteriorũ ruinis,quas hactenus didici, firmissimè suadeo, hanc vnicam post supernum auxilium relictam nobis viã, quæ modò supersunt monasteria sub canonica distinctione seruandi,qua præcisa,omnia tandem euertere necessarium erit.

Sunt præterea in regno Poloniæ multa monasteria certi Ordinis canonicorum regularium S. Augustini, S.Mariæ de Metri,siue de Pœnitentia

beato-

beatorum martyrum nuncupati, qui habent vnum Generalem,cui obedientiam præstant, ex quo ordine fuit B. Michael Lituanus quatuor mortuorum suscitator mirificus. de quo ordine edita in libello sanctorum Poloniæ edito Cracouiæ 1610.

IV. FLoruerunt in hoc regno in primis B.Meynardus Episcopus de Segeberg canonicus regularis,& primus Liuoniæ Apostolus, qui obijt Rigæ anno 1205.miraculis clarus,in Ecclesia maiori sepultus, cuius vita idiomate Polonico descripta cum vita B. Stanislai canonici Casimiriæ, item regularis,& B.Iutæ Prutenæ Oblatissæ numeris latinum versa,edita est Cracouiæ, scilicet anno 1610.huic scribit Innocentius III. in cap. Deus qui de vita, & honestate clericorum. Sed & alij canonici regulares eidem prouinciæ Liuoniæ ad fidem Christi adducendam impensissimè operam dederunt,quorum meminit Innocẽtius III.in epistola ad dictum Episcopũ Liuonię data, cuius fragmentũ habetur in Decretali dicto cap. Deus qui,de vita,& honestate clericorum. Vnde verosimillimum est,illos viros Apostolicos cum Euangelio,& fide Christi multa etiam canonicorum regularium Seminaria plantasse: etsi ob locorum distantiam illorum nomina hic non teneamus. B. quoq; Iuo Episcopus Cracouiensis patronus S.Iacynti S.Dominici discipuli,qui Parisijs habitũ canonicorum regularium assumpsit. S.item Adalbertus Pragensis primum, deinde Gnesnensis Episcopus,& martyr,& alij, de quibus in Catalogo dicemus.

In Regnis etiam Suetiæ,& Norwegiæ,& Pannoniæ fuisse temporibus Benedicti XII. quamplura Canonicorum Cœnobia,illa eius verba indicant, per quæ de Capitulis prouincialibus in singula prouincijs celebrandis disponit,cum in quæ *Prouincie Strigoniensis, Colocensis, & Guetzuenbicen Episcopatu Caminensi pro vna, scilicet prouincia,& infra Regna Dacie. Norwegie,& Suetie pro vna prouincia deputentur.* Cæterùm propter bellicas rusticationes,& Religionum immutationes, puto dicta monasteria in dictis Regnis cum fide Catholica interijsse.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

De institutione, & propagatione Canonicorum Regularium in Imperio Orientali.

I. SAnctissimus Pontifex Benedictus huius nominis XII.cuius zelo, & pietati totus ordo canonicorum Regularium tantum debet, quãtum nulli Romano Pontifici vnquam magis, in Bulla reformationis

beatorum martyrum nuncupati, qui habent vnum Generalem, cui obedientiam præstant, ex quo ordine fuit B. Michaël Lituanus quatuor mortuorum suscitator mirificus. de quo ordine plura in libello sanctorum Poloniæ edito Cracouiæ 1610.

IV Floruerunt in hoc regno in primis B. Meynardus Episcopus de Segeberg canonicus regularis, & primus Liuoniæ Apostolus, qui obijt Rigæ anno 1205. miraculis clarus, in Ecclesia maiori sepultus, cuius vita idiomate Polonico descripta cum vita B. Stanislai canonici Casimiriæ, item regularis, & B. Iutæ Prutenæ Oblatissæ nuperin latinum versa, edita est Cracouiæ, scilicet anno 1610. huic scribit Innocentius III. in cap. Deus qui de vita, & honestate clericorum. Sed & alij canonici regulares eidem prouinciæ Liuoniæ ad fidem Christi adducendam impensissimè operam dederunt, quorum meminit Innocẽtius III. in epistola ad dictum Episcopũ Liuonię data, cuius fragmentũ habetur in Decretali dicto cap. Deus qui, de vita, & honestate clericorum. Vnde verosimillimum est, illos viros Apostolicos cum Euangelio, & fide Christi multa etiam canonicorum regularium Seminaria plantasse: etsi ob locorum distantiam illorum nomina hic non teneamus. B. quoq; Iuo Episcopus Cracouiensis patruus S. Iacynti S. Dominici discipuli, qui Parisijs habitũ canonicorum regularium assumpsit. S. etiam Adalbertus Pragensis primum, deinde Gnesnensis Episcopus, & martyr, & alij, de quibus in Catalogo dicemus.

In Regnis etiam Suetiæ, & Norwegiæ, & Pannoniæ fuisse temporibus Benedicti XII. quamplura Canonicorum Cœnobia, illa eius verba indicant, per quæ de Capitulis prouincialibus in singulis prouincijs celebrandis disponit, cum inquit: *Prouincia Strigoniensis, Colocensis, & Gnesnensis cum Episcopatu Camenensi pro vna, scilicet prouincia*, & infra: *Regna Daciæ, Norwegiæ, & Suetiæ pro vna prouincia deputantur.* Cæterùm propter bellicas vastationes, & Religionum immutationes, puto sancta monasteria in dictis Regnis cum fide Catholica interijsse.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

De institutione, & propagatione Canonicorum Regularium in Imperio Orientali.

I. SAnctissimus Pontifex Benedictus huius nominis XII. cuius zelo, & pietati totus ordo canonicorum Regularium tantum debet, quãtum nulli Romano Pontifici vnquam magis, in Bulla reformationis eiusdem ordinis cap. de celebrandis Capitulis prouincialibus ad finem, prouincias singulas dicti ordinis distinguens, ita subiungit: *Vt autem de Prouincijs in quibus dicta prouincialia Capitula fuerint celebranda, distincta limitatio habeatur, nec de ipsis in posterum hæsitetur, quamlibet prouinciam, quoad huiusmodi prouincialia celebranda Capitula, prout sequitur, limitamus.* & infra: *Prouincia Thebanæ, Cretẽsis, Athenien sis, Patracẽsis, Corinthiẽsis, & Neapoliẽsi tũ toto Patriarchatu Constantinopolitano pro vna Regnũ Cypri pro vna.* & infra: *Patriarchatus Aquilegensis, & Gradẽsis, cũ Prouincijs Iadrensi, Spalatensi, Ragusina, Antibarensi pro vna &c.* Ex istis verbis liquet, canonicos Regulares etiam secundũ institutum per B. Augustinum reformatum (de eo namque prædictus Pontifex in suis literis præcipue loquitur) non solùm in Ecclesia Occidentali, sed etiam per prouincias Imperij Orientalis latissimè fuisse amplatum. & licet Deus iustus Iudex, qui dedit cultoribus suis regiones gentium, & labores populorum in possessionem, vt custodirẽt iustificationes eius, & legem eius requirerent, peccatis nostris id iustissimè poscentibus, posuerit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantiũ in ea, & Isaiæ vaticinium illud impleuerit. *Pastores non requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebũtur domus eorũ draconibus, habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebũt ibi vlulæ in domibus eius, & Syrenes in delubris voluptatis.* Quo fit, vt catalogũ Ecclesiarũ, & Monasteriorũ in prouincijs Orientalibus olim consistentiũ hic describere minime possimus. Referemus nihilominus nonnullas, quas vel ex textibus Sacrorum Canonum, vel ex literis Summorum Pontificum, vel aliàs ex probatis autoribus licuit nobis expiscari.

I I. AC in primis Sacrosancta Patriarchalis Ierosolymitana princeps prouinciarum, & domina Gentium, Christi Saluatoris hominum secundum carnem patria electa, in qua pedes Domini steterunt, cui primò præfectus est Iacobus frater Domini, à prima institutione sub ipsismet Sanctissimis Apostolis clericos regulariter viuentes cum emissione votorum habuit: si vera, & nõ conficta sunt, quæ Gratianus in Decreto cap. Dilectissimis 12. quæst. 1. ex Clemente I. Romano Pontifice in epistola quinta ad Iacobum fratrem Domini recenset. Nec dubium, quin vsque ad Constantini magni tempora ijdem Regulares Clerici in ipsa Ecclesia Ierosolymitana perseuerauerint, cum scribat Eusebius lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ supra cap. 5 à nobis relatus, institutum vitæ Regularis à D. Marco in Ecclesia Alexãdrina plantatum in omnibus Ecclesijs vsque ad sua tẽpora durauisse. Hinc strenuissimus ille Austrasionũ princeps, & sacri belli Ierosolymitani Dux Gotfredus Vrbe Ierosolyma ex infidelium manibus erepta, & repurgata, ad primam illius Ecclesiæ institutionem aspiciens, clericos canonicos secundum B. Augustini Regulam viuentes

tum

tum in ipsa Patriarchali, tum in alijs Ecclesijs Ierosolymitanis, & aliarum Ciuitatum suffraganeis statim reponendos curauit, sic attestante Iacobo de Vitriaco S.R. Ecclesiæ Cardinali Aconensi Episcopo, & pro Romano Pontifice in eadem Ecclesia Ierosolymitana legatione functo, qui illius, & aliarum Ecclesiarum Orientalium statum, quem testis oculatus viderat, literis commendauit, in proprio libro de hac ipsa re conscripto sub titulo Historiæ Orientalis cap. Præsertim 58. vbi de Patriarcha Ierosolymitano, Abbatibus, & Prioribus sub illo constitutis hæc scribit. *Patriarchalu siquidem Ecclesia, quæ est Dominici Sepulchri sub monte Caluario canonicos habet Regulares secundum habitum, & Regulam Beati Augustini viuentes. habent autem Priorem, ad quem cum dictu canonicu pertinet eligere Patriarcham, qui est illu loco Abbatis. In Ecclesijs autem templi Domini, & montis Sion, & montis Olueti sunt Abbates, & Canonici secundum Regulam prædictam B. Augustini Domino ministrantes.* Eadem ferè verba vidisse, ac legisse in Codice vetustissimo Bibliothecæ montis Sion sub anno 1479. testatur Cambius de Bossis nobilis Mediolanensis secundum carnem, sed studio, & profectu Sanctæ Religionis longè nobilior, cuius testimonium, quod integrum refert Ioannes Philippus Nouariensis noster in Chronica lib. 3. cap. 14. libet hic loci ad futurorum memoriam integrũ etiam adnotare. *Ego*, inquit, *Dominus Cambius de Bossis Mediolanensis Canonicus Regularis sancti Augustini cum venissem in anno Domini 1479. Ierusalem Saluatoris nostri, nostraque salutis adoraturus monumenta, de Monte Sion Bibliotheca venit ad manus meas libellus ipsa vetustate venerandus, cui titulus erat de Redemptione, & Captione terræ Sanctæ, de quo hæc ipsa, quæ scripsi, decerpenda putaui. Habet Ierosolymitanus Patriarcha quosdam suffraganeos sibi nullo mediante subiectos, id est Bethlehemitanum, & Hebronensem, & Lidden sem. fuit autem Ecclesia Bethlehemitica Prioratus Canonicorum Regularium vsque ad tempora Balduini primi Regis Latinorum in Ierusalem. Rex verò propter loci dignitatem, & Dominicæ Natiuitatis præcellentiam, eam dignitate Cathedrali sublimauit, constituens in ea Episcopum de mandato & voluntate bonæ memoriæ Paschalis Papæ, qui Astalonem eidem immediatè subiecit. Similiter Hebronensis Ecclesia, quæ primo fuerat Prioratus propter loci dignitatem, in quo sepulti sunt Adam, & Eua, Abraham, Isaac, & Iacob cum Sara, & Rebecca, in spelunca duplici, propter reuerentiam seruorum Dei ad Episcopalem sublimata est dignitatem. Habet insuper prædictus Patriarcha Abbates, & Priores sibi subiectos, insignia Pontificalia, baculos & mitras, annulos, & sandalia ex priuilegio dignitatu habentes, Domino Patriarcha in ministerio reuerenter assistentes. Patriarchalu siquidem Ecclesia Dominici Sepulchri sub monte Caluario Canonicos habet regulares secundum regulam, & habitum beati Augustini viuentes. Habent autem Priorem, ad quem cũ prædictu Canonicu pertinet eligere Patriarchã, qui est eu loco Abbatis. In Ecclesijs autem templi Domini, & montis Sion, & montis Olueti sunt Abbates, & Canonici Regulares secundũ Regulam beati Augustini Domino seruientes.* Hæc ille. Ex quibus videre, quæ scribit Iacobus de Vitriaco in sua Historia de canonicis regularibus Ierosolymitanis, totidem verbis in illo libro vetustissimo Bibliothecæ montis Sion reperiri. eundem autem librum in dicta Bibliotheca nunc etiam seruari testatur, qui nuper Romam Ierosolymis reuersus est R. admodum, & linguarum peritissimus Pater Fr. Thomas Nouariensis ex ordine D. Francisci Regularis obseruantiæ, qui multis annis ibidem fui monasterij gubernator, fuit Guardianus fuit. & hinc etiam colligere, non solũ post ereptam ab Infidelibus vrbem Ierosolymã, sed longè antea fuisse canonicos regulares in Palæstina sub beati Augustini regula viuentes, cum dicat Iacobus de Vitriaco, ante Balduinum, qui regnum obtinuit statim post Ierosolymam recuperatam, Ecclesias Bethlehemiticam, & Hebronensem fuisse Prioratus Canonicorum Regularium.

III. POrro quia non solius Patriarchalis, verum etiam aliarum Ecclesiarum canonicorum Regularium ciuitatis Ierosolimitanæ, & aliorum locorum adiacentium apud prædictos autores mentio habetur, operæ pretium erit, vt distinctè de singulis aliquid dicamus. Ipsa igitur Patriarchalis Ierosolymitana non ea extitit, quæ templum Domini vocabatur, sed quam apud Dominicum Sepulchrum magnus Constantinus in honorem Dominicæ Resurrectionis excitauit. de cuius & aliarum dictæ Ciuitatis Ecclesiarum fundatione per eundem Constantinum facta, ornamentis, ac donis collatis plura Eusebius in libris de vita Constãtini præsertim lib. 3. Hieronymus in Chronico, Cyrillus Ierosolymitanus, & ex illis Baronius tom. 3. Annalium sub anno 326. num. 34. & sequentibus, & sub anno 335. num. 41. & sequentibus, vbi agit de illius dedicatione. In hac igitur Ecclesia statim exstructa, & solemni omnis fere totius Asiæ Antistitum conuentu dicata clerici communem vitam more Apostolico ducentes statim fuerunt instituti. Nec dubium, quin longè ante ipsam Ciuitatem ex infidelium manibus per Christianos ereptam, reformationem canonici ordinis factam à beato Augustino, quam pleraque omnes aliæ maiores Ecclesiæ receperant, ipsa etiam Ierosolymitana admiserit. Præsertim cũ ipso Augustino adhuc in viuis agente, illius nomen, & institutum inter omnes Palæstinos notissimum, ac longè celeberrimum extiterit, vt ex literis Augustini ad Hieronymum, & Hieronymi ad Augustinum, & nuncijs hinc inde missis, satis constare videtur. Vtrum autem Ierosolyma ab infidelibus occupata, in eadem Ecclesia ipsi Regulares clerici vsque ad Regis Gotefridi tempora perseuerauerint, durissimis illis, & iniqui-

simis

simis temporibus, partem affirmantem veriorem esse crediderim, tum quòd constet sub Saracenis perseuerasse ibidem Christianos, ac etiam clericos, sub Patriarcha, iniquis licet legibus, & conditionibus, quod etiam præallegatus autor Iacobus de Vitriaco cap. 64. istis verbis sic adnotauit. *Princeps autem Ægyptius, qui remotas regiones à Laodicea Syriæ, vsque ad extremum Ægypti tenebat eam Alexandriam possidebat, quartam ciuitatis Ierosolymitanæ portionem ex parte Dominici Sepulchri Seruientes, & Patriarcha eorum sub anno tributo ad habitandum concesserat: alias autem tres portiones habitabant Saraceni.* Tum propter quandam Bullam plumbeam Vrbani Papæ Secundi existentem in monasterio Fratrum Minorum Regularis obseruantiæ dictæ Ciuitatis, in qua dicitur, quod ipse Vrbanus Secundus Clericos dictæ Ecclesiæ ad obseruantiam Regularem reduxerat. si enim reducti fuerant ad vitam Regularem, clarum est illos antea regulariter vixisse, quam rem maximè confirmat, quod reformatio illa ante ipsam Ierosolymam à Gotofrido receptam facta fuit: nam Vrbanus Papa ante illius receptionem secundum omnes historicos, vel è viuis iam excesserat, vel si eidem superuixit, tempus exiguum adeo extitit, vt de Ecclesia Ierosolymitana disponere aliquid non potuerit, tum denique, quia in vicinis Ecclesijs Bethlehemitica, & Hebronensi ante illa tempora erant canonici Regulares ex iam dictis. Extant in eodem monasterio aliæ literæ Summorum Pontificum, in quibus de canonicis Regularibus sub beati Augustini regula in Ecclesia Dominici Sepulchri degentibus mentio habetur, ex quibus inferius vnam Cœlestini Secundi referemus, in congregatione Dominici Sepulchri: illa siquidem Ecclesia non solum fuit Collegium canonicorum Regularium, sed etiam caput non exiguæ Congregationis, ac Ordinis militaris equitum, qui vocabantur Dominici Sepulchri, & sub beati Augustini regula viuebant. Tandem in libro, qui dicitur Priuilegiorum Cancellariæ Apostolicæ vsque ad tempora Alexandri Papæ Sexti in literis Capitulo dictæ Ecclesiæ directis talis titulus præmittebatur: *Prior, & Capitulo Ecclesiæ Ierosolymitanæ, & Sepulchri Dominici Ordinis sancti Augustini.* Ex hoc Collegio assumptus est Venerandus ille, ac miræ sanctitatis Episcopus Dominus Petrus Prior eiusdem Dominici Sepulchri, de quo hæc scribit Wilhelmus Tyri Archiepiscopus de Bello sacro lib. 16. cap. 17. *Petro Tyriæ metropoli substituto est vir mira simplicitatis, & mansuetudinis, timens Deum, & recedens à malo, cuius memoria in benedictione est apud Dominum, & homines, Dominus Petrus Dominici Sepulchri Prior, de citeriore natus Hispania, diœcesis Barcinona, nobilis secundum carnem, sed sanctu nobilior, cuius vita, & conuersatio longiores, & elegantiores postulant tractatus: sed nos historia*

finire

simis temporibus, partem affirmantem verio-
rem esse crediderim, tum quòd constet sub Sa-
racenis perseuerasse ibidem Christianos, ac et-
iam clericos, sub Patriarcha, iniquis licet legi-
bus, & conditionibus, quod etiam præallega-
tus autor Iacobus de Vitriaco cap. 64. istis ver-
bis sic adnotauit. *Princeps autem Ægyptius, qui
totius regiones à Laodicea Syriæ, vsque ad extre-
mam Ægypti ciuitatem Alexandriam possidebat,
quartam ciuitatis Ierosolymitanæ portionem ex parte
Dominus Sepulchri Surtanis, & Patriarchæ eorum
sub anno tributo ad habitandum concesserat: alias
autem tres portiones habitabant Saraceni.* Tum
propter quandam Bullam plumbeam Vrbani
Papæ Secundi existentem in monasterio Fra-
trum Minorum Regularis obseruantiæ dictæ
Ciuitatis, in qua dicitur, quod ipse Vrbanus Se-
cundus Clericos dictæ Ecclesiæ ad obseruan-
tiam Regularem reduxerat. si enim reducti fue-
rant ad vitam Regularem, clarum est illos antea
regulariter vixisse. quam rem maximè confir-
mat, quod reformatio illa ante ipsam Ierosoly-
mam à Gotofrido receptam facta fuit: nam Vr-
banus Papa ante illius receptionem secundum
omnes historicos, vel è viuis iam excesserat, vel
si eidem superuixit, tempus exiguum adeo ex-
stit, vt de Ecclesia Ierosolymitana disponere a-
liquid non potuerit, tum denique, quia in vi-
cinis Ecclesijs Bethlehemitica, & Hebronensi
ante illa tempora erant canonici Regulares ex
iam dictis. Extant in eodem monasterio aliæ
literæ Summorum Pontificum, in quibus de ca-
nonicis Regularibus sub beati Augustini regu-
la in Ecclesia Dominici Sepulchri degentibus
mentio habetur, ex quibus inferius vnam Cœ-
lestini Secundi referemus in congregatione
Dominici Sepulchri: illa siquidem Ecclesia non
solùm fuit Collegium canonicorum Regula-
rium, sed etiam caput non exiguæ Congregatio-
nis, ac Ordinis militaris equitum, qui vocaban-
tur Dominici Sepulchri, & sub beati Augustini
regula viuebant. Tandem in libro, qui dicitur
Praxis Cancellariæ Apostolicæ vsque ad tempo-
ris Alexandri Papæ Sexti in literis Capitulo dictæ
Ecclesiæ directis talis titulus præmittebatur:
*Priori, & Capitulo Ecclesiæ Ierosolymitanæ, & Sepul-
chri Dominici Ordinis sancti Augustini.* Ex hoc Col-
legio assumptus est Venerandus ille, ac miræ san-
ctitatis Episcopus Dominus Petrus Prior eius-
dem Dominici Sepulchri, de quo hæc scribit
Willhelmus Tyri Archiepiscopus de Bello sa-
cro lib. 16. cap. 17. *Parto Tyriæ metropoli substitutus
est vir mira simplicitatis, & mansuetudinis, timens
Deum, & recedens à malo, cuius memoria in benedi-
ctione est apud Dominum, & homines, Dominus Petrus
Dominici Sepulchri Prior, de citeriore natus Hispania,
de ciuitate Barcinona, nobilis secundum carnem, sed
sanctu nobilior, cuius vita, & conuersatio longiores,
& diligentiores postulant tractatus: sed nos historia
ritui ac, vt omisso speculatiuis, de publicis edisseramus.*

IV. SEcunda Ecclesia erat templum Domini, quæ non modico locorum interuallo ab ipsa Patriarchali Sepulchri Dominici distabat, in eodem loco exstructa, in quo Rex Salomon templum toti mundo venerandum erexerat in monte Moria nuncupato. si vera sunt, quæ idem Iacobus de Vitriaco dicto lib. cap. 62. scribit. in ea siquidem erant canonici regulares secundum regulam B. Augustini viuentes sub Abbate, sicut ex eodem autore in verbis ex cap. 58. supra allegatis, & ex prælegato Codice Bibliothecæ mõtis Sion colligitur. Habebat autem Abbas Dominici Sepulchri ordinem equestrem militum, qui Templarij vocabantur, quiq; albis vestibus cruce rubea signatis vtebantur, de quibus idem Iacobus de Vitriaco dicto lib. cap. 65. diffusè.

Tertia fuit Ecclesia montis Sion, ibi loci erecta vbi Dominus & Saluator noster Pascha cum discipulis manducauit, nouum condidit testamentum, discipulorum pedes lauit, & Eucharistiæ Sacramentum ineffabile instituit. Idem autem est locus, quem rediuiuus post dies octo ianuis clausis ingressus est ad discipulos, ibidem propter metum congregatos. ex eodem Iacobo de Vitriaco cap. 61. in ea siquidem Ecclesia fuerunt canonici regulares secundum B. Augustini regulam instituti. ex prælegatis autoribus.

Quarta fuit Ecclesia montis Oliueti. de qua idem autor cap. 62. *Mons*, inquit, *Oliueti quasi pas-
sibus mille distat ab Ierusalem, in cuius decliuio est Beth-
phage, quæ interpretatur domus buccæ, viculus sacer-
dotum, & Bethania Castellum Mariæ, & Marthæ, &
Lazari &c. Ex hoc monte videntibus discipulis suis ad
cælos gloriosè ascendit.* In huius montis summo vertice Magnus Constantinus Eusebio in eius vita lib. 3. tradente, in matris suæ memoriam templum Imperiali magnificentia dignum exstruendum curauit. in eo verò degisse canonicos regulares sub Abbatis obedientia constitutos, habes ex eodem autore in verbis ex cap. 58 citatis, & ex libro Bibliothecæ montis Sion allegato.

Quinta fuit Ecclesia in Villa Gethsemani vbi Dominus orauit, & à ministris captus est, vt duceretur ad Crucem. Est autem Gethsemani paruus pagus in valle Iosaphat, quæ est inter montem Sion, & montem Oliueti trans torrentem Cedron, qui vallem allambit & mediam diuidit. In eo autem loco, vbi Saluator noster orauit, ob memoriam Agonij illius exstructam fuisse Ecclesiam, & institutum Collegium canonicorum testatur Landulphus de vita Christi, & Augustinus Ticinensis in 1. parte Dilucidarij fol. 30.

Sexta fuit Ecclesia Betlehemitica, quæ teste eodem Iacobo de Vitriaco cap. 57. fuerat prius Prioratus canonicorum regularium vsq; ad tempora Balduini primi Regis Latinorum in Ierusalem. Rex verò propter loci dignitatem, & Do-

minicæ

minicæ Resurrectionis præcellentiam, eam Cathedrali dignitate sublimauit, constituens in ea Episcopum de mandato,& voluntate bonæ memoriæ Paschalis Papæ, qui Ascalonē eidem immediate subiecit. Canonicis huius Ecclesiæ scribit Innocentius III.in cap.Cum super electione. de causa possessionis,& proprietatis,& cap.Cum super. de confessis. ex quibus textibus habetur, canonicos Bethlehemiticos suos Episcopos eligere consueuisse,sicut & canonici Dominici Sepulchri eligebant Patriarcham.

Septima fuit Ecclesia Hebronensis,de qua idē autor dicto cap. 57. ita scribit. *Similiter Ecclesia Hebronensis,quæ prius fuerat Prioratus,propter loci dignitatem,in quo sepulti sunt Adam & Eua,& tres Patriarchæ Abraham,Isaac,& Iacob,cum Sara, & Rebecca in spelunca duplici, & propter reuerentiam seruorum Dei ad Episcopalem sublimata est dignitatem.*

Octaua fuit Ecclesia Nazarethana Patriarchalis,quam habuisse canonicos regulares sub Beati Augustini regula, & habitu viuentes,habes ex capitulo Cuius sit nobis. de Regularibus. vbi fit mentio cuiusdam clerici,qui in infirmitate grauissima constitutus,postulauit, & accepit habitū regularem à canonicis Ecclesiæ Nazarethensis: postea verò conualescens abiecto habitu regulari ad sæculum transijt, quem Pontifex habitum resumere,& regularem vitam, quam fuerat professus,tenere præcepit.

Nona fuit Ecclesia Ioppe, quæ spectabat ad canonicos Dominici Sepulchri eis immediatè subiecta.ex eodem Iacobo de Vitriaco cap. 58. quia illa Episcopum non habebat.

Decima Ecclesia Neapolitana, quæ in Euangelio vocatur Sicar, iuxta quam erat fons Iacob, siue puteus,cui insidens Saluator Mundi mulierem Samaritanam conuertit,quæ quoniam Episcopum non habebat,per Abbatem, & canonicos templi Domini regebatur.ex eodem Iacobo cap.58.Non est autem dubium, plures alias fuisse Ecclesias canonicorum regularium in illis prouinciis constitutas,maximè,quę erant Cathedrales,quas sine hæsitatione credendum est, ad instar Patriarchalis,& aliarum relatarum fuisse regulariter institutas.

Idem prorsus credendum de Ecclesia Patriarchali Alexandrina,quam constat ab initio per D. Marcum regulariter plantatam, & reformatam per B. Athanasium,in qua nunc etiam videntur imagines canonicorum regularium,vt ex relatione virorum fide dignorum, qui eam viderunt, accepi.

De Episcopatibus verò in Babilonia existentibus Augustinus noster Ticinensis in Dilucidario par.2.pag.32.hæc scripta reliquit: *Episcopatus in Babilonia constitutus est per sanctum Antanum discipulum sancti Marci, & ibi vsque in præsens viget ordo canonicus, & ego ex illa Indiana vidi, & noui, & dilatati sunt per omnem fere Indiam in Regno Ioannis, & ibi plurimi sunt Episcopatus, & Abbatiæ, & Præpositura, & Prioratus. In lingua Chaldæa habent officium, & in Æthiopia similiter florent ille canonici regulares.* Concordat Zacharias Ferrerius in libro,quem scripsit de habitu canonicorum regularium ad Leonem X. probatione prima circa medium. *Et isti,* inquit, *qui veniunt ex India, dicunt, quod maior pars Ecclesiarum cathedralium India, imo quasi omnes, gubernantur per canonicos regulares: quoniam ibi adhuc viget in Ecclesijs illa cultus regularium clericorum, qui fuit in primitiua Ecclesia, & dicunt, quod omnes illi canonici profitentur institutaciricorum secundum regulam B. Augustini &c.*

Demum in ciuitate Constantinopolitana Ecclesia, in qua conditum erat corpus B.Helenæ matris Constantini,erat canonicorum regularis. ex historia translationis dicti corporis Venetias, quæ habetur,& legitur in monasterio S.Helenæ, vbi illud nunc iacet,quæ olim erat canonicorum regularium, nunc autem monachorum alborum D.Benedicti,vt supra cap.24. in descriptione dicti monasterij fuit adnotatū, quem locum vide. Monasteriorum verò canonicorum regularium existentium in Episcopatu Constantinopolitano meminit Innocentius III. in cap. Inter quatuor. de religiosis domibus,iubens ne ad clericos seculares transferrentur.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

De Canonicorum Regularium multiplicireformatione.

EX varijs argumentis, quibus canonici ordinis dignitas,ac eminentia plurimum elucet, vnum præcipuum esse crediderim,assiduam illam,& nunquam omnibus ferè seculis intermissam vigilantiam,quam Summi Pontifices in primis, ac deinde exteri Ecclesiarum Præsules tum in eodem ordine per omnes Ecclesias instituendo,& propagando,tum etiam vbi à primæuis institutis labentem cernerent, ad pristinam disciplinam reformando,ac instaurando gnauiter impenderunt, non secus ac Principes terreni faciunt,qui arces,quas pluris æstimāt, & magis diligunt,aggere,ac mœnibus obuallent firmius,inuisuntque frequentius, & custodiunt diligentius. Diximus in præcedentibus de ipsius sacri ordinis institutione,& propagatione. nunc de multiplici illius reformatione tum generali, tum priuata,& particulari, necnon de particularibus congregationibus canonicorum regularis in varijs Prouincijs consistentibus distinctè agendum nobis erit.& primo quidem dicemus de Reformationibus generalibus factis per Romanos Pontifices,siue per sacra Concilia Generalia, siue Pro-

ue Prouincialia. Exinde verò de Reformationibus particularibus,& priuatis, quæ ipsum ordinem multis canonicorum cœtibus,& congregationibus multipliciter decorauerunt.

Prima reformatio Generalis canonicorum regularium facta est à Sanctiss. Pontifice & Christi vicario Vrbano primo circa annum Christi Seruatoris nostri duocentesimum,& vigesimum. Hic namque Sanctiss. Pontifex cum ipsum ordinem à prima illa norma Apostolica declinare animaduertisset, Generali decreto per orbem vniuersum misso,ad pristinam vitæ regulam,& ad vota eorum obseruantiam reuocandum statim curauit. Extat illius decretum ea de causa promulgatum in epistola ipsius Vrbani primi ad omnes Catholicos transmissa,quę habetur in primo volumine Conciliorum, necnon in Decreto cap. Statum 12. q. 1. quod omitto, quia in dictis locis videri potest.

Secunda Generalis reformatio facta fuit quarto seculo, prima quidem in Ecclesia Romana per Beatū Papam Syluestrum,qui in sacrosancta Lateranā Basilica per magnum Constantinū fundata clericos regulariter viuentes secundum normam Apostolicam instituit,quam ob causam alij Pontifices ipsum ordinem canonicorum regul. eiusdem Ecclesiæ Lateranē. originarium ordinem nuncupare consueuerunt, vt supra indicauimus, nos vt cæteros omnes clericos ad communem vitam clericorum Apostolicorum reduceret,clericos quoque diuitibus adiunxit, vt in Breuiario Romano,necnon etiam in Pontificali habetur. exinde verò in Ecclesia Vercellensi per B. Eusebium,in Nouariensi per S.Gaudentium, in Mediolanensi per Ambrosium,in Gallicanis Pictauensi,& Turonensi per sanctos Episcopos Hilarium, & Martinum, in Ecclesia Orientali per magnum Basilium,& S. Athanasium, ac demum in Africana per sanctissimum Patrem & Patriarchum nostrum inditum Augustinum. de quibus in præcedentibus dictum fuit.

II Tertia Generalis reformatio facta est quinto seculo sub Leone I. Pontifice Maximo: nam sub hoc Pontifice non solum B. Gelasius Valerij filius, & S. Augustini discipulus Augustinianam reformationem Romam ex Africa inuectam in Lateranensi Basilica plantauit,autore Onuphrio traditionibus ad Platinam in Leone I. ex qua Ecclesia tanquam ex capite ipsa Beati Augustini reformatio in omnes Italicas Ecclesias mox deriuata est, verum etiam in Generali Concilio Calcedonē habito editum est Canon de clericis in monasterijs degentibus,quem habes in cap. Quidā monachorum 18. q. 2. sed & in Concilio tertio Aurelianensi sub eodem Pontifice congregato pro eiusdem ordinis reformatione ita constitutum legimus. *Præterea placuit vniuersique Episcopo qualiter canonici viuere debeant, siue non & monachi, secundum ordinem connectum, vel regularem viuere studeant, vt*

ne Prouincialia. Exinde verò de Reformationibus particularibus,& priuatis, quæ ipsum ordinem multis canonicorum cœtibus,& congregationibus multipliciter decorauerunt.

Prima reformatio Generalis canonicorum regularium facta est à Sanctiss. Pontifice & Christi martyre Vrbano primo circa annum Christi Seruatoris nostri ducentesimum,& vigesimum. Hic namque Sanctiss. Pontifex cum ipsum ordinem à prima illa norma Apostolica declinare animaduertisset, Generali decreto per orbem vniuersum emisso,ad pristinam vitæ regulam,& ad votorum obseruantiam reuocandum statim curauit. Extat illius decretum ea de causa promulgatum in epistola ipsius Vrbani primi ad omnes Catholicos transmissa, quę habetur in primo volumine Conciliorum, necnon in Decreto cap. Sciunt 12. q. 1. quod omitto, quia in dictis locis videri potest.

Secúda Generalis reformatio facta fuit quarto seculo, prima quidem in Ecclesia Romana per Beatiss. Papam Syluestrum, qui in sacrosancta Laterán. Basilica per magnum Constantinũ fundata clericos regulariter viuentes secundum normam Apostolicam instituit, quam ob causam alij Pontifices ipsum ordinem canonicorum regul. eiusdem Ecclesiæ Laterán. originarium ordinem nuncupare consueuerunt, vt supra indicauimus, nos vt cæteros omnes clericos ad communem vitam clericorum Apostolicorum reduceret, clericos egentes diuitibus adiunxit, vt in Breuiario Romano, necnon etiam in Pontificali habetur. exinde verò in Ecclesia Vercellensi per B. Eusebium, in Nouariensi per S. Gaudentium, in Mediolanensi per Ambrosium, in Gallicanis Pictauensi, & Turonensi per sanctos Episcopos Hilarium, & Martinum, in Ecclesia Orientali per magnum Basilium, & S. Athanasium, ac demum in Africana per sanctissimum Patrem & Patriarcham nostrum inclitum Augustinum. de quibus in præcedentibus dictum fuit.

II. Tertia Generalis reformatio facta est quinto seculo sub Leone I. Pontifice Maximo: nam sub hoc Pontifice non solùm B. Gelasius Valerij filius, & S. Augustini discipulus Augustinianam reformationem Romam ex Africa inuectam in Lateranensi Basilica plantauit, autore Onuphrio in additionibus ad Platinam in Leone I. ex qua Ecclesia tanquam ex capite ipsa Beati Augustini reformatio in omnes Italicas Ecclesias mox deriuauit; verum etiam in Generali Concilio Calcedone habito editus est Canon de clericis in monasterijs degentibus, quem habes in cap. Quidã monachorum 18. q. 2. sed & in Concilio tertio Arelatensi sub eodem Pontifice congregato pro eiusdem ordinis reformatione ita constitutum legimus. *Prouidendum est vnicuique Episcopo qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant, vt aut Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea viuere studeat.*

Quarta Generalis reformatio facta fuit sexto seculo per magnum Gregorium Romanum Põtificem. extant enim duo illius canones, in quorũ altero Augustino Anglorum Episcopo mandat, in Ecclesia Anglicana clericos regulariter viuentes instituere iuxta morem clericorum primitiuę Ecclesiæ: in altero verò præcipit, vt Episcopi omnes sacerdotes, diaconos, ac cæteros clericos illorum visitationi subiectos canonicè, id est regulariter viuere compellant. habentur hi canones c. Quia tua fraternitas, & cap. Quoniam velim 12. q. 1. sed vt videas, quid in hoc opere Sanctiss. ille Pontifex præstiterit, audi Ioannem Diaconum lib. 2. cap. 12. de illo sic loquentem. *Videbantur possim cum eruditissimu clericu adhærere Pontifici religiosissimi monachi, & in diuersis professionibus habebatur vita communis, sta vt talu esset tunc sub Gregorio penes Vrbem Romanam Ecclesia, qualu sub Apostolu à Luca, & apud Alexandriam à Philone commemoratur, & supra cap. 5. Vt radices vitiorum euelleret, & virtutes plantaret, à cubiculo suo omnes seculares amouit, clericorum vel religiosorum, vel monachorum prudentissimos familiares, & consiliarios sectauit.* vide cap. 11.

Quinta Generalis reformatio facta est nono seculo sub Summis Pontificibus Leone III. Stephano IV. Eugenio II. Gregorio IV. Leone IV. & Benedicto IV. nam in primis sub Leone III. & Carolo Magno anno 813. habitum est quartũ Concilium Arelatense, in quo renouatus est canon Concilij tertij proxime relatus. & est caput sextum dicti Concilij quarti, addito alio canone, vt non amplius susciperentur in monasterijs canonicorum, aut monachorum, quàm in eisdem monasterijs absq; necessariarum rerum permutatione degere possent, & est caput octauum. Deinde sub eodem anno habita sunt Concilia Turonense III. in quo non pauca edita pro reformation e canonicorum ab antiquo tempore in monasterijs degentium sub regimine Episcoporum, vel Abbatum, quæ legi possunt in eodem Concilio, quod habetur in tertio volumine cap. 24. 25. & 31. Eodem anno habita est Synodus Mogũtina, in qua plura ad canonici ordinis reformationem sunt constituta, quæ habentur cap. 9. & 20. & 21. Eodem anno celebrata est Synodus Remensis, cuius caput 25. cum quinque sequentibus in eodem negotio Reformationis canonicorum regularium consumuntur. Anno verò sequenti 816. sub Stephano quarto, & Ludouico Pio Imperatore congregata est Synodus in ciuitate Aquisgrani, in qua eadem reformatio exactissimè fuit tractata, & absoluta, vt patet in Actis dictæ Synodi cap. 115. vsque ad finem, edito etiam libro ex varijs Sanctorum Patrum autoritatibus pro eadem reformatione collecto, quem pijssimus Imperator Ludouicus per omnes ciuitates, & monasteria canonici ordinis sui misit imperij

per manus missorum prudentium, qui illum in omnibus faceret transcribi, vt testatur Aimonius lib.5.de Gestis Francorum cap.10. sic scribens: *Imperator Generalem habuit conuentum Aquisgrani, in quo quantum feruoris circa diuinum cultum pectoris gestaret in arca, toto declarauit admisu: Congregatu enim Episcopis, nobilissimoque Sanctæ Ecclesiæ Clero fecit componi, ordinarique librum canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius ordinis perfectio continetur, sicut recultus ipse fatetur, in quo etiam inserri iussit cibi, potusque, atque omnium necessariorum summam, vt omnes tam veri, quàm sanctimoniales sub hoc ordine Christo seruientes nullis præpediti necessitatibus, libera seruitute Domino militare meminissent: quem librum per omnes Ciuitates, & monasteria canonici ordinis sui misit imperij per manus missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis facerent transcribi loris &c.* Neque verò in Ecclesia solùm Gallicana, verùm etiam in Ecclesia Romana ipsi Summi Pontifices opus tam sanctum, & tam præclarum pro virili adiunxerant, nam circa annum 814. Eugenius Secundus ex canonico regulari, & Archipresbytero S. Sabinæ ad Pōtificalis dignitatis gratiam subleuatus, inter alia tanto Pontifice verè digna facinora Concilio sexaginta, & trium Episcoporum Romæ congregato, Generale decretum condidit, vt clausträ apud Ecclesias constituerentur, in quibus clerici disciplinis Ecclesiasticis vacarent, quibus communis esset domus, & victus. quod decretum à Leone IV. in alio Concilio Romæ anno 855. celebrato renouatum, Gratianus suo decreto inseruit in cap. Necessaria 12.q.1. neque vero eiusmodi decreto contentus idem Sanctissimus Pōtifex Eugenius in eodem Concilio librum edidit, quem Canonicum quinque capitulorum adtitulatum omnibus canonicis obseruandum mãdauit, ex quo tum Iuo Carnotensis, tũ ipse Gratianus plures Canones suis decretis inserendos curauerunt. Ac demum vt alias Synodos Prouinciales omittamus, in quibus eodem seculo eadem reformatio est tractata, vt videre est in Meldensi an. 845 sub Sergio Secundo habita cap. 10. 11. 53. & 58. necnon in Ticinensi an. 856. sub Benedicto III celebrata. Idem Ludouicus Pius anno 833. Gregorio IV Rom. Pontifice annuente, alterum Concilium in eadem ciuitate Aquisgrani cogendum curauit: ac in eo reformationem in altero Concilio promulgatam iterum confirmari, & executioni mandari, prout illa eiusdem Concilij verba par. 3. cap. 15. demonstrant: *In Custodijt vero congregationum tam canonicorum, quàm monachorum, necnon sanctimonialium summoperè Rudendum censuimus, vt in omnibus locu clausträ eis prouideantur, religioni eorum congruentia, sed & habitacula domorum, in quibus religio Deum sequi volentibus perfici, atque augeri possit, potius quam vitia nutriri. Hoc tamen vt non negligatur à Prælatis congregationum, missis Dominicis committatur. Modus autem ergà ipsarum congregationum disciplinam hic esse debet, id est, vt canonici secundũ id quod continetur in libro, qui de eorum vita collectus est, religiosè conuersentur.*

SExta generalis reformatio inchoata est vndecimo seculo per Nicolaũ Pontificem huius nominis Secundum, hic enim beatus Pontifex anno 1059. in Basilica Lateranensi conuentũ centum, & tredecim Episcoporum conuocauit, in quo inter alia sanctissima decreta de clericis canonicis ita definiui it: *Et præsipientes statuimus, vt qui prædictorum ordinum, qui eidem Prædecessori nostro obedientes castitatem seruauerint, sexta Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent, & dormiant, & quicquid eis ab Ecclesia venit, communiter habeant, & rogantes inuicem, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere peruenire studeant.* Habetur dictum Concilium in quarto volumine in actis Nicolai II. Porrò eundem reformationem inchoatam à Nicolao, prosecutus est, qui in eidem Sede Pontificali successit Alexander Secundus, antea Lucensis Episcopus ex canonico Lateranensi Anselmus de Badagijs vocatus, qui Pontifex renunciatus, mox ipsam Patriarchalem Basilicam Lateranensem per S. Frigdiani Lucensis canonicos reformauit, teste Onuphrio in lib. de septem Vrbis Ecclesijs in Ecclesia sanctæ Crucis in Ierusalem. quod etiam Anastasius Quartus in quodam Priuilegio Ioanni Priori sacrosanctæ Basilicæ Saluatoris Domini quæ Constantiniana vocatur, pariterq; SS. Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ, ac eius fratribus concesso, non obscurè his verbis indicauit: *Propter vobis in Domino filij Ecclesiam ipsam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar Predecessoris nostri beatæ memoriæ Alexandri Papæ Secundi à Apostolicæ Sedis priuilegio communimus, in primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus qui secundùm Deum, & B. Augustini regulam ibi noscitur institutus, perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruetur.* Deinde verò Concilio Romæ habito Decretũ Nicolai Prædecessoris sui de communi vita, & castitate à clericis regularibus ad normam vitæ Apostolicæ seruanda, totidem verbis renouauit, vt videre est in eius decreto, quod integrum excepit Gratianus c. Præter 32. dist. Illud verò non omittendum, huius tam pij, & tam præclari operis precipuum autorem, aut certè suasorem, ea tempestate fuisse B. Petrum Damiani, quod ex multis ipsius Epistolis, sed præsertim ex ea, quam hac ipsa de causa scribit ad Alexandrum II. quæ est in primo libro epistolarũ dicti Petri Damiani numero decima sexta, cuiusq; meminit Cardinalis Baronius tomo 11. Annalium sub anno 1063. num. 30. intueri licet, quod forsan in causa extitit, vt plerique autores illum inter canonicos regulares censuerint, & Constitutionum Portuensium, quæ Paschali Secundo sunt firmatæ, autorem assumuerint, quod à verò longè abest, vt alibi dicetur.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

De generali reformatione Canonicorum regularium anno Domini 1339. per Benedictum Papam huius nominis XII. promulgata.

1 POstrema generalis canonici ordinis reformatio ea extitit, quæ facta est per Benedictum Papam huius nominis XII. qui vt erat mente, & professione religiosissimus, postquam ad fastigium eminentiæ Pontificalis euectus est, nihil magis in votis se habuisse indicauit, quàm vt omnes regularium ordines ad pristinam illorum institutionem reduceret, ac ea omnia, quæ plurimũ relaxatos reformaret, quod ex eiusdem Pontificijs Decretis, & literis Apostolicis de causa emanatis, ac nouissimè in prima parte Bullarij per Laertium Cherubinum editi compluribus, satis clarè intueri licet. is itaque religiosissimus Pontifex inter alios regularium ordines, ad illum canonicorum mentis oculos direxit, & disciplinam canonicam in plerisq; mũdi partibus, vel collapsam penitus, vel ad occasum euidentem animaduertens, vt illam erigeret, ac repararet, tãto animi conatu insistit, vt pro illius restauratione non iam vnam, quod aiunt, Bullam, sed integrum librum Constitutionum edidit. (Is enim librum (vt Ioannis Trulli Aragonensis canonici verbis vtar in primo suo lib. de canonicis cap. 20. ad finem) vtinam nostri canonici, præsertim superiores cõtinuo exercitio retinuissent. nec enim efficũ fuisset, vt nec sacer ordo tãta calamitatem & cladem accepisset, nec ad occasum, medendumq; tot incommodis, omnis fere via nunc occluderetur. Verum quod ea tantæ nostræ deprauatæ conditio, vt in præceps hominẽ sine aliqua difficultate feramur, ad bonum verò nonnisi cum magno labore, ac conatu contendamus, & quàm citissimè, nisi manu Dei validissima teneamur, à benè cæptis reuocemur hinc factum est, vt leges illæ sanctissimæ, literæ per varias Prouincias promulgatæ, ac etiam annales Capitula prouincialibus coactis, vsui quadantenus mandatæ, breuissimo temporis interualo, siue in Italia, siue etiam in Gallijs, Hispanijs, Alemania, ceteris; Prouincijs in desuetudinem inierint adeò, vt vix illarũ nomen memoretur, tam quod ad Hispanos attinet, referam hic, quæ præfatus Ioannes Trullus loco proximè citato scribit, nimirum lib. 1. cap. 11. ad finem: *Iubet, inquit, Benedictus XII. Prælatis Regularibus Ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum Prouinciarum*

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

De generali reformatione Canonicorum regularium anno Domini 1339. per Benedictum Papam huius nominis XII. promulgata.

POstrema generalis canonici ordinis reformatio ea extitit, quæ facta est per Benedictum Papam huius nominis XII. qui vt erat mente, & professione religiosissimus, postea quam ad fastigium eminentiæ Pontificalis erectus est, nihil magis in votis se habuisse indicauit, quàm vt omnes regularium ordines ad primam illorum institutionem reduceret, ac ea tempestate plurimũ relaxatos reformaret, quod ex eiusdem Pontificijs Decretis, & literis Apostolicis ea de causa emanatis, ac nouissimè in prima parte Bullarij per Laertium Cherubinum editi compertis, satis clarè intueri licet. is itaque religiosissimus Pontifex inter alios regularium ordines, ad illum canonicorum mentis oculos dirigens, & disciplinam canonicam in plerisq; mũdi partibus, vel collapsam penitus, vel ad occasum inclinantem animaduertens, vt illam erigeret, ac repararet, tãto animi conatu institit, vt pro illius reparatione non iam vnam, quod aiunt, Bullam, sed integrum librum Constitutionum ediderit quem librum (vt Ioannis Trulli Aragonensis canonici verbis vtar in primo suo lib. de canonicis cap. 11. ad finem) vtinam nostri canonici, præsertim superiores eõtinuo exercitio retinuissent: sic enim effectũ fuisset, vt nec sacer ordo tãtam calamitatem & cladem accepisset, nec ad occurrendum, medendumq; tot incommodis, omnis, ferè via nunc occluderetur. Verum quod ea sit naturæ nostræ depravatæ conditio, vt in præceps sponte sine aliqua difficultate feramur, ad bonum verò nonnisi cum magno labore, ac conatu contendamus, & quàm citissimè, nisi manu Dei validissima teneamur, à bene cæptis reuocemur: hinc factum est, vt leges illæ sanctissimæ, licet per varias Prouincias promulgatæ, ac etiam nonnullis Capitulis prouincialibus coactis, vsui quadantenus mandatæ, brevissimo temporis intervallo, siue in Italia, siue etiam in Gallijs, Hispanijs, Alemania, cæterisq; Prouincijs in desuetudinem inciderint ade ò, vt vix illarũ nomen memoretur. nam quod ad Hispanos attinet, referam hic, quæ præfatus Ioannes Trullus loco proximè citato scribit, nimirum lib. 1. cap. 11. ad finem: *Iubente, inquit, Benedicto XII. Prælati Regulares Ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum Prouinciarum Tarraconensis, & Cæsaraugustanæ anno Domini 1340. mense Augusto in Castro Regio Ciuitatis Illerdæ Capitulum Prouinciale coegerunt, & aliquot diebus celebrarunt, in quo promulgatæ fuerunt salubrimæ illæ Constitutiones generales omnium totius orbis canonicarum regularium eodem Benedicto XII. autore, & eunlgatore: quæ quidem hac nostra tempestate non solùm ab vsu recesserunt, sed etiam obliuione profunda consepultæ iacent.* De Germanis verò, Polonicis ac etiã Gallicanis certò certius est, apud illos in obliuionem penitus iuisse, vix illarum nomine retẽto, cũ illi eas quotidie per literas ex nobis requirant. De Italis non mirum, quandoquidem nostro seculo tam nulli sint in Italia canonici regulares, qui non peculiares constitutiones habeãt à Sede Apostolica probatas. Addunt nõnulli, prædictas Benedicti XII. cõstitutiones fuisse per Clementem VI. illius immediatum in Pontificatu successorem abrogatas, cuius abrogationis authenticum in Archiuo S. Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ contendunt asseruari, cuiusq; exemplũ mihi oblatum Romæ vidi. Verùm cum extent literæ Bonifacij IX. ad Abbatem S. Petri in Cœlo aureo Papiæ, necnon etiam ad Priores S. Frigdiani, & S. Augustini Nicosiæ Lucensis, & Pisanæ diœcesim, datæ anno Christi 1401. octauo Calendis Aprilis, quarum authenticum Papiæ in dicto monasterio nostro S. Petri in cœlo aureo seruatur, per quas Prouinciale Capitulum iuxta formã Constitutionum Benedicti XII. iubet congregari, ac in eiusdem contenta executioni demandari, eum etiam Martinus V. nostros Lateranenses ab obseruatione prædictarum Constitutionum Benedictinarum ex speciali concessione dispensaucrit, quod (vt eius vtar verbis) mores, obseruantias, & consuetudines abundantiores habeamus, & in rigiditatibus, & disciplina ordinis strictiores, & obseruantiæ regulari aptiores ad conseruandũ religionis statum, creditu difficile videtur, ipsas Benedicti XII. Constitutiones per Clementẽ VI. saltem generaliter fuisse abrogatas. Vtcunq; res se habeat, ne tantus thesaurus, in quo eximiæ dignitatis, & antiquitatis sacri ordinis canonici monumenta præclarissima habentur, in tenebris obliuionis consepultus delitescat, eas huic nostro operi inserendas opportunum existimaui, tum vel maximè ob hanc causam, quòd per illas constet in primis canonicos regulares in Oriente, & Occidente in omnibus Christianorum Prouincijs non solùm monasteria innumera, verùm etiã Ecclesias Cathedrales plerasq; & Metropolitanas vsq; ad tempora Benedicti XII. tenuisse, constet etiam omnes canonicos regulares, tam in monasterijs extra cathedrales, quàm in ipsis cathedralibus degentes, eiusdem prorsus ordinis, dignitatis, status, ac vt sic dicamus, naturæ extitisse, cum Summus Pontifex æquè, & pari modo de omnibus disponat.

Benedicti Papæ XII. Constitutiones pro Generali reformatione canonicorum regularium ordinis sancti Augustini.

BEnedictus Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad decorem Ecclesiæ sponsæ Dei, & sanctarum religionum fundatarum in ea, quæ licet diuersis distinctæ sint gradibus, in vnum tamen veræ fidei propositum conuntes, eandem Ecclesiam venustãt variis floribus meritorum, pro inuincta nobis Apostolicæ seruitutis officio summis vigilijs, & indefesso studio intendentes ad ea, quæ pro diuini nominis laude, religionum ipsarum statũ, puritatem, honestatem morũ, regularis obseruantiæ disciplinam, & sacrarũ peritiam scripturarum respicunt, labores nostros libenter impẽdimus, & opportunæ solicitudinis diligentiam adhibemus: Ideoq; inter religiones alias in agro eiusdem plantatas Ecclesiæ, ad religionem canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, ab Christi gloriosi Discipulis in primitiua Ecclesia sacris institutionibus stabilitam, gerentes præcipuæ charitatis affectum, ac nolentes, quæ in eadem religione reformanda cognouimus, absque reformationis remedio præterire, omnia, quæ in religione prædicta tam à prima ipsius institutione, quàm à sacris canonibus sunt salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes, nonnulla quæ experientia decesse probauit, & supplenda dictæ religionis vtilitas, quinimo necessitas, perstatuendam suader, prouidimus, in ea perpetuis futuris temporibus obseruanda.

§. 1. Canonicorum recipiendorum forma.

STatuimus igitur vt quando in Ecclesia cathedrali, monasterio seu loco alio Religionis eiusdem, canonicorum creatio fuerit facienda, nullus recipiatur, vel inducatur in canonicum, nisi persona idonea, vel de cuius idoneitate spes veri similis habeatur, & talis, quæ inibi in diuinis, vel alijs, Deo possit, & velit debitè impendere obsequia opportuna & quod huiusmodi creatio, & habitus traditio fiant publicè, intra Ecclesiam monasterij seu alium locum conuentualem religionis eiusdem, nisi causa rationabilis eas alibi fieri suaderet. nullus q; promissionibus seu obligationibus cum iuramento vel sine, cuiquam faciendis. Quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. quod q; huiusmodi creatio seu habitus traditio, nonnisi persona, seu personis religionis eiusdem, quæ tunc etiã in Ecclesia, loco, seu monasterio præsidiu fieri debeat aliquatenus committatur.

§. 2. Probationis modus & locus.

IJ verò, qui creati fuerint in canonicos, infra probationis tempus in loco in quo saltem septem canonici resideant: necessariò habeant residere, eúq; idoneus & fidelis deputetur instructor, qui eos instruere valeat in diuinis officijs, & obseruantia regulari.

§. 3. Canonicorum creatio ad quem spectet.

CÆterum si canonicorum creatio fuerit facienda, eaq; pertineat ad Prælatum, vnà cum Capitulo vel Cõuentu, vel cum consensu fieri debeat eorundẽ. Si Capitulum seu Conuentus, vel eorum maior pars eorũ ad eam non procederent, vel creationi faciendæ sine causa rationabili renuerent consentire, Prælatus, ex qua sibi euidenter expediẽs, vel necessarium apparebit, huiusmodi canonicorum creationem fieri debere, vel per Prælatum & Capitulum, seu Conuentum, aut per illum, seu illos, ad quem, seu quos pertinuerit concorditer deliberatum & diffinitũ fuerit fore creationem huiusmodi faciendam, tunc Prælatus moneat Capitulum seu conuentum, & in virtute obedientiæ eis iniungat, vt pari, ac secundum Deum infra vnius mensis spatium ad dictã creationem eum eo in primo casu procedant, vel in secundo creationi faciendæ suum præstent consensum. quod si præfati Capitulum seu Conuentus monitioni, vel monitionibus huiusmodi parere neglexerint, vel recusauerint, creatio ipsa ea vice libere pertineat ad Prælatum, dummodo per eum nil in præmissis factum fuerit fraudulenter. in casu autem deuolutionis huiusmodi, Prælatus faciendi eandem creationem cum consilio seniorũ eorundem Capituli, vel Cõuentus, eligendorum per ipsum Prælatum, tertiam partem numero ad minus faciendum rerundem Capituli vel Cõuentus, de personis idoneis libera habeat facultatem, ita tamen, quod tunc per dictũ Prælatum, tot, & non plures creentur, quot attenta facultatibus, à statu antiquo, & debito locorum, creari seu creati rationabiliter fuissent, si Prælatus, & Capitulum seu conuentus in creatione huiusmodi concordes conuenissent. Rursus eorum arbitrium, qui ad priuatas suorum commoda reciprocantes affectum, facilè creationi canonicorum huiusmodi nolunt aliter consentire, nisi concedatur eisdem, quod vnus vel plures, quos maluerint, seu nominauerint, in canonicos creentur, penitus detestantes, hoc deinceps omnino fieri prohibemus decernentes concessiones huiusmodi (si quæ in talibus forsitan) fore nullas. quod q; nulli ex receptione fructuum ex ea, vel ob eam secuta, in aliquod in loco, in quo, seu ad quem fuerit, aliquatenus acquiratur. Insuper præmissa adijcimus, quod Capitulum, vel Conuentus Religionis eiusdem in nouitatu sui Prælati, nequeãt eidem Prælato, vel alteri, occasione ipsius, facere gratiam super receptione, vel creatione canonicorum plurium, quam duorum, nec ad huiusmodi pro duobus gratiam faciendam, ex posthac libera eorum voluntate processerit, intendimus obliga.

§. 4 Professio vt fienda.

PRæsenti quoque statuimus sanctione, quod singuli canonici Religionis eiusdem, professionem expressã faciant, non clandestinè, sed patenter, & secundum modum fieri poterit in Ecclesia, & cum Missa. quæ ipsi forsitan Prælatus ad quem spectabit professionẽ ipsam recipere, tempore probationis elapso, per canonicum professi volentem congruo loco & tempore hanc tenere requisitum, professionem eandem recipere sine rationabili causa renuerit, vel vltra debitum forte distulerit, dictum canonicum ex tunc in dicta Ecclesia, vel monasterio, ac membris ipsius, ad omnia idonem censeatur, ad quæ censeretur si foret expressè professus. Teneatur tamen quam ad hoc opportunitas se obtulerit, expressè nihilomin⁹ pro-

fessum. Aliquin ex tunc ad præmissa donec expressè fuerit professus, minus idoneus habeatur, ac nihilominus pro professo, eorum idoneus habeatur, ac nihilominus pro proprium Prælatum ad professionem expressè faciendã Prælatus quæcunq; qui professionem ab eo recipere noluerit, aut distulerit, vt præfertur, ad ipsius professionem admittendam, expressè, per suum immediatum superiorem Religionis eiusdem, seu per eum ad quem pertinuerit, compellatur.

§. 5 Receptio clerici, vel laici ad præbendam, vt prohibetur.

PRohibemus insuper ne in Ecclesia cathedrali, seu monasterio, vel loco alio Religionis eiusdem, quemlibet clericum, vel laicum recipiatur ad præbendã seu etiã pensionẽ, nisi eidem Ecclesiæ, seu monasterio, vel loco deputetur præsertim si, & sua. nec huiusmodi præbenda, seu pensio ad vitam, vel ad tempus vendatur, detur, seu alias concedatur eidem. Quicquid autem contra prohibitionem huiusmodi actum fuerit, omnino decernimus irritum & inane, ac nihilominus recipientes, vendentes, dantes, concedentes huiusmodi, vltra pœnas à iure statutas, superiorum suorum arbitrio puniantur. Per præmissa tamen non intendimus circa officia, vel ministeria, aut alia aliquæ opportuna, illis consueta per seculares clericos, vel laicos exerceri, aliquid immutare.

§. 6 Prioris claustralis electio, quando, & quomodo facienda.

VTamen dicta Religio salubriter in omnibus diriguar, in Ecclesia, seu monasterio, locoue alio collegiato, seu conuentuali Religionis eiusdem, Superiorem dicta Religionis non habente, ac etiam in quolibet collegiato, seu conuentuali loco duodecim, vel maiorem numerum habente canonicorum (etiam si Superiorem in eis dictæ Religionis habeat) necnon in alio loco etiam minorẽ huiusmodi numerũ habente, in quo Prior claustralis esse consueuerit, constituatur huiusmodi Prior claustralis. Illius Prioris constitutio fiat per illum, seu illos, ad quẽ, vel ad quos pertinuerit, cum consilio aliquorum seniorũ fratrum loci, in quo constituetur. attentius prouidendo, quod persona, quæ zelum Religionis ordinatum habeat, quæ excitet idonea ad exercendum, in Prioris claustralis officium, in loco, in quo constituta fuerit, assumatur. Dictus verò Prior quam cum absesse, vel sic impediri contigerit, quod incumbens sibi officium per se nequeat exercere, teneatur aliquem ex canonicis dicti loci, ad hoc idoneum deputare, qui huiusmodi absentia, vel impedimentis durantibus, vices ipsius gerat. nisi alicui ex priuilegio seu statuto, vel consuetudine ratione dignitatis injunctum, vel alterius beneficij, in præmissis casibus generaliter huiusmodi, competere nosceretur, vel nisi dictus Prior superior aliquem ad hoc pro ipso Priore duxerit deputandum, in loco autem in quo secundum præmissa Prior claustralis alio nomine fuerit statuendus, Præsidens ecclesiæ quam ipsum impedari, vel abesse contigerit, vt de Prioris claustralis præmittitur, teneatur aliquem loco ipsius, qui alias ad officium Prioris claustralis pertinet, deputare. Per hoc autem, quod volumus constitutionem circa administrationem ipsius, de priſtina obseruantia aliquid immutare.

profiteri, aliquin ex tunc ad præmissa donec expresse fuerit professus, minus idoneus habeatur, ac nihilominus posse per proprium Prælatum ad profitendum expresse compelli. Prælatus quoque, qui professionem ab eo recipere renuerit, aut distulerit, vt præfertur, ad ipsius professionem admittendam, expresse, per suum immediatum superiorem Religionis eiusdem, seu per eum ad quem pertinuerit, compellatur.

§. 5. Receptio clerici, vel laici ad præbendam, vt prohibetur.

PRohibemus insuper ne in Ecclesia cathedrali, seu monasterio, vel loco alio Religionis eiusdem, quum clericum secularem, vel laicum recipiatur ad præbendã seu etiã portionẽ, nisi eidem Ecclesiæ, seu monasterio, vel loco de cetero primitus se, & sua. nec huiusmodi præbẽda, seu portio adviã, vel ad tempus vendatur, detur, seu alias cõcedatur eidem. Quicquid autem contra prohibitionem huiusmodi attentatum fuerit, omnino decernimus irritum & inane. ac nihilominus recipientes, vendentes, dantes, & concedentes huiusmodi, vltra pœnas à iure statutas, Superiorum suorum arbitrio puniantur. Per præmissa verò non intendimus circa officia, vel ministeria, aut alia obsequia opportuna, inibi consueta per seculares clericos, vel laicos exerceri, aliquid immutare.

§. 6. Prioris claustralis electio, quando, & quomodo facienda.

VT autem dicta Religio salubriter in omnibus diriga tur, in Ecclesia, seu monasterio, locoue alio collegiato, seu conventuali Religionis eiusdem, Superiorem dicte Religionis non habente, ac etiam in quolibet collegiato, seu conventuali loco duodecim, vel maiorem numerum habente canonicorum (etiam si Superiorem in ipsa Religione habeat) necnon in alio loco etiam minorẽ duodecim numerũ habente, in quo Prior claustralis esse consueverit, constituatur huiusmodi Prior claustralis. dictaq; Prioris constitutio fiat per illum, seu illos, ad quẽ, vel ad quos pertinuerit, cum consilio aliquorum seniorũ illius loci, in quo constituetur. attentius prouidendo, quod persona, qua zelum Religionis ordinatum habeat, quæque existat idonea ad exercendum, in Prioris claustralis officium, in loco, in quo constituta fuerit, assumatur. Dictus verò Prior quum eum abesse, vel sic impediri contigerit, quod incumbens sibi officium per se nequeat exercere, teneatur aliquem ex canonicis dicti loci, ad hoc idoneum deputare, qui huiusmodi absentia, vel impedimento durante, vices ipsius gerat. nisi alicui ex privilegio seu statuto, vel consuetudine ratione dignitatis personatus, vel alterius beneficij, in præmissis casibus gerere vices huiusmodi, competere nosceretur, vel nisi dicti Prioris Superior aliquem ad hoc pro ipso Priore duxerit deputandum. in loco autem in quo secundum præmissa Prior claustralis minime fuerit statuendus, Præsidens sublato quum ipsum impediri, vel abesse contigerit, vt de Priore claustrali præmittitur, teneatur aliquem loco sui, qua ad ea quæ ad officium Prioris claustralis pertinet, deputare. Per hoc autem, quod volumus constitutionem dicti Prioris fieri de consilio seniorum, non intendimus circa admonitionem ipsius, de pristina obseruantia aliquid immutare.

§. 7. Regulare Capitulum quoties, & quomodo tenendum.

PRo regulari disciplina attentius obseruanda in Ecclesia cathedrali, seu monasterio, locoue alio conventuali Religionis eiusdem, diebus singulis, in aliis vero locis, in quibus quatuor, aut plures canonici fuerũt deputati, saltem semel in septimana, & etiam sæpius in eiusdem (si in ipsis sæpius, ac in quibusuis locis aliis non conventualibus, toties, & quando est in eis fieri consuetum) regulare Capitulum teneatur, in quo antequam ad tractanda alia procedatur, canonicorum excessus, transgressiones, & negligentiæ corrigantur, ac de disciplina & conformatione regulari tractetur salubriter, & agatur. nullo ibidem proterue, aut clamose, seu irreuerenter se habere quomodolibet præsumente.

§. 8. Annuale Capitulum vbi conuocandum & qui eidem interesse debeant, & quæ in dicto Capitulo agenda sint.

IN singulis quoque Ecclesijs cathedralibus, monasterijs atque locis collegiatis, seu conventualibus Religionis præfatæ principalibus, nõ ab aliis dependẽtibus (etiam si in eis alias non fuerit consuetum) & in singulis aliis locis Religionis eiusdem habentibus membra sibi subiecta, aut si vbi solitum est Capitulum celebrari annuu singulu Capitulum celebretur, scilicet ac hoc statuto, vel per ipsum Capitulum annu singulu statuendo. in loco sitiet principali, & non alibi, nisi euidens necessitas suaderet huiusmodi Capitulum alibi celebrandum, Prælatus aut loci principalis, in loco in quo celebrabitur ipsum Capitulum eidem Capitulo omnino studeat personaliter interesse, cui etiam præsse debebit. quod si vnus tunc ab eodem Capitulo abesse contigerit, teneatur alius idoneo loci & Religionis eiusdem committere vices suas, qui interfit, & præsit Capitulo memorato, nisi ex priuilegio, statuto, vel consuetudine alteri hoc competere noscerẽtur. ad huiusmodi autem Capitulum Abbates, Præpositi, Priores, & administratores eidem loco principali immediate subiecti, necnon vbi fuerit consuetum, etiam canonici administrationem nõ habẽtes, extra Ecclesias, monasteria, & loca prædicta morantes, personaliter conuenire impedimento cessante legitimo, aut impedimento huiusmodi subsistente, Abbates, Præpositi, Priores & administratores præfati procuratorem idoneum sufficienter instructum, cum mandato legitimo causam, seu causas impediments huiusmodi, & expresse iurandi in animas ipsorum constituentiũ, causas huiusmodi fore veras, & reddendi rationem infrascriptam, & illa faciendi, quæ facere possent si essent præsentes, potestatem continentem, ad ipsum Capitulũ dirigere teneantur. Is verò, qui tunc præerit dicto Capitulo, cum quatuor senioribus per ipsum Capitulum aut maiorem partẽ ipsius eligendis, an causæ huiusmodi sufficientes fuerint arbitrabitur, vel eis non venientibus aut nullum talem procuratorem mittentibus, vel causas minus sufficientes prætendentibus, de pœna condigna ob hoc talibus infligenda habeat extimare, quam ipse solus

Præsidens insligendi, & alias contra ipsos absentes si opus fuerit auctoritate Apostolica prout iustitia, & regularia instituta suaserint, procedendi habeat facultatem. Conuenientes ad dictum Capitulum vitam ducant communem, & faciant proportionaliter simul omnes expẽsas, nisi forte ex consuetudine, vel statuto, aut alia ordinatione rationabili incumberet alijs, seu alijs onus expẽsarum huiusmodi faciendi. quos tamen si ex hoc, quod singulis annis fieri volumus Capitulum memoratũ, vel ex aliis supra, vel infra statutis, ampliores expensæ fieri contigerit, nolumus in expensis publicis plus solito onerari, sed tunc huiusmodi ampliores expensæ fiant per õnes simul proportionabiliter, vt præfertur. Quod si forsan aliquem ex locis prædictis in quibus, vt præfertur, debet dictum Capitulum celebrari, membra habeat adeò sibi remota, quod administratores principales dictorum membrorum nequeant annis singulis ad ipsum Capitulum abire, notabili dispendio conuenire, tunc dictum Capitulum teneatur ordinare, quando dicti administratores ad Capitulum huiusmodi debeant conuenire.

In huiusmodi autem Capitulo tractetur præcipuè de reformatione morum & observantia regulari, ac corrigantur & reformentur in eo, quæ super spiritualibus, & temporalibus Religionis eiusdem corrigenda fuerint, & etiam reformanda ipso Capitulo perdurante, Abbates, Priores, Præpositi, ac Archidiaconi, cæterique administrationem habentes in religione prædicta, quouis nomine censeantur, de suis administrationibus eidem Capitulo teneantur afferre, & in scriptis tradere rationẽ, declarando videlicet si administrationes ipsæ aliquibus, & quantis, & ex quibus causis, quibusque personis, & qualibus obligationibus, & an sub vsuris sint debitis obligatæ, & an ipsa debita possint de rebus extantibus mobilibus persolui, aliaque onera sibi, suisque administrationib⁹ incũbentia supportari, sine debitorum augmento. & generaliter an administrationes ipsæ in casu desolationis, & quare, vel in statu prosperitatis existant. Huiusmodi autem rationum scripturæ, continentes administrationum ipsarum tam onera, quam augmenta, in loco principali cuius tenetur Capitulum, sub fida custodia fideliter cõseruentur, eorum à quibus ratio reddita fuerit propriis subscriptionibus communitæ. Volumus autem, quod in casu, vbi Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, & aliis administrationem habentibus, minimè videretur expediens, sed periculosum esse reuelare in dicto Capitulo commoda, seu augmenta, quæ de administratione huiusmodi superessent, quatuor eligendi de dicto Capitulo, duobus per ipsum Abbatem, seu Præpositum, vel Priorem, seu Archidiaconum, vel quemuis alium administrationem habentem, & duobus alijs per Capitulũ, vel maiorem partem ipsius, qui quatuor huiusmodi officium in virtute obedientiæ recipere teneantur, reuelare prædicta quæ superfint in quibuscunque rebus consilium, fidelium teneantur eisdem quatuor sic electis, iuramentu in præsentia dicti Capituli præstito, quod non reuelabunt prædicta, nisi cedentibus, vel decedentibus ijs qui reddiderint rationem, vel alia causa rationabili exigente. & tunc de licentia superiorũ sui, vel illius, qui dictam reddit rationem.

§.9. Capitulum prouinciale vbi, & per quos fieri debeat.

Constitutionem insuper Concilij Generalis de communi Capitulo Abbatum atque Priorum Abbates proprios non habentium, in singulis regnis siue prouincijs faciendo, volentes exacta diligẽtia obseruari, statuimus quod in regione prædicta, in singulis prouincijs per vos designatis inferius & distinctis, fiat in loco, qui ad hoc fuerit deputatus de quadriennio in quadriennium (saluo iure Diœcesani) commune seu prouinciale capitulum Abbatum, Præpositorum, Priorum, cæterumq; Prælatorum, Abbates, seu alios Prælatos superiores eiusdem Religionis non habentium; necnon Præpositorum, Priorum, vel aliorum maiorum in Ecclesijs Cathedralibus priẽtistites existentium, ac post antistites ipsos regularem curam canonicorum habentium quocunque nomine censeantur, aut nuncupentur, siue prænominati exempti existant, ad quod vniuersi conueniant, impedimentum canonicum non habentes, dictam Constitutionem circa præfatum prouinciale capitulum, & aliam tam prouidè, quã salubriter institutam in Religione præfatam fragabiliter obseruantes. Qui verò ad præfatum capitulum personaliter venire nequiuerint legitimè impediti, ad allegandã causam impedimenti huiusmodi, & probandam, necnon ad videndum ordinationes, seu statuta, æque mandata in dicto capitulo facienda, ac si idem impedimentum personaliter præsens esset concanonicum suum eiusdem Ecclesiæ, monasterij seu loci (si commodè fieri possit) alioq; in aliam personam idoneã cum sufficienti mandato causam impedimenti huiusmodi continente, & ẽt potestatem in animã constituentis consiliarij causam huiusmodi veram esse, ad dictum capitulum mittere teneantur. Personæ verò quæ præfatum huiusmodi prouincialibus capitulis celebrandis (quorũ potestatẽ de vno prouinciali, ad aliud prouinciale videlicet perdurare) arbitrẽtur, & decernãt an excusatoria causæ dictorum non venientium ad capitulum, sufficientes existant. à quarum arbitrio, seu decreto super hoc nullis appellare liceat, vel ẽt reclamare. Non venientes autem ad dictum capitulum legitimo impedimento cessante, aut quum subest impedimentum, prouisorem ad illud cum sufficiente mandato, vt præmittitur, non mittentes, teneantur expensas, quas fecerint in veniendo ad dictum capitulum morando, & redeundo saluis, iuxta Præsidentium dicto capitulo, seu maioris partis eorum, arbitrium extimandas in termino per ipsos Præsidentes statuendo, de bonis suæ administrationis persoluere, in vtilitatem ipsius prouincialis capitulo conuentũ das. super quibus nulli, in totum, vel in partem gratia fieri valeat, vel remissio indulgeri. Eosdem ẽt dicti Præsidentes, eosdem ad earũ solutionem per censuram Ecclesiasticam auctoritate Apostolica coërcere, sueq; professus, & sententias publicare, seu facere publicari in locis dictæ Religionis, prouincia tamen eiusdem. Et nobilitamus alias, contra non venientes præfatos (maximè si ex correctionem euitent siue vt nesciatur status Ecclesiæ, vel monasterij eorundẽ, vt alias malitiose se subtrahãt) prout dicto Præsidentibus, seu maiori parti ipsorum visum fuerit

rum prædictum. Circa præfatos verò, ac visitatores in eisdem Capitulo deputandos, & alia quæ, eu exequenda, ac seruentur, quam in eiusdem generali concilij & fel. record. Honorij Papæ III. prædecessoris nostri constitutione expressim continentur, prout statuti, & regularia congruit eorundem, seruatu tamen statutũ, ordinationibus & adiectionibus nostris, supra & etiam infrascriptis.

§.10. Capitulũ prædicti ordinationes quos ligent.

Abbas, decernimus Abbates, Præpositos, Priores, ac quoscunq; præfatos, capitula, conuentus, conuentosq; omnium Ecclesiarum, & monasteriorum eiusdẽ Religionis, etiam si in ipsis Ecclesijs, vel monasterijs, siue extra illa vbique Priuatiua officia, vel administrationes habuerint, seu tenuerint, tam exemptos, quam non exemptos, dictorum capitulorum prouincialium definitiones, correctionibus, & ordinationibus subijci, & ipsis obtemperare, easq; ad obseruationem illarum fore prædictos, seu alios, ad quos pertinuerit, compellendos.

§.11. Eiusq; expensæ à quibus sustinendæ.

Diffinimus etiam quoq; dictarum Ecclesiarum & monasteriorum, vel aliorum locorum eiusdẽ canonicos siue obtinentes, ad contribuendum in expẽsis eiusdem, & rationabilibus per capitulũ annale religiosi eiusdẽ immediatè precedẽtis taxãdis, secundũ suam in eorundem facultatem, quam dicti conuenientes facient ad hoc capitulariter, morando, & redeundo impositis, in dicto conuentibus secundum suarum exigentiã facultatum, in dicta expensis congrua fore portione per eosdem conuentes auctoritate apostolica per remedium appellationis obstaculo, compellendos. Ordinarijs locorum, exemptis, & non exemptis diœcesim incolentes, quod nullum prædictis impedimentum opponant, vel apponi permittant, sed legitimè repositis faciant executioni mandari, & inuiolabiliter obseruari.

§.12. Quid agendum quando cathedrales canonicorum carerent maioribus temporecelebrationis d. Capituli.

Quod si forte tempore, quo imminebit prouinciale capitulum celebrandum, contigerit Ecclesias cathedrales Religionis eiusdem carere maioribus prælatis, vel monasteria, seu loca Religionis eiusdem sui vacare, seu vacare pastoribus, qui si adessent, astricti forent ad conuocandum in prouinciali capitulo memorato, capitula Ecclesiarum, & conuentus monasteriorum, aliorumque locorum conuentualium prædictorum, teneantur personam sufficientem de gremio eorundem (si commodè fieri posse) quorum aliunde de transmittere ad huiusmodi capitulum celebrandum, ad faciendum & implendum omnia iusta obtinuerunt Præsidentium, quæ facere possint & tenerentur prælati, seu maiores præfati, si venirent ad dictum capitulum, & in eo personaliter interessent.

§.13. Quadriennium pro Capitulo celebrando quomodo intelligatur.

fuerit, procedatur. Circa præsidentes verò, ac visitatores in ipsem Capitulo deputandos, & alia quæq; eis exequenda, illa seruentur, quæ in eiusdem generalis concilij & sel. record. Honorij Papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus expressius continentur, prout statui, & relinqui congruit eorundem seruatis tamen statutis, ordinationibus & adiectionibus nostris, supra & etiam infrascriptis.

§.10. Capituli prædicti ordinationes quos ligent.

Ad hoc, decernimus abbates, Præpositos, Priores, ac maiores prædictos, capitula, conuentus, cunctosq; canonicos Ecclesiarum, & monasteriorum eiusdē Religionis, etiam si in ipsis Ecclesijs, vel monasterijs, siue extra eis vbiunque Prioratus officia, vel administrationes habuerint, seu moram traxerint (tam exemptos, quam non exemptos, dictorum capitulorum prouincialium diffinitionibus, correctionibus, & ordinationibus subijci, & ipsis astringi, eosq; ad obseruationem illarum fore per præsidentes, seu alios, ad quos pertinuerit, compellendos.

§.11. Eiusq; expensæ à quibus sustinendæ.

Decernimus etiam quoslibet dictarum Ecclesiarum & monasteriorum, vel aliorum locorum eiusdē canonicos beneficia obtinentes, ad contribuendum in expēsis moderatis, & rationabilibus per capitulū annale religionis eiusdē immediatè precedēs taxandis, secundū suarū exigentiam facultatū, quas dicti conuenientes facient ad illa capitula eundo, morando, & redeundo imposita, cum dictis conuentibus secundum suarum exigentiā facultatum, de dictis expensis congrua fore portione per ipsos conuenientes auctoritate Apostolica per remedia opportuna, sublato appellationis obstaculo, compellēdos. Ordinarijs locorum, exemptis, & non exemptis districtius iniungentes, quod nullum prædictis impedimēta apponant, vel apponi permittant, sed legitimè requisiti ea faciant executioni mandari, & inuiolabiliter obseruari.

§.12. Quid agendum quando cathedrales canonicorum carerent maioribus tempore celebrationis d. Capituli.

Quod si forte tempore, quo imminebit prouinciale capitulum celebrandum, contigerit Ecclesias cathedrales Religionis eiusdem carere maioribus prælatis, vel monasteria, seu loca Religionis eiusdem suis vacare, seu carere pastoribus, qui si adessent, astricti forent ad conueniendum in prouinciali capitulo memorato, capitula Ecclesiarum, & conuentus monasteriorum, aliorūque locorum conuentualium prædictorum, teneantur personam sufficientem de gremio eorundem (si commodè fieri possit) aliquam alunde transmittere ad huiusmodi capitulum celebrandum, ad faciendum & implendum omnia iuxta arbitrium Præsidentium, quæ facere possint & tenerentur prælati, seu maiores præfati, si venirent ad dictum capitulum, & in eo personaliter interessent.

§.13. Quadriennium pro Capitulo celebrando quomodo intelligatur.

Quod autem præmittitur de prouincialis Capitulo de quadriennio in quadriennium celebrando, ad cuiuslibet habitationis scrupulum amputandum, ad sanum referri volumus, vt scilicet, si prouinciale Capitulum fuerit celebratum, duobus futuris annis proximis ab illo valeat abstineri, eo in alio anno immediatè sequenti omnimodè celebrando.

§.14. Quoue in loco celebrandum sit.

Huiusmodi verò commune, seu prouinciale Capitulum apud vnum de monasterijs Religionis eiusdem ad hoc aptum, si in eadem existat prouincia debeat celebrari. Aliquam celebretur in loco alio congruo & securo, de quo à die primi Capituli celebrandi, & alijs ad hoc facientibus, opportunè prouidebunt illi, qui super hoc per Sedem Apostolicam deputati fuerint prima vice.

§.15. Quæ in eodem statuenda sint pro futuro Capitulo.

Et vt super eodem Capitulo & per illud extunc in posterum rationabilis ordinatio habeatur, in dicto primitus celebrando, & in alijs etiam per successiones temporum similiter celebrandis, Præsidentes eiusdem seu pars maior eorum, prouideant & ordinare procurent, per quem in sequenti Capitulo sermo fieri, Missaq; debeat celebrari. Eligant quoque tam locum in quo alia vice proxima huiusmodi Capitulum fuerit celebrandum, quàm eos, qui Præsidentes esse debēāt in eodem. Prouideant etiam, qui Abbates, quive Præpositi, seu alij ex eis qui ad ipsum capitulum venire tenentur, qui & quot & quotiens Ecclesias cathedrales, monasteria, & alia loca religionis eiusdem debeant visque ad aliud proximum sequens prouinciale Capitulum, visitare.

§.16. Quæ personæ ad Capitulum duci nequeant.

Cæterum prohibemus, ne venientes ad prouincialia seu annalia capitula, secum ducant, vel duci faciant, seu permittant electiones, seu familiares numero superfluos, seu quomodolibet excessiuos, aut tales de quibus præsumi valeat, quod alicui ad ipsa Capitula venienti, aut in eis moranti, vel de illis redeunti, aut Ecclesijs, monasterijs, Prioratibus, vel alijs locis eorum inferant per se vel alios, in personis, vel rebus, iniuriam, vel offensam; vel quod in aliquo de dicto Capitulo aut in Ecclesia, vel monasterio, siue loco, quibus illa contigerit celebrari, scandalum suscitare, vel turbationem facere, seu discordiam, vel contentionem mouere verisimiliter præsumatur: sed numero electionū, & familiarium, statui cuiuslibet eorum congruo sint contenti. Si quis autem eorū scienter & ex proposito, duxerit, vel tenuerit aliquem, vel aliquos ad inferendum iniuriam, vel offensā huiusmodi, vt turbetur, vel impediatur imminens Capitulum, vel aliquem, seu aliquos ad hoc cōuocauerit, & ob hoc turbatio, seu impedimentum secuta fuerit, vel sequatur, necnon quicunque alius de personis religionis eiusdem consentiens in præmissis extiterit, præstando auxilium, vel fauorem, scienter, & ex proposito, vt præmittitur est, excommunicationem incurrat sententiam ipso facto.

§.17. Impedientium celebrationem Capituli prouincialis, vel annalis pœna,

EAndem quoque excommunicationis sententiam quicunque religionis prafata, per se, vel alium impediuerit malitiosè, scienter, & ex proposito, quominus dicta Capitula prouinciale videlicet & annale, & eorum quodlibet valeant celebrari, aut propterea præsumpserit euntes ad illa, vel aliquod eorundem, vel in eis morantes, seu de ipsis redeuntes, capere, seu capi facere, seu captos detinere, aut impedire, vel eis aut eorum familiaribus, in personis vel rebus inferre damna, iniurias, vel offensas. necnon quicunque ipsius religionis, qui ad hoc ne fiat, aut impediatur visitatio malitiosè, & ex proposito, predicta, vel eorū aliquod, per se, vel alios commiserit, in personas Abbatum, Priorū, vel aliorū proprios subiectos visitantium, vel in personas Visitatorum, qui in prouincialibus Capitulis, aut per Abbates, seu Prælatos alios fuerint deputati, vel familiarium eorundem, aut in bonis eorum, dum tamen propter hoc visitatio huiusmodi fuerit impedita, ipso facto incurrant. Præsidentes autem prouincialibus, & annalibus Capitulis præfatis, & eorum quilibet postquam simpliciter & de plano eis constiterit aliquem ex prædictis prefatā excōmunicationis sententiam incurrisse, ipsum excommunicatum per omnia eiusdem religionis loca, de quibus eis videbitur tam diu solemniter publicent & faciant ab alijs auctoritate Apostolica publicari, eos ad hoc per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, donec excommunicatus huiusmodi condignam super hoc satisfactionem impenderit, & absolutionis beneficium meruerit obtinere. Possint autem ab huiusmodi excommunicationis sententia, congrua satisfactione præmissa, absolui per Præsidentes prædictos prouincialibus Capitulis, & quemlibet eorundem, quorum offensa concernet eorum prouinciale Capitulum, aut per Visitatores deputandos ab eo, illi quorum offensa respicit, et annale Capitulum, per Prælatos qui huiusmodi annali, seu annalibus Capitulis præfuerint, aut per ipsos Prælatos visitantes, seu per Visitatores deputatos ab eis congrua satisfactione præmissa absolui valeant. nisi forsan offensa adeò grauis existeret, quòd super ea Sedes Apostolica foret meritò consulenda.

§. 18. Offendentium quæ personas & loca religionis.

VT autem professores religionis eiusdem, quietius & liberius valeant Domino famulari, districtè præcipimus tam Diœcesanis, quàm personis, qua prouincialibus Capitulis præsidebūt, vt aduocatos, Patronos, Magnates, Rectores, Vicedominos, Consules Milites, & quoscunque alios per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescant, ne Cathedrales Ecclesias, monasteria, aut loca religionis eiusdem præsumant offendere in personis, aut rebus eorum, eosque si forte eisdem offensas intulerint, ad satisfaciendum eis compellere nō omittant.

§. 19. Prouinciarum in quibus celebrentur Capitula distinctio.

VT autem de Prouincijs, in quibus dicta prouincialia Capitula fuerint celebranda, distincta limitatio habeatur, nec de ipsis in posterum hæsitetur, quamlibet prouinciā quoad huiusmodi prouincialia tenenda & celebranda capitula, prout sequitur, limitamus. In primis Vrbs Romana cum Episcopatibus nobis immediatè subiectis, in nostra speciali prouincia consilij ordinem toto Regno Siciliæ pro vna prouincia computatur. Prouincia Thebana, Cretensis, Athenensis, Patracensis, Corinthiensis, & Neopatensis, cum toto Patriarchatu Constantinopolitano pro vna. Regnum Cypri pro vna. Regnum Corsicæ, & Sardiniæ pro vna. Prouincia Pisana, Ianuensis, Mediolanensis, & Rauennas, cum Episcopatibus Placentinensi, Ferrariensi, Ariminensi pro vna. Patriarchatus Aquilegensis, & Gradensis, cum Prouincia Iadrensi, Palatensi, Ragusinensi, Antibarensi pro vna. Prouincia Strigoniensis, Colocensis, ac Gnezzensis, cum Episcopatu Camenensi pro vna. Regiensis pro vna. Salzburgēsis, Magdeburgensis, & Bremēsis pro vna. Coloniensis, Moguntinensis, Treuerensis, cum Episcopatu Bambergensi pro vna. Ebredunensi, Viennensi, Aquensi, Arelatensis pro vna. Lugdunensis, Tharantasiensis, & Bisuntina pro vna. Remensis, Senonensis pro vna. Rothomagensis, & Turonensis pro vna. Burdegalensis, & Bituricensis, cum Episcopatu Anicensi pro vna. Narbonensis, Tholosana, & Auxitana pro vna. Tarraconensis, & Cæsaraugustana cum Episcopatu Mauritanensi pro vna. Toletanensis, Hispalensis, Compostellanensis, & Bracharensis pro vna, Cantuariensis, & Eboracensis pro vna. Tota Hybernia pro vna. Regnum Scotiæ pro vna. Regna Daciæ, Norwegiæ, & Suetiæ pro vna prouincia deputantur. Si qua verò Episcopatus, vel monasteria, aut loca alia dictæ religionis existant, que in aliqua dictarū Prouinciarum minimè includantur, quæ ad dicta capitula prouincialia intelligantur esse dicta prouincia, in quibus viciniora existere dignoscuntur.

§. 20. Visitatorum munus præfinitur.

VIsitatores siquidem, qui secundum Constitutionem dicti generalis Concilij fuerint in prouincialibus Capitulis deputati, sint solliciti circa huiusmodi visitationis officium exequendum, & quantum fieri & religioni eorum conuenit, obseruare studeant, quam circa constitutionibus prefatorum Concilij, & literis sint statuta. Quod si omiserint illa exequi negligenter, a Præsidentibus prouincialibus Capitulis, quorum eis huiusmodi negligentia nota fuerit, grauiter arguantur, & pro eos pro ut qualitas culpa ipsorum exegerit, puniatur. Vt autem dictorum Visitatorum officium cum maturitate procedat, districtius inhibemus, ne quis Visitator sibi deputati eodem anno esse valeat Visitator. Debeant tem Visitatores & familiares eorum, in Ecclesia Cathedrali, seu monasterio, vel alio loco religioso ad quem visitationis causa duxerint declinandum, vltra duos dies nequaquā remaneant, nisi euidens necessitas fuerit, vel magna vtilitas Ecclesiæ, monasterij, seu loci huiusmodi amplioris moram Visitatorum, vel familiarium exigeret eorundem. quo casu possint vlterius remanere, statimen quod id faciant de consilio seniorum dicta Ecclesiæ, seu monasterij, siue loci. Dicti quoque Visitatores, vel familiares eorum, Ecclesiæ, Monasterio, siue loco, cui visitationis impēsam, onerosi nequaquam existāt, nec sumptuosas epulas quærant, sed cum grauitate actionem recipiant, quod honestè, & competenter eis fu-

strationi. Caueat insuper, ne quisquam ipsorum, aut familiarium eorum per se, vel per interpositam personam aliquam pecuniam huiusmodi, vel alia occasione quacunque, nisi pro expensis duntaxat, & tunc secundum ipsius synodum modum exigant, aut etiam à volente recipiant, neque aliquod munus quodcunque sit, vel qualitercunque offeratur præsumant recipere à quocunque, nec quæ sua sint videantur quærere, sed quæ Christi. quod si fuerit contra præsumptum, duplum eius quod fuerit contra præsumptum, duplum eius quod receperint, Ecclesiæ, monasterio, siue loco, à quo, vel ea quæ ceperint, si intra mensē reddere teneantur: aliquam dispōsum ipsum ex vltra dictum tempus restituere differentes, tam diu sint ab officio, beneficio, & suspensi, quousque grauatis Ecclesijs, monasterijs, siue locis, de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. nullo in hoc dantium liberalitate, remissione, vel gratia valituro. Et nihilominus quidem Visitatores si opus fuerit, per Præsidentes dicta capitula prouincialibus, & eorum cuilibet, ad literarum Apostolicarum dicti, auctoritate Apostolica per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna remedia compellantur. Concedimus tamen, vt Præsidentes dicta capitula, vel pars maior eorum, ordinare possint prout & quando eis visum fuerit expedire, quod dicti Visitatores expensas recipiant in pecunia, & eo casu eis huiusmodi ordinandum, dictas expensas, omnino tamen quod summa, in constitutione, quam super moderatione procurationum edidimus, quæ incipit, Vsticitionis, nullatenus excedatur. Ipsem etiam Prælati dicti Visitatores prouideant, vt quum inter loca visitanda, & visitanda magna fuerit distantia, quantum collect eorundem locorum, visitatui sufficiat, & etiam visitandus, soluere habeant Visitatori pro suis sumptibus moderatis. Statuimus monasteria visitanda in facultatibus non collapsa, tunc de expensis quas dicti Visitatores saluari erunt occasione visitationis locorum huiusmodi collapsorum, prouideatur eisdem de communi contributione in prouinciali capitulo facienda. Vt autem ijs fraudulenter præcludatur, inhibemus Visitatoribus memoratis, ne ipsi, seu eorum comitiua, qui eis aliqua secretam visitationem reuelauerint, præsumant alijs reuelare, seu reuelari demum dicti Visitatores procedant super dicta visitatu, prout secundum canonica & regularia sanctiones fuerit procedendum. Quod si dicti Visitatores contra inhibitionem huiusmodi reuelauerint, seu eorum comitiua detexerint, prout facti qualitas exiget, per Præsidentes, in eorum quemlibet, puniantur.

§. 21. Collectæ quæ, & quando pro subuentionibus imponantur, & quomodo.

QVum in prouinciali, & annali Capitulo, & alijs regularibus expensarum cessoria requirantur, vt annis singulis non oporteat locum supportetur, statuimus, quod in eisdem Capitulis cuiusquam contradictione, vel absentia non obstante, pro communibus libertatibus defendendis, necnon necessarijs, vtilitatibus, & alijs plerunque occurrentibus necessarijs oneribus, & expensis auctoritate Apostolica imponatur collecta, subuentiones seu contributiones, videlicet in Capitulo prouinciali pro tanto, prout ipsum Capitulum, secundum arbitrium ipsius

strarum. Caueat insuper, ne quisquam ipsorum, aut familiares eorum per se, vel per interpositam personam aliquam pecuniam huiusmodi, vel alia occasione quacunque, nisi pro expensis duntaxat, & tunc secundum infra scriptum modum exigant, aut etiam à volente recipiant, neque aliquod munus quodcunque sit, vel qualitercunque offeratur præsumant recipere à quocunque, vt non qua sua sunt videantur quærere, sed quæ Christi. quod si fuerit contra præsumptum, duplum eius quod receperint, Ecclesiæ, monasterio, siue loco, à qua, vel quo id receptum fuerit, intra mensẽ reddere teneantur: aliàs non dupli ipsum eis vltra dictum tempus restituere differentes, tam diu sint ab officio, beneficio, & suspensi, quousque grauatis Ecclesijs, monasterijs, siue locis, de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. nullo in hoc dantium libertate, remissione, vel gratia valituro. Et nihilominus eidem Visitatores si opus fuerit, per Præsidentes dicti capitulo prouincialibus, & eorum cuilibet, ad restitutionẽ præfati dupli, auctoritate Apostolica per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna remedia compellantur. Concedimus tamen, vt Præsidentes dicti capitulo, vel pars maior eorum, ordinare possint prout & quando eo visum fuerit expedire, quod dicti Visitatores expensas recipiant in pecunia, & eo casu quo hoc duxerint ordinandum, dictas expensas, omni odio & fauore remoto, moderari habeant, & taxare. prouisi tamen quod summa, in constitutione, quam super moderatione procurationum edidimus, quæ incipit, Vas electionis, nullatenus excedatur. Idem etiam Præsidentes discretè prouideant, vt quum inter loca visitata, & visitanda magna fuerit distantia, quantum quilibet eorundem locorum, visitatus scilicet, & etiam visitandus, soluere habeant Visitatori pro suis sumptibus moderatis. Si tamen monasteria visitanda in facultatibus sint collapsa, tunc de expensis quas dicti Visitatores facturi erunt occasione visitationis locorum huiusmodi collapsorum, prouideatur eisdem de communi contributione in prouinciali capitulo faciẽda. Vt autem via scandalo precludatur, inhibemus Visitatoribus memoratis, ne illos, seu eorum nomina, qui eis aliqua secretam visitationibus reuelauerint, præsumant alijs reuelare, sed tunc demum dicti Visitatores procedant super dicta reuelata, prout secundum canonica & regularia instituta fuerit procedendum. Quod si dicti Visitatores contra inhibitionem huiusmodi reuelauerint, seu eorum nomina detexerint, prout facti qualitas exiget, per Præsidentes, vel eorum quemlibet, puniantur.

§. 22. Collectæ quæ, & quando pro subuentionibus imponantur, & quomodo.

QVorum in prouinciali, & annali Capitulo, & alijs negocijs expensæ necessariæ requirantur, vt onus diuersum in partes leuius supportetur, statuimus, quod in eisdem Capitulis cuiusquam contradictione, vel absentia non obstante, pro communibus libertatibus defendendis, necnon necessitatibus, vtilitatibus, & alijs plerunque occurrentibus necessarijs oneribus, & expensis autoritate Apostolica imponantur collectæ, subuentiones seu contributiones, videlicet in Capitulo prouinciali pro tangentibus ipsum Capitulum, secundum arbitrium ipsius pro uincialis Capituli, vel maioris partis eiusdem. In annali verò Capitulo, pro tangentibus ipsum annale Capitulum, vel locum principalem, vbi debet ipsum Capitulum celebrari, secundum arbitrium Prælati præsidentis ipsi annali Capitulo, & Diffinitorum, vbi Diffinitores fuerint, & vbi non fuerint, secundum arbitrium ipsius Capituli, seu maioris partis eiusdem. Volumus tamen, quod libertates, necessitates, seu vtilitates, & alia pro quibus huiusmodi collectæ, subuentiones, seu contributiones fuerint imponende, in eisdem Capitulis prouincialibus, & annalibus clarè, & explicitè ponantur, & aliter, quam vt præmittitur imponi, non possint. & si secus actum fuerit, impositio, & processus, ac sententiæ occasione huiusmodi impositionis facti, & latæ, omnẽ careant roboris firmitate, ac nihilominus restituatur eisdem quicquid occasione huiusmodi ab ipsis exactum fuerit & receptum. De dictis autem subuentionibus, contributionibus, seu collectis possit membris necessitatem patientibus subueniri, prout expositis prius dictis necessitatibus annali Capitulo, prædicti quorum arbitrio subuentiones, contributiones, seu collectæ huiusmodi imponi debuerint, in ipso annali Capitulo fuerint arbitrati. præuiso tamen quod administratores dictorum membrorũ necessitatem patientium expendere habeant pro dictis necessitatibus quantum membra ipsa poterint sustinere. Vt autem in conseruatione collectorum, subuentionum, seu contributionum huiusmodi adhibeatur cautela diligens, & etiã opportuna, præcipimus vt illæ quæ impositæ fuerint in Capitulo prouinciali, per tres bonos, & fideles de illis, qui ad ipsum Capitulum prouinciale venire tenentur, in aliqua Ecclesia, Monasterio, seu alio loco conuenienti, & secuto seruentur, quæ vero impositæ fuerint in annali, per tres fideles canonicos loci, in quo imponentur (quorum vnum ponat ille, qui præfuerit ipsi Capitulo annali, alium verò Priores, & administratores, & tertium Capitulum, seu conuentus, monasterij, siue loci, vbi huiusmodi annale Capitulum fieri debet) in vna arca serrata in tribus diuersis seris, & clauibus fideliter custodiantur, & in vsus duntaxat, pro quibus imposita fuerint, conuertantur. Pro his autem collectis, & subuentionibus seu contributionibus fideliter conseruandis, & vt præmittitur expendendis, dicti tres, qui ad hoc fuerint in prouinciali Capitulo deputati, præsent in Præsidentium ipsius Capituli, & alij præfati tres canonici in Prælati præsidentis, & Capituli, seu Conuentus loci principalis, cuius annale Capitulum celebrabitur præsentia, corporaliter iuramentum. nec imponi valeat alia contributio, quamdiu aliquid de prima contributione, quod sufficiat contigerit superesse. Habeant aũt Præsidentes & eorum quilibet, quo ad huiusmodi prouincialia capitula, similiter quoque Prælati, seu alij, qui præerint dictis annalibus Capitulis, quo ad ipsa annalia capitula autoritate Apostolica supradicta exigendi, colligendi, & leuandi collectas, subuentiones, & contributiones prædictas, & contradictores, & rebelles quoslibet eadẽ autoritate per censuram Ecclesiasticã, vel alia iuris, & ipsius religionis remedia, remoto cuiuslibet appellationis obstaculo compellendi, & etiam puniendi, & exequendi liberè suos processus, & sententias super

pra-

præmissis habitos, & prolatos in Ecclesiis Cathedralibus, aliisque locis religionis eiusdem, quando, & quotiens eis visum fuerit expedire, necnon etiam absoluendi (congrua tamen satisfactione præmissa) à dicto sententiis, & relaxandi, atque tollendi omnes processus & sententias eorundem, & cum eis, qui dictis ligati sententijs per simplicitatem, & iuris ignorantiam, non tamen in contemptum clauium, celebrando diuina, vel se ingerendo eisdem irregularitatem incurrerint super irregularitate huiusmodi dispensandi liberam potestatem.

§. 22. Magistri ad docendos canonicos deputentur.

QVoniam per exercitium lectionis, studentes literarum scientijs imbuuntur, nos cupientes vt veri religionis eiusdem in primitijs, & deinde in Diuinis, & Canonici iuris scientijs instruantur, statuimus, quod in qualibet Ecclesia Cathedrali, monasterio, locoue alio Conuentuali, seu Collegiato dictæ religionis, cui ad hoc suppetent facultates, habeatur magister, qui canonicos doceat infra septa locorum in scientijs, videlicet Grammatica, Logica, & Philosophia, proviso attentius, vt seculares instruendis cum ipsis canonicis, docendique in eisdem monasterijs, siue locis, nullatenus admittantur. In Ecclesijs tamen Cathedralibus religionis eiusdem, iura super hoc edita obseruentur. Prouideatur autem quotidie præfato magistro, si alius, quàm canonicus eius de loco fuerit, sufficienter in pane & vino, & pitantia, per illos, qui talia tenentur in eadem Ecclesia, monasterio, siue loco canonicis ministrare. Eidem quoq; magistro pro vestimentis, & calceamentis, ac salario congrua persia annua assignetur, summam viginti librarum Turonensiũ paruorum nequaquam excedens, quæ de infrascripta communi contributione soluatur, donec pro ea certi, & perpetui redditus fuerint assignati. Si verò in locis prædictis fuerit canonicus ad huiusmodi institutionem idoneus, per superiorem suum, ad quem hoc pertinuerit deputetur institutor, & ad hoc si necesse fuerit compellatur. cui siquidem institutori Canonico vltra victum, & vestitum, pro libris emendis, & alijs necessitatibus suis iuxta dispositionem Superioris sui, decem libræ paruorum Turonensium assignentur. Prælati verò, seu alij ad quos spectauerit, canonicos instruendos dociles tam de capite, quàm de membris, cum consilio seniorum eligere, & de ipsorum cetu numero, ac de lectis, & temporibus, quibus lectionibus, quibusue diuinis officijs, seu obsequijs alijs opportunis intendant, ordinare puré, & prouide teneantur. Si tamen dicti Canonici instituendi, teneri, & instrui commodè in loco principali nequiuerint, & propter hoc fuerit hactenus consuetum, ipsos instruendos in aliquo de membris ipsius loci teneri, atque instrui, non intendimus circa hoc, dummodo ibidem vigeat obseruantia regularis, aliquid immutare. Possint autem præfatus Magister, seu institutor, & instruendi, cum consilio seniorum prout expedire visum fuerit eis, ad quos pertinuerit, removeri, & per eos loco eorum, qui remoti fuerint, alij subrogari. Præcipimus insuper cunctis Visitatoribus in prouincialibus Capitulis deputatis, quod ea, quæ sunt de Magistro, seu institutore, & personis instruendis, & aliis extra hæc superius ordinata, faciant autoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna remedia appellatione remota, firmiter obseruari. Et nihilominus ea quæ super præmissis fecerint, & mutauerint. Præsentibus Capitulo prouincialis referant. quæ etiam autoritate Apostolica si eis, vel maiori parti ipsorum visum fuerit, contra negligentes, vel rebelles in præmissis, procedat sicut videbitur expedire.

§. 23. Canonici qui, & quot ad studia mittantur.

QVia verò expedire dignoscitur, vt idem Canonici postquam in scientijs primitijs fuerint eruditi, ad sacræ Theologiæ, vel Canonum transeant facultatem, statuimus, vt Ecclesia Cathedralis, Monasterium, Prioratus, locumue alius religionis eiusdem, cum membris inserius declarandis, de quibus vicinario numero Canonicorum, vnum aptum Canonicum huiusmodi scientijs ac querendis ad generalia, seu solemnia studia mittere, & cuilibet mittendorum ipsum teneantur de infrascripta annua pensione prouidere. Illi autem huiusmodi vicenarium numerum seu volumen computari, vt videlicet illi duntaxat Canonici numerum ipsum efficiant in casu, qui fuerint in Ecclesia, monasterio, vel loco alio principali, & in loco eius subducto, habente octo, vel plures Canonicos, præter Priorem, seu administratorem loci subducti, & ipsorum, cum canonicis eiusdem Ecclesiæ, seu Monasterij, & loci alterius principalis, in computatione, ac ipsum huiusmodi coniungantur. Quod si forsan vicenarium numerum vicenarium aliquis superesset, qui tamen vicenarium alium non complerent, non propter hoc astringatur aliquem mittere ad studia prælibata. Vbi autem huiusmodi Ecclesia, Monasterium, siue locus ad mittendum plures ad prædicta studia, quàm præmittitur, astringeretur ad consuetudinem, vel ordinationem aliam, seu statutum, non intendimus consuetudines, ordinationi, seu statuto huiusmodi per præmissa aliqualiter derogare. Si verò in huiusmodi Ecclesia, Monasterio, vel loco alio principali, vicenarius Canonicorum numerus non existat, numerus tamen maior seu ibi stabiliter teneantur visitatores per prouinciale Capitulum deputati, quum in ea, vel eo visitationis officium exercebunt, inquirere de facultatibus, & oneribus huiusmodi Ecclesiæ, monasterij, siue loci. & si huiusmodi oneribus supportatis, inueniant facultates sufficere pro vno, vel pluribus Canonicis ad dicta studia destinandis, relationem de hoc factam in prouinciali Capitulo subsequenti, in quo Præsidentes cum consilio, & assensu maioris partis Capituli, ordinent autoritate Apostolica iuxta huiusmodi suppetentiam facultatum, de vno, vel pluribus Canonicis ad eadem studia destinandis. Eligentur autem ipsi Canonici mittendi, prout ad scientias Theologiæ, vel iuris Canonici, seu magis ad vnam, quam ad alteram aptiores poterint inueniri. sic tamen quod (si tot apti reperiantur pro ipsius Theologiæ studio) ad minus medietas mittendorum, pro ipsius Theologiæ studio destinetur. & qui electus fuerit, ad quam scientiam

qui, ad eam propria arbitria nequeat se transferre, quod si fecerit, de studio removeatur. Vt autem ad electionem Canonicorum ad prædicta studia mittendorum, fructus, & celeritate congrua procedatur, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis religionis eiusdem, septem: aliàs verò, Prior, & quinque alios Prælatus Monasterij, seu Prioratus, & loci Conventualis religionis eiusdem, habentis viginarium, aut maiorem numerum Canonicorum, quinque: habentis verò numerum minorem viginarij, tres Canonicos seniores, qui electam electionem facere habeant infra quinque dies post festum Beatæ Mariæ Magdalenæ, quod primitus à publicatione huiusmodi nostræ constitutionis in eorum Capitulis annalibus facta occurrerit, & deinde singulis annis in perpetuum, quotiens electio de Canonicis, vt præmittitur, mittendis extiterit facienda, infra idem tempus eligere teneantur. Seniores autem ipsi antequam ad huiusmodi electionem procedant, iuramentum præstent (ad quod præstandum per Superiores suos, si aderunt fuerit, eos volumus conuocari) quod timore, amore, odio, pretio, seu fauore cuiuslibet, illos in Canonicis in scientijs primitijs, & regularibus obseruantijs informatis, ac vita, & moribus commendabilibus, eligent ad studia suprædicta, quos magis dignos, & aptiores esse crediderint ad alterutrum, ex vtroque, & iuris Canonici scientijs, ad quam fuerint destinandi. Quum verò dicti seniores præstiterint huiusmodi iuramentum, teneantur infra tres dies cum consilio Instructoris, si Canonicus extiterit, iuramento simili astringendi, coram Ecclesia Cathedralis Capitulo, vel Abbate, seu Priore, vel alio Prælato prædictis, mittendos præfatos eligere. Electione autem facta per seniores eosdem, vel maiorem partem numerum eorundem, cum consilio vt præmittitur Instructoris, ad quem pertinuerit, licentiam eundi ad studia præfata infra sex dies, post habitam de dicta electorum nominum, concedere eis sine difficultate. Ideoque electi mittendi ad Parisiense studium, illuc in Exaltatione sanctæ Crucis, alij verò ad alia studia destinandi, ibi in festo Iuxta dictum, seu circa, ad ipsa proficiscantur. Quod si forsan dictum Capitulum infrapræfatos quinque dies, præfatos septem seniores, non elegerit, aut si ipsi septem ab eodem Capitulo, vel dicto quinque, seu tribus senioribus à præfato Abbate, seu Priore, vel alio Prælato, vt præfertur, electis, ijdem seniores, vel eorum maior pars in casu quolibet prædictorum, infra dictos tres dies huiusmodi Canonicos mittendos non duxerint eligendos: ex tunc in Ecclesia Cathedrali, ad illum, qui præest in regularibus disciplinis post Episcopum, in Monasterio verò, seu Prioratu, locumue alio ad Abbatem, seu Priorem, vel alium Prælatum, eo ipso huiusmodi electio deuoluatur. Ille verò ad quem ipsa electio fuerit deuoluta, electionem dictorum mittendorum infra triduum post notitiam deuolutionis huiusmodi, cum consilio quatuor seniorum discretiorum sua Ecclesiæ, seu Monasterij, aut loci, vel Prioratus huiusmodi, quos ad hoc eligere, & simili astringere iuramento, facere teneatur. Quorum in præmissis repertus fuerit deliquisse, prout

tur, ad aliam proprio arbitrio nequeat se transferre, quod si fecerit, de studio reuocetur. Vt autem ad electionem Canonicorum ad prædicta studia mittendorum, fiuerè, & celeritate congrua procedatur, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis religiosus eiusdem, septem: Abbas verò, Prior, & quiuis alius Prælatus Monasterij, seu Prioratus, & loci Conuentualis religiosus eiusdem, habentis vicinarium, aut maiorem numerum Canonicorum, quinque: habentis verò numerum minorem vicinario, tres Canonicos seniores, qui dictam electionem facere habeant infra quinque dies post festum Beatæ Mariæ Magdalenæ, quod primitus à publicatione huiusmodi nostræ constitutionis in eorum Capitulo annalibus facta occurrerit, & deinde singulis annis in perpetuum, quotiens electio de Canonicis, vt præmittitur, mittendis existerit facienda, infra idem tempus eligere teneatur. Seniores autem ipsi antequam ad huiusmodi electionem procedant, iuramentum præstent (ad quod præstandum per Superiores suos, si opus fuerit, eos volumus coarctari) quòd timore, amore, odio, pretio, seu fauore reiectis, illos ex Canonicis in scientijs primitiuis, & regularibus obseruantijs informatis, ac vita, & moribus commendandis, eligant ad Studia supradicta, quos magis dociles, & aptiores esse crediderint ad alterutrum, ex Theologia, & iuris Canonici scientijs, ad quam fuerint destinandi. Quum verò dicti seniores præstiterint huiusmodi iramentum, teneantur infra tres dies cum consilio Instructorij, si Canonicus extiterit, iuramento simili astringendi, coram Ecclesiæ Cathedralis Capitulo, vel Abbate, seu Priore, vel alio Prælato prædicto, mittendos præfatos eligere. Electione autem facta per seniores eosdem, vel maiorem partem numeri eorundem, cum consilio: vt præmittitur Instructorij, nisi quem pertinuerit, licentiam eundi ad studia supradicta infra sex dies, post habitam de dicta electione notitiam, concedere eis sine difficultate. Idemque electi mittendi ad Parisiense studium, illuc in Exaltatione sanctæ Crucis, alij verò ad alia studia destinandi, illuc in festis Lucæ diebus festiuis, vel circa, adesse procurent. Quod si forsan dictum Capitulum infra prædictos quinque dies, præfatos septem seniores, non elegerit, aut si ipsi septem ab eodem Capitulo, vel dictis quinque, seu tribus senioribus à præfato Abbate, seu Priore, vel alio Prælato, vt præfertur, electis, iidem seniores, vel eorum maior pars in casu quolibet prædictorum, infra dictos tres dies huiusmodi Canonicos mittendos non duxerint eligendos: ex tunc in Ecclesia Cathedrali, ad illum, qui præest in regularibus disciplinis post Antistitem, in Monasterio verò, seu Prioratu, loco ad Abbatem, seu Priorem, vel alium Prælatum, eo ipso huiusmodi electio deuoluatur. Ille verò ad quem ipsa electio fuerit deuoluta, electione dictorum mittendorum infra triduum post notitiam deuolutionis huiusmodi, cum consilio quatuor canonicorum districtorum sua Ecclesiæ, seu Monasterij, aut loci, vel Prioratus huiusmodi, quos ad hoc elegerit, & simili astrinxerit iuramento, facere teneatur. Qui verò in præmissis reperti fuerint deliquisse, prout delicti qualitas exegerit, puniatur. nihilominus his, quæ circa hæc negligenter omissa, vel dolosè commissa fuerint supplendis quantocius, & etiam reformandis.

§. 24. Pensiones Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, &c. assignentur.

QVoniam insistentes literarum studijs diuersa subire oportet onera expensarum, prædicti Canonici, qui mittentur ad studia generalia, Magistri, & Baccalaurei, legentibus, ac scholaribus studentibus, in subsequentibus quantitatibus pro expensis huiusmodi, forè decernimus pensiones annis singulis ministrandas. videlicet in Theologia magistro sexaginta, Bacchalaurio quadraginta, ac scholari similiter quadraginta. In iure verò Canonico Doctori quinquaginta, Bacchalaurio verò, ac scholari, cuilibet eorum videlicet, triginta quinque libras Turonenſium parvorum, vel earum valorem in alia moneta, tam pro victualibus, & vestimentis, quàm pro libris, & quibuscunque necessitatibus alijs eorundem. Si autem in aliqua Ecclesia, Monasterio, siue loco est taxatum, siue ordinatum, quod & quantum assignari debeat Canonico in studio existenti, illud detur, & assignetur loco pensionis prædictæ, etiam si eandem excedat, et qui vt præmissum est, ad studium transmittetur. Vbi verò huiusmodi taxatio, vel ordinatio non est facta, volumus, quod ij, qui tenentur Canonicis insidentibus in suis Ecclesijs, Monasterijs, seu locis, de victualibus, & vestibus prouidere, prouisione huiusmodi ijs, qui mittentur ad huiusmodi studia (etiamsi taxationem dictarum pensionum excedat) loco pensionum huiusmodi integraliter facere teneantur. Quod si huiusmodi taxatio, ordinatio, siue prouisio ad summam dictarum non ascendent pensionum, de infrascripta communi contributione, id quod ei defuerit suppleatur. Et si forte taxatio, ordinatio, seu prouisio præfata, non in pecunia, sed in alijs rebus ipsis Canonicis consueuerint assignari, ne super alienatione earum posset altercatio suboriri, in primo annali Capitulo Ecclesiæ, Monasterij, siue loci eorum, qui mittentur ad studia, tres probi viri per ipsum Capitulum, vel maiorem partem ipsius deputentur, qui in pecunia valorem prouisionis eiusdem computando ea, quæ computanda fuerint de bono, & æquo, & compensando vnum annum cum alio, debeant æstimare. quæ quidem promissiones, pensiones, seu alia, quæ loco eorum fuerint assignanda, per eos, qui ad eorum solutionem tenebuntur, in festo Assumptionis B. Mariæ anno quolibet, collectoribus ad eorum collectionem deputatis, integraliter persoluantur. & per eos illis videlicet, qui ad studium Parisiense in festo Exaltationis S. Crucis, vel circa illud; ein verò, qui ad alia studia generalia, vel solemnia fuerint deputati, in festo Beati Lucæ, vel circa; singulis annis infallibiliter transmittantur. Si quis verò Abbas, Præpositus, Prior, vel Administrator, vel quicunque alius, qui ad prædicta soluenda tenebuntur, illud quod ipsorum quemlibet pro rata contingente in termino ad hoc statuto soluere dictis collectoribus non curarent, teneantur ex tunc vltra quantitatem, ad quam erunt, vt præmittitur, obligati, quintam partem eiusdem quantitatis, nomine pœnæ soluere dictis collectoribus infra mē-

sem.

sem. Quod si non fecerint, sit eo ipso tandiu Ecclesiæ interdictum ingressus, donec tam principalem quantitatem, quàm huiusmodi quintam partem duxerint persoluendam. Et si ex tunc per quatuor menses pertinaciter huiusmodi sustinuerint interdictum, sint ipso facto tamdiu à diuinis suspensi, donec vtrumque duxerint persoluendum, nulla sibi per missionis præmissorum quomodolibet profutura. Quantitas autem huiusmodi pœnæ nomine, vt præmittitur exsoluenda, in acquisitione librorum vtilium, & profectus aliorum dictorum studentiũ, iuxta Superioris eorum arbitrium conuertatur. Quod si Priores, Præpositi, vel alij administratores quicunq;, qui non præsunt Collegio, nec habent per electionem assumi, Abbatibus tamen, seu Prælatis aliis religionis eiusdem subiecti, huiusmodi summas soluere contempserint, & pronominatas pœnas, per alios quatuor menses immediatè sequentes sustinuerint animis induratis, excommunicationis incurrant sententiam eo ipso, à qua, satisfactione præmissa possint absolui tam per Diœcesanum locorum, quàm per Præsidentes deputatos in Capitulis prouincialibus illius prouincie, cuius erunt, vel alterum eorundem. Quod si huiusmodi sententiam per annum animis pertinacibus sustinuerint, eo ipso quibuscunque obtentis beneficijs sint priuati, per illos ad quorum collationem, vel aliam dispositionem pertinuerint, liberè per sonis aliis conferendis. Nullus autem cuiuscunque conditionis, dignitatis, aut status, siue collector pensionum huiusmodi, seu reddituum assignandorum, pro ipsis aliquid sibi, vel alteri, seu vsui cuicunque de præfatis pensionibus, vel fructibus, redditibus, seu prouentibus, qui assignabantur pro pensionibus ipsis, quomodolibet applicare, vel alienare præsumat, in diminutionem pensionum, seu præiudicium studentium predictorum. Si quis autem collector, vel quiuis alius, aduersus hoc aliquid applicauerit, vel alienauerit, nec non collector, qui dictas pensiones in supradicto termino eisdem studentibus mittere non curauerit, prout culpa qualitas exegerit, per illos ad quos pertinuerit puniatur & nihilominus si soluendo fuerit, de damnis, & interesse satisfacere compellatur.

§. 25. Et per quos illæ soluantur.

VTautem onus pensionum huiusmodi leuius supportetur, contributiones, quæ pro pensionibus studentium, & institutorum predictorum fuerint faciendæ, soluantur per Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & per Abbatem, Priorem, Præpositum, seu Conuentum, & quemuis alium administratorem monasterij, prioratus, locive alterius religionis eiusdem. nec non beneficiorũ quorumlibet beneficiorum canonicatuum ad Ecclesiam, monasterium, prioratum, vel locum alium, beneficiumque, vel dependentium ab eodem, iuxta diuisionem inter eos omnes, secundum taxationem, vel extimationem decimæ in taxatis: in non taxatis verò beneficijs secundum taxationem proportionaliter, & rationabiliter iuxta valorem ipsorum, in primis cuiuslibet Ecclesiæ Cathedralis, monasterij, siue prioratus vel alterius loci ipsius religionis annuali Capitulo, faciendam per illum, qui eidem Capitulo præerit, & per ipsum Capitulum, seu maiorem partem ipsius. quam si forte in huiusmodi annuali Capitulo illius prouincie, & quilibet eorum præsidentium, at visitatores per dictum prouinciale Capitulum deputati, & eorum quilibet ipsos, autoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna remedia, ad illam faciendam (appellatione cessante) compellere teneantur, donec ea, quæ per communem contributionem in supplementum huiusmodi dari debent studentibus, & institutoribus prefatis, in certis, & perpetuis redditibus de nouo pro his acquisitis fuerint assignata. Si qui verò ex predictis beneficiatis prouentus habeant adeo tenues, & exiles, quod secundum communem extimationem non sufficiant supportare eius necessarijs oneribus, ad vitam contributionis huiusmodi, ad eandem contributionem minimè tenentur. Ad hoc, prohibemus ne vlli Canonico quodcunque beneficium quantumcunque modicum, vel aliam pensionem habenti, nisi illo, vel illa omnino dimissa, vel dimissa, aliqua de dictis pensionibus studentium assignetur quod si secus actum fuerit nullius penitus sit momenti. Statuta ipsi Canonico huiusmodi pensionem studentium obtinenti, beneficium aliquod quantumcunque modicum conferatur, volumus quod adepta possessione ipsius, cesset ipsa pensio ipso facto, eaque priuatus existat, aliusve alteri assignanda, vt non desit studens de numero debito. nec per literas à Sede Apostolica, vel Legato ipsius super prouisione Canonicorum, aut quorumlibet aliorum obtentas, de pensione aliqua studentium predictorum cuiquam valeat prouideri, nec posse aliunde attendi, nisi fuerit de studentibus, ipsa pensio per aliquem assignari, alias nulla sit assignatio huiusmodi ipso iure, & tam assignans, quam recipiens, ad restitutionem eorum, quæ inde recepta fuerint teneantur, quam in libris, vel aliis necessitatibus dictorum studentium conuertatur, alienatione quoque librorum, qui dictis studentibus fuerint deputati, seu distractione, vel etiam obligatione ipsorum penitus interdicta, nisi studens huiusmodi triennes libros emat, & etiam id faciat licentia sui superioris tè superiorib⁹ obtenta. volentes, quod libri predicti defuncti eisdem studentibus, ad Ecclesias, monasteria, & alia alia, ad quæ pertinuerint, libera reuertantur.

§. 26. Distributio librorum inter conuentus.

VOlumus etiam, quod si in Ecclesia, monasterio & loco alio religionis eiusdem libri multiplicati fuerint, libri necessarijs in Ecclesijs, monasterijs, & locis aliis remanentibus, cæterorum librorum per antistitem, Abbatem, seu alium, ad quem pertinuerint de consilio sui Capituli, seu Conuentus, vel maioris partis ipsius, fiat conueniens distributio inter studentes eosdem, hac que prius de personis studentium, quibus dicti libri assignandi sunt, & librorum nominibus predictorum memoriale scriptura, quæ in Ecclesia, monasterio, seu loco huiusmodi conseruetur. prouiso tamen, quod pulchriores, & vtiliores in eisdem Ecclesia, Monasterio, siue loco debeant remanere. Si quis verò de studentibus ipsis per se, vel per alium, librum, seu libros huiusmodi, qui sibi pertinuerint ad eundem contra hoc distraxerit, aut alie-

nauerit, ex ipso sit inhabilis per decennium ad quemcunq; ex pium obtinendũ, & nihilominus de studio removetur & ipsum obtinentiũ, & nihilominus de studio removetur & loco, vel eius subrogetur, & etiam per suũ Superiorem, prout facti qualitas exegerit, puniantur. Possit tamen prout facti qualitas exegerit, puniantur. Possit tamen super inhabilitate huiusmodi dispensari si Superiori eiusdem fuerit expedire. vbi autẽ erit aliquis de ipsis studentibus, qui sit vitæ laudabilis, & alias idoneus, ad lectura, & ad Baccalariatum, vel Magisterium assequendum, vel habilis, de cuius fructu scientiæ acquiri possit verisimilis spes haberi, Prior dictorũ studentiũ, quem pro tempore, cũ consilio aliquorũ studentiũ meliorũ, seu priorum, scribat præsidentibus antedictis, vt propter id eos ipsius moueant, & ordinent cũ eodẽ, quod istum de studio non removeat, sed cum in scientia profectum, & ad statum Baccalariatus & honorẽ Magisterij perueniat, sed vbi ẽq; continuare permittat, ipsiusque & aliorum studentium in societate laudabiliter proficere, digna attollat laudibus, honoribus, & promotionibus efferat opportunis. Prouideant quoq; Præsidentes, & alij Prælati conuentientes in ipso Capitulo prouinciali, quod Canonici ad dicta Studia transmittendi prout conuenientius, & cõmodius fieri poterit, infrascripti conuertantur, scilicet quinq;, vel quatuor ad minus, & quarum, vel quinq; huiusmodi duobus seruatoribus sint contenti.

§. 27. Regimen canonicorũ studentiũ quod esse debeat.

DIlectos temperantes, & etiam prouidere, vt dicti studentes in dicto studio pro tempore morãtibus, regulariq; vitæ desit salubre gubernaculũ disciplinæ, ordinamus, quod in Capitulo prouinciarũ in quibus erunt huiusmodi studia, Præsidentes vnũ de ijs, qui debent in prouinciali Capitulo cõuenire, victimum locu. instabilit erit, quem quotiens eu placuerit, ponere valeant, & mutare, sequent, & assignent, qui ex dicto studentiorũ studio priorẽ studentium conflituat, per annũ solummodo durat. nũ quem tamẽ Priorem tã ipse, quam etiã Præsidentes, & quilibet eorundẽ, mutare valeant infra annum, si & quotiens eu videbitur expedire. Constituatur autem ipse Prior, talis, qui sit potens regere, & formare, vt Canonicos studentes pensionarios, & alios etiã beneficiatos in bono instruat, & à malo fugere remoueat, ipsisque quotiens sibi videbitur expedire, committat ad alium locũ competentem, cũq; quo ad regulare præsideat disciplinam. Et potestatem habeat discurrendi, & puniendi, & absoluendi, & cũ eis dispensandi quemdiu in ipsis studijs morã traxerint, ab omnibus à quibus, & super quibus, & prout pro Superiore possit inuestiri, vel Abbas, seu prælatus alius eorũ prouinciæ Ecclesiæ, monasterio, vel alio loco vnde claustrales fuerint, ipsosq; informandi, & instruendi, & remouendi solo regularibus disciplinis, & illos etiam cœrcendi, & regendi, vel altibus, seu operibus vacent illicitis, fugiant, & profitiant sicut decet, vtiantq; laudabiliter, & honeste. Prouideat insuper vbi Prior statuerit, quod dicti Canonici pensionarij studentes expendia faciant moderata, non superflua, nec aliquatenus excessiua, cosq; cogat ad reddendum de receptis, &

gauerit, ea ipso sit inhabilis per vicennium ad quodcunq; officium obtinendū. & nihilominus de studio reuocetur & loco, qui ab eo subrogetur, & etiam per suū Superiorem, prout facti qualitas exegerit, puniantur. Possit tamē dictus super inhabilitate huiusmodi dispensari, si Superiori visum fuerit expedire. vbi aūt erit aliquis de ipsis studentibus, qui sit vitæ laudabilis, & alias idoneus, ad discretum, & ad Bachalariatum, vel Magisterium assumendus, vel habilis, de cuius fructu scientiæ acquirende possit verisimiles spes haberi, Prior dictorū studentiū, qui erit pro tempore, cū consilio aliquorū studentiū eorundē probatorum, scribat præsidentibus antedictis, vt proprio prælato ipsius mandent, & ordinent cū eodē, quod talem de studio non reuocet, sed eum in scientia proficere, & ad statum Bachalariatus & honorē Magisterij peruenire, lectur. q; continuare permittat, ipsūq; & alios similes, quos in scientia laudabiliter proficere nouerit, digno attollat laudibus, honoribus, & promotionibus esse at opportunis. Prouideant quoq; Præsidentes, & alij Prælati conuenientes in ipso Capitulo prouinciali, quod Canonici ad dicta Studia transmittendi prout conueniens erit, & cōmodius fieri poterit, insimul committātur; saltem quinq; vel quatuor ad minus, & quatuor, vel quinq; huiusmodi duobus seruitoribus sint contenti.

§. 27. Regimen canonicorū studentiū quod esse debeat.

Præcauere nempe volentes, & etiam prouidere, vt dictis scholaribus in dicto studio pro tempore morātibus, regularis nō desit salubre gubernaculū disciplinæ, ordinamus, quod in Capitulis prouinciarū in quibus erunt huiusmodi studia, Præsidentes vnū de ijs, qui debent ad prouinciale Capitulū cōuenire, vicinum loco vbi studiū erit, (quem quotiens eis placuerit, ponere valeant, & mutare) eligant, & assignent, qui ex dictis studentibus vnū nobis priorē studentium constituat, per annū solummodo durat. ū: quem tamē Priorem tā ipse, quam etiā Præsidentes, & quilibet eorundē, mutare valeant infra annum, si & quotiens eis videbitur expedire. Constituatur autem ipse Prior, talis, qui sit potens in opere, & sermone, vt Canonicos studentes pensionarios, & alios etiā benefactos in bono instituat, & à malo studeat reuocare, ipsosque quotiens sibi videbitur expedire, conuocet ad alium locū competentem, eisq; quo ad regularem præsidet disciplinam. Et potestatem habeat illos corrigendi, & puniendi, & absoluendi, & cū eis dispensandi quamdiu in ipsis studijs morā traxerint, ab omnibus à quibus, & super quibus, & prout posset Superior potest Antistes, vel abbas, seu prælatus alius eorū proprios in Ecclesia, monasterio, vel alio loco vnde claustrales existunt, ipsosq; informandi, & instruendi, & tenendi sub regularibus disciplinis, & illos etiam coercēdi vt agentur, vel actibus seu operibus vacent illicitis, sed studeant, & proficiant sicut decet, viuantq; laudabiliter, & honestē. Prouideat insuper vtē Prior studentium, quod dicti Canonici pensionarij studentes expensas faciant moderatas, non superfluas, nec aliquatenus excessiuas, eosq; cogat ad reddendum de receptu, & expensis in fine mensis cuiuslibet, vt prout alias sibi videbitur rationem illi, vel illis prouidus, & discretus, quos idem Prior ad id duxerit deputandos. & quando ipsorū studentiū cōditio, seu demerita suaserint eos à studio reuocādos, idē Prior teneatur id (consulte tamē, & caute) Antistiti, Abbati, vel alij prælato eorū proprio per suas literas intimare. ijdemq; Antistites, Abbates, seu Prælatus proprius eos reuocare debeat, & in locis eorum totidem Canonicos subrogare per modum suprascriptū, appellatione, contradictione, vel reclamatione reiectis. Concedimus quoque prædicto Priori, Canonicos studentes pēsionarios, & alios etiam beneficiatos, quamdiu fuerint in ipsis studijs, ab excommunicationis, suspensionum, & interdictorum sententijs, per statuta prouincialia, seu cuiuslibet Ecclesiæ, monasterij, seu loci dictæ religionis, vel per Diœcesanum contra studentes in locis vbi erunt Studia generaliter promulgatis, ongrua satisfactione præmissa, iuxta formam Ecclesiæ auctoritate Apostolica absoluendi, & cum eis super irregularitate, quam sic ligati celebrando diuina, seu alias se ingerendo eisdem, per simplicitatem, & iuris ignorantiam (non tamen in contemptum clauium) incurrerint, dispensandi, autoritate prædicta liberam potestatem. Per hoc verò dictos canonicos studentes à potestate Antistitis, vel aliorum Ordinariorum suorum, vel alterius prælati sui, nolumus aliquatenus eximere, vel etiam liberare. Quilibet autē dictorum Canonicorum religionis eiusdem, huiusmodi studijs vacantes, pensionarius, & alius etiam beneficiatus. præfato eorum Priori de quinque solidis Turonensium paruorum, vel eorum valore in alia moneta prouidere annis singulis teneatur. ad quorum solutionem idem Prior possit eosdem per censuram Ecclesiasticā, & alia ipsius religionis remedia, autoritate Apostolica, remoto appellationis obstaculo coercere. Idem tamen Prior sumptus nunciorum subeat, quos pro præmissis duxerit transmittendos.

§. 28. Præsidentium munus quo ad canonicos studentes.

Dicti quoque Præsidentes in singulis eorum prouincialibus Capitulis deputent aliquem de illis, qui debent ad dictum prouinciale Capitulum conuenire, idoneum, ac vicinum studio, in quo studentes huiusmodi morabuntur. & eam huiusmodi deputatus, quā etiā Visitatores in prouinciali Capitulo ordinati diligēter, & fideliter se informēt eaq; p eos, de studentibus, & eorū pensionibus, & alijs circa hæc statuta, & ordinata existunt, fuerint effectui mancipata. & si qua inuenerint non completa, eorum plenam relationem. & etiā informationem qualiter compleri possint faciant in proximo prouinciali Capitulo eorundem, in quo ordinari debeat, quod efficaciter compleantur. Habeant insuper Præsidentes præfati, & quilibet eorundem, faciendi compleri, & inuiolabiliter obseruari autoritate Apostolica, omnia & singula supradicta. necnon cōtradictores, & rebelles per censurā Ecclesiasticā, & per alia iuris, seu ipsius Ordinis remedia, sublato appellationis obstaculo, compellendi. & processu & sententijs eorū solemniter religionis eiusdem in locis publicandis, & il-

lori, aut sententias ipsorum incurrerint, congrua satisfactione præmissa iuxta formam Ecclesiæ absoluendi, & cum illis, qui huiusmodi ligati sententijs per simplicitatem, & iuris ignorantiam (non tamen in contemptum eiusdem) diuina celebrarint officia, vel ingesserint se eisdem, super irregularitate per eos exinde contracta, auctoritate prædicta dispensandi liberam facultatem.

§. 29. Quæ per assumendos ad gradus seruari debeant.

RVrsus statuimus, & etiam ordinamus, quòd nullus religionis eiusdem, ad recipiendum magistratus, seu doctoratus honorem de cætero assumatur, non præstito per eum primitus iuramento in præsentia dicti Prioris studentium, ac sex proborum, & discretorum ex studentibus antedicti, quod in assumptione ipsius honoris, vel ante, vel post, eius occasione circa cibos, vestes, vel alia non expendet, per se vel alium vndecunque habuerit, vel fuerit sibi datum, nec quantum in eo fuerit à quibusuis aliis expendi permittet, vltra valorem duorum millium Turonensium argenti. Illi etiam, qui ad Bacchalariatum fuerint assumendi, iuramentum præstare similiter teneantur in præsentia Prioris studētium, & quatuor proborum, & discretorum de studētium memoratis, quod huiusmodi sui Bacchalariatus pretextu, ipsa die, qua Bacchalarij erunt, vel ante, seu post, nullum festum, seu conuiuium facient, per se, vel alios, aut quantum in eis fuerit, fieri permittent à quibuscunque aliis, etiam eorum consanguineis, vel amicis. Adhæc statuimus, & etiam ordinamus, quod quilibet ipsius religionis, qui in dicto Parisiensi, vel in aliquo alio generali Studio per sex annos in Theologia studuerint, in aliis primitiuis scientijs prius sufficienter instructi, & alias sufficientes ad hoc, & idonei fuerint, ponsint in ipso Parisiensi Studio cursu Bibliæ facere cōsuetos. qui verò per octo annos in Theologia studuerint. librum sententiarum legere valeant (si ad hoc sufficientes fuerint) in Parisiensi Studio præfato. & quod in eodem Parisiensi & alio quocunque Studio, in quo ad magisterium in Theologia licentia dari poterit, seu consueuerit, quum digni ad hoc reperti extiterint, ad magisterium, & doctoratū in Theologia liberè admittantur. Illi verò religionis eiusdē, qui in ipso Parisiensi studio vel quouis alio studio generali audiuerint iura Canonica per sex annos, de quib⁹ per tres annos ad minus audiuerint decretū (dūmodo sufficientes, & idonei fuerint) ponsint ad Bachalariatum, & lecturā iuris Canonici, siue Decretorū in eodem Parisiensi, vel in alio generali studio in cappa suæ Religionis congruenti assumi. Qui verò per quinque annos in Parisiensi, vel in alio generali studio iura Canonica, vt Bacchalarij legerint, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium iuramentum, & duorum aliorum testimonium iurantium se credere eos verum iurasse, ponsint si voluerint in cappa similiter eorum Religioni congruenti, ad magisterium in Decretis, vel ad lecturam Decretorum in eodem Parisiensi, & qualibet alio studio generali, dilatione, & difficultate malitiosa, & impedimento quibuscunque sublatis; sicut ibidem consueuerunt assumi cæteri clerici seculares. Et per Cantellarium Ecclesiæ Parisiensis in Parisiensi studio, vel per illum ad quem pertinuerit, ad huiusmodi magisterium, seu doctoratus honorem promoueantur liberè, & etiam admittantur. Non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum locorum religionis eiusdem, nec non Parisiensis, & aliorum quorumcunque Studiorum cirtrarijs, iuramēto, confirmationibus Apostolicis, & quibusuis firmitatibus aliis roboratis, & illu præsertim, & quibus in eodem Parisiensi studio caueri dicitur, quod nullus possit legere cursum Biblia, nisi ibidem studuerit septem annis, nec permittatur legere sententias, nisi ibidem studuerit decem annis, quodq; nullus tam ordinis, vel religiosus alius legat ibidem iura Canonica, vel ad Bacchalariatus gradum, aut Magisterij honorem in iure canonico permittatur assumi, seu quod nullus Regularis rubea cappa Decretum legat, seu legere permittatur ibidem, aut nullus ibi legere valeat iura Canonica, vel ad Bacchalauriatum assumi, seu vt Bacchalarius legere Decretales, aut ad magisterium ascendere in Decretis, siue doctor fieri Decretorum, aut ad lecturam in Decretis assumi, seu ipsam continuare, nisi ibidem, vel in aliquo studio generali audiuerit iura Canonica per quinque, vel alibi iura Ciuilia per tres annos, aut alibi iura Ciuilia per quinque, & ibi vel in alio generali studio iura Canonica per tres annos, prout si vel aliter in statutis ipsius in Parisiensi studio dictum cōtineri, vel de cōsuetudine obseruari, & aliis cōsuetudinibus, vel statutis eiusdem Parisiensis studij quibuscunque, & sub quacunque forma, vel expressione verborum in contrarium editis, vel edendis, ac non quibuslibet priuilegijs, & indultis generalibus, aut specialibus, & literis Apost. contrarijs, Ordinibus, Ecclesijs, monasterijs, locis & studijs quibuscunque siue tunc existentibus magistrorū, vel scholariū eorundē, seu personis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, exēptis, & nō exēptis, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status, sub quauis forma vel expressione verborum concessis, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus huiusmodi statutorum & ordinationum, & singulorum contentorum in eisdem minus valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum in illis, vel alijs nostris literis fieri mentionē, quibus non intendimus quo ad alia in aliquo derogari.

§. 30. Obseruanda à Canonicis beneficia obtinentibus.

VT cultus augeatur diuinus, & religiosa exercendi materia præcludatur, statuimus, quod Canonici religionis eiusdem, extra Ecclesias, Monasteria, seu loca alia principalia, obtinentes Prioratus, seu quæ alia beneficia, quibus ad hoc suppetent facultates, ac ipsis beneficijs residere, & seruire, vel seruiri fecisse habere, iuxta ipsorum facultatū suppetentiā tenēntur, statutis & consuetudinibus contrarijs nō obstantibus quibuscunque, quodque sortiti, vel socius eius mali præcentus, seu ij, ad quē hoc pertinuerit, prout socius congruere nouerit, & personis, & cū consilio & assensu sui Capituli, seu Cōuētus, vocatis ho, qui dicta beneficia obtinebūt, huiusmodi suppetentiam arbitrando assignent eidem

Quod

Quod si huiusmodi rectores seu administratores, quatuor formæ Canonici in sacris assignati, cessante causa rationabili arbitria assignantur, recusent admittere sibi deputatos, vel eos sufficienter & decenter in necessarijs ministrare, teneantur ad hoc per censuram Ecclesiasticā, & aliarum remedia opportuna, & nihilominus de huiusmodi inobedientia puniantur. qui autem in Ecclesiis Cathedralibus seu Monasterijs, dignitates, personatus, officia, seu administrationes alias habuerint, & in eisdem Ecclesijs, seu Monasterijs consueuerint residere, seruatur officium incumbens eis, tam in diuino, quàm in alijs debite exercent: familiamque excessiuam prædictorum in stallastra non teneant, aut talem, per quē ordinarie præsumatur in ipsis Ecclesijs seu Monasterijs scandalum generari. Et quia secundum præmissa annuale de Canonicis Regularibus, qui in Ecclesijs, seu Monasterijs consueuerant residere, habebunt extra in loco primitiuo, seu beneficijs aliis residentiam facere, in Capitulo annali celebrabit Ecclesiæ, & Monasterij, per Prelatum, & Capitulum, vel maiorem partem ipsius loci, & cognito diligenter quot mittentur extra monasteria in dicto Capitulo, & beneficijs facienda, prouide ordinetur, quot loco eorum, qui extra mittentur, in ipsis Ecclesijs seu Monasterijs fuerint substituendi. cōmentes autem beneficia simplicia, quibus curam animarum annexam, quorum ad tenendum solum non sufficiunt facultates, si propinquas sint Ecclesijs, Monasterijs à quibus illa dependent, in dicto Ecclesijs, vel Monasterijs residentiam facere compellantur, & habeant de prouentibus dictorum suorum beneficiorum respectiue, quæ in victualibus in ipsis Ecclesijs, vel Monasterijs recipiendo, facilè illi, vel illis exsolui, quæ victui laicorum, seu Monasterijs victualia Canonicis necessaria emantur; dummodo ad hoc redditus beneficij huiusmodi obtentis sufficere dignoscantur. Quod si huiusmodi beneficia simplicia longè distent ab Ecclesijs seu Monasterijs, quibus subsunt, & in Prioratibus & administrationibus Canonici residere consueuerunt, quæ sint propinqua modo præmisso, cum satisfactione simili expensarum, obtinentes huiusmodi beneficia seu administratores eorum, ad residendum in dictis prioratibus, seu administrationibus deputentur, aliter fundatores huiusmodi beneficiorum aliter fuerint ordinatum, cui ordinationi per hoc non intendimus derogare. Super essentia verò seu propinquitate beneficiorum huiusmodi, fiatur arbitrio annalis Capituli, cuius in hoc deliberatio obseruetur. Quod si dicta beneficia simplicia tam ab Ecclesijs, quam Monasterijs, vel à quorum Prioratibus, seu administrationibus sint remota, ut dictum annale Capitulum ordinetur, vbi tales debeant residere. Prouiso tamen quod diuinus cultus exercetur debitè in beneficijs memoratis.

§. 31. Canonici quid circa officia ecclebranda seruare debeant.

CAnonici autem in huiusmodi Prioratibus, seu administrationibus commorantes, in Ecclesia horum congruis, cum dicti Prioris seu, seu administratoribus præsentibus, Canonicis aliis horas dicant, in Missis celebrandis suum ordinem ac ordinate teneant, & in loco

Quod si huiusmodi priores seu administratores, quibus fuerint Canonici in socios assignati, cessante causa rationabili arbitrio assignantis, recusent admittere sibi assignatos, vel eos sufficienter & decenter in necessarijs prouidere, teneantur ad hæc per censuram Ecclesiasticã, & alia iuris remedia opportunè, & nihilominus de huiusmodi inobedientia puniantur. qui autem in Ecclesiis Cathedralibus seu Monasterijs dignitates, personatus, officia, seu administrationes alias habuerint, & in eisdem Ecclesijs, seu Monasterijs consueuerint residere, cogantur officium incumbens eiũ, tam in diuinis, quàm in aliis debite exercere: familiamque excessiuam præsertim in strictis claustris non teneant, aut talem, per quã verisimiliter præsumatur in ipsis Ecclesijs seu Monasterijs scandalum generari. Et quia secundum præmissa nonnulli de Canonicis Regularibus, qui in Ecclesijs, seu Monasterijs consueuerant residere, habebunt extra in suis Prioratibus, seu beneficijs alijs residentiam facere, in Capitulo annali cuiuslibet Ecclesiæ, & Monasterij, per Prælatum, & Capitulum, vel maiorem partem ipsius facto, & cognito diligenter quot mittentur extra præsidentia in dicto Capitulo, & beneficijs facienda, prout ordinetur, quot loco eorum, qui extra mittentur, in ipsis Ecclesijs seu Monasterijs fuerint subrogandi. Obtinentes autem beneficia simplicia, quibus cura animarum annexa non existit, quorum ad tenendum socium non sufficiunt facultates, si propinqua sint Ecclesijs, vel Monasterijs à quibus illa dependent, in dictis Ecclesijs, vel Monasterijs residentiam facere compellantur, & habeant de prouentibus dictorum suorum beneficiorum expensas, quas in victualibus in ipsis Ecclesijs, vel Monasterijs residendo, faciãt illi, vel illis exsolui, qui in dicta Ecclesia, seu Monasterijs victualia Canonicis ministrare tenebuntur; dummodo ad hoc redditus beneficij huiusmodi obtinentis sufficere dignoscantur. Quod & huiusmodi beneficia simplicia longè distent ab eo ipso, seu Monasterijs, quibus subsunt, & in Prioratibus, & administrationibus Canonicis residere consueuerunt, quæ sint propinqua modo præmisso, cum satisfactione simili expensarum, obtinentes huiusmodi beneficia, seu administratores eorum, ad residendum in dictis Prioratibus, seu administrationibus deputentur, nisi per fundatores huiusmodi beneficiorum aliter fuerit ordinatum, cui ordinationi per hoc non intendimus derogare. Super distantia verò seu propinquitate beneficiorum huiusmodi, stetur arbitrio ordinarij Capituli, eiusq; in hoc deliberatio obseruetur. Quod si dicta beneficia simplicia tam ab Ecclesijs, quam Monasterijs, vel ab eorum Prioratibus, seu administrationibus sint remota, per dictum annale Capitulum ordinetur, vbi tales debeant residere. Prouiso tamen quod diuinus cultus non exerceatur delitescendo in beneficijs memoratis.

§. 31. Canonici quid circa officia celebranda seruare debeant.

CAnonici autem in huiusmodi Prioratibus, seu administrationibus commorantes, in Ecclesia horum congrua, cum dictis Prioribus, seu administratoribus similiter sint, Canonicas horas dicant, in Missis celebrandis suas hebdomadas ordinatè teneant, & in locis vbi tres fuerint, vel plures, vna per eos Missa ad minus cum nota, die qualibet celebretur, & horæ Canonicæ cum nota dicantur. Dicti quoque Canonici Priorum, & administratorum prædictorum in vna domo communi regulariter iaceant, camerulo, & cellulis eis penitus interdictis. In vna etiam domo vescantur Prior insuper, & administrator, & Canonici, nisi infirmitas, vel alia euidens ratio interdum aliud suaserint faciendum. In vestitu etiam, & tonsura, à communi Ecclesiæ, Monasterij, siue loci cui subijciuntur, institutione, vel debita obseruantia non recedant. ac suo proprio Priori, vel administratori iuxta ordinationem Prælati sui, vel superioris, obediant humiliter, & deuotè. Et si aliquando dictos Canonicos in Prioratibus, seu administrationibus mori, aut fugitiuos fieri forsan cõtingat, Priores, seu administratores prædicti, diem mortu, aut fugæ seu recessus ipsorum, Prælatus, aut eorum Superioribus vel in Ecclesijs, seu monasterijs eorum principalibus, pro defunctis eorum consueta fiant suffragia, seu fugitiuos reuocare, vel in Prioratibus, seu administrationibus, alios loco eorum subrogare valeant, quam citius commodè poterunt, intimare per suas literas teneantur. Quod si Priores, seu administratores prædicti, diem obitus, aut fugæ, siue recessus huiusmodi, Prælatis suis Superioribus significare distulerint, tertiam partem illorum, quæ Canonicus expendisset, si non fuisset mortuus, vel in fuga, propitiatia Capituli, vel Conuentus Ecclesiæ, Monasterij, vel loci principalis soluere teneantur. Insuper Canonici prædicti, non soli, sed honestè associati, & cum habitu decenti incedant. nec in villis, in quibus Prioratus, seu administrationes huiusmodi fuerint, comedere, vel bibere, aut ingredi domos præsumant; nisi cum honestis personis. & tunc de sui Prioris seu administratoris licentia speciali. Qui verò contrarium fecerint, regulari subiaceãt disciplinæ. Vt autem hæc efficacius obseruentur, Antistites, abbates & cæteri eorundem Canonicorũ superiores, necnon alij, qui ad visitandum per eos fuerint deputati, quum Prioratus, & administrationes huiusmodi visitabunt, circa illa seruanda, & non seruata corrigenda, curam habeant diligentẽ.

§. 32. Beneficiati subsint Superioribus.

PRæcipimus, quod Canonici religionis prafatæ, quacunque in ipsa religione auctoritate Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius beneficia obtinentes, obediant Superioribus suis religionis eiusdem, ipsorumq; subsint correptionibus, ordinationibus, punitionibus, & statutis, ac beneficijs huiusmodi ex causis rationabilibus priuari, & ab illis amoueri possint, quemadmodum possent, si forent per superiores suos de ipsis beneficijs eis prouisum.

§. 33. Locus infirmariæ existat.

QVum expediat infirmis de domo seu loco congruo prouideri, statuimus, quod in Ecclesijs, Monasterijs, & locis alijs conuentualibus religionis eisdem, in quibus certa domus seu locus deputata, vel deputatus non fuerit pro infirmis, ij ad quos id pertinuerit, quibus adhoc suppetent facultates demum seu locum huiusmodi sufficientem iuxta statum & facul-

tates locorum, quantocius commode fieri poterit deputare seu constituere teneantur, eisdem infirmis sufficienter de lectis, victualibus, seruitore, medicis, & rebus medicinalibus, & alijs quibuslibet necessarijs prouidendo. ad quæ peragenda, & complenda, per Superiores suos immediatos, & per Præsidentes, ac Visitatores, & eorũ quemlibet autoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna remedia compellantur. Vbi autem administratores eorum, qui ad præmissa tenẽtur, sufficientes ad ea peragenda non habuerint facultates, in annali Capitulo per ipsum Capitulum vel maiorem partem ipsius autoritate Apostolica ordinetur, quod administrationes huiusmodi sufficientes ad hoc reddãtur per assignationes pensionum, prout infra in alio cosu sub rubrica de victualibus, & alijs ministrãdis.

§. 34. Numerus canonicorum.

QVum sit consonum rationi, vt obtinentes beneficia, ipsorum onera debeant supportare, statuimus quod in monasterijs, Prioratibus, & alijs beneficijs quibuscunque extra præfatam religionem, cuiuscunque sint dignitatũ gradus, seu præeminentiæ (etiã si fuerint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales) collatis, seu commendatis, vel de cætero conferendis, seu commendandis, tot Canonici teneãtur, quot in eis tenerentur si per canonicos regulares Monasteria, Prioratus, & beneficia huiusmodi regerentur. Et quod nihilominus Canonico in eisdem monasterijs, prioratibus, & beneficijs, committatur id quod supra, vel circa alios Canonicos mibi residentes, haberet exercere administrator Canonicus si præesset eisdem, quantum ad ea, quæ pertinent ad regulam, seu disciplinam, vel obseruantiam regularem & quod quilibet prædictorũ huiusmodi monasteria, prioratus, & beneficia quomodolibet obtinentes, ad procurationes, alia quelibet onera ipsis monasterijs, prioratibus, & beneficijs incumbentia, supportanda, persoluenda, & reddenda integrè sint astricti, quodque ad hæc, & alia supradicta, autoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam, & alias compelli valeant per Capitulorum prouincialium Præsidentes, & quemlibet eorundem, prout per Superiores suos ponit, & deberent compelli Canonici regulares si præessent monasterijs, prioratibus, & beneficijs memoratis; nisi fuerint S.R.E. Cardinales, quos nolumus talium compulsionibus subiacere.

§. 35. Vetantur animalia, ac seculares, præter. hic exceptos.

PRohibemus ne Canonici regulares in Ecclesijs Cathedralibus, monasterijs, seu locis alijs Conuentualibus religionis eiusdem, teneant aut nutriant equos, seu alias vectiones, neue familiares, seu seruitores habeant seculares, nisi ratione dignitatum, officiorum, vel administrationum suarum, quæ gesserint, id eis permissum fore noscatur. In infirmitorio tamen & coquina monasterij, seu prioratus & alijs officijs atque seruitijs aliis communibus, possint tenere seculares seruitores honestos; si & prout in Ecclesijs, seu monasterijs, & alijs locis prædictis fuerit hactenus rationabiliter obseruatum, nõ in excessiuo, sed moderato numero, iuxta arbitrium prælati immediati. Seruitores autem seculares huiusmodi, quantocius fieri poterit cum canonicis conuersentur. neque cum eis in communi comedant, neque bibant, etiam si presbyteri fuerint vel clerici seculares, nisi forte tales forent presbyteri, vel alij sacris ordinibus constituti, qui essent inibi perpetui, & cum canonicis etiam in refectorio comedere assueti, & tunc à Canonicis sedeant segregati cum habitu consueto, & etiam honesto, se eisdem Canonicis in silentio, & obseruantijs alijs honestis, quamdiu cum eis fuerint, conformantes, quibus prouideatur iuxta morem inibi tractabiliter obseruatum. Et si presbyteri, seu seculares clerici prædicti perpetui, infra Ecclesiarum, seu Monasteriorum septa deliquerint, seu excesserint in lesibus, per ademtionem partis pitantiæ, seu portionis, quam fuissent alias percepturi, per immediatum Prælatum regulare loci vnde sumunt prædicta, vel per illum, qui inde præerit regularibus disciplinis possint corrigi, ac puniri.

§. 36. Lautaq; conuiuia, & immoderati sumptus.

CAueant insuper Abbates, Præpositi, Priores, & ceteri quicunque ipsius religionis, ne lautis conuijs, & commessationibus occupentur, nec in vi sumptus immoderatos faciant, vel alias etiam excessus, familiarium quoquam seruitorum, aut sequentium fieri permittant. necnon à rerum, seu vestium mollitudine indecenti, & excessiua, vbique diligenter studeant abstinere, & honestè, ac laudabiliter conuersari.

§. 37. Religiosi associati incedant.

DIcti quoque Abbates, necnon Præpositi, Priores, caterique administratores, & professi ac religionis eiusdem, extra loca sua professionis, assistis incedant, prout ipsorum congruit honestati. & vbi Canonicorum numerus sufficiens fuerit, & ad hoc etiam suppetent facultates, Abbates, & alij Prælati ipsius religionis sua duos socios secum ducant.

§. 38. Superiores prædicta faciant obseruari.

PRæsidentes aut eis Capitulis prouincialibus, ac Visitatores per ipsa Capitula deputati, necnon Prælati alij religionis eiusdem, quos ad suos subditos attinet prouideant, quod præmissa diligentius obseruentur, transgressores arguendo, & prout expediens fuerit, punitendo.

§. 39. Ad Ordines promouendi qui, & quando.

PRæsentiũ autoritate statuimus, quod canonicalia beneficia simplicia obtinentes, & alij beneficiati religionis eiusdem, ad mandatum prælati sui infra annum per eum præfigendũ eisdem, se faciant ad ordines quosuis promoueri, nisi eos causa rationabilis quam ipse prælatus infra dictum terminum exponere habeat, excusauit. quod si nõ fecerint, beneficiati eo ipso ab obtentis beneficijs suspensi, non beneficiati verò ad beneficia obtinenda, sint & remaneant inhabiles, donec promoti fuerint ad ordines supradictos. quodq; Prioratus curam animarum habentes, & alia beneficia curata, quorum Prioratus, & beneficiorum cura per perpetuos Vicarios exercitur, committi nequeant, vel conferri, nisi ei qui tricesimum annum computandum à tempore collationis seu commissionis sibi factæ de eis, & professionem adepta vel infra vicesimum quintum ætatis suæ annum, (si ante annum ipsum Prioratus, seu beneficij huius-

huiusmodi, seu collata fuerint, seu commissa) se faciant ad sacerdotium promoueri. Priuatus quoque Conuentualis dignitatis, Personatus, Officij, seu administrationis, videlicet sacristiæ, thesaurariæ, gleemosynariæ, operariæ, camerariæ, & similis, quam Ecclesiæ, & alijs locis Conuentualibus, seu Collegiatis dictæ religionis, ossa, seu administrationes, & beneficia fuerint, etiam si ossium huiusmodi, seu administrationibus animarum cura annexa fuerit, alicui, nisi vicesimum quintum annum attigerit conferri nequeant, aut committi. Et quo Priuatus, Dignitates, Personatus, Officia, seu administrationes huiusmodi obtinuerint, ossa tempus ipsarum, seu commissionum ei facta de ipsis, & adepta professionem eorum se faciant ad sacerdotium promoueri, nisi ad Ordinem, quem Dignitates, Officia, vel administrationes obtenta requirunt de iure, consuetudine, seu statuto, nec contra à quoquam valeat dispensari. Nuncupatæ commissiones, seu collationes factæ contra præmissa, decernimus esse irritas, & inanes. Quicunque qui contra præmissa cessante causa rationabili ad Ordines promoti non fuerint, sint Priuatibus, Dignitatibus, Officijs, Administrationibus, & Beneficijs prædictis eo ipso priuati, quæ ipsis iterum ea vice nullatenus conferantur. Nostra verò intentionis existit, quod præmissa constitutio quantum ad ea, qua de recipiendis ordinibus per Priores, & alios beneficiatos præmissos, dictorum poll dues mensis à die publicationis præsentium celebrandum in eorum annali Capitulo facta confirmat, & eos etiam, qui in præsenti talia beneficia obtinent, vel dicta publicationis tempore obtinebunt, quando etatu legitime sint effectis. alioquin quum ad etatem legitimam peruenerint, ad recipiendum secundum præmissa dictos ordines sint astricti, nisi foret alicui Conuentui, quod eis ab huiusmodi susceptione ordinum exciuisset.

§. 40. Vestium præfinitio.

DIuersas fore censentes, vt Canonici religionis prædictæ non solum morum, & vitæ, sed etiam habitus & vestimentorum refulgeant honestate, & distinctum indicium, ne dicti Canonici extra sepia Ecclesiarum, Monasteriorum, seu locorum suorum proficiscentes, portent alias vestes super habitum quam cappas, seu mantellos breues, & rotundellos, seu clochias, talares, talarem curtas vsque, vel consuetudinem laudabilem Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum suorum. Vsu, fractum abusum mantecarum, seu tabardorum, seu rotundellorum, vel clochiarum notabilem habentium breuitatem, eisdem Canonicis penitus prohibemus. Præcipimus quoque quod in Ecclesijs, Monasterijs, & alijs locis religionis prædictæ, in quibus Canonici cappas à parte anteriori apertas de panno laneo consuetas deferre, quæ in quibusdam locis cappæ de Choro, seu capellæ vulgariter nuncupantur, ipsas honestas, non nimis longas tradere, vel breuitate notandas portare debeant, sicut, & temporibus consuetis. Deferant etiam cappas huiusmodi à festo omnium Sanctorum vsque ad festum Paschæ, infra septa quarumcunque Cathedralium Ecclesiarum religionis eiusdem, ac monasteriis-

tur annuli eis collata fuerint, seu commissa) se faciant ad sacerdotium promoueri. Priuatus quoque Conuentualis, Dignitatis, Personatus, Officia, seu administrationes, videlicet sacristia, thesaurariæ, eleemosynariæ, operariæ, cameraria, & similia, quæ in Ecclesiis, & aliis locis Conuentualibus, seu Collegiatis dictæ religionis, officia, seu administrationes, & beneficia fuerint, etiam si talibus officijs, seu administrationibus animarum cura annexa sit annexa, alicui, nisi vicesimum quintum annum attigerit conferri nequeant, aut committi. Et qui Priuatus, Dignitates, Personatus, Officia, seu administrationes huiusmodi obtinuerint, infra tempus collationis, seu commissionis eis factæ de ipsis, & adeptæ possessionem eorum se faciant ad sacerdotium promoueri, vel saltem ad Ordinem, quem Dignitates, Officia, vel administrationes obtenta requirunt de iure, consuetudine, seu statuto. nec contra à quoquam valeat dispensari. Non insuper commissiones, seu collationes factæ contra præmissa, decernimus fore irritas, & inanes. Quicunque qui iuxta præmissa cessante causa rationabili ad ordines promoti non fuerint, sint Priuatibus, Dignitatibus, Officijs, Administrationibus, & Beneficijs prædictis eo ipso priuati, quæ ipsis iterum ea vice nullatenus conferantur. Nostra verò intentionis existit, quod nouelli constitutio quantum ad ea, quæ de recipiendis ordinibus per Priores, & alios beneficiatos præmissimus, locum non habeat nisi duobus mensibus à die publicationis præsentium constitutionum in eorum annali Capitulo factæ numerandis, & eos etiam, qui in præsenti talia beneficia detinent, vel dicta publicationis tempore obtinebunt, quando ætatis legitimæ fuit effecti. alioquin quum ad ætatem legitimam peruenerint, ad recipiendum secundum præmissa dictos ordines sint astricti, nisi foret aliud Canonicum, quod eos ab huiusmodi susceptione ordinum excusaret.

§. 40. Vestium præfinitio.

Dignum fore censentes, vt Canonici religionis præfatæ non solum morum, & vitæ, sed etiam habitus & vestimentorum refulgeant honestate, districtius inhibemus, ne dicti Canonici extra septa Ecclesiarum, Monasteriorum, seu locorum suorum proficiscentes, portent alias vestes super habitum, quam cappas, seu mantellas bucellos, & rodondellos, seu elochias, talares, vel circa, iuxta vsum, vel consuetudinem laudabilem Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum suorum. Vsum, seu verum abusum manticarum, seu tabardorum, seu rodondellorum, vel elochiarum notabilem habentium breuitatem, eisdem Canonicis penitus prohibentes. Præcipimus quoque quod in Ecclesiis, Monasterijs, & alijs locis religionis præfatæ, in quibus Canonici cappas à parte anteriori apertas de panno laneo consueuerunt deferre, qua in quibusdam locis cappæ de Choro, seu capellæ vulgariter nuncupantur, ipsæ honestas, non nimia longitudine, vel breuitate notandas portare debeant, loci, & temporibus consuetis. Deferant etiam cappas huiusmodi à festo omnium Sanctorum vsque ad festum Paschæ, infra septa quarumcunque Cathedralium Ecclesiarum religionis eiusdem, ac monasteriorum, & aliorum locorum immediatos Superiores ipsius religionis non habentium, in quibus monasteriis, siue locis fuerit duodenarius Canonicorum numerus, licet hactenus ipsas ibidem non consueuerint deportare. Sanè infra Ecclesias, claustrum, capitulum, refectorium, ac dormitorium, non cappatijs, sed almutijs honestis vtantur. Cappatia verò si ea per ipsos extra loca prædicta deferri contigerit. sint honesta, & illa, quæ cum cappis, mantellis, elochijs, seu rodondellis portarint, vnius tum eis, & eisdem coloris existant, nisi ex priuilegio, aut institutione laudabili cappatia certi coloris, aut formæ essent consueti portare. Almutia autem si de panno fuerint, illius cuius cappæ esse debent, coloris existant. Per hoc autem non liceat portare cappatia, vel rodondellos, seu elochias eis, quibus alias portare licitum non existit. Prohibemus etiam, ne dicti Canonici de cætero ferant forcaturas de ventribus Variorum, aut Squilorum cum Dorsis permixtis, sed sint de Ciuilibus simplicibus, vel albis, vel nigris, aut griseis. Præcipimus etiam, quod Canonici dictæ religionis infra Ecclesias, & Claustra locorum Cathedralium, aliorumque Conuentualium, seu Collegiatorum ipsius religionis, & alibi conuentualiter incedentes portent superpelliceas magnas, & amplas, iuxta cuiuslibet Ecclesiæ consuetudinem rationabilem, quæ in longitudine manticarum vltra manuum quatuor digitis transeuntes salebas, vel circa, & vltra medium tibiam, vel circa in sui longitudine protendantur. Extra Ecclesias verò, claustra, & loca prædicta, & vbique sub cappis, rodondellis, seu elochijs, vel mantellis in locis debitis vti possint superpellicijs, quorum manicæ vsque ad palmum in latitudine, vel circa, & eorum longitudo vsq; ad mediam tibiam, vel circa protendantur. Per hoc autem volumus derogare consuetudini quarundam locorum, quæ ab antiquo, vel ab institutione habent vsum superpelliciorum ad formam Rochettorum, seu Camisiarum Romanarum; proviso tamen quod minoris longitudinis superpelliceæ huiusmodi non existant, & adeò manicas longas habeant, quod eis brachia vsq; ad pugnum valeant cooperiri. per formas autem huiusmodi superpelliceorum, alias formas longiores, & honestiores, superpelliciorum, & habituum, non intendimus prohibere, nec circa eas aliquid innouare. Statuimus insuper, quod Canonici dictæ religionis, cappis & vestibus albi, flaui, nigri, seu quasi nigri coloris duntaxat vtantur. quodque illi, qui altero tantum de dictis coloribus vti consueuerunt, seu tenentur, non possint ad alium portandum, seu assumendum aliquatenus se transferre, nisi ad album duntaxat. Vestis quoque superior habitui proxima, sit rotunda per circuitum, & non fissa, nec longitudine nimia, aut breuitate notanda. Ab eisdem quoque Canonicis in eorum vestibus ligatæ manicæ non portentur, nec in apparenti consuticiæ, vel quomodolibet botonatæ. In Cathedralibus autem Ecclesiis, Antistites, seu Præpositi, Priores, seu alij maiores in illis post ipsos Antistites existentes: ac in monasterijs Abbates, Præpositi, Priores, seu alij, non habentes Superiores religionis eiusdem, sic aliam formam honestam, vestium, & calceamentorum ordient, & disponant, quod sit in colore saltem omnibus Canonicis eiusdem Ecclesiæ,

seu Monasterij, tam extrinsecus, quam intrinsecus vniformis, ipsaque tam Abbates, quàm Præpositi, Priores, & Administratores, ac cæteri quicunque Canonici, & alij per proprios eorum Antistites, vel Abbates, seu alios: Abbates verò, & cæteri Prælati, Superiores proprios eiusdem religionis non habentes, per Præsidentes prouincialibus Capitulis, seu per quemlibet eorum, ac per Visitatores in ipsis Capitulis deputandos, tenere & seruare cogantur. Qui verò vestem, vel habitum contra ordinationem præsentis constitutionis deferre præsumpserit, per dictos Superiores, vel per Præsidentes, siue per Visitatores, seu eorum quemlibet, sic debitè punitatur, quòd cæteri à similibus arceantur, & nihilominus ab eo auferatur vestis prohibita pauperibus erogenda. Et si infra spacium quindecim dierum à tempore monitionis, seu præceptis sibi factis computandum, vestem, vel habitum huiusmodi non dimiserit cum effectu, vel ablationi prædictæ restiterit, si beneficiatus fuerit, per quatuor mensium spatium ab administratione temporalium sit suspensus; non beneficiatus verò, dicto tempore sit inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum quodcunque. Qui autem exhibens se in publico, habitum (super indumenta scilicet linea) temerè occultauerit, si monitus emendare noluerit, iuxta præmissam personarum distinctionem, dictas suspensioni, & inhabilitatis pœnas per idem tempus incurrat. Iniungimus insuper Præsidentibus, Visitatoribus, & Prælatis aliis religionis prædictæ, vt contra transgressores eorum, quæ circa honestatem vestium, & habitus superius sunt statuta, prout ad eos, & eorum quemlibet pertinuerit, monitionem prædictam (quum transgressio eiusmodi notata fuerit) facere, non omittant. Et nihilominus, Præsidentes, & Visitatores prædicti, monere teneantur Abbates, Præpositos, & alios, ad quos id pertinuerit, religionis prædictæ, vt præmissa, quæ vt prædictum est circa honestatem vestium, & habitus sunt statuta, seruent, & faciant ab aliis sub dicta pœna diligentius obseruari.

§. 41. Exitus de monasterio quando permissus.

VT in religione prædicta vigeatur dissolutio, & obedientia teneatur, districtius inhibemus, ne quius Canonicus dictæ religionis de Ecclesia, Monasterio, vel loco suo Conuentuali exeat, nisi primitus obtenta licentia ab illo, qui eam valeat impartire, quauis consuetudine contraria non obstante, quodque causam sui exitus veraciter, & absque fictione exponat ei, à quo erit licentia obtinenda. Qui verò huiusmodi licentiam concesserit Canonicis claustralibus nullam administrationem, vel beneficium obtinentibus, terminum redeundi quanto conuenientius poterit breuiorem assignet. Sanè administratoribus, & beneficiatis, qui habêt residere in claustro, possit dari licentia sine præfixione termini, si hoc concedentis visum fuerit expedire. Si quis autem exiterit extra Ecclesiam, Monasterium, seu locum aliquem Conuentualem sine licentia, vel in termino assignato iusta causa cessante, non redierit, pœna, quæ in tali casu per statuta, vel consuetudines eiusdem Ecclesiæ, vel Monasterij, seu alterius loci infligenda fuerit, infligatur eidem. Et si super hoc statutum, vel consuetudo aliqua non existit, pœna quæ sequitur, infligatur. videlicet quod ille, qui infra nouem dies post exitum, seu terminum prædictos redierit, vltimus stet in Choro, & secunda, quarta, & sexta feriis eiusdem septimanæ, in pane & aqua ieiunet. Ille verò, qui infra huiusmodi nouem dies non redierit, pœna quæ sequitur, imponatur, videlicet quod à porta regulari, parlatorio, seu alio loco deceris per claustrum, cum Magistro Nouitiorum, vel alio ad hoc deputato ad Capitulum veniant, camisiam, femoralia, & caligas tantum habentes, superpellicium in brachijs, ac ferulam, seu virgam in manibus suis ferentes, cum quibus in dicto Capitulo veniæ prius recepta, & recognita culpa sua, coram omnibus verberentur, & nihilominus alia pœnitentia siue pœna pro qualitate demeritj imponatur eisdem secundum arbitrium imponentis. Quod si sine scandalo huiusmodi pœna imponi nequit, in pœnam aliam secundum sui Prælati arbitrium, de proborum, & seniorum Conuentus consilio commutetur, quam in dicti Conuentus præsentia facere teneantur. promissorum tenius, quod mensuram peccati correctionis insistio, non excedat. Simili quoque vel aliarum digna pœna puniantur Canonici in Prioratibus, seu administrationibus alijs externis assignati, qui sine licentia Priorum, seu Administratorum eorundem, de ipsis Prioratibus, seu administrationibus recedentes fuerint euagati, vel in termino non redierint assignato. Similiter de dictis Prioratibus, seu administrationibus ad Claustrum seu Prælatum suum à suis Prioribus, seu administratoribus, licentia non petita, vel petita & non obtenta veniunt, eidem Prælato, seu Superiori suo causam sui aduentus statim exponant. qui Prælatus, seu Superior an causa huiusmodi rationabilis, & vera fuerit aduertatur. & si causam minus rationabilem, seu falsam esse perierit, vel si huiusmodi venientes nullam causam exposuerint, aut licentiam non petierint, per Prælatum, aut Superiorem, prout ei visum fuerit expedire, puniatur. Nullus quoque Canonicus permittatur extra Ecclesiam, Monasterium, vel alium locum suum alicubi sine Breuiario permittatur, in quo pensum seruitium sua dicendo horas Canonicas possit soluere Creatori.

§. 42. Alienatio prohibetur absque licentia Sedis Apostolicæ.

PErpetuo prohibemus edicto, ne Ciuitas, Castrum, Villa, vel fundum notabile, aut Iurisdictio aliqua ipsorum, vel Grangia, seu locus, territorium, siue magnus possessionum, siue terrarum numerus vendi, vel alienari principaliter, & expresse obligari, vel Monasterium, seu Prioratus, aut Ecclesia religionis prædictæ in aliam transferri valeant per quoscunque, etiam in casu alias à iure concesso, absque licentia Sedis Apostolicæ specialis, omnem venditionem, obligationem, & translationem de præmissis, & contra hæc factam irritam decernendo, & nihilominus quilibet Capitulis prouincialibus Præsidentium, ac Visitatorum, alienationes huiusmodi eisdem, ac consentientes eisdem Sedis Apostolicæ si compertis fuerint, alioquin Ordinarijs, seu Diœcesanis ipsorum intimare per scripturam authenticam, vel literas earum sigillis munitas, quamcitius commodè poterunt, teneantur.

§. 43.

CAPVT QVADRAGE

§. 43. Ficti contractus prohibentur.

MVltis fraudibus, atque dolis, quæ per nonnullos religiosos eiusdem, in damnum, & præiudicium Ecclesiarum, Prioratuum, & aliorum locorum prout experientia docuit, committuntur, opportunis obuiare remedijs quantum cum Deo possumus salubriter cupientes, hac constitutione edicto prohibemus, ne Abbates, Præpositi, ac Priores, vel quius administratores, & alij Canonici, siue conuersi religionis eiusdem, præter exitu religionum, vel negotiorum, quæ gerunt, fraudulentos, vel dolosos, aut simulatos, vel fictos contractus inire, vel mutuo simulata vel ficta suscipere, siue proprio, siue fidei iussoris, vel quouis alio nomine alieno, neue etiam confessiones instrumenti publici, vel authentici, aliquique scripturæ, à patre, fratre, nepote, vel consanguineo, seu quolibet alio nuncupato, affine, familiari, seruitio, annua, seu iuriuere recepisse mutuo, vel alias, pecuniã, panno, lardum, triticum, equos, boues, siue animalia alia, vel res alia bona, eaque in veritatem locorum, quibus præsunt, vel administrationum, quas gerunt suis conuertere, neque tamen pro se, seu locis eorum, neque prædictis fratribus suis ipsa recepérint, quoquomodo applicauerint. Similiter etiam prohibemus, ne fingant, simulent, vel finxerint se fore principales debitores, nec se tales se obligent, sibi reuera non principales, sed fideiussores existant, neue in talibus contractibus, vt præmittitur, simulatè conceptis, se ac alios suo nomine, ac quæ ipsi possessiones, redditus, prouentus, bona, & alia eorum obligent, vel submittant. neque in fraudem, prædictorum confitentur, vel alios præterea debitores eorum faciant confiteri, seu etiam obligari, vel super præmissis, vel authenticas seu alias scripturas in forma iuris, instrumenta quod iura, redditus, possessiones, annualia, bladi, pecuniam, seu alia bona ad ipsos, vel Monasteria, seu quæuis alia bona ipsius religionis spectantia, seu debita fuerunt, sunt, vel esse debent, facta, nuncia, seu statu eorum, vel aliquorum personarum prædictarum, & ad ipsas personas pertinere, vel alias eam fore, vel alios quoscunque contractus similes fraudulentos, & dolosè confictos facisant, vel fieri procurent, aut quos Ecclesiæ, Monasteria, & alia loca religionis ipsius, quibus præsunt, ac iura, redditus, & possessiones, seu alia bona eiusdem damnificari, grauari, obligari, vel alias impediri, seu deperire valeant quouis modo. Nec autem omnes prænominatos, in graue, & enormem eorundem administrationum suarum talia committentes, vel fieri facientes, aut eis consentientes, præter alias pœnas inde à nobis infra duorum mensium spacium ab eorum contractibus seu commissi huiusmodi nutrimodum, prout iuris fuerit, solis fecerint, & Ecclesias, Monasteria, Prioratus, administrationes, & loca prædicta reddiderint, seu reddi fecerint infra dictum tempus diligendis laborarint, excommunicationis sententiæ eo ipso decernimus subiacere. Quod si præmissa effectualiter non poterint renouare, incurrant infra alios duos menses, illos duos immediate sequentes, ab illis Superioribus renouare. quod si non fecerint, sententiam excommunicationis incurrant, & absque alio inde exactione debitè puniantur, tanter quod

§. 43. Ficti contractus prohibentur.

MVltis fraudibus, atque dolis, quæ per nonnullos religionis eiusdem, in damnum, & præiudicium Ecclesiarum, Prioratuum, & aliorum locorum prout experientia docuit, committuntur, opportunis obviare remediis quantum cum Deo possumus salubriter cupientes, hac consulto edicto prohibemus, ne Abbates, Præpositi, ac Priores, vel quiuis administratores, & alij Canonici, seu conuersi religionis eiusdem, prætextu religionis, vel negotiorum, quæ gerunt, fraudulentos, vel dolosos, aut simulatos, vel fictos contractus inire, vel mutua simulata vel ficta suscipere, siue proprio, siue fideiussorio, vel quouis alio nomine alieno. neuè etiam confessionis instrumenta publica, vel authentica, aliasque scripturas, se a parte, fratre, nepote, vel consanguineo, seu qualibet alio conuinculo, affine, familiari, seruitio, amicitia, seu interiore recepisse mutuo, vel alias, pecuniæ, pannos, bladum, vinum, equos, boues, siue animalia alia, victui, seu alia bona, eaque in vtilitatem locorum, quibus præsunt, vel administrationum, quas gerunt fuisse conuersa, neque tamen pro se, seu locis eorum, neque pro administrationibus sua ipsa receperint, quoquomodo præsumat. Similiter etiam prohibemus, ne fingant, seu simulent, vel scribant se fore principales debitores, aut se tales se obligent, vbi re vera non principales, sed fideiussores existunt. neue in talibus contractibus, vt præfertur, simulatè conceptis, se ad alios suo nomine, eaque ipsa, possessiones, redditus, prouentus, bona, & ara eorum obligent, vel submittant. neque in fraudem, qui dolose confingantur, vel alios præsertim debitores eorum facere confiteri, seu etiam obligari, vel super instrumenta, vel authenticas, seu alias scripturas in eadem confici, contentia quod iura, redditus, possessiones, animalia, bladа, pecuniam, seu alia bona ad ipsos, vel Monasteria, seu quæuis alia bona ipsius religionis pertinentia, seu debita fuerunt, sunt, vel esse debent, patris, matris, seu fratris eorum, vel aliarum personarum prædictarum, & ad ipsas personas pertinere, vel debita eius fore, vel alios quoscunque contractus similes fraudulenter, & dolosè confici facitant, vel fieri procurent, per quos Ecclesia, Monasteria, & alia loca religionis ipsius, quibus præsunt, ac iura, redditus, & possessiones, siue alia bona ipsorum damnificari, grauari, obligari, vel aliàs impediri, seu deperire valeant quouis modo. Nec autem omnes prænominatos, in graue, & enorme præiudicium administrationum suarum talia committentes, vel fieri facientes, aut eis consentientes, præter alias pœnas iuris, infra duorum mensium spatium a tempore contractus, seu commissi huiusmodi innotescendum, ea quantum in posterum fieri valet tollendi, & Ecclesias, Monasteria, Prioratus, administrationes, & loca prædicta reddiderint, seu reddi fecerint indemnia, seu a talibus dispendijs liberarint, excommunicationis sententiæ eo ipso decernimus subiacere. Quod si ea præmissa effectualiter non poterint reuocare, teneantur infra alios duos menses, illos duos immediate sequentes, ea suis Superioribus reuelare, quod si non fecerint, sententiam excommunicationis incurrant, & alias pro dicto excessiuo debitè puniantur, taliter quod eedat cæteris in exemplum. Possint autem Præsidentes, ac Visitatores in Prouincialibus Capitulis deputati, & eorum quilibet, Abbates, aliosque quoscunque Prælatos, ac administratores, non habentes Superiores religionis eiusdem, qui huiusmodi sententiam excommunicationis incurrerint, satisfactione præmissa absoluere, & secum super irregularitate, si per simplicitatem, & iuris ignorantiam (non tamen in contemptum clauium) diuina celebrauerint, vel se ingesserint eisdem, inde contracta misericorditer dispensare. cæteros verò consimiliter absoluere, & cum eis in similibus casibus dispensare valeant immediati Superiores eorum.

§. 44. Mutua quomodo recipienda.

MOnasteriorum, & locorum religionis eiusdem dispendijs, quæ ex mutuorum contractu plerunque prouenunt, præcauere consultius intendentes, statuimus, quòd Abbas, Præpositus, Prior, seu quiuis alius (etiam Apostolica Sedis Notarius) religionis eiusdem, quòd per ipsum fuerit mutuum suscipiendum, vltra summam communi prouidentia per annale Capitulum, seu maiorem partem ipsius taxandam, infrascriptam solemnitatem obseruet. videlicet, vt quilibet de prædictis Superiorem eiusdem religionis non habens, qui habebit recipere mutuum suprà dictum, tractatum admiuus, & consilium duorum dierum non continuatorum, seu interpellatorum, cum Capitulo, seu Conuentu suo diligentem habeat, & maturum. Et nihilominus de consensu sui Capituli, vel Conuentus, mutuum huiusmodi recipiatur ab eo. In Monasterio verò, Prioratu, & administratione, conuentuali, vel non conuentuali Superiorem immediatum in eadem religione habente; conuentuali videlicet, cum conuentu ipsius, in non conuentuali, cum conuentu Superioru Ecclesiæ, Monasterij, siue loci, tractatus huiusmodi habeatur. Et nihilominus in vtroque licentia, seu auctoritas interueniat dicti Superioru quocunque nomine censeatur. eo plenè certificato, in quantum commodè fieri poterit, de omnibus, quæ interuenire debent in tractatu prafato, in quo quidem agatur, & clarè liqueat, ob quam causam cuiusue summa, & si fieri potest, à quibus creditoribus, & sub quibus conditionibus, & obligationibus, quibusue terminis soluendum suscipiatur mutuum sæpedictum. de ijs nihilominus authentica conficienda scriptura, in qua ea omnia, ac nomina illorum, qui interfuerint in tractatu, ac etiam consentientium & autorizantium exprimantur, & ipsorum auctorizantium sigilla scripturæ huiusmodi apponantur. Prohibemus insuper, ne prætextu alicuius procuratoru generalis, etiã si cõmeatur in eo, quod procurator mutuum possit recipere, aut obligare Ecclesiam, monasterium, vel alium locum mutuũ recipere valeat Ecclesia, monasterium, vel locus alius obligari, nisi prius prædicta omnia fuerint obseruata. Volumus autem, quod pecunia, quæ taliter vt præmittitur, mutuo recipietur, non remaneat in solius Antistitis, seu Abbatis, vel Prioris, aut alterius administratoris huiusmodi contractum ineuntis principaliter potestate, sed si commodè fieri potest, tradatur tribus, seu pluribus, aut paucioribus viris, prout expedire videbitur prouidis & discretis, qui dictum mutuum ad illas vti-

litates, seu incepisates conuerint, ob quas nosciturfuisse contractum. qui super hoc fideliter exequendo iuramenti vinculo astringantur, districtius inhibentes, ne eorum, quæ debentur Ecclesiis, Monasterijs, seu locis aliis religionis eiusdem, remissio fraudulosa, & notabiliter damnosa à quoquã valeat attentari. Permittimus tamen, quòd si Antistes, vel abbas, aut alij quicunque administratores religionis eiusdem, à locis aliis dicta religionis, quibus subsunt, sint multum remoti, & casus aliquis euidenter vtilis, seu necessarius occurrat, cui succurri non valeat, nisi vltra dictam summam communi prouidentia taxatam, mutuum contrahatur, licitum sit eisdem absque solemnitate huiusmodi, & pœnis infrascriptis, vt tali casu valeat prouideri, tantam absque fraude qualibet summam recipere mutuo, quantæ necessaria fuerit pro casu præfato. Recipientes autem mutuum in casu huiusmodi, si Superiores eiusdem religionis non habuerint, in Conuentibus preprijs: Siverò Superiores tales habuerint, eisdem Superioribus, & nihilominus suis Conuentibus si Conuentum habeant infra octo dies postquam eorum præsentiam habere commodè poterunt, id exponere, & de ijs, qui in ipso contractu interuenerunt eos certiores reddere teneantur, & conficiatur inde scriptura à ipsis Superioribus, vel Conuentibus visum fuerit expedire. Prælatus autem, seu quiuis administrator, qui semel recipit, siue particulariter, siue simul, summam prædictam, communi prouidentia (vt præmittitur) prætaxatam, quod unque mutuum recipiat vltra eam, nisi esset modicum, quod tamen quartam partem eiusdem summæ non excedat, teneatur sub infrascripta pœna solemnitatem secundam plenariè obseruare. Quod si Abbas, Præpositus, Prior, vel administrator alius dictæ religionis quocunque nomine censeatur, contra præmissa faciens, mutuum vltra dictam summam communi prouidentia taxatam absque dicta solemnitate recipiendo, locum sibi commissum, aut iura, redditus, seu possessiones ipsius expressè obligauerit, vel literas, vel instrumenta concessionis, vel recognitionis super hoc concesserit, seu alias submiserit (nisi infra sex menses immediatè sequentes obligationes, & submissiones huiusmodi cessare fecerit) sit ei ex tunc donec ea compleuerit, Ecclesia interdictum ingressus. & insuper Præpositi, Priores, & alij administratores Superiorem eiusdem religionis, non tamen conuentum, habentes, si præfatum interdictum per alios sex menses, præfatos sex immediatè sequentes pertinaciter sustinuerint, sint ex tunc à suis administrationibus suspensi, donec obligationes prædictæ tollantur, & eorum administrationes redditæ fuerint indemnes. Suspensione autem huiusmodi durante, Superiores immediati taliter suspensorum administrationes eorum recipiant, easque per se, vel alios fideliter gerere, & indemnes pro posse reddere studeant, ac nihilominus suspensos eosdem aliter punire, prout culpæ qualitas exegerit, non omittant. Si quis autem taliter suspensorum Superioribus ipsis in præmissis de facto contradicere præsumpserit, & in contradictione huiusmodi per octo dies pertinaciter perseuerauerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. quam si sustinuerit pertinaci animo per sex menses, dignitate, officio, administratione, seu beneficio per eum tenta, seu obtento priuetur.

§. 45. Locationes quæ damnatæ sint.

QVonam ex minus prouida locatione locorum religionis eiusdem, seu concessione ipsorum ad firmam, prouentuum locorum ipsorum plurima pernitie hactenus dicta religio detrimenta, salubri prohibemus edicto, ne Abbates, Priores, Præpositi, aut cæteri administratores religionis ipsius, sine causa necessaria, vel vtili, loca sua administrationi commissa, vel prouentus ipsorum locorum, ad firmam tradere, seu locare præsumant. Quod si ex causa huiusmodi id facere voluerint, & Capitulum, seu Conuentum habuerint, non tamen Superiorem religionis eiusdem, debeant cum eodem Capitulo, seu Conuentu præmittere tractatum de causa huiusmodi, & de quantitate pretij, & sub quibus obligationibus, & de persona illius, cui firma, seu obligatio huiusmodi fuerit facienda, ipsaque facere cum consilio ipsius Capituli, seu Conuentus, vel maioris partis eiusdem. Si verò Capitulum, seu Conuentum proprium, & nihilominus Superiorẽ eiusdem religionis habuerint, non solum cum ipso Capitulo, seu Conuentu, sed etiam cum eodem Superiore dictum tractatum præhabeant, & cum Consilio Capituli, seu Conuentus ipsorum, vel maioris partis, ac de dicti Superioris licentia, & non aliter ea procedant. Si autem Priores, vel Præpositi, aut alij administratores extiterint, non habentes Conuentum, sed antistitem, Abbatem, vel alium Superiorem religionis eiusdem, tractatum prædictum cum eodem Superiore præmittant, & cum ipsius licentia, & non aliter faciant firmam, seu locationem præfatam. Per hoc autẽ non intendimus prohibere, quo minus redditus, & prouentus administrationum suarum locare, seu vendere valeant absque solemnitate præmissa ad tempus moderatum, iuxta morem in regione in qua erunt, solitum obseruari, statutis Ecclesiarum, Monasteriorum, vel aliorum locorum religionis eiusdem (si qua super hoc fuerint) rationabilibus obseruatis. Si tamen ex huiusmodi locatione, seu venditione prouentuum ad tempus moderatum, vt præmittitur faciendæ, contingeret infra annum recipi pecuniam, vel aliud quodcunque pretium prouentuum rei locatæ vnius anni excedens, tunc solemnitates præmissas volumus obseruari. Simili modo etiam prohibemus ne aliquo casu, firmæ, seu locationes, seu venditiones huiusmodi fiant per eosdem personis suspectis: neue quibuuis firmarijs, seu conductoribus, seu emptoribus liber originalis censuum, aut instrumenta, seu monumenta originalia super iuribus Ecclesiarum, vel administrationum confecta tradantur, nec iurisdictiones per se, aut cum vniuersitate, seu ciuitates, villæ, vel insignia loca, seu castra, vel fortalitia locentur, seu ad firmam tradantur, siue sub locatione, vel firma includantur. Redditus tamen, seu prouentus Ciuitatum dicti ordinis, villarum, locorum, castrorum, & fortaliciorum huiusmodi, prout superius præmittitur, tunc valeant, seu locari. Vbi autem occasione firmarum, aut locationum, seu venditionum huiusmodi contingeret personas, vel bona Ecclesiastica ipsius religionis obligari, vel submitti, obligationes, & submissiones huiusmodi fir-

vilo-

volumus Ecclesiastica censura, & coercitionis districtione, per Ecclesiasticam iurisdictionẽ, & coercitionem executioni mandari. Firmas autem, seu locationes aut venditiones prædictas contra præmissa factas, instrumenta quoque, & qualibet documenta super eis confecta, viribus carere decernimus, & nullius existere firmitatis. Et nihilominus Abbates, Priores, Præpositi, & cæteri administratores superiorem religionis eiusdem nõ habentes, qui contra fecerint, per Præsidentes capitulis, vel per visitatores deputandos in eis corrigantur. Cæterùm per Antistites, Abbates, seu alios immediatos superiores eorum, si in visum fuerit, in quinta particularis capitis locationis, seu firma, fabricæ, seu in ornamentis Ecclesiæ, monasterij, sine loci, cui immediate subeunt applicanda, & alias debitè puniantur.

§. 46. Registra, & archiuia conficiantur.

VT Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum religionis eiusdem, bona, & iura salubriter conseruentur, statuimus, quod præsidentes Ecclesiis Cathedralibus, monasterijs, prioratibus, & administrationibus aliis quibuscunque dictæ religionis, quam primum commodè poterunt, conficiant, seu confici faciant registra, in quibus possessiones, census, iura, & cætera bona mobilia, quæcunque, & qualitercunque fuerint, aliorum administrationes spectantia, sigillatim, & specificè describantur. Fiant etiam per eosdem registra instrumentorum Ecclesiasticis, vasis, lectis, animalibus, & aliis rebus mobilibus, & se mouentibus pro agricultura, & administratione locorum necessarijs, vel vtilibus, & huiusmodi registra, in locis subiectis aliis superioribus religionis eiusdẽ duplicentur: quorum vnum in loco seruari, & reliquum in subiecto seruetur. Visitatores quoque in prouincialibus capitulis deputati, cum visitabunt loca sua visitationi commissa, Prælati etiam, & alij superiores cum fuerit opportunum, diligenter inquirant, antea, & bona predicta, necessaria pro instructione locorum teneantur in locis eisdem. & prouideãt, quod perpetuo teneantur in eis, aliterq; reperta faciãt emendari, & secundum quod culpa exegerit, puniant delinquentes. Insuper præsidentes prædicti, cũ possessiones administrationum suarum fuerint assecuti, inuentaria, & bona mobilium, & se mouentibus reperta in administrationibus ipsis conficiãt. Hi verò, qui habent superiores religionum eiusdem, huiusmodi inuentaria faciant ingrossari, quorum vnum in loco subiecto seruetur & superioribus ipsorum assignetur, vt per ea, in quo statu administrationes ipsæ receperint valeant apparere. Fiant autem huiusmodi inuentaria, & registra per tabellionem, vel saltem in aliarum publicarum præsentiarum. Adijcimus etiam, quod præsidentes Ecclesijs Cathedralibus, monasterijs, & locis aliis dictæ religionis, quæ bona mobilia prioratuum, administrationum, & beneficiorum quorumlibet religionis eiusdem, seu subiectorum præcantium in eis, tempore huiusmodi vacationum inuenta, seu illa durante obuenientia ex legatis, vel successione, seu alia causa rationabili ad Ecclesias pertinere, vasa, vestimenta, seu alia ornamenta diuino cultui deputata: animalia etiam tam pro agricultura, quàm pro alijs ipsorum locorum necessi-ta-

rebus Ecclesiasticarum sanctionum, & coërcionis duxerint, & per Ecclesiasticam inrisdictionē, & coërcionum executionē mandari. Firmas autem, seu locationes aut venditiones prædictas contra præmissa factas, instrumenta quoque, & qualibet documenta super eis confecta, viribus carere decernimus, & nullius existere firmitatis. Et nihilominus Abbates, Priores, Præpositi, & cæteri administratores superiorem religionis eiusdem ubi habentes, qui contra fecerint per Præsidentes capitulo, vel per visitatores deputandos in eis corrigantur. Cæteri verò per Antistites, abbates, seu alios immediatos superiores eorum, si eis visum fuerit, in quinta parte prædictæ locationis, seu firmæ, fabricæ, seu in ornamenta Ecclesiæ, monasteriis, sine loci, cui immediate subeunt applicanda, & alias debitè puniantur.

§. 46. Registra, & archiuia conficiantur.

VT Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum religionis eiusdem, bona, & iura salubriter conseruentur, statuimus, quod præsidentes Ecclesiis Cathedralibus, monasteriis, prioratibus, & administrationibus aliis quibuscunque dictæ religionis, quam primum commodè poterunt, conficiant, seu confici faciant registra, in quibus possessiones, census, iura, & cætera bona immobilia, quæcunque, & qualitercunque fuerint, aliorum administrationes spectantia, sigillatim, & specifice describantur. Fiant etiam per eosdem registra de ornamentis Ecclesiasticis, vasis, lectis, animalibus, & aliis rebus mobilibus, & se mouentibus pro agricultura, & alia institutione locorum necessariis, vel vtilibus. & huiusmodi registra, in locis subiectis aliis superioribus religionis eiusdē duplicentur: quorum vnum in loco seruari, & reliquum in subiecto seruetur. Visitatores quoque in prouincialibus capitulis deputati, cum visitabunt loca sua visitationi commissa, Prælati etiam, & alij superiores cum fuerit opportunum, diligenter inquirant, an res, & bona prædicta, necessaria pro institutione locorum teneantur in loco eisdem. & prouideāt, quod perpetuo teneantur in eis, aliterq; reperta faciāt emendari, & secundum quod culpa exegerit, puniant delinquentes. Insuper præsidentes prædicti, eū possessiones administrationum suarum fuerint assecuti, inuentaria, & bona mobilibus, & se mouentibus reperta in administrationibus ipsis conficiāt. Hi verò, qui habent superiores religionis eiusdem, huiusmodi inuentaria faciant duplicata, quorum vnum in loco subiecto seruetur & superiori reliquum assignetur, vt per ea, in quo statu administrationes ipsæ receperint valeant apparere. Fiant autem huiusmodi inuentaria, & registra per tabellionem, vel saltem in aliarum publicarum præsentia personarum. Adijcimus etiam, quod præsidentes Ecclesijs Cathedralibus, monasteriis, & locis aliis dictæ religionis, qui bona mobilia prioratuum, administrationum, & beneficiorum quorumlibet religionis eiusdem, sibi subiectarum vacantium in eis, tempore huiusmodi vacationum inuenta, seu illa durante obuenientia ex priuilegio, vel consuetudine, seu alia causa rationabili ad ipsa affirant pertinere, vasa, vestimenta, seu alia ornamenta diuino cultui deputata: animalia etiam tam pro agricultura, quam pro aliis ipsorum locorum necessitatibus teneri mihi consueta, vasa vinaria, & coquinaria, lectos etiā, & alia supellectilia necessaria, seu vasa (nisi fortè aurea, vel argentea fuerint) nullatenus occupare, vel exinde asportare, aut sibi appropriare præsumant. In apprehendendis quoque bonis aliis constitutionem fœlicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri super hoc editam, quæ incipit: Præsenti diligēter obseruent. Qui vero secus fecerint, iuxta qualitatem delinquentium personarū pœnas incurrant, quas per Constitutionem eandem eius transgressoribus imponuntur.

§. 47. Alimentorum præstationes non differantur.

QVum sit rationi consonum illes non debere onera recusare, qui rerum commoda complectūtur, statuimus, quod Antistites, Abbates, Præpositi, Archidiaconi, Priores, & administratores cæteri religionis prædictæ, qui censu, redditus, pensiones, seu quæcunque stipendia, debent, vel debebunt in posterum pro alimentis quotidianis, vel pro vestiarijs in Ecclesiis Cathedralibus, monasteriis, præpositur is, prioratib⁹, officijs, & administrationibus, seu aliis locis religionis eiusdem, siue in blado, vino, carnibus, oleo, piscibus, pecunia, seu rebus aliis quibuscunque consistant, illa eis in terminis consuetis, vel præfixis, seu in antea præfigendis, integrè soluere non omittant. Quod si Priores, Præpositi, Archidiaconi, & cæteri administratores eiusdem religionis, ea in ipsis terminis, vel saltem infra mensem non soluerint, requisiti, quantum ascendit quarta pars illius debiti, vltra ipsum debitum nomine pœnæ soluere teneantur. Et si infra aliū mensem immediatè sequentē non soluerint, tam pœnā, quām etiam ipsum debitum principale, eo ipso sint (donec de prædictis fuerit integraliter satis factū) à temporalium administratione suspensi, & Prælatus durante suspensione prædicta, ministret per alium temporalia beneficij illius, qui suspensionem incurrerit supra dictā, & satisfaciat de prædictis. Antistites verò si post lapsū terminum requisiti infra duorum mensium spacium, à die requisitionis huiusmodi computandum satisfacere contempserint, pœnam tertiæ partis debiti incurrant irremissibiliter eo ipso. Abbates autem, & alij Prælati religionis eiusdem, si post requisitionem consimilem infra mensem satisfacere contempserint, incurrant pœnam consimilem ipso facto. Et si Abbates, & alij Prælati huiusmodi, per alium mensem sequentem, soluere non curauerint, à stallo chori, & loco Capituli deputatis eisdem, sint ipso facto, & tamdiu remaneant suspensi, donec integraliter de debito, & pœna satisfecerint memoratis, nulla remissione prosutura eisdem. In prædictis tamen casibus de principali debito satisfacto Antistites, abbates, & alij Prælati libere, inferiores verò de suorum licentia Prælatorum remittere valeant pœnas prædictas ab aliis, quam à prædictis Antistitibus, Abbatibus, & Prælatis sibi debitas pro prædictis. Institutionibus regularibus inhærentes, statuimus, vt Canonici in Ecclesiis Cathedralibus, monasteriis, siue locis aliis Collegiatis, seu Conuentualibus dictæ religionis constituti, consuetudine seu vsu (quibuscunque abusu contrario non obstante) in refectorio comedant in communi, nisi in casibus

in quibus, & prout eisdem iustum est, seu permissum extra refectorium comedere, secundum regularia & canonica instituta, prouisa quod illi, quibus incumbit onus prouidendi de victu Canonicis eisdem prouideant sufficienter & decenter, non in pecunia, sed in victualibus, prout cuilibet opus erit, de qua sufficientia victualium tractetur, & si expedierit ordinetur in Capitulo annali, decernentes, quod si qui redditus, vel pensiones alicui ex Canonicis singulariter hactenus pro victualibus fuerint assignati, nullatenus dimittantur eidem. Nos enim assignationes huiusmodi reuocamus, & pro reuocatis haberi volumus, & eas fieri deinceps prohibemus. Illi quoque quibus incumbit onus de vestimentis, calciamentis, & aliis corporis indumentis necessarijs dictis Canonicis prouidendi, eisdem prouideant sufficienter, & decenter, & tempore congruo iuxta suppetentiam facultatum, & conditionem, seu qualitatem regionu. & illud quod dandum erit singulis, pro vestimentis, & aliis praedictis, ordinent & taxent si opus fuerit in annali Capitulo memorato. Ad hae subiungimus, quodelli, qui praedicta administrare tenentur, ad ea omni excusatione cessante, vt praemittitur minustranda per Superiores suos, aut in defectum eorum, per Visitatores, vel Praesidentes in Capitulo prouinciali deputatos, & eorum quemlibet compellantur, nec audiantur, si dicant priuilegium statutum, ordinationem, vel consuetudinem contraria se habere, aut pro suu personis, eorumq; statu iuxta personarum, & officiorum decentiã subsistendũ se afferant indigere nulla quoq; super hoc appellatio nullaue supplicatio eis prosit. Et si tertiò moniti per aliqua dierum competentia interualla monentiu arbitrio reliquenda, praemissu efficaciter parere contempserint, remoueantur à suu administrationibus vel officijs, ipsaq; alijs personu idoneis dicta complere valentibus committantur. Abbates verò, Praepositi, Priores accateri, etiam Apostolicae Sedi Notary non habentes Superiores religionu eiusdem, vel habentes, si praesint Collegijs seu Conuentibus, qui de praedictu prouidere tenentur, non habentes quidem Superiores, à Praesidentibus, ac Visitatoribus, & eorum quolibet: caeteri verò tam ab eisdem, quam etiam à dictu suu Superioribus per censuram Ecclesiasticam, alijsq; remedijs ad hoc congruentibus ad id omnino cogantur. eisdem Superioribus nisi suos subditos: necnon dictis Praesidentibus, ac Visitatoribus, nisi abbates Priores, & alios supradictos efficaciter ad praemissa compulerint; in Capitulis prouincialibus grauiter arguendis, & taliter corrigendis, quod cedat caeteris in exemplum. Caeterum si redditus, & prouentus dignitatum, officiorum, seu administrationum quibus onus praedictum incumbit, aut dicta victualia, vestimenta, seu alia pro victu seu vestitu necessario Canonicis ministrando non sufficerint, posit Prelatus in suo annali Capitulo, cum consilio & assensu eiusdem Capituli, vel maioru partis ipsius, auctoritate Apostolica prioratibus, administrationibus, & alijs beneficijs per Canonicos dicta religionu solitu gubernari, quibus eorum supportatis oneribus ad hoc sufficerint facultates (vocatu tamen ab hoc Prioribus, vel administratoribus, & alijs beneficiatu, quos eisdem praefuerint) pensiones perpetuas imponere, pro sufficienti supplemento defectus victualium, & vestimentorum, & aliorum necessariorum, pro habitu corporis duntaxat, quas quidem personas extunc, tamillis, qui eisdem prioratibus, administrationibus, & beneficijs alijs, tempore huiusmodi impositionis praefuerint, quàm successores eorum solutas teneantur.

§. 48. Esus carnium quando prohibitus.

VT salutis Auctori purius seruiatur, illatumq; quod vniuersi Canonici religionu praefata, ab esu carnium diebus . . . . . Sabbati, & per totum Aduentum Domini studeant abstinere, non obstantibus statutis, vel contrarijs quibuscunque. Super abstinentia verò ab usu huiusmodi carnium in quarta feria & Septuagesima, Praelati seu alij, ad quos spectauerit, consuetudines & statuta, antiqua & noua, honesta & rationabilia suorum locorum seruent, & facient obseruari. Illu tamẽ qui ad maiorem abstinentiam sunt astricti, per hoc esum carnium non intendimus indulgere.

§. 49. Accubitus sint in dormitorijs &c.

RVrsus praecipimus, quod Canonici religionu eiusdẽ residentes in claustru, omnes simul, vel si multitudo eorum non fuit, saltem quanto plures existi commode poterunt, in vna domo dormiant & quiescant, iuxta regularia instituta Canonica, non habentes separatas cameras siue cellas, exceptis ijs, qui propter infirmitatem, vel valetudines corporales, aut propter administrationes seu officia, quae gesserint, vel ex alijs causis iuxta dispositionem sui Superioris rationabiliter exemptantur. Statuimus etiam quod in dormitorijs cellas non habentibus, cellae de caetero nullae fient. Permittimus tamen, quod in eis vbi sunt cellae iam factae, remanentes à parte anteriori debeant aperiri, ita quod à transeuntibus, hi qui intra fuerint conspici valeant & videri, & quod per Prelatos locorum infra sex menses à tempore, quo praesentes constitutiones fuerint publicatae, nisi negligentibus, seu non valentibus, per Visitatores in proximis talibus Capitulis deputatis, in prima visitatione, quam impenderint, omnes tales cellae ab eorum parte debeant aperiri. & si super hoc fuerint aliqui resistentes, vel impedimentum praestantes, seu praestari procurantes, vel ad id dantes auxilium, consilium, vel fauorem, publicè vel occultè, vel huiusmodi cellas de nouo facere praesumentes, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. quos etiam ipsi Prelati, & Visitatores prafati, per alia iuris & ipsius religionis remedia valeant super his auctoritate Apostolica coercere. ab huiusmodi autem excommunicationis sententia ipsum incurrentes possint absolui per Visitatores praefatos, vel per Praelatos immediatos eorum. & cum eis super irregularitate, si quam forsan contraxerint, per simplicitatem, & iuris ignorantiam (non tamen in contemptũ clauium) celebrando diuina, vel se ingerendo eisdem, per eosdem valeat dispensari.

§. 50. Priuilegia, & mobilia non transferendi.

RElegionu eiusdem consulere commodis, & praeuere dispendijs cupientes, statuimus, vt quae Ecclesiae Cathedralt, Monasterio, Prioratui, Praepositurae,

CAPVT QVADRAGES

seu administrationi eorum dicta religionu Praesidens, aut simplex Canonicus, seu conuersus religionu eiusdem priuilegia, literas, vel instrumenta concessa, seu confecta, super libertatibus, possessionibus, rebus, seu iuribus eorundem, aut vasa aurea, seu argentea diuino cultui dedicata, necnon reliquias, ornamenta Ecclesiastica, libros, aut res alias mobiles vel pretiosas ipsorum, extra loca, aut res alias mobiles vel pretiosas ipsorum, extra Ecclesiam, Monasteriu, Prioratum, seu administrationem huiusmodi, in damnum ipsorum, apud suos consanguineos, vel propinquos, seu quoscunque alios transferre, aut transportare; seu tenere praesumpserit (nisi infra duorum mensium spacium, prout possibile fuerit ea alicui ipsa reddiderit, vel eadem loca, seu administrationes infra idem spacium indemnia reddiderit) eo ipso per ipsum, tamdiu donec praemissa, vel praemissorum aliquod, ab administratione temporalium se suspenderit, ab administratione temporalium se suspensus, simplex verò Canonicus, vel conuersus, ad beneficia seu officia qualibet religionis ipsius obtinenda, se ipso tamdiu inhabilis, quousque per immediatum superiorem ipsius, satisfactione praemissa, cum eis fuerit misericorditer dispensatum. & si Praesidentis eiusdẽ, tantum tertijs non fuerit, culpa extiterit manifesta, per Praesidentes in prouinciali Capitulo, seu Visitatores per idem Capitulum deputatos poena grauiori feriatur.

§. 51. Missarum celebratio iniungitur.

HOrtamur Praepositos, Priores, & Administratores, singulos, Canonicos dicta religionis in Ecclesijs, monasterijs, & alijs eorum locis Conuentualibus residentes, vt (si non frequentius) saltem bis in septimana, nisi festiuitates easdem in Prioratibus, vel alijs locis non Conuentualibus, saltem semel: in scholis verò vel alibi commorantes, infra quindecim dies saltem semel, salubribus & debita deuotione, Missas studeant celebrare.

§. 52. Et Eucharistiae susceptio.

ALi verò Canonici non sacerdotes vbilibet constituti, in qualibet quindena saltem semel confiteantur, & quolibet mense reuerenter suscipiant Eucharistiae Sacramentum, nisi forte de proprij Confessoris consilio ab aliquem rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione eorum aliquis duxerit abstinendum. Per hoc autem statutis, consuetudinibus, ordinationibus, seu obseruantijs Ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum praedictorum, quibus frequentius pro certis diebus confiteri, communicare, vel celebrare debeant, vel super celebrando locorum onera supportare, in aliquo non intendimus derogare. adijcientes quod Abbates, Praepositi, seu Priores caeteri locis Conuentualibus Praefatos, die qualibet, rationabili causa cessante, Missas celebrent, vel audiant. & nihilominus in solemnibus festis, in suis monasterijs siue locis Missas solemnes studeant celebrare.

§. 53. Diuinorum Officiorum recitatio.

HOrtamur etiam quod in Ecclesijs, monasterijs, siue locis alijs Conuentualibus, cum modestia humero, & deuote, diurno nocturnis & diurnis, ad diuina officia tenendis, & singuli Canonici studeant conuenire, ipsaq; non transcurrendo, aut syncopando, sed tra-

seu administrationi eiusdem dictæ religionis Præsidens, aut simplex Canonicus, seu conuersus religionis eiusdem priuilegia, literas, vel instrumenta concessa, seu confecta super libertatibus, possessionibus, rebus, seu iuribus eorundem, aut vasa aurea, seu argentea diuino cultui dedicata, necnon reliquias, ornamenta Ecclesiastica, libros, aureas alias notabiles vel pretiosas ipsorum, extra Ecclesiam, Monasterium, Prioratum, seu administrationem huiusmodi, in damnum ipsorum, apud suos consanguineos, vel propinquos, seu quoscunque alios fraudulenter transportare; seu tenere præsumpserit (nisi infra eorum mensium spacium, prout possibile fuerit ea illicita ipsa reduxerit, vel eadem loca, seu administrationes infra idem spacium indemnia reddiderit) extunc præsidens ipse, eamdiu donec præmissa, vt præfertur emendauerit, ab administratione temporalium sit suspensus. simplex verò Canonicus, vel conuersus, ad beneficia seu officia qualibet religionis ipsius obtinenda, sit eo ipso eamdiu inhabilis, quousque per immediatum superiorem ipsius, satisfactione præmissa, cum eis fuerit misericorditer dispensatum. & si Præsidenti eiusdē, quem tamen Antistes non fuerit, culpa extiterit manifesta, per Præsidentes in prouinciali Capitulo, seu Visitatores per idem Capitulum deputatos pœna grauiori subdatur.

§. 51. Missarum celebratio iniungitur.

HOrtamur Præpositos, Priores, & Administratores, singulosq; Canonicos dictæ religionis in Ecclesijs, monasterijs, & alijs eorum locis Conuentualibus residentes, vt (si non frequentius) saltem bis in septimana celebrent. Residentes autem in Prioratibus, vel alijs locis non Conuentualibus, saltem semel: in scholis verò vel alibi commorantes, infra quindecim dies saltem semel, salubritate & debita deuotione, Missas studeant celebrare.

§. 52. Et Eucharistiæ susceptio.

ALij verò Canonici non sacerdotes vbilibet cōstituti, in quolibet quindena saltem semel confiteantur, & quolibet mense reuerenter suscipiant Eucharistiæ Sacramentum. nisi forte de proprij Confessoris consilio, ab aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione eorum aliquis duxerit abstinendum. Per hoc autem statutis, consuetudinibus, ordinationibus, seu observantijs Ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum prædictorum, quibus frequentius pro certis diebus confiteri, communicare, vel celebrare debeant, vel sepius celebrandi locorum onera supportare, in aliquo non intendimus derogare. adijcientes quod Abbates, Præpositi, seu Priores cæteri locis Conuentualibus Præsidentes, die qualibet, rationabili causa cessante, Missā celebrent, vel audiant, & nihilominus in solemnibus festis, in suis monasterijs siue locis Missas solemnes studeant celebrare.

§. 53. Diuinorum Officiorum recitatio.

HOrtamur etiam quod in Ecclesijs, monasterijs, siue locis alijs Conuentualibus, cum modestia humiliter, & deuotè, horis nocturnis & diurnis, ad diuina officia vniuersi, & singuli Canonici studeant conuenire, ipsaq; non transcurrendo, aut syncopando, sed tractim, & distinctè, psallant & celebrent, ac deuotè. Sanè in Ecclesijs Cathedralibus, monasterijs, & locis alijs Conuentualibus religionis eiusdem, Missa maior per Canonicum celebretur. Et si inibi, magnus & ad hoc sufficiens fuerit Canonicorum numerus, in officijs Diaconatus, & Subdiaconatus ministrent huiusmodi celebranti. & qui hebdomadarius fuerit Missæ maioris, cessante impedimento legitimo, horas Canonicas incipiat, & collectas & orationes dicat. Transgressores vero præmissorum debita subiaceant disciplinæ.

§. 54. Reliquiarum &c. conseruatio.

DEnique solicitis sint Antistites, abbates, Præpositi, Priores, Sacristæ, & administratores alij religionis prædictæ quocunque nomine censeantur, quibus incumbit Ecclesias, Oratoria, altaria, reliquias, vasa, corporalia, vestimenta, & alia ornamenta Ecclesiastica, munda & nitida conseruare, & facere ab alijs cōseruari. de Breuarijs quoque Missalibus, alijsq; libris, & vestimentis, ac ornamentis quibuslibet necessarijs, iuxta facultates & exigentiam locorum suorum, Ecclesijs, & locis eisdem omnino prouideant, seu faciant prouideri. quod si præmissa pro posse adimplere neglexerint, ad ea complenda competentibus remedijs compellātur, & si opus fuerit pars prouentuum beneficiorum eorum per Superiores recipiatur eosdem, & in prædictorum prouisionem per aliquem idoneum conuertatur.

§. 55. Fori vsus damnatur.

IN fauorem religionis prædictæ prohibemus, ne Antistites, & alij Ecclesiastici Iudices, trahant professores religionis eiusdem in causis criminalibus ad eorū consistorium, seu iudiciale tribunal, vbi causæ communiter audiuntur; sed alibi audiant dictas causas; nisi fortè criminis manifesti enormitas aliud suaserit faciendum.

§. 56. Venationumque.

PRorro à venationibus, & aucupationibus canonici dictæ religionis abstineant, nec eis interesse, aut canes ad opus venandi, vel aues venatias per se, vel alios tenere præsumant, nec à familiaribus secum morantibus teneri permittant; nisi saltus, viuaria, vel gareuæ propria, vel ius venandi in alieno haberent. quo casu hoc eis permittitur. dum tamen infra monasterium seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant personalem. Siqui verò eorum venationi, aut aucupationi clamosæ, vel alijs cum canibus vel auibus ex proposito interfuerint: siquidem Abbas fuerit vel Prior seu Præpositus, aut Apostolicæ Sedis Notarius quicunque non habens superiorem eiusdem religionis, per annum se nouerit à beneficiorum collatione suspensum. quo casu ius collationis huiusmodi, eo modo, quo sibi competebat, ad Priorem claustralem, cum consilio, & assensu conuentus, vel maioris partis ipsius, durante suspensione huiusmodi, deuoluatur. Si vero alius fuerit, ab administratione quam obtinet, sit per annum suspensus, quod si nullam administrationem habeat, eo ipso per annum reddatur inhabilis ad administrationem, seu aliud Ecclesiasticum beneficium obtinendum.

§. 57.

§. 57. Armorū retentio prohibetur.

DEi quoque canonici, infra septa suarum Ecclesiarum, seu monasteriorum, arma nullatenus teneant sine suorum licentia prælatorum. Tenentes verò absque dicta licentia, per superiorem suum taliter puniantur, quod ipsorum pœna cedat aliis in exemplum. Super inhabilitate tamen, & suspensione prædictis, Præsidentes & eorum quilibet cum prælatis, & prælati cum eorum subditis possint, si eis expedire visum fuerit, dispensare, minuncta transgressoribus pœnitentia salutari.

§. 58. Accusationes quæ recipiendæ.

QVia nonnulli canonici dicta religionis contra prælates, vel superiores suos frequenter multa proponunt, non vi omnia per eos proposita probent, quia nec facere possent, sed vi infament omnibus, & probatis forsan illorum aliquibus finem cōsequantur optatum, districtius inhibemus, ne quisvis canonicus religionis eiusdem contra suum Prælatum, vel Superiorem, super crimine, vel criminibus demeritis quomodolibet admittatur; nisi prius se obligauerit ad pœnam congruam, si in probatione propositorum, vel alicuius ipsorum defecerit, per eum irremissibiliter subeundam.

§. 59. Reparatio locorū præcipitur.

SI aliqua Ecclesia cathedralis, monasterium, seu alius locus religionis eiusdem, in religione, vel regularis obseruantia adeo sint collapsa, quod per Antistitem, Abbatem vel alium prælatum, seu administratorem, vel canonicos verisimiliter nequeant reparari, statuimus, quod per præsidentes prouinciales & quemlibet eorundem, ad requisitionem, seu relationem Visitatorū; prout eidem capitulo super hoc consulendo videbitur expedire, vel sine consultatione huiusmodi, si ex dilatione consulendi dictum capitulum periculum immineret, auctoritate Apostolica de alia Ecclesia, monasterio seu loco, in qua seu quo eiusdem religionis nascitur obseruantia reflorere, canonici assumantur idonei, & ad dictam Ecclesiam, monasterium, siue locum, collapsam, seu collapsum mittantur, vt ibidem quandiu expedient fuerit morentur, per quos Ecclesia, monasterium, seu locus huiusmodi reparetur. Illi verò canonici, ob quorum culpam eiusdem Ecclesiæ, monasterij, sine loci huiusmodi lapsus, seu deformatio nosceatur contigisse, in Ecclesia, seu monasterio, vel loco, de qua, vel quo assumpti fuerint ij, qui ad Ecclesiam, vel monasterium, seu locum, collapsa vel collapsum, vt præmittitur, transmittentur, vel in loco alio, in quo eadē religio vigeat, per præsidentes eosdē, & eorum quemlibet, prout expedire fuerit, auctoritate apostolica collocentur, vbi eorum mores valeant reformari. districtius inhibentes ne monasteria, seu alia loca collegiata, seu conventualia religionis eiusdem, Ecclesijs, monasterijs, seu locis religiosorum quorumcunque alterius habitus vniantur, vel etiam submittantur sine licentia Sedis Apostolicæ speciali, si secus actum fuerit, decernentes irritum, & inane.

§. 60. Proprietarij damnantur.

LIcet cōtra religiosos proprietarios sit prouisum per canonicas sanctiones, tamen specialiter prouidere volentes contra illos canonicos, & conuersos dictæ religionis, qui sua salutis obliti, contra regulares, & canonicas institutiones pecuniam congregant, iura, possessiones, redditus, seu census annuos, & alia bona emunt, seu emi faciunt, aliquando proprio, & sæpe nomine alieno, multis super ijs figmentis adhibitis, aliquæ tradunt animalia nutrienda, & cum augmento, vellicro, sibi, vel alteri reddenda eorum nomine, seu pro ipsis, & alios multos contractus diuersimodi tamquam negociatores exercent. necnon appetentes, & sectantes lucra turpia, peculium occultant, & illorū detinent in suarum periculum animarum. Decernimus omnia præmissa (quæ tamen restitutionem non subtrahant aliorum) nedum post obitum, sed etiam in vita ipsorum canonicorum, & conuersorum, forè administrationi, ad quam pertinuerint, applicanda, quacunque consuetudine contraria non obstante. quodque nulli canonico, vel conuerso talia faciendi licentia à quoquam valeat indulgeri. & quod prælati canonici, & conuersi prædicta committentes, & quæcunque religionis eiusdem, spradicta retinentes, aut sibi ipsis appropriantes, vel applicationi huiusmodi resistentes, vel impedimentum publicè vel occultè eidem præstantes, seu præstari procurantes, vel dictum peculium habentes, & non volentes Prælatis proprijs, si per eosdem Prælatos specialiter & nominatim moniti, infra mensem post monitionem huiusmodi immediatè sequentem, à prædictis nō desistierint, vel peculium non reuelauerint, & restituerint, si restituendi facultatem habuerint, sint eo ipso inhabiles ad Prioratus officium, administrationes, & beneficia quælibet in religione huiusmodi obtinenda. Concedimus tamen quod cum talibus canonicis, seu conuersis, Antistites, Abbates, Præpositi, & alij Prælati eorum immediati, possint super inhabilitate huiusmodi dispensare, quando eis videbitur expedire: dum modo à præcitis desistierint, & peculium, & alia supradicta reuelauerint & restituerint, vt præfertur. Teneantur insuper Prælati, & Superiores prafati, in suis annalibus Capitulo monere generaliter annuatim omnes proprietarios, vt ab omnibus supradictis desistant excessibus, & peculium si quod habent, reuelent, & restituere non differant.

§. 61. Conspirationesque.

QVum ex conspirationis, & coniurationes crimen, si fortè transeat impunitum, multa mala, & scandala possint exoriri, statuimus quod conspiratores, & coniuratores, si qui religionis eiusdem de crimine huiusmodi legitimè conuicti fuerint, vel confessi, præter alias pœnas talibus à iure vel aliquo eorum modo inflictas, eo ipso beneficijs, & administrationibus quibuslibet, quæ obtinuerint, sint priuati. Si vero beneficiati non fuerint, eo ipso reddantur inhabiles ad quæuis beneficia, seu administrationes Ecclesiastica quomodolibet obtinenda. Contra conspiratores autem & coniuratores occultos, quorum notitia non habetur, per Superiorem, aut Visitatores, etiam pœna alia grauior expedire videbitur, generaliter statuantur. Si vero aliquis de prædictis ad cor reductus, illi vel illis, qui tanguntur ex eis, ipsas patefecerit taliterque quod postea huius-

huiusmodi facinus obuiare, dignus absolutione, & venia habeatur.

§. 62. Electi, & fugitiui puniantur.

NE canonici religionum præfatæ vagandi occasionem habentes salutis propriæ detrimentum incurrant, statuimus vt præsidentes Prouinciales in Capitulis, necnon Abbates, Præpositi, Priores, & alij, ad quos id pertinuerit, fugitiuos, & electos de ordine suo, requirant sedem assignatam, qui sic in Ecclesia, seu monasterijs suis recipi poterunt, secundum ordinem regularem recipiantur, & ibidem disciplina, quod si disciplinati incorrigibiles apparuerint, auctoritate nostra prouideant Præsidentes, & alij prædicti, vt apud eosdem Ecclesias, seu monasteria, in loco competentibus à communi fratrum consortio segregati ponantur ad agendam pœnitentiam; eisque vna cum familia monasterium eisdem. nec pateat alijs fratribus, aut cuiquam alteri accessus ad eos, nisi prius à superiore petita licentia super hoc, & obtenta. Si vero huiusmodi fugitiui, vel electi, inobedientes inuenti fuerint, excommunicent, & tandiu faciant ab Ecclesiarum Prælatis excommunicatos pronunciari publicando ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur. Insuper statuimus, quod Prælati, & alij, ad quos pertinuerit in his, aut aliquibus correctiones facere regulares, quoties & quando pro grauioribus culpis debebunt sententias iniungere, hoc faciant cum aliquorum prudentum consilio, & tractatu prahabito cum eisdem.

§. 63. Prædicta iurisdictioni Ordinariorum non præiudicetur.

PEr præmissa vero iurisdictioni Ordinariorum non intendimus derogare.

§. 64. Iussio illa publicandi in Capitulis.

VT autem statuta huiusmodi, quæ religionis eiusdem salutem sapiunt, & profectum, ad cunctorum professorum eiusdem ordinis notitiam deducantur, ac inuiolabiliter, & fideliter obseruentur ab eis, auctoritate Apostolica præsentium tenore præcipimus, quod statuta prædicta in primis Prouincialibus Capitulis eorundem, à principio vsque ad finem publicè legantur, & solemniter publicentur. eorumq; singula copia, singulis Ecclesijs, monasterijs, atque locis religionis eiusdem habentibus Capitula, Collegia, seu conuentus per præsidentes dicta Capitula eorum, sigillata singulis tradantur, & etiam assignentur. expensis tamen Capitularem seu conuentuum, quibus huiusmodi danda fuerint copia, conferenda quadque in singulis Ecclesijs, monasterijs, atque locis dicti ordinis, statuta præfata bumana largiente clementia, & consuetudinibus dicti ordinis, & priuilegijs quibuscunque, si qua forsan huiusmodi statutis per nos editis obuiarent, omnii quoad hoc denitus tenore cessantibus. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Dat. Anitiorum, Idibus Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

huiusmodi factionibus obuiare, dignus absolutione, & venia habeatur.

§.62. Electi, & fugitiui puniantur.

NE canonici religionum prædictæ vagandi occasionem habentes salutis propriæ detrimentum incurrant, statuimus vt Præsidentes Prouincialibus Capitulis, necnon Abbates, Præpositi, Priores, & alij, ad quos id pertinuerit, fugitiuos, & electos de ordine suo, requirant solicite annuatim, qui sint in Ecclesijs, seu monasterijs suis reperi poterunt, secundum ordinem regularem recipiantur, salua ordinis disciplina, quod si disciplinati incorrigibiles apparuerint, auctoritate nostra prouideant Præsidentes, & alij prælati, vt apud eosdem Ecclesias, seu monasteria, in locis competentibus à communi fratrum consortio segregati ponantur ad agendum pœnitentiam; cuique vtique necessaria ministrentur eisdem. nec pateat alijs fratribus, aut cuiquam alteri accessus ad eos, nisi prius à superiore petita licentia super hoc, & obtenta. Siveros huiusmodi fugitiuos, vel electos, inobedientes inuenerint, aut excommunicent, & taudiu faciant ab Ecclesiarum Prælatu excommunicatos pronunciari publicè, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur. Insuper statuimus, quod Prælati, & alij, ad quos pertinuerit in ipsa religione correctiones facere regulares, quotiens & quando pro grauioribus culpis debebunt sententias infingere, hoc faciant cum aliquorum prouidorum consilio, & tractatu prahabito cum eisdem.

§.63. Prædicta iurisdictioni Ordinariorum non præiudicetur.

PER præmissa vero iurisdictioni Ordinariorum non intendimus derogare.

§.64. Iussio illa publicandi in Capitulis.

VT autem statuta huiusmodi, quæ religionis eiusdem salutem sapiunt, & profectum, ad cunctorum noscentiam eiusdem ordinis notitiam deducantur, ac inuiolabiliter, & fideliter obseruentur ab eis, auctoritate Apostolica præsentium tenore præcipimus, quod statuta prædicta in primis Prouincialibus Capitulis eorundem, à principio vsque ad finem publicè legantur, & solemniter publicentur eorumq; singula capita, singulæ Ecclesiæ, monasteriaq; atque locis religionis eiusdem habentibus Capitula, Collegia, seu conuentus per Præsidentes dicta Capitula eorum, fizillata singulis tradantur, & etiam assignentur. expensis tamen Capitulorum, seu conuentuum, quibus huiusmodi danda fuerint copia, conscribendæ quodque in singulis Ecclesijs, monasterijs, atque locis dicti ordinis, statuta prædicta bis in anno legantur statuta, & consuetudinibus dicti ordinis, & priuilegijs quibuscunque, si qua forsan huiusmodi statutis per nos editis obuiarent, omni quoad hoc penitus robore carituris. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Dat. Anagniæ, Idibus Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

CAPVT QVADRAGESIMVMQVARTVM.

De nonnullis Capitulis Prouincialibus pro executione prædictarum Constitutionum Benedicti XII. celebratis.

I. QVia frustra conduntur leges, nisi sint, qui eas faciant executioni demãdari, ob hanc causam parum visum est sanctissimo Pontifici Constitutiones huiusmodi saluberrimas condidisse, nisi illas destinatis per singulas prouincias peculiaribus literarum Apostolicarum executoribus curaret quãtocius executioni demandari: quod in nonnullis prouincijs effectum est statim, congregatis Capitulis Prouincialibus, ac in eorum conuentibus prædictis constitutionibus promulgatis, & seruari mandatis. nam in prouincijs Taraconensi, & Cæsaraugustana, referente Ioanne Trullo lib. 1. cap. 11. ad finem anno 1340. coactum est Capitulum Prouinciale in castro Regio ciuitatis Illerdensis, in quo ipsæ Benedicti Duodecimi constitutiones fuerunt promulgatæ. Similiter in Prouincia Romana, & in cathedrali Eugubina tunc regulari, anno 1344. die 4. Maij coactum est aliud Capitulum Prouinciale, in quo iuxta formam dictarum Constitutionum creati sunt Visitatores Ecclesiarum, & monasteriorum dictæ Prouinciæ Romanæ infrascripti canonici, videlicet: *Prior S. Frigdiani Lucæ visitare debeat, & teneatur omnes Ecclesias, monasteria, & loca Conuentualia existentia in Ciuitatibus, & Episcopatibus ciuitatu Castelli, Eugubij, Vrbis Veteris, Viterbij, & Romæ. Dominus Iacobus Prior cathedralis Eugubinæ sanctorum Mariani, & Iacobi visitare debeat, & teneatur omnes Ecclesias, monasteria, & conuentualia loca Ciuitatum, & Episcopatuũ Perusij, Clusij, & Florentiæ. Prior sanctæ Mariæ Nouæ Romæ visitare debeat, & teneatur omnes Ecclesias, monasteria, & loca conuentualia Ciuitatum, & Episcopatuum Beneuenti, Neapolis, ac etiam in Regno Siciliæ, & in Apulia. Prior sancti Andreæ de Mosciano Florentiæ visitare debeat, & teneatur omnes Ecclesias, monasteria, & loca conuentualia Ciuitatu & Diœcesis Lucensis. Prior sancti Ioannis de Vrbe Veteri visitare debeat, & teneatur omnes Ecclesias, monasteria, & loca conuentualia existentia in Ciuitatibus, & Episcopatibus Firmano, & Asculano:* Extant acta dicti Capituli Eugubij in Archiuio Ecclesiæ cathedralis. Bonifacius quoque Nonus anno millesimo quadringentesimo primo mandauit Abbati sancti Petri in Cœlo aureo, necnon Prioribus Sancti Frigdiani Lucæ, & sancti Augustini Pisarum congrega-

re Capitulum Prouinciale iuxta formam dictarum Constitutionum. Verùm ob dirum Schisma, quod tunc temporis Ecclesiam exagitabat, cuius causa non pauca tum canonicorum, tum etiam monachorum cœnobia rapinis bonorum, incendijs, & alijs cladibus obnoxia corruerunt, arbitror dictum Capitulum minimè fuisse congregatum, nec dubium, quin alijs etiam in Prouincijs alia Capitula fuerint ea de causa cõgregata, quorũ ad me notitia hactenus non venit. Cæterum quod nostra interest, vnum hic referã Capitulum Prouinciale in Ciuitate Papiæ aliàs Ticini celebratum anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo, die vigesima octaua Augusti in festo beatissimi Patris nostri Augustini, cuius acta, quoniam in præcedentibus illorũ sæpius mentio est habita, ex lib. Constitutionũ Benedicti XII. necnon eiusdem Capituli Romæ edito ante annum, vt puto millesimum quingentesimum per Magistrum Stephanum Guillereti de Lunariuilla Tullensis diœcesis impressorẽ, ex integro accepta, hoc in loco imprimenda curaui.

Constitutiones factæ in Capitulo Prouinciali canonicorum regularium ordinis, seu Religionis sancti Augustini in Pisan. Rauennat. Ianuen. & Mediolan. prouincijs, cum Episcopatibus Placentin. Ferrarien. & Ariminẽsi sub anno & indictione infrascriptis. Celebrato in Abbatia sancti Petri in Cœlo aureo Papiæ.

II. IN nomine Domini Amen. Venerabilis, & religiosus vir dominus Frater Philippus Abbas monasterij sancti Petri in Cœlo aureo Papien. ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, Commissarius à Sede Apostolica deputatus in hac forma. Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Abbati sancti Petri in Cœlo aureo Papien. & Priori sancti Georgij de Ferraria, prope Ferrariam, per Priorem solitj gubernari monasterij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Paterna consideratione actem ad salubrem statum ordinis, seu religionis canonicorum regularium ordinis sancti Augustini attentius dirigentes, pro salute, & prosperitate ipsorum, prahabita deliberatione matura, nonnulla statuta edidimus, & ordinationes fecimus: quæ volumus, & mandamus in eodem ordine, seu religione perpetuis futuris temporibus obseruari. Et quia in eisdem statutis, & ordinationibus inter alia duximus statuendum, quod in ordine, seu religione prefata in singulis prouincijs per nos in ipsis ordinationibus nouiter statuto, & etiam designatu fiat de quadriennio in quadriennium prouincialle Capitulum Abbatum, & Priorum monasteriorum Abbates proprios non habentium, & etiam Priorum cathedralium Ecclesiarum ordinis, seu religionis ipsius, seu aliorum maiorum in ipsis Ecclesijs existentium post Antistitem eorundem, apud vnum de vestris monasterijs eiusdem ordinis ad hoc aptum, vel si hoc fieri non posset, apud alium locum ad hos congruum, & securum, de quo monasterio, seu loco, & de die primi Capituli huiusmodi celebrandi, & alijs ad id opportune faciendis prouidere habent, qui insuper per Sedem Apostolicã fuerit deputati, prout in dicto ordinationibus plenius continetur. Vt hac executioni debitè demandentur, vos de quorum circunspectione industria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad exequenda præmissa, & alia subscripta in Pisan. Ianuen. Mediolan. & Rauennaten. Prouincijs, cum Episcopatibus Placentin. Ferrarien. & Ariminen. quos quo ad celebrandum nunc, & imposterum huiusmodi Prouinciale Capitulum, pro vna vice, & statuimus reputari prouincia, tenore præsentium deputantes, discretioni vestræ auctoritate Apostolica committimus, & districtius iniungimus, vt præfatum hac prima vice huiusmodi Capitulum in dicta Prouincia, per nos vt præmittitur designata, aliquod monasterium eiusdem ordinis, seu religionis ad hoc aptum, sin tamen leat reperiri: aliquin locum alium ad hoc congruum, & securum, & diem ad id etiam congruum, cum continuatione dierum sequentium eligentes, Abbates, Priores, & alios prænominatos, ad huiusmodi Capitulum conuocare curetis: diem, & locum prædictos eis per vestras literas nihilominus intimantes, per quem in ipso primo Capitulo Missa solemniter celebrari, sermone conuenientibus ad dictum locum fieri debeat, prouidendo, eodem Capitulo congregato, faciatis aliquas personas idoneas per ipsum Capitulum eligi, quæ dicto proximo Capitulo præsideant, eaque faciant, & adimpleant, quæ iuxta huiusmodi nostras ordinationes, vt alias per præsidentes huiusmodi prouincialibus Capitulo facienda: statuta quoque, & huiusmodi ordinationes, quæ vobis, & dicto Capitulo sub bulla nostra transmittimus, in eodem Capitulo publicetis, ac legi, & auscultari integraliter faciatis: omnes Abbates, Priores, & alios prædictos conuenientes ad Capitulum nominandum necnon procuratores absentium nomendo, & si necesse fuerit, compellendo, vt ipsorum statutorum, seu ordinationum copiam sub authentica scriptura recipiant, illa ad Ecclesias, Monasteria, seu loca ipsorum fideliter deferuri, quæ etiam in dicta Ecclesia, Monasterijs, aque locis legi faciant, & diligentius custodiri, & studio obseruari. Volumus etiam, per dictum primum Capitulum prouideri de loco ad hoc commodo & sicuro eiusdem prouinciæ, vbi liber ordinationum, seu statutorum nostrorum huiusmodi bulla nostra munitus perpetuis futuris temporibus debeat custodiri. Statuta etiam in prouincialibus, siu communibus, Abbatum, & Priorum prædictorum dictarum Pisanen. Ianuen. Mediolanen. & Rauennaten prouinciarum, ac Episcopatibus Placentinen. Ferrarien. & Ariminen. vel aliorum earum Capitulis olim facta portari per eos, qui illa habuerint, ad præfatum primum Capitulum, & ipsum per aliquos ab eodem Capitulo deputandos, examinari cum diligentia faciatis, & quæ in illis, quæ tamen nostris prædictis ordinationibus non obsunt, in ipsa vestra prouincia obseruari debeant, in sequents eiusdem prouincie Capitula ordinetur. Deinde ad Ecclesias Cathedrales, Monasteria, vel alia loca conuentualia eiusdem ordinis, seu religionis infra eandem prouinciam existentia

stium, vel aliorum per diuersas partes, prout ad inuicem conuenerit, personaliter accedentes, de ipsorum, nec non membrorum suorum facultatibus, ac quot Canonicis conseuerunt in eisdem, quot etiam de dictis facultatibus, incumbentibus eis supportatis oneribus, commodè valeant sustentari, diligenter inquirere, necnon de præmissis per diligentem, & fidelem relationem plenarie informare curetis: vt considerata facultatibus, & oneribus supradictis, certum cum eis canonicorum numerum statuere valeamus. Insuper, vt in executione præmissa vos non contingat expensis propriis propterari, pro singulis diebus, quibus post dictum Capitulum celebratum, in predicta executionis persecutione, simile, morando, & redeundo, cuilibet vestrum exponendi quinquaginta Turonenses argenti duntaxat de Ecclesia, Monasterijs, aliisque locis prædictis conuenientibus, & numero eorum congrua per vos, vel vestrum alterum de illis inter Ecclesias, Monasteria, loca, & numera prædicta, distributione facta: ita quod nihil aliud vltra quinquaginta turonos prædictos, vos aut successores vestri ab Ecclesijs, Monasterijs, locis, vel membris prædictis, vel à prælatis, seu quibuscunq; personis ipsorum petere, exigere, vel etiam à volentibus soluere, seu recipere præsumatis. Alioquin pœnis contra Visitatores prouincialibus Capitulo deputandos, & successores eorum, præter expensas eis in virtualibus minus debitas premissas, aut munera recipientes, in dicto constitutionibus, ac ordinationibus vestris inflictis, vos, & bona spectantes vestros volumus subiacere. Contradictores quoque in præmissis, vel aliquo præmissorum per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna remedia compescendo, non obstantibus aliquibus siue quibuscunque statutis, & consuetudinibus Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum locorum eiusdem ordinis, siue ipsorum prouincie prædicte contrarijs, iuramento, confirmatione Apostolica, aut quibuslibet firmitatibus alijs roboratis, seu si abbatibus, capitulo, aut Prioribus supradictis communiter, vel separatim à prefata sede indultum existat, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: aut quibuscunque consuetudinibus, vel statutis, priuilegijs, indulgentijs, vel literis Apostolicis generalibus, vel specialibus contrarijs, quarumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, earum effectus impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis plenam, atque liberam tenore præsentium tenore habendum patestatem. Quod si non ambo prefatos exequendis præmissis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Cæterùm quia pro auctorum statutorum, & ordinationum expeditione dilectos filios Raymundum Furnerij de Bello vicino, Guilelmum Barbedes Cellis Nemausen. & Pictauensis Diœcesis Prouincium Priores, ac Robertum de Mandagoto, Præpositum Ecclesiæ Vticensis dicti ordinis decretorum doctores duximus deputandos, & eis, vel duobus ex nobis in

cium, vel unicum per diuisas partes, prout ad unitatem conuentualis, personaliter accedentes, de ipsorum, necnon membrorum suorum facultatibus, ac quot Canonicos esse consueuerunt in eisdem, quot etiam de dictis facultatibus, incumbentibus eis supportatis oneribus, commode valeant sustentari, diligenter inquirere, nosque de præmissis per diligentem, & fidelem relationem plenarie informare curetis: vt consideratis facultatibus, & oneribus supradictis, certum eum canonicorum numerum statuere valeamus. Insuper, vt in exequendis præmissis vos non contingat expensis propriis præstari, pro singulis diebus, quibus post dictum Capitulum celebratum, in prædicta executionis persecutione, ibidem, morando, & redeundo, cuilibet vestrum expendi quinquaginta Turonenses argenti duntaxat ab Ecclesiis, Monasteriis, aliisque locis prædictis conventualibus, & membrorum eorum congrua per vos, vel vestrum alterum de illis inter Ecclesias, Monasteria, loca, & membra prædicta, distributione facta: ita quod nihil ultra viginti quinquaginta turonos prædictos, vos aut familiares vestri ab Ecclesiis, Monasteriis, locis, vel membris prædictis, vel a prælatis, seu quibusuis personis ipsorum petere, exigere, vel etiam a volentibus soluere, seu forte recipere præsumatis. Alioquin pœnis contra Visitatores in prouincialibus Capitulo deputandos, & familiares eorum, præter expensas eis in victualibus ministrandas pecuniam, aut munera recipientes, in dictis constitutionibus, ac ordinationibus vestris insistis. vos, & dictos familiares vestros volumus subiacere. Contradictores quoque in præmissis, vel aliquo præmissorum per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna remedia compescendi, non obstantibus aliquibusque statu. & consuetudinibus Cathedralium Eccl siarum, Monasteriorum, & aliorum locorum eiusdem ordinis, siue religionis prouincie prædictæ contrariis, iuramento, confirmationibus Apostolica, aut quibusuis firmitatibus aliis roboratis, seu si Abbatibus, capitulis, aut Prioribus supradictis contradictum, vel separatim à præfata sede indultum existat, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: aut quibuscunque confirmationibus, vel statutis, priuilegiis, indulgentiis, vel literis apostolicis generalibus, vel specialibus contrariis, quæcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel taliter non inserta, earum effectus impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis plenam, atque liberam tenore præsentium concedimus potestatem. Quod si non ambo præmissa exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Cæterum quia pro dictorum statutorum, & ordinationum expeditione dilectos filios Raymundum Furnerij de Bello vicino, Guilelmum Barlardi de Celsis Nemausen. & Pictauensis Diœcesis Priorum Priores, ac Robertum de Mandigoto, Præpositum Ecclesiæ Vicensis dicti ordinis decretorum doctorem Romanæ curiæ prosecutores per alias nostras literas duximus deputandos, & eis, vel duobus ex ipsis tet alia exigendi, ab Abbatibus Capitulis, Prioribus, & aliis administratoribus eiusdem ordinis, seu religionis, de quibus videretur eisdem, pro præmissorum expeditione certas pecuniarum summas, & taxandi, ac distribuendi inter dictas prouincias, quantum videl cet quælibet prouincia per nos distincta de expensis per eos in scripturis, aut alia præmissorum occasione factis, soluere teneatur, liberam dedimus potestatem, volumus, & mandamus, quod vt tam vos, quam Præsidentes primo prouinciali Capitulo, cæterique Abbates eiusdem prouinciæ taxationem per eos in ipsa vestra prouincia impositam soluere, & alias circa hoc totum mandatu deuotè, & efficaciter parere curetis. Datæ Auinion. Kalend. Iulij Pontificatus nostri anno quinto.

III. VOlens huiusmodi Apostolicum mandatum reuerenter exequi, vt tenetur, dicta Ecclesia S. Georgij de Ferrarola propè Ferrariam Priore vacante, prout idem Dominus Abbas percepit fide digna relatione multorum, omnes, & singulos Abbates, Priores, præpositos, aliosque prælatos, superiores prælatos eiusdem ordinis non habentes, Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque locorum conuentualium in prædicta Pisanien. Ianuen. Mediolanen. & Rauennaten. prouincijs, cum Episcopatibus Placentinen. Ferrarien. & Ariminen. existentium per suas patentes literas, & nuncios speciales, in quibus dictarum literarum Apostolicarum, & prædictorum prosecutorum erant totaliter inserti tenores, conuocauit, monuit, & citauit, vt in die festi sancti Augustini doctoris proximè tunc venturi, quod celebrari debeat die vigesimo octauo mensis Augusti, in Ciuitate Papiensi in dicto Monasterio sancti Petri in Cœlo aureo, in quo corpus eiusdem doctoris eximij requiescit tumulatum, & quod idem Dominus Abbas ad dictum Capitulum celebrandum locum aptum, & securum elegerat: & in quo sermonem fieri, & Missam, vt debebat, ordinauerat celebrari personaliter, nisi forent legitimo impedimento detenti, Alioquin per aliquem Canonicum eorum Ecclesiæ, Monasterij, atque loci, si hoc commodè fieri poterat, vel hoc commodè fieri non valente, per aliam personam idoneam cum sufficienti mandato, causam impedimenti huiusmodi contiuente, & etiam potestatem iurandi in animam constituentis eiusdem, causam huiusmodi veram esse, ad dictum Capitulum comparere, vel mittere procurent. Præfati vero dicti Abbates, Præpositi, Priores, aliique Prælati dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum, qui personaliter aderant, & procuratores absentium, qui ad ipsum Capitulum venire non potuerunt, legitimè impediti, die, & loco suprascriptis congregati pro huiusmodi capitulo celebrando, adhibitis notario, & testibus infrascriptis ad ipsum capitulum celebrandum, & ad omnia alia infrascripta per ordinem, qui sequitur, processerunt. Primo namq; præfata die festo sancti Augustini in Ecclesia dicti Monasterij sancti Petri, dictus Dominus Abbas, & Commissarius Missam solemniter celebrauit, deinde ipsis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Procuratoribus, cæterisque alijs memoratis ad alium locum in dicto Monasterio se trahentibus, electum ad ipsum capitu-

lium celebrandum, venerabilis Pater Dominus Præpositus Monasterij sancti Saluatoris Brixien. sermonem fecit omnibus congregatis ibidem: quo finito præfatus Dominus Abbas, Commissarius, & totum Capitulũ vnanimiter, & concorditer ordinauerunt, quod infrascripti videlicet dictus D. Abbas Monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papien. Prior Domus Dei Placentin. Præpositus Monasterij sanctorum Faustini, & Iouitæ ad sanguinem Brixien. Præpositus Monasterij sancti Gratiani Vercellen. Præpositus Monasterij sancti Petri ad Vlmum Mediolan. Archipresbyter de Carpo, Præpositus Monasterij Sanctæ Mariæ Nouariensis, Præpositus Monasterij ad Vincula Pisan. Prior Monasterij sancti Georgij Bononien. Prior Monasterij Apostolorum Bononien. & Præpositus Monasterij S. Agathæ Cremonen. prædicto primo prouinciali Capitulo præsiderent, & eos præsidentes, & pro præsidentibus elegerunt, & assumpserunt, iuxta tenorem dictarum literarum Apostolicarũ, eidem Domino Abbati directarum. Qui Præsidentes, vt prædicitur, electi, onus eis impositum ob reuerentiam Sedis Apostolicæ, & dictæ religionis statum prosperum, & salubrem humiliter acceptantes, monuerunt prædictos omnes, & singulos ibi præsentes, quod hora nona eiusdem diei in dicto loco ad Capitulum conuenire debeant. Hora verò nona prædicta ipsis ibidem ad Capitulum congregatis, præfatus Dominus Abbas legi fecit, & publicari literas Apostolicas supradictas, commissionem sibi factam vt præmittitur, continentes.

IV. Deinde eidem Dominus Abbas, & præsidentes prædicti legi, & publicari fecerunt literas prosecutorum prædictorum, quorum tenor sequitur, & est talis: Reuerendis in Christo Patribus vniuersis Dominis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, aliisque personis Ordinis, seu Religionis Canonicorum Regularium in proximo ipso prouinciali Capitulo in Pisan. Ianuen. Mediolanen. & Rauennaten. prouincijs, cum Episcopatibus Placentin. Ferrarien. & Ariminen. secundum constitutiones Apostolicas, quo ad hæc vna prouincia designata celebrando congregatis, Raymundus Furnerij de Bello vicino, ac Gulielmus Ballardi Beatæ Mariæ de Celsis Nematisen. & Pictauien. Diœcesum, Prioratuum Priores, eiusdem Ordinis, decretorum doctores, salutem cum votiuis prosperis, & salubribus incrementis. Beatissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Benedictus diuina prouidentia Papa Duodecimus super expeditione statutorũ & ordinationum, quæ in Ordine canonicorum regularium salubriter edidit, cuius egregius Ecclesiæ Doctor gloriosiss. Augustinus specialis, & præcipuus extitit inditutor: vos duos vnà cum venerabili, & religioso viro D. Roberto de Mandagoto Præposito Ecclesiæ Vticen. addita clausula, vos, vel duo vestrum, &c. prosecutores in Romana curia per suas literas deputauit. Et nobis inter alia pro prædictorum, & diuersorum scripturarum propterea conficiendorum expeditione vtili, & celeri, ac præmissorum missione ad diuersas prouincias expensis per vos faciendis, ab Abbatibus, Capitulis, Præpositis, Archidiaconis, Prioribus, & aliis in dignitatibus, personatibus, officijs, ac administrationibus eorundem Ordinis, seu religionis constitutis, exemptis, & non exemptis, de quibus nobis magis videretur expedire, certam summam pecuniæ exigendi, taxandi quoque, & distribuendi, quantum Abbates, Capitula, Priores, Præpositi, Archidiaconi, & cæteri dignitatibus, administrationibus, & officijs eorundem religionis, seu ordinis constituti, soluere tenerentur, ad finem, quod de præfata summa pecuniæ recepta, & congregata de dictis prouincijs præfatis Abbatibus, Capitulo, Prioribus, Præpositis, Archidiacono, & cæteris, qui nobis prædictam summam primitus transmiserint, plenaria satisfactio, seu restitutio impenderetur; & insuper ad præmissa omnia, & singula, omnes, & singulos præfatos Abbates, Præpositos, & alios in supradicto deputatis, administrationibus, & officijs constitutos per eorum Ecclesiasticam compellendi dedit plenam, & liberam potestatem, prout hæc in dicto literis Apostolicis, & aliis, quæ publicatoribus dictarum ordinationum in nostra deputatis prouincia diriguntur, plenius continetur. Vobis igitur tenore præsentium intimamus, quod matura super hoc deliberatione prælabita, cum ex casis vestram prouinciam totam, pro expensis factis per vos occasione præmissorum, vt Abbatibus, & cæteris, quibus prædictam summam pro celeri expeditione præcepimus, fatu facto, & restitutio impendatur, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa taxauimus centum florenos auri boni, & legitimi ponderis de Florentia, vel valorem verum, quæ iuxta literarum Apostolicarum nobis directarum seriem, & tenorem taxatio huiusmodi per præsidentes ipsis primo vestro Capitulo prouinciali per ipsum capitulum eligendas inter singulos Abbates, Capitula, Priores, & administratores aliosquos Abbates, vel Superiores alios non habentes eas iam religionis, vestræ prouincia debet proportionaliter distribui, secundum ipsorum, & membrorum suorum suppetentiam facultatum, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, requirimus, & tenore præsentium monemus, primò, secundo, & tertio: & vna cum hac peremptoria pro omnibus, illos ex vobis, quos vestrum primo capitulo præsidebunt, vt taxationem vestram prædictam inter Abbates, Capitula, Priores, & alios administratores ipsius religionis vestra prouincia, Abbates, vel alios superiores dicti ordinis proprios non habentes, iuxta singulorum, & membrorum suorum facultates, antequam ab ipso discedam capitulo, æqualiter, & rationabiliter distribuant, omni gratia, & remedio fauore cessante; & vos eisdem omnes, & singulos, vt partem vos, & loca vestra iuxta distributionem dictarum præsidentium contingentem, in ipso primo prouinciali capitulo, vel infra triginta dies post ipsum capitulum immediatè sequentes ipsis præsidentibus exsoluatis. Et eisdem insuper præsidentes, vt totam dictam vestram taxationem infra alios triginta dies dictos primos triginta dies immediatè sequentes, mittant eam pro ipsorum pro alijs ad Romanam curiam .... ibidem, vel mandato vestro tunc tradendam, & realiter assignandi. Quod si forte mandatis nostris, imò veris Apostolicis non parueritis cum effectu, vobis auctoritate prædicta ingerimus Ecclesiæ omnibus, & singulis, qui supra, hu sententiam interdicimus: si verò prædictum interdictum per

V. Die verò sequenti de mane præfatus Dominus Abbas Commissarius librum constitutionum ex Bulla prædicti sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Benedicti Papæ Duodecimi, & sub eius Bulla impressum prædictis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, aliisque prædictis, & absentium procuratoribus, ibidem in dicto Monasterio congregatis, & qui totum capitulum facientibus, & ipse Capitulo præsentauit. Et qui liber sic incipit: Benedictus Episcopus seruus. Et sic finit. Datum &c. anno. Idus Maij. Pontificatus nostri anno quinto: & ipsum librum a principio vsque ad finem ipsis in capitulo audiendum, & auscultantibus publicauit, & legi fecit, eadem die, & die alia immediatè sequenti existente, & diligenter. Cæterum præsidentes prædicti iuxta à prædicto Summo Pontifice traditam eis formam ordinauerunt, elegerunt, & prouiderunt de consensu totius capituli supradicti, quod primum futurum prouinciale capitulum Abbatum, Priorum, Præpositorum, alio-

dicti fuissent, nisi his scriptis vos suspendimus a diuinis. Et si forte quod absit, prædicti inter dictos, & suspensionis sententias per alios sex dies, præfatos sex dies immediate sequentes animo sustinueritis indurato, in rebelles, & singulos ex vobis, quos præmittitur, contumaces, & rebelles fueritis in præmissis, canonica monitione præmissa ex nunc, prout ex tunc, in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus. Postremò, singuli Abbates, Capitula, Priores, & alij. Superiores in eadem religione non habentes secundum dictarum literarum tenorem de summis prædictis partem ipsos, & eorum loca, seu membra iuxta distributionem dictorum præsentium contingentem, inter se, & subditos, seu membra sua proportionaliter diuidant, secundum quod ipsorum suppetent facultates. Vos tamen omnes, & singulos requirimus, & monemus, quatenus præmissorum occasione à subditu vestru vltra partem eu veraciter, & rationabiliter contingentem: saluo tamen expensis prodicta summa congregandis, & advos mittendis, exigere nullatenus præsumatis. quod si forte, quod absit, aliqui contrarium fecerint, hortamur super hoc restitutionem plenariam fieri, & tam per præsidentes prædictos, quam ipsarum ordinationum publicatores, seu visitatores alios salubre remedium adhiberi. In quorum omnium testimonium præsentes literas, seu publicum instrumentum per Ioannē Lavelli clericum Pictauien. diœcesis notarium publicum instrumentum scribi, & publicari mandauimus, & sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Datum, & actum Avenion. in domo habitationis dicti Domini Priori de Celsi in libraria Reuerendissimi in Christo Patris ac Domini, Domini Ioann. Dei gratia Episcopi Pen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij sub anno Domini millesimo tricentesimo trigesimo nono, die vigesimo quarto Mensis Iulij, Indictione septima, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, ac Domini, Domini Benedicti diuina prouidentia Papæ Duodecimi anno quinto, præsentibus discretis viris Domino Ioanne Morsani Presbytero, & Michaële Bellani Clericis, & Bernardo Alarij Clerico Manuetin. Pictauien. & Leonen. Diœcesium testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

V. Die verò sequenti de mane præfatus Dominus Abbas Commissarius librum constitutionum ex parte prædicti sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Benedicti Papæ Duodecimi, & sub eius Bulla missum prædictis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, aliisq; prædictis, & absentium procuratoribus, ibidem in dicto Monasterio congregatis, & qui totum capitulum faciebant, & ipsi Capitulo præsentauit. Et qui liber sic incipit: Benedictus Episcopus seruus. Et sic finit. Datum Auenion. Idus Maij. Pontificatus nostri anno quinto: & ipsum librum à principio vsque ad finem ipsis in capitulo audientibus, & auscultantibus publicauit, & legi fecit clarè, eadem die, & die alia immediatè sequenti cito, & distincte. Cæterum præsidentes prædicti iuxta à prædicto D. summo Pontifice traditam eis formam ordinauerunt, elegerunt, & prouiderunt de consensu totius capituli supradicti, quod primum futurum prouinciale capitulum Abbatum, Priorum, Præpositorum, aliorumque Prælatorum prædictorum dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque locorum conuentualium dicti ordinis, seu religionis dictarum prouinciarum, & Episcopatuum prædictorum, quæ pro vna tamen quo ad hæc debent prouincia reputari, debeat celebrari. Anno Domini cursuro Millesimo tricentesimo quadragesimo tertio, indictione vndecima, die prima mensis Maij in monasterio S. Raymundi Placentini: eidem capitulo tunc celebrando præsidebunt, & præsidentes elegerunt venerabiles viros Dominos Abbates monasterij sancti Petri in Cœlo aureo Papien. Abbatem monasterij sancti Andreæ Vercellen. Præpositum monasterij sancti Petri in Oliueto Brixien. Priorem monasterij Campi mortui Mediolanen. Priorem monasterij sancti Michaelis de Busco Bononien. Præpositum monasterij sancti Raymundi Placentin. Priorem monasterij sanctæ Catharinæ de Suburbijs Mutinæ, Priorem sancti Iulij de Dulzago Nouarien. Abbatem monasterij Regien. Priorem monasterij sancti Augustini dicti Nicosia Pisan. & Præpositum sancti Ioannis de foris Brixien. ad præsidendum, ordinandum, & diffiniendum, quicquid ordinari, & diffiniri oportebit, & debebit secundum prædictas constitutiones, & canonicas sanctiones, in futuro capitulo memorato. Prouidentes, & eligentes etiam, quod in eodem futuro capitulo per venerabilem virum D. Archipresbyterum de Carpo seruio fieri, & per venerabilem virum D. Abbatem, monasterij sancti Andreæ Vercellen Missa debeat celebrari.

VI. Sanè vt mandatum Apostolicum adimpleatur, & agatur, quod cedere possit in prædictarum Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum commodum, & salutem animarum degentium in eisdem, prædicti Præsidentes, & capitulum concorditer prouiderunt, ordinauerunt, & elegerunt visitatores, qui visitare debeant, & teneantur semel vsque ad aliud proximum futurum capitulum, prout inferius continetur, videlicet D. Archipresbyter monasterij Mantu Belli diœcesis Bononien. visitare debeat, & teneatur omnia monasteria, Ecclesias, atque loca conuentualia Ordinis supradicti, existentia in ciuitatibus, & diœcesi Bononien. Ferrarien. Mutinen. Ariminen. & in tota Romandiola. D. Præpositus monasterij sancti Raymundi Placentin. debeat, & teneatur visitare omnia monasteria, Ecclesias, & loca conuentualia dicti ordinis in ciuitatibus, & diœcesi Placentin. Cremonen. Parmen. Reginen. & Archipresbyteratum Carpi: Dominus Abbas monasterij sancti Andreæ Vercellen. visitare debeat, & teneatur omnia monasteria, Ecclesias, & loca conuentualia, existentia in ciuitate, & Diœcesi Papien. Nouarien. Vercellen. Hipporegien. & Taurin. D. Præpositus monasterij sancti Ioannis de foris Brixiæ visitare debeat, & teneatur omnia monasteria, Ecclesias, & loca conuentualia dicti ordinis existentia in ciuitate, & diœcesi Brixien. & Laudens. D. Præpositus monasterij sancti Petri de Ferraria Alben. diœcesi. teneatur, & debeat visitare omnia monasteria, Ecclesias, & loca conuentualia dicti ordinis existentia in ciuitate, & diœcesi. Alben. Aslen. Saonen. Secusien, & in tota prouincia Ianuen. D. Prior monasterij S. Augustini dicti Nicosia, teneatur, & debeat visitare

omnia monasteria, Ecclesias, atque loca conventualia dicti ordinis, existentia in tota provincia Pisana & D. Abbas monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papien. teneatur, & debeat visitare omnia monasteria, Ecclesias, & loca conventualia existentia in ciuitate Mediolanen. & omnia, & singula monasteria, atque loca, quibus præsunt Visitatores superius nominati. Statuentes, & ordinantes, quod Abbates, Priores, Capitula, cæterique administratores dictarum Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum, ad quæ prafati visitatores accesserint, huiusmodi visitationu officium impensari, eisdem visitatoribus, & familiaribus eorum expensas in victualibus facere teneantur, honorificè, & decenter. Et dictu expensis in victualibus dicti visitatores contenti existant. Et ne impedimento aliquo obsistente, dicta monasteria, Ecclesia, & loca remaneant non visitata, statuerunt, & ordinauerunt, quòd si aliquis ex visitatoribus antedictis adeò esset legitimo impedimento detentus, quòd non posset in aliquo dictorum monasteriorum, atque locorum sibi commissum officium exercere, quod ille sic legitimè impeditus possit committere vices suas ad visitationem huiusmodi faciendam, dummodo committat vices alicui Prælato dicti ordinis prouincia suprascriptæ.

VII. ET licet per eundem Summum Pontificem super honestate, & forma vestimentorum prouisum extiterit, tamen ad omnem dubitationem tollendam statuerunt, & ordinauerunt, quod quilibet Prælatus, & canonicus regularis prouincia suprascriptæ in monasterijs, & extra monasteria vtatur superpelliceo, secundum formam, quæ in constitutione nuper edita per eundē Summum Pontificem continetur, quæ incipit: Dignum fore, Cappis, & rodondellis vtantur bruni, nigri, albi, & quasi nigri colorij: & qui alio colore essent induti, vt dictos alios colores dimittant, & accipiant, quem maluerint ex prædictis. Item statuerunt, & ordinauerunt, quod nullus canonicus tenere debeat equum, vel famulum. Porrò vt cuncti canonici dicti ordinis prouinciæ prædictæ vagandi materia præludatur, statuerunt, & ordinauerunt, quod nullus canonicus monasteriorum, & locorum prædictorum exeat septa ipsorum monasteriorū, atque locorum, in quibus residere tenetur, absque licentia sui proprij Prælati: Et quod tempore huiusmodi licentiæ obtinendæ causam sui exitus verè, & clarè exprimat, & ad quem locum iturus est. Et si cogente necessitate, vel suadente honestate ad alium locum ipsum ire contingeret, quod quam citius reuersus fuerit ad suum monasterium, locum prædictum & causam sui itineris suo Prælato exprimere teneatur. Quamquam prouisum sit per constitutiones prædictas, quod ostia Ecclesiarū, vbi Ecclesiæ sunt in dormitorijs, à parte anteriori debeāt aperiri, tamen ne super apertura huiusmodi valeat in posterum quæstio suboriri, statuerunt, & ordinauerunt, quod ostia cellarum prædictarum per totum debeant fenestrari, sicut & prout Prælatus eiusdem monasterij, atque loci videbit conuenire.

Item statuerunt, & ordinauerunt, quod nullus canonicus, vel conuersus, siue deditus aliquam negotiationem, vel mercationem vel aliquem alium contractum, obligationem mutuum, seu societa, vel locationes facere præsumat absque sui Prælati licentia speciali. Et si quis contrafecerit, puniatur arbitrio sui Prælati, pœnas alias statutas à iure communi, & constitutionibus antedictis nihilominus incursurus.

Statuerunt etiam, & ordinauerūt, quod nullus subditus conspirationem aliquam faciat contra suum Prælatum, quam si fecerit, & eam non reuelauerit infra triduum dicto suo Prælato, quod triduo elapso sit excommunicationis vinculo innodatus. Vt in singulis monasterijs, atque locis prædictis vigeat observantia regularis, statuerunt, & ordinauerunt, quod nullus Prælatus monasterij, Ecclesiarum, & locorum prædictorum teneatur recipere in canonicum, vel pro canonico habere aliquē, qui portauerit habitum in monasterio, ac loco, & professionem non fecerit tacitam, vel expressam: licet receptus fuerit in dicto monasterio, velet, seu alij de ipsorum prudenti prouisum: constitutione de electu. & sic quod non extendente ad tales, sed solummodo ad illos, qui habitum portauerint, & professionem tacitam, vel expressam fecerint.

Item statuerunt, & ordinauerunt, quod nullus det aut ad aliquem ludum taxillorum, vel ex proprijs pecunijs exhibeat præsentiam corporalem: & si quis contrafecerit, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto per superiorem suum, siue per aliquem præsentium absoluendus. Vanitatem, & scandali materiam super his pro viribus amputare statuerunt, & ordinauerūt, quod nullus cantet cantilenas laicales cum larua, vel citharis laicis extraneis. Et si quis contrafecerit, debeat hebdomadam sequenti die in pane, & aqua. Et à prima vice in antea, quo commiserit antedicta, sit excommunicationis vinculo innodatus, à quo possit absolui tantùm à suo prælato, & prælatus à quo maluerit sacerdote assumpto sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari. Vt monasteria, & loca tam dicta debitis officijs non fraudentur, statuerunt, & ordinauerunt, quòd non surgentes ad matutinum legitimo impedimento cessante, illa die abstineant se à vino.

Item statuerunt, & ordinauerunt quod singulis diebus singuli teneantur in vesperis, & matutinis facere memorationem de Beato Augustino, præter in festis duplicibus, & principalibus. Et ne ergà prædictum Dominum Papam impensi beneficij de præsenti ingratus existere videantur, statuerunt, & ordinauerunt, quòd quilibet sacerdos ordinis, & prouinciæ suprascriptæ teneatur dicere vnam missam singulis annis pro Domino suo Papa prædicto ipso viuente: & ipso decedente, quod Deus auertat, vltra communes à iure communi exequias, in qualibet Ecclesia conventuali debeat anniversarium celebrari: & quilibet sacerdos debeat pro ipsius anima vnam missam celebrare. Quoniam ex mandato apostolico tenetur capitulum memoratum prouidere de loco accommodo, & securo, vbi liber bullarum bullæ Paparum constitutionum, & ordinationum suarum debeat perpetuum futuris temporibus custodiri, mandauit prædicto parere volentes, prouiderunt, statuerunt, & ordinauerunt præfidentes, & totum capitulum antedictum, quòd dictus liber bullarum constitutionum, & ordinationum prædictarum in Monasterio Sancti Pe-

rum in Cœlo aureo Papien. vbi corpus egregij Doctoris S. Augustini residere noscitur tumulatum, reponatur, & ibidem debeat perpetuis futuris temporibus custodiri. Cum aliquarum constitutionum præsentium transgressores incurrant excommunicationes sententiam ipso facto, volentes dicti præsidentes eorum animarum periculis prætauere, statuerunt, & ordinauerunt, quod quilibet præsidentium eorundem insolidum plenam habeant potestatem transgressores ipsorum à sententia excommunicationis huiusmodi absoluendi, & super irregularitate, si quam forsan incurrerunt, dispensandi, iniuncta pro modo culpæ pœnitentia salutari. Denique volentes, vt dictarum constitutionum, & ordinationum memoria perpetuis futuris temporibus habeatur, & adimpleatur quam constitutionibus huiusmodi conuenit, statuerunt & ordinauerunt, quod quilibet Prælatus teneatur infra annum, ex nunc computandum, habere constitutiones Papales, & præsentes factas in formacentum, & sub sigillo Domini Abbatis monasterij Sancti Petri in cœlo aureo Papien. sub pœna suspensionis promulganda ad arbitrium ipsius Domini Abbatis.

Quæquidē statuta, constitutiones, & ordinationes, & omnia supradicta, acta, ordinata, statuta, & conclusa fuerunt per prædictos præsidentes, & per totum capitulum supradictū. Et de eorum mandato lecta, & publicata fuerunt per Augustinum Panitarium notarium infrascriptum, & dictorum præsidentium, & capituli eorundem anno à Natiuitate Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo, Indictione Octaua die vltimo Mensis Augusti, in dicto monasterio sancti Petri in cœlo aureo Papiæ, præsentibus Petro Solafenato Canonico sanctæ Mariæ Perticæ Papien. Augustino Sclafenato Canonico sanctæ Mariæ Canonicæ Perronæ, Fratre Apolonio Fratre Gaudentio dicti monasterij, & Domino Francisco de Varano Clerico Parmen. Vicario Domini Episcopi Papien. testibus ad prædicta vocatis, & rogatis.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM

De variis Congregationibus Canonicorum Regularium, ac in primis de Congregatione Lateranensi S. Frigidiani.

PRater Generales reformationes, alias complures, priuatas tamen nonnulli viri Sancti zelo diuini culteus, & sanctæ Religionis succensi, varijs in locis, ac temporibus moliti sunt, iuxta quas reformationes, variæ in Ecclesia Dei Canonicorū Congregationes subortæ sunt, quibus illa tanquā Regina summi Principis sponsa varietate circumamicta multiplici cultu decorata. Hæ fuerunt ex Italicis nostra La-

ris in Cœlo aureo Papien. vbi corpus egregij Doctoris S. Augustini residere nouimus, reponatur, & eidem debeat perpetuis futuris temporibus custodiri. Cum aliquarum constitutionum præsentium transgressores incurrisse sint excommunicationis sententiam ipso facto, volentes dicti præsidentes eorum animarum periculis præcauere, statuerunt, & ordinauerunt, quod quilibet præsidentium eorundem insolidum plenam habeant potestatem transgressores ipsorum à sententia excommunicationis huiusmodi absoluendi, & super irregularitate, si quam forsan incurrerunt, dispensandi, iniunctis pro modo culpæ pœnitentia salutari. Denique volentes, vt dictarum constitutionum, & ordinationum memoria perpetuo futuris temporibus habeatur, & adimplentur quæ constitutionibus huiusmodi continentur, statuerunt & ordinauerunt, quod quilibet Præsidens teneatur infra annum, ex nunc computandum, habere constitutiones Papales, & præsentes factas in forma autentica, & sub sigillo Domini Abbatis monasterij Sancti Petri in cœlo aureo Papien. sub pœna suspensionis promulganda ad arbitrium ipsius Domini Abbatis.

Quæquidem statuta, constitutiones, & ordinationes, & omnia singula suprascripta, alia, ordinata, statuta, & conclusa fuerunt per prædictos præsidentes, & per totum capitulum suprædictum. Et de eorum mandato lecta, & publicata fuerunt per Augustinum Panitarium notarium infrascriptum, & dictorum præsidentium, & capituli ibidem anno à Natiuitate Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo, Indictione Octaua die vltima Mensis Augusti, in dicto monasterio sancti Petri in cœlo aureo Papien. præsentibus Petro Sclafenato Canonico sanctæ Mariæ Perticæ Papien. Augustino Sclafenato Canonico sanctæ Mariæ Canonicæ Petrensi, Fratre Apollonio & Fratre Gaspare canonicis dicti monasterij, & Domino Francisco de Varano Clerico Parmen. Vicario Domini Episcopi Papien. testibus ad prædicta vocatis, & rogatis.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM

De varijs Congregationibus Canonicorum Regularium, ac in primis de Congregatione Lateranensi S. Frigdiani.

PRæter Generales reformationes, alias complures, priuatas tamen nonnulli viri Sancti zelo diuini cultus, & sanctæ Religionis succensi, varijs in locis, ac temporibus moliti sunt, iuxta quas reformationes, variæ in Ecclesia Dei Canonicorũ Congregationes subsistunt, quibus illa tanquã Regina summi Principis Sponsa varietate circumamicta multipliciter fuit decorata. Hæ fuerunt ex Italicis nostra Lateranensis per Octauium Augustini discipulum sub Leone I. fundata, & per Alexandrũ reparata, ac demum per Eugenium IV. ex canonicis Frigdionarijs instaurata. Secunda Lucensis S. Frigdiani. Tertia Mortariẽsis S. Crucis in Longobardis. Quarta Portuensis in littore Adriatico apud Rauennam. Quinta S. Mariæ ad Rhenum propè Bononiam. Sexta S. Mariæ de Crescentiaco apud Mediolanum. Septima S. Marci apud Mantuam, quanquam illa non tam distincta congregatio in ordine canonicorum regularium D. Augustini, quàm nouus ordo canonicorum distinctus ab ordine D. Augustini possit nuncupari. Octaua S. Saluatoris Bononiensis. Nona S. Spiritus Venetiarũ. Decima S. Petri de Monte Corbulo in Heturia. Ex Gallicanis verò prima S. Rufi propè Valentiã in Delphinatu. Secunda S. Victoris apud Parisium. Tertia S. Laurentij de Vltio in Delphinatu. Ex Hispanicis S Crucis Colimbricensis. Ex Belgicis prima S. Nicolai de Aroasia. Secunda S. Mariæ Vallis viridis Tertia Windesimẽsis. Quarta Nussiensis in Diœcesi Coloniensi. Ex Germanicis Omnium Sanctorum Ciuitatis Olomutiensis, ac tandem ex Orientalibus S. Sepulchri Ierosolymitana. De quibus Congregationibus, excepta tamen nostra Lateranensi, de qua libro seq. specialiter agendum erit, vt consequenter eodem ordine aliquid dicamus, ea quæ, vel ex antiquis Chronicis dictarum Congregationum vel xillarum Archiuis, vel alias ex autoribus fide dignis aucupari potuimus, fideliter reddemus: vnum ante omnia præmittentes, hoc nomen, Congregatio, duobus modis posse vsurpari, vno modo iuxta latam significationem, secundum quam omnis hominum cœtus in vna domo, & sub vno capite degentium Congregatio vocari potest, iuxta quam acceptionem frequens est nomen Congregationis, ac illius vsus in vetustioribus decretis Summorum Pontificum, & sacrorum Conciliorũ: altero verò modo magis stricte, prout significat collectionem multorum collegiorũ personarum regularium in vnum cœtum, & sub vno capite eisdem institutis, ac legibus viuentium, iuxta quam acceptionem nomine Congregationis in præsentiarum vtemur: nam iuxta priorem acceptionem idem esset, singularũ Congregationũ origines inquirere, ac singulorum monasteriorum origines, & fundationes perestigare.

II. Igitur de prædictis Congregationibus aliquid dicturi, à congregatione Lucensi S. Frigdiani nuncupata, quippe quæ cæteris omnibus, excepta Lateranensi, tum vetustate, tum etiam dignitate præstiterit, initium desumemus. Huius itaque Congregationis si primam originem, & fundationem inquiramus, dubium non est in S. Frigdianum Lucanę Ciuitatis Episcopum eam referri oportere. Hic enim sanctissimus Præsul ex Canonico regulari Ecclesiæ Lateranensis prædictæ ciuitatis Episcopus à Pelagio I. circa annum à Sal-

uatoris nostri Natiuitate 556 destinatus, Ecclesiam in honorem trium Leuitarum Stephani, Laurentij, & Vincentij fundauit, ac in ea congregationem canonicam sub D. Augustini regula constituit, in qua vsque ad extremum diem vixit, in eadem Ecclesia tumulatus, quæ postea eidem S. Frigdiano fuit nuncupata, in qua ipsa canonica institutio semel inchoata, per tot annorum vicissitudines, & temporum angustias continuata successione vsque in hodiernum diem Deo, & Beato Frigdiano protegentibus perseuerat. Verùm quo tempore canonici Frigdiani cœperint ad alias Ecclesias regendas vocari, & in congregationē multorum collegiorum coalescere, videtur id sub Alexandro II. circa annum 1060. primitus contigisse. Nam cum dictus Pontifex ex Lucensi Episcopo ad Pontificalem dignitatem esset subleuatus, canonicos S. Frigdiani, quorum sanctissima conuersatione plurimum fuerat oblectatus, cū omnibus bonis dictæ Ecclesiæ S. Frigdiani sub protectione, ac defensione immediata Sedis Apostolicæ suscepit per suum priuilegium illis factū sub 3. Idus Octobris anni 1068. quod incipit: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, Canonicis Ecclesiæ S. Frigdiani, eorumq; successoribus in perpetuum. Quotiens à nostris filijs poscuntur, quæ ab æquitatis ratione non discrepant, &c.* Et infra ita subiungit: *Quapropter ego Alexander Sanctæ, & vniuersalis Romanæ Ecclesiæ Pontifex & Ecclesia sancta Lucensis Episcopus inclinati precibus vestris, & sperantes meritis, & intercessionibus B. Frigdiani apud tremendum iudicem adiuuari suscipimus sub defensione Apostolica Sedis quidquid in maritima eidē Sanctissimi Frigdiani Ecclesia pertinere videtur, videlicet in riuo &c. vt ab hac hora in antea consistant, & permaneant supradictæ res in potestate vestra presbyteri, & diaconi, & subdiaconi, siue etiā clerici, qui in præfata Ecclesia modo ordinati estis, vestrorumq; successorum, qui ibi in antea ordinati fuerint, & officium Dei ibi fecerint.* Et licet in dicto priuilegio Regularis illorum institutionis, & obseruantiæ non meminerit, meminit tamen illius successor Paschalis II. in altero priuilegio quod incipit: *Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filijs Rotboni Præposito, & eius fratrib' in Ecclesia Beati Frigdiani regularem vitam professis, eiusq; successoribus in eadem Religione permansuris in perpetuū. Desiderium, quod ad Religiosorum propositū &c. Datum Lucæ per manū Ioannis S. R. Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, quinto Calend. Nouēbris, Indictione 13. anno Dominicæ Incarnationis 1105. Pontificatus autē Domini Paschalis Secundi Papæ, sexto.* Qui Pontifex in alijs literis Præposito seu Priori S. Frigdiani directis (videmus enim caput illius Collegij nunc Præpositū nunc Priorē vocari) de continuatione canonicorum regularium in dicta Ecclesia vsque ad sua tempora sic scribit. *Itaque vsque ad nostra hæc tempora semper in ipsa Canonica idem ordo viguit, cuius instq memoria non extat in contrarium, ab ipsa primæua sui institutione etiam ante magni Gregorij tempora: nam & ipse B. Gregorius in lib. Dialogorum ipsius Sancti viri miracula refert.*

Porro ipse Alexander II. Summū Pontificatū adeptus, qui antea ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopus Lucensis fuerat ordinatus, regularem obseruantiam in Ecclesia Lateranensi fere collapsam animaduertens, accitis sancti Frigdiani Canonicis, illam reformauit: idem etiam præstitit in Ecclesia sanctæ Crucis in Ierusalem, cuius exemplū æmulati multi Episcopi, & viri religiosi, ac pij certatim dictos S. Frigdiani Canonicos ad suas Ecclesias reformandas postulare, vel nouas erigere, ac in illis dictos Canonicos instituere cœperunt: atque ita factum est, vt breui vnus S. Frigdiani monasterium in Congregationē multorum Collegiorū succreuerit, cuius caput erat Præpositus, siue Prior S. Frigdiani, qui Prior Generalis vocabatur, sicut patet ex multis scripturis vetustis, & authenticis in pergameno, ac etiam ex literis vnionis monasterij S. Frigdiani nostræ Lateranensi Congregationi, quæ sunt Romæ in Archiuio sanctæ Mariæ de Pace, quas ipse vidi. Catalogus verò Ecclesiarum, seu monasteriorum dictæ Congregationis hic est:

PRimum monasterium S. Frigdiani, quod erat caput supremum totius Congregationis, a quo cætera monasteria tanquam illius membra pendebant: nam ad Priorem, & Capitulum sancti Frigdiani spectabat Priores, siue Rectores in cæteris Ecclesijs, & Monasterij dictæ Congregationis instituere, vel saltem à proprijs Capitulis electos confirmare, vt patet ex multis collationibus, & confirmationibus, quorum instrumenta seruntur in dicto monasterio, ac etiam Romæ in monasterio sanctæ Mariæ de Pace. De hoc monasterio dictum est supra cap. 20. & dicemus lib. 3. in Congregatione Lateranensi, cui nunc cum aliquot illius membris est vnitum.

Secundo loco numerari posset monasterium Lateranense, quod sub Alexandro II. per canonicos S. Frigdiani fuisse reformatum, qui Archiepiscopus in lib. de Septē Vrbis Ecclesijs in Ecclesia S. Crucis in Ierusalem, hisce verbis testatur. *Intra veró Ecclesia. s. S. Crucis Alexander II. Canonicos Regulares Congregationis S. Frigdiani ab se Lateranensium reformatos locauit, qui eam &c.* Confirmant literæ Anastasij IV. ad Ioannem Priorem, & Canonicos Lateranenses datæ anno 1154. in quibus ad exemplar Alexandri Papæ prædecessoris sui Ecclesiam ipsam Lateranensem Apostolicæ Sedis priuilegio communiuit, statuens vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam &c. Verum quod idem Pontifex in dictis literis ipsam Sacrosanctā Lateranensem Basilicam nulli alteri subesse, quam potius cæteris omnibus præesse iure, ac merito voluerit, illa eiusdem priuilegij verba indicant. *Adhibentes suggestione, & voluntate fratrū nostrorum Cardinalium Episcoporum sanximus, vt eadem Ecclesia tam*

quam principalis mater, & Domina omnium libera sit, & nullo penitus modo subiecta. Sedi Romano Pontifici sit subiecta. Id circo monasterium Lateranense non inter membra Congregationis S. Frigdiani, sed veluti caput Congregationis ab illo nuncupare constituendum esse, in hoc satis, eiusdem prorsus instituti Lateranenses, & S. Frigdiani Lucenses Canonicos extitisse.

Tertium monasterium fuit S. Crucis in Ierusalem de Vrbe, quod per Alexandrum II. ex canonicis S. Frigdiani fuit reformatum, ac instauratum, vt proximè dictum fuit: quam etiam ob causam decreto Lucij II. statutum est, vt presbyter Cardinalis S. Crucis non nisi de gremio dicti Capituli vel de Congregatione S. Frigdiani sumeretur, vide quæ diximus supra cap. 36.

Quartum S. Mariæ nouæ de Vrbe, Quod Haymericus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Calisto III. creatus cum sua Ecclesia instauravit, ac in eo S. Frigdiani canonicos autoritate Apostolica instituendos curauit, pro cuius institutionis firmitate ab Innocentio II. priuilegium obtinuit, vt Diaconus Cardinalis dictæ Ecclesiæ non nisi de gremio Congregationis S. Frigdiani eligeretur: quod ab aliis Pontificibus Cœlestino II. Lucio II. Eugenio III. Adriano IV. & Alexandro III. fuit confirmatum, de quo vide supra cap. 16.

Quintum S. Mariæ Castri Montis Belli nunquam in agro Bononiensi quintodecimo circiter milliario a ciuitate distans, quod Illustris. & Religiosissima Comitissa Mathildis ante annum 1110. ædificauit, & multis prædijs, ac redditibus locupletauit, vide lib. sequenti in Congregatione Lateranensium: illud monasterium nostræ Congregationi fuit vnitū. fuisse verò de Congreg. S. Frigdiani testatur Chronica vetustissima in pergameno manu scripta ex Canonica nostra Portuensi transsumpta.

SExtum sancti Marci ciuitatis Ferrariæ ab eadem Comitissa Mathilde ædificatum, & magnificentissimè ditatum, ac dotatum circa annum 1080. vel vt alijs placet, anno 1071. nunc monachis S. Benedicti congregationis Cassinensis illud obtinent, & dicitur monasterium S. Benedicti, de quo vide supra cap. 22.

Septimum S. Saluatoris vici Airoli nunc corrupto vocabulo Ficaroli in Episcopatu Ferrariensi, quod eidem monasterio S. Marci, siue S. Benedicti monachorum Cassinensium vnitur Sixtus IV. meminerunt huius monasterij Innocentius II. in priuilegio Attoni Priori, & canonicis S. Frigdiani concesso anno Christi 1133. iij nonas Octob. Cœlestinus II. in altero priuilegio concesso Priori, & fratribus Frigdiani, V Idus Decembris 1143. Eugenius III. in altero priuilegio eisdem Priori, & canonicis facto anno 1145. iij Idus Aprilis. Vide supra c. 22.

Octauum S. Martini ciuitatis Senarum, cuius Prior Pontificalibus insignijs in sacris vtebatur, de quo dictum est supra cap. 20. Huius meminit

quam præcipiat mater, & Domina omnino libera sit, & nulli pareat nisi soli Romano Pontifici sit subiecta. Idcirco monasterium Lateranense non inter membra Congregationis S. Frigdiani, sed veluti caput Congregationis ab illo nuncupatæ constituendum esse, hoc satis, eiusdem prorsus instituti Lateranenses, & S. Frigdiani Lucensis Canonicos extitisse.

Tertium monasterium fuit S. Crucis in Ierusalem de Vrbe, quod per Alexandrum II. ex canonicis S. Frigdiani fuit reformatum, ac instauratum, vt proximè dictum fuit: quam etiam ob causam decreto Lucij II. statutum est, vt presbyter Cardinalis S. Crucis non nisi de gremio dicti Capituli vel de Congregatione S. Frigdiani sumeretur. vide quæ diximus supra cap. 36.

Quartum S. Mariæ nouæ de Vrbe, Quod Haymericus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Calisto III. erectus cum sua Ecclesia instauravit, ac in eo S. Frigdiani canonicos autoritate Apostolica instituendos curauit, pro cuius institutionis firmitate ab Innocentio II. priuilegium obtinuit, vt Diaconus Cardinalis dictæ Ecclesiæ non nisi de gremio Congregationis S. Frigdiani crearetur: quod ab aliis Pontificibus Cœlestino II. Lucio II. Eugenio II. Adriano IV. & Alexandro III. fuit confirmatum. de quo vide supra cap. 16.

Quintum S. Mariæ Castri Montis Belli nuncupati in agro Bononiensi quintodecimo circiter miliario à ciuitate distans, quod Illustriss. & Religiosissima Comitissa Mathildis ante annum 1110. ædificauit, & multis prædijs, ac redditibus locupletauit vide lib. sequenti in Congregatione Lateranensi nam istud monasterium nostræ Congregationi fuit vnitum. fuisse verò de Congreg. S. Frigdiani testatur Chronica vetustissima in pergameno manu scripta ex Canonica nostra Portuensi transmissa.

II. SExtum sancti Marci ciuitatis Ferrariæ ab eadem Comitissa Mathilde ædificatum, & magnificentissimè ditatum, ac dotatum circa annum salutis 1083. vel vt alijs placet, anno 1071. nunc monachi S. Benedicti congregationis Cassinensis illud obtinent, & dicitur monasterium S. Benedicti, de quo vide supra cap. 22.

Septimum S. Saluatoris vici Airoli nunc corrupto vocabulo Ficaroli in Episcopatu Ferrariensi, quod eidem monasterio S. Marci, siue S. Benedicti monachorum Cassinensium vniuit Sixtus IV. meminerunt huius monasterij Innocentius II. in priuilegio Attoni Priori, & canonicis S. Frigdiani concesso anno Christi 1133. iij nonas Octob. Cœlestinus II. in altero priuilegio concesso Priori, & fratribus Frigdiani, V Idus Decemb. 1143. Eugenius III. in altero priuilegio eisdem Priori, & canonicis facto anno 1145. iij. Idus Aprilis. Vide supra c. 22.

Octauum S. Martini ciuitatis Senarum, cuius Prior Pontificalibus insignijs in sacris vtebatur, de quo dictum est supra cap. 20. Huius meminit Innocentius II. in priuilegio concesso Attoni Priori, & fratribus S. Frigdiani 15. Calend. Maij 1133. quod incipit: *Quoniam sine vera &c.*

Nonum S. Pantaleonis Lucæ, cuius Ecclesiam idem Innocentius per suas datas Calend. Nouembris anni 1137. Priori, & canonicis S. Frigdiani reformandam, & regendam commisit, sub istis precisis verbis: *Atque Ecclesiam Sancti Pantaleonis, ad reformandum in ea religionem, & locum ipsum tam in spiritualibus, quam in temporalibus, Deo propitio meliorandum, cum omnibus scilicet, quæ in præsenti indictione tuste, ac laudabiliter ad illos pertinere noscuntur, Apostolica vobis dispensatione committimus, vt videlicet, quandiu ibi religio duraverit, idem venerabilis locus in vestra dispositione, vestroq; regimine absque alicuius contradictione consistat.* Hoc monasterium cum Ecclesia puto funditus euersum, quandoquidem in monasteriorum Catalogo, & Ecclesiarum Episcopatus Lucensis nulla omnino mentio de illis modo habeatur.

Decimum Prioratus S. Saluatoris in Mustiolo nuncupatus dictæ Ciuitatis, in quo Prior cum quatuor canonicis degere consueuerant, ab Innoc. II. anno 1140. Priori, & canonicis S. Frigdiani traditus. cuius concessionem Cœlestinus II. & Eugenius III. suis diplomatibus firmauerunt. Hic Prioratus cum suo capite nunc nostræ congregationi est vnitus, in quo vnus Prior cum nonnullis canonicis degere consueuerunt.

Vndecimum S. Andreæ oppidi Carrariæ Lunensis siue Sarzanensis diœcesis, quod cum quibusdam capellis, & Ecclesijs Parochialibus Priori, & canonicis S. Frigdiani donauit Godefridus Episcopus Lunensis, consentiente & probante Eugenio III. per suas datas quinto Idus Maij 1150 & Anastasius IV. concessionem confirmauit per suas datas anno 1154. quarum initiũ est: *Anastasius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori S. Andreæ de Carraria, & eius fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis &c.* & Alexander III. per alias datas 12. Calend. Ianuarij anno 1160. istud monasterium cum suo capite fuit vnitum nostræ congregationi per Leonem X. de quo libro sequenti.

DVodecimum Sanctorũ Quadraginta martyrum olim extra ciuitatem Taruisinam, nunc intra ipsam Ciuitatem, quod ad congregationem S. Frigdiani spectauisse, indicant literæ Apostolicæ Alexandri Tertij anno 1172. emanatæ, in quibus inter alia statuitur, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini Regulam, & institutionem ordinis Ecclesiæ S. Frigdiani, in eodem loco institutus esse dignoscebatur, perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruaretur, istud monasterium cum incuria Prælatorum paulatim canonicis esset destitutum, & eius ædificia laberentur, erat enim commendatum Prioribus secularibus, anno 1412. per Gregorium XII. nostrę congregationi Lateranensi reparandũ, est vnitũ. IV.

De-

Decimumtertium S. Frigdiani de Saccis in ciuitate Bononiæ, quod fuisse olim monasterium, & sedem Prioris Generalis S. Frigdiani monstratum est supra c. 23. nunc cum monasterio S. Frigdiani vnitum congregationi Lateranensi, sed canonicis destitutum.

Decimumquartũ S. Frigdiani ciuitatis Pistoriensis, quod fuisse membrum dictæ congreg. cõstat ex nonnullis actis inter Abbatem S. Michaelis Pistoriensis, & Priorẽ dicti monasterij S. Frigdiani ciuitatis Pistorij, quorum exemplum in pergameno est Romæ in Archiuo S. Mariæ de pace: nam cum Abbas S. Michaëlis anno 1350. eundem Priorem coràm Episcopo Pistoriensi citari fecisset, dictus Prior comparens protestatus fuit de non competentia Iudicis, quod illius Prioratus esset membrum cõgregationis S. Frigdiani Lucensis, iurisdictioni Prioris Generalis S. Frigdiani immediatè subiectum, & exemptum à iurisdictione Ordinarij.

VI. PRæter supradicta loca, quæ omnia fuerunt olim Conuentualia, habuit hæc congregatio alios Prioratus quam plures, & Ecclesias parochiales tum in dicta ciuitate, & Episcopatu Lucensi, tum in alijs Episcopatibus, inter quos sunt etiam nunc Prioratus SS. Quirici & Iuliæ in oppido Casij diœcesis Bononiensis, cum Ecclesia Parochiali SS. Stephani & Laurentij eiusdem loci, & diœcesis. Item Prioratus S. Bartholomæi de Colonato, Prioratus S. Petri de Auentia. Item Prioratus S. Michaëlis de Gragnano in Episcopatu Lucensi Prioratus quoque S. Mariæ Magdalenæ loci Castri Franchi, qui circa annum 1340. Conuentualis fuisse conijcitur ex nonnullis scriptis vetustis, & authenticis in monasterio nostro S. Mariæ de Frisonaria existentibus: nam cum vacante Prioratu dicti monasterij S. Mariæ de Frisonaria illius canonici ad electionẽ noui Prioris anno 1345. sub die 12 mensis Maij deuenissent, quidam illorum elegerũt fratrem Mathæũ fratrẽ cõuentu de Castro Francho vallis Arni Lucanæ diœcesis, vt in Actis habetur. nisi fortè præter dictum Prioratum erat aliud monasterium canonicorum regularium in præfato oppido Castri Franchi. Ad monasterium verò Frigdiani spectant etiã nunc Ecclesiæ parochiales S. Leonardi in ciuitate Lucana, SS. Hyppoliti & Cassiani, loci Motiliani cum alijs, de quibus lib. sequenti dicetur. Ad idem monasterium spectabat Ecclesia S. Bartholomæi de monte Scalocchio Volaterranæ diœcesis, vt patet ex quodam mandato facto Domno Ioanni canonico S. Frigdiani à Priore, & canonicis dicti monasterij an. 1498. die 5. Octobris rogato per Petrũ quondam Ioannis Pauli de Prisalla.

VII. EX ista congregatione multi viri sanctitate, literis, dignitate præclari, & S. R. E. Cardinales prodierunt. Prior etiam S. Frigdiani multis, ijsque præcipuis priuilegijs per sedem Apostolicam fuit decoratus, quorum plura nunc reuiscere, de quibus lib. sequenti fusior erit sermo.

Habitus canonicorum dictæ congregationis idem omnino est cum habitu canonicorum nostrorum Lateranensium, nisi quod referente Augustino Ticinnensi in Dilucidario parte 1. perlectione 28. *Apud S. Frigdianum Lucæ* (*formalibus eius verbis vtor*) *Canonici antiqui ab anno 1440. mutauerunt Cappam in Mantellum: tamen antiquitus indicti omnes regulares canonici regulariter viuentes vtebantur cappis apertis a parte ante, more canonicorum regularium congregationis Lateranensis, & quod dicti canonici S. Frigdiani tale cappa viuentes antiquitus, testantur imagines vetustissimæ, post altare maius Lucæ in dicta Ecclesia S. Frigdiani, quæ tempore meo Dominus Pasquinus Prior abolere fecit. sed in marmoreo sepulchro vetustissimo coram maiore capella altari adhuc eundem habuimus pro se ferunt imaginem sculptam. & vt a fide digniis accepi, Dominus Columbus Cinamus dicti Pasquini predecessor primus ille fuit, qui in suis canonicis cappas mutauit in mantellum.* Hæc Ticinensis ibidem, qui eadem scribit de canonicis regularibus S. Petri in cœlo aureo Papiæ.

Sed nec illud omittendum, quod idem auctor scribit in Propugnaculo par. 4. cap. 22. anno Domini 1410. existente Priore S. Mariæ de Frisonaria Ven. Patre Comno Leone de Carate, qui primus extitit è primis Frigdionariæ reformationis autoribus, rogante Domino Vincentio Ianotio Priore S. Frigdiani, missos esse ex monasterio de Frisonaria nonnullos canonicos ad idem S. Frig. monasterium reformandum, facta eis adiẽ facultate à Priore, & canonicis Frigdionarijs, sub forma instrumenti publici, rogati per Raphaelem quondam Nicolai Benedicti notarium publicum Lucensem: quod tam sanctum opus vtinam contraria nonnullorum studia vitæ laxioti indulgere cupientium non impediuissent; multa enim monasteria dictæ congregationis, quæ soluta regulari disciplina vel penitus exciderunt, vel ad alia transiere, in ordine canonico, & sub regula canonica mansissent. Verũ vt proclive est hominibus meliora quidem probare, sed deteriora sequi, antiquis S. Frigdiani canonicis contraria in sancta tunc diuisis, eius loci reformatio è manibus elisit. tandem verò multis dictæ congregationis monasterijs partim canonicis destitutis, partim etiam autoritate Apostolica per aliorum ordinum regulares reformatis, ipsi canonici S. Frigdiani, quod erat caput totius congregationis cum decem Prioratibus nostræ congregationi reformandum obtuleruntprobante,

Leone X. anno Christi 1517.
iij. Octobris.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

De Congregatione Mortariensi Sanctæ Crucis nuncupata.

EST oppidum apud Insubres in planitie, quæ Papiensè Comitatum à Nouariensi disterminat, à fyluis, & nemoribus Syluabella olim nominatum: sed post cladem à Desiderio Rege Longobardorum acceptam, qui cum Carolo magno de summa Regni certãs, eidem cecessit cum Regno amisso, captus cum filijs & interfectus, Regno Longobardorum finem dedit, Mortarium, siue Mortaria deinceps nuncupatum. Prope dictum oppidum anno circiter 1080. sedente in Pontificatu Gregorio huius nominis VII. Dñs Adamus clericus Mortariensis vir Religiosus, pius, & fatis diues in suo præsio, quod erat ad partem Occidentalem, Ecclesiam in honorem Dei, & S. Crucis magnificentissimam cum monasterio ædificauit, vbi familiam Religiosorum regulariter viuentium collocauit, primùm monachos ex monasterio S. Michaëlis (arbitror fuisse monasterium de Lasclella apud oppidum Auillianum, cuius autor supplementi lib. 12. sub anno 985. meminit) eorum Abbate concedente, obtinuit. Verum exacto triennio omnes monachis clericos secundum B. Augustini regulam viuentes accuit; quibus ex diuersis locis concurrentibus breui monasterium numerosum canonicorum, & cultu religionis auctum est adeò, vt ab eodem Gregorio VII. sub speciali sedis Apostolicæ tutela recipi meruerit. Primus loci Præpositus fuit Dominus Gandulphus de Garbagnate diœcesis Papiensis, vir Religiosus, & timens Deum, sed qui senex ad curam monasterij erectus, in regimine paucos annos egit: cui deinde successit fuit D. Ayraldus ex oppido Caltranego Comitatus Nouariensis, qui postea fuit Archiepiscopus Ianuensis, quo moderante attributum fuit monasterio Mortariensi tres Prioratus, primum S. Andreæ de Ticineto, S. Mariæ de Carbonaria cum Xenodochio adiacente in Episcopatu Papiensi, & S. Andreæ de Olengo in Nouariensi. Altare maius consecrauit Vibanus Papa II. anno 1071. & Calend. Octob. cum pluribus Episcopis diuersarũ Prominciarum in honorẽ S. Crucis, & B. Mariæ & omniũ Apostolorũ, dũ in Gallias profisceretur, confirmatis priuilegijs à Gregorio VII. fatis, alijsque pluribus adiectis. Sed & Innocentius II. an. 1132. ix. Calend. Maij in Italiam rentens locum visitauit, & altare in parte Septentrionali in honorem Sanctorum Apostolorum Petri, & Iacobi filij Zebedæi, & Stephani proto-

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

De Congregatione Mortariensi Sanctæ Crucis nuncupata.

ESt oppidum apud Insubres in planitie, quæ Papiensé Comitatum à Nouariensi disterminat, à syluis, & nemoribus Syluabella olim nominatum: sed post cladem à Desiderio Rege Longobardorum acceptam, quicum Carolo magno de summa Regni certãs, eodem exercitu cum Regno amisso, captus cum filijs & interfectus, Regno Longobardorum finem dedit, Mortarium, siue Mortaria deinceps nuncupatum. Prope dictum oppidum anno circiter 1080. sedente in Pontificatu Gregorio huius nominis VII. Dñs Adamus clericus Mortariensis vir Religiosus, pius, & satis diues in suo prædio, quod erat ad partem Occidentalem, Ecclesiam in honorem Dei, & S. Crucis magnificentissimam cum monasterio ædificauit, vbi familiam Religiosorum regulariter viuentium collegerit, primum monachos ex monasterio S. Michaelis (arbitror fuisse monasterium de Lastella apud oppidum Auilianum, cuius autor supplementi lib. 12. sub anno 985. meminit) eorum Abbate concedente, obtinuit. Verum exacto tetiẽnio dimissis monachis clericos secundum B. Augustini regulam viuentes acciuit: quibus ex diuersis locis concurrentibus breui monasterium numerosum canonicorum, & cultu religionis auctum est adeo, vt ab eodem Gregorio VII. sub speciali sedis Apostolicæ tutela recipi meruerit. Primus loci Præpositus fuit Domnus Gandulphus de Garlasco pago diœcesis Papiensis, vir Religiosus, & timens Deum, sed qui senex ad curam monasterij erectus, in regimine paucos annos egit: cui defuncto suffectus fuit D. Ayraldus ex oppido Calliniago Comitatus Nouariensis, qui postea fuit Archiepiscopus Ianuensis, quo moderante attributi sunt monasterio Mortariensi tres Prioratus, nimirum S. Andreæ de Ticineto, S. Mariæ de Carbonaria cum Xenodochio adiacente in Episcopatu Papiensi, & S. Andreæ de Olengo in Nouariensi. Altare maius consecrauit Vrbanus Papa II. an. 1097. 18. Calend. Octob. cum pluribus Episcopis diuersarũ Prouinciarum in honorẽ S. Crucis, & B. Mariæ & omniũ Apostolorũ, dũ in Gallias profisceretur, confirmatis priuilegijs à Gregorio VII. fuctis, alijsque pluribus adiectis. Sed & Innocentius II. an. 1132. ix. Calend. Maij in Italiam reuertens locum visitauit, & altare in parte Septentrionali in honorem Sanctorum Apostolorum Petri, & Iacobi filij Zebedæi, & Stephani protomartyris cum tota Ecclesia intus, & extra consecrauit. Hæc omnia ex tabularijs vetustissimis manuscriptis in pergameno dicti monasterij. Ecclesiæ verò S. Crucis à se consecratæ meminit idem Innocentius in priuilegio directo Alphano Præposito, eiusque fratribus, quod incipit: *Officij nostri hortatus auctoritas &c.* Dato anno 1134. Cæterùm odore sanctæ conuersationis canonicorum Mortariensium in dies crescente, & per vicinas ciuitates iugiter se diffundente, ijdem canonici breuissimo interuallo in amplam congregationem multorum collegiorum succreuerunt: nam ante datum priuilegium ab Innocentio II. iam quatuordecim Ecclesias, partim Præposituræ, partim Prioratus titulo decoratas obtinebant. ab ipso vero Innocentio II. vsque ad Vrbanum III. alteræ plures sunt additæ, sicut ex priuilegio ipsius Vrbani Præposito & canonicis Mortariensibus facto colligitur, quod vetustate exesum Ioannes XXII. renouauit. Omnium verò monasteriorum & Ecclesiarum dictæ congregationis catalogus ex priuilegijs Pontificijs, & alijs scriptis autenticis dicti monasterij collectus, hic subijcitur.

PRimum monasterium, quod erat caput totius congregationis, & illius Præpositus in scripturis publicis vocabatur Præpositus Generalis, à quo cæteri Præpositi, & Priores vt membra à capite pendebant, erat ipsum monasteriũ S. Crucis. II.

Secundum Prioratus S. Mariæ de Carpenzago in Archiepiscopatu Mediolanensi. hanc Ecclesiam nõnulli putant fuisse eandem cum illa S. Mariæ de Crescenzago, siue de Crescentiatico tertio milliario foris portam orientalem à ciuitate distante, quod non credo: quia tẽpore Vrbani Papæ III. in cuius priuilegio Ecclesia S. Mariæ de Carpenzago refertur inter membra congregationis Mortariensis, Ecclesia S. Mariæ loci Crescenzagi erat caput congregationis, sicut patet ex priuilegio eiusdem Vrbani III. quo monasterium S. Georgij de Brinate à se in suo paterno allodio fũdatum; Præposito, & fratribus de Crescentiaco regendum tradidit, in quo inter alia hæc habentur: *Statuimus igitur, vt de Collegio Ecclesiæ vestræ sit in ipsa Præpositus, & tantus canonicorum numerus, quantus de facultatibus ipsius Ecclesiæ possit commodè sustẽtari, & vt in ipsa Ecclesia S. Georgij Ordo canonicus secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam, atq; institutionem vestram perpetuis temporibus inuiolabiter obseruetur.* Addo, Ecclesiam S. Mariæ de Crescentiaco seu Crescenzago non nisi circa an. 1140. fundatam: At illius de Carpenzago mentio habetur in priuilegio Innocentij II. dato anno 1133. Puto igitur hunc Prioratum ad clericos seculares transisse.

Tertium, Præpositura S. Marcelli in ciuitate Papiæ conuentualis, de qua dictum est supra, in qua fuerunt canonici regulares vsque ad annum 1510. nunc habet nonullos clericos seculares.

Quartum, Præpositura S. Victoris eiusdem ciui-

tatis

tatis Conuentualis, in qua manserunt primo canonici, deinde canonisse regulares, quæ postea translatæ sunt intra ciuitatem ad aliud monasterium eiusdem Ordinis, & monasterium S. Victoris dirutum. nisi fuerût duo monasteria eiusdem nominis.

Quintum Prioratus S. Mariæ loci Carbonariæ quem à temporibus Innocentij II. vsque in præsens canonici regulares tenuerût. Hic Prioratus anno 1524. nostræ congregationi est vnitus.

Sextum S. Caffiani in oppido Mortarij, in eo erectum est collegium canonissarum regularium nostræ congregationis, concedentibus Præposito & canonicis sanctæ Crucis.

Septimũ Prioratus S. Petri de Cantiano nunc de Cereto vnitus monasterio S. Crucis, vt eius membrum.

Octauum Prioratus S. Mariæ apud Castrum Gemitum vulgo Zem, quod Castrum attinet ad iura monasterij sanctæ Crucis, sicut patet ex processibus factis in causa contra illos de Porris, & illos de la Pergola vsque ad annum 1593. qui sunt Romę in Archiuo S. Mariæ de pace. verum potestate seculari vsurpatum.

Nonum Prioratus sancti Andreæ apud Ticinetum in Episcopatu Papiensi, de quo proximè dictum fuit.

III. 10. PRioratus sancti Andreæ apud Castrum S. Saluatoris in Episcopatu Casalensi cũ Ecclesia parochiali S. Syri eidem annexa, qui ob reseruationes collationum, & indulta Apostolica in discrimen sæpe adductus, tandem anno 1482. per Sixtum IV. vnitus fuit canonicæ sanctæ Mariæ de Castello ciuitatis Alexandriæ nostræ congregationis.

11. Prioratus sancti Iacobi de Strata prope Nouariam, vnitus canonicæ nostræ sanctæ Mariæ Gratiarum.

12. Præpositura sanctę Mariæ de Aggere in agro Nouariensi.

13. Præpositura S. Stephani de Bornago in eodem agro Nouariensi, quæ monasteria cum antea essent inuicem vnita, Sixtus IV. anno 1472. cum Prioratu S. Iacobi præfato, canonicæ S. Mariæ Gratiarum vniuit.

14. Prioratus S. Andreæ de Olengo diœcesis Nouariensis, manet vnitus monasterio sanctæ Crucis Mortariensis.

15. Præpositura S. Gratiani in ciuitate Vercellensi, quam Sixtus IV. ad instantiam fratris Petri de Riarij Vercellensis Episcopi, ac eiusdem Pontificis nepotis canonicis Mortariẽsibus abstulit, monasterium monialibus ordinis S. Claræ concessit, redditibus illius mẽsæ Episcopali applicatis.

16. Prioratus S. Mariæ apud Blanchetam in Episcopatu Vercellensi.

17. Prioratus S. Agathæ Castri Pontisturæ, cuius Prior vltimo Capitulo Generali prædictæ congregationis Dertonæ anno 1448. interfuit, nunc vnitus Canonicæ nostræ S. Mariæ montis Crucis.

18. Prioratus S. Laurentij in suburbio ciuitatis Hypporediæ, de quo monasterio dictum est supra cap. 28.

19. Prioratus S. Andreæ de Braida in territorio Astensi, seù in Episcopatu Taurinensi, de quo ibidem sermo est habitus.

20. PRæpositura S. Andreæ de oppido Cheriæ diœcesis Taurinensis, de qua similiter ibi dictum est. nunc monasterium obtinent quædam moniales ordinis Cistercienſis. 21

21. Archipresbyteratus S. Petri ad Neuium in Episcopatu Albensi, cum capellis S. Michaelis, & S. Iuliani vnitis, cuius Archipresbyter anno 1448. Capitulo Generali interfuit. nunc vnitus monasterio nostro S. Mariæ nouæ Astensis.

22. Prioratus ipse S. Mariæ nouæ Astæ, quod monasterium Sixtus IV. anno 1472 nostræ congregationi attribuit. erat enim tunc commendatum, nunc Abbatiali dignitate ornatum.

23. Prioratus S. Mariæ apud Castrum S. Martini ciuitatis Astæ, cum capella S. Martini à nobilibus de Solario fundatus, nunc vnitus monasterio S. Mariæ nouæ dictæ ciuitatis.

24. Prioratus S. Ioannis de Nitia, alias apud Lauerias in Episcopatu Aquensi, cuius Prior interfuit eidem Capitulo generali, nunc clericis secularibus commendatus. reperitur autem in Actis Capituli nostri Generalis celebrati anno 1591. Raiennæ quendam clericum, qui dictum Prioratũ tunc obtinebat, illum sub certis conditionibus nostræ congregationi resignare voluisse. cur autem resignatio effectum non habuerit, incompertum.

25. Prioratus sanctæ Trinitatis apud Gamundium cum Hospitali annexo sancti Rainerij.

26. Prioratus S. Mathæi ciuitatis Dertonæ, in quo monasterio habitum est vltimum Generale Capitulum huius congregationis, nunc vnitum nostris Lateranensibus.

27. Prioratus S. Ioannis apud Tronciacum eiusdem diœcesis Dertonensis.

28. Prioratus S. Mariæ apud Vesalam in eadẽ diœcesi, puto factos seculares.

29 Prioratus S. Theodori de Fabiolo prope Ianuam, de quo vide supra cap. 27. nunc nostræ congregationi vnitus, & Abbatiali dignitate auctus.

30. PRioratus S. Mariæ de Albario in diœcesi Ianuensi. beneficium commendatitium. Eius Prior Capitulo generali suprædicto interfuit. V

31. Prioratus S. Ioannis de Pauarano prope Ianuam. nunc obtinent Patres Societatis Iesu pro domo Nouitiatus.

32. Prioratus S. Mariæ de Priano eiusdem diœcesis. nunc vnitus monasterio nostro S. Theodori Ianuæ.

33. Prioratus S. Mariæ de Cassinellis apud Prianum, quem monachi S. Nicolai de Boscheto

Con-

Congregationis Cassinensis anno 1451. à Nicolao V. impetrauerunt.

34. S. Petri de Prato distans octo milliaribus à ciuitate Ianuæ. nunc commendatum.

35. Præpositura S. Mariæ de Vineis ciuitatis Ianuæ. nunc collegium canonicorum secularium de qua vide supra cap. 27.

36. S. Mariæ de Granarolo prope Ianuã. nunc monasterium tenent Fratres tertij ordinis S. Francisci.

37. S. Ioannis de Borbonino foris Ianuam in loco S. Petri de Arena. nunc commendatum.

38. Prioratus S. Matthæi siue Maphæi ciuitatis Placentiæ. nunc S. Crucis Mortariensi vnitus.

39. Prioratus S. Michaëlis apud Tangonum in Episcopatu Parmensi.

40. Præpositura S. Mariæ de Castello ciuitatis Alexandriæ, cuius Præpositus vltimo Capitulo generali interfuit, nunc vnita nostræ congregationi.

41. Prioratus S. Bartholomæi ciuitatis Alexandriæ, cuius similiter Prior eidem Capitulo interfuit, vnitus monasterio S. Mariæ de Castello.

42. Cœnobium Abbatiale S. Petri in cælo aureo Papiæ, quod Honorius III. vniuit canonicis Mortariensibus ea conditione, vt ad illud caput eorũ congregationis transferretur, de quo lib. I. dictum fuit.

Plures alias Ecclesias dicta congregatio obtinebat in diuersis Episcopatibus, quæ nescio, an conuentuales essent, ideo de illis dicere non curaui.

Præpositos Mortariensis maximis priuilegijs à Summis Pontificibus fuit exornatus, quæ ferè omnia adhuc retinet, de quibus lib. sequenti dicemus.

VI. [illegible]Lorenit verò congregatio Mortariensis multis viris sanctitate conspicuis, ex quibus fuit sanctus Gauinus Bononiensis, primum Cathedralis S. Petri Bononiensis tunc regularis clericus, deinde arctioris vitæ desiderio ad Mortarienses profectus, ac in eorum collegium cooptatus; qui à Papiensibus aliquando in eorum Episcopum electus, & ne fugeret, in custodia positus, cum euasisset, à Lucio II. Summo Pontifice canonico regulari vocatus, & licet inuitus S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Prænestinus ordinatus, cum eam Ecclesiam aliquot annis sanctissimè rexisset, plenus meritorum, & annorum sancto fine quieuit, in Sanctorum numerum relatus, ex antiquis Chronicis dicti monasterij, & monumentis Ecclesiæ Papiensis. Ex eadem prodierunt Ayraldus Mortariensis primùm Præpositus, deinde Archiepiscopus Ianuensis, ab Vrbano II. anno 1095. creatus, cuius etiam meminit Augustinus Iustinianus in sua Historia sub eodem anno. Item D. Bernardus quartus eiusdem monasterij Præpositus, cui scribit Paschalis II. literas anno 1115. postea Episcopus Papiensis, Albertus item

Congregationis Cassinensis anno 1451. à Nicolao V. impetrauerunt.

34 S. Petri de Prato distans octo milliaribus à ciuitate Ianuæ, nunc commendatum.

35. Præpositura S. Mariæ de Vineis ciuitatis Ianuæ, nunc collegium canonicorum secularium, de qua vide supra cap. 27.

36. S. Mariæ de Granarolo prope Ianuã nunc monasterium tenent Fratres tertij ordinis S. Francisci.

37. S. Ioannis de Borbonino foris Ianuam in loco S. Petri de Arena, nunc commendatum.

38. Prioratus S. Matthæi siue Maphæi ciuitatis Placentiæ, nunc S. Cruci Mortariensi vnitus.

39. Prioratus S. Michaëlis apud Tangonum in Episcopatu Parmensi.

40. Præpositura S. Mariæ de Castello ciuitatis Alexandriæ, cuius Præpositus vltimo Capitulo generali interfuit, nunc vnita nostræ congregationi.

41. Prioratus S. Bartholomæi ciuitatis Alexandriæ, cuius similiter Prior eidem Capitulo interfuit, vnitus monasterio S. Mariæ de Castello.

42. Cœnobium Abbatiale S. Petri in cælo aureo Papiæ, quod Honorius III. vniuit canonicis Mortariensibus ea conditione, vt ad illud caput totius congregationis transferretur, de quo lib. 1. dictum fuit.

Plures alias Ecclesias dicta congregatio obtinebat in diuersis Episcopatibus, quæ nescio, an conuentuales essent, ideo de illis dicere non curat.

Præpositos Mortariensis maximis priuilegijs à Summis Pontificibus fuit exornatus, quæ ferè omnia adhuc retinet, de quibus lib. sequenti dicemus.

VI. Floruit verò congregatio Mortariensis multis viris sanctitate conspicuis, ex quibus fuit sanctus Guarinus Bononiensis, primum Cathedralis S. Petri Bononiensis tunc regularis clericus, deinde arctioris vitæ desiderio ad Mortarienses profectus, ac in eorum collegium cooptatus; qui à Papiensibus aliquando in eorum Episcopum electus, & ne fugeret, in custodia positus, cum euasisset, à Lucio II. Summo Pontifice canonico regulari vocatus, & licet inuitus S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Præneſtinus ordinatus, cum eam Ecclesiam aliquot annis sanctissimè rexisset, plenus meritorum, & annorum sancto fine quieuit, in Sanctorum numerum relatus, ex antiquis Chronicis dicti monasterij, & monumentis Ecclesiæ Papiensis. Ex eadem prodierunt Ayraldus Mortariensis primùm Præpositus, deinde Archiepiscopus Ianuensis, ab Vrbano II. anno 1099. creatus, cuius etiam meminit Augustinus Iustinianus in sua Historia sub eodem anno. Item D. Bernardus quartus eiusdem monasterij Præpositus, cui scribit Paschalis II. literas anno 1115. datas, postea Episcopus Papiensis, Albertus item Patriarcha Ierosolymitanus, qui fratribus Carmelitis regulam dedit circa annum 1171. cuius mentio habetur in literis Honorij III. quæ habentur in Bullario per Laërtium Cherubinum nuper compilato constitutione 8. inter constitutiones huius Pontificis. Item Iacobus Ianuensis Archiepiscopus anno 1341. creatus, quem idem Augustinus Iustinianus in præfata Historia Ianuensi sub anno 1143. ex ordine Mortariensi acceptum fatetur, sed vocat Iacobum de sancta Victoria, forsan quia assumptus fuerit ex monasterio S. Victoris Papiensi. Item Obertus eiusdẽ monasterij Præpositus, deinde Episcopus Dertonẽsis, ad quem diriguntur literæ Lucij II. datæ anno 1144. Obertus alius Episcopus Bobiẽsis. Radolus antea Prior monasterij, deinde Episcopus Placentinus, demum Albertus alter Episcopus Vercellensis, quorum omnium fit mentio in antiquis scripturis prædicti monasterij.

POstea successu temporum idem monasteriũ varijs bellorum cladibus, & rapinis bonorũ tum in seipso, tum in suis membris attritum fuit: sed & monasteria dictæ congregationis cœperũt clericis secularibus commendari: atque idcirco in bonis tum spiritualibus per negligentiam regularis disciplinæ, tum in temporalibus grauissimè labefactari. imò quædam illorum ab obedientia Generalis Præpositi subduci, vel sese subducere, renitentibus inferioribus locorum Prioribus vel Præpositis obedientiam, quam solemni iureiurando vouerant, suo capiti præstare. fouentibus etiam, ac fauentibus nonnullis, quorum intererat, illorum proteruiam frangere, & contumaciam castigare. Donec circa annũ salutis 1448. cum esset Præpositus Generalis dicti monasterij quidam frater Raphaël de Altomonte ex Calabria oriundus, & vt erat vir pius, religiosus, & zelo Dei plenus, reformationis suæ congregationis tam in capite, quam in membris totus incumberet, ipso iubente congregatum est Capitulum generale dictæ congregationis in ciuitate Dertonensi in monasterio sancti Matthæi, ad tractandum de modo ipsam congregationem reparandi, in quo quidem Capitulo nonnulla statuta edita fuerunt. Præpositi verò, & Priores, qui cum alijs nonnullis canonicis dicto Capitulo interfuerũt, notati sunt in illius actis, manu Stephani de Patentibus publici notarij Papiensis ab originali extractis, quorum exemplum ex parte libet hic loci exscribere ad memoriam futurorum. VII

Hoc est exemplum cuiusdam Capituli Generalis celebrati per Patres Congregationis S. Crucis Mortariensis Ordinis canonicorum regularium S. Augustini extractum, & exemplatum à suo libro originali, vt infra. talis est ipsius tenor videlicet:

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quadringentesimo octauo, indictione vndecima, die veneris decimo mensis Apri-

lu, manuto Reuer. in Christo Patris, & Domini Domini fratris Raphaëlis Saluati de Alto monte, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Præpositi Generalis Ecclesiæ, Ordinisque S. Crucis Mortariensis, Ordinis S. Augustini, conuocato, & congregato Capitulo Generali suprascripti Ordinis S. Crucis Mortariensis, in Ecclesia sancti Matthæi ciuitatis Dertonæ prædicti Ordinis Mortariensis, ab ipso Generali Capitulo electi Datique fuerunt pro Definitoribus frater Antonius de Albarate Prior claustralis præfatæ Ecclesiæ S. Crucis, frater Petrus de la Ecclesia canonicus tam dictæ Ecclesiæ, & in iure Canonico licentiatus, frater Ioannes de Ferratijs Prior S. Mariæ nouæ de Asti, & frater Antonius de Sessa Prior S. Marcelli de Papia, ad constituendum, ordinandum, declarandum, & addendum in constitutionibus olim editis, & generaliter ad agendum quæcunque eis viderentur pro reformatione, & bono tam spirituali, quam temporali totius prædicti Ordinis Mortariensis. In prædicto autem Capitulo fuerunt infrascripti præsentes: Frater Ioannes de Gattu Prior S. Theodori de Fasiolo de Ianua Locumtenens, & Vicarius Generalis præfati D. Præpositi, frater Georgius Gallina Archipresbyter S. Petri apud Neuias diœcesis Albensis, frater Bartholomæus de Cumis Præpositus S. Stephani de Burnago diœcesis Nouariensis, frater Zaninus de Lucbu Prior S. Agathæ de Ponte sturia diœcesis Vercellensis, frater Laurentius de Domo Prior S. Iacobi de Strata extra muros Nouariæ, frater Georgius de Putes Præpositus S. Mariæ de Castello de Alexandria, frater Ioannes Antonius della volta Prior S. Matthæi de Terdona, frater Christophorus de Castelliono Prior S. Mariæ de Albario diœcesis Ianuensis, frater Geraldus de Puteo Prior S. Bartholomæi de Alexandria, frater Adeodatus de Titionibus Prior S. Ioannis de Nutia diœcesis Aquensis, frater Theodorus de Busti canonic⁹ suprascriptæ Ecclesiæ S. Crucis, & residēs in suprascripta Ecclesia S. Theodori, frater Antonius de Titionibus canonicus suprascriptæ Ecclesiæ S. Crucis, frater Augustinus de Gattis Prior S. Andreæ apud Castrum S. Saluatoris de monte Ferrato diœcesis Papiensis, frater Antonius de Arnadis Prior S. Andreæ apud Braidam diœcesis Astensis, & presbyter Iacobus de Bulgaro coadutor fratris Bartholomæi de Nigro Prioris S. Mariæ de Priano diœcesis Ianuensis. Quibusdam aliis tā Prioribus, quām canonicis simplicibus venire nequeuntibus, vel propter ingens schisma, vel propter nimiam senectutem. promiserunt tamen, ratum, gratum, & firmum habere, quidquid per supradictos actum fuerit. Præfatus verò Dominus Præpositus Generalis, necnon prædicti infrascripta constituerunt, statuerunt, ordinauerunt, præceperunt, declarauerunt, addiderunt, & generaliter egerunt, videlicet nostri Ordinis S. Crucis Mortariensis casum, & deformationem, quæ à centum annis, & amplius (proh dolor) accidit, subleuare, ac reformare, quemadmodum tenemur, ex intimo cordis desiderantes, & totis viribus conantes, ad honorem, & gloriam Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, atque animarum nostrarum tam præsentium, quam futurarum, & ædificationem proximi tam præsentis ætatis, quam successiuis posteritatibus. præsentibus infrascriptis nostris actibus, atque capitulis inseruimus, quæ à nostris patribus circa duntaxat infrascripta, ordinata fuerunt, declarantes, & addentes ijs aliqua, quæ in ipsis, vel obscure, vel implicitè, & diminutè posita erant. Cæterum ante omnia ad Dei, & Ecclesiæ mandatorum, ac regulæ, & constitutionum nostri ordinis obseruantiam vniuersos nostræ professionis magnopere exhortamur. Ego Stephanus de Parentibus filius quondam Petri publicus Papiensis Imperiali, & collegij auctoritate notarius hoc exemplum extractum, & assumptum de primo folio cuiusdam libri intitulati desuper, registrum actorum capituli Generalis insignis Præposituræ sanctæ Crucis Mortariensis ordinis S. Augustini, Diœcesis, Comitatusque Papiensis inchoati in 1443. & cooperti corubeo, quem librū R.P. Dominus Præpositus, & Domini Domini Canonici ibidē residentiam facientes attestantur, esse librum Actorum dicti capituli, vna cum ipso libro diligenter, & fideliter auscultaui, & quia cum ipso libro concordare inueni, nihil addito, vel diminuto, quod substantiam mutet, vel intellectum variet, ideo in testimonium ipsius me subscripsi, & signum meum apposui consuetum anno Domini currente 1445. indictione 13. die 19 Aprilis.

Cæterùm tam pius conatus ad effectum, Diabolo impediente, peruenire non potuit. Nam defuncto Domino Aloysio de S. Seuerino Castri Mortarij Capitaneo, cuius opera dictus frater Raphaël ipsam Generalem Præposituram obtinuerat, Mortariensis, qui quod multa bona, & iura monasterij ab illis vsurpata recuperasset, illum infensum habebant, quemdam eius fratrem dicti Capitanei secretarium per vim ex oppido expulerunt. quare sibi timens ipse quoque aufugit, & primò Ianuam iuit, deinde Romam venit; & cupiens in patriam, & ad ordinem suum ex quo assumptus fuerat, reuerti (erat enim Frater S. Dominici) timens ne Præpositura, si liberè illam resignaret, commendaretur, Priorem Lateranensem accersiuit, ac cum eo egit, vt Præpositura cum omnibus suis membris canonicis nostris Lateranensibus reformanda vniretur; quod ei ad votum successit, admittente huiusmodi religionem, & vnionem, & illam probante Nicolao V. anno 1449. 8. Idus Februarij, atque in hūc modum congregatio Mortariensis nostri congregationi fuit vnita.

Canonici Mortarienses eundem habitum gerebant, quem nostri Lateranenses nunc gerunt, si vera sunt, quæ de canonicis S. Petri in Cœlo aureo Papiæ, qui ex eadem erant congregatione, scribit Augustinus Ticinensis in Dilucidario parte 1. præfatione 28.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

De Congregatione Canonicorū Portuensium apud Rauennam in Romandiola.

APud Rauennam Flaminiæ, nunc Romandiolæ ciuitatem olim præclaram in littore Adriatico templum est vetustū, religione celeberrimum, & fama notissimum, Virgini Deiparę sacrum non solum ab in-
colis, & finitimis in magna veneratione habitū, sed ab Historicis commendatum, ac etiam à Poëta Dante Aligero, & Francisco Petrarcha decantatum. Tenuerunt illud semper clerici, canonici regulares nuncupati, & nunc etiam tenent. Hi etsi sub districtione canonica, quod ex antiquis catalogi monimentis conicęre licet, ibi religiosè olim intra vixissent, tamen circa Paschalis Papæ II. tempora, quibus mirum in modum non solùm in Italia, verùm etiam in alijs Prouincijs ordo canonicus refloruit, arctioris vitæ desiderio incensi, seipsos ad meliorem frugem reformare decreuerunt. Quod testatur idem Paschalis II. in
tra Petro Priori, & eius fratribus in Ecclesia B. Mariæ in Portu regularem vitam professis in hunc modū scribens: *Quia igitur vos, ô filij in Christo dilectissimi, per diuinam gratiam instituti mores vestros regulari vitæ disciplina coercere, & communi consilio canonicorum Patrum institutionem omnipotenti Deo deseruire proposuistis, nos votis vestris paterno fauore assensum.* Verum quod viderent B. Augustini regulam, sub qua militabant, nō ita facilè cuncta ad canonicam vitam instituendā opportuna, & vt aiunt, in particulari distinguere, quod etiam ante illos aduerterant Patres in Cōcilio Cabilonensi congregati cap. 53. suorum decretorum, nec inuenientes aliquem, qui clericis vnum commorantibus sufficientem regulam singularum rerum gerendarum, normam totius vitæ canonicæ continentem præscripsisset, quē admodum in regula magni Patriarchæ Benedicti reperitur, in eam deuenerunt sententiam, vt qualem constitutiones, siue statuta ex autoritatibus diuinæ scripturæ, sacrorum Conciliorum, & dicta SS. Patrum vti flores seligerent, in vnum conflarent, & illas tanquam exactam canonicæ vitæ regulam prius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Apostolicæ & illius Præsidi examinādas, corrigendas, & probandas offerrent, probatas vero inuiolabiliter obseruarent. Quorum votis Deus ex alto fauit, nam libello compilato tribus partibus distincto, etiam Paschali II. Pontifici oblato,

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

De Congregatione Canonicorũ Portuensium apud Rauennam in Romandiola.

APud Rauennam Flaminiæ, nunc Romandiolæ ciuitatem olim præclaram in littore Adriatico templum est vetustũ, religione celeberrimum, & fama notissimum, Virgini Deiparæ sacrum non solum ab incolis, & finitimis in magna veneratione habitũ, sed ob Historicis commendatum, ac etiam à Poëtis Dante Aligero, & Francisco Petrarcha decãtatum. Tenuerunt illud semper clerici, canonici regulares nuncupati, & nunc etiam tenent. Hi etsi sub districtione canonica, quod ex antiquis eius loci monimentis coniectare licet, ibi religiosissimè antea vixissent, tamen circa Paschalis Papæ II. tempora, quibus mirum in modum non solum in Italia, verùm etiam in alijs Prouincijs ordo canonicus refloruit, arctioris vitæ desiderio succensi, seipsos ad meliorem frugem reformare decreuerunt. Quod testatur idem Paschalis II. in literis Petro Priori, & eius fratribus in Ecclesia S. Mariæ in Portu regularem vitam professis in hunc modũ scribens: *Quia igitur vos, ô filij in Christo dilectissimi, per diuinam gratiam inspirati mores vestros regulari vitæ disciplina coercere, & communium sanctorum Patrum institutionem omnino velle deseruire proposuistis, nos votis vestris paternum fauorem adhibemus.* Verum quod viderent S. Augustini regulam, sub qua militabant, nõ ita specificè cuncta ad canonicam vitam instituendã opportuna, & vt aiunt, in particulari distinguere, quod et iam ante illos aduerterant Patres in Cõcilio Cabilonensi congregati cap. 53. suorum decessorum, nec inuenientes aliquem, qui clericis in eum commorantibus sufficientem regulam singularum rerum gerendarum, normam totius vitæ canonicæ continentem præscripsisset, quẽadmodum in regula magni Patriarchæ Benedicti continetur, in eam deuenerunt sententiam, vt quasdam constitutiones, siue statuta ex autoritatibus diuinæ scripturæ, sacrorum Conciliorum, & dictis SS. Patrum vti flores seligerent, in vnum conflarent, & illas tanquam exactam canonicæ vitæ regulam prius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Apostolicæ & illius Præsidi examinãdas, corrigendas, & probandas offerrent, probatas vero inuiolabiliter obseruarent. Quorum votis Deus exalto fauit, nam libello compilato tribus partibus distincto, etiam Paschali II. Pontifici oblato, ipse Pontifex non solum librum sua autoritate laudatum probauit, & efficaciter obseruandum iniunxit, verùm etiam Deus miraculo easdem constitutiones confirmauit. Nam cum B. Vbaldus Eugubinus tunc cathedralis sanctorum Mariani & Iacobi Prior vitam regularem in eadem Ecclesia collapsam reparaturus, ad cœnobium Portuense contendisset: ibique nonnullos menses commoratus, vt illorum vitæ instituta disceret, cum ipsis constitutionibus Portuensibus ad propria reuerteretur, ac illas casu in nemore, vbi paulisper quieuerat, ex obliuione reliquisset, & post illius è loco discessum maximus imber ceciderisset, recordatus verò se librum sub dio imbribus expositum reliquisse, cum maxima anxietate animi ad locum fuisset reuersus, librum iuxta viã in terra circum circa imbribus madefacta prorsus illæsum, & intactum inuenit. Hæ illæ sunt cõstitutiones, quas nonnulli per imperitiam Regulam Damianam vocant, alij verò, quod viderint illas à Paschali II. probatas, ab eodem Pontifice pro reformatione canonicorum regularium editas affirmant. Hæ inquam illæ sunt constitutiones, quas Innocentius II. canonicis Rhenanis apud Bononiam seruandas tradidit anno 1136. circa quas, & circa illorum autorem, quoniam vidi nonnullos grauiter deceptos, fortasse, quia illas non viderunt, priusquam de ipsa congregatione disseram, duos errores, alterum circa ipsas constitutiones, alterum circa illarum autorem retegere, & refutare necessarium existimaui.

II.

NAm quod attinet ad autorem, fuit communis error multorum, autorem istarum constitutionum fuisse beatum Petrum Damiani Rauennatem, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalẽ, & Episcopum Ostiensem. Quæ sententia tribuitur à nonnullis Danti Aligero Poëtæ præclaro, qui vixit circa annum 1320. & Francisco Petrarchæ, qui vixit anno 1350 propter nonnulla, quæ illi de Petro Damiani, & de monasterio Portuensi in littore Adriatico scribunt, primus quidem in libro, seu cantico de Paradiso: secundus verò in tractatu de vita solitaria. Verum isti autores non dicunt, Petrum Damiani edidisse librum constitutionum, imò nec fuisse canonicum Portuensem, sed solum quod fuit apud illud monasteriũ in littore Adriatico, quod facere potuit absque eo, quod librum illum scriberet, aut etiã canonicum institutum ibi sumeret. Eandem sententiam docet Volaterranus lib. 21. Antropologiæ, Autor supplementi chronicorum in vltima editione Venetica anni 1506. lib. 14. sub anno 1407. Augustinus noster Ticinensis, Ioannes Trullus, & alij: quanquam non eodem modo illam explicent, nam quidam animaduertentes, beatum Petrum Damiani monachum fuisse, siue eremitam Ordinis Camaldulensis, & loci fontis Auellanæ, aiunt, illum post assumptionem ad Cardinalatum se ex licentia à Romano Pontifice habita

Cardinalatu,& Episcopatu abdicato, in Portuēse monasterium recepisse, & ibi cum canonicis vixisse,cisq; constitutiones à Paschali II.probatas tradidisse,ita autor Supplementi, & Augustinus Ticinensis.Alij verò fatentur,illum ante Cardinalatum clericum canonicum dicti monasterij fuisse,& post abdicatum à se Cardinalatum, ad idem cœnobium reuersum,ita Volaterranus.Alij tandem contendunt,B.Petrum Damiani adolescentem Portuense cœnobium ingressum habitum canonicorum regularium suscepisse, & canonicam institutionem amplexatum:postea verò arctioris vitę desiderio ad Camaldulenses monachos transisse,& in monasterio fontis Auellanæ solitariam vitam egisse : deinde à Stephano Nono comperta illius vitæ sanctitate, ad Cardinalatum euectum,quo sub Nicolao II.à se abdicato,iterum ad solitudinem fontis Auellanæ reuersus est, vbi degens à canonicis Portuensibus rogatus regulam scripsit,quam Paschalis II.cōfirmandam misit. Ita Iosephus Mozzagruguus in volumine nuper edito de rebus gestis canonicorum regularium lib.1.fol.59.& 60.& lib.8. fol.9. & 10.vbi dicit,hanc sententiam nemini posteriorum Historicorum hactenus fuisse tam bene notam,puto voluisse dicere,anteriorum.Addit etiā, B.Petrum Damiani fuisse electum Episcopum Ostiensem ab Alexandro II.lib.1.fol.60.pag.2.& tamen se abdicasse ab Episcopatu,& Cardinalatu sub Nicolao II. fol.61.pag.1. quæ vtrum cohæreant,intelligent facile,qui viderint, non Nicolaum Alexandro,sed Alexandrum ipsi Nicolao in Pontificatu successisse.

III. Hæc tamen sententia cuiuscunq; sit autoris, & quoquo modo explicetur,est error manifestus in Historia:nam Petrus autor Constitutionum Portuensium,quæ à Paschali II.fuerunt confirmatæ,nō fuit Petrus Damiani Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, sed Petrus de Honestis ciuis Rauēnas,Sacerdos,& Prior ipsius monasterij,qui etiam Ecclesia,quæ in hodiernam diē cernitur ædificata,sancto fine quieuit,in eadem Ecclesia cū Epitaphio illius sepulchro inscripto tumulatus.& vt omittā,quæ de hac re pro illius monachatu multa congerit Constantinus Cajetanus in præambulis:ad libros eiusdem B.Petri Damiani Romæ editos, & quæ de vtroq; Petro scribit Hieronymus Rubeus lib.5.historiæ Rauennatēsis,B.Petrum Damiani Constitutionum Portuēsium autorem minimè fuisse.sed nec esse potuisse,conuincitur ex tempore confirmationis earūdem constitutionum.nam Petrus dictarum constitutionū autor in viuis agebat anno 1115.vt patet ex literis Paschalis Papæ II. eodem anno, 3. Nonas Iulij directis eidem Petro Priore, & eius fratribus in Ecclesia B.Mariæ in Portu regularē vitam professis,quibus illorum constitutionem, siue reformationē autoritate Apostolica firmauit, & illos sub protectione eiusdem Sedis Apostolicæ recepit,viuebat etiam anno 1118. quo anno idem Paschalis cōstitutiones ab illo transmissas firmauit:nam Paschalem eas constitutiones anno 1118.firmasse,ac probasse,constat ex literis confirmationis,quarum exemplum est:

IV. *Paschalis Episcopus,seruus seruorum Dei,dilectis filijs apud Ecclesiam beatæ Mariæ in Portu Rauennati Exarchatus regulariter conuersantibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Hanc institutionem canonicæ regulam tam ex sanctorum Patrum autoritate, quàm religiosorum virorum exemplis,& moram honestate conceptam nos perspectam Deo autore suscipimus, & autoritate Sedis Apostolicæ confirmamus, vobis per Dei gratiam efficaciter obseruandam inungimus : in quorum sequi vestigia denouistis in terris, eorum alternare consortium positis in cœlis. Datum Transfiguratione 12.Calend.Ianuarij indict.10.* Scilicet an 1118.nam anno 1115.currebat indictio septima, vt patet ex data alterius primilegij facti eidem Petro P. 10o1,& canonicis Portuensibus eodem anno 1115 proxime memorato. Vixisse verò eo anno quendam Petrum Priorem Portuensem, & autorem dictarū constitutionum, apparet, tum ex epistola ipsius Petri ad Paschalem II. quæ in illarum fronte adhibetur,quæque talis est.

Paschali Dei nutu summæ, & Apostolicæ Sedis Episcopo Petrus Peccator clericus cum confratribus suis in Christo salutem,& omnem obedientiam. Cum vestræ Beatitudinis Petri vicem in Ecclesia gerere gratia diuina contulerit,non irrationabiliter credimus, quamq; in Ecclesiis statuuntur vbilibet facienda,vestræ autoritatis iudicijs pro iusto,vel reprobari, vel confirmari debere. Quapropter hanc canonicæ institutionis normam ex pluribus,vt in sequenti patebit,collectam,& præsentis temporis fragilitate discretionē statutam.Maiestati vestræ præsentandam mandauimus,vt eam perspectam, & vbi opportunum fuerit, emendatam , huius Apostolicæ Sedis autoritate firmatam , atque susceptam obseruemus.de cætero vestræ præceptione roborandam. Rogat deinde. Apparet tum etiam ex Epitaphio,quod eiusdem Petri sepulchro inscriptum in eadē Ecclesia Portuensi in hanc vsq; diem cernitur,quod tale est.

Hic situs est Petrus Peccans cognomine dictus,
Cui dedit hanc aulā meritorū condere Christus.
Anno milleno centeno debita solui,
In decimoque nono defunctus corpore dormit.
Quarto Kal.Aprilis.

V. Porro B.Petrum Damiani Cardinalem,& Episcopum Ostiensem non vsq; ad annū 1115. vitam produxisse,sed neque nisi miraculo producere potuisse,apparet in primis ex ijs,quæ diffusius obitu scribit Baronius tom.11.sub an. 1072. quo anno illius obitum contigisse,verissimè affirmat:& quanquam nonnulli eius vitam vsque ad annum 1080.producant,nullus tamen illū Gregorij Septimi Pontificatū excessisse affirmat. apparet etiam ex eo,quoniā ipse B. Petrus Damiani grandæuus,& prouectæ ætatis,canitiesq; perfusus

a Ste-

a Stephano IX.Cardinalis est creatus,vt habes ex illius epistola ad Nicolaum II.Stephani Successorem,quæ est in ordine nona in primo libro epistolarum Petri Damiani,in qua illum orat, vt tanquam militi Veterano, & emerito mancipio ad quiescendum,siue ad solitudinē deposita Paschali solicitudine,remeare permittat. Obijt verò Nicolaus II anno 1060. vt notum est,si autem tunc B.Petrus Damiani senex erat,& miles emeritus,ac Veteranus,quomodo potuit vsq; ad annum 1115.suam ætatem produxisse?

Addo Petrum Portuensem clericum inter clericos Portuenses vsq; ad obitum vixisse, & inter suos clericos in monasterio Portuensi sepultū in Ecclesia à se ædificata. vt ex epistola liminari ipsorum Constitutionū,& ex illius Epitaphio habetur; Verum B. Petrus Damiani non clericus inter clericos,neque in monasterio Portuēsi, sed monachus inter monachos apud Fauentinā Ciuitatem in monasterio Camaldulensium corporaliter fuisse,& ibidē tumulatus,de qua re multis agit Baronius loco citato,& Constantinus Caietanus in præambulis ad libros Petri Damiani.

Quod autem de suo cerebro comminiscitur Iosephus Mozzagrugnus autorē dictarum Constitutionum non ex eodem Collegio Portuensi radicis,sed monachum alterius Collegij à clericis tamen Portuensibus exoratum , planè indicat, hanc autorem ipsas Constitutiones non legisse, multò minus ipsam autoris epistolam ad Paschalem II.quam ille vocat epistolam liminarem.Vidisset namque Petrum Peccatorem , qui earum autor extitit,confratrem, & canonicū dicti monasterij fuisse,quando illas Constitutiones scribebat.& Paschali Pontifici mittebat,vt illa verba epistolæ:*Petrus Peccator clericus cum confratribus suis in Christo salutem.* & illa,quæ habentur in Prologo librorum. *Diuini cultus amore tui vnum collecti fratres sumus,cœnobium nobiscum diligenter inquirentes,qua Sanctorum Patrum &c.* & illa in eodem prologo:*Hec frugula nobis tum pro capcu,& vitatu vestro &c.capitula statuere.* & alia id genus plurima,quæ legi possunt in tribus illis libris , apertissime indicant,quibus ostenditur , illas constitutiones non tam ab ipso Petro Priore , quàm à toto conuentu canonicorum fuisse compilatas.

VI. Vt igitur autor dictarum Constitutionum Portuensiū non Petrus Damiani,sed venerabilis,& B.Petrus Rauennas clericus , & sacerdos ex familia de Honestis vocata , qui voto nuncupato monasterium in Portu Adriatico ingressus, illud instaurauit,& Eccl. siam,quæ nunc visitur, ex bonis paternis ædificauit, quique multo tempore in eodem monasterio cum religiosissimè vixisset,illudque rexisset, non sine opinione sanctitatis ad præmia in cœlis capessenda migrauit anno 1119.4.Kal.Iulij. Quæ verò causæ supra citatos autores in errorē traxerat , vt pro Petro Portuensi Priore Petrū Damiani acceperint, sequē-

à Stephano IX. Cardinalis est creatus, vt habes ex illius epistola ad Nicolaum II. Stephani Successorem, quæ est in ordine nona in primo libro epistolarum Petri Damiani, in qua illum orat, vt tanquam militi Veterano, & emerito mancipio ad quiescendum, siue ad solitudinẽ deposita Paschali sollicitudine, remeare permittat. Obijt verò Nicolaus II anno 1060 vt notum est, si autem tunc B. Petrus Damiani senex erat, & miles emeritus, ac Veteranus, quomodo potuit vsq; ad annum 1119. suam ætatem produxisse?

Addo Petrum Portuensem clericum inter clericos Portuenses vsq; ad obitum vixisse, & inter suos clericos in monasterio Portuensi sepultũ in Ecclesia à se ædificata, vt ex epistola liminari ipsorum Constitutionũ, & ex illius Epitaphio habetur. Verum B. Petrus Damiani non clericus inter clericos, neque in monasterio Portuẽsi, sed monachus inter monachos apud Fauentinã Ciuitatem in monasterio Camaldulensium corpore solutus est, & ibidẽ tumulatus, de qua re multis agit Baronius loco citato, & Constantinus Caietanus in præambulis ad libros Petri Damiani.

Quod autem de suo cerebro comminiscitur Iosephus Mozzagrugnus autoré dictarum Constitutionum non ex eodem Collegio Portuensi fuisse, sed monachum alterius Collegij à clericis tamen Portuensibus exoratum, planè indicat, hunc autorem ipsas Constitutiones non legisse, multòminus ipsam autoris epistolam ad Paschalem II. quam ille vocat epistolam liminarem. Vidisset namque Petrum Peccatorem, qui earum autor extitit, confratrem, & canonicũ dicti monasterij fuisse, quando illas Constitutiones scribebat, & Paschali Pontifici mittebat, vt illa verba epistolæ: *Petrus Peccator clericus cum confratribus suis in Christo salutem.* & illa, quæ habentur in Prologo librorum. *Diuini cultus amore tu vnum collecti fratres charissimi cæpistis nobiscum diligenter inquirere, virum quis Sanctorum Patrum &c.* & illa in eodem prologo: *Hæc singula nobiscum pro captu, & viribus vestris & capistis statuere.* & alia id genus plurima, quæ legi possunt in tribus illis libris, apertissimè indicant, quibus ostenditur, illas constitutiones non tam ab ipso Petro Priore, quàm à toto conuentu canonicorum fuisse compilatas.

VI. FVit igitur autor dictarum Constitutionum Portuensiũ non Petrus Damiani, sed venerabilis, & B. Petrus Rauennas clericus, & sacerdos ex familia de Honestis vocata, qui voto nuncupato monasterium in Portu Adriatico ingressus, illud instaurauit, & Ecclesiam, quæ nunc visitur, ex bonis paternis ædificauit, quique multo tempore in eodem monasterio cum religiosissimè vixisset, illudque rexisset, non sine opinione sanctitatis ad præmia cœlis capessenda migrauit anno 1119. Kal. Iulij. Quæ verò causæ supra citatos autores in errorẽ traxerat, vt pro Petro Portuensi Priore Petrũ Damiani acceperint, sequẽtes esse arbitror, quarum prima fuit identitas nominum: mos enim fuit vtriq; in suis epistolis, se Petrum Peccatorem scribere, licet alter se monachum semper vocarit, alter clericũ. secunda idẽtitas soli natalitij, quia vterq; ciuis fuit Rauennatensis. tertia quia eodem ferè tempore ambo floruerũt, licet Petrus Damiani ætate maior. quarta quia ambo regulares, licet alter monachus, alter clericus fuerũt. quinta quia B. Petrus Damiani adhuc iuuenis cum vitã Eremiticã iam animo meditaretur, antequam ad solitudinem fontis Auellanæ contenderet, ad Portuense monasterium accessit, periculũ facturus, an genus illud vitæ ferre posset, ibiq; autore Fortunio in Historia ordinis Camaldulensis, in quadam cella propè monasterium quadraginta diebus vitã solitariam egit. Sexta demum, quia B. Petrus Damiani reformationi canonicorum regulariũ summo animi feruore, & conatu incubuit, cui certè ordo canonicus tantũ debet, quantum illorum temporũ nulli magis. Quod autem dicit Baptista Signius lib. 2. propè finem de eodem Petro Portuensi scribens: *Clericus fuit semper, nunquam monachus, primus Portuensis Rector, qui, & ibi ordinem canonicum regulariter instituit: sed nunc pro clerico canonicum, & pro Rectore Priorem volunt.* Omisisset penitus, si legisset in priuilegio Paschalis II ipsum Petrum Priorẽ, & suos clericos canonicos nuncupatos.

VII. CIrca ipsas constitutiones dupliciter erratum est: nam aliqui, quòd legerint. B. Vbaldum regulam canonicam ex monasterio Portuensi acceptam ad propriam ciuitatẽ euexisse. & secundũ illã suos clericos Eugubinos reformasse, eandẽq; regulam diuino miraculo in itinere confirmatã, videntes etiam apud Concilia, & priscos autores nomine regulæ canonicæ B. Augustini regulam passim vsurpari, putant. B. Vbaldum ex cœnobio Portuensi non ipsas constitutiones canonicorũ Portuensium à Paschali recens confirmatas, sed B. Augustini regulam accepisse, & Eugubium attulisse. Ita Ludouicus de Angelis de vita sancti Augustini lib. 6. cap. 7. & Iosephus Mozzagrugnus de rebus gestis canonicorum regularium lib. 1. fol. 47. pag 2. vbi de S. Vbaldo sic dicit: *D. Vbaldus Eugubinum in Ecclesia Eugubina Prioratus curam suscepit ante Episcopatum, vbi postea Episcopus, regulam & ordinem sancti Augustini sumptum ex monasterio Portuensi Rauennatense instituit.* Verùm decipiuntur hi autores, quia regula S. Augustini tunc temporis toti orbi erat notissima, & omnes canonici regulares tunc, & longè antea saltem D. Augustini regulam habebant. & de Ecclesia Lateranensi hoc patet saltem à temporibus Alexandri II. ex priuilegio Anastasij IV. eidem Ecclesiæ Lateranensi facto, in quo ad exemplar Alexandri II. statuit, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & D. Augustini regulam ibi erat institutus, perpetuis temporibus obseruaretur. Idem patet de Ecclesijs Perusina, & Ciuitatis Castellæ, in qui-

bus ab illarum exordijs ordo D. Augustini dicitur institutus. prout habetur in bullis secularizationis dictarum Ecclesiarum,& idem omnino dici debet de ipsa Ecclesia Eugubina.nam illa ante B.Vbaldum erat regularis,vt constat ex vita ipsius S.Vbaldi descripta per B.Theobaldū Episc. eius successorem.quare S.Vbaldus non fuit primus autor ordinis canonicorum regularium D. Augustini in dicta Ecclesia, sed eiusdem ordinis iam labentis reparator:& ita pro sola regula Augustini accipienda ad Portuense monasterium contendere opus nō habuit,quam canonici Eugubini habebant,vel ex Tifernatensibus,aut Perusinis illorum propinquis habere potuissent.neque ob eam causam ad dictum monasterium iuit,sed vt modum viuendi canonicorum Portuensium,ac illorum statuta disceret.quare vt demus.etiam B.Augustini regulam illum forsan ex cœnobio Portuensi sumpsisse: tamen de alia regula sine dubio loquuntur,qui aiunt,illum regulam canonicæ institutionis ex monasterio Portuensi acceptam Eugubium detulisse, nimirum de constitutionibus per Paschalem Pontificem probatis,quæ illæ tandem sunt,quas Deus in itinere miraculo confirmauit. Verùm error leuis est,& excusatione dignus.

VIII Ille verò grauior,& intolerabilis eorum, qui ab oppositio dixerunt, canonicos Portuenses præter constitutiones,quas illi Damianas, seu Petri Damiani vocāt,nullam aliam regulam,nec etiam illam B.Augustini habuisse quem errorem ex Ioanne Baptista Signio acceptum,vt pleraque alia,constanter docet Iosephus Mozzagrugnus lib.1.fol.26.pag.2.& fol.46.2.& fol 48.1.& fol. 60.1.& lib.4.fol.4.2 & lib.8.fol 10.2.vbi dicit, Augustinum Mamphridum ea de re fuisse admonitum,ostenso illi exemplo eiusdem Regulæ Damianæ.in quo legimus, regulam ipsam transmissam fuisse Paschali II. approbandam, & Augustinum Ticinensem eiusmodi regulam vocare constitutiones,pudefactū, canonicos illos, quos facit suos regulam prius nullam habuisse,nec militasse sub Augustino. quam sententiam ita frequenter inculcat,vt vix sit pagina,quæ illam non redoleat. Videtur autem hæc sentētia valdè plausibilis Constantino Caietano in suis Scholijs ad epistolas B.Petri Damiani:nam libro 1.epist.18. ad Alexandrum II.ita notauit: *En quam regulam obseruabant canonici regulares B.Petri Damiani tempore.*& in tabula,siue indice,verbo,Canonici,notans idem scholium, inquit: *Canonicorum regula antiquo tempore, quæ fuerit in Italia.* Verùm hunc errorem non opus est,vt multis confutemus,qui non nisi vel ex crassa ignorantia, vel ex animi liuore ortum habere potuit. primò namque si canonici Portuenses tempore B.Petri Damiani,& longè post nullam aliam regulam præter Damianam habebant, quænam fuit illa regula,quam cū ordine D. Augustini S. Vbaldus ex Monasterio Portuensi acceptam attulit Eugubium vt ipse Mozzagrugnus lib 1.fol.47.pag.2.fatetur?Ordo enim D Augustini,ipsam Augustini regulā supponit, præsertim cum regula, seu constitutiones Portuenses non nisi anno 1118.à Paschali II. fuerint probatæ,S.verò Vbaldus, vel sub Calisto II. vel sub Honorio,quatuor,aut sex annis post illarum confirmationem ad Portuense monasterij contenderit. nam sub Honorio II. Episcopus Eugubinus est consecratus, cum iam antea non solùm Ecclesiam Eugubinam reformasset: verùm etiam Episcopus Perusinus electus fuisset; quam electionem, vt eluderet, profugus per aliquot menses delituit. Præterea si Portuenses sub B.Augustini regula non viuebant, quid est, quod idem autor lib. 4. fol. 3.pag.2.scribit: *Anno Christi 789. Aquis in conuentu Episcoporum congregatum fuit,vt clerici nodum in Episcopali Ecclesia, sed etiam alibi sub Episcopi cura canonice viuant, secundum suam regulam, quæ quidem Augustino erat à Gelasio transportata.* Quod repetit fol. 29.1.& alibi sæpius.& ante illum Ioannes Baptista Signius lib. 2.cap. 8.in principio,quomodo enim collegium Portuense toti Italiæ celeberrimum siue Augustini regula viuebat,quam longè antea canonici omnes regulares ex præcepto Concilij seruabiti

IX Sed quod caput est, & omnem dubitationem excludit,ipsam B. Augustini regulam temporibus canonicorum Portuensium,& B. Petri Damiani non solum fuisse in Italia notissimam, sed ab omnibus canonicis regularibus retentam ostendunt in primis Ecclesia Lateranēsis sub Alexandro II.reformata ex canonicis S. Frigidiani cum Ecclesia sanctæ Crucis in Ierusalem, in qua Lateranensi,ac etiam S. Crucis cum ordo canonicus secundum Deum,& B.Augustini regulam ab eodem Alexandro dicatur institutus,siue potius restitutus,iam habes, Ecclesiam S. Frigidiani cum Lateranensi,& S.Crucis sub B Augustini regula tunc degisse.Idem dicendum de Perusina & Tifernatensi,quas sub B. Augustini regula constitutas Bullæ secularizationis earumdem Ecclesiarum indicant. Deinde ipsam Ecclesiam Portuensem sub B Augustini regula institutam,nō obstrant literæ Innocentij II.pro canonicis Portuensibus legato Romandiolæ directæ anno 1139. in quibus illos canonicos vocat ordinis S. Augustini,& quod caput est,ipse Innocentius II.qui ab Vrbano II.Cardinalis fuerat creatus, quoq; confirmationi constitutionum Portuensium post Paschalem Papā penultimus subscripsit, in quodam Concilio Romano mille Episcoporum anno 1139 celebrato tanquam rem notissimā supponit,omnes canonicos regulares ante sua tempora sub B.Augustini regula vixisse: nam in eo Concilio cap.9.ita scribit: *Prauæ autem consuetudinis, prout accepimus,& detestabilis inolenit, quod & monachi,& regulares canonici post suscepturn habitum, & professionem factam,spretâ Beatorum Magistrorum*

Beato-

Benedicti,& Augustini regula,leges temporalis,& Monachorum gratia lucri temporalis addiscunt, & c.26.ex quo accepit Gratianus textum cap. Perniciosam 8 quæ 2.improbantur à Concilio omnes pertinaces Regulares,quæ non secundum aliquam ex tribus Regulis approbatis D.Basilij, D.Benedicti,& D.Augustini viuerent, & inter recensendos professiones dictarum Regularum numerantur monachi. & canonici regulares. vt videas, supposuisse illud Concilium sine vlla prorsus exceptione, omnes iam canonicos regulares non solum in Italia, sed in toto mundo sub B.Augustini regula viuere consueuisse, vt mirum sit de tam pijssimo,& doctissimo scholio illo Caietani *decretales quæ iam regulam ab antiquo tempore canonici regulares obseruabant in Italia tempore B. Petri Damiani*. Et multò magis mirandum,dixisse Iosephum Mozzagrugnum lib 8.fol.10.pag.2. hanc regulam Ticinensem vbique Constitutiones appellari,pudefactum,quod ex illius proœmio eliciatur, ac etiam ex epistola superliminari, canonicos illos,quos faciunt suos,regulam prius nullam habuisse,nec militasse sub Augustino,vndecunes, & ex quibus verbis elicitur ex epistola superliminari,vel ex proœmio dictarum constitutionum ante Petrum Damiani canonicos illos nullam regulam habuisse, vel sub D Augustino non militasse? nam in epistola Petri Portuensis Paschali II.cum constitutionibus transmissa, nullo prorsus Regulæ mentio sub formalibus verbis habetur:nec dicitur,an illi aliam regulam habeant,vel non habeant,vel an sub Augustino militarent,vel non militarent. In proœmio verò vocantur illæ Constitutiones,Regula canonicæ institutionis.sed vbi infertur, vel per quam illationem deducitur illos canonicos Regulam B. Augustini non habuisse,aut sub Augustino non militasse? Ego enim neque in proœmio, neque in toto corpore hoc videre potui. At autor,& etiam Paschalis in epistola confirmationis vocant eam regulam.sed quid tum? nonne omnes Constitutiones siue statuta, siue decreta,quæ olim à Summis Pontificibus, velà Concilijs, vel à familijs pro disciplina regulari statuenda, vel reparanda decernebantur,Regulæ dicebantur? Videantur de hac re Pontificale Romanum, Anastasius, & Platina in Innocentium I.Concilium Aquisgranū,& Moguntinum sub Ludouico Pio celebrata, item in cap.Regula 3.d. Sed quid moror, cum ipse autor lib.1.fol.33.pag 2. sui oblitus scribat, Paschalem II.fecisse constitutiones,quæ sunt Ratisponæ,in monasterio Portuensi. Paschalis enim II nullas Constitutiones pro canonicis regularibus Portuensibus fecit, nisi quod constitutiones ab illis factas sua auctoritate firmauit, & lib.1.fol. 19.pag.2. dicit, nomine Regulæ olim intelligi consueuisse quidquid, vel à superioribus, vel ab ipsis Congregationibus communiter obseruandum fuerat.Habuerūt igitur canonici Por-

Benedicti, & Augustini regula, leges temporalis, & Meliorem gratia lucri temporalia addiscunt, & c. 26. ex quo accepit Gratianus textum cap. Pernicioſam 8. quæſt. 2. improbantur à Concilio omnes perſonæ Regulares, quæ non ſecundum aliquam ex ſtrictis Regulis approbatis D. Baſilij, D. Benedicti, & D. Auguſtini viuerent, & inter recenſendos profeſſores dictarum Regularum numerantur monachi, & canonici regulares, vt videas, ſuppoſuiſſe illud Concilium ſine vlla prorſus exceptione, omnes iam canonicos regulares non ſolum in Italia, ſed in toto mundo ſub B. Auguſtini regula viuere conſueuiſſe, vt mirum ſit de Ivoldiſſimo, & doctiſſimo ſcholio illo Caietani docentis: *ea quam regulam ab antiquo tempore canonici regulares obſeruabant in Italia tempore B. Petri Damiani.* Et multò magis mirandum, dixiſſe Ioſephum Morzagrugnum lib. 8. fol. 10. pag. 2. hanc regulam Tiemenſem vbique Conſtitutiones appellare, vnde factum, quod ex illius procemio eliciuidatur, ac etiam ex epiſtola ſuperliminari, canonicos illos, quos faciunt ſuos, regulam prius nullam habuiſſe, nec militaſſe ſub Auguſtino. vnde enim, & ex quibus verbis elicitur ex epiſtola ſuperliminari, vel ex procemio dictarum conſtitutionum ante Petrum Damiani canonicos illos nullam regulam habuiſſe, vel ſub D. Auguſtino non militaſſe? nam in epiſtola Petri Portuenſis Paſchali II. cum conſtitutionibus tranſmiſſa, nullo prorſus Regulæ mentio ſub formalibus verbis habetur: nec dicitur, an illi altam regulam haberent, vel non haberent, vel an ſub Auguſtino militarent, vel non militarent. In procemio verò vocantur illæ Conſtitutiones, Regula canonicæ inſtitutionis. ſed vbi infertur, vel per quam illationem deducitur illos canonicos Regulam B. Auguſtini non habuiſſe, aut ſub Auguſtino non militaſſe? Ego enim neque in procemio, neque in toto corpore hoc videre potui. At autor, & etiam Paſchalis in epiſtola confirmationis vocant eam regulam. ſed quid tum? nonne omnes Conſtitutiones ſiue ſtatuta, ſiue decreta, quæ olim à Summis Pontificibus, vel à Concilijs, vel à familijs pro diſciplina regulari ſtatuenda, vel reparanda decernebantur, Regulæ dicebantur? Videantur de hac re Pontificale Romanum, Anaſtaſius, & Platina in Innocentium I. Concilium Aquiſgranenſe, & Moguntinum ſub Ludouico Pio celebrata, ritus in cap. Regula 3. d. Sed quid moror, cum ipſe autor lib. 2. fol. 33. pag. 1. ſui oblitus ſcribat, Paſchalem II. feciſſe conſtitutiones, quæ ſunt Rauennæ, in monaſterio Portuenſi. Paſchalis enim II. nullas Conſtitutiones pro canonicis regularibus Portuenſibus fecit, niſi quod conſtitutiones ab illis factas ſua autoritate firmauit, & lib. 1. fol. 30. pag. 2. dicit, nomine Regulæ olim intelligi conſuetudinem quidquid, vel à ſuperioribus, vel ab ipſis Congregationibus communiter obſeruandum ſtatuebatur. Habuerũt igitur canonici Portuenſes regulam B. Auguſtini, habuerunt Conſtitutiones à Paſchali probatas, & tam illæ, quàm iſta, regulæ dici poterant, & meritò dicebantur: At illa prima per Antonomaſiam regula canonica dici conſueuit, illæ verò ad differentiam Prioris regulæ, conſtitutiones, ſiue ſtatuta ſunt nuncupatæ, ſicut etiam appellantur in ipſo procemio ſæpe allegato.

X. POſt ſupradictam reformationem, & conſtitutiones à Paſchali Papa confirmatas cœpit bonus odor religioſæ conuerſationis canonicorum Portuenſium mirum in modum dilatari. vnde & factum eſt in primis, vt religioſi viri quamplures illuc accurrentes, ſeſe canonicis Portuenſibus in diſciplina regulari inſtituendos traderẽt, ac ſubinde ipſimet Canonici alijs Eccleſijs, & monaſterijs eis oblatis extra proprios limites numero familiarium ampliari cœperint, & dilatari, & in congregationem multorum Collegiorum propagari, cuius congregationis monaſteria, quæ ex authenticis ſcripturis colligere potui, fuerunt iſta:

Primum monaſterium ipſum Portuẽſe B. Virgini Dei Genitrici ſacrum, ante B. Petri Damiani tempora fundatum, quod erat caput totius congregationis, de quo dicemus in noſtra congregatione Lateranenſi, cui per ſedem Apoſtolicam ſunt vnitum.

Secundum S. Mariæ Charitatis Venetiarum, quod Marcus Iulianus clericus fundauit ſub Caliſto II. & Summo Pontifici obtulit, vt per canonicos Portuenſes regeretur, de quo dictum eſt ſupra cap. 24. eidem noſtræ congregationi vnitum.

Tertium Prioratus S. Margaritæ in Epiſcopatu Ferrarienſi, cuius Eccleſiam anno 1120. monaſterio Portuenſi donauit Gualterius Archiepiſcopus Rauennatenſis ex regulari canonico. *Eandem verò Eccleſiam pradijs attributu dotauerunt Guilelmus Bulgari filius, etuxg, vxor Adeleſia anno 1123. 4. idus Octobru, & prodote templi D. Margaritæ Caſtellare dederunt, in quo adificatum ipſum templum eſt ita, vt tunc videbatur, ſeſtu & Euripis ciuibus, quæ ſunt omnia in agro Ferrarienſi. Hu tabulu teſtes adſcribuntur Fulco Marchio, Petrus Canu, Salinguerra, Petrus Contrarius, Vgutio, Iſnardus Vgutionu filius.* Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Rauennat. lib. 5. ſub anno 1120. & 1123. Hoc monaſterium eſt etiam nunc membrum cœnobij Portuenſis, ſed canonicis deſtitutum, habet vnum Priorem cum ſocio.

Quartum S. Mariæ de Vado Ferrariæ, quod circa annum 1135. poſtulante eodem Waltero Archiepiſcopo, monaſterio Portuenſi donauit Landulphus Epiſcopus Ferrarienſis, conuentu in eo conſtituto canonicorum ſub Martino Priore, qui canonici multis ſeculis illud tenuerunt, ac demum eo ſponte derelicto, introducti ſunt Canonici S. Saluatoris Bononienſis, qui nunc illud tenent. vide quæ diximus ſupra cap. 22.

Quintum S. Crucis intra Cesennam, quod cũ esset Xenodochium cum Ecclesia pro illius commodo, & vsu illius confratres pia deuotione obtulerunt monasterio Portuensi ea lege, vt conuẽtus canonicorum ibidem erigeretur. Donationẽ probauit Innocentius II. suo priuilegio emanato 2. idus Aprilis 1139. confirmauerunt Cœlestinus II. & Innocentius IV. vt dicemus in congregatione Lateranensi, cui nunc est vnitum.

Sextum S. Bartholomæi foris Mantuã, quod fuisse monasterium, & membrum dictæ congregationis Portuensis, constat ex dismembratione illius à monasterio Portuensi facta per Eugeniũ IV. anno 1438. de qua, & de eodem monasterio lib. sequenti in congregatione Lateranensi, cuius est membrum, dicemus.

Septimum S. Augustini in Episcopatu Foroliuiensi sub titulo Prioratus, quod fuisse monasterium dictæ congregationis constat publico instrumento Rauennæ anno 1461. rogato die 20. Nouemb. per Andream, quondam Antonij de Baldinetis notarium Rauennatensem. monasterium vetustissimum sed canonicis destitutũ præter vnum Priorem, & socium, qui Prior Abbati Portuensi est subiectus.

Octauum S. Mariæ de Stradella apud Fauentiam, cuius in eodem instrumento proximè narrato mentio habetur. Verùm nunc dirutum, bona illius à Communitate Fauẽtina occupata graues lites inter ciuitatem, & canonicos Portuenses excitauerunt.

XI. ILlud etiam non omittendum, præter supradicta monasteria, quæ omnia Priori Portuensi tanquam capiti, & generali subdebantur, eam olim extitisse probitatis, & sanctę conuersationis canonicorum regularium Portuensium opinionem, vt etiam alij canonici aliorum cœnobiorũ, & congregationum prouinciæ Rauennatensis ad Portuense monasterium, & ad generale Capitulum imibi celebrandum quotannis conuenirẽt. Constat ex actis cuiusdam generalis capituli antiquissimi paulo post constitutiones à Paschali confirmatas ibi celebrati, in quo sequentes editæ sunt constitutiones, quæ in libro vetusto post ipsas constitutiones confirmatas charactere item antiquo sunt adnotatæ, qui liber in eodem Portuensi cœnobio adseruatur.

STATVTA CVIVSDAM CAPITVLI Generalis canonicorum regularium prouinciæ Rauennatensis apud S. Mariam in portu Rauennæ celebrati.

STatuimus, vt omni anno semel Prælati congregationum nostræ professionis simul ad communem vtilitatem ordinis, & regulæ nostræ prouidendam, apud S. Mariam in Portu conueniant, & quæcunque causa alicuius congregationis emerserint, vel emendandæ apparuerint sic per omnes fratres aliarum congregationum, ac si per proprium Episcopum determinentur, vel emendentur: & si quid communi consilio statutum tunc fuerit, tanquam quæ in propria habentur regula, firmiter teneantur.

Vt nulli clerico vel laico professo aliquid proprium de suis, vel de Ecclesia rebus habere concedatur.

Vt nullus professus clericus, vel laicus alicui medicamenta tribuat, nisi propriis fratribus, cum Priori placuerit, non negamus. Artifices autem Ecclesiæ si extraneis laborauerint, non aliis operari permittantur, nisi in eisdem propriis iuxta Ecclesiam positis, & si prælatorum eorum aliquid dono, vel pretio collatum fuerit, non ipsis, sed camerario tribuatur. Cementarijs tamen non negamus, cum Priori placuerit, & fratribus, extraneis Ecclesiæ, vel Pontibus, aut hospitalibus laborare. Verumtamen si aliquid pro ipso labore oblatum fuerit, non eis, sed vt prædictum est, camerario tribuatur.

De Mulierum autem accessu in officinas clericorum, vel claustro, & de priuatu earundem quæcunque inde consilyi, quæ in regula continentur, firmiter omnibus teneri statuimus. De accessu verò extraneorum clericorum, vel laicorum in claustro, & priuatu earundem consilyis, secundum regulam nostram itidem obseruari volumus.

Vt propria domus ad pauperum susceptionem statuatur, quibus reliquiæ ciborum fratrum tam clericorum, quàm laicorum, & quæ pro defunctis fratribus in mensa apponuntur, & decimæ omnium eorum, quæ in coquina pro communi præparantur cibo, fideliter dentur.

Vt nullus clericus, siue laicus, sine communi fratrum consilio, & probatione susceptatur, & nisi primum omnia, quæ de rapinis, vel furtu, vsuris, aut cautionibus, aut aliquid alio modo pro posse restituat, minimè recipiatur.

Vt Ecclesiarum bona si diripiantur, vel ab aliquo iniustè detineantur, per vim non repetantur.

Vt si quis fratrum per Priorem, & suos proprios fratres emendari nequiuerit, ad aliquam aliam eiusdem professionis congregationem propij Prioris, & fratrum voluntate ad corrigendum mittatur.

Vt qui ad Ecclesiam venerit, & se, & sua, vel sua tantum, dono tradiderit, si postea pœnituerit, nec ipse absoluatur, nec quæ sponte dono obtulit, exrediantur.

Vt nullus canonicus clericus, vel laicus professus audeat ad nuptias, vel alicui pro aliqua terra, aut pro mortuorum ciuitatum, vel Castrorũ ædificatione, aut reparatione aditiorum facere, vel inculatoribus, nisi victum, aliquid dare.

Vt nullus canonicus clericus, vel laicus professus patres, aut comminatres præsumat acquirere.

Vt nullus Prælatus propriam audeat habere cameram, aut clauem, sed in dormitorio semper, cum domi est, cum fratribus dormiat, nec quemquam seruientem ad discalceandum, aut spoliandum, nisi forsi cum infirmatur, habere præsumat, & in refectorio semper cum propriis prandeat fratribus, nisi aliquoties forsitan gratia aduenientium clericorum aliter fieri oporteat, videlicet vel cum magnæ sint personæ, vel cum sine earum scandalo vitari non potest.

Quæ.

Quandocunque aliu̇s congregationes aliarum fratrũ alterius congregationis nostræ professionis obtulerint fuerint, agentur pro eo vigilie in nouem lectionibus, & propria missæ vsque in septimum, etusque nouum, & propriam orationem, & ordinem, & congregationis in propria ecclesia matricula, & in anniuersario semper pro illo fient lectiones, & Missa fiat.

XII. FLoruerunt in hac congregatione multi viri sanctitate insignes, ac in primis ipse Petrus Prior, & superdictæ reformationis autor præclarus, cuius virtus in operibus pietatis spiritualibus, & corporalibus, vsque ad vitæ exitum profecta perfectissimum emicuit. nam quod ad spiritualia attinet, ordinauerat hic beatus, & pius Pater, cum monasterij Prioratum ageret, vt canonici sui quotidianis Dominicis frequenter recitarent, & frequenti Domino tributa dum committerent. contigit verò illis diebus quosdam peregrinos ire versus Occidentem, qui dum quadam die per vallem profundissimam montibus clausam ambularent, procedentes audierunt quasdam voces humanas fortiter clamantes, & dicentes, peregrini retrorsum reuertimini, quia iter erratis, sed aperiet vsque ad tale biuium, & in dextera via vestra est, nec vnus ex ipsis exclamauit, rogo per Deũ, reuocate nobis, qui estis, & respondentes dixerunt, animæ sumus mortuorum, quæ habemus locum hunc pro Purgatorio de putatum: sed quia cum hominibus nobis Angelis, scimus vos de partibus Romandiolæ venire, rogamus, vt in reditu vestro in patriam, gratias immortales agatis nomine nostro Patri Priori sanctiss. S. Mariæ in Portu extra Rauennam, significãtes ei, quod fructus illorum psalmorum, qui à canonicis illius monasterij dicuntur, nobis Dominus pro sua misericordia tribuit, & quotidie aliqui ex nobis ad cœlum euolat. illi autem ad iter suum properantes redierunt in patriam reuersi, & euntes ad prædictum monasterium, omnia per ordinem Priori narrauerunt: qui vocata canonicorum congregatione monuit, in psalmorum lectione feruentius insistendum, omnibus Domino gratias agẽtibus, qui tribuit vnicuique iuxta opera sua. Similiter de operibus misericordiæ corporalibus, cum quidam dicit in morbũ decidisse, ex quo & mortuus est, mortem instante, petijt sibi dari piscem. qui Lamprela Italicè dicitur, quam statim coctam manducare Patri obtulit, & vt sumeret, hortabatur. Dominus autem Iesus Christus veniens, vt animam seruisui in cœlum assumeret, etiam in exitu mundi exemplum nostri tentauit. nam dum prædicti porrigitur, vt comedat, illicò campanula portam monasterij crebris ictibus pulsatur, quod audiens S. Pater, curre, inquit ministro, vesperum est, & infirmum præ foribus inuenies, cui ait, importunè strepitas? At ille, Pater reuerende mei pauperis, & senis, & infirmi, cui misericordiam habes, tibi eleemosyna panis, &

vinitri
sed or
moria
redijs
at ille
differ
explic
senem
nam p
audie
me vl
paupe
ret, pa
emigr
form
se. Qu
& ing
Nouã

PO
die
Vbald
hæc re
illius i
taneus
tu Ra
pertex
institu
sanctit
nicorũ
veritat
visu, &
nomini
cu om
mandã
regula
notè c
nes B.

Se
Eccle
Episc
nimo
an. 113
mo ann
senex o
structa
plum in
u propa
nensium
doctorũ
nia, Nic
pta, &
complu
sese eun
legitur
propè C
Portuen
progress
canonic
sueuera

Quandocunque alicuius congregationis aliquis frater obierit, congregationi nostræ professionis obitus nuntiatus fuerit, agentur pro eo vigilia in nouem lectionibus, & propria missa vsque in septimum, eiusque nomen proprium, & ordinis, & congregationis in propria scribatur matricula, & in anniuersario semper pro illo tres lectiones, & Missa fiat.

XII. FLoruerunt in hac congregatione multi viri sanctitate insignes, ac in primis ipse Petrus Prior, & supradictæ reformationis autor præcipuus, cuius virtus in operibus pietatis spiritualibus, & corporalibus, vsque ad vitæ exitum probata, potissimum emicuit. nam quod ad spiritualia attinet, ordinauerat hic beatus, & pius Pater, cum monasterij Prioratum ageret, vt canonici sui psalmos Dauidicos frequenter recitarent, & frequentium Domino tribuendum committerent. contigit verò illis diebus quosdam peregrinos ire versus Occidentem, qui dum quadam die per vallem profundissimam montibus clausam ambularent, procedentes audierunt quasdam voces humanas fortiter clamantes, & dicentes, peregrini rectorsum reuertimini, quia iter erraſtis, sed abire vsque ad tale bivium, & in dextera via vestra est. tunc vnus ex ipsis exclamauit, rogo per Deũ, vt dicatis nobis, qui estis, & respondentes dixerunt, animæ sumus mortuorum, quæ habemus locum hunc pro Purgatorio deputatum: sed quia reuertentibus nobis Angelis, scimus vos de partibus Romandiolæ venire, rogamus, vt in reditu vestro in patriam, gratias immortales agatis nomine nostro Patri Priori sanctiſs. S. Mariæ in Porta extra Rauennam, significãtes ei, quod fructus illorum psalmorum, qui à canonicis illius monasterij dicuntur, nobis Dominus pro sua misericordia tribuit, & quotidie aliqui ex nobis ad cœlum euolant. illi autem ad iter suum properantes postmodum in patriam reuersi, & euntes ad prædictum monasterium, omnia per ordinem Priori narrauerunt: qui vocata canonicorum congregatione monuit, in psalmorum lectione feruentius insistendum, omnibus Domino gratias agẽtibus, qui tribuit vnicuique iuxta opera sua. Similiter de operibus misericordiæ corporalibus, cum quidam die in morbũ decidisset, ex quo & mortuus est, morte instante, petijt sibi dari piscem. qui Lampreda talis dicitur, quam statim coctam minister Patri obtulit, & vt sumeret, hortabatur. Dominus autem Iesus Christus veniens, vt animam serui sui in cœlum assumeret, etiam in extremis ad exemplum nostri tentauit. nam dum piscis illi porrigitur, vt comedat, illicò campanula ad portam monasterij crebris ictibus pulsatur, quod audiens S. Pater, curre, inquit ministro, vocitet, & vide, quid sit. ille ad portam accurrens, pauperem senem, & infirmum præ foribus inuenit, cur ait, importunè strepitas? At ille, Pater miserere mei pauperis, & senis, & infirmi. cui minister, patientiam habe, tibi eleemosyna panis, & vini tribuetur. Verùm ille, panem, & vinum nolo, sed oro, vt detur mihi vna lampreda, alioquin moriar. Quod audiens, stomachatus ad Patrem redijt, cui Pater, quidnam hoc est fili indica mihi? at ille subridens comede, inquit, Pater, postea edisseram. Nequaquam inquit, sed magis negotiũ explica: At minister, pauperem ad portam reperi, senem, & infirmum, dicentem se nolle eleemosynam panis, nec vini, sed vnam lampredam, quod audiens Pater, vide ait fili, Dominus Iesus est, qui me vsque ad extremum vitæ probare vult, defer pauperi piscem, cumque minister iuisset, vt daret, pauperem non inuenit, & ad Patrem rediens emigrasse reperit. nec dubium cum Christo, qui formam serui acceperat, eum in cœlum ascendisse. Quæres toti congregationi admirationi fuit, & ingens attulit gaudium. Ex Ioanne Philippo Nouariensi in Chronicis lib. 7. cap. 11 & 12.

XIII. POtest quoque iure merito inter canonicos dictæ congregationis Portuensis recenseri S. Vbaldus Episcopus Eugubinus, de quo inter alia hæc refert, qui eius vitam scribit B. Theobaldus illius in Sede Episcopali primus successor, & coætaneus. *Postmodum verò ad Ecclesiam B. Mariæ in Portu Rauennæ canonicorum regularium Lateranensium perrexit, vbi satis honestè apostolicæ seruabatur regula institutionis, & splendor in omnibus fulgebat totius sanctitatis. ubi ergo tribus mensibus sub disciplina canonicorum illorum regulariter vixit: quatenus discipulus veritatis factus, sine errore postea doceret, quod primum visu, & auditu veraciter didicisset. scriptam itaque canonici ordinis regulam rediens attulit, eamque canonicis omnibus proponens, diuino comitatus adiutorio, seruandam imunxit, factumque vt ex illo tempore cuncti regulariter viuerent, & canonicum ordinem omnes deuotè custodirent.* Hæc Theobaldus, cui cæteri omnes B. Vbaldi vitam describentes consentiunt.

Sed & B. Aldebrandus primùm Ariminensis Ecclesiæ Præpositus, postea Forosempronensis Episcopus inter canonicos Portuenses à Hieronimo Rubeo lib. 5. Historiæ Rauennatensis sub an. 1119. hisce conceptis verbis recensetur: *Proximo anno, qui fuit à partu Virginis 1119. Petrus Pœnator senex obyit 4. Kal. April. Rauennæ in Portuensi ab se extructo cœnobio, ibique ad lauam ingredientibus templum iuxta sacram turrim sepultus est. Ab eo plurimum propagatus est ordo, qui nunc Canonicorum Lateranensium vocatur, egregium certè bonorum hominum, ac doctorum seminarium. illius leges à Rhenensibus Bononiæ, Nicolaensibus in Pisano, à multisque præterea acceptæ, & seruatæ sunt, cum interea confluerent vndique complures ad Portuense cœnobium, tu disciplinamque sese eius canonicis traderent. In iis fuisse Aldebrandus legitur, qui in oppido Sorbetulo è Bobio, seu Galliata propè Cesennam natus, & in Grammatica eruditus in Portuense cœnobium, vt maiores in literis, ac pietate progressus faceret, se contulit. Cum autem Ariminenses canonici Præposito destituti, peterent, vt fieri ab illo cõsueuerat, ex eorum conuentu aliquem ipsis idoneum*

profici, qui virtute præstaret, Alabrandum obtinuerunt, quidende Foroſempronienſium Epiſcopatum adeptus, Calend. Maij decedens in Diuorum numerum relatus eſt. Hæc ille.

Nec dubium, alios quamplures viros doctrina, & ſanctitate conſpicuos in eadem congregatione olim extitiſſe, & ex illa ad dignitates Epiſcopales, & alias euectos, etſi illorum catalogus cum bona parte veterum ſcripturarum perierit. nam & monaſterium ipſum ſæpius vaſtatum, igni combuſtum, illius bona commendata, à laicis occupata, & rapinis expoſita, vt mirum non ſit, ſcripturas combuſtas, ſed mirum vel vnum lapidem ſuper lapidem inueniri. Tandem anno 1367. monaſterium ipſum Portuenſe reperio clericis ſecularibus commendatum, manentibus tamen in eodem nonnullis canonicis, in quo ſtatu vſq; ad annum 1420 permanſit: quo tempore noſtræ congregationi reformandum conceſſum eſt, cui cum cæteris dictæ congr. monaſterijs, vno vel altero excepto, nunc etiam eſt vnitum. monaſterio Portuenſi complura priuilegia Paſchalis II. Innocentius II. Cœleſtinus II. Adrianus IV. Vrbanus III. Innocentius III. & Alexander IV. conceſſerunt, de quibus libro ſequenti fuſius dicemus.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

De Congregatione S. Mariæ ad Rhenum prope Ciuitatem Bononiam.

I. INter vetuſtas canonicorum congregationes iure, ac meritò eſt numeranda congregatio S. Mariæ ad flumen Rhenum prope ciuitatẽ Bononiam, cuius caput extitit ipſum monaſterium S Mariæ in ripa fluminis Rheni tertio circiter ab vrbe milliario ædificatum, de cuius prima fundatione variè ſentiunt ſcribentes. Nam Cherubinus in hiſtoria Bononienſi, ac cum illo Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus, anno 1083. fundatum aiunt. Verùm cum ſcribat Ioſephus Mozzagrugnus lib. 4. fol. 9. pag. 2. primum Priorem dicti monaſterij fuiſſe Guidonem, ad quem Innocentij II. literæ, & aliorum Pontificum ibi relatæ dirigũtur, cumque idem Guido vſque ad annum 1169. in Prioratu perſeuerauerit, vt apparet ex literis Alexandri III. ad eundem Guidonem Priorem, & illius canonicos datis Beneuenti 18. Calend. Iunij anno Chriſti 1169. & ab eodem Ioſepho Mozzagrugno eodem lib. 4. fol 11. pag. 2. relatis, vnum ex duobus dicendum videtur, aut monaſterium Rhenanum non anno 1083. ſed aliquot poſt annis fundatum: aut certè nondum eo tempore conuentum canonicorum ſub Priore degentium habuiſſe, cum credibile non ſit, primũ illum Priorem tot annis in regimine monaſterij nimirum ab anno 1083. aut demus etiã vſque ad annum 1169. durauiſſe. Quidquid autẽ ſit de prima illius fundatione, hoc certum, non ante annum circiter 1136. aliquam eius mentionem haberi ex literis Pontificum, nec de aliquo priuilegio ante illud tempus eidem monaſterio facto conſtare. Cæterùm ab illo anno cœpit monaſterium Rhenanum à Romanis Pontificibus, & Archiepiſcopis Rauennatenſibus, nec non etiam Epiſcopis Bononienſibus, & alijs viris religioſis. & pijs attributione priuilegiorum, immunitatum, & temporalium bonorum augeri & locupletari, nam in primis ipſe Innocentius II. anno 1136. conſtitutionum canonicorum Portuenſium per Paſchalem II. confirmatas, quarum confirmationi ipſe tunc Cardinalis Gregorius Diaconus tituli S. Angeli nuncupatus ſubſcripſit, eiſdem canonicis Rhenanis ſeruandas ſua autoritate tradidit, & priuilegio Apoſtolicæ ſedis muniuit, vt ordo canonicus ſecundum Deũ, & B. Aug. regulam ibidẽ inſtitutus &c. & vt bona, quæ tũc poſſidebãt, vel in futurum adepti eſſent, firma illis manerent. Priuilegium datum eſt Piſis an. 1136. 6. Cal. Sept. eodẽ quoq; an. 1136. eandem Eccleſiã Rhenanam ſuis priuilegijs primitus munierunt Gualtherius Archiep. Rauennaten. & Henricus Epiſcopus Bononien. vt patet ex forma priuilegiorum, quæ refert Mozzagrugnus eod. lib. 4. fol. 8. & ſeqq.

Et ex tunc canonici Rhenani bono Chriſti odore plurimum circunquaque flagrantes cœperunt numero familiarum augeri: nam illos ſequentes Eccleſias olim tenuiſſe, ex priuilegijs monaſterio Rhenano factis, manifeſtè liquet, etſi non ſatis conſtet, an omnes fuerint Canuentuales. fuerunt autem

Prima ipſa Eccleſia B. Mariæ ad Rhenũ, quæ caput erat totius cõgregationis, cuius Priori cæteri aliarũ Eccleſiarum Priores ſubijciebantur, de qua dictum eſt ſupra cap. 23.

Secunda S. Saluatoris Bononienſis, quam circa annum 1136. cum antea eſſet parochialis, ijdem canonici Rhenani loco hoſpitij primum acceperunt, poſtea verò ſtatim inſtauratam, in collegiatam erexerunt. ea nunc caput eſt congregationis, quæ ab illa S. Saluatoris Bononienſis congregat. nuncupatur.

Tertia S. Andreæ in Turricella.

Quarta S. Domnini iuxta Bagnum.

Quinta S. Mariæ in Raticola.

Sexta S. Iacobi loci eaſe Dei nuncupati, quarum Eccleſiarum meminit Eugenius III. in quodam priuilegio conceſſo Guidoni Priori, & canonicis Rhenanis 3. idus Maij anno 1150.

Septima S. Potentianæ in Vrbe Roma, quam

xata dispositionem Guidonis S.R.E. presbyteri Cardinalis tituli Pastoris nuncupati Adrianus IV. eidem Ecclesiæ Rhenanæ cōcessit anno 1155. xvj. Calend. Aprilis statuens, vt ordo canonicus secundum Deum, & B. Augustini Regulam in ea constitueretur, & perpetuis futuris temporibus seruaretur.

Octaua S. Praxedis in eadem Vrbe Roma, quam Alexander III in suo priuilegio dato anno 1177. x. Calend. Februarij testatur, ab Anastasio IV. eisdem canonicis Rhenanis concessam, & vt puto, cum eadem clausula, vt ordo canonicus secundum Deum, & B. Augustini Regulam in eadem institueretur, & obseruaretur. quam concessionem idē Alexander sua autoritate cōfirmauit.

II. HVic congregationi priuilegia complura cōcesserunt Romani Pontifices, ac etiam Imperatores, quorum meminerunt Basilius Sirenus noster in lib. Indultorū congregationis Lateranensis, Ioannis Baptistæ Signius lib. 2. de Ortu, & Statu canonicorum regularium, & Iosephus Mozzagrugnus lib. 4. proximè citato.

Habuit etiam hæc congregatio multos viros præclaros, qui non solùm ad dignitatem Episcopalem, verùm etiam ad Cardinalatum, & Summū Pontificatum ascenderunt, si vera de illis scribūt Petrus Michaelis Venetus canonicus S. Saluatoris Bononiensis, & ex illo Ioannes Baptista Signius lib. 2. cap. 8. & 9. & supra cap. 6. & Iosephus Mozzagrugnus, qui Signium transcripsit lib. 4. fol. 19. & alibi quippe quod illos suos, aut se de illa antiquis canonicis Rhenanis esse affirment. Verum omnes ab eis in dictis locis numeratos inter canonicos Rhenanos recensere non audeo primò, quia video illos in dictis canonicis monasterio Rhenano adscribendis fundamento dubio, & incerto niti, quod quantum ex illorum verbis conijcio, duplex est, alterum est Caltendarium quoddam in antiquo monasterio Rhenano repertum, in quo singulorum canonicorum nomina ex hac vita migrantium describi consueuerant: alterum verò Annales antiqui dictæ congregationis, quos in Bibliotheca monasterij S. Saluatoris Bononiæ adseruari fatetur Ioannes Baptista Signius lib. 2. cap. 6. & alibi non semel: nam quod attinet ad Calendarium, non omnes in eo descriptos ex Rhenana congregatione canonicos fuisse, sed ex alijs etiam congregationibus eiusdem professionis, habes ex vltimo decreto Generalis Capituli apud monasterium Portuense celebrati, cuius autoritate iussum est illud Calendarium confici, ac in illo nomina singulorum canonicorum defunctorum cuiushibet congregationis, eiusdem tamen professionis describi: quòd Calendarium non solùm apud Rhenanos sed etiam apud nostros Portuenses, & Bononienses S. Victoris, & S. Ioānis in monte habebatur, & nunc etiā forsan habetur, vt testātur canonici nostri fide digni, qui illud viderunt. Pariter, quod spectat ad Annales, in illis multos errores palpabiles contineri, statim ostendemus.

Deinde ijdē autores alio fundamento falso nitūtur, omnes canonicos regulares olim Bononię aut etiā Romæ existentes ex congreg. Rhenanorū extitisse, quemadmodum illa Io. Baptistæ Signij lib. 2. c. 8. in princ. & Mozzagregni verba indicant. *Testatur frater Petrus Michaelis Venetus concanonicus noster in Commentarijs suis, se legisse, sexdecim canonicos de Rheno ipso ad Cardinalatus honorem assumptos. Nec sanè mirum, inquit, cum ipsa Lateranēsis Ecclesia, & omnes Ecclesiæ titulares Cardinalium regerentur per hos tum canonicos, qui omnes Regulam tam vulgatam D. Patris Augustini à Concilio præsertim Moguntino citra, de quo diximus, imitandam susceperunt.* quæ verba vel de sola identitate Ordinis, nō autem eiusdē congregationis intelligi volunt, vel de identitate canonicorum eiusdem congreg. Rhenanæ. Et si in primo sensu loquantur, verissimè dicunt: sed contra seipsos loquūtur, qui cōtra alios digladiantur, B. Guarinum, & Luciū II. & alios quosdam inter Lateranenses canonicos recensentes. præter quod ex huiusmodi identitate intentum probare non possunt, quod nimirū ex monasterio Rhenano sexdecim Canonici ad Cardinalatus honorē fuerint assumpti: quia Lateranensis Ecclesia, & oēs altæ titulares Cardinalium per eosdem tunc regulares canonicos regerentur. Esto enim essent eiusdem Ordinis, nō tamē erant eiusdē monasterij Rhenani: neq; eiusdē congr. Rhenanæ, quæ quatuor, vel quinq; Collegia non excedebat. Præter quòd falsò etiā aiūt, Cardinales titulares S. Praxedis, & S. Potentianæ ex canonicis regularibus promoueri solitos: nam de solis titularibus S. Crucis in Ierusalē & S. Mariæ Nouæ, quæ erant Ecclesiæ congregationis S. Frigdiani, siue Lateranensis, Romani Pontifices id caucrunt, vt supra cap. 16. notatum.

III. DEmum, quæ de Romanis Pontificibus Innocentio II. Lucio II. Innocentio III. necnō de S. Guarino Episcopo Prænestino, & S. R. Ecclesiæ Cardinali ijdem autores ex illorum Annalibus Saluatorienſibus comminiscuntur, eos monasterij Rhenani canonicos fuisse, valdè dubia, aut etiam manifestè falsa videntur. nam in primis, quod aiunt de Innocentio II. *Anno 1136. Innocentius II. Romanus antea vocatus D. Gregorius Canonicus Regularis, & reformator eiusdem canonici ordinis in monasterio Rhenensi, vbi & canonicum habitum suscepit, ac S. Potentianæ de Vrbe vnitis sub Adriano IV. vt in Bulla præfati Pontificis sub datum Romæ apud sanctum Petrum 6. Calend. Aprilis 1154. dum esset Bononiæ causa studij, ad summum apicem ascendit Pontificiæ dignitatis, sedit que annis 13. mensibus 7. diebus 8. vt in Calendario Rhenano antiquo legitur. commendatur ibidem eius obitus anno Dominicæ Incarnationis 1143. Sui vero Pontificatus 14. mense Septembri, sepultus est in Laterano in choro apostolica mira opere sculpta.* Quæ sunt verba Signij lib. 2. c. 6. &

Moz-

Mozzagrugni lib.4.fol.23.pag.2. hæc inquam verba multa continent errata. Primùm erratum est, Innocentium II.assumptum ad Pontificatum anno 1136.fuit enim creatus Pontifex anno 1130. vel vt ipsi eius obitum notantes fatentur.sed demus hunc esse errorem Typographi in Signio, debebat tamen illum corrigere Mozzagrugnus. Secundò quod aiût, Innocentium II. reformasse ordinem canonicorum in monasterio sanctæ Potentianæ monasterio Rhenano vnito, magis falsum est;quia ante Adrianum IV. qui Pontifex anno 1155.est renunciatus,ordo canonicorum regularium in dicta Ecclesia non fuit restitutus patet ex literis eiusdem Adriani IV. Guidoni Priori,& eius fratribus directis, datis apud sanctum Petrum non anno 1154.vt Signius refert,nam eo anno 6.Calendis Aprilis sedebat Anastasius, sed anno sequenti 1155.in quibus Adrianus statuit vt ordo canonicus in dicta Ecclesia S.Pontentianę per dictos canonicos iuxta institutionem illorũ regulæ constituatur ac seruetur. Tertiò, multò magis falsum est,Innocentium II. electum fuisse Pontificem,dum Bononiæ studiorum causa moraretur,in qua falsitate monstranda vtpote omnibus conspicua nolo immorari.Dicetur,illa verba:*Dum esset Bononiæ studiorum causa* non esse coniungenda cum sequentibus:*Ad summum apicem ascendit Pontificiæ dignitatis*. sed cum antecedentibus.*Canonicum habitum suscepit*. Dico verba sic esse disposita, vt cum sequentibus sint construenda,non cum antecedentibus, sed quod cum antecedentibus iungi rectè non possint,ex eo conuincitur,quia primus Prior Rhenanus fuit Guido,qui vixit vsque ad annum 1169. ex supra allegatis. At Innocentius II.ab Vrbano II. ante annum 1110.Cardinalis fuerat creatus,& vt dictum est,ante annum 1136.nulla in literis Pontificijs, vel probatis autoribus de monasterio Rhenano mentio habetur. quare suspicioni euidens locus est, Annales illos Saluatorienses ab aliquo ignaro vel otioso ex turbidis fontibus ad fucum faciendum hausros.Rursus adhuc multo magis falsum est,quod ex eisdẽ Annalibus deducit Mozzagrugnus ibidẽ fol.24.pag.1.dicens. *Mox verò,vt Innocentius II.Frangipanis ex parte Romanorum nobilu,imò de regione Transtyberina,qui à Paschali II. ex canonico regulari fuerat Diaconus Cardinalis creatus. &c.* Nam cum dixerit in verbis immediatè præcedentibus cum suo Signio,illum fuisse ex familia de Paparesijs,quæ nunc de Matthæis vocatur, idque probauerit, tum ex regione Transtyberina,vbi Innocentius II.natus est, quæ fuit etiam regio illorum de Paparesijs,tum ex similitudine, siue identitate stemmatum gentilicorum,quæna cæcitas est,velle illum postea familiæ de Frangipanis adscribere?quasi sint,qui nesciant,an familia de Paparesijs seu de Matthæis, sit eadem cum familia de Frangipanis,vel familia de Frangipanis sit,aut aliquando fuerit de regione Transtyberina.Omitto ex sententia Onuphrij,Ciaconij, Baronij,& omnium de hac re scribentium Innocentium II.non à Paschali II. sed ab Vrbano II. Diaconum Cardinalem fuisse creatum,eundemque non ex monasterio Rhenano,sed ex Lateranensi;quanquam contendat Baronius, non ex monasterio canonicorum, sed monachorum assumptum, quod tamen tunc Laterani nullum extitisse alias probauimus.

PAriter quod de Lucio II. ex eisdem Annalibus Saluatorienſibus scribunt,hunc mendacissimè Onuphrium ex Congregatione S. Frigdiani Canonicum appellasse,cum ex eisdem Annalibus constet illum fuisse canonicum ex monasterio Rhenano,& nunc etiam in agro Bononiensi apud Vergatum sit prædium, nuncupatũ præ Lucij, vulgò il Pra del Luzzo,non vsquequaque certum,& exploratum videtur : imò oppositum est verius. primò quia certum est, Lucium II.ex canonico monasterij Lateranensis immediatè acceptum,& Cardinalem non ab Innocentio II.vt isti Annales somniant, sed à Calisto II. creatum,vt Ciaconius,Onuphrius,vel ab Honorio, vt Baronius ex Codice Vaticano, illum ante ex monasterio Lateranensi acceptum, nec ipse Signius negare audet,sed inquit,Innocentium II. Pontificem creatum statim hunc antea vocatum Gerardum ex Præposito Rhenano vocatum, & secum in Canonica Lateranensi locatum non multò post in Cardinalem tituli S.Crucis assumptisse,quod ad Onuphrium à mendacio tam insigni vindicandum satis esse poterat.Deinde ipse Gerardus Cardinalis S.Crucis cum suam Ecclesiam restituisset,& monasterium instaurasset, ad Pontificatum euectus statuit, vt presbyter Cardinalis titularis illius Ecclesiæ non nisi de gremio congregat.S.Frigdiani assumeretur.quod profectò non statuisset,si ille de congr.Rhenana, non de Frigdiana antea fuisset. Dictum est autem superius,eosdem fuisse canonicos S. Frigdiani,& Lateranen.& S.Crucis,& S.Mariæ Nouæ.Quod autem subiungitur, etiam nunc extare in agro Bononiensi prædium Lucij nuncupatum,vocabularium nimis est,& fortè dicitur illud pratum nõ à Lucio Papa,aut etiam homine eius nominis, sed à pisce,qui vulgo dicitur Luzzo, quod illud pratum ante esset stagnum,vel per illud riuus decurreret,eius generis piscibus abundans, quilia scimus plura esse in agro Bononiensi.

Quod etiam de Innocentio III. ait Mozzagrugnus lib. 4. fol. 28 pag. 2. ignorasse Onuphrium,cuius ordinis esset,falsum est, & indicat illum non legisse librum Onuphrij de septem vrbis Ecclesijs in Lateranensi,& secundum librum de Ecclesia Lateranensi cap.3. Quod autem cum suo Signio subdit, illum S. Potentianæ canonicum fuisse etiamsi verum id esset,Onuphrio nõ contradiceret,qui instituti identitatem, potius quàm loci attẽdit. Sed falsum esse suspicor, quod illum

ilium ex canonico Lateranensi assumptũ scribenter Onuphriũ, Signius de Regno Italiæ ...s sub anno 1198 Ciaconius in Innocentio ...Valerianus lib 21.Ioannes Baptista de Ca... & nouissimè Laërtius Cherubinus in ...ationis in Innocentio III. quibus magis fides ...habenda est,quã Annalibus Saluatorienſibus. ...Innocentium dimis reputandum est,quod de ...S Guarino Cardinali, & Episcopo Præne... et eisdem Annalibus comminiscuntur, il... em ex canonico Rhenano assumptum ad dig... entem Cardinalatus,& Episcopatus Præneſti... Innocentium enim verum est,illum in Ecclesia Catherdali Bononiensi tunc regulari clericum ...sse,deinde vt strictiori sub regula vitam instituerent ad Mortariense monasterium magna tũc ...ritatum fama redolens contendisse, id enim, ...ter quod vetustissima illius monasterij tabu... ...ra asserunt, comprobat electio à Papiensibus ...Guarino in illorum Episcopũ communi... ...ne facta, de qua nullus hæsitat, nec ...Mozzagrugnus, attestantibus vno ore ...Papicnsibus, qui de illius Ecclesiæ Epi... ...scripserunt,nam quomodo tam vnanimi ...in viri conuenissent,non optimè per... ...notissimũ,& probatum? aut quomodo ...sent, vel probatũ habuissent, qui inter eos, ...aliqui illos tunc eram fleteisset, sed nec ab illis ...ue esset?quid etiam opus habuisset ...ea præsertim querere, ad Episcopalẽ digni... ...recidam,si non inter Papienſes,sed a... ...nenſes tempore illius electionis præ... ...esset?

Omitto quæ de Episcopis Bononiẽsibus,præ... ...de Gerardo Gisla ex eisdem Annalibus ...,quos non Rhenanos,sed vel S.Ioannis ...vel S.Victoris canonicos fuisse certò ...sequet.

Hactenus,quàm animo statuerã,prosequi ...,tum propter nonnullos, qui autoritatem ...dictorum Annalium freti, non pauca ...veritatem effundunt, tum ad cuiusdã au... ...impellerã retegendã,& reuincendam, qui ...Guarinum à Canonicis Mortariensibus ad ...transferret,librum Alphonsi Ciaco... ...de summis Pontificibus corrupit,dũ post pa... ...134.sublatis nonnullis paginis autoris,a... ...ibro illarã reposuit.quo fit,vt eiusdẽ libri co... ...& loco ab eodẽ impressore, & sub no... ...nullẽ autoris impressi exemplaria diuersa ...,in quorũ altero B.Guarinus inter ca... ...Mortariẽses,altero inter Rhenanos re... ...atque quã qui figmentũ meditatus est, ...olette,citationem ex Augustino Ticinẽse ...pœnã reliquerit,quæ fraudẽ retexit,cũ ...Ticinensis,ex quo Surius,& ipse Cia... ...Guarinũ nõ inter Rhenanos,sed inter ...ses ponat.quod si rẽ diligenter attẽdas, ...ipsum locis factum reperies,maximè vbi de

Honorio ...nã 359.sub... quo de Ho... Lateranen... nanum fir... tè præcede... *tui de Fogn...*

Tandet... S.Mariæ d... Ducis Mec... S.Potentiæ... num 1418... lerio vltim... & Priore S... defuncto,... rienſi cano... uersi habit... rio XII. inſ... illud in cap...

CAPV... S... *De Co... Cre... num...*

...num Chri... ...sus, & diu... Dei Gene... ...dijs,ac red... laribus reg... ex Præpot... nobilis Me... lijs,qui eid... ex disciplin... gregatione... Collegium ...na,& vitæ i... rint,qui ad ... tios fuerun... hostili inuat... dispendia,... nõ semel fu... thentica me... sam non p... Congregat... & authenti... fuisse olim ... secundum ... ad ipsum m... co singulis

illum ex canonico Lateranensi assumptũ scribunt præter Onuphriũ, Signius de Regno Italiæ lib. 15 sub anno 1198. Ciaconius in Innocentio III. Volaterranus lib. 21. Ioannes Baptista de Cavalleriis, & nouissimè Laërtius Cherubinus in Bullario Innocentio III. quibus magis fides adhibenda est, quã Annalibus Saluatorien sibus.

PArum certitudinis reputandum est, quod de S. Guarino Cardinali, & Episcopo Prænestino ex eisdem Annalibus comminiscuntur, illum ex canonico Rhenano assumptum ad dignitatem Cardinalatus, & Episcopatus Prænestinos contrarium enim verum est, illum in Ecclesia Cathedrali Bononiensi tunc regulari clericum fuisse, deinde vt strictiori sub regula vitam instituerit, ad Mortariense monasterium magna tũ sanctitatis fama redolens contendisse, id enim, præter quod vetustissima illius monasterij tabularia testantur, comprobat electio à Papiensibus facta Guarino in illorum Episcopũ communi consensione factã, de qua nullus hæsitat, nec etiã ipse Mozzagrugnus, attestantibus vno ore historicis Papiensibus, qui de illius Ecclesiæ Episcopis scripserunt, nam quomodo tam vnanimi consensu in virũ conuenissent, non optimè perspectum, notissimũ, & probatum? aut quomodo nouissent, vel probatũ habuissent, qui inter eos, vt aquilos nunquam fletisset, sed nec ab illis aliquando visus fuisset? quid etiam opus habuisset hinc præsidiũ quærere, ad Episcopalẽ dignitatem recusandum, si non inter Papienses, sed apud Bononienses tempore illius electionis præsens fuisset?

Omitto quæ de Episcopis Bononiẽsibus, præsertim de Gerardo Gisla ex eisdem Annalibus effutiunt, quos non Rhenanos, sed vel S. Ioannis in monte, vel S. Victoris canonicos fuisse certò certius liquet.

Hæc longius, quàm animo statuerã, prosequi coactus sum, tum propter nonnullos, qui autoritate prædictorum Annalium freti, non pauca contra veritatem effundunt, tum ad cuiusdã autoris impostura retegendã, & reuincendam, qui vt S. Guarinum à Canonicis Mortariensibus ad Rhenanos transferret, librum Alphonsi Ciacconij de summis Pontificibus corrupit, dũ post pagium 414. subtilis nonnullis paginis autoris, a loco illarã reposuit, quo fit, vt eiusdẽ libri eodẽ anno, & loco ab eodẽ impressore, & sub nomine eiusdẽ autoris impressi exemplaria diuersa habeamus, in quorũ altero B. Guarinus inter canonicos Mortariẽses, altero inter Rhenanos recenseatur, quanquã qui figmentũ meditatus est, Deo volente, citationem ex Augustino Ticinẽse abautore petitã reliquerit, quæ fraudẽ retegit, cũ Augustinus Ticinensis, ex quo Surius, & ipse Ciaconius, B. Guarinũ nõ inter Rhenanos, sed inter Mortariẽses ponat. quod si rẽ diligenter attẽdas, in aliis etiã locis factum reperies, maximè vbi de Honorio II. & de Lucio II. agitur: nam post paginã 359. subducto ternione notato literis Hh, in quo de Honorio II. autor scribit, illum canonicũ Lateranensem fuisse, aliũ reposuit, in quo Rhenanum fingit, non aduertẽs in pagina immediatè præcedenti nu. 358. expresse scriptum: *Lambertus de Fagnano Canonicus Regularis Lateranensis.*

Tandem hæc congregatio euerso monasterio S. Mariæ de Rheno ab exercitu Ioannis Galeatij Ducis Mediolanensiũ, amissis etiam monasterijs S. Potentianæ, & S. Mariæ Nouæ, & alijs circa annum 1418. vel sub anno 1430. in Francisco Ghislerio vltimo eiusdem congregationis canonico, & Priore S. Saluatoris Bononiæ eodẽ anno 1430. defuncto, extincta est, ipso monasterio Saluatorien si canonicis Ambrosianis, siue Ilicetanis diuersi habitus & obseruantiæ, nuper sub Gregorio XII. institutis, per Martinum V. concesso, qui illud in caput suæ ipsorũ cõgregationis erexerũt.

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

De Congregatione S. Mariæ de Crescentiaco iuxta Mediolanum.

IN Mediolanensi agro tertio circiter ab vrbe milliario, in loco, qui Orientem versus Crescentiacum vulgò Crescenzago nuncupatur, existente Oberto Archiepiscopo Mediolanẽsi circa annum Christi 1140. Quidam vir nobilis religiosus, & diues, Ecclesiam in honorem B. Virginis Dei Genetricis ædificauit, quam attributis prædijs, ac redditibus locupletatam, canonicis regularibus regendam obtulit. Primus enim canonicæ Præpositus fuit Domnus Otto de Morbijs nobilis Mediolanensis, sub quo, vt etiam sub alijs, qui eidem in regimine successerunt, canonicæ disciplinæ vigor adeo resplenduit, vt in Congregationem complurium Collegiorum illud Collegium breui excreuerit, ac in eo viri doctrina, & vitæ integritate præclari non pauci floruerint, qui ad gradus Episcopales, ac etiã Cardinalitios fuerunt assumpti. & licet dictum monasteriũ hostili inuasione semel totum flagrauerit, & varia dispendia, & vastationes successibus temporum nõ semel sustinuerit, quibus ferè omnia illius authentica monimenta perierunt, & ob hanc causam non possit integer Catalogus locorũ dictæ Congregationis inueniri: adsunt tamẽ veridicæ & authenticæ scripturæ, ex quibus constat, illud fuisse olim caput non ignobilis Congregationis secundum propria statuta viuentis, cuius Prælati ad ipsum monasterium S. Mariæ de Crescentiaco singulis annis in mense Maij ad celebrandum I.

Generale Capitulum conueniebant. Monasteria prædictæ Congregationis, quæ ex illius ruinis eruere potuimus, hæc fuerunt.

Primum ipsum monasteriũ S. Mariæ de Crescentiaco, cuius Præpositus erat caput totius Congregationis.

II. SEcundum sanctæ Mariæ de Cella prope Ianuam in loco qui dicitur S. Petri de Arena, Huius monasterij Præpositus reperitur fuisse quidam Domnus Simon, antea Præpositus sanctæ Mariæ de Crescentiaco, circa annum 1200. vnde apparet fuisse monasterium satis vetustum. Verùm combusto monasterio de Crescentiaco, & canonicis destituto, soluta congregatione, etiam illud monasterium canonicis paulatim est destitutum, & aliquando per Sedem Apostolicã monasterio S. Benigni de Capite Phari prope Ianuam Ordinis S. Benedicti vnitum, ita namq; in libro taxarum Cameræ Apostolicæ notatum inuenio: *Nota, quod monasterium S. Mariæ de cella extra muros Ianuenses Ordinis S. Augustini valoris centum florenorum vnitur monasterio S. Benigni:* & paulo post additur. *nota, quod monasterium S. Benigni de Capite Phari est incorporatum monasterio S. Hieronymi.* Cæterum cum ipsum monasterium S. Benigni à monasterio S. Hieronymi sit separatum, ac etiam monasterium ipsum S. Mariæ de Cella à monasterio S. Benigni, nescio an dictæ vniones aliquando effectum fuerint sortitæ. Illud monasterium nunc tenẽt Venerab. Eremitæ Augustinenses, qui circa annum 1500. illud obtinuerunt, consentientibus canonicis regularibus, donec in eo regularis vigeret obseruantia, & ea cessante, locus ad ipsos canonicos reuerteretur. Ita Augustinus Ticinensis in Dilucidario par. 2. fol. mihi 31. & par. 3. quæ est de vita S. Augustini titulo 9. in tabula, vbi dicit, extare de hoc instrumenta apertissima, quæ quoniam ego non vidi, apud illum sit fides.

Tertium S. Georgij de Brinate prope Ticinum, in agro tamen Mediolanensi, quod Vrbanus Papa huius nominis III. ex nobili familia de Cribellis in suo allodio paterno fundauit circa annum humanæ salutis 1180. & bona parte paternæ hæreditatis, ac alijs etiam prædijs pecunia emptis, & redditibus plurimis attributis dotauit, & priuilegijs munitum Præposito, & canonicis de Crescentiaco regendum tradidit iuxta institutionem, & regulam dicti illorum monasterij, prout constat ex priuilegio, cuius hic exẽplum pro teste subijcitur:

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Præposito, & fratribus de Crescentiaco salutem & Apostolicam benedictionem. Cum vita præsens nimis sit fragilis, & caduca, ad futurum votiuis vos conuenit de siderijs anhelare, quæ non nouit occasum, & bene merentibus præbet gaudia sempiterna. Sane si ex suscepta administrationis officio tenemur altos ad opera Charitatis inducere, eos nos ipsos bonum præstare debemus exemplis, vt efficacior nostra prædicatio fiat, vtq; à multis fuerit opere comprobata. Ea propter dilecti in Domino filij consideratione supernæ retributionis inducti, Ecclesiam sancti Georgij de Brinate, quæ in allodio nostro paterno fundata est, & omnibus possessionibus destituta, vniuersas possessiones siue à Monachis de Charrona, excepto Fartu, & glarea, siue à Monachis S. Vincentij, aut militibus de Archonate, vel à militibus de Dugnano emimus, sicut in instrumentis factis de his continetur, & possessiones etiam, quas apud locum ipsum de Brinate Germani nostri quietas nobis, & liberas dimiserunt, & possessiones insuper, quas apud Casale comparauimus, sicut in instrumento aut hinc inde continetur, largiente perpetua duximus concedendas, vt eadem Ecclesia sit canonica Regularis.

Statuimus igitur, vt de Collegio Ecclesiæ vestræ sit in ipsa Præpositus, & tantum canonicorum numerus, quantus de facultatibus ipsius Ecclesiæ posit commodè sustẽtari. Et vt in ipsa Ecclesia S. Georgij ordo canonicus secundũ Dei timorem, & B. Augustini regulam, atque institutionem vestram perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, & vt vnus presbyter illius Ecclesiæ ad hoc sit omni tempore specialiter deputatus, vt pro animabus parentum, & domesticorum nostrorum, & pro alijs fidelibus defuncto, necnon etiam pro salute vestra singulis diebus, quibus de generali consuetudine commodè id facere possit, missarum solemnia celebret. Præposito autem præfatæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, decedente, fratres eiusdem Ecclesiæ de seipsis inter eos idoneum repertus fuerit, aut de Collegio fratrum vestrorum sibi Præpositum eligendi liberam habeant facultatem: ita tamen, vt electus à Præposito, quem Ecclesia vestra pro tempore fuerit sicut canonicum est, debeat confirmari. Statuimus etiam, vt eadem Ecclesia S. Georgij de Ordinis obseruantia Ecclesiæ vestræ, sicut filia matri respondeat, eique debitam obedientiam exhibeat, & honorem, & Præpositus Ecclesiæ vestræ in Ecclesia illa correctionem habeat Regularem, statuam, vt fratrum eiusdem Ecclesiæ S. Georgij, si quando defuerint, supplere teneatur aliorum subrogatione defectum. Verum vt fratres illius Ecclesiæ liberius obsequi possint vacare diuino, & regularem ordinem obseruare, ipsos & eorum Ecclesiam ab omni turpi lucri cupidine cohibere, & datis agri plebium auctoritate, qua ducente Domino, præeminemus, eximimus, & absolui grauamine Mediolanensis Ecclesiæ liberam decernimus, & immunem. Itaque prædicto plebibus quibuscunq; iure aliquando sibi in Ecclesia illa vendicare, aut Mediolanensis Ecclesia in ipsa exactionem quam debet exercere minimè liceat, eo dumtaxat excepto, quod Mediolanensi Archiepiscopo annuum libram cerei nomine census in ipsa Ecclesia S. Georgij reseruamus, vt ab ea canonicis ipsius Ecclesiæ oportuna defensionis auxilium in suis necessitatibus impendatur. Si verò Archiepiscopus eandem Ecclesiam contra statutum nostrum malitiosè aliquo tempore molestauerit, extunc eam non solum in alijs, sed etiam in solutione census à possessione ipsius exemptam foro statuimus, & sicut fidelem filiam ad ius, & proprietatem Romanæ Ec-

clesiæ solius iure Ecclesiæ nostræ libere deuoluendam. Germani autem nostri, & eorum hæredibus tam patronatus ipsius Ecclesiæ reseruamus, vt eam in suis Institutionibus defendere teneantur: non tamen vt ex ipsa quidquam sibi debeat vendicare debeant, nisi quod Ecclesiarum suarum, ibidem existentium Ecclesiæ secundum sacros Canones statuta debentur, videlicet vt si quis forte eorum statuta dicebantur, vt delicet vt si quis contumax fratrum eiusdem Ecclesiæ S. Georgij quemlibet transire voluerit, in consortium illorum, qui debebat, nisi vergeret ad inopiam, non ex debito, sed gratia Charitatiua ei secundum facultates Ecclesiæ subsidium conferatur. Vt igitur constitutio nostra quæ inuiolabilem firmitatem obtineat, sub excommunicationis anathemate inhibemus, ne quis eam infringere audeat. vel in aliquo diminuere, sed omnia sicut posita sunt, futuris temporibus obseruentur. Si quis autem huius nostræ Constitutionis paginam temerario ausu infringere præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij 7. Calend. Decembris, Pontificatus anno primo. Hoc monasterium post varios casus cum esset clericis secularibus nec aliquot annos commendatum, nostræ Congregationi fuit vnitũ, sicut lib. sequenti dicemus.

III. VErum S. Mariæ de Cumignago in Nouariensi Episcopatu, cuius reperitur fuisse Præpositus quidam Domnus Ambrosius canonicus monasterij de Crescentiaco, referente Ioanne Philippo nostro in Chronicis lib. 3. cap. 38. quem tamen reprehendit Carolus a Basilica Petri Nouariæ Episcopus in sua Nouaria, quod hoc monasterium ad Verbani ripam prope Bauennũ stare, cũ potius in Vicariatu Burgi Manerij stare, eumdem esse, ibi loci, vbi Comniacũ dicitur, vbi eorum Præpositura canonicorum regularium sub titulo S. Spiritus extitisse vetera quædam monimenta nunc etiam demonstrant. Verũ an eidem esset monasterium, de quo Ioannes Philippus, cũ eo, qui Cominiaci in Vicariatu Burgi Manerij extitisse dignoscitur, mihi incompertũ, minimè quod alterum illorum titulo S. Mariæ, alterum S. Spiritus appellatum inueniatur, quare refringendus est Ioannes Philippus. non solùm quod locum, verùm etiam quoad titulum Ecclesiæ corrigi debet.

Quintum S. Mariæ de Marcelengo, cuius certum locum reperire nõ potui, nisi quod fuit monasterium Congregationis canonicorũ Crescentiaci, & illius Præpositus fuit quidã D. Trogerius cum Præpositus ipsius monasterij de Crescẽtiaco referentibus Ticinensi, & Ioanne Philippo in Chronicis loco proximè citato. qui Ticinensis ait hunc Trogerium sub Lucio II. Præpositurã tenuisse, sed pro Lucio II. Lucius III. reponendus.

Floruit dicta congregatio potissimum circa tempora Vrbani Papæ III. & aliquot annis post, quibus temporibus habuit viros insignes D. Thomam, & D. Albinum S. R. E. Cardinales, Iacobum de Clusiani Præpositum S. Georgij de

Brinate,
quod re
quod cu
litatis er
mis, &
pauperil
cessisset
crymis p
mei Dñ
meis, iuꝛ
lùm in h
seruabat
re, dixit
triticum
cto obe
nit, vt p
set aperi
buit, qu
dem Ti
videntu
congreg
stetisse,
consue
Dem
re solut
Lateran
CAP
De C
R
M
quam di
dine D.
parebit.
sephus M
phridum
canonic
Marco I
gora in I
propaga
slini, sicu
nasterial
mention
deferebã
scapulari
de Bono
element
apud illu
alibi pa

Ecclesia salvo iure Ecclesiæ nostræ libere devolvendam. Hermanno autem nostro, & eorum heredibus tuæ patrocinium in ipsa Ecclesia reservamus, vt eam in suum iustitium defendere curentur: non tamen vt in ipsa quidquam sibi aliud vendicare debeant, nisi quod Ecclesiarum fundatoribus in eisdem Ecclesiis secundum sacrorum Canonum statuta debentur, videlicet vt si quis eorum ad conversionem fratrum eiusdem Ecclesiæ S. Georgij disponendo transire voluerit, in consortium illorum recipi debeat, vel si vergeret ad inopiam, non ex debito, sed ex gratia Charitatiu ei secundum facultates Ecclesiæ subsidium conferatur. Vt igitur constitutio nostra super ijs inviolabilem firmitatem obtineat, sub interminatione anathematis inhibemus, ne quis eam infringere audeat, vel in aliquo diminuere, sed omnia sicut prædicta sunt, futuris temporibus obseruentur. Si quis autem huius nostræ Constitutionis paginam temerare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Veronæ 7. Calend. Decembris. Pontificatus anno primo. Hoc monasterium post varios casus cum esset clericis secularibus per aliquot annos commendatum, nostræ Congregationi fuit vnitũ, sicut lib. sequenti dicemus.

III. Verum S. Mariæ de Cumignago in Nouariensi Episcopatu, cuius reperitur fuisse Præpositus quidam Domnus Ambrosius canonicus monasterij de Crescentiaco, referente Ioanne Philippo nostro in Chronicis lib. 3. cap. 38. quem tamen reprehendit Carolus à Basilica Petri Nouariæ Episcopus in sua Nouaria, quod hoc monasterium ad Verbani ripam prope Bauennũ statuerit, cũ potius in Vicariatu Burgi Manerij statuendum esset, ibi loci, vbi Cominiacũ dicitur, vbi antequam Præposituram canonicorum regularium sub titulo S. Spiritus extitisse vetera quædam monimenta nunc etiam demonstrant. Verũ idem esset monasterium, de quo Ioannes Philippus, cũ eo, qui Cominiaci in Vicariatu Burgi Manerij extitisse dignoscitur, mihi incompertũ, maximè quod alterum illorum titulo S. Mariæ, alterum S. Spiritus appellatum inueniatur, quare si corrigendus est Ioannes Philippus, non solùm quoad locum, verùm etiam quoad titulum Ecclesiæ corrigi debet.

Quintum S. Mariæ de Marcelengo, cuius certum locum reperire nõ potui, nisi quod fuit monasterium Congregationis canonicorũ Crescentiaci, & illius Præpositus fuit quidã D. Trogerius antea Præpositus ipsius monasterij de Crescẽtiano, referentibus Ticinensi, & Ioanne Philippo in Chronica loco proximè citato. qui Ticinensis ait hunc Trogerium sub Lucio II. Præpositum tenuisse, sed pro Lucio II. Lucius III. reponendus.

Floruit dicta congregatio potissimum circa tempora Vrbani Papæ III. & aliquot annis posteà, quibus temporibus habuit viros insignes D. Thomam, & D. Albinum S. R. E. Cardinales, Iacobum de Clusiani Præpositum S. Georgij de Brinate, de quo illud memoria dignum proditur, quod refert Ioannes Philippus noster lib. 7. c. 14. quod cum esset vir magnæ sanctitatis, & liberalitatis erga pauperes, quodã tempore magnæ famis, & sterilitatis omnia, quæ habere poterat, pauperibus distribuebat, vnde cum quadã die accessisset ad eum quidã rusticus pauper, & cum lacrymis procidens ad pedes illius diceret, miserere mei Dñe Præposite, en fame morior cum filijs meis, iussit Procuratori parum frumẽti, quod solùm in horreo pro necessario victu canonicorum seruabatur, pauperi dari, & renuente Procuratore, dixit ei, Vade, spero enim in Domino, quod triticum in horreo præparatum inuenies, qui dicto obediens iuit, & horreum adeo plenum inuenit, vt præ quantitate frumenti ostium non posset aperiri. & alios plures Præpositos insignes habuit, quorum catalogum, licet non integrum, ijdem Ticinensis, & Iacobus Philippus describũt. videntur autem Præpositi monasteriorum dictæ congregationis non perpetui in suis monasterijs stetisse, sed de vno ad aliud monasterium transire consueuisse.

Demum hæc congregatio nescio quo tempore soluta est, duobus illius monasterijs nostræ Lateranensi vnitis.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

De Congregatione Canonicorum Regularium D. Marci apud Mantuam.

EVit etiam in ordine Canonico Congregatio, quæ nostro seculo excidit, quæque à proprio capite S. Marci de Mantua vocabatur, quanquam rectius nouus ordo canonicorũ ab Augustiniano distinctus, quam distincta congregatio canonicorum in ordine D. Augustini vocari posset, vt ex dicẽdis apparebit. De hac Congregatione multa scribit Iosephus Mozzagrugnus post Augustinum Mamphridum, & Ioannem Baptistam Signiũ, nempe canonicos dictæ cõgregationis fuisse de illis à D. Marco Euangelista in Alexandria. & ab Hermagora in Ecclesia Aquileiensi institutis, & ab illis propagatis. fuisse etiã canonicos ordinis S. Augustini, sicut sunt, & fuerunt alij cathedrales, & monasteriales clerici (illi* verbis vtor). Tertio illorũ mentionẽ habitã fuisse ab antiquis. Quarto quod deferebãt scapulare super rochetto ad modum scapularis canonicorum regularium S. Saluatoris de Bononia, & hoc dicere Ioannem Andreæ in clementina prima de electione, & alia plura, quæ apud illum lib. 1. fol. 36. 46. 53. 58. & lib. 3. fol. 33. & alibi passim legi possunt. quæ illius pace volun-

I.

tariè, sine fundamento, & contra veritatem sunt dicta, cum rei veritas sit, dictos canonicos sub Innocentio III. fuisse primitus institutos, non autem ex illis per D. Marcum institutis propagatos, & nullam eorum mentionem apud antiquos autores prorsus habitam, præsertim apud Ioannē Andreæ in dicta clementina prima de electione, sed nec etiam alibi, quantum in omnibus eius libris maximo labore lustratis, videre potui, sed nec etiam in toto corpore iuris Pontificij, nisi semel in quadam additione ad glossam in cap. ex oblle electione in 6.

Vera itaque dictæ congregationis, siue ordinis institutio, & fundatio ex authenticis scripturis in monasterio S. Marci Mantuani labore, & solicitudine R. P. D. Angeli Scarellæ Brixiensis nostræ congregationis canonici prædicatoris, & S. Saluatoris Brixiæ Abbatis, dum esset à sacris confessionibus canonissarum B. Virginis Annūciatæ apud Mantuam, tandem post multam inquisitionem inuentis, & ad me transmissis, hæc est: Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, sedente Cœlestino III. Romano Pontifice, existente Episcopo Ciuitatis Mantuæ Henrico, Venerabilis sacerdos Albertus Spinula aliàs de Formigola vir pius, & religiosus habita potestate à Sede Apostolica erigendi collegium canonicorum regularium secundum ordinem D. Marci, vineam quandā ab Abbate S. Andreæ ad monasterium instituendum obtinuit, propeq; erat sacellum de iure patronatus quorundā nobilium ciuium Mantuanorum, S. Marię in Menticale nuncupatum, cum duobus iugeribus terræ, quæ omnia pro ædificanda Ecclesia, & canonica ab Abbate, ac dictis ciuibus sunt collata: alijs etiam prædijs, & redditibus ab eisdem nobilibus pro victu, & sustentatione canonicorum ibidem instituendorum attributis. quam collationem Cœlestinus III. suo diplomate anno eodem emanato firmauit, quo anno ab Henrico Episcopo de more positus fuit primus lapis fundamentalis Ecclesiæ, & monasterij S. Marci, certis legibus, & conditionibus à donatore fundi adhibitis, quarum vna extitit, vt dicta Ecclesia nulli vnquam Ecclesiæ subijceretur, aut vniretur, sed ipsa esset caput ordinis S. Marci nuncupati, salua tamen obedientia, & reuerentia Episcopi Mantuani, quæ leges per Episcopum Mantuanum, & Sedem Apostolicam fuerunt confirmatæ: exinde cœperūt in dicto loco boni propositi clerici sub canonica institutione congregari, ex quibus fuerūt in primis venerabilis ipse sacerdos Albertus, & nobilis quidam, qui fundum ad Ecclesiam, & monasterium exstruendum fuerat largitus. quibus, quod certam regulam non haberent, idem presbyter Albertus regulam scripsit, quam Innocentius III. anno 1204. sibi oblatam probauit, illisque inuiolabi iter seruandam iniunxit. Quam regulā Honorius III. post Generale Concilium Lateranense iterum examinatam, & correctam confirmauit, & seruandam mandauit. Idem etiam Gregorius IX. Honorij successor egit. quæ habentur ex literis Gregorij IX. quibus eadem Regula à prædictis Romanis Pontificibus examinata, & probata iterum confirmatur. Exemplum literarū est.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Prioribus, & collegijs Ecclesiarum ordinis S. Marci Mantuani tam præsentibus, quam futuris regulam professis in perpetuum. Pia postulatio voluntatem effectum debet prosequente compleri, vt & sacra Religionis vigor succrescat vberius, & deuotionis feruor ad laudabiliter enitescat. Ea propter dilectis in Domino filij, vestris postulationibus inclinati regulam, quam deliberatione prouida statuentes communiter approbastis, à felicis recordationis Innocentio Papa prædecessore nostro vobis fratribus S. Marci dudum roboratam ante Concilium Generale, ac de mandato beatorum Honorij, & Gregorij Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum in quibusdam ad petitionem vestri, secundum quod vobis magis expedire videbamus, correctam, & emendatam, quibusdam postmodum de nostro mandato exinde vobis petentibus dumtaxat ..... additis, & commutatis, vobis & omnibus regulam ipsam profitentibus confirmamus, & præsenti scripti patrocinio communimus. cuius tenorem præsentibus literis inotari fecimus, qui talis est.

II.

Regula.

III.

Quoniam fauente Domino nos Priores, & conuentus Ecclesiarum ordinis S. Marci de Mantua vni Domino seruire, vnique Regi dispositum militare, volentibus nobis sanctorum Patrum imitari vestigia, vnum præcipuè necessarium est, vt omnibus nobis sit vnum, & anima vna in Domino, & cuius mori habemus in domo Domini militante, vt sic peruenire mereamur ad vnam vnam, quam Propheta in triumphata domo Domini postulat possidere. quod quidem vt possimus facilius obtinere, ad honorem Dei, ac virginis gloriosæ, aliorumque sanctorum regulam, canonicam primitus descriptam est, ordinauimus à nobis, nostrisque successoribus secundum voluntatem nostram perpetuum obseruandam. Sequuntur autem capita ipsius regulæ num. 32. Primum de silentio. Secundum de proprietate aliqua non habendā. Tertium de dispensatione ieiuniorum. Quartum de cenatijs infirmorum. Quintum de abstinentia ciborum. Sextum de numero pulmentorum. Septimum de Dormitione meridiana.

Octauū Caput est de vestimentis canonicorū scilicet: *Sufficiant cuilibet clericorum vna cappa, vna cotta lineа, duo scapularia lanea, duæ tunicæ, vnū scapulare pelliceum, siue vna pellis, & vnum pellicеum, siue Ruppa. Vtantur tamen in arbitrio sit, pro ruppa tertiam tunicam fratribus possidere, & nullo vestu pellicо habeatur, nisi ouina, vel agnina mediocriter grossa. Item duæ flamineæ. poterit tamen Prior pro flamineis camisias de panno stupeo crasso concedere, quibus vtā-*

tur exportet. Item duas sumarias, duas calligas lanea, & vnum lineū pro pedibus, quatuor sessanes, & duo tabularia, & duo boa fieri at. & duo pilei lanei, vel saltem. Nonum Caput est de vestimentis Conuersorum, scilicet: Conuersis prædicta sufficiant vestimenta, cottam tamen, & botas non habeant, nisi pro aliqua rationabili causa hoc concedantur alicui à Priore. Singula tamen eorum pro botis par vnum concedatur eis fratribus. Decimum Caput est de qualitate vestimentorum: *Omnia verò lanea indumenta fiant non discoloria, & non tincta. De grossitudine vestimentorum murmurat. nec interdicimus vestimenta de pannulea, lineque contexto &c.* Vndecimum est de concedendis vestibus. Duodecimum de loco & tempore vtendi cottis scilicet: *Non liceat vnicuique nisi in Capitulo, & in Choro in diuinis officijs, & missarum cotta alteria exhibendis.* Decimum quartum de labore canonicorū. Decimum quintum de labore Conuersorum. Decimum quintum de personis non recipiendis in collegijs. Decimum sextum de forma seruanda in factenda professione: *Iubet autem exponatur Capitula Regulæ, quibus debet, & dicatur ei: Ecce Regula, quam tenere debes. Si eu eam seruare, ingredere, si non vis, liber abscede &c.* Sequuntur alia capitula. & præcipitur, vt regula saltem semel in mense coram fratribus legatur.

IV. Extat in superdicto monasterio D. Marci authentica multorum Priuilegiorum Innocentij III. Honorij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Alexandri IV. Gregorij X. & aliorum, quibus hic ordo D. Marci communitus multis collegijs tū canonicorum, tum etiam canonissarum Mantuæ, Veronæ, Vincentiæ, Patauij, Venetijs, Parmæ, Regij, Cremonæ, & alijs Ciuitatibus Lombardiæ, ac etiam Romandiolæ fuerat propagatus, & dilatatus, ex quibus quæ ad meam notitiam deuenerunt, hæc erant.

Primum monasterium ipsum Diui Marci apud Mantuam anno 1194. inchoatum, & anno 1201. vt redetur, absolutum, vel saltem in formā monasterij redactum, vt colligi potest ex quodā instrumento concordiæ initæ inter Abbatem S. Andreæ & presbyterum Albertum dicti monasterij fundatorem rogato anno 1201. indictione quarta in claustro monasterij S. Andreæ per Gerardinum publicum notarium Mantuanum.

Secundum sancti Viti in Suburbio S. Georgij, quod habebat vnicum aliud collegium canonissarum eiusdem ordinis. Illud monasterium cum ad duos canonicos sub Priore, & duas canonissas esset redactum, anno 1459. Pio II. Pontifice, ad instantiam Illustrissimæ Dominæ Barbaræ Mantuæ Marchionissæ iubente, ex certis causis exactis canonicis, & canonissis, per nostros Lateranenses fuit reformatum, qui nunc illud tenent.

Tertium S. Mariæ de Credato nuncupatum in eadem ciuitate Mantuæ.

Quartum S. Matthæi foris portam dictæ ciui-

rie expedire. Item duo femoralia, duas caligas lanea, & cingatur linea fide pedulibus, quatuor scussones, & duo subulares, & duabus filer at e. & duo pilei lanei, vel pelles. Nonum Caput est de vestimentis Conuersorum, scilicet: *Conuersis predicta sufficiant vestimenta, cotanı tamen, & botas non habeant, nisi pro aliqua rationabili causa bota concedantur alicui à Priore. Singulis tamen eorum pro botis par vnum concedatur vtpellarum.* Decimum Caput est de qualitate vestimentorum: *Omnia verò lanea indumenta sint naturalis coloris, & non tincta. De grossitudine vestimentibus murmuret. nec interdicimus vestimenta de panno lena, linoque contexto &c.* Vndecimum est de concedendis vestibus. Duodecimum de loco & tempore vtendi cottis scilicet: *Non liceat cuiquam, nisi in Capitulo, & in Choro in diuinis officijs, & malisquæ circa altaria exhibendis.* Decimum tertium de labore canonicorū. Decimum quartum de labore Conuersorum. Decimum quintum de personis non recipiendis in collegijs. Decimum sextum de forma seruanda in facienda professione: *Volueat ut exponantur Capitula Regulæ, quæ seruare debet, & dicatur ei: Ecce Regula, quam tenere debes. Si vis eam seruare, ingredere, si non vis, liber discede &c.* Sequuntur alia capitula, & præcipitur, vt regula saltem semel in mense coram fratribus legatur.

IV. EXÆt in supradicto monasterio D. Marci authentica multorum Priuilegiorum Innocēt. III. Honorij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Alexandri IV. Gregorij X. & aliorum, quibus hic ordo D. Marci communitus multis collegijs tū canonicorum, tum etiam canonissarum Mantuæ, Veronæ, Vincentiæ, Patauij, Venetijs, Parmæ, Regij, Cremonæ, & alijs Ciuitatibus Lombardiæ, ac etiam Romandiolæ fuerat propagatus, & dilatatus, ex quibus quæ ad meam notitiam deuenerunt, hæc erant.

Primum monasterium ipsum Diui Marci apud Mantuam anno 1194. inchoatum, & anno 1201. vt videtur, absolutum, vel saltem in formā monasterij redactum, vt colligi potest ex quodā instrumento concordiæ initæ inter Abbatem S. Andreæ & presbyterum Albertum dicti monasterij fundatorem rogato anno 1201. indictione quarta in claustro monasterij S. Andreæ per Grascendium publicum notarium Mantuanum.

Secundum sancti Viti in Suburbio S. Georgij, quod habebat vnitum aliud collegium canonissarum eiusdem ordinis. Istud monasterium cum ad duos canonicos sub Priore, & duas canonissas esset redactum, anno 1459. Pio II. Pontifice, ad instantiam Illustrissimæ Dominæ Barbaræ Mantuæ Marchionissę iubente, ex certis causis exactis canonicis, & canonissis, per nostros Lateranenses fuit reformatum, qui nunc illud tenent.

Tertium S. Mariæ de Credato nuncupatum in eadem ciuitate Mantuæ.

Quartum S. Matthæi foris portam dictæ ciuitatis Ceratorum appellatam.

Quintum S. Spiritus eiusdem ciuitatis, quod potius erat hospitium ad Generale Capitulum in eadem ciuitate congregandum ædificatum.

Sextum S. Leonardi in Monte Donico apud Veronam, quod canonicis destitutum, & multo ære alieno obpignoratū ad instantiā Ciuium Veronensium sub Gregorio XII. anno 1407. per nostros fuit reformatum, & in Abbatiam erectū.

Septimum S. Spiritus in ciuitate Veronæ, cuius in literis Honorij III. Prioribus S. Marci, & S. Spiritus Veronæ, & quibusdam alijs dicti ordinis directis mentio habetur, datæ sunt literæ anno 1218. vnde colligitur istud de primis dicti ordinis monasterijs extitisse.

Octauum S. Mariæ Castri Icerini Diœcesis Veronensis, quod in earundem literarum Honorij III. inuenitur notatum.

Nonum Domus Religionis ciuitatis Parmæ, de qua in titulo earumdem literarum Honorij III. similiter mentio habetur.

Decimum S. Perpetuæ ciuitatis Fauentiæ, cuius eædem literæ meminerunt.

Vndecimum S. Eusebij de Serratico Vicentinæ Diœcesis, in eisdem literis memoratum.

Duodecimum S. Bartholomæi in ciuitatis Vicentinæ suburbio, quod cum esset destitutum, & commendatum, anno 1443. Eugenius III. nostris cōcessit, quod postea in Abbatiā fuit erectū.

Decimum tertium S. Mariæ de Pane in Sacco Vicentinæ Diœcesis, quod antea eidem Prioratui S. Bartholomæi vnitum Eugenius IV. cum dicto Prioratu nostris tribuit, constat ex literis vnionis.

Decimum quartum de Nesso nuncupatum in Episcopatu Patauino, meminit Syluester Maurolicus in dicta Congregatione D. Marci pagina trigesima sexta.

Decimum quintum S. Antonij castri Corneliani in Episcopatu Cenetensi, quod videtur habuisse coniunctum aliud collegium canonissarum dicti ordinis, quod nostrę congregationi est vnitum per Sixtum IV. anno 1479.

Decimum sextum S. Marci in ciuitate Regij Lepidi, quod tenuerunt canonici dicti ordinis vsque ad annum circiter 1497. quo anno defuncto illius Priore, qui solus in dicto monasterio ex eodem ordine superstes erat, illud canonicis S. Saluatoris Bononiensis fuit vnitum, Prædictus Prior pro recuperando monasterio Viti contra congregationem nostram litem attentauit, ex Actis, quæ in Archiuo Romano legi.

Decimum septimum S. Pelagiæ prope Cremonam, cuius fuit Prior Marcus Hieronymus Vida, qui postea ad nostros transiens, tandem Albæ Episcopus obijt, Poeta inter Latinos cum primis clarus.

Decimum octauum, In ciuitate Venetiarum, cuius tamen titulū habere non potui, in qua ctiā

erat collegium canonissarũ dicti Ordinis, quod S. Mariæ de Virginibus dicebatur. Nec dubium alia plura dicti ordinis tam canonissarum, quàm canonicorum collegia extitisse, quorum nomina cum illis exciderunt.

V. POtro circa dictam congregationem animaduertendum, illam à nobis inter congregationes Ordinis D. Augustini numeratam, nõ quòd eius canonici ab illorum institutione fuerint sub D. Augustini Regula, vel à canonicis antiquis Augustinianis, vel à D. Marco descendentibus primitus instituti: sed quia secundum institutionem antiquorum canonicorum Apostolicorum ille ordo in identitate habitus ex concessione Apostolica primitus fuit fundatus: nam quod ab initio dicti canonici B. Augustini Regulam non haberent, patet ex modo profitendi, & ex Regula, quam profitebantur, quæ non erat Regula B. Augustini, sed ab illis compilata, & per Sedem Apostolicam examinata, emendata, & approbata, & quod sufficit ad omnem dubitationem excludendam, hic ordo D. Marci in literis Apostolicis ponitur diuersus ab ordine D. Augustini adeò, vt non posset in eodem collegio, vel monasterio vnus ordo institui, altero manente, sed ad institutionem vnius, destitutio, & extinctio alterius ordinis necessariò sequebatur, vt constat ex literis vnionis Prioratus S. Viti Mantuani cum nostra congregatione Lateranensi, in quibus hæc inter alia leguntur. *Ordinem S. Marci in ipso Prioratu penitus, & omnino supprimimus, & extinguimus; in eoque deinceps perpetuis futuris temporibus ordinem canonicorum regularium ordinis S. Augustini huiusmodi dicta congregationis vigere debere decernimus.* Quę verba leguntur in alijs literis vnionum quorundam aliorum monasteriorum dicti Ordinis cum nostra congregatione.

VI. ADuertendum secundo dictos canonicos, licet ab initio Regulam D. Augustini non assumpserint, illam tamen progressu temporis assumpsisse in quadam eorum reformatione, quæ facta est ante annum Domini 1452. cuius reformationis sub Regula D. Augustini meminit Pius II. in quodam Breui concesso anno 1459. Ludouico Aldegato antea Priori Prioratus S. Viti, posita eodem anno translato ad Prioratum S. Marci, ac exinde assumpto ad Episcopatum, qui tandem Mantuæ obiens in eadem Ecclesia S. Marci sepulturam, & epitaphium accepit.

Aduertendum tertiò falsum omnino, quod Augustinus Mamphridus, Ioannes Baptista Signius, & Iosephus Mozzagrugnus passim comminiscuntur, dicti Ordinis canonicos scapulare super veste linea ex illorum institutione ferre consueuisse, saltem loquendo de scapulari eius formæ, cuius canonici S. Saluatoris Bononiensis nũc deferunt, siue album, siue nigrum: nam scapulare dictorum canonicorum non erat hastatum, sed ad formam capputiorum, quæ antiquitus à canonicis tum Regularibus, tum secularibus ferebatur, antequam illi cappas chorales ex priuilegio Apostolico sumerent, & nunc etiam multi canonici seculares, & in quibusdam Ciuitatibus parochi, & Lucæ nostri canonici Frigdiani super humeros deferunt, quidam lanea, quidam verò pelicea, quæ olim super scapulas ad illas tegendas ferebantur. de quibus Benedictus XII. in generali canonicorum reformatione cap. de Honestate, & forma habitus, & vestimentorum, & illud fuisse scapulare canonicorum dicti Ordinis monstrant verba ipsa illorum Regulę cap. 8. cum tribuit cuique canonico duo scapularia lanea, & vnum scapulare pelliceum, & clarius Rituale, seu Ceremoniale dicti Ordinis, vbi ritum admittendi ipsos canonicos tum ad habitum probationis, tum professionis præscribit: nam quod in Regula vocatur scapulare, in dicto Ceremoniali semper cappucium nuncupatur, quod album esse iubetur. Habeo ego Regulam cum priuilegijs, & Rituali ex libro vetustissimo in pergameno, qui in monasterio S. Marci Mantuæ seruatur, manu Notarij publici fideliter exemplata.

VII. QVod vero prædicti Autores addunt, scapulare fuisse habitum antiquum canonicorum, quos D. Marcus Alexandriæ instituit, quod dicti canonici cum vsque ad annum 1516. detulissent, suadentibus quatuor canonicis Lateranensibus, qui ad illos descierant, in almutiam commeruerunt, voluntariè dictum est, & nec cum veritate, nec cum dictis autoribus conuenit, si de scapulari canonicorum Saluatorien sium id intelligi velint. nullus enim canonicorum Regularium ante annũ 1408. eiusmodi scapulare detulit, nulto minus antiquiores canonici, quos ijdem autores fuimet ipsorum obliti fatentur, tunc primum scapulare sumpsisse positis almutijs, cum canonici seculares ipsas almutias assumere voluerunt: lege Ioannem Baptistam Signium lib. 1. cap. 9. & Mozzagrugnum lib. 1. fol. 36.

Tandem hæc congregatio cum aliquot seculis floruisset, & multos viros probitate insignes habuisset, paulatim deficiens, ob eã præcipuè causam, quod illius prælaturæ clericis secularibus cõferri, vel commendari cœpissent, nostra ætate penitus fuit extincta: Monasterio D. Marci, quod totius Ordinis erat caput, monachis Camaldulensibus per Sedem Apostolicam collato, & Abbatiali dignitate decorato.

Ex hoc ordine prodijt superiori seculo præclarus Poëta Virgiliani carminis imitator incomparabilis, qui primus ferè omnium Poëtarum vitam, mortem & resurrectionem, aliaque Seruatoris nostri gesta ex quatuor Euangelijs collecta sublimitate carminis Virgilianæ mirificè prolata proxima fœlicissimè cecinit, vt Sixtus Senẽsis in sua Bibliotheca scribit, qui illum inter Lateranenses censet, quod ex ordine D. Marci ad nostros transierit obtento Prioratu S. Syluestri

monts

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

De Congregatione sancti Saluatoris de Bononia, siue de Sylua lacus nuncupata.

EStapud Italos in eodem ordine canonicorum regularium D. Augustini alia congregatio S. Saluatoris de Sylua lacus, siue de Bononia, vulgo Scopetinorum, nuncupata, de cuius initijs, progressu, familijs, & viris illustribus, quos olim habuit non paucos, cum multas varijs autoribus conquisita, diligentiùs recentem, peruenit ad manus meas liber recens à Iosepho Mozzagrugno eiusdem instituti canonico editus, siue potius volumen octo libros complectens, sub hoc titulo: *Narratio rerum spectantium canonicorum regularium*. quem ex integro lectum, peraque omnia ad hanc congregationẽ attinentia tractasse reperi. Quàm ob causam ea dilucidè referenda existimaui, quæ illemet cum suo auunculo Baptista Signio de eadem congregatione scribit, referuata facultate si nonnulla corrigendi, aut illi suos fines excedentes contra veritatem in aliorum præiudicium scripserunt, ac etiam notas obliterandi, quibus idem autor quosdã nostros Lateranenses indebitè aspergit, quod libro sequenti cum omni modestia. & moderamine incalpsare unde præstandum erit.

Autor huius præclarissimæ congregationis fuit venerabilis Pater Stephanus Cioni Senensis Ioannis filius ordinis eremitarum Coadiutore Iacobo Andrea Senensi eiusdem instituti, quem Stephanum virum sanctum vocat noster Ticinensis in suo Dilucidario par. 2. de origine, & progressu Christianarum Religionum, hæc formalia verba scribens: *Ordo canonicorum regularium, qui vulgariter Scopetini nuncupantur, in Senensi agro S. Saluatoris à venerabili viro Stephano fuit institutus, cui indubio fuit frater Iacobus Andreas natione Senensis, ordinis eremitarum. nam cum diuturna altercatione cum Generali suo conuertasset, ob id maxime, quod cum in monasterio suo aliquem iuuenem bonis moribus, & literarum educasset, & vestigio ipsum sibi associasset, ipse verò S. vir Zelo permotus, cernens hoc non solum in proselytum ipsis iuuenibus, post longam habitam inde concertationem, compulsus est, annuente Generali, vel dicendum huius congregationis autorem Gregorium Duodecimum Romanum Pontificem extitisse, quod autori magis placet, quique quidem Ven. Stephano, ac socijs mo-*

nasterij
gustine
sua apo
remitis
ni canc
ecto ord
rum in
nullate
Lo
ris
dem ab
& à lac
nuncu
Eremi
drum I
mitæ A
XII. ten
Tem
1408. q
XII. pe
transtul
Oc
fato au
quod n
tus ord
sent tu
in mor
tifex, si
cleſiæ
forma
nicum
dictam
ius hab
tifex su
uisset. c
ſtrabin
fol. 7. &
ri pote
M
fol. 11. &
tur. Ver
XII. lite
conuen
tur, & ip
reuer sus
tificias
Greg
ratum res m
etatis, &
Saluator
modo per
ſis ſumar
non ceſſar
nis in tur
ve illa ad
tus, & tu
gratulete
ret ualebu

monitis Compatrum in Diœcesi Fusculana, quæ erat membrũ canonicæ nostræ S. Mariæ de Pace.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

De Congregatione sancti Saluatoris de Bononia, siue de Sylua lacus nuncupata.

I. Est apud Italos in eodem ordine canonicorum regularium D. Augustini alia congregatio S. Saluatoris de Sylua lacus, siue de Bononia, vulgo Scopetinorum, nuncupata. de cuius initijs, progressu, familijs, & viris illustribus, quos olim habuit non paucos, cum multa ex variis autoribus conquisita, diligentiùs recurrerem, peruenit ad manus meas liber recens à Iosepho Mozzagrugno eiusdem instituti canonico editus, siue potius volumen octo libros complectens, sub hoc titulo: *Narratio rerum gestarum canonicorum regularium.* quem ex integro lectum, pleraque omnia ad hanc congregationẽ attinentia tractasse reperi. Quàm ob causam ea solum referenda existimaui, quæ illemet cum suo Ioanne Baptista Signio de eadem congregatione scribit, reseruata facultate nonnulla corrigendi, quæ illi suos fines excedentes contra veritatem in aliorum præiudicium scripserunt, ac etiam notas abstergendi, quibus idem autor quosdã nostros Lateranenses indebitè aspergit, quod libro sequenti cum omni modestia. & moderamine incultæ tutelæ præstandum erit.

Autor huius præclarissimæ congregationis fuit venerabilis Pater Stephanus Cioni Senensis Ioannis filius ordinis eremitarum Coadiutore Iacobo Andrea Senensi eiusdem instituti, quem Stephanum virum sanctum vocat noster Ticinensis in suo Dilucidario par. 2. de origine, & progressu Christianarum Religionum, hæc formalia verba scribens: *Ordo canonicorum regularium, qui vulgariter Scopetini nuncupantur, in Senensi agro S. Saluatorij à venerabili viro Stephano fuit institutus, cui adiutor fuit frater Iacobus Andreas natione Senensis, ordinis eremitarum. nam cum diuturna altercatione cum Generali suo concertasset, ob id maxime, quòd cum in monasterio suo aliquem iuuenem bonis moribus, & literatura educasset, è vestigio ipsum sibi asciscebat. Ipse verò S. vir Zelo permotus, cernens hoc non iuste in professum ipsis iuuenibus. post lõgam habitam secum concertationem, compulsus est, annuente Pontifice, habitum mutare, vt vel sic abduceretur à suo Generali.* vel dicendum huius congregationis autorem Gregorium Duodecimum Romanum Pontificem extitisse, quod autori magis placet, quippe qui eidem Vener. Stephano, ac socijs monasterij Ilicetani S. Saluatoris antea eremitis Augustinensibus habitum canonicorum regularium sua apostolica autoritate tradiderit, ac illos ex Eremitis Augustinensibus Regulares D. Augustini canonicos creauerit, & illorum demum extincto ordine eremitarum, monasterium canonicorum instituerit, quæ in idem recidunt, vt opus nullatenus sit pro huiusmodi tumultuari.

Locus institutionis monasterium S. Saluatoris in agro Senensi ad tertium circiter lapidem ab Vrbe distans, qui ab Ilicum multitudine, & à lacu propinquo Ilicetum, & de Sylua lacus est nuncupatus. fertur is locus vetustum domicilium Eremitarum extitisse, quem fortè ante Alexandrum IV Gulielmitæ colebant: postea verò Eremitæ Augustinenses illum vsque ad Gregorium XII. tenuerunt.

Tempus institutionis fuit annus nostræ salutis 1408. quo anno priuilegium primum Gregorij XII. per quod Eremitas Ilicetanos ad canonicos transtulit, legitur emanatum.

Occasio verò istius nouæ institutionis à præfato autore duplex asseritur: altera non vera, quod nimirum tempore ipsius Gregorij XII. totus ordo canonicus esset collapsus, ita vt nulli essent tunc canonici regulariter & conuentualiter in monasterijs degentes, vouisset que idem Pontifex, si sublato diro schismate pacem Deus Ecclesiæ redderet, ipsum ordinem canonicum reformare: atque ob eam causam, scilicet ad canonicum ordinem reparandum, & reformandum dictam congregationem instituere voluerit, cuius habitum, nempe scapulare griseum, idem Põtifex sub habitu Pontificali ex voto ferre consueuisset. quam causam falsam esse cap 53. demonstrabimus. Altera vera, quam idem autor lib. 5. fol. 7. & sequentibus prosequitur, & ibidem videri poterit, quam omitto, ne sim prolixior.

II. Modus verò, quo negotium ad finem perductum est, ab eodem autore eodem lib. fol. 11. & sequentibus in hunc modum subiungitur. Ven. Pater Stephanus acceptis à Gregorio XII. literis, quibus monasterium Ilicetanum in conuentum canonicorum Regularium erigebatur, & ipsi Eremitæ canonici creabantur, ad suos reuersus seriem gestorum exposuit, & literas Põtificias publicauit, quarum hoc est exemplum:

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Excitat nostramentis arcanum spectatis, & affectuosa dilectio, qua domum Prioratus S. Saluatoris de Sylua lacus ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentem Ordinis S. Augustini Senensis diœcesis fumus hactenus prosecuti, & paterno prosequi studio non cessamus, vt circa statum eius attenta consideratione intuitum dirigentes, opem impendamus, & operam, vt illa ad Dei laudem, & gloriam non solum in suis bonis, & iuribus conseruetur. sed etiam prosperis ingiter gratuletur euentibus & votiuis, fauente Domino in spiritualibus & temporalibus successibus augeatur. Hinc

esset, quod nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum dicta domus, que hactenus Ordinis fratrum Eremitarum dicta S. Augustini extitit, vel alcuius alterius pro ipsis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia eandem domum in Prioratum Conventualem autoritate Apostolica erigimus, per Priorem sub conditione, & modo infrascripto, perpetuo gubernandam. Volentes, & eadem autoritate statuentes, quod ipsi fratres altu in eadem domo residentes, eorumque successores, qui erunt pro tempore, canonici Regulares, & secundum regularia instituta huiusmodi canonicorum regularium deinceps viuere, & fratres S. Saluatorij nuncupari debeant. Et quarum quilibet sub scapulari rocchetum, superius autem cappam grisei coloris lanea mordentu ad instar capparum conuersorum Carthusiensis ordinis gestent, qua quidem cappa & ipsi fratres vtantur, cum eos exire contigerit septa Prioratus, seu domus huiusmodi ad populum siue turbam: nec non Prioratus, siue Domus huiusmodi cum eisdem fratribus, & conuersis, ac personis in ea degentibus presentibus, & posterijs cum omnibus membris, nec non bonis mobilibus, & stabilibus ipsius domus, siue Prioratus ad Domum, siue Prioratum huiusmodi tam ratione domus, siue Prioratus, quàm personarum huiuscemodi quomodolibet pertinentibus, ac deuolutu, & deuoluendis pro tempore ab omni superioritate, dominio, & potestate Prioris Generalis dicti Ordinis fratrum Eremitarum, necnon Episcopi existentis pro tempore, ac dilectorum filiorum Capituli Senensis, ac quorumlibet aliorum Superiorum secularium, & regularium autoritate predicta prorsus eximimus, ac totaliter liberamus, ita quod Prior Generalis, Episcopus, & Capitulum, & alij Superiores predicti nullam possint in eos Visitationem, Correctionem, vel aliam iurisdictionem exercere, sed nobis & apostolicæ Sedi immediatè sint subiecti. Et insuper presentibus adijcimus, quod ipsi canonici, seu fratres, qui regularem vitam eorundem canonicorum regularium pro tempore professi fuerint, & sub eadem obseruantia Regulari dictorum canonicorum regularium pro tempore in domo huiuscemodi residebunt, possint, quoties opportunum fuerit, iuxta regularia instituta canonicorum regularium, idoneum fratrem etiam eiusdem Ordinis professorem in Priorem eorum, & eiusdem domus eligere. Qui tamen postquam electioni de se facta præstiterit consensum, Diœcesano loci, vel eius Vicario in spiritualibus Generali, qui erit pro tempore, per electores huiusmodi duntaxat debeat reuerenter, & humiliter præsentari: Quique postquam taliter præsentatus extiterit, censeatur eo ipso à Sede præfata confirmatus, & ex tunc dictum Prioratum in eisdem spiritualibus, & temporalibus liberè, & licitè valeat gubernare. Qui quidem Prior semper vno anno completo intelligatur absolutus, nisi tunc per maiorem partem eorundem fratrum domus præfatæ in electione dicti Prioris vocem habentium determinatum fuerit, ipsum Priorem in dicto debere Prioratus officio domus eiusdem vlterius permanere. Quodque dicta Domo eius Prioris solatio destituta per mortem Prioris eiusdem, vel alio aliquo casu eadem vacatione contingente, quod durante vacatione huiusmodi predictum officium per antiquiorem fratrem dicta Domus in sacerdotio constitutum exerceatur, quousque vnus ex dicto alterius Prioris iuxta præfatum modum fiat, & ad effectum debitum perducatur. Volentes etiam, & autoritate præfata concedentes eisdem Priori, & fratribus, siue canonicis, conuersis, & personis, quos pro tempore in domo huiusmodi residere contigerit (vt præfertur) quod ipsi potiri, & gaudere possint, & debeant liberi, & absolutè omnibus Priuilegijs, Indulgentijs, Gratijs, & Exemptionibus, & Libertatibus eis hactenus, ac ordini fratrum Eremitarum, & canonicis regularibus huiusmodi, ac monasterijs, & locis eorundem per Sedem præfatam, quàm aliàs per quoscunque concessis, & quibus fratres Ordinis Eremitarum, ac ceteri canonici regulares, ac eorum Domus, monasteria, & loca quomodolibet potiuntur, & gaudent. Et insuper volumus, & ordinamus, quod Ven. frater noster Antonius Episcopus Bononiensis Camerarius, ac dilecti filij Gabriel olim Senensis Thesaurarius noster, necnon & Ioannes olim Ragusinus eisdem Priori, & fratribus siue canonicis, conuersis, & personis de conuenientibus constitutionibus, & norma viuendi pro conseruatione Prioris, & fratrum siue canonicorum, conuersorum, & personarum prædictarum prouideant, & omnia alia, & singula faciant, ordinent, & disponant in præmissis, & circa ea, prout eis visum fuerit expedire. Decernentes ex nunc irritos, & inanes omnes processus, & excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas forsan contra hac quacunque autoritate contigerit promulgari; & etiam ex nunc ratum, & firmum motu simili habemus, quidquid per eosdem Camerarium, Thesaurarium, & electum Ragusinum in premissis, & circa ea dispositum fuerit, seu quomodolibet ordinatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra erectionis, voluntatis, statuti, exemptionis, liberationis, electionis, ordinationis, concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Lucæ 3. non. April. 1408. Pontificatus nostri anno secundo.

HIS peractis, quod Pontifex tres S. R. Ecclesiæ Cardinales dictarum literarum executores constituisset, vt ipsis canonicis ex eremita nuper creatis constitutiones conuenientes prescriberent, ijdem Ilicetani eosdem Stephanum, & Iacobum Andreæ cum mandatis Lucam remiserunt, qui venientes, ab ipsis Cardinalibus habitu canonicorum per Gregorium statuto, nempe rochetto, seu camisia Romana linea cum scapulari, & cappa grisei coloris ad instar cappæ conuersorum monachorum Carthusiensium, & constitutionibus quatuordecim Capitulis distinctis acceptis, cum potestate cæteros Ilicetanos de habitu canonico inuestiendi, ad monasterium S. Dominici Fesulanum regressi, illuc cæteros omnes Ilicetanos acciuerunt, & habitum canonicorum regularium, vno excepto Conuerso, autor-

tate Pontificia induerunt, adstantibus vndecim eius monasterij fratribus, & publico Notario die 28 Iunij eiusdem anni 1408. Atque omnibus ita peractis ad nouam canonicam Ilicetanam redierunt. Verùm inimicus homo illorum quieti, ac profectui insidens, in agro nouellæ illius canonicæ institutionis zizania superseminauit: nam nonnulli Procerum Ciuitatis præsidio fulti aduersus Priorem canonicorum, & Ven. fratrem Stephanum armati insurgentes, multis eos iniuriis, & perseuerationibus affecerunt, ac demum facto impetu Magistratus Senensis, retentis omnibus illorum priuilegijs, scripturis, & bonis, eos violenter è monasterio pepulerũt. Quibus Summo Pontifici Gregorio XII. per Ven. Stephanũ renunciatis, pius Pontifex eis ex intimo cordis compatiens, vt illorum saluti consuleret, ad eorum, & plurium nobilium Senensium instantiam nouo literis Apostolicis die 26. Nouemb. eiusdẽ anni 1408. Arimini confectis, eis ad primum habitum, & institutum Eremiticum redeundi potestatem fecit, eorundem statum Eremiticũ, immunitates, & priuilegia, & cætera omnia, vt prius esse iussit. Quarum literarum vigore ex decẽ illius nouis canonicis illico sex ad pristinum statũ, habitum Eremitarum reuersi sunt: alij duo Bononiam ad quandam Ecclesiam ab Antonio Cotario Cardinali remissi; Stephanus vero cum socio Ciriaco Romanam secutus est, donec Ilicetano monasterio deplorato, Pontifex facultatem dedit vbicunque inuenirent locum licitum, & honestum, qui eis legitimè pro illorum residentia conferretur, suscipere, in Prioratum conuentualem ergere, & liberè tenere valerent, dato eis priuilegio, cuius forma talis est:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Dudum siquidem per nostras literas Dat. Lucæ 3. non. April. Pontificatus nostri anno 2. nonnulis nostræ mentis arcanum specialis, & affectuosæ dilectionis, qua Domum, & Conuentum Prioratus Saluatoris de Sylua Lucæ ad Romanam Ecclesiam vllis modo pertinentis Ordinis S. Augustini Senensis diœcesis summa hactenus prosecuti, paterno prosequi studio nouissimas incessanter, Nos motu proprio, non ad illorum fratrum dictæ Domus, quæ hactenus Ordinis fratrum Eremitarum dicta S. Augustini existebat, vel alcuius alterius pro ipsis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & certa scientia eandem Domum in Prioratum Conventualem autoritate Apostolica ereximus, per Priorem sub certis conditionibus, & modis in ipsis literis apparentibus perpetuo gubernandam, prout in eisdem nouissimè literis plenius continetur. Cum igitur superiores malitia temporis, peruersorum debacchante protervia nonnulli fratres Conventus prædicti sub noua doctrina, & fidei integritate degentes de præsenti degunt in Domo, & Conuentu huiusmodi habitare, seu eadem pro competentes affectu, ac volentes pater nalibus fouere fauoribus, tenore præsentium

tate Pontificia induerunt, adstantibus vndecim eius monasterij fratribus, & publico Notario die 28. Iunij eiusdem anni 1408. Atque omnibus ita peractis ad nouam canonicam Ilicetanam redierunt. Verùm inimicus homo illorum quieti, ac profectui inuidens, in agro nouellæ illius canonicæ institutionis zizania superseminauit: nam nonnulli Procerum Ciuitatis præsidio fulti aduersus Priorem canonicorum, & Ven. fratrem Stephanum armati insurgentes, multis eos iniurijs, & persecutionibus affecerunt, ac demum facto impetu Magistratus Senensis, retentis omnibus illorum priuilegijs, scripturis, & bonis, eos violenter è monasterio pepulerũt. Quibus Summo Pontifici Gregorio XII. per Ven. Stephanũ renunciatis, pius Pontifex eis ex intimo cordis compatiens, vt illorum saluti consuleret, ad eorum, & plurium nobilium Senensium instantiam nouis literis Apostolicis die 26. Nouemb. eiusdẽ anni 1408. Arimini confectis, eis ad primum habitum & institutum Eremiticum redeundi potestatem fecit, eorundem statum Eremiticũ, immunitates, & priuilegia, & cætera omnia, vt prius, restituens. Quarum literarum vigore ex decẽ illis nouis canonicis illico sex ad pristinum statũ, habitum Eremitarum reuersi sunt: alij duo Bononiam ad quandam Ecclesiam ab Antonio Cotrono Cardinali remissi: Stephanus verò cum socio Curiam Romanam secutus est, donec Ilicetano monasterio deplorato, Pontifex facultatem dedit vt vbicunque inuenirent locum licitum, & honestum, qui eis legitimè pro illorum residentia conferretur, suscipere, in Prioratum conuentualem ergere, & liberè tenere valerent, dato eis priuilegio, cuius forma talis est:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Dudum siquidem per nostras literas Dat. Lucæ 3. non. April. Pontificatus nostri anno 2. ad animæ nostræ meritũ arcanum spectatis, & affectuosæ deuotionis, qua Domum, & Conuentum Prioratus Cellularum de Sylua lacus ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis Ordinis S. Augustini Senensis hactenus prosecuti, paterno prosequi studio intendimus incessanter, Nos motu proprio, non ad illorum filiorum fratrum dictæ Domus, quæ hactenus Ordini fratrum Eremitarum dicta S. Augustini extitit, vel alicuius alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia tandem Domum in Prioratum Conuentualem autoritate Apostolica ereximus, per priorem sub nouis conditionibus, & modis in ipsis literis insertis perpetuò gubernandam. prout in eisdem nouis literis seriosiùs continetur. Cum igitur superexistente malitia temporis, peruersorum debacchante proteruia nonnulli fratres Conuentus prædicti sub nostræ deuotionis, & fidei integritate degentes de præsenti resident in Domo, & Conuentu huiusmodi habitare, Nos eisdem pijs compatientes affectu, ac volentes paterna pietatis munia suffragio subuenire, tenore præsentium eadem autoritate concedimus, quod vbicunque fratres ipsi locum inuenerint congruum, licitum, & honestum, qui eis debitè, & canonicè pro eorum residentia conferatur, acceptare, & suscipere, ipsumque in Prioratum conuentualem huiusmodi habere, & recipere ad omnipotentis Dei gloriam, & honorem liberè, & licitè valeãt tenere, eadem autoritate in Prioratum huiusmodi locum ipsum per eos habendum, vt præmittitur, erigentes, ac statuentes autoritate præfata, quòd fratres ipsi in eo valeant habitare secundum institutiones, & regulas per ipsas nostras literas sibi datas. Quodque locus ipse per ipsos fratres habendus, & in Prioratum, vt præmittitur, erigendus, & fratres ipsi sub dictis modis, & regulis in aliis nostris literis, vt præmittitur, expressis degentes vti, & gaudere valeant exemptionibus, concessionibus, indultis, & huiusmodi literis, quarum tenores, & formas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, contentis, & annotatis. Constitutionibus Apostolicis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, erectionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu &c. Dat. in Ciuitate Austriæ Aquileiensis diœcesis Calend. Septemb. Pontificat. nostri anno 3 Gratis de mandato D. N. Papæ.

V. ALia etiam priuilegia prædictus Pontifex eisdem canonicis adhuc sine certis sedibus vagantibus indulsit, quæ priuilegia quoniam hic autor queritur lib. 8. fol. 12. pag. 2. à nostro Sirenio in Compilatione Indultorum omissa, præter duo, quod reliqua minus è re sua forent, ne illorum priuilegia nostris anteriora appareret, quippe quod primum nostrum priuilegium canonicis Frigdionarijs, & Veronensibus à Gregorio XII. factum anno 1408. 5. Calend. Maij manauerit, cum primum illorum 3. nonas Aprilis eiusdẽ anni datum fuerit: quod tamen illius pace frigidum est, quia nostrum datum est canonicis, & monasterijs tanquam antea reformatis, & institutis: illorum verò datum fuit Eremitis in canonicos transformandis, vel saltem vt per idem priuilegium tunc, & non antea canonicis creatis, & præter illud priuilegium nostris Frigdionarijs, & Veronensibus à Gregorio XII. datum, aliud extet anno superiori eildem Frigdionarijs concessum, ab eodem Pontifice datum Senis Idibus Decembris 1597. Pontificatus sui anno primo, quod dubium non est, illum vidisse, & exindustria præterijsse, vt tamen occasiones querimoniarum tollantur, eadem priuilegia hic recensebo, non per extensum, sed per summum: quia tot scriptis librum onerandi locus non vacat. Tertium igitur priuilegium datum est Caietæ Idibus Septemb. anno 1410. per quod omnia priuilegia tam in primo, quàm in secundo priuilegio concessa, eis confirmat. Incipit. *Sacræ Religionis sub qua dilecti filij fratres seu canonici Prioratus de Sylua lacus ad Romanam &c.* Quartum datũ est ibidem 14. Calend. Octob. Pontificatus sui anno 4. scilicet 1410. quo nonnullas Indulgen-

tias,

tias,& gratias spirituales eisdem indulget incipit: *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Fratribus seu Canonicis præsentibus, & futuris Prioratus S. Saluatoris de Sylua lacus, &c.* Quintum datum est ibidem 12. Calend. Octob. eiusdem anni, per quod concedit eis facultatem deligendi Confessorem, incipit eodem modo sicut quartum. Sextum datum ibidem Idib. Ianuarij anno 1411. Pontificatus sui anno 5. quo Priori domus olim S. Saluatoris de Sylua lacus concedit facultatem absoluendi ingredientes illius cõgregationem à censuris, & dispensandi super irregularitatibus, incipit: *Deuotionis dilecti filij Prioru Congregationis &c.* Septimum datum ibidem Idib. Ianuarij anni 1411. Pontif. sui anno 5. quo eisdem Priori, & Canonicis iterum concedit facultatem eligendi confessorem, incipit: *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Stephano Priori congregationis canonicorum Regularium Prioratus olim domus S. Saluatoris de Sylua lacus Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ Ordinis S. Augustini, & eidem congregationi salutem, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ deuotionis &c.* Octauum quod ab Autore ponitur in ordine. Nonum datum est ibidem 8. Calend. Febr. Pontif. sui anno 6. scilicet 1412. per quod ipsi Stephano, & illius socijs canonicis concessum est, vt decem personas religiosas aliorum quorumcunque Ordinum ad se transire volentes, & cum illis regulariter viuere, ad habitũ probationis recipere possent, non tamen ad professionem, nisi prius consulta Sede Apost. admitterent, cuius priuilegij vigore nonnulli aliorũ ordinum illorum sodalitio adhæserunt, ex quibus vnus fuit quidam Fr. Petrus Paulus Senensis ordinis Prædicatorum, incipit: *Syncere, & magnæ deuotionis affectus &c.* & hæc omnia priuilegia ipsis Priori, & Fratribus seu canonicis domus olim S. Saluatoris de Sylua lacus semper nuncupatis, seu illorum congregationi sic nuncupatæ concessa fuerunt, antequam aliquod monasterium obtinerent, præter illud vnum S. Saluatoris, ex quo per vim Magistratus Senensis turbati, huc, illuc sine certis sedibus vagari cogebantur.

VI. POstmodum verò anno eiusdẽ Gregorij XII. octauo adiuuante Illustriss. Guidone Antonio Vrbini Comite idem Ven. Pater Stephanus, & socij Eremitorium S. Ambrosij prope Eugubium eodem Gregorio XII. concedente, obtinuerunt, quem locum tenuerant prius quidam Eremitæ, nullius tamen certi habitus, & regulæ, quibus postea Episcopus quidam Eugubinus certum habitum dederat, & Regulam D. Augustini, & Eremitas S. Ambrosij vocari mandauerat: quem locum extincto Eremitarum ordine, idem Gregorius in Prioratum canonicorum regularium erexit, vt patet per illius priuilegium, quod est nonum in ordine, licet præposterè locatum. Datum Arimini 9. Calend. Octob. Pontif. sui anno 8. incipit: *Fragrantia sacræ Religionis, quæ apud dilectos filios Priorem, & canonicos Prioratus S. Saluatoris de Sylua lacus Ordinis S. Augustini canonicorum Regularium fratrum nuncupatorum &c.* Circa quod priuilegium vnum notandum est, vtpote singulare inter omnia priuilegia canonicis Regularibus concessa, quæ hactenus vidi, nimirum clausula illa: *Prior & Canonici fratres nuncupati*, quam clausulam vndecim vicibus in eodem priuilegio repetit: nam etsi canonici Regulares in priuilegijs Pontificum consueuerint præmoniri fratrum nuncupari hoc modo: *Dilecta filijs Priori, & fratribus talis monasterij, aut loci, vel fratres talis monasterij*: nullum tamen reperitur, in quo sic nuncupentur: *Canonici Regulares talis monasterij vel talis Congregationis fratres nuncupati.* præter hos solos canonicos de Sylua lacus. Quæ verò huius nuncupationis causæ extiterint, si diuinare licet, duas fuisse arbitror, alteram quòd notum esset, illos recens autoritate Apostolica ex fratribus Eremitis in canonicos (vt ita dixerim) transformatos: quam ob causam, etsi habitum, & flatum, non tamen nomen, vel nuncupationem apud vulgares ita facile mutare potuerunt. Alteram, quòd tunc temporis apud multos in vsu positum esset, alios canonicos Regulares tanquam clericos more cæterorum clericorum non tam amplius fratres, sed Dominos vel Domnos nuncupare, solis Ilicetanis fratribus nuncupatis, quod non ita certò apud vulgares constaret, an illi vere essent canonici, maximè propter scapulare grisæum superadditum cum cappa grisea Conuersorum Carthusiensium. quæcunque verò causæ fuerint, hoc certum, eos solos inter omnes canonicos Regulares dictos esse canonicos fratres nuncupatos.

Decimum priuilegium datum est Arimini 3. Calend. Nouemb. Pontif. sui anno 8. quo absolutè conceditur, vt pro regularis obseruantiæ incremento, quascunque personas regulares quorumcunque ordinum etiam mendicantium ad eos transire volentium ad probationem, & professionem recipere possent, etiam licentia à proprijs Superioribus minimè requisita: incipit: *Sacra Religionis sub qua &c.* Vndecimum datum est ibidem 8. Calend. Febr. Pontif. sui anno 9. in quo fit mentio omnium præcedentium indultorum, & ijdem canonici præcipiuntur vocari fratres constantes S. Saluatoris, incipit: *Dudum siquidem per nostras.* Duodecimum datum est ibidem 3. Calend. Martij eodem anno, in quo conceditur eisdẽ plures immunitates, & exemptiones, incipit: *Militante Ecclesiæ disponente Domino.*

Et hæc quidem huius sanctæ institutionis, & Sacræ congregationis fuerunt incunabula, hæc priuilegia, quibus communita cœpit in regulari obseruantia paulatim proficere, & virtutum, ac sancti propositi suaueolentia populos oblectare. vnde & factum est, vt tum Romani Pontifices tum Principes, & Magistratus multis collegijs

[illegible]

pradijs, ac reddibus attributis illos donarent, præsertim sublato schismate in Concilio Constantiensi, in quo sponte cedente Gregorio XII. communi bonorum omnium lætitia, & consensu, electus est in Summum Pontificem Otto Card. de ex familia Columnensi, & Martinus V. nuncupatus, sub quo Ambrosiani monasterij fi- nascicolere, & alia monasteria obtinere, & in congregationem numero canonicorum, & fa- cultatum crescere cœperunt, vt sequenti capite latius dicetur.

CAPVT QVINQVAGE- SIMVM SECVNDVM.

Catalogus Monasteriorum prædicta Congregationis S. Saluatoris de Bononia recẽsetur.

MOnasteria prædictæ congregationis, quæ in præsentiarum obtinet, vel ab initio obtinuit, sunt ista:

Primum S. Saluatoris de Sylua lacus, vbi hæc congregatio primam originem accepit, quod probante Gregorio XII. iustis de causis immutatur, quodque nunc etiam Eremitæ Augustinenses obtinent.

2. Ambrosij apud Eugubium, cuius fuit alumnus Augustinus Steuchius Chisami Episcopus, cuius ingenium nobile illius opera, quæ multa & præclara edidit, sine alio laudatore satis cõmendant, de quo Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta multa scribit.

3. S. Saluatoris Bononiẽsis, & S. Mariæ ad Rhenum haud vnitorum, quod postulante Francisco Ghisilerio vltimo illorum monasteriorum ex Rhenensi congregatione Priore, & concedente Martino V. ijdem canonici, Ambrosiani tunc vocati, in hunc modum obtinuerunt. Franciscus Ghisilerius vltimus Prior monasteriorum S. Saluatoris, & S. Mariæ ad Rhenum ex antiqua congregatione Rhenensi, de qua supra cap. 48. dictũ est, cum sua monasteria canonicis omnino deserta, & in eis disciplinam canonicam penitus collapsam animadverteret, quippe qui solus superesset ex antiquis canonicis Rhenanis, animo meditans, si quo modo regularem disciplinam in canonicis item Regularibus in suis Ecclesijs posset instaurare, optima fama Religiosæ cõuersationis ipsorum canonicorum Ambrosianorum commotus, illos ad suum monasterium S. Saluatoris accersiuit. Supplicatumque est Summo Põtifici Martino V. pro vnione monasterij S. Ambrosij Eugubini cum ipsis monasterijs S. Saluatoris & S. Mariæ iam vnitis: & datæ sunt literæ Apostolicæ Nicolao de Albergatis tunc Bononi-

prædijs, ac redditibus attributis illos donarent, præsertim sublato schismate in Concilio Constantiensi, in quo sponte cedente Gregorio XII. communi bonorum omnium lætitia, & consensu, electus est in Summum Pontificem Otto Cardinalis ex familia Columnensi, & Martinus V. nuncupatus, sub quo Ambrosiani monasterij fines excedere, & alia monasteria obtinere, & in congregationem numero canonicorum, & familiarum crescere cœperunt, vt sequenti capite latius dicetur.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM.

Catalogus Monasteriorum prædictæ Congregationis S. Saluatoris de Bononia recẽsetur.

MOnasteria prædictæ congregationis, quæ in præsentiarum obtinet, vel ab initio obtinuit, sunt ista:

Primum S. Saluatoris de Sylua lacus, vbi hæc congregatio primam originem accepit, quod probante Gregorio XII. iustis de causis dimiserunt, quodque nunc etiam Eremitæ Augustinenses obtinent.

2. S. Ambrosij apud Eugubium, cuius fuit alumnus Augustinus Struchius Chisami Episcopus, cuius ingenium nobile illius opera, quę multa & præclara edidit, sine alio laudatore satis cõmendant, de quo Sixtus Senensis in Bibliotheca iuncta multa scribit.

3. S. Saluatoris Bononiẽsis, & S. Mariæ ad Rhenum simul vnitorum, quod postulante Francisco Ghisserio vltimo illorum monasteriorum ex Rhenensi congregatione Priore, & concedente Martino V. ijdem canonici, Ambrosiani tunc vocati, in hunc modum obtinuerunt. Franciscus Ghisserius vltimus Prior monasteriorum S. Saluatoris, & S. Mariæ ad Rhenum ex antiqua congregatione Rhenensi, de qua supra cap. 48. dictũ fuit, cum sua monasteria canonicis omnino destituta, & in eis disciplinam canonicam penitus collapsam animaduerteret, quippe qui solus supererat ex antiquis canonicis Rhenanis, animo recogitans, si quo modo regularem disciplinam ex canonicis item Regularibus in suis Ecclesijs posset instaurare, optima fama Religiosæ cõuersationis ipsorum canonicorum Ambrosianorum commotus, illos ad suum monasterium S. Saluatoris accersiuit. Supplicatumque est Summo Põtifici Martino V. pro vnione monasterij S. Ambrosij Eugubini cum ipsis monasterijs S. Saluatoris & S. Mariæ iam vnitis: & datæ sunt literæ Apostolicæ Nicolao de Albergatis tunc Bononiensi Episcopo directæ Nonis Iunij 1418. quibus commisit, vt de narratis diligenti prius informatione habita, & constito de illorum veritate, si opus esse perspiceret, ipsis canonicis D. Ambrosij, licet essent diuersi habitus, & obseruantiæ ab antiquis illis Saluatoriensibus, ret entis proprio habitu, & obseruantijs, ad dicta monasteria sic vnita transeundi, & in illis iuxta constitutiones, & instituta ipsis, & dicto monasterio S. Ambrosij per Sedem Apostolicam concessa, probata, & confirmata perpetuo manendi licentiam concederet, necnon etiam posteaquam Stephanus, & Dominicus, & alij canonici monasterij S. Ambrosij in dictis monasterijs sic vnitis fuissent recepti, & integrati, statutis, & ordinatis circa illorum habitum, & obseruantias, quæ per illum ordinari, vel disponi contingeret, ipsa monasteria in perpetuũ vnire posset, & illa, ac illorum personas tam in membris, quam in capite reformare: etsi postliterarum expeditionẽ illæ non facilè fuerint executioni demandatæ, quod Ghisserius postmodũ pœnitentia ductus, vel quod speraret, per suos, & sui instituti canonicos de nouo recipiendos, disciplinam canonicam in suis monasterijs se posse reparare, vel quod Ambrosiani proprium habitum, & instituta nollẽt dimittere, Ghislerius verò canonicos diuersi habitus, & instituti, ab instituto, & habitu suorum Rhenensium in suis Ecclesijs nollet admittere, nihil amplius de ipsa vnione perficienda cogitabat; erat enim canonicorum Ambrosianorum, & Rhenensium habitus longè diuersus: nam Ambrosiani, siue Ilicetani super veste linea scapulare laneum cucullatũ, & desuper cappam griseam ad instar cappæ conuersorum Carthusianorum deferebant, ex præscripto Gregorij XII. ac vt præsumitur, sub veste linea tunicam eiusdem coloris grisæi. Cæterùm canonicorum Rhenensium habitus erat tunica linea vulgo Rochettum nuncupata, sub qua tunicam albam laneam gerebant, & super Rochettum intra claustra almutias albas, & extra cappã nigram more aliorum canonicorum. Sed tandem consilio, prudentia, & autoritate Reuerendissimi Patris Nicolai Episcopi res in hunc modum est composita, vt Ambrosiani ad ipsa monasteria S. Saluatoris, & S. Mariæ vnitorum certis conditionibus admitterentur, quarum prima fuit, vt Ambrosiani, quatenus Rhenanis magis in habitu conformes essent, tunicam laneam, & scapulare, quæ grisea erant, in alba commutarent, & cappã item griseam in nigram. Secunda, quod Ghislerius Prioratum, & liberam administrationẽ prædictorum monasteriorum eius vita durante sibi retineret. Tertia, quòd canonici Ambrosiani ad prædicta monasteria recedentes in reliquis proprium habitum, instituta, & obseruantias ipsis in dicto monasterio S. Ambrosij per Sedem Apostolicam concessa, & confirmata retinerent, & secundum illa perpetuis temporibus viuerent.

Quar-

Quarta, quòd Ambrosiani ad dicta monasteria accedentes durante vita ipsius Ghislerij, nullam super prædictis monasterijs, aut illorum rebus, vel bonis haberent potestatem. Quinta, quòd ijdem Ambrosiani retento habitu, & obseruantijs huiusmodi ad prædicta monasteria transire possent, etiam in vita eiusdem Ghislerij, & ibi secundum illorum instituta viuere, si & quatenus placuisset eidem Ghislerio, & non aliter, nec alio modo. Et hæc omnia patent publico instrumento vnionis factæ per dictum Reuerendissimum Patrem Dominum Nicolaum Episcopũ, rogato per Rainaldum de Formaglinis Notariũ publicum Bononiensem, quod instrumentum apud eundem autorem lib. 5. fol. 50. & seqq. legi potest.

His conditionibus canonici Ambrosiani ad prædicta monasteria transierunt, constituto sibi ipsis Vicario, cuius tamen autoritas in ijs solùm, quæ ad Regularem obseruantiam spectarent, extendebatur, vsque ad obitum Ghislerij, qui accidit anno 1430. quo anno dicta vnio suum effectũ plenè est consecuta, impetratis pro illius maiori firmitate nouis literis Apostolicis ab eodẽ Martino V. datis 5. Idus Febr. Pontificatus sui anno 13. & hoc fuit primum monasterium, quod post Ambrosianum obtinuerunt, quod ob illius dignitatem, & antiquitatem, teste eodem autore, in vniuersalem titulum illorum congregationis præsliterunt, hæc enim illius sunt formalia verba lib. 5. fol. 54. in princ. *Bononienses quidem suum S. Saluatoris in ciuitate alatriùs præstiterunt in vniuersalem titulum Congregationu, ac principalem conuentum, quemadmodum etiam ipsi Ambrosiani Martino V. fore supplicauerunt, per hæc verba in ipsa supplicatione post longam narrationem videlicet: Dignetur Sanctitas vestra præfata omnia & singula prædicta ex certa scientia, & motu proprio habere rata, & ea validare, supplendo omnem defectum, si quis in eis foret, & de nouo dispouere, & concedere, quod dictus Prioratus S. Saluatoris Bononiæ, & S. Mariæ de Rheno sit caput, & ipse ordo cum habitu, & constitutionibus supradictis nominetur fratrum S. Saluatoris &c.* Vnde & vocatur modò illorum congregatio, seu Ordo canonicorum regularium S. Saluatoris de Bononia, sicut patet ex multis literis Apostolicis, & præsertim ex literis Clem. Papæ VIII. emanatis anno 1595. die 5. Maij, quibus priuilegia duodecim congregationum Regularium confirmauit, ac etiam ex libris Ioannis Baptistæ Signij eiusdẽ congregationis canonici: nam lib. 3. de ordine, ac statu canonico in tabula, siue Indice sic legitur: *De origine Canonicorum Regularium S. Saluatoris de Bononia.*

II. 4. MOnasterium fuit S. Donati de Scopeto prope Florentiam, quod obtinuerunt ab eodem Martino V. per suas datas 5. Calend. Iulij anno 1420. cum antea esset Ecclesia dependens ex Abbatia S. Saluatoris de septimo Ordinis Cistercienſis. Ab hoc loco cœperunt apud vulgus Scopetini denominari, sicut alij ab alijs locis.

5. S. Mariæ Angelorum extra muros Senarũ, quod erat prius monasterium quarundam Monialium. concessit Eugenius IV. anno 1434.

6. S. Saluatoris ciuitatis Venetiarum, quod erat vetustum monasterium canonicorum Regularium, sed iam multis annis canonicis Regularibus destitutum, & commendatum. vnijt Eugenius IV. anno 1442. qui quando erat Cardinalis, illius monasterij erat Commendatarius, tenuerunt illud nostri Lateranenses eodem Cardinali rogante, aliquot diebus; verum Decreto Capituli Generalis anno 1427. celebrati dimiserunt, vt de quæ notauimus supra cap. 24.

7. S. Secundi prope Eugubium, quod antiquũ erat domicilium canonicorum regularium reformatione S. Vbaldi memorandum, quod canonicis similiter destitutum eidem congregationi concessit Calistus III. anno 1455.

8. S. Ioannis Euangelistæ ciuitatis Rauennæ, vetustissima & dignissima olim Abbatia Ordinis S. Benedicti, quam dictæ congregationi vnijt Pius II. anno 1459. num. 144 9. vt autor scribit.

9. S. Danielis prope Aponum in agro Patauino, antea Abbatiale Cœnobium Ordinis S. Benedicti. concessit idem Pius II. anno 1460.

10. SAnctæ Mariæ Insularum in agro Vicentino, concessum per Paulum II. anno 1465. cum esset prius Ecclesia ruralis & campestris, sed deuotione populorum frequenter visitata.

11. S. Mariæ Maioris Taruisij, toti Marchiæ Taruisinæ notissimum, & in veneratione habitum, ob miracula quæ Deus in æde ipsius Virgini Genitrici nuncupata operatur, propter quæ cum ex paruo sæcello in ædem ampissimam creuisset, Pius II. dictæ congregationi regendam cõmisit anno 1462.

12. S. Michaëlis loci Candianæ in agro Paduino Abbatiale, olim Ordinis D. Benedicti, vt notatum est in lib. taxarum Cameræ Apostolicæ. concessit Nicolaus V. anno 1449.

13. S. Mariæ Angelorum apud Perusium, degebant ibi prius Moniales S. Clarę, sed illis certa de causis amotis, rogantibus Perusinis, & probante Paulo II. anno 1468. sustecti sunt canonici dictæ congregationis.

14. S. Antonij Venetiarum, erat antea Ecclesia vnita monasterio S. Saluatoris Venetiarum, sed instante Nicolao Troni Venetiarum Principe separata, & in Prioratum Conuentualem erecta per Sixtum IV. anno 1475.

15. S. Mariæ de Gratijs in pago Formonij in agro Foroliuiensi, sed tamen Bononiensis Diœcesis, de cuius fundatione vide supra cap. 21. concessit Sixtus IV. anno 1477.

16. S. Mariæ de Vado Ferrariæ, quod erat olim monasterium congregationis Portuensis, de quo

supra.

supra cap. 22. Sed cum Portuenses illud deseruissent, instantibus Ducibus Ferrariæ, vnitum est huic congregationi anno 1477. Habuit virum eruditum Iacobum Labetium, qui scripsit de habita canonico, & carmina compluta.

17. S. Ioannis Baptistæ apud Castrum S. Angeli in agro Ariminensi, quod erat antiquus Prioratus canonicorum Regularium. renouerunt illum nostri Lateranenses post reformationem Frigidocurtij, vt patet ex literis Martini V. & Nicolai V. quomodo vero, & quam ob causam demiserint, nescio, dimissam concessit huic congregationi Sixtus IV. anno 1478. sed eius bona mobilia Formonij applicata, nunc tandem in nouum Prioratum erectum est, vel potius restitutũ.

18. S. Paterniani ciuitatis Fani, cuius Ecclesia populi deuotione erecta à Clemente II. fertur dedicata, postea instante ciuitate eidem congregationi concessa per Sixtum IV. anno 1482.

19. S. Agathæ ciuitatis Verbini, quod ex libro taxarum apparet fuisse antiquum monasterium canonicorum, postea vero canonissarum, sed cessantibus ad monasterium S. Benedicti translatis, instante Verbini Duce, repositi sunt canonici huius congregationis per Sixtũ IV. anno 1481. vnionem confirmauit Alexander VI. anno 1492.

IV. 20. S. Petri ad Vincula de Vrbe, cuius Ecclesiæ cum Conuentu, qui olim fuerat canonicorum regularium, Innocentius VIII. instante Iuliano de Roure S. R. E. Cardinali, qui postea fuit Iulius II. dictæ congregationis tunc Protectore, eidem vniuit anno 1489.

21. S. Ioannis Euangelistæ foris Brixiã, antiquum monasterium canonicorum regularium, cuius Præpositus Capitulo Papiæ anno 1340. interfuit, deficientibus autem ibidem canonicis Iacobus Dominici vltimus Præpositus, qui ex dicta congregatione fuerat assumptus, eidem congregationi reliquauit: quam relignationem confirmauit an. 1468. Innocentius VIII. anno 1485. confirmauit, & tunc ipsa vnio suum plenũ effectum sortita est. Hoc monasterium protulit virum insignem Marcum nomine, linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ, & Arabicæ notitia celebrem, cuius inter alia est opus Dictionarium illud Hebraicum locupletissimum, quod Arca Noë vocatur.

22. S. Mariæ de Coronato apud Ianuam cuius Ecclesiam parochialem eidem congregationi vnit Archiepiscopus Ianuensis. Confirmata est vnio à Legato Pontificio anno 1486.

23. S. Mariæ de Curuaria in agro Bononiensi, quod per cessionem cuiusdam Thomæ Ioannis de Marcolino vnitũ fuit canonicæ S. Saluatoris Bononiensis ab Innocentio VIII. anno 1487. necdum an antea, vel etiam nunc sit locus Conuentualis, an membrum S. Saluatoris.

24. S. Sebastiani Mantuæ, antea Xenodochium, quod postea ampla Basilica exstructa anno 1488.

supra cap.12. Sed cum Portuenſes illud deſeruiſſent, inſtantibus Ducibus Ferrariæ, vnitum eſt huic congregationi anno 1477. Habuit virum eruditum Iacobum Labetium, qui ſcripſit de habitu canonico, & carmina complura.

17. S. Ioannis Baptiſtæ apud Caſtrum S. Archangeli in agro Arimineſi, quod erat antiquus Prioratus canonicorum Regularium, tenuerunt illum noſtri Lateranenſes poſt reformationem Frigidianã, vt patet ex literis Martini V. & Nicolai V. quomodo vero, & quam ob cauſam deſeruerint, neſcio, dimiſſum conceſſit huic congregationi Sixtus IV. anno 1478. ſed eius bona monaſterio Fornouij applicata, nunc tandem in nouum Prioratum erectum eſt, vel potius reſtitutũ.

18. S. Paterniani ciuitatis Fani, cuius Eccleſia populi deuotione erecta à Clemente II. fertur dedicata, poſtea inſtante ciuitate eidem congregationi conceſſa per Sixtum IV. anno 1482.

19. S. Agathæ ciuitatis Vrbini, quod ex libro taxarum apparet fuiſſe antiquum monaſterium canonicorum, poſtea vero canoniſſarum, ſed canoniſſis ad monaſterium S. Benedicti tranſlatis, inſtante Vrbini Duce, reſpoſiti ſunt canonici huius congregationis per Sixtũ IV. anno 1481. vnionem firmauit Alexander VI. anno 1492.

IV. 20. S. Petri ad Vincula de Vrbe, cuius Eccleſiã cum Conuentu, qui olim fuerat canonicorum regularium, Innocentius VIII. inſtante Iuliano de Ruuere S. R. E. Cardinali, qui poſtea fuit Iulius II. dictæ congregationis tunc Protectore, eidem vniuit anno 1489.

21. S. Ioannis Euangeliſtæ foris Brixiã, antiquum monaſterium canonicorum regularium, cuius Præpoſitus Capitulo Papiæ anno 1340. interfuit, deficientibus autem ibidem canonicis Iacobus Dominici vltimus Præpoſitus, qui ex dicta congregatione fuerat aſſumptus, eidem congregationi reſignauit: quam reſignationem inchoatam an. 1468. Innocentius VIII. anno 1487. confirmauit, & tunc ipſa vnio ſuum plenũ effectum ſortita eſt. Hoc monaſterium protulit virum inſignem Marcum nomine, linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ, & Arabicæ notitia celeberem, cuius inter alia eſt opus Dictionarium illud Hebraicum locupletiſſimum, quod Arca Noe vocatur.

22. S. Mariæ de Coronato apud Ianuam cuius Eccleſiam parochialem eidem congregationi vniuit Archiepiſcopus Ianuenſis. Confirmata eſt vnio à Legato Pontificio anno 1486.

23. S. Mariæ de Curuaria in agro Bononienſi, quod per ceſſionem cuiuſdam Thomæ Ioannis de Mancolino vnitũ fuit canonicæ S. Saluatoris Bononienſis ab Innocentio VIII. anno 1487. neſcio an antea, vel etiam nunc ſit locus Conuentualis, an membrum S. Saluatoris.

24. S. Sebaſtiani Mantuæ, antea Xenodochiũ, quod poſtea ampla Baſilica exſtructa anno 1488. à Francisco Gonzaga Mantuæ Marchione donatum fuit Abbatiali Cœnobio S. Rufini extra Mantuam, quod erat dictæ congregationis, ſed antea monaſterium Ordinis S. Benedicti, vt apparet ex libro taxarum Apoſtolicarum. quã donationem Innocentius VIII. anno 1488. firmauit, poſtea anno 1527. amplo monaſterio apud Eccleſiam S. Sebaſtiani exſtructo, S. Rufini canonici illuc transmigrauerunt. floruit in hac canonica Auguſtinus Mamphridus Mantuanus.

25. S. Mariæ Gratiarum ciuitatis Cortonæ, cuius Baſilicam piorum eleemoſynis magnificẽter exſtructam, rogante Ciuitate, ejſdem canonicis tenendam tradidit Innoc. VIII. anno 1488.

26. S. Petri prope Callium in Vmbria erat Eccleſia Monialium S. Petri eiuſdem vrbis, quæ illis concedentibus à Sixto IV. dictæ congregationi fuit vnita anno 1483. deinde poſt aliquot annos in Prioratum erecta.

27. S. Euphemiæ ciuitatis Placentiæ, prius collegium canonicorum ſecularium, poſtea vnitum dictæ cõgregationi ab Innocentio VIII. an. 1491.

28. S. Mariæ Magdalenæ prope Caſtrum Mirandulam, quod antea extra Caſtrum exſtructũ circa annum 1495. poſtea in obſidione ſolo æquatum, intra Oppidum renouatum eſt.

29. S. Marci in ciuitate Regij Lepidi, antea Prioratus congregationis S. Marci Mantuæ, ſed dictæ congregationi vnitus per Innocentium VIII. anno 1497.

30. S. Ioannis Baptiſtæ de Vrbe veteri, quod erat vetuſtiſſimum monaſterium canonicorum regularium, quod cum per multos annos canonicis deſtitutum manſiſſet, huic congregationi vniuit Alexander VI. anno 1498. V.

31. S. Hieronymi Mutinæ, cuius Eccleſia antea ſecularis dictæ congregationi fuit vnita anno 1498. & in Prioratum erecta.

32. S. Auguſtini Nicoſiæ nuncupati in agro Piſano vetuſtum, & celebre antiquorum canonicorum Cœnobium, de quo vide quæ diximus ſupra cap 20.

33. S. Michaëlis de monte Branculi in Epiſcopatu Lucenſi, de quo ſimiliter vide ſupra c. 20.

34. S. Mariæ de Gualdo Mozocca in diœceſi Beneuentana antea Ordinis D. Benedicti, ex lib. taxarum, conceſſum dictæ congregationi à Iulio II. anno 1507.

35. S. Laurentij extra muros Romanæ Vrbis, cuius Eccleſia eſt vna de quinque Patriarchalibus à Conſtantino ædificata, hanc ab initio tenebant clerici ex Onuphrio, ijdemq; Regulares, poſtea monachi D. Benedicti. Demum monachis ibi deficientibus, cum eſſet commendata, per Iulium II. huic congregationi fuit vnita anno 1511.

36. S. Mariæ foris portam ciuitatis Lucenſis, quod ab antiquo erat collegium canonicorũ regularium, ſed multo iã tempore canonicis deſti-

tutum ab eodem Iulio II Pontifice anno 1512. concessum est dictæ congregationi.

37. S. Agnelli Maioris in ciuitate Neapoli, quod eidem congregationi concessit Leo X. anno 1519. falsum autem omnino, quod de hoc monasterio scribit Mozzagrugnus lib. 7. istud esse monasteriū à S. Gaudioso Bitinensi Neapoli ædificatū, adhuc magis falsum, quod S. Agnellus eius monasterij Abbas fuerit, anno 1076 defunctus, vide quæ diximus lib. 1. cap. 57. num. 4.

38. S. Antonij de Vienna Patauij, antea membrum S. Antonij Venetiarum, sed postea separatum, & in Prioratum erectum à Pio IV. anno salutis nostræ 1563.

39. S. Celsi Mediolani, vnitum dictæ congregationi à Paulo III. anno 1548. cum antea esset Ecclesia Ordinis S. Benedicti, vt ex lib. taxarum Apostolicarum apparet.

40. S. Mariæ de Capellis Neapolis, antea Ordinis D. Benedicti. ex eodem lib. taxarum. vniuit Paulus III. anno 1549.

41. S. Sophiæ Beneuenti, Ordinis antea D. Benedicti. ex eodem lib. taxarum concessit Clemens VIII. anno 1595.

42. S. Agnetis extra vrbem via Nomentana. Hanc Ecclesiam Sixtus IV. monasterio S. Petri ad Vincula vniuit, sed Innocentius VIII. 1489. erexit in Abbatiam.

43. Sancti Spiritus in oppido Centi in diœcesi Ferrariensi nuper sub titulo Abbatiæ erectū, concedente Paulo V. anno 1609.

VI. HAnc congregationem complures Romani Pontifices illius virtute, ac moribus Religiosissimis ita promerentibus multis priuilegijs, ijsdemque præcipuis decorauerūt, & muniuerunt, quæ apud Ioannem Baptistam Signium & Iosephum Mozzagrugnum, ac etiam Basiliū nostrum Sirenium in Compilatione Indultorū canonicorum regularium legi possunt, inter quę extant tria priuilegia, primū Calixti III. datum 16. Calend. Iulij 1456. secundum Sixti IV. datum 15. Calend. Iulij 1471. tertium Iulij II. datum 4. Nonas Aprilis anno 1512. quibus ijdem canonici dictæ congregationis veri, & legitimi canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini decernuntur, & declarantur, & pro talibus ab omnibus, & singulis haberi, & teneri iubentur, quorum priuilegiorum concedendorum causa exprimitur in dictis priuilegijs, quod à nonnullis an illi veri essent canonici Regulares dicti Ordinis, in dubium reuocabatur, & præsertim à quibusdam Religiosis certi Ordinis mendicantiū qui in processionibus Florentiæ illos præcedere volebant, vbi talis declaratio ad lites tollendas fuit necessaria, vt idem Mozzagrugnus lib. 2. fol. 48. & lib. 4. fol 2. scribit, & ante illum Signius lib. 1. cap. 13. fol. 116. vbi dicit, illos, cū quibus lis orta est Florentiæ, fuisse Fratres Prædicatores S. Mariæ Nouellæ. Quæ vero causæ de hac re dubitandi existerent, Ticinensis noster duas fuisse suspicatur, alteram quod contra consuetudinem cæterorum canonicorum voluerint vocari Fratres, cum alij vocarentur Domni, alteram, quod super veste linea retinuerunt hastam, seu scapulare laneū, quas rationes reijciunt Signius, & Mozzagrugnus. Verūm siue istæ fuerint veræ causæ illius dubij, siue aliæ, hoc satis reuocatum in dubium an illi veri essent canonici, & ad illud tollendum declaratione Sedis Apostolicæ opus habuisse.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.

Corollaria quædā ex præcedentibus deducuntur per quæ nōnulla errata in opere Iosephi Mozzagrugni corriguntur.

EX dictis in duobus capitibus immediatè præcedentibus, quæ fideliter ex libris Ioannis Baptistæ Signij & Iosephi Mozzagrugni præcitatis fuerunt recitata, colligitur primò falsum esse nec omnino ferendum, quod idem Mozzagrugnus in offensum totius canonici ordinis non leuem scribit, hanc congregationem à Gregorio XII. institutam, ad reformandum. & reparandum in ea ordinem canonicum in vniuersum, qui ordo ita in vniuersū erat lapsus, vt quando Gregorius XII. meditatus est instituere illam congregationem, omnes canonici Regulares viuerent singulariter in canonijs particularibus, non conuentualibus à tribus semitis Regulæ B. Augustini ipsis traditæ prorsus alieni, vt vix agnoscerentur vestigia canonicorum Regularium (formalibus illius verbis vtor.) & Greg. XII. vouisse, canonicum ordinem, & monasticā reformare, ad tollendum scilicet quod Ecclesiā exagitabat: quin immo scapulare canonicorum dictæ congregationis intra habitum Pontificalem deferre consueusse. quæ passim scribit lib. 5. fol. 11. pag. 1 & fol. 12. 1. & 13. 1. & 14. & 17. & 26. & 29. & 35. & 37. & 49. & lib. 6 fol. 3. & lib. 7. fol. 2. & lib. 8. fol. 36. 1. & alibi.

Nam vt omittamus voluntarię, & diuinando dicere hunc autorem, Gregorium XI. vouisse ordinem canonicum reformare, quod esto verum esse possit, nullo testimonio subnixus affirmat, & nullus eorum, qui illius vitam scripserunt, hanc voti meminit, & adhuc magis voluntarium, & prorsus incredibile, quod subdit, eundem Gregorium illorum scapulare intra habitum Pontificiū tulisse, cum è contrario constet, monachos, & quoscunq; Regulares, excepto solis clericis, ad Pontificatū assūptos omnia prorsus Regularia indumēta dimittere, maxime quod scapulare

grikum ipsis canonicis dictæ congregationis a Gregorio XII. præscriptum, ante illos nulli alij Regulares fercbant, sed nec ipsi diutius illud tulerunt, quod in vnione cum Saluatorienſi monasterio in album matauerunt: vnde vero consuetudo non esti, Gregorium detulisse illud scapulare, tanquam habitum Religiosum, qui eundem erat habitus Religiosus. hæc inquam, remota faciamus. Primò quod ait, quando Gregorius XII. illam congregationem instituere cogitauit, totum ordinem canonicum in vniuersum lapsum fuisse, & ita lapsum, vt omnes canonici Regulares viuerent singulariter &c. tam falsum est, vt indignum videatur confutatione, cum extra Hispanijs, Gallijs, Anglia, Germania, Polonia, innumera canonicorum monasteria sub canonica disciplina viuentia, de quibus supra dictum fuit, in quorum plerisque in hodiernum vsque diem regularis observantia viget, præter congregationes amplissimas illis etiam temporibus florentes sanctæ Crucis Colimbricensis, sancti Ruffi, sancti Victoris, sancti Laurentij in Gallia, sancti Nicolai de Aroasia, Windesimensis, & Nuſſensis in Belgio, quarum duæ posteriores nuper reformatæ, tunc temporis magna sanctitate inde florebant. At inquiet, de canonicis Italicis loquimur, non de Gallis, Hispanis, Belgisue quid sonant verba illa: *Ordo canonicus in vniuersum erat lapsus*, & illa, *omnes canonici viuebant singulariter in canonijs particularibus, non conuentualibus, ambitu semitis &c. vt vix agnoscerentur vestigia canonicorum Regularium* si de solis Italicis agebatur? sed vt demus de solis Italicis locutum, falsò ut tempore institutionis dictæ congregationis, quod fuit anno 1408 nullos canonicos conuentualiter in canonijs, & regulariter vixisse Viuebant enim canonici S. Petri in cœlo aureo S. Frigidiani, S. Augustini Nicosiæ, ad quorum Abbatem, & Priores literæ Bonifacij Noni pro consulo Capitulo Prouinciali datæ sunt an. 1400. Viuebant Frigidonarij nuper reformati, ac etiam Venetenſes S. Leonardi, & Caloretani apud Mediolanum, ad quos literæ Gregorij XII. anno 1407. & 1408 sunt directæ. Viuebant Bononienſes in Sanctorum Io in Monte, & Victoris in Colle simul vnitorum, Mortarienſes cum multis aliis dictæ congregat. de quibus dictum est supra cap. 46. Cremonenſes S. Agathæ, S. Saluatoris Brixienſes, Bononienſes item Montis Oliui, Vercellenſes S. Andreæ, & S. Bartholomæi, quæ omnes longè post dictam congregat. instituta cōuentualiter vixisse, partim supra mōstratum est, partim libro sequenti ostendemus, si opus fuerit, hominem sensatum has leuitates ridere.

Secundò falsum est, eandem congregationē à Gregorio XII. institutā ad reformandum ordinem canonicum in vniuersum. Primò, quia ex literis Greg. XII. & ex serie narratorum apparet,

gnificum ipsis canonicis dictæ congregationis à Gregorio XII. præscriptum, ante illos nulli alij Regulares ferebant, sed nec ipsi diutius illud tulerunt, quod in vnione cum Saluatorien si monasterio in album mutauerunt: vnde vero consuetudo non est, Gregorium detulisse illud singulare, tanquam habitum Religiosum, qui nondum erat habitus Religiosus hæc inquam, vt missa faciamus. Primò quod ait, quando Gregorius XII illam congregationem instituere cogitauit, totum ordinem canonicum in vniuersum lapsum fuisse, & ita lapsum, vt omnes canonici Regulares viuerent singulariter &c. tam falsum est, vt indignum videatur confutatione, cum esset in Hispanijs, Gallijs, Anglia, Germania, Polonia, innumera canonicorum monasteria sub canonica disciplina viuentia, de quibus supra dictum fuit, in quorum plerisque in hodiernum vsque diem regularis obseruantia viget, præter congregationes amplissimas illis etiam temporibus florescentes sanctæ Crucis Colimbricensis, sancti Rufi, sancti Victoris, sancti Laurentij in Gallijs, sancti Nicolai de Aroasia, Windesimensis, & Nuellensis in Belgio, quarum duæ posteriores nuper reformatæ, tunc temporis magna sanctitatis laude florebant. At inquiet, de canonicis Italicis loquimur, non de Gallis, Hispanis, Belgicis, sed quid sonant verba illa: *Ordo canonicus in vniuersum erat lapsus*, & cetera, *omnes canonici viuebant singulariter in canonicis particularibus, non conuentualibus, & ita semiti, &c. vt vix agnoscerentur vestigia canonicorum Regularium* si de solis Italicis agebatur sed vt demus de solis Italicis locutum, falsò ait tempore institutionis dictæ congregationis, quod fuit anno 1408. nullos canonicos conuentualiter in canonijs, & regulariter vixisse Viuebant enim canonici S. Petri in cœlo aureo S. Frigidiani, S. Augustini Nicosiæ, ad quorum Abbatem & Priores literæ Bonifacij Noni pro congendo Capitulo Prouinciali datæ sunt an. 1400. Viuebant Frigidianarij nuper reformati, ac etiam Venetenses S. Leonardi, & Casoretani apud Mediolanum, ad quos literæ Gregorij XII. anno 1407. & 1408 sunt directæ. Viuebant Bononienses Sanctorum Io in Monte, & Victoris in Colle simul vnitorum, Mortarienses cum multis membris dictæ congregat. de quibus dictum est supra cap. 46. Cremonenses S. Agathæ, S. Saluatoris Bexienses, Bononienses item Montis Belli, Vercellenses S. Andreæ, & S. Bartholomæi, quos omnes longè post dictam congregat. institutam conuentualiter vixisse, partim supra monstratum est, partim libro sequenti ostendemus, ex rerum sit, hominem sensatum has leuitates effutire.

II. SEcundò falsum est, eandem congregationē à Gregorio XII. institutā ad reformandum ordinem canonicum in vniuersum. Primò, quia ex literis Greg. XII. & ex serie narratorum apparet, illam eremitarum in canonicos mutationem à Gregorio factam non animo nouam congreg. fundandi, sed vt saluti bonorum illorum virorū consuleret, & salua manente professione regulæ D. Aug. illos ab omnimoda subiectione Prioris Generalis, & cæterorum officialium ordinis eremitarum eximeret. & verba Pontificis clara, & aperta sunt, nec opus est Soli nebulas offundere. Secundò, quia cum Pontifices aliquem ordinem reformare intendunt, personis in disciplina regulari illius ordinis apprimè instructis, & versatis vtuntur, non autem illis, quæ potius instructione, & reformatione ipsæ indigeant. tales autē erant illi eremitæ, qui licet optimi essent religiosi, tamen canonicæ institutionis prorsus ignari erant, & ita ignari, vt opus habuerint ipsi ab alijs leges accipere, & erudiri. Quam ob causam præfecti sunt tres Cardinales, qui eis viuendi leges præscriberent. Tertiò, quia constitutiones à prædictis Cardinalibus illis præscriptæ non pro noua congregatione erigenda, sed pro solo illo monasterio traditæ fuerunt, vt patet ex forma ipsarum constitutionum, & vel ipse autor vltro fatetur lib. 5. fol. 29. pag. 2. & fol. 55. pag. 1. Quarto, quia Gregorius videns eosdem eremitas Ilicetanos in canonicos nuper transformatos è monasterio per vim Magistratus Senensis turbatos, vt illorum saluti consuleret, nouis literis datis facultatem fecit ad prius institutum eremiticum reuertendi, cuius vigore sex exillis ad vitam eremiticam redierunt, quod omnino non fecisset, si mens illius fuisset, nouam congreg. instituere ad ordinem canonicum in vniuersum reformandum. Quintò, quia cum quatuor ex illis in habitu canonicali nuper assumpto manentes sine certis sedibus vagarentur, cumque tot essent monasteria canonicorum regularium, ad quæ reformanda illos mittere potuisset, ac debuisset, si eo fine illos Canonicos instituisset, ad nullum tamen legitur misisse. Sextò quia ipsi canonici de facto nullum collegium antiquorum canonicorum reformauerunt, quinimo ipsi potius dici possunt Eremitæ in canonicos reformati. nam quod primi canonici dictæ congregationis essent eremitæ in canonicos reformati patet, quia primum illorum monasterium fuit Sancti Saluatoris de Iliceto, siue de Sylua lacus, & Religiosi dicti monasterij erant Eremitæ. Secundum fuit S. Ambrosij, & huius pariter omnes erant eremitæ. Et licet Gregorius XII. ne illa institutio funditus periret, concessisset, vt decem personas religiosas aliorum ordinum ad eos transire volentes recipere possent, nullum tamen regularem canonicum legimus ad illos transiuisse. Quod autem nullum collegium canonicorum regularium ipsi reformauerint, patet, quia licet quædam monasteria, quæ canonicorum prius fuerant, illi obtinuerint, tamen tempore vnionis illa iam canonicis omnino

destituta erant, præter vnum monasteriũ Saluatoriense Bononiæ, in quo erat vnicus Ghislerius, qui licet illos admiserit, néque illorum reformationem, neque habitum, nec viuendi modum susceperit, & alterum S. Augustini Nicosiæ, quod alijs de causis illis fuit vnitum.

III. NEc obstat, quod obijcitur, reformationes non appendi muris, & officinis, sed personis monasteriorum. nam id verum est, quando reformantur collegia, non autem quando reformantur monasteria collegijs iam destituta, tunc enim licet subiectum reformationis non sint parietes, & officinæ, sed personæ, tamen non sunt personæ quæ in monasterijs antea fuerant, & defierunt, sed personæ, quæ subintrant secum ferentes ipsam reformationem. nam & nostri Lateranenses multa monasteria monachorum reformasse leguntur in literis Apost. & non ob hoc dicuntur reformasse ordinem monasticum, quia ibi iam nulli erant monachi, sed quia secum detulerunt reformationem ipsorum canonicorum Lateranensium.

Nec obstant secundò verba illa priuilegij Gregoriani: *Excitat nostra mentis arcanam specula, & affectuosa dilectio, qua domum Prioratus S. Saluatoris &c.* Quæ autor de voto facto à Gregorio XII. instituendi prædictam congregationem, ad reformandum ordinem canonicum commentatur. nam ista verba non sunt tanti ponderis, vt non possint alio modo absque nota temeritatis, & impietatis, & falsificationis literarũ Apostolicarum legitimè interpretari: nam in literis Apostolicis mentis arcanum non significat votũ, sed mentem Pontificis, quæ est arcana, siue consiliũ, siue cogitationem, siue prouidentiam, siue solicitudinem, siue animũ Pontificis, quæ omnia sunt arcana non solùm in Pontifice, sed in quolibet homine, & literalis horum verborum intelligẽtia hæc est: Affectuosa dilectio, qua domum S. Saluatoris, & personas in ea degentes prosequimur, excitat nostram mentem arcanam, siue nostram cogitationem, nostrum animum arcanũ, per constructionem, quam Logici vocant intrãsituam, vt circa illorum statum attentè cogitemus, & illorum curam prouidã geramus, & sexcenta in literis Romanorum Pontificum sunt exempla, similia verbis præ se ferentia, vt videri potest in Constitutione sexta Alexandri VI. & Constitutione tertia, & decimaseptima Leonis X. & alibi. Præter quod clausulæ illæ proœmiales, & narratiuæ in literis Apostolicis ponuntur à Secretarijs Apostolicis ad libitum.

Multo minus etiam obstant verba illa: *Motu proprio, & ex certa scientia.* In quibus autor vim facit, quia non semper indicant, nõ præcessisse supplicationem Pontifici porrectam pro obtinendis, quæ in motibus proprijs conceduntur, sed ponuntur, ne literæ subreptionis, vel obreptionis vllo tempore notari possint, quod, ne longiùs vagemur, patet ex eodem autore lib. 5. fol. 54. in principio, vbi refert supplicationem Martinæ V. sub hac forma à suis porrectam: *Dignetur sanctitas vestra præfata omnia, & singula præmissa ex certa scientia, & motu proprio habere rata, & firma, & ea validare, suppleudo omnem defectum &c.*

IV. SEcundò principaliter infertur, verum non esse, quod idem autor lib. 8. fol. 51. pag. 1. scribit, nullibi legi, quod Gregorius XII. dederit exemonicis dictæ congregationis scapulare griseo-loris, cum hoc dicat ipse lib. 5. fol. 14. pag. 1. & fol. 53. pag. 1. & hoc expresse caueatur in Constitutionibus editis ab ipsis Cardinalibus à Gregorio deputatis cap. 11. quod nimirum scapularia sint de panno capparum, quas cappas iubebantur ferre coloris grisei mordentis, ad instar capparum Conuersorum Carthusianorum.

Tertiò infertur, perperam dixisse eundem autorem, impiè errare eos, qui dicunt, venerabilem Patrem Stephanum compulsum ad illam mutationem habitus ex altercatione cum suo Generali, vt ab illius obedictia tandẽ eximeretur, quod scribit lib. 5. fol. 55. pag. 1. in fine, & lib. 8. fol. 38. pag. 1. quia esto ille habitus mutationem nõ intenderet, tamen quod ad eandem mutationem compulsus fuerit ex eiusmodi altercatione, apparet ex tota narratione eiusdem autoris lib. 5. ab initio vsque ad fol. 14. vt si nota hæc afficit, suum priùs afficiat autorem.

Quartò infertur, iniustam esse querelam eiusdem autoris lib. 8. fol. 26. pag. 1. fol. 38. pag. 1. aduersus Syluestrum Mauroticum, & Bassum Sirenium, quod dixerint, hanc congregationem primitus institutam in agro Senensi, & in monasterio Ilicetano, cum sint apertissima verba Gregorij XII. domum de Sylua lacus ordinis eremitarum in Prioratum canonicorum regularium exgentis, idque præ se ferant omnia dicti Pontificis priuilegia, quibus hæc congregatio erigitur, instituitur, & firmatur, & ante quæ priuilegium nulla prorsus dictæ congregationis mentio habetur.

Quintò infertur falsum esse, quod idem autor ait lib. 8. fol. 37. pag. 1. nunquam dictum esse de hac congregatione, quòd sit nouella plantatio. Quid enim significant verba illa Gregorij XII. in primo priuilegio? *Vnde domum S. Saluatoris de Sylua lacus in Prioratum conuentualem autoritate Apostolica erigimus, volentes, & eadem autoritate statuentes, quod ipsi Fratres in eadem domo residentes, eorumque successores, qui erunt pro tempore, canonici regulares, & secundum regularia instituta deinceps viuant, & Fratres S. Saluatoris nuncupari debeant,* & illa in priuilegio octauo *fragrantia Sacra Religionis, qua apud dilectos filios Priorem, & canonicos Prioratus S. Saluatoris de Sylua lacus &c. à nobis salutem inspirit institutionis initia,* & infra, *qui à nobis regulare habitum, & ordinis suscipere primordia.*

V. SExto infertur, absque rationabili causa eundẽ autorem lib. 8. fol. 7. pag. 1. & alibi non semel dixisse illi Segnium Tiemensi succensere, quod dixerit, Lateranensibus competere esse canonici ex natura, suis autem Saluatorien sibus ex privilegio: *Vnde enim inquit hanc tam arguta am distinctionem natura, & priuilegij inuenerunt, quam non inuenerunt nec D. Thomas, nec Scotus, nec alij huius literaturæ eximij Doctores.* Nam respondetur, hanc distinctionem in primis reperiri apud ipsum autorem ad alia intentum lib. 2. fol. 37. pag. 1. qui cã his terminis ponit, dum inquit: *Sic ut filio, vel nepoti Regis Franciæ competit per se, quod sit de domo regnanti: non tamen per se, quod sit de domo Franciæ à Rege priuilegiata, aut alio modo, vt nobilitetur per accidens est talis, (& est mera dignitas ea, qui est naturaliter talis: vnde dicitur, quod omnes, quod est per naturam tale, quod idẽ est quod per se tale, est magis tale, quam quod est per accidens tale.* Inde infertur etiam passim hæc distinctio apud laicos consultos, cum de filijs legitimis, vel de feudis, vel de nobilitate familiarum res agitur. nã duobus modis quis dicitur filius legitimus, vno modo ex natura, quia talis natus est, nativitas enim natura dicitur 2. Physic. & à D. Paulo ad Ephesios 2. cum docet nos omnes natura esse filios iræ: altero modo ex priuilegijs Principis, quia Princeps naturalem defectum abstulit suo priuilegio, quæ distinctio maximè attenditur in successione ad iura feudalia. Similiter duobus modis aliquis dicitur nobilis, & de corpore nobilium alicuius Reipublicæ, vel ciuitatis, vno modo ex natura, quia ex parentibus nobilibus natus est, alio modo ex priuilegio, quia ob illius merita in corpus nobilium Reipublicæ fuit cooptatus: in hoc sensu dixit Ticinensis, & verum dixit, Lateranẽsibus competere esse canonicos ex natura: quia ab per continuatam seriem à clericis, seu canonicis per B. Augustinum, imo per sanctos Apostolos institutis deriuant, vt deductum, probatum, & definitum fuit coram Summo Pontifice, & per eundem Somenum Pontificem, vt lib. 3. ostendimus. Saluatorien sibus autem competere esse canonicos ex priuilegio, quia attenta illorum primaria origine, & institutione, illi neque à canonicis deriuant, neque ab illis institutionem, neque habitum regularem, neque in monasterio canonicorum regularium acceperunt, sed ab initio fuerunt eremitæ ex monasterio Ilicetano, vel Eugubino sancti Ambrosij, siue ex alijs ordinibus assumpto, & autoritate, ac priuilegio Apostolicum canonicos mutati. nec tamen negamus, illos vere esse canonicos, sicut negari non potest esse vere legitimum, quem Princeps suo priuilegio legitimat.

VI. SEptimo infertur, falsum esse, quod scribit idẽ autor lib. 5. fol. 29. pag. 2. hanc congregationem fuisse primitus institutam inter congregationes canonicorum regularium, nam longe antequam huius congregationis erant in Italia

V. SExto infertur, absque rationabili causa eundē autorem lib. 8. fol. 7. pag. 1. & alibi non semel & ante illū Signum Ticinensi succensere, quod dixerit, Lateranensibus competere esse canonicos ex natura, suis autem Saluatorien sibus ex priuilegio: *Vnde enim inquit hanc tam arguta am distinctionem naturæ, & priuilegij inuenerunt, quam non inuenerunt nec D. Thomas, nec Scotus, nec alij huius literaturæ eximij Doctores.* Nam respondetur, hanc distinctionem in primis reperiri apud ipsum autorem ad alia intentum lib. 2. fol. 37. pag. 1. qui eā ibi in terminis ponit, duos inquit: *Stous filio, vel nepoti Regis Franciæ competit per se, quod sit de domo regnabili vero sulle de domo Franciæ à Rege priuilegium, aut alio modo, vt nobilitetur per accidens est talis, & est minus dignus eo, qui est naturaliter talis: vnde dicitur, quod nunc, quod est per naturam tale, quod idē est quod per se tale, est magis tale, quam quod est per accidens tale.* Inuenitur etiam passim hæc distinctio apud Iurisconsultos, cum de his legitimis, vel de feudis, vel de nobilitate familiarum res agitur. nā duobus modis quis dicitur filius legitimus, vno modo ex natura, quia talis natus est, natiuitas enim natura dicitur 2. Physic. & à D. Paulo ad Ephesios 2. cum docet nos omnes natura esse filios iræ: altero modo ex priuilegijs Principis, quia Princeps natalium defectum abstulit suo priuilegio, quæ distinctio maximè attenditur in successione ad iura feudalia. Similiter duobus modis aliquis dicitur nobilis, & de corpore nobilium alicuius Reipublicæ, vel ciuitatis, vno modo ex natura, quia ex parentibus nobilibus natus est alio modo ex priuilegio, quia ob illius merita in corpus nobilium Reipublicæ fuit cooptatus: in hoc sensu dixit Ticinensis, & verum dixit, Lateranensibus competere esse canonicos ex natura: quia illi per continuatam seriem à clericis, seu canonicis per B. Augustinum, imo per sanctos Apostolos institutis derivant, vt deductum, probatum, & definitum fuit coram Summo Pontifice, & per eundem Summum Pontificem, vt lib. 3. ostendemus. Saluatorien sibus autem competere esse canonicos ex priuilegio. quia attenta illorum primaria origine, & institutione, illi neque à canonicis derivant, neque ab illis institutionem, neque habitum regularem, neque in monasterio canonicorum regularium acceperunt, sed ab initio fuerunt eremitæ ex monasterio Ilicetano, vel Eugubino sancti Ambrosij, siue ex alijs ordinibus assumpti, & autoritate, ac priuilegio Apostolico in canonicos mutati. nec tamen negamus, illos veros esse canonicos, sicut negari non potest esse vere legitimum, quem Princeps suo priuilegio legitimat.

VI. SEptimo infertur, falsum esse, quod scribit idē autor lib. 5. fol. 29. pag. 2. hanc congregationem fuisse primitus institutam inter congregationes canonicorum regularium, nam longe antea initium huius congregationis erant in Italia multæ aliæ congregationes sub suis capitibus degentes, & conuentus Generales, ac etiam Rectores Generales habentes, vt supra ostensum fuit. extra Italiam verò erant præclarissimæ congregationes Colimbricensis S. Crucis, Parisiensis S. Victoris, item S. Rufi, & S. Laurentij, in Belgio Aroasiensis, Windesimensis, Nussiensis, in Palestina sancti Sepulchri, quæ omnes longè ante annum 1408. quo tempore cœpit hæc congregatio, fuerant institutæ.

Scio dicet, te solùm comparatione nostræ Lateranensis Congregationis locutum, id enim satis euidenter alijs in locis indicat, vt dum lib. 8. fol. 12. scribit, primum priuilegium datum à Gregorio XII. suæ congregationi esse prius primo priuilegio dato ab eodem Gregorio XII. canonicis Frigdionarijs, imo quando Frigdionarij nondum ex ouo eruperant. & eodem lib. fol. 4. pag. 2. & fol. 21. pag. 2. quod quibuscunque iuribus contendamus, siue priuilegijs, vel præstantioribus, vel vetustioribus, siue primarijs institutionibus, siue quacunque antiquitate, etiam ipso habitu canonico, & claustrali, suæ congregationis canonici nostris sint præferendi, iunctis alijs, quæ habet lib. 2. fol. 46. pag. 1 & lib. 7 fol. 14. 1. & lib. 8. fol. 40. 1. Verùm si sic intelligi cupiebat, nō debuerat absolutè dicere, suam congregationem primitus institutam inter omnes congregationes canonicorum regularium. Quod autem ad nostros attinet, nobis nunc curæ non est de maioritate, & primatu contendere, sufficit enim nobis Papalis decisio. qua post longum examen decisum est, nos esse de illis antiquis clericis à B. Augustino, imo vero à sanctis Apostolis institutis, idque compertum satis ex plurimis verissimis, & authenticis documentis. Videatur Constitutio Pij IV. quæ est in Bullario 95. in ordine inter cōstitutiones huius Pontificis. probent etiam ipsi se esse de eisdem clericis antiquis, & non nuper institutis, & manum damus, ac etiam ex reuerentia, & amore fraternitatis per omnia cedimus, qui non de primatu contendimus, sed de iuribus, & hæreditate, ac finibus Patrum nostrorum conseruandis. Quod autem ait, primum priuilegium datum à Gregorio XII. huic congregationi esse prius primo priuilegio dato ab eodem Pontifice nostræ congregationi, verum non esse inueniēt, qui legerint eiusdem Gregorij priuilegium anno 1407. nostris Frigdionarijs concessum, quando illi nondum erant instituti.

OCtauò infertur, falsum esse, quod scribit VII.
lib. 8. fol. 12. 13. 26. 37. 38. & 43. & pro quo excandescit, nunquā inueniri, præsertim in literis Apostolicis dictos canonicos appellatos canonicos S. Saluatoris de Sylua lacus, vel de Bononia, vel de Venetijs: nam vocari S. Saluatoris de Sylua lacus, apparet ex duodecim priuilegijs Greg. XII. vocari etiam canonicos S. Saluatoris de Bononia, præter quod constat ex literis Clemētis VIII. su-

pra citatis, potest etiam ex eodem autore, qui dicit, suos erexisse monasterium S. Saluatoris de Bononia in caput & titulum vniuersalem congregationis, & pro confirmatione erectionis supplicauisse Martino V. vt videre est lib. 5. fol. 54. demum vocari canonicos S. Saluatoris Venetiarum, fatetur ipse lib. 8. fol. 3. pag. 2. vt satis non intelligam, quid dicere velit, dum sæpius de eodem affirmat, & negat.

Nonò infertur, nulla probabilitate subnixũ, quod scribit lib. 3. fol. 38. pag. 1. & repetit lib. 8. fol. 12. 1. & fol. 28. 2. Hanc congregationem originem trahere ab antiquis canonicis Rhenensibus, & quod de sua congregatione fuerunt Lucius II. Honorius II. Innocentius II. & alij relati inter canonicos antiquæ congregationis S. Mariæ de Rheno, pro qua re ferè vsque ad iniurias decertat lib. 4. fol 4. & lib. 5. fol. 55. & lib. 8. fol. 17. & 28. & alibi sæpissimè, cum ista congregatio, si personas attendamus, ab Eremitis Ilicetanis, & Ambrosianis traxerit suam originem, si ad autorem, ille fuerit vel venerabilis Stephanus Eremita, vel Gregorius XII. si locum institutionis, ille fuerit non monasterium S. Mariæ de Rheno, sed S. Saluatoris de Ilicето, & cum nonnisi an. 1418. ad monasterium S. Mariæ de Rheno fuerint admissi, decem annis postea quam fuerant instituti, vnde non possunt dicere, se à Rhenanis descendere, nisi dicamus congregationem decem annis postquam ab vno parente nata est, iterato in vētrem alterius matris introire, & denuo ab illa originem ducere, & nasci, quod etiamsi per impossibile fingeremus, adhuc verum non esset, quod tanta constantia & animositate fingit. Primò quia quando isti canonici ad monasteria S. Saluatoris, & S. Mariæ de Rheno simul vnita admissi fuerunt, iam nulli amplius erant canonici Rhenani præter vnum Priorem Franciscũ Ghisslerium, qui nunquam illis vniri voluit, sed omnimodam administrationem, & iurisdictionem vsque ad mortem sibi retinuit, & illos solùm admisit ad diuina officia celebranda in suis Ecclesijs more Capellanorum, neque vnio ante obitum dicti Ghislerij suum plenum effectum est sortita. Secundò quia literæ Apostolicæ expressè fatentur, dictos canonicos sic accedentes alterius fuisse habitus, instituti, & obseruantiæ, ab antiquis illis canonicis Rhenanis, & à summo Pontifice ita admissos ad dicta monasteria, vt tamen proprium habitum, institutа, & obseruantias retinerent, & secundum illa perpetuo ibidem viuerent, adeo quod vetus congregatio cum suis institutis in illorum aduentu penitus interijt, & noua congregatio alterius habitus, instituti, & obseruantiæ successit, vnde isti noui canonici nõ magis dicere possunt se descendere ab antiquis canonicis Rhenanis, quàm à Monachis sancti Benedicti, quorum multa monasteria obtinuerunt, vt S. Ioannis Euangelistæ Rauennæ, S. Danielis & S. Michaëlis in agro Patauino, & alibi, & qua ratione dicere possunt, canonicos illos Rhenanos esse de illorum congregatione, eadem dicere possunt S. Benedictum, Placidum, Maurum, & alios monachos existere de eadem congregatione.

VII. Sed dicit nos antiquis canonicis Rhenanis vniti fumus. Ergo in illorum naturam transiuimus, & nobilitatem, iura, & præeminentias sequimur, quia quod vnitur, sequitur naturam eius cui vnitur. sed contra seipsum loquitur, nam quod alteri vnitur, iam supponitur existens, & aliunde originem habens: vnde si ipsi sunt vniti antiquis Rhenanis, iam fatentur, quod aliunde originẽ traxerunt. secundò falsum est illud, quod alteri vnitur, sequi naturam illius, & conditiones, & illo inferius esse, neque iura ab eo allegata id docent, sed oppositum, nam glossa in cap. Et temporis 16. quæst. 1. varios modos vniendi distinguit, & docet, aliquando ita vniri Ecclesias, vt ambæ retineant sua iura, titulos, & præeminentias, & tunc quod vnitur, non transit in naturam alterius, nec illius conditionem sequitur, nec est inferius illo. contradicit etiam hic autor sibi ipsi, qui lib 8. fol. 52. pag. 2. dicit, suos Ambrosianos vnitos fuisse antiquis Rhenanis, vt illis præsidẽ, quomodo igitur suam naturam secuti sunt, & illis inferiores fuerunt? Tertiò falsum est, canonicos Ambrosianos antiquis Rhenanis fuisse vnitos, vt dictum est, nisi fortassis in sepulchris, quia quando isti successerunt, iam illi omnes exciderant.

Dicit secundò: nos inserti sumus antiquis canonicis Rhenanis. ergo iure gloriari possumus de illorum antiquitate, & nos ab illis originem ducere. Respondeo constare, non fuisse nos insertos, quia illi non existebant, nisi in sepulchro, & quod alteri inseritur ab alio originem trahit, vt notum est, & non gloriatur de radice, sed radix de illo: quia trahit radicem, & truncum in suam naturam, non autem trahitur in naturam radicis, & trunci, alioqui superfluè arbores insererentur, vt ex malis fierent bonæ, si quod inseritur, naturam arboris sequeretur. fateor aliam esse rationem in insitione spirituali, maximè per quam Christo per fidem, & gratiam inserimur ex naturalibus oleastris excisi, & contra naturam in bonam oliuam insiti Christo. Sed Paulus ipse docet, hoc contra naturam insitionis naturalis esse. Quare metaphora ista insitionis plus arguenti obest, quàm prosit.

Dicit tertiò: nos successimus antiquis canonicis Rhenanis. Ergo omnia illorum priuilegia, & iura in nos transtulimus. Respondeo per hoc non probari quod ipsi sint de illis antiquis canonicis Rhenanis, vel ab eis originem ducant. nam pari passu dicere possemus, nos à monachis Diui Benedicti originem ducere, quia multa illorum monasteria tenemus, quorum omnia & singula iura,

CAPVT QVINQVAG

iura, & priuilegia autoritate Apostolica ad nos fuerunt translata, & vnus Princeps alteri in Regno, vel Imperio, vel feudo succedens, omnia illorum iura, & priuilegia, & præeminentias acquirit, & in se transfert, & tamen non est necesse, illum trahere originem ab illo, cui in principatu succedit.

Dicit quartò: omnia antiqua iura, & statuta antiquorum Rhenanorum in nobis sunt reformata. Respondeo primò ex literis Apostolicis eorum, falsum id esse, & potius omnia antiqua in fructu, mores, & obseruantias per istos nouos canonicos Ambrosianos, siue Ilicetanos fuisse abrogata; nam isti noui illis antiquis ea lege successerunt, vt cum essent diuersi habitus, institutа, & obseruantiæ ab illis antiquis, nihilominus ea statutibus antiquis institutis, isti suum habitũ, institutа, & obseruantias retinerent. & cum illis, & secundum illa in dictis monasterijs viuerent.

Dicit quintò: reformatio speciem non mutat cap. & clerum, ne clerici, vel monachi. Nos monasterium Rhenanum, & sancti Saluatoris reformauimus. Ergo sumus de illis antiquis canonicis Rhenanis. Respondeo falsum esse, quod reformatio speciem non mutet, neque hoc dicere illũ reformauimus aliquando reformatur collegium, quod erat relaxatum, reducendo illud ad pristinum statum, & tunc reformatio non mutat speciem. aliquando reformatur collegium cum immutatione status, vt cum Eremitæ Ilicetani facti sunt canonici, & similiter Ambrosiani, & tunc reformatio mutat speciem: aliquando verò reformatur Ecclesia, seu monasterium, & non collegium, & tunc reformatio mutat speciem, vt dicentem allegatus, & docet quotidiana experiẽta, quare cum isti canonici reformauerint non antiquum collegium Rhenanum, quod erat extinctum, sed solùm illius monasteria, potius cõcludendum esset, illos alterius speciei fuisse.

VIII. Decimò infertur, nullatenus verũ esse, quod scribit libro 8. fol. 8. pag. 2. de hac illius cõgregatione locutum D. Antoninum in secunda parte Historialis titulo decimo quinto cap. vigesimo tertio § secundo cum dicit: *Nam canonici regulares qui dicuntur principium habuisse ab Augustino Gemma Doctorum, a regula sua relaxati erant, & deformati: sed reformati à Domino mediantibus duobus eximijs viris, Simonijs, & vita præclara*: Nam D. Antoninus non dicit, quod ij duo viri reformauerint ordinem canonicum sub binas congregationes, vt suam comprehenderet, quemadmodũ iste autor fingit, errorem incurrens, quem Ticinensis imputat eodem libro folio tertio, sed falsitatem, quinam fuerint canonici per dictos duos viros reformati, addens: *Et iam dilatato fere per Italiam in fratribus, & monasterijs inregularis seruantia degentes, & primus horum locus & est prope Lucam, & dicitur Frisonaria vnde & congregatio illa quæ sub vno capite gubernatur, & vtur*

iura, & priuilegia autoritate Apostolicâ ad nos fuerunt translata, & vnus Princeps alteri in Regno, vel Imperio, vel feudo succedens, omnia illius iura, & priuilegia, & præminentias acquirit, & in se transfert, & tamen non est necesse, illum trahere originem ab illo, cui in principatu succedit.

Dicit quartò: omnia antiqua iura, & statuta antiquorum Rhenanorum in nobis sunt reformata. Respondeo primò ex literis Apostolicis constare, falsum id esse, & potius omnia antiqua instituta, mores, & obseruantias per istos nouos canonicos Ambrosianos, siue Ilicetanos fuisse abrogata; nam isti noui illis antiquis ea lege successerunt, vt cum essent diuersi habitus, institutum, & obseruantiæ ab illis antiquis, nihilominus essent ibus antiquis institutis, isti suum habitū, institutum, & obseruantias retinerent. & cum illis, & secundum illa in dictis monasterijs viuerent.

Dicit quintò: reformatio speciem non mutat cap. Relatum, ne clerici, vel monachi. Nos monasterium Rhenanum, & sancti Saluatoris reformauimus. Ergo sumus de illis antiquis canonicis Rhenanis. Respondeo falsum esse, quod reformatio speciem non mutet, neque hoc dicere illū testum nam aliquando reformatur collegium, quod erat relaxatum, reducendo illud ad priſtinum statum, & tunc reformatio non mutat speciem: aliquando reformatur collegium cum immutatione status, vt cum Eremitæ Ilicetani facti sunt canonici, & similiter Ambrosiani, & tunc reformatio mutat speciem: aliquando verò reformatur Ecclesia, seu monasterium, & non collegium, & tunc reformatio mutat speciem, vt dixerat us allegatus, & docet quotidiana experiẽtia, quare cum isti canonici reformauerint non antiquum collegium Rhenanum, quod erat extinctum, sed solum illius monasteria, potius cõcludendum esset, illos alterius speciei fuisse.

IX. Decimò infertur, nullatenus verũ esse, quod scribit libro 3. fol. 8. pag. 1. de hac illius cõgregatione locutum D. Antoninum in secunda parte Historiali titulo decimo quinto cap. vigesimo tertio §. secundo cum dicit: *Nam canonici regulares, qui dicuntur principium habuisse ab Augustino Gemma Doctorum, a regula sua relaxati erant, & deformati, sed reformati à Domino mediantibus duobus eiusdem viris, sanctis, & vita praclara*: Nam D. Antoninus non dicit, quod ij duo viri reformauerint ordinem canonicum sub binas congregationes, vt suam comprehenderet, quemadmodũ hic autor fingit, errorem incurrens, quem Ticinensis imposuit eodem libro folio tertio, sed subdit statim, quinam fuerint canonici per dictos duos viros reformati, addens: *Et iam dilatati sunt per Italiam in fratribus, & monasterijs in regulari observantia degentes, & primus horum locus suus & est prope Lucam, & dicitur Frisonaria vnde & congregatio illa, quæ sub vno capite gubernatur, dicitur ac Frisonaria, & aliquando etiam Fesulanam possidet.* & postea de hac noua congreg. canonicorum regularium S. Saluatoris de Bononia subdit: *Et post hos alij quidam religiosi ordinis eremitarum segregantes se ab ipso ordine, vt restrictius viuerent, &c.* Ecce tibi, isti non sunt de illis primis à duobus viris scientia, & vita præclaris reformatis, quos D. Antoninus dicit à D. Augustino principium habuisse, sed alterius instituti nuper inuenti.

X. 11. Infertur, siue causa eundem autorem nonnullis Historicis, & autoribus succensere toto lib. 8. & supra lib 2. fol. 54. & lib. 4. fol. 2. & lib. 7. fol. 7. & toto illo volumine, cuius hic est præcipuus scopus, & finis, quod negent hanc suam congregat. originem ducere ab antiquis canonicis Lateranensibus, à S. Augustino, imo à SS. Apostolis institutis, sicut de nostris affirmãt: ex quibus Doctoribus præter nostros Ticinensem, & Sirenium nominat Volaterranum, Syluestrum Maurolicum, Hieronymum Platũ, Hieronymum Sorbum, Thomam Bzouium. potuisset addere Emanuelem Rodericũ tomo 1. Quæstionum regularium q. 3. art. 1. cum è contra, vt inquit, ipsi verè dicere possint, se descendere ab antiquis canonicis Lateranensibus, & illis iunctos, sicut & nostri: & qua ratione Sixtus IV. dixit, nostros Frigdionarios descendisse ab antiquis canonicis Lateranen. & ab Apostolis, eadem id ipsum de sua congreg. dicere debuisse: & quod ipsi per continuatum tramitem descenderunt à canonicis à D Augustino institutis. nam etsi hæc omnia illo posses verificare quàm maximè optaremus, quæ nihil nobis obessent, sicut non obest, quod sint in Gallijs, Hispanijs, Belgio, & Alemania complura collegia canonicorum regularium, quos censemus, & pro comperto habemus esse de antiquis canonicis à D. Augustino, vel etiam ab Apostolis institutis: multum verò prodessent ad amputanda iurgia, & occasiones altercandi de primatu cum admiratione, ac etiã scandalo eorum, qui nostras nugationes legunt. tamen timeo, hunc autorem, suos canonicos esse de antiquis clericis, vel Lateranensibus, vel à B. Augustino, & à sanctis Apostolis institutos, nonnisi cum magno labore posse probare, propter duo, quorum alterum est, quia notum est lippis, & tonsoribus, illos, non ex antiquis canonicis descendere, sed ex eremitis in domibus eremitarũ autoritate Apostolica canonicos creatos. nam si Pontifex modo vnum, vel plura monachorum Benedictinensium monasteria, aut etiam Capucinorum, in canonicos erigere vellet, & illos monachos canonicos creare, nunquid non essent vere canonici? & tamen risum faceret, qui contenderet illos esse de canonicis antiquis Lateranen. siue à D. Augustino, siue ab Apostolis institutis. Secundo quia ad probandam identitatem saltem specificam, requiritur identitas habitus substantialis, siue essentialis, vt notum est, & supponi-

ponitur pro comperto ex ijs, quæ communiter tradunt scribentes post Glossam in Clementina 1. de Electione, in verbo habitus. Verùm istorum canonicorum habitus etiam substantialis aliqua ex parte videtur diuersus ab habitu antiquorum canonicorum Lateranensium à D. Augustino, & à SS. Apostolis institutorum, quod ostenditur. nã antiquorum canonicorum Lateranensium substantialis habitus est sola tunica linea, quam sub cappa deferunt, vt Io. Andreas in dicta Glossa communiter receptus tradit, & Benedictus XII. in Bulla Generalis reformationis canonicorum regularium in cap. de forma habitus, & idem autor fatetur: Verùm isti canonici præter tunicam lineam habent pro habitu substantiali scapulare laneum cucullatum, quod sapit naturam habitus monastici, & non clericalis. nam quod dictum scapulare sit illorum habitus substantialis, fatetur idem autor lib. 3. fol. 21 pag 1. maximè sine cuculla, hæc enim illius sunt verba: *Neque canonico scapulare illud, quod neque accidit canonico, sed substantiale est &c.* & lib. 5. fol. 48. pag. 2. vbi ait, quod habitus professionis est habitus de substantia, & essentia ordinis, iunctis ijs quæ scribit lib. 6. fol. 18. pag. 2. & fol. vigesimo 2. & fol. trigesimo secundo 2. vbi dicit, scapulare esse habitum professionis, in quo canonici illius congreg. profitentur, qui ideirco non datur Nouitijs, & ita etiam habetur in constitutionibus dictæ congreg. tum antiquis, tum etiam modernis Romæ editis 1612. cap. 19. quod est de professione. Deinde fatetur idem autor lib. 4. fol. 53. pag. 2. illa verba Bullæ Martini V. per quam canonicos dictæ congregationis adquisit ad Ecclesiam S. Saluatoris Bononiensis, retento illorum habitu, licet illi essent diuersi habitus, instituti, & obseruantiæ ab antiquis canonicis dictæ Ecclesiæ, de habitu essentiali esse intelligenda: illi autem canonici Ambrosiani nõ erant differentes ab antiquis Rhenanis in habitu, qui est tunica linea, sed quoad scapulare. Ergo illud est habitus essentialis. nam cappa exterior siue esset eadem, siue diuersa, in vtrisque accidentalis erat habitus, non essentialis. imo scapulare multo magis videtur habitus substantialis canonicorum dictæ congreg. quàm Rochettum: quia illi Rochettum concedunt etiam Conuersis, ex illorum constitutionibus cap. 8. de Vestibus, quibus tamen non concedunt scapulare, & tandem illud est habitus internus, vt idem autor concedit lib. quinto fol. quadragesimo secundo 2. & quinquagesimo secundo 2. habitus autem internus, idem est, quod habitus substantialis.

XI. QVod autem cuiusmodi scapulare sit habitus monasticus, fatetur ipse lib 3. fol. 17. per totum, & fol 18. pag. 2. & fol. 22 pag. 2. & quod rem vrget lib. 3. fol. 21. pag. 2. vbi scribit, scapulare suorum canonicorum illud idem esse, de quo sub nomine cucullæ loquitur Concilium Aquisgrani cap. 125. hæc namque illius sunt verba: *Ita illi, qui Ludouico Pio Imperatore in Concilio Aquisgrani ex scapulario vsi sunt, sicut & vos vtimur, illi correcti, vt à Iulio II. & Calisto III. adhuc retento scapulari, quod non contrarium esset habitui canonico, veri Canonici regulares D. Augustini decreti sumus.* Potro scapulare illud, de quo Concilium Aquisgrani ibi loquitur, esse cucullam monasticam, quæ monachis est habitus, quamque Concilium ibid. & text. in cap. Mandamus 19. q. 3. canonicis regularibus interdicunt, res est tam certa, vt nulla probatione indigeat. Quare licet Papa potuerit nouos canonicos instituere, & veros canonicos decernere, & nihilominus scapulare illis præscribere, quod illorum habitus esset essentialis, quæ non negamus, nec negari possunt, addo etiam decernere illos esse veros canonicos ordinis S. Augustini, & pro talibus habendos. dubium nihilominus remanet, an illi canonici cum illo habitu sic super instituti sint verè de illis à B. Augustino institutis, & pars negatiua apparet verior: quia certo D. Augustini nõ est corpus naturale, sed mysticum, cui sine sui immutatione noua species canonicorum per autoritatem Apostolicam addi potest. quid enim prohibet? sicut in corpore vnius Reipublicæ ad veteres familias nouæ addi possunt, quę ex priuilegio sunt verè de corpore Reipublicæ, & tamen non sunt de illis antiquis familijs Reipublicæ, quid enim vetat?

Nec videtur sufficere, quod ait, scapulare non esse habitum professionis, sed signum habitus professionis, vel signum professionis. non enim Doctores alia ratione asserunt, habitum esse de essentia religionis, nisi quia est signum externum professionis internæ. vt notat D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. nec etiam sufficit, quod alibi ait, scapulare cucullatum, vel cum cuculla lata esse habitum monasticum, cæterum sine cuculla, vel cum cuculla stricta, & reformata esse habitum canonicalem. primò quia scapulare, quod Gregorius XII. & etiam Constitutiones recens editæ præscribunt, est cucullatum, & forma à Potestate præscripta attendenda est, quæ etiam omitti non potest. secundò quod cappucium sit magis, vel minus strictum, non variat speciem cucullæ monasticæ. & demum attendendum est, non quid aliqui autoritate priuata faciant, sed quid ex perscripto legis fieri debeat.

XII. MVltò minus verum est, quod idem autor, & ante illum Io. Baptista Signius lib. 1. c. 9. Per multas paginas comminiscuntur, scapulare dictæ congregationis esse antiquum habitum claustralium deferri solitum etiam à canonicis regularibus præsertim Alexandrinis à D. Marco institutis, & à canonicis congregationis D. Marci de Mantua, & à Frigdionarijs, qui postea illud paulatim commutauerunt, vel abiecerunt, nisi forsan æquiuocatio latet in nomine scapularis, vt sub hoc nomine comprehendantur omnia tegumenta scapularium, cuiusmodi sunt almutia,

& quas vocant forcaturas, siue varotas, & cappuccia, quæ à nonnullis super rochetto in choro deferuntur, de quibus in Constitutionibus Benedicti XII. in cap. de Forma habitus, hoc enim pacto concedimus, esse habitum canonicorum antiquorum, & modernorum, quo omnes passim eriam nunc vtuntur. At loquendo de scapulari, quod est hasta lanea cum cuculla, quale & monachi, & multi ex mendicantibus deferunt, nego illud fuisse habitum antiquorum canonicorum. & quod non fuerit habitus canonicorum Alexandrinorum, patet ex Cassiano lib. 1. de Institutis cœnobiorum cap. 7. illorum enim scapularia erant mauortes, quas nunc nos dicimus almutia, quod ceium canonici D. Marci de Mantua eiusmodi scapulare nõ deferrent, quidquid somniat Mamphridus, patet ex illorum constitutionibus in cap. de Habitu. illorum enim scapularia erant tum lanea, tum pellicea. non ergo erant hasta, vt sunt illa canonicorum huius congregationis, sed erant pellicia, & cappucia, quæ nunc super humeros, & brachia à canonicis tum regularibus, tum secularibus deferri solent, qualia scapularia Canonici nostræ congregat. deferunt Lucæ in monasterio S. Frigdiani, iuxta antiquã loci consuetudinem. multò minus verum est, quod inquit Frigdionarij ciusmodi scapularia, siue nigra, siue alba, vnquam tulerint, sed sunt impostura de frigido cerebro hausta, quas libro sequenti solida ratione, & demonstratione reijciemus. illud autem multò magis mirandum, hunc autorem ad probandũ quod canonici D. Marci, qui quicunque essent, ordinis D. Augustini non erant, gestarent super rochettis scapularia, allegare lo. Andream in Clementina 1. in verbo Habitus de electione, qui neque ibi, neq; in toto libro Clementinarum de illis canonicis vel verum vel dum habet.

XIII. INfertur, exili admodum fundamẽto subnixum videri, quod idem autor ait, Allegationes in causa præcedentiæ inter canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses pro illem Lateranensibus productas, æquè militare pro Canonicis S. Saluatoris, & eosdem canonicos dictæ congregationis S. Saluatoris Bononiensis, quæ comprehensos fuisse in eadem causa, & sententiam à Pio IV. ad fauorem Lateranensium latam, æquè pro suis facere, in qua re probanda toto secundo libro insistit. & lib. 8. fol. 9. pag. 2. nam licet, saluo vinculo charitatis, & amicitiæ cum RR. Monachis, hoc maximè verũ esse putaremus, tamen certum est canonicos dictæ congregationis in eadem causa ne per somnium quidem nominatos, sed neque laborum, vel expensarum participes fuisse. vnde illud in autorem quadrare posset, quod Iurisconsultus ait, si non fuerint partes. ff. pro socio. Ieoninam esse societatem, qua quis prædæ, & lucri, non autem laboris, & dispendiorum socius esse cupit. Et

& quas vocant forcaturas, siue varotas, & cappucia, quæ à nonnullis super rochetto in choro deferuntur, de quibus in Constitutionibus Benedicti XII. in cap. de Forma habitus, hoc enim pacto concedimus, esse habitum canonicorum antiquorum, & modernorum, quo omnes passim etiam nunc vtuntur. At loquendo de scapulari, quod est hasta lanea cum cucullo, quale & monachi, & multi ex mendicantibus deferunt, nego illud fuisse habitum antiquorum canonicorum. & quod non fuerit habitus canonicorum Alexandrinorum, patet ex Cassiano lib. 1. de Institutis nouitiantium cap. 7. illorum enim scapularia erant mauortes, quas nunc nos dicimus almutias, quod etiam canonici D. Marci de Mantua eiusmodi scapulare nō deferrent, quidquid somniet Mamphridus, patet ex illorum constitutionibus in cap de Habitu. illorum enim scapularia erant tum lanea, tum pellicea. non ergo erant hasta, vt sunt illa canonicorum huius congregationis, sed erant pelles, & cappucia, quæ nunc super humeros, & brachia à canonicis tum regularibus, tum secularibus deferri solent, qualia scapularia Canonici nostræ congregat. deferunt Lucæ in monasterio S. Frigdiani, iuxta antiquā loci consuetudinem. multò minus verum est, quod nostri Frigdionarij eiusmodi scapularia, siue nigra, siue alba vnquam tuletint, sed sunt impostiæ de frigido cerebro hausiæ, quas libro tequeant solida ratione, & demonstratione reijciemus. illud autem multò magis mirandum, hunc autorem ad probandū quod canonici D. Marci, qui quicunque essent, ordinis D. Augustini non erant, gestarent super rochettis scapularia, allegare Io. Andream in Clementina 1. in verbo Habitus de electione. qui neque ibi, neq; in toto libro Clementinarum de illis canonicis vel vnum verbum habet.

12. INfertur, exili admodum fundamēto subnixum videri, quod idem autor ait, Allegationes in causa præcedentiæ inter canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses pro eisdem Lateranensibus productas, æquè militare pro Canonicis S. Saluatoris, & eosdem canonicos dictæ congregationis S. Saluatoris Bononiensis æquè comprehensos fuisse in eadem causa, & sententiam à Pio IV. ad fauorem Lateranensium latam, æquè pro suis facere, in qua re probanda toto secundo libro insistit. & lib 3. fol. 9. pag. 2. tam licet, saluo vinculo charitatis, & amicitiæ cum RR. Monachis, hoc maximè verū esse optaremus, tamen certum est canonicos dictæ congregationis in eadem causa ne per somnium quidem nominatos, sed neque laborum, vel expēsarum participes fuisse. vnde illud in autorem quadrare posset, quod Iurisconsultus ait l. 8 non fuerint partes. ff. pro socio. Ieoniam esse societatem, qua quis prædæ, & lucri, non autem laboris, & dispendiorum socius esse cupit. Et quanquam maximè desudet tum in propugnaculo Ticinensis tum in Allegationibus per nostros, Cremonæ editis transcribendis, & ad fauorem suorum iurium aptandis, tamen timeo valdè, ne à scopo aberret. nam totus status controuersiæ ad duo capita, seu dubia tandem redactus est, nimirum, an nos essemus de antiquis clericis à D. Augustino, vel SS. Apostolis institutis: & an supposito, quod de illis verè essemus, vti clericis per essentiam ius præcedendi monachos competeret, qui non per essentiam, sed ex accidenti, siue ex dispensatione sunt clerici, quare vt iura pro nobis allegata, & sententia pro nobis lata suis prodesse possit, probandum erit, quod sui sint de veris, & antiquis clericis à D. Augustino, & à SS. Apostolis institutis, ad quod probandum non sufficit aliorum dignitatem imminuere, vel aliorum iuribus detrahere. nam per hoc, quod domū vicini demolimur, & deprimimus, nostram non erigimus, nec sublcuamus.

CAPVT QVINQVAGESIMVMQVARTVM.

De quibusdam alijs Congregationibus Italicis Canonicorū Regularium.

PRæter congregationes numeratas fuerunt, & sunt etiam in Italia aliæ nonnullæ, licet numero familiarum multò minores, vt quæ duo, vel tria monasteria ad summum non excedant. Hæ fuerunt congregatio Scolarium apue Bononiam, S. Iacobi Cellæ Volanæ in Episcopatu Comaclij in Romandiola, & nunc sunt congregatio S. Spiritus Venetiarum, & S. Petri de Monte Corbulo in Hetruria. I

Congregatio Scholarium fuit instituta apud Bononiā ante annum 1200. à nonnullis Scholaribus Bononiæ causa studij commorantibus. de qua Iacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinali Episcopus Tusculanus in sua historia Occidentali cap. 27. hæc scribit: *Est alia Regularium canonicorū Deo grata, & hominibus gratiosa cōgregatio extra ciuitatem Bononiæ, non longe ab ea in costrīs aterni regis militantium, & eidem sub vnius materiū obedientia inseruore spiritus, & mentis excessu tam deuotè, quam humiliter seruientium, Hi siquidem ideo expediti post Dominum currunt, & nudi nudū sequuntur, quod omnem exteriorum curam, & temporalium possessionem à se penitus reiecerunt, omnia transitoria tanquam stercora reputantes, vt Christum lucrifaciant. Sapienter enim pensantes, & prudenter attendētes, quod sufficit diei malitia sua, in tantum de crastino non cogitant, quod eleemosynas aliquas à fidelibus non reci-*

piant,

piunt, nisi quantum sortia vitæ sinit ad aciem necessitatem posit sufficere. Tribus in hebdomada diebus carnes, si eis apponantur, non recusant, in refectorio manducantes, & in dormitorio quiescentes, & Horas Canonicas secundum D. Augustini regulam paritet in Ecclesia in voce exultationis, & confessionis Domino concinentes, immolantes Deo sacrificium laudis, & reddentes Altissimo vota sua. Ipsi autem ex numero Scholarii Bononiæ causa studij commorantium in vnum Domino inspirante congregati, diuinarum scripturarum lectiones, vno eorum docente, singulis diebus audiunt, quæ autem diligenter audierint, Summi Pontificis auctoritate & S.R.E. institutione Christi fidelibus diebus festis in prædicationis, & doctrinæ gratia decorantes, & Prædicatorum ordinem Canonicorum ordini coniungentes. Hac igitur dulcis mixtura bonorum multos ad imitandum allicit, prouocat, & accendit, & diebus singulis sancta, & honesta Christi scholarium Congregatio, & numero amplatur, & charitate dilatatur. Attendentes enim sapienter fortes Athletæ Iesu Christi, quod nullum Sacrificium magis placitum sit Deo, quam zelus, & salus animarum, & quod anima, quæ impinguat, impinguabitur, sumentes in vasis suis de optimis terræ fructibus, & ferentes viro munera, aquas suas in plateis diuidunt, & fontes eorum deriuantur foras, in agro Domini fructum centesimum recepturi vnanimiter laborantes vt animas peccatorum de faucibus Leuiathan extrahentes, postquam ad scientiam eruditæ erint multos, fulgeant tanquam stellæ in perpetuas æternitates.

Vbi verò, siue in quo monasterio hæc congregatio fuerit instituta, nunquam reperire potui, nam tempore Iacobi de Vitriaco non solùm in ciuitate Bononiæ, sed iuxta illam in Suburbijs, vel collibus, aut agris vicinis multa canonicorũ erant monasteria. si diuinare liceat, suspicor hanc congregationem erectam in monasterio S. Victoris. Primò quod in literis Apost. præsertim Martini V. inueniatur illud monasterium fuisse caput aliorum monasteriorum, nam sub illo erat monasterium S. Ioannis in Monte in ciuitate. secundò quod locus esset prope ciuitatem, vnde diebus festiuis canonici in ciuitatem ad verbum Dei prædicandum sese recipiebant tertio quod ipsum monasterium S. Victoris multorum doctissimorum virorum diuini, & humaniorum peritia clarissimorum olim domicilium esset, vt ex antiquis monumentis illius apparet, licet multæ scripturæ ad illud attinentes bellorum ruinis, rapinis, & vastationibus perierint, ob quas ante Martinum V. iam annis quinquaginta ipsum monasterium debito numero canonicorum erat destitutum.

II. COngregatio S. Iacobi Cellę Volanæ instituta est in Episcopatu Comaclensi in monasterio vetustissimo canonicorum, dum Archiepiscopi Rauennates quædam monasteria canonicis dicti monasterij tenenda, & secundum illius institutiones reformanda tradiderunt, ex quibus fuerunt monasterium S. Adalberti loco, qui nunc vocatur S. Albertus, necnon monasterium S. Laurentij in Cæsarea foris Rauennã quod erat monachorum ordinis D. Benedicti, sed cum disciplina monastica penitus in eo defecisset, anno 1266. Philippus Rauennaten. Archiepisc. canonicis S. Iacobi Cellæ Volanæ reformandum commisit, publico instrumento vnionis confecto, sub hac forma.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate eius 1266. die 11. Nouemb. Indictione 9. Argentæ in camera venerabilis Patris Domini Philippi Archiepiscopi Rauennaten. præsentibus venerabilibus Patribus Domino Guidone Leste Episcopo Pistoriensi &c. Salvator mandatum patendum rediens, commissa B. Petro, & in ipsius persona suis successoribus super cunctos generali tuitione, ac plenissima potestate, apostolos per vniuersum mundum ad prædicandum misit, sum successoribus ipsis pro tradita potestate in gregè sibi commisso, vt euellant, & dissipent, ædificent, atque plantent, ac ipsorum manibus gregis eiusdem sanguinem requisiturus, cum in tam diffusa commissionis, & protectionis custodia generalis Christi Vicarius vbique dirigere vegetat sue solicitudinis affectum, reparando singula, quæ sunt tradita vniuersa, ad instar illius, qui cum sit totus vbique, sue tamen Angelos suos spiritus, & ministros suos ignis ardentes. Igitur nos Philippus Dei, & Apostolica gratia Rauennatensis Ecclesiæ Archiepiscopus ad reparationem, & reformationem Ecclesiarum nostræ cure commissarum solicitudine intendentes, cum inuenerimus monasterium S. Laurentij in Cæsarea prope Rauennam vbi S. Benedicti, quod olim per nigros monachos consueuit gubernari, collapsum in spiritualibus, & quasi totaliter in temporalibus etiam destitutum, & facta inquisitione, & examinatione habita diligenti, non posse de monachis eiusdem ordinis sine iactura irreparabili in monasterium restaurare, ex quibus destructis, & desolatis eiusdem monasterij iam processit, eadem monasterio nunc vacante, & nullo ibi monacho existente, prouidemus, atque disponimus, habentes pre oculis solum Deum, ipsum monasterium de religiosis, honestis, & discretis fratribus ordinis S. Augustini reformare. Quare iam dictum monasterium cum omnibus suis iuribus, actionibus, possessionibus, bonis, & rebus omnibus, honoribus, & oneribus eiusdem monasterij de consensu fratrũ nostrorum Sinibaldi Archidiaconi, & Druidoni Præpositi Ecclesiæ Rauennaten. præsentium concedimus, remittimus, ac supponimus tibi præsenti D. Vbertino Præposito, ac Syndico Priorũ, ac Conuentu Ecclesiæ S. Iacobi Cellæ Volanæ recipienti, & stipulanti nomine, & vice ipsius Prioris, & Conuentus, & pro ipso Priore, & Conuentu, seu Ecclesia supradicta, & ipsi Ecclesiæ, & canonicis S. Iacobi Cellæ Volanæ ordinis S. Augustini Comaclensis Diœcesis, ita quod de cætero vnus, & idem sit Rector, administrator, & gubernator, & Prior, & Canonici ipsius Canonicæ S. Iacobi, & monasterij prædicti, saluis, & reseruatis nobis, & Ecclesia Rauennatensi in ipso monasterio, & Rectore iuribus, patronibus, & ca-

sualibus, & honoribus omnibus, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, vtraque lege iurisdictionis seruata, & debitis honoribus præstitis, consuetis, & debitis nobis, & Ecclesiæ Rauennatensi, ita quod per vnionem huiusmodi nobis, successoribus nostris, & Ecclesia Rauennatensi in aliquibus supradictis præiudicium nullum fiat, quæ omnia, & singula supradicta &c.

112. ETsi ex forma vnionis videatur istud monasterium S. Laurentij eidem canonicæ S. Iacobi taliter vnitum, vt vnus & idem in vtrisque monasterijs esset Prior, constat tamen in eodem erectum conuentum canonicorum sub Priore distincto à Priore & conuentu S. Iacobi cum subiectione tamen ad ipsum Priorem S. Iacobi ex multis literis Apostolicis. reperitur autè idem monasterium de anno 1396. postea vnitum canonicis S. Mariæ in Portu, forsan, quia canonici S. Iacobi illud cesserant, quibus vice versa reperuntur ipsi Portuenses alia bona, & iura cessisse, quæ habebant in Episcopatu Comaclensi.

Præter supradicta monasteria ad eandem congreg. spectabant Ecclesia S. Iuliani prope Fauentiam, quam canonici S. Iacobi anno 1222. accepta compensatione concesserunt mensæ Episcopali Fauentinæ. Item Ecclesia Parochialis loci Morciani, cum alia Ecclesia quam nunc tenent FF. Minores Conuentuales quæ omnia constant authenticis scripturis existentibus Ferrariæ in canonica nostra Abbatiali S. Io Baptistæ.

Verùm omnia hæc monasteria nunc solo sunt æquata, nam monasterium ipsum S. Iacobi nostræ congregationi vnitum, prope Ferrariam ob aeris intemperiem translatum est, loco Cellæ Volanæ omnino destituto. Similiter monasteriũ S. Laurentij, quod ab Eugenio IV. eidem congr. fuerat vnitum, paucis ab hinc annis in quadam ciuitatis Rauenn. munitione, quod vrbi esset minus propinquum, euersum est, illius materia pro ædificio nouæ templi S. Mariæ in Portu infra ciuitatem à Sede Apostolica concessa, in quo simili fere tatere sacellum D. Laurentio sacrum ad antiqui monasterij memoriam conseruandam, erectum est. monasterium verò S. Adalberti cum vicoib ro cognominato sæpius capto, combusto, & eersò destructum, tandem redactum est in Archipresbyteratum secularem.

Ex hac congr. prodijt Blasius de Nouellis Ferrariensis Lateranensis Basilicæ Pœnitentiarius, & deinde Adriæ Episcopus, qui cum esset Prior Monasterij S. Iacobi Cellæ Volanæ, primò sui monasterij reformationi ex animo incubuit. Verùm cum eam difficilem deprehendisset, illud nostræ congr. paulò ante reformatæ vniendum curauit, cum quo ipsam congr. ingressus aliquot annis sanctissimè nobiscum vixit, ad Episcopatum Adriaticum postea assumptus, quem cum laudabiliter rexisset, non sine sanctitatis opinione ex hac vita ad cœlestem migrauit: cuius cor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...suarum animarum, & honorabilium omnium, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, vtraque lege iurisdictionis salua, & debitione hactenus præstita, consueta, & debita nobis, & Ecclesiæ Rauennatensi, ita quod per vnionem huiusmodi nobis, successoribus nostris, & Ecclesiæ Rauennatensi in aliquibus supradictis præiudicium nullum fiat, quæ omnia, & singula supradicta &c.

III. ETsicet ex forma vnionis videatur istud monasterium S.Laurentij eidem canonicæ S.Iacobi taliter vnitum, vt vnus & idem in vtrisque monasterijs esset Prior, constat tamen in eodem erectum conuentum canonicorum sub Priore distincto à Priore & conuentu S. Iacobi cum subiectione tamen ad ipsum Priorem S. Iacobi ex multis literis Apostolicis. reperitur autè idem monasterium de anno 1396. postea vnitum canonicis S.Mariæ in Portu, forsan, quia canonici S.Iacobi illud cesserant, quibus vice versa repetentibus ipsi Portuenses alia bona, & iura cessisse, quæ habebant in Episcopatu Comacleusi.

Præter supradicta monasteria ad eandem congreg. spectabant Ecclesia S.Iuliani prope Rauennam, quam canonici S.Iacobi anno 1122. accepta compensatione concesserunt mensæ Episcopali Faentinæ. Item Ecclesia Parochialis loci Morani, cum alia Ecclesia quam nunc tenent FF. Minores Conuentuales quæ omnia constant authenticis scripturis existentibus Ferrariæ in cancellaria nostra Abbatiali S.Io Baptistæ.

Verùm omnia hæc monasteria nunc solo sunt æquata, nam monasterium ipsum S.Iacobi nostræ congregationi vnitum, prope Ferrariam ob aëris intemperiem translatum est, loco Cellæ Volanæ omnino destituto. Similiter monasterium S.Laurentij, quod ab Eugenio IV. eidem congr. fuerat vnitum, paucis ab hinc annis in quadam ciuitatis Rauenn. munitione, quod vrbi esset nimis propinquum, euersum est, illius materia pro ædificio noui templi S.Mariæ in Portu infra ciuitatem à Sede Apostolica concessa, in quo sinistro latere sacellum D.Laurentio sacrum ad antiqui monasterij memoriam conseruandam, erectum est. monasterium vero S.Adalberti cum vico ab eo cognominato sæpius capto, combusto, & extrò destructum, tandem redactum est in Archipresbyteratum secularem.

Ex hac congr. prodijt Blasius de Noticllis Ferrariensis Lateranensis Basilicæ Pœnitentiarius, & deinde Adriæ Episcopus, qui cum esset Prior Monasterij S.Iacobi Cellæ Volanæ, primò sui monasterij reformationi ex animo incubuit. Verùm cum eam difficilem deprehendisset, illud nostræ congr. paulò antè reformatæ vniendum curauit, cum quo ipsam congr. ingressus aliquot annis sanctissimè nobiscum vixit, ad Episcopatum Adriaticum postea assumptus, quem cum laudabiliter rexisset, non sine sanctitatis opinione ex hac vita ad cœlestem migrauit: cuius corpus Ferrariæ in Ecclesia nostri monasterij fuit tumulatum.

IV. CONgregatio S. Spiritus Venetiarum sub Martino V. suam originem habuisse dicitur circa annum 1424. in monasterio S. Spiritus prope Venetias, quod antea fuerat canonicorum regul. circa annum 1140. fundatum, sed postea circa an. 1380. canonicis destitutum, monasterio Abbatiali Brunduli vnitum. Autores huius congreg. feruntur quatuor clerici nobiles Veneti seculares, videlicet D. Andreas Bondimerio, D. Michaël Maurodeno, D. Philippus Paruta, & D. Franciscus Contareno. hi zelo vitæ communis, & religiosæ inflammati primùm apud locum intra lacunas S. Mariæ de Nazareth conuenientes, vbi erat monasterium eremitarum ord. S. Augustí. Magistro Gabrieli Spoletano eximio illorũ temporum concionatori, & eius loci Priori seipsos tanquam Patri spirituali instituendos tradiderunt, cuius hortatu ipsum ordinem eremiticũ ingredi, & professi, & de virtute in virtutem in dies proficientes, paulò post monasterium S. Danielis in agro Patauino Abbate commendatario concedente, obtinuerunt. Verum Abbatia alij collata, negotium è manibus dissiluit, quare in Patriam reuersi, monasterium S. Spiritus Abbate Brundulensi concedente obtinuerunt, & canonicum ordinem in eo renouauerunt. nam an. 1424. ex commissione Martini Papæ V. dimisso eremitico, canonicum habitum, & institutum sumpserunt, per manus D. Petri Marcello Episcopi Patauini, in cuius manibus iterato professionem emiserunt. Electus est Prior D. Andreas Bondimerio, qui multis annis ipsum monasteriũ religiosissimè gubernauit. Postea aliud monasterium Patauij obtinuerunt, quod S. Michaëlis dicitur. Priores habent annuos, per quos reguntur: Visitatores verò per singulos annos ex concessione apostolica ex alijs ordinibus, siue claustralium, siue mendicantium sibi delegunt, sub protectione Serenissimi Principis Venetorum degunt. Ex monasterio S. Spiritus prodierunt ipse D. Andreas Bondimerio ex Priori Patriarcha Venetiarum III. in ordine anno 1460. electus, & confirmatus, & D. Philippus Paruta, qui assumptus est ad Archiepiscopatum Cretensem anno 1458.

V. CONgregatio S. Petri de Monte Corbulo circa tempora Iulij Papæ II. fuit instituta. Ex Volaterrano lib. 21. locus primæ fundationis mõs Corbulus in Episcopatu Florentino, sed propè ciuitatem Senarum milliario circiter duodecimo. autor quidam Petrus Regiensis, vel Mediolanensis, vt alijs placet, qui antea fuerat monachus Carthusianus, imo, & canonicus S. Saluatoris Bononiensis, vt Mozzagrugnus lib. 1. in fine scribit, qui cum in Francisci de Soderinis Volaterrani Episcopi, & Alexandri VI. Referendarij familiaritatem, & amicitiam deuenisset, eius fa-

uore

uore fretus in eo loco in Ecclesia Diui Michaelis nuncupata dictam congregationem inchoauit, sub inuocatione, & titulo B. Petri Apostoli, quã à Iulio II. confirmatam scribit Volaterranus, aut à Leone X. vt autor est Benedictus de S. Geminiano eius congregationis canonicus. Addit Iosephus Mozzagrugnus ex Annalibus dictæ congregationis locum primarium institutionis non fuisse in Monte Corbulo, sed monasterium S. Mariæ de Bibona in maritimis Pisanis, Volaterranæ tamen Diœcesis. Habitus canonicorum dictæ congregationis ab initio fertur fuisse tunica grisei, seu leonini coloris, super quam rochettũ, & super illo almutiam, siue cappucium ferebant. Verùm anno 1521 mutatus est color griseus in nigrum, & assumpta chlamis nigra, ad instar canonicorum S Frigdiani Lucæ. Hi canonici in magna abstinentia, & paupertate viuunt, antiquorum clericorum Apostolicorum vitam, & mores æmulantes, operibus charitatis incumbẽtes, & de labore manuum viuentes, & in communi operantur omnia. Solitudinem diligunt, hospitalitatem sectantur, quorum mores, ac vitam vtinam vrbanitæ imitaretur. Horum meminerunt Volaterranus, Trullps lib. 1. cap. 10. & Mozzagrugnus loco citato, & alij, ad quos remitto.

CAPVT QVINQVAGESIMVMQVINTVM.

De Congregationibus Canonicorum regularium Gallicanis, & reformatione facta per B. Iuonem in Ecclesia Beluacensi S. Quintini.

I. SEculum vndecimum, & duodecimũ fausta, & fœlicia multarum Ecclesiarum reformatione, & etiam fundatione plerarumq; canonici ordinis cõgregationum in variis mundi partibus extiterunt. nam quo tempore in Italia per canonicos S. Frigdiani, Portuensis, Mortariensis, Bononiensis, & alios fuit reformatus, & sub varijs congregationibus reparatus eodem in Gallijs, Hispanijs, & in Belgio per sanctos viros Iuonem, Theotonium, & alios legitur restitutus, & multarum congregationum institutione similiter propagatus. Cæterùm de Gallicanis cõgregationibus verba facturi, à reformatione facta in Ecclesia S. Quintini Beluacensi per B. Iuonem illius Ecclesiæ Præpositum, ac deinde Carnotensium Episcopum sermonem exordiemur. De hac enim reformatione Sigibertus Gemblacensis autor illorum temporum in suo Chronico sub anno 1078. scribit: *ab hoc tempore cœpit reflorere in Ecclesia B. Quintini Beluacensi canonicus ordo, primùm ab Apostolis, postea à B. Augustino Episcopo regulariter institutus, sub Magistro Iuone venerabili eiusdem Ecclesiæ Præposito, postea Carnotensium Episcopo.* His consentiunt Vincentius Beluacensis in Speculo Historiali, & ex illo D. Antonius in 2. parte Historiali tit. 15. cap. 16. in fine, vbi eadem vtriusque autoris verba repetens, ait: *Circa annum Domini 1080. cœpit reflorere in Ecclesia S. Quintini Beluacensi ordo canonicorum regularium, primùm ab Apostolis, deinde à B. Augustino Episcopo, & Doctore eximio regulariter institutus sub magistro Iuone venerabili eiusdem Ecclesiæ Præposito, postea Carnotensi Episcopo, qui post Isidorum fecit compilationem antiquorum Decretorum.* Adstipulatur autor Supplementi Chronic. lib. 12. sub anno 1106. vbi de eodẽ Iuone differens inter alia huius sancti viri egregia encomia hoc memorat, quod cum incredibili sanctitate, & humilitate insignitus esset, etiam ordinem suũ in Gallijs collapsum mirificè reformauit, & lib. 14. in vltima illius editione, ipso adhuc autore superstite, & recognoscente circa annum 1506. fol. 263. inquit: *Ordo canonicorum regularium ab Apostolis primùm institutus, indeque à Augustino apud Hipponem Africæ vrbem diuersis institutionibus decoratus reflormit, variis postmodum temporum successibus in Hispanijs, Galliæ reliquoque per orbem regionibus, & per Italiam morum in modernos profusius dilatatus, sed apud Burgundiam in Belnacensi Ecclesia sub magistro sanctoque viro Iuone eiusdem Ecclesiæ Præposito ad pristinam eiusdem ordinis obseruantiam efflorere cœpit vigesimo secundo imperij Henrici IV. anno.* Allegat Vincentium, Antoninum, & autorem Fasciculi temporũ, & longius rem prosequitur, concordatque Onuphrius in Chronico sub anno 1080. Multa, eaque præclara in huius sanctissimi viri commendationem, ac illius doctrinæ, necnon constantiæ in eius seculi vitijs, & luxu arguendis, & corrigendis, & disciplina clericorum penè soluta reparanda, scribunt passim Historici, & in primis Cardinalis Baronius tomo 11. qui hoc solùm omittit, quod alij summis illius laudi tribuunt, illum, & canonicum regularem, & canonici ordinis reparatorem in Gallijs extitisse. Verùm qui ea solùm persequimur, quæ ad ordinis reformationem, siue reparationem spectant, illis prætermissis, duas tantùm epistolas proferemus, ex quarum altera apparet, hunc iunctum virum ex regulari canonico ad Episcopalem dignitatis gratiam euectum fuisse: ex altera verò illum non solùm in Præpositura S. Quintini, verùm etiam in Ecclesia, & Episcopatu Carnotensi clericos canonicos habuisse. Prior epistola est Vrbani Papæ II. ad Richerium Archiepiscopum Senonensem, qua illum de huius sancti viri assumptione ex ordine canonicorum regularium, & de illius consecratione in Carnotensem Episcopum certiorem reddit. Exemplum Epistolæ hoc est:

Vrbanus

VRbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Richerio Senonensi Archiepiscopo salutem, & apostolicam benedictionem. Quanta pro Gaufrido quondam Episcopo Carnotensi Ecclesia molestias sustinuerit, quanta ad Apostolicam sedem querele perlate fuerint, dilectionis tuæ frontem ne erroneat, tandem rei veritate diligentiùs perquisita, largiente Domino tot litis satisfecimus, & abijsdem nostro manibus sine culpæ tenore consecratus Episcopatui resignatus est, tunc ad suam fraternitatem scripta direximus, rei gestæ ordinem indicantes, & vt tuum Carnotensibus ad eligendum, & consecrandum auxilium, auxilium præberes flagitantes. Postea itaque Carnotenses fulti locutione, venerabilium presbyterorum Iuonem ex ordine canonico in Episcopum nominarunt. Cum autem consecrationis gratiam petiuisset Ecclesia petiuisset, tua et fraternitas nutum opponere recusauit. ad nos ipsi venientibus, & consecrationem eiusdem gratiam postulantibus, nos qui merito grauem iuuenem dudum noueramus, ac eius eligendi Iuonem laudauimus, petitionis iustæ deesse nequiuimus. Consecratum igitur eum saluæ Ecclesiæ tuæ obedientia remittere, & fidelium tuæ dilectionem postulamus, vt omnibus simul consopitis, benignitate eum debita complectaris, & ad Ecclesiæ regimen auxilium tuum largiaris. Petro Gaufridum, si Episcopatum retinuisse dicere, aut fidelium infestare voluerit, ipsum, ipsiusque fautores anathemate subiacere decernimus. vale.

ALtera epistola est ipsius Iuonis ad Petrum Pictauiensem pro quodam canonico regulari eidem Petro multis precibus ab ipso Iuone postulatum, & obtentum, vt cuidam suæ Ecclesiæ præficeretur, ac etiam canonicè electũ, vt Abbati S. Cypriani satisfaceret, confusum ad suum monasterium remiserat. exemplum autem Epistolæ hoc est:

Reuerendo in Christo Fratri Petro Pictauiensi Episcopo Iuo humilis Ecclesiæ Carnotensis seruus. Sic bona plantare, vt non fluedat bona connellere. Si fraternitati nostræ vtilitatem in vocare possemus, quantum salus charitatis vocalis posset fieri, sine a vobis multa expostularemus mutua. potius communes, partim propria: quæ clarorum in Dei Ecclesia nostra Deo militantem, & propulsatione, & doctrina vita contemplatiua sonti totu defluxit inbutem, ad pulchrum redire quietem suam non umquam, vestra admonitione, vestra autoritate compulsus. Quem cum vobis ad regimen eiusdem regularis Ecclesiæ Dioecesis vestræ vestris epistolis crebrò compellassemus, & canonicè electum ab ipsa Ecclesia maximam, non satis aptum à vobis passim est opinatum, quam propositum ordine discepetare coepistis, quandoquidem falsa à fratribus, & collaudata à vobis in ciuitate in Primatus sui sede eum sublimare voluistis. ego & ille fratri non modicam intulistis verecundiam, & amicis vestris non minimam fecistis iniuriam: cum enim eat tanta precum instantia ab amico postulandi, qui ad inuitandum dari, & donandis tam facilè inclinata sententia fuerat refutandum. Nec satis tuentes fraternitatem vestram litera Domini Papæ, quibus

VAbanus Episcopus seruorum Dei. Rocherio Venuensis Archiepiscopo salutem, & apostolicam benedictionem. Quantas pro Gaufrido quondam Episcopo Carnotensi Ecclesia molestias sustinuerit, quantæ ad Apostolicam sedem querelæ perlatæ fuerint, dilectionis tuæ frustra ex cognouit. tandem rei veritate diligentius perquisita, largiente Domino tuæ petitioni satisfecimus, & ab ipsius nostro manibus sine cuiusque tenore consecrationis Episcopatus refutatus est, tunc ad suam fraternitatem scripta direximus, res gestæ ordinem indicantes, & vt tuum Carnotensibus ad eligendum, & consecrandum antistitem, auxilium præberes flagitantes. Nostra itaque Carnotenses fulti locutione, venerabilem presbyterum Iuonem ex ordine canonico in Episcopum ordinauerunt. Cum autem consecrationis gratiam petiuisset, tua ei fraternitas minus rationabiliter resistit. ad nos ipsis venientibus, & consecrationem eiusdem gratiam postulantibus, nos qui secundum tenorem tuæ dudum noueramus, ac eius eligendi potestatem dederamus, petitioni iustæ deesse nequiuimus. Consecratum igitur eum salua Ecclesiæ tuæ obedientia tenere iussimus, & dilectionis tuæ dulcedinem postulamus, vt omni illum fomite consopito, benignitate eum debita complectaris, & ad Ecclesiæ regimen auxilium tuum largiaris. Porro Gaufridum, si Episcopatum renunciare, aut ecclesiam infestare voluerit, ipsum, ipsiusque fautores anathemati subiacere decreuimus. Vale.

III. ALtera epistola est ipsius Iuonis ad Petrum Pictauiensem pro quodam canonico regulari quem idem Petrus multis precibus ab ipso Iuone postulatum, & obtentum, vt cuidam suæ Ecclesiæ præficeretur, ac etiam canonicè electũ, vt Abbati S. Cypriani satisfaceret, confusum ad suum monasterium remiserat. exemplum autem Epistolæ hoc est:

Reuerendo in Christo Fratri Petro Pictauiensis Episcopo Iuo humilis Ecclesiæ Carnotensis seruus. Sic bona plantari, vt non fluat bona conuellere. Si fraternitatem vestram in tuo vocare possemus, quantum saluo charitatis vinculo posset fieri, tuæ a vobis multa exposita nouimus iniuriæ, partim communes, partim propriæ: quia dilectionem Dei nostra Deo militantem, & propulsantibus. & dolendum vitæ contemplatiuæ sanctitatem distrahentibus, ad publicum redire quietem suam interrumpere, vestra admonitione, vestra autoritate compellitis. Quem cum vobis ad regimen cuiusdam regularis Ecclesiæ Diœcesis vestræ vestris epistolis crebrò compulissetis, & canonicè electum ab ipsa Ecclesia transmisissetis, non satis aptam à vobis passus est repulsam, quam præpostero ordine discepsare cœpistis, quandam facta à fratribus, & collaudata à vobis electione in Prioratus sui sede cum sublimare noluistis: in qua & illi fratri non modicam intulistis verecundiam, & amico vestro non minimam fecistis iniuriam. Nam enim erat tanta precum instantia ab amico postulandi, qui ad inuitandum doni, & donantis tam facilè mutata sententia fuerat refutandus. Nec satis tuentes fraternitatem vestram litera Domini Papæ, quibus distrahendi altaris interfuimus, quæ confirmant Abbati S. Cypriani vsus illud prædictæ Ecclesiæ, quod se habere dicebat ex legitima concessione quorundam Monachorũ, qui vt audiuimus, quietam possessionem clericorum approbant. Monachorum verò sancti Cypriani intrusionem prorsus improbant. Ad hoc prædictus Abbas modis omnibus nitebatur, vt prædictæ Ecclesiæ Prioratus ei à Domino Papa concederetur, quod Dominus Papa nobis reclamantibus, & libertatem clericorum pro posse nostro defendentibus, facere noluit. Or acuens sicut ipse dicebat, ne per hanc occasionem prædictus Abbas clericos moliretur excludere, & Monachos suos introducere. Clericorum verò ordini publicam infert is iniuriam, qui Monachorum ordinem ad tam ruinosam erigitis superbiam, vt clericos eis subiugare studeatis, quorum tanta debet esse excellentia, vt secundum Beatum Patrem Augustinum vix etiam bonus monachus bonum clericum faciat. Sed quia Clericus ista dixit de clericis, audiamus monachum dicentem de monachis. dicit enim Hieronymus: Monachus non docentis, sed dolentis habet officium, & alibi: Clerici oues pascunt, ego pascor, & alibi: Si cupis esse, quod dicitur monachus, id est solus. quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum. Habet vnumquodque propositũ principes suos, & vt ad nostra veniamus, Episcopi, vel Presbyteri habent ad exemplum Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem habere nitantur, & meritum: nos autem habemus propositi nostri Principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharii, & alibi: Mihi oppidum carcer, & solitudo Paradisus, quid desideramus Vrbium frequentiam, qui de singularitate censemur? Possemus in hunc modum multa colligere de priuilegio clericorum, & subiectione monachorum, nisi vitaremus prolixitatem epistolæ. nec tamen ista dicendo monachorum religioni detrahimus, imò vt verè monachi sint, id est verè singularem sectentur viã, tota mente desideramus. Laudamus quidem eos, si non transgrediuntur terminos à Patribus suis positos, & tunc magis esse beatos, quum subesse magis studuerint, quam præesse, cum humilitas, & obedientia sit eorum summa protectio: ambitio verò, & superbia lamentabilis, & superba detestio. Hæc & his simulia diligenter attendite, & ordinem clericorum, in quo estis, & cui estis, & cui Deo autore præestis, ad meliora prouocando honorate, & nulli alij ordini eum contra morem Ecclesiasticum subiugare permittite. Valete.

EX his epistolis habes primò, B. Iuonem ad apicem Episcopalis dignitatis ex ordine canonicorum regularium assumptũ, quod omnes Historici aduertũt, vno excepto Cardinali Baronio. Secundò colligitur, B. Iuonem non solum in Ecclesia S. Quintini Beluacensi, verùm etiam in suo Episcopatu Carnotensi clericos canonicos, siue regulares habuisse. nam clericus ille, quem Petrus Pictauiensis Episcopus postulauerat, de Diœcesi Carnotensi erat, non de Beluacensi. Tertiò, quod quemadmodum tempore ipsius beatissimi Patris Augustini clerici ab illo reformati certatim à propinquis Episcopis, & ciuitatib⁹ in IV.

Rectores suarum Ecclesiarũ præficiendi postulabantur, ita etiam clerici regulariter reformati per hunc venerabilem virum sanctum Iuonẽ. Quartò habes hinc etiam zelum feruentissimum huius sancti viri in dignitate suorum clericorum more alterius Augustini, aduersus conculcantes ordinẽ canonicum acerrimè defendenda. Ne autem existimes, illum Carnotensium canonicorum curæ incumbentem, suorum Beluacensium solicitudinem neglexisse, lege aliam illius epistolam, quã ex Episcopatu Carnotensi scribit ad Manasse Remorum Archiepiscopum, in qua inter alia hęc habet: *Quam crebru luporum incursionibus aggrauata sit Beluacensis Ecclesia, non est necessarium vestram docere prudentiam: sed quia illa me genuit, & fundamenta Religionis in me posuit, cum illa infirmatur, non possum non infirmari.* & rursus in alia ad suos canonicos Beluacenses: *Præsens animo, corpore vero absens exopto, & exhortor, vt pacem sectemini, & sanctimoniam, hac vouistu, hac debetis, hac exhibeatis magis: per hos bono odore diffuso, qui hactenus à vobis processit, & facultates Ecclesiæ vestræ multiplicabitis, & de virtute in virtutem vt filij pacis, in pace in idipsum dormietis.*

IV. QVintò colligitur etiam ex supradictis epistolis, quam ob causam beatus Iuo, etsi nullius certæ congregationis autor fuerit, sed solùm Beluacensem S. Quintini præposituram, & aliàs in suo Episcopatu canonicas reformauerit, dicatur nihilominus canonici ordinis in Ecclesia Gallicana restaurator, id namque duplici ratione verissimè dicitur. Et primò quidem, quia quemadmodum Episcopi Africani videntes clerum Hipponensem à D. Augustino reformatum, eius exemplo certatim suas Ecclesias regulariter instituere cœperunt, vnde reformatio per B. Augustinum Hippone inchoata, breui per omnes Africæ, ac etiam aliarum Regionum prouincias obtinuit; ita exemplo beatissimi Patris Iuonis Episcopi, etiam alij Prælati Galliarum suos clericos iuxta normam antiquæ disciplinæ canonicæ instituere, seu potius restituere cœperunt. Secundò quia quemadmodum clerici à B. Augustino instituti ad cathedrales, & alias inferiores Ecclesias assumpti, ipsi quoque in suis Ecclesijs canonicos regulariter viuentes instituere cœperunt: ita clerici per S. Iuonem reformati, ipsi quoque alias Ecclesias reformare cœperunt.

Hinc demum colligitur, vnde Ioachimi error corrigatur, qui alijs errandi occasio exitit, asserentibus, canonicos regulares, qui nunc sunt in Gallijs vel in Italia, non esse de illis à sanctis Apostolis institutis, & per B. Augustinum, & alios Episcopos reformatis, & olim in cathedralibus existentibus, sed longè postea per B. Arnulphum Episcopũ Lugdunensem institutos, & ab illis prioribus diuersos: & de istis posterioribus loqui sacros canones, & Benedictum XII. in Bulla Generalis Reformationis, quod dixerũt Emanuel Rodriquez tom. 1. quæstionum Regulariũ, quæst. 3. art. 1. & ante illum Hieronymus Romano ab eodem relatus, & autor supplementi Chronicorum lib. 12 sub anno 1106. & 1107. & Antonius Massa Gallesius in Allegationibus pro monachis Calsinensibus pag. 151. num. 31. & Ioannes Marquez Eremita Augustinensis supra cap 2. Relatis. Errat enim primò, dũ inquit canonicos regulares, qui nunc sunt in Gallijs, originem habuisse ab eo, cum saltem dicere debuisset, originem habuisse circa annum 1080. ante quod tempus iam B. Iuo suam Ecclesiam reformauerat. Secundò cum ait, canonicos regulares in Gallijs, & in Italia à B. Arnulpho cœpisse, cum antea existerent in Gallijs canonici per B. Iuonem reformati, & alij de quibus supra in progressu dictum est, ac etiam in Italia. Tertiò cum inquit, istos, qui nunc sunt, esse alterius rationis ab antiquis Cathedralibus, cum Ius canonicum, & S. Concilia, & signanter litera Benedicti XII. indistinctè de omnibus loquantur, & omnes illos eiusdem naturæ, ac institutj supponant. Sed de his supra cap. 2. dictum est, & inferius etiam cap. 68. aliquid addemus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

De Congregatione Gallicana canonicorum Regularium sancti Rufi nuncupata.

DIcturus de antiqua, & præclara congregatione canonicorum sancti Rufi nuncupata, priusquam de illius primordijs, & procursu eiusdem, nonnullos scribentium errores circa illius originem, tempus, & locum primariæ institutionis, ac etiam institutorem retegendos, & refellendos necessarium existimaui. nam omnes ferè quotquot de hac ipsa congregatione scripsisse reperi, vanisquum Prophetam Ioachimum secutos, vel circa illius autorem, vel circa titulum, vel locum, vel tempus institutionis, vel tandem circa ipsum institutum hallucinatos, & deceptos inuent.

Primus autem scribentium error circa hanc congregationem fuit illorum, qui crediderunt, illã ab autore S. Rufo nuncupatam, cum reuera sit, non ab autore sic dictam, sed ab Ecclesia, in qua prima ipsius fundamenta sunt constituta, quæ fuit Ecclesia S. Rufi iuxta ciuitatem Auenionensem, vbi B. Rufi Christi discipuli, & primi illius ciuitatis Apostoli, & Episcopi sacra pignora quieuerunt, vt statim ostendemus.

Secundus error ferè communis fuit illorum, qui

crediderunt, locum primarium illius institutionis fuisse prope ciuitatem Valentiam in Delphinatu: nam secundum rei veritatem is locus non fuit Ecclesia S. Rufi iuxta Valentiam, sed iuxta ciuitatem Auenionensem, licet circa annum Domini 1120. primo illo monasterio apud Auenionem per Hæreticos Albigenses vastato, & euersa, canonici Valentiam commigrantes, ibiq; nouam Ecclesiam sub titulo S. Rufi excitantes construxerint, eandem Ecclesiam in caput vniuersalis congregationis erigentes. Quod & Renatus Choppinus in suo Monastico lib. 2. tit. 1. §. 20. notauit, & satis euidenter ostendunt literæ Paschalis II. ad Odonem Abbatem anno 1115. sub hac forma directæ: *Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Odoni Abbati canonicæ S. Rufi, quæ in Episcopatu Auenionensi est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis desiderijs dignũ est fauorem præbere assensum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. vt proinde nos deuotione tuæ precibus annuimus, B. Rufi Ecclesiam, cui Deo autore præsides, cum omnibus ad ipsam pertinentibus sub tuitionem Apostolicæ sedis excipimus &c.*

Tertius error etiam communis fuit illorum, qui dixerunt eum eodem Abbate Ioachimo hãc congregationem anno 1100. vel postea institutã. Concinitur autem hic error ex literis Vrbani II. anno 1093. ad Abbatem S. Rufi directis, quarũ meminit Renatus Choppinus loco proximè allegato, ac etiam Innocentius VIII. in priuilegio eidem congregationi facto, & statim subiungendo, quibus literis ipse Vrbanus monasterium S. Rufi magna tunc laude sanctitatis celebre insigni priuilegio communiuit, quas literas Ioannes Marbornus lib. 1. Venatorij cap. 2. in principio & cap. 9. dicit suo tempore in Archiuo S. Rufi Valentinæ extitisse, vt ab eius loci canonicis accepere: easque magna ex parte refert. directæ sunt Adelberto Abbati, & fratribus illius vitam canonicam professis, quibus institutionem canonicã miris laudibus extollit, illorum institutum probat, & districtè prohibet, ne cui liceat illum statũ (inquit, *tantus in tot terrarum partibus fructificetur, vt plures Ecclesiæ vestri saporis dulcedine condiantur, in alterum commutare.*

Quartus error pariter communis fuit circa illius autorem, quem alij fecerunt quendam B. Arnulphum Episcopum Lugdunensem, alij B. Rufum Episcopum Auenionensem, alij Arnulphũ cum Rufo confundentes, aut Arnulphum Auenionensem, aut Rufum Lugdunensem Episcopũ effecerunt, quæ omnia illorum pace diuinando, vera errando dixerunt. Primò quia huius Rufi, siue Arnulphi, qui dictæ congregationis autor fingitur, nulla apud canonicos dictæ congregationis, siue ex vetustis illorum monimentis, siue ex maiorum traditione notitia habetur. Secundò quia præter B. Rufum Christi Domini discipulum, & primum Auenionensem Episcopum nul-

credidérunt, locum primarium illius institutionis fuisse prope ciuitatem Valentiam in Delphinatu: nam secundum rei veritatem is locus non fuit Ecclesia S. Rufi iuxta Valentiam, sed iuxta ciuitatem Auenionensem, licet circa annum Domini 1110. primo illo monasterio apud Auenionem per Hæreticos Albigenses vastato, & euerso, canonici Valentiam commigrantes, ibiq; nouam Ecclesiam sub titulo S. Rufi excitantes contulerint, eandem Ecclesiam in caput vniuersalis congregationis erigêtes. Quod & Renatus Choppinus in suo Monastico lib. 2. tit. 1. §. 20. notauit, & satis euidenter ostendunt literæ Paschalis II. ad Odonem Abbatem anno 1115. sub hac forma datæ: *Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Odoni Abbati canonicæ S. Rufi, quæ in Episcopatu Auenionensi est, eiusque successoribus regulariter institutis in perpetuum. Religiosis desiderijs dignum est facilem præbere assensum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. vt proinde nos deuotione tua precibus adiuuti, B. Rufi Ecclesiam, cui Deo autore præsides, cum omnibus ad ipsam pertinentibus sub tutelam Apostolicæ sedis excipimus &c.*

Tertius error etiam communis fuit illorum, qui dixerunt cum eodem Abbate Ioachimo hãc congregationem anno 1100. vel postea institutã. conuincitur autem hic error ex literis Vrbani II. anno 1091. ad Abbatem S. Rufi directis, quarũ meminit Renatus Choppinus loco proximè allegato, ac etiam Innocentius VIII. in priuilegio eidem congregationi facto, & statim subiungendo, quibus literis ipse Vrbanus monasterium S. Rufi magna tunc laude sanctitatis celebre insigni priuilegio communiuit, quas literas Ioannes Mauburnus lib. 1. Venatorij cap. 2. in principio & cap. 9. dicit suo tempore in Archiuo S. Rufi Valentiæ extitisse, vt ab eius loci canonicis acceperat: easque magna ex parte refert. directæ sunt Adalberto Abbati, & fratribus illius vitam canonicam professis, quibus institutionem canonicã mira laudibus extollit, illorum institutum probat, & districtè prohibet, ne cui liceat illum statũ Cauæ, inquit, *tantus in tot terrarum partibus fructus exoritur, vt plures Ecclesiæ vestri saporis dulcedine condiantur.* in alterum commutare.

Quartus error pariter communis fuit circa illius autorem, quem alij fecerunt quendam B. Arnulphum Episcopum Lugdunensem, alij B. Rufum Episcopum Auenionensem, alij Arnulphũ cum Rufo confundentes, aut Arnulphum Auenionensem, aut Rufum Lugdunensem Episcopũ effecerunt, quæ omnia illorum pace dixerim, veritatis errando dixerunt. Primò quia huius Rufi, siue Arnulphi, qui dictæ congregationis autor fingitur, nulla apud canonicos dictæ congregationis, siue ex vetustis illorum monimentis, siue ex maiorum traditione notitia habetur. Secundo quia præter B. Rufum Christi Domini discipulum, & primum Auenionensem Episcopum nullus Rufus siue Arnulphus in Catalogo Episcoporum Auenionensium, aut etiam Lugdunensium notatus reperitur, saltem ab anno 1000. vsq; ad 1200. Scio quidem memorari à Trithemio in Hirsaugia sub anno 1128. necnon à Platina in vita Honorij II. quendam Arnulphum, quem ferunt ex Gallijs in Italiam descendisse, per omnes ciuitates discurrentem, vitia exaggerantem, populos ad pœnitentiam hortantem, & demum Romæ, quòd luxum, & scandala clericorum vehementiùs obiurgaret, clam sublatum, nec tanti sceleris autores inueniri potuisse. Verùm esto ille de congregatione S. Rufi prodierit, tamen Lugdunensis, aut etiam Auenionensis Episcopus esse non potuit, vt legenti Catalogos Episcoporum dictarum Ecclesiarum planum erit, sed nec etiam primus fundator eiusdem congregationis, quæ antea illius incunabula celebri iam fama coruscabat.

Quintus error est nonnullorum asserentium, canonicos dictæ congregationis non esse verè de illis à D. Augustino, & à sanctis Apostolis institutis, qui error ex superiùs dictis manet refutatus, & ex statim dicendis clariùs adhuc patebit.

II. VEra itaq; prædictæ congregationis institutio, diu multoq; labore conquisita, tandêq; diligentia Reuerendissimi Patris Domini Gulielmi Emanuelis de La Fey Abbatis Generalis ex antiquis tabularijs accepta, & ad me nuper transmissa hæc est. Cum circa annum nostræ salutis 1000. cathedrales S. Mariæ Auenionensis canonici, quos ab illorum institutione vsque ad Iulij Papæ II. tempora regulares fuisse, superiùs ostendimus, canonicæ disciplinæ iugum, & vitæ communis vinculum soluere, & abijcere cœpissent, quatuor ex illis pietate, & religione præstantiores, grauiter admodum ferentes, disciplinam regularem in eorum conuentu relaxari, à conuocato capitulo Ecclesiam quandam perexiguam S. Rufi ciuitati propinquam sibi concedi postulauerunt, & ab eodem venerando capitulo cum terra eidem adiacente obtinuerunt. Condebantur in illa B. Rufi reliquiæ, quem Simonis Cirenęi filium, de quo apud Marcum cap. 15. quemque D. Paulus ad Romanos 16. salutat, extitisse, totius prouinciæ antiquã, & constans est traditio: ferũt enim illũ cũ Magdalena, Martha, & Lazaro quatriduano resuscitato, Maximino, Trophimo & alijs à Iudæis nauigio sine velis, & remis ad naufragiũ manifestum expositis, Deo duce ad littora Massilienſiũ appulisse, primũq; Auenionensibus verbũ salutis annunciasse, & illius ciuitatis Episcopũ ordinatũ, cui* tandẽ corpus in dicta Ecclesia sepulturã acceperit: iuxta quam Ecclesiã prædicti canonici se in vnum propositũ colligentes, suos mores ad exemplar vitæ canonicorum Apostolicorum nascentis Ecclesiæ reformãtes, in humilitate spiritus, & paupertate profunda cũ omni pietate primùm huius sanctę cõgregationis la-

pidem poluerunt & quia vt dictum est, in dicta illorum Ecclesia corpus B. Rufi Auenionensium Episcopi seruabatur, ad distinctionem canonicorum cathedralium S. Rufi regulares canonici nuncupari voluerunt. ferunt extare adhuc Bullas in Archiuis dictæ congregationis, quæ huius fundationis meminerunt, & quia domus non super arenam, sed supra firmam petram fuit fundata, supra quam non iam lignum, aut stipulas, sed lapides, ferrum, argentum, & aurum per vetam omnium temporalium abdicationem, & exactã vitæ Apostolicæ imitationem superædificare certauerunt, Deo adiuuante parua domus excreuit in ædificationem altam, & templum sanctum in Dominonam multi eorum exemplo ad frugem vitæ melioris aspirantes in illorum societatem conluentes, sese in amplissimam congregationẽ non solùm per Gallias, sed etiam per Italiam, & Hispaniarum prouincias effuderunt, multis Abbatijs, & Prioratibus auctam, priuilegijs quoque Pontificum munitam, proprio etiam officio, & Constitutionibus, cum potestate congregandi Generale Capitulum more cæterorum ordinum donatam, cuius alumni ipsam S. Rufi Ecclesiam in caput totius congregationis prætulerunt. stetit verò ipsorum caput penes ciuitatem Auenionensem in eadem Ecclesia vsque ad annum circiter 1210. quo tempore pestis Harreticorum Albigensium partes illas Galliarum inuadens, & monasterium S. Rufi euertens, canonicos alio migrare, & alias sedes sibi quærere coëgit. Quare iuxta Euangelium ex illa ciuitate in aliam fugiẽtes, Valentiam, quæ est Vrbs in Delphinatu illi boni viri commigrantes, nouum ibi templum cum monasterio sub inuocatione S. Rufi in caput totius congregationis erexerunt, cuius Abbas ciusdem congregationis vsque in hodiernum diem caput, & Abbas Generalis vocatur.

III. DE prædicto Rufo primo Episcopo Auenionensi, necnon de prima congregationis institutione & de monasterio, apud Auenionem in Ecclesia S. Rufi excitato, illius euersione, canonicorum ad Vrbem Valentiæ commigratione, nouique monasterij erectione, ac etiam priuilegijs dictę congregationis multa videri possunt apud Renatum Choppinum in Monastico lib. 2. tit. 1. §. 20. vbi etiam Catalogum centum & duodecim illius Prioratuum ex parte describit, in duobus tamen corrigendus, & primò quidem in eo, quod ait, priuilegium Vrbani II. anno 1092. Abbati S. Rufi apud Valentiam collatum; cum tamen monasterium S. Rufi apud Valentiam non ante annum 1210. fuerit excitatum, & ex literis Paschalis Papæ II. proximè relatis, quarum ipse meminit, appareat, Abbatiam S. Rufi non in Valentino, sed Auenionensi Episcopatu tunc temporis constitisse. Secundò in eo, quod notat in Additionibus, dictum ordinem per Paschalem II. fuisse approbatum, saltem si de prima approbatione intelligi velit, cum extet priuilegium Vrbani II. Abbati S. Rufi anno 1092. collatum, quo etiam prohibet, ne canonici dicti ordinis ad monachos transgredi possint, de quo in alio priuilegio Innocentij VIII. statim subiungendo expressa mentio habetur. Scribit etiam Augustinus Ticinensis in Dilucidario par. 2. §. De propagatione canonici ordinis in Ecclesia Auenionensi, vbi primordia dictæ congregationis ad tempora Gregorij VII. & Alexandri II. refert, illam quingentas eiam Abbatias in remotis regionibus habuisse, nonnullosque Prioratus recensẽt, licet cum admiratione nonnullorum errorum ex supra narratis, in quos impegit, Vincentium, & autorem Fasciculi temporum secutus. Porrò quàm celebri fama dicta congregatio apud veteres claruerit, testantur illi sancti viri, qui alterius congregationis in extremis terræ partibus scilicet in Lusitania constitutæ fundamenta ponentes, ad Abbatem, & canonicos sancti Rufi pro exemplaribus miserunt.

PRiuilegia verò à Summis Pontificibus eidem congregationi concessa, necnon Ecclesiæ, quas olim tenebat, ex vnico priuilegio ab Innocentio VIII. eidem collato, & Parisijs anno 1611. typis edito sic accipe.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Apostolicæ sedis consueta, ea, quæ per Romanos Pontifices pro religionis conseruatione, & augmento, ac personarum sub ipsius religionis suauis iugo Altissimo famulantium pace, & quiete prouidè facta fuisse comperit, libenter approbat, & innouat, etsique Apostolici muniminis robur adijciat, de nouoque concedat, & alias eorum statui prouidat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè dudum fœlicis record. Vrbanus Papa II. prædecessor noster omnibus in monasterio, & ordine S. Rufi extra muros Valentiæ sub regula S. Augustini viuere canonicam secundùm statuta dicti Ordinis professionem benedixerit, ac peccatorum remissionem concesserit, eorumque statum immutari, & ne quis post professionem per eum emissam, ex claustro auderet sine abbatis, eiusque Congregationis permissione discedere, & discedentem suscipere interdixit.

Et deinde pia memoria Adrianus Papa IV. etiam prædecessor noster Ecclesiam dicti monasterij sub beati Petri, & sua protectione susceperit, statuit inter alia, quod ordo Canonicus secundum beati Augustini regulã perpetuis inibi temporibus inuiolabiliter obseruaretur, nec alicui Fratrum post factam eidem professionem, absque permissione simili liceret ex dicto claustro discedere, discedentem verò nullus auderet retinere. Quæ possessiones, & bona, quæ dicta Ecclesia tunc, & canonicè obtinebat, aut ex tunc in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, aut alijs iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma eis, eorumque successoribus, & illibata permanerent, prohibuit quoque, ne in Auenionensi Ecclesia &

sancti Auenionenses Canonicam reciperentur, nisi sancti Auenionenses Canonicam reciperentur, nisi quatenus eorum vitam assumere, ac seculo abrenunciare vellet, ex laicis seu clericis secularitèr viuentes ad tantum non suspicere, & ad diuina officia, nisi forsan excommunicati essent, admittere illum Episcopi, vel præsentem adesse eos prohiberet, nullique etiam eorum sacrum celebrare, aut ecclesiam interdicto, vel excommunicationis subijcere, aut iudicio præjudicare, ac omnia, quæ in præfato Vrbano prædecessore suo consensit, & priuilegio confirmata erant, etiam concessit, & confirmauit.

Nouum verò de memoria Paschalis Papa II. etiam prædecessor noster sepulturam eiusdem Ecclesiæ, ac aliorum locorum ad ipsam pertinentium, liberam esse, & electorum inde sepelirì, nisi excommunicati forent, aut interdicti, nullo obsisteret. Quodque nullus omninò Archiepiscopus, vel Episcopus, nec alicui hominum liceret, in ipsa Ecclesia indebitas exactiones facere, possessiones, vel bona ipsorum auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare; sed omnia conseruari deberent sine retentione, & futura.

In posterum verò pia memor. Innocentius Papa III. etiam prædecessor noster statuit, vt possessiones, & bona, quæ eadem Ecclesia possidebat, & extunc in futurum adipisceretur, firma ei, eorumque successoribus, & illibata permanerent: eodemque Abbati, & Fratribus, ac successoribus indulsit vt agrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colebant, seu de nutrimentis animalium eorundem nullus ab ipsis decimas exigere, vel extorquere præsumeret. Et vt cum generale interdictum terræ foret, licitè eis tamen clausis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, diuina officia celebrare. Prohibens præterea, ne quis fratrum absque discretione, nec non discedentem sine communi omnium literarum cautione retineret. Decreuit etiam, vt nulli liceret, in eorum Ecclesijs indebitas, & nouas exactiones imponere, possessiones, vel bona auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet temerarijs vexationibus fatigare, salua sedis Apostolicæ auctoritate. Præterea per quadriennium, & postea per alias literas datas, vt dilectis, & Fratres prædicti, ac Canonici eorum, qui in Ecclesijs eis subditis commorabantur, decimas, oblationes sanctorum, confessiones altarium, seu sepulturarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines forent promouendi, à Diœcesano susciperent Episcopo, & Catholicum sacrę, & gratiam, atque communionem Apostolicæ sedis haberet, & illa eis grata, & absque prauitate vellet exhibere. Alioquin liceret eis, quęcunque vellent, Catholicum adire Antistitem, qui auctoritate Apostolica eis, quod postularent, indulgeret.

Demum verò fœlicis memoriæ Innocentius Papa IV. similiter prædecessor noster Abbati, & Conuentui præfatæ, vt nulli de beneficijs, vel Ecclesijs ad eorum collationem spectantibus, seu de pensionibus annuis super fructibus eorundem per literas Apostolicas, nisi certo modo prouideri posset, etiam indulsit.

Et successiuè bonæ mem. Clemens etiam IV. eisdem Abbati, & Conuentui auctoritate prædicta indulsit, vt

saltem annum aliquem in Canonicum recipere tur, nisi qui regularem vitam assumere, ac seculo abrenunciare vellet, & nec laicos seu clericos seculariter viuentes ad ordines sacros promouere, & ad diuina officia, nisi forsan excommunicati essent, admittere illius Episcopi, vel prædecessor contradicto eos prohiberet, nullique etiam eorum sua esse voluit, sine Romani Pontificis, vel Legati sua auctoritate, eos vel eorum Ecclesiam interdicto, vel excommunicationis subjicere, aut iudicio prægravare, ac omnia, quæ ab præfato Vrbano prædecessore suo concessa, & privilegio confirmata erant, etiam concessit, & confirmauit.

Necnon recolendæ memoriæ Paschalis Papa II. etiam prædecessor noster sepulturam eiusdem Ecclesiæ, ac aliorum locorum ad ipsam pertinentium, liberam esse, & eligentibus inde sepeliri, nisi excommunicati forent, aut interdicti, nullo obsisteret. Quodque nulli omnino Archiepiscopo, vel Episcopo, nec alicui hominum liceret, in ipsa Ecclesia redebitas exactiones facere, possessiones, vel bona ipsorum auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare: sed omnia conseruari deberent sua vtilitati, prout iura.

Ac postmodum præmemor. Innocentius Papa III. etiam prædecessor noster statuit, vt possessiones, & bona, quæ eadem Ecclesia possidebat, & extunc in futurum adipisceretur, firma eis, eorumque successoribus, & illibata permanerent: eisdemque Abbati, & Fratribus, ac successoribus indulsit vt agrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colebant, seu de nutrimentis animalium eorundem nullus ab ipsis decimas exigere, vel extorquere præsumeret. Et vt cum generale interdictum terræ foret, liceret eis ianuis clausis, exclusis excommunicatis, & interdicti, non pulsatis campanis, suppressa voce, diuina officia celebrare: Prohibens professorem dicti Ordinis abeo discedere, nec non discedentem sine communi omnium literarum cautione retineri. Decreuit etiam, vt nulli liceret, in eorum Ecclesiis indebitas, & nouas exactiones imponere, possessiones, vel bona auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, salua sedis Apostolicæ auctoritate. Privilegia quoque, & postea per alias literas Bonifacij VIII. Abbatis, & Fratres prædicti, ac Canonici eorum, qui in Ecclesiis eis subditis commorabantur, chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines forent promouendi, à Diœcesano susciperent Episcopo si Catholicus foret, & gratiam, atque communionem Apostolicæ sedis haberet, & illa eis gratis, & absque prauitate vellet exhibere. Alioquin liceret eis, quæcunque vellent, Catholicum adire Antistitem, qui auctoritate Apostolica eis, quod postularent, indulgeret.

Demum verò sanctæ memoriæ Innocentius Papa IV. similiter prædecessor noster Abbati, & Conuentui præfato, vt nulli de beneficijs, vel Ecclesiis ad eorum collationem spectantibus, seu de pensionibus annuis super illis eorundem per literas Apostolicas, nisi certo modo prouideri posset, etiam indulsit.

Et successiue bonæ memoriæ Clemens etiam IV. eisdem Abbati, & Conuentui auctoritate prædicta indulsit, vt ipsi communiter, vel diuisim, seu aliquis ipsius monasterij Canonicus, vel Conuersus vbilibet sub obedientia Abbatis præfati commorans, per literas Apostolicas euocari ad iudicium non posset, nisi forsan in dictis literis de monasterio, & indulto huiusmodi facta foret mētio specialis.

Fœlicis verò record. Alexander Papa IV. etiam prædecessor noster eisdem Abbati, & Conuentui, vt Abbas ipsius monasterij, ac Priores prioratuum illi subiectorū, & Canonici eorundem, qui essent pro tempore, sicut olim consueuerant, sta ex tunc in posterum audirent confessiones eorum, qui in monasterio, & prioratibus commorarentur, eorum seruitijs deputati, & etiam pauperum confluentium ad hospitale monasterij memorati, ac eis iniungerent pœnitentiam pro commissis.

Recolendæ autem memoriæ Alexander III. & Lucius etiam III. ac Cœlestinus III. etiam Romani Pontifices prædecessores nostri præfatis Abbati, & Conuentui auctoritate præfata indulserunt, vt si quando eorum parochiales Ecclesias, in quibus tres, vel quatuor Canonici morari faciebant, vacare contingeret, liceret eis vnum ex Fratribus eorum Canonicis eligere, & Episcopo præsentare, à quo curam recipiens animarum, Episcopo de spiritualibus, ac eisdem Abbati, & Conuentui de temporalibus, & Ordini obseruantia deberet respondere.

Piæ quoque memoriæ Cœlestinus III. etiam prædecessor noster statuit, vt nulli omnino liceret decimas ad eorum, vel parochialium Ecclesiarum suarum ius pertinentium emere, vel eas illicite vsurpare. Indulsitq; eis, vt nemo in eorum, vel aliorum ad ius eorum pertinentiū Ecclesiarum, parochijs, & sine ipsorum, & Episcopi diœcesani assensu Ecclesiam, vel Oratorium ædificare præsumeret.

Ac postea bon. mem. Alexander Papa III. similiter prædecessor noster Abbati, & Fratribus eisdem, vt noualium, & eorum, quæ propriis manibus ac sumptibus colebant, & de nutrimentis suorum animalium nullus ab ipsis decimas, vel primitias exigere auderet. Quodq; dicto Abbati, & suis successoribus liceret eorum Canonicos, cum Episcopi opportunitatem non haberent, consurare, gratiosè per quosdam concessit, & per alias suas literas inhibuit, vt nullus Ecclesias, vel personas dicti monasterij sine Summi Pontificis, vel eius Legati audientia interdicere, vel excommunicare præsumeret.

Cæterùm statuit præterea Adrianus IV. etiam prædecessor noster, vt nullus suæ, aut prædecessorum suorum constitutionis autoritate eisdem Abbati, & Conuentui obsisteret, quin de omnibus terris decimas, quas canonicè, & legitimè habere aliquando consueuerant, vel aliqua Ecclesia eis subiecta, ad quoscunque terræ ipsa deuenirent, ex tunc de cætero haberent. Quodque nulli hominum liceret, decimas ad eorum ius, vel ad parochias Ecclesiarum earundem pertinentium eis inuitis, & nescientibus emere, vel eas quomodolibet vsurpare: interdixit etiam, vt nemo in territorio Ecclesiæ dicti monasterij, aut in territorijs Ecclesiarum ad eorum ius pertinentium absque Abbatis, & Conuentus prædictorum, & diœcesani Episcopi assensu Ecclesiam, vel quodlibet Oratorium ædificare præsumeret. Constituitque nihilominus successiuè, vt ea, quæ ipse Adria-

nium sanctæ ipsius monasterij concessorat, & concederet proesse tempore, nullus vnquam exinde alienaret.

Et deinde Paschalis II. etiam prædecessor noster eadem authoritate statuit, vt quæcunque bona, quæcunq; possessiones ad monasterium prædictum legitimis fidelium donationibus, vel aliis iustis modis pertinere inuenirentur, & quæcunque ex tunc in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iustè, & canonicè posset adipisci, firma Abbati, & successoribus præfatis permanerent. Cæteraque omnia, quæ Abbati, & Conuentui dicti monasterij à præfato Vrbano concessa, & priuilegio confirmata erant, ipse etiam Paschalis concessit, & confirmauit.

Postea Clemens VII. in sua obedientia nuncupatus, Abbatem, & Conuentum dicti monasterij, ipsumq; monasterium, cum monasteriis prioratibus, præpositatibus, decanatibus, & aliis locis, & membris eius, & eidem monasterio, & ordini S. Ruffi subiectis, & submissis, ac in posterum subijciendis, & submittendis, cum omnibus Canonicis, Conuersis, donatis, oblatis, & aliis personis degentibus in eisdem tunc præsentibus, & futuris ab omni ordinaria iurisdictione, dominio, visitatione, & potestate qualibet omnium, & singulorum Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumlibet iudicum, Ordinatorum Ecclesiasticorum plenè, de specialis dono gratiæ, & ex certa scientia exemit, & totaliter liberauit illaq; in tuo, & proprietatem beati Petri, & sedis eiusdem, & sub eadem speciali, & immediata protectione suscepit, atque sua: ac decreuit, Abbatem, & Conuentum, & eorum monasterium, ac omnia alia, & singula monasteria, prioratus, præpositatus, decanatus, loca, & alia membra, necnon personas huiusmodi immediatè dictæ Sedi in perpetuum subiasere. Quodque locorum Ordinarij diuersi, vel quauis alia persona Ecclesiastica in eos, ac monasteria, prioratus, præpositatus, decanatus, ac alia loca, & membra, necnon personas huiusmodi, vtpote prorsus exempta, non possint autoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, seu alias quascunque pœnas, multas, vel sententiam promulgare, vel aliàs etiam ratione delicti, seu contractus, vel rei, de qua agitur, vbicunque committatur delictum, initur contractus, aut res ipsa consisteret potestatem, seu iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere circa super hoc executoribus deputatis. Et successiuè idem Clemens Conseruatorem monasterij, locu, & membru prædictu in forma in talibus dari solitum concessit.

Bonæ insuper memoriæ Vrbanus Papa V. etiam prædecessor noster Abbati, & Conuentui præfatu, & successoribus tunc Abbate ipsius monasterij, Abbates quiescent, pro tempore fiat, postquam in concordia forent electi, eo ipso absque alia confirmatione veri Abbates ipsius monasterij existerent, & ibidem liberè administrare possent, & curam animarum haberent, ac in omnibus pro veris eiusdem monasterij Abbatibus perinde haberentur, ac si electionem suarum confirmationis literas Apostolicas haberent, primò: & vt præfati successores Abbates sic electi, post consensum ipsorum ab Episcopo Valentiæ, qui esset pro tempore, seu alio quocunque, quæ mallent, Catholico Antistite gratiam, & communionem dictæ Sedis habente munus benedictionis recipere præsumerent, & per alias suas literas omnes, & singulos dicti Ordinis Canonicos sub eorum obedientia confirmare, à quibuscunque cæsibus eidem Sedi non reseruatis de absolutionis beneficio prouidere possent, auctoritate.

Et præfatus Clemens IV. Abbati, & Conuentui prædictis concessionem, quòd ipsi communiter, vel diuisim, seu Canonici, vel Conuersi dicti monasterij S. Ruffi, tibilibet sub obedientia dicti Abbatis commorantes, per literas apostolicas ad iudicium euocationis possent, seu approbationis munimine roborauit. Et quod propter negligentiam, vel defectum quam, vel quem per eos in non vtendo dicto priuilegio committi contingeret, priuilegium huiusmodi non tolleretur, nec ei derogaretur.

Quodque idem Abbas monasterij S. Ruffi quamplures curam animarum gerentes, certarum partium alterquendam literas, & processus ipsius Abbatis, quorum Abbas contra eius subditos ratione non soluendi pensionum, & aliarum rerum eidem Abbati ratione præmissorum, & Ecclesiarum præfato monasterio subiectarum, quos subditi pro tempore obtinuerit, iudicium decerneret, necnon eidem Abbati etiam vi..... & procuratores, actores, & procuratores S. R. E. Cardinalium, qui beneficia à monasterio S. Ruffi, & membris huiusmodi dependentia obtinebant, & ex tunc in futuru nonnulli forent, ad soluendum pensiones ratione huiusmodi conspectorum debitas, & tenendum Canonicas in ipsis locis, ac prouidendum eisdem in victu, & vestitu, & hospitalitatem in eis seruandam, ac alia onera incumbentia supportanda, prout obtinentes pro tempore dictas beneficia tenebantur, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam compellere posset, gratiose concessit, & Canonicos dicti Ordinis in S. Iacobi Valentiæ, in S. Felicis, ac S. Victoris prope Valentiam, priorat ibi unius Ordinis à dicto monasterio S. Ruffi dependentibus pro tempore residentes, qui consueuerant, & tenebantur, in certis & diuersis festiuitatibus annuatim in processionibus videlicet, & missarum officijs quæ fiebant, & celebrabantur per tunc Canonicos, & alios ipsius Ecclesiæ Valentinensis, vnacũ Canonicis & ministratoribus præfatis interesse, & seruire, & ouera huiusmodi eadem autoritate certis modo, & forma iuxta, & penitus liberauit.

Ac demum sanctæ memoriæ Innocentius Papa IV. similiter prædecessor noster Abbati, & Conuentui prædictis, autoritate applicata indulsit, vt nulli per literas sedi Apostolicæ, vel Legatorũ eius in monasterio, vel prioratibus eorum posset de pensionibus, vel prioratibus, Ecclesiis, aut aliis beneficijs Ecclesiasticis, ad dictum monasterium S. Ruffi, vel prioratus prædictos pertinentibus prouideri, nec ipsi, vel Priores prioratuum eorundem ad prouidendum aliquis de præmissis compelli autoritate literarum huiusmodi valerent.

Postremò recol. mem. Innocentius Papa VI. similiter prædecessor noster, vt Abbas præfatus, & eius successores vniuersis Canonicis, & Conuersis dicti Ordinis subiectis, vbicunque forent, pro eorum peccatis (eorum confessionibus primitus auditis) absolutionem impen-

dere.

sare, ac diuersis sententijs absoluere autoritate prælibata concessit. Dictus verò Clemens VII. in sua obedientia nuncupatus statuit, vt bona Primis, Sacristæ, Pitantiarij, Cantorarij, Carrerarij, Operarij, Eleemosynarij, & Infirmarij pro tempore decidentia, quæ præfatus Abbas prospere consequerat, nullus ex tunc deuteceps recipere, sed de eorum modo tunc expresso disponeretur, & inconsortes reseruantur.

Et deinde pie mem. Pius Papa II. similiter prædecessor noster nonnulla per sal. record. Vrbanum V. per quæ tunc pro tempore eiusdem monasterij S. Ruffi vicarios, officiales, & procuratores eiusdem S. R. E. Cardinalium beneficia dicti ordinis in commendam obtinentes compellere valerent, ad soluendum pensiones eidem Abbati debitas, & tenendum Canonicos in eisdem, & prouidendum eis de victu, & vestitu, hospitalitatemque inibi seruandam, & alia onera supportandum, per quasdam primas, & deinde per alias suas literas certa alia priuilegia Apostolica per sal. record. Innocentium IV. Romanũ Pontificem prædecessorem suum, per quæ eudem Abbati, & Conuentui præfatæ autoritate indulsit, vt nulli per literas sedis Apostolicæ, vel Legatorum eius in monasterio, vel prioratibus eorum posset de pensionibus, vel prioratibus, Ecclesiis, aut aliis beneficijs Ecclesiasticis, ad monasterium, vel prioratus huiusmodi pertinentibus prouideri, nec ad id compelli valerent, autoritate memoratæ approbauit, & renouauit.

Et demum nos Vrbanus II. ac Lucij III. & Alexandri eius III. necnon Paschalis II. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum literas super præmissis extendentes, & ampliantes statuimus, & ordinamus, quod tunc decetero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli, qui habitum dictæ religionis animo, & intentione profiendi, & perseuerandi in ea assumerent, eum in ætate, de qua decederent, benedictionem benorum, ac plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent, indulgentiam, & remissionem consequerentur. Quodque in prioratibus, & membris prædictis, in quibus viros, illos, & mulieres, in quibus duo ponebantur, vni eorum regimen, & cunctarum cura huiusmodi committi possent. Necnon in anniuersariis hebdomadariis ad solemnem missam in dicta Ecclesia dicti monasterij S. Ruffi pro tempore peragendis, ornamenta, & vestimenta quæcunque in fabrica, habere, ac Canonici monasterij S. Ruffi, & membrorum prædictorum in infirmitate pro tempore confessus, vt in loco, in quo infirmitatem erat, ac in ciuitate, & extra monasteria, & loca eorum propter ipsum, & alium causam degentes, altare portatile, & alia tantummodo, & honore habere possent, super quo in loco adhuc congruentibus, & honestis, etiam antequam diluceret diu, aut tamen diu nam lucem celebrare, seu celebrari facere valerent. Necnon sepulturam in Ecclesia monasterij S. Ruffi, & membrorum huiusmodi eligendi, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent in mortis articulo diuturnæ remissionem consequerentur. Et vt Confessor idoneus, quem quilibet eorum duxerit eligendum, plenariam remissionem huiusmodi in sinceritate

tate, ac diuersis sententijs absoluere autoritate præfata valeret, & absolueret. Dictus verò Clemens VII. in sua obedientia remanebat. Dictus verò Clemens VII. in sua obedientia remanebat, & quosdam statuit, vt bona Prioris, Sacristæ, Pitantiarij, Camerarij, Correarij, Operarij, Elemosynarij, & Infirmarij pro tempore decedentis, quæ præfatus Abbas percipere consueuerat, nullus ex tunc deinceps reciperet, sed de eis certo modo tunc expresso disponeretur, & successoribus reseruarentur.

Et deinde pie mem. Pius Papa II. similiter prædecessor noster nonnulla per sal. record. Vrbanum V. per quæ Abbas pro tempore eiusdem monasterij S. Rufi vicarios, actores, & procuratores eius dem S. R. E. Cardinalium beneficia dicti ordinis in commendam obtinentes compellere valerent, ad soluendum pensiones eidem Abbati debitas, & tenendum Canonicos in eisdem, & prouidendum eis de victu, & vestitu, hospitalitatemque imbibendum, & alia onera supportandum, per quasdam primo, & deinde per alias suas literas certa alia priuilegia Apostolica per sal. record. Innocentium VI. Romanũ Pontificem prædecessorem suum, per quæ eudem Abbati, & Conuentui præfata autoritate indulsit, vt nulli per literas sedis Apostol. ea, vel Legatorum eius in monasterio, vel prioratibus eorum posset de pensionibus, vel prioratibus, officijs, aut aliis beneficijs Ecclesiasticis, ad monasterium, vel prioratus huiusmodi pertinentibus prouideri, nec ad id compelli valerent, autoritate memorata approbauit, & innouauit.

Et demum nos Vrbani II. ac Lucij III. & Alexandri etiam III. necnon Paschalis II. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum literas super præmissis extendentes, & ampliantes statuimus, & ordinauimus, quod extunc de cetero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli, qui habitum dictæ religionis animo, & intentione præstendi, & perseuerandi in ea assumerent, etiam in agritudine, de qua decederent, benedictionem huiusmodi, ac plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent, indulgentiam, & remissionem consequerentur. Quodque in priuatibus, & membris prædictis, in quibus vnus, illi, & in aliis, in quibus duo pouebantur, vni eorum regimen, & animarum cura huiusmodi committi possent. Necnon vt Canonici hebdomadarius ad solemnem missam celebrandam in Ecclesia dicti monasterij S. Rufi pro tempore deputatus, paramenta, & vestimenta quæcunque benedictionalia benedicere, ac Canonici monasterij S. Rufi, & membrorum prædictorum in infirmitate pro tempore constituti, vt in loco, in quo infirmi iacerent, ac itinerando, & extra monasteria, & loca eorum propter pestem, & aliam causam degentes, altare portatile, cum debita reuerentia, & honore habere possent, super quo in loco ad hoc congruentibus, & honestis, etiam antequam illuxisset dies, cum tamen diurnam lucem celebrare, seu celebrari facere valerent. Necnon sepulturam in Ecclesia monasterij S. Rufi, & membrorum huiusmodi eligentes, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent in mortis articulo dumtaxat remissionem consequerentur. Et vt Confessor idoneus, quem quilibet eorum duxerit eligendum, plenariam remissionem huiusmodi eis in sinceritate fidei, & vnitate S. R. Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus autoritate præfata impendere posset. Quodque prioratus, & membra huiusmodi, aliis quam Canonicis præfatis extunc deinceps conferri nequirent, nec monasterijs prædictis, de aliis personis valeret prouideri. Decernentes irritum, & inane quidquid secus super iis scientes, vel ignoranter contingeret attentari: etiam si cum personis, quibus prioratus, & alia membra conferrentur, & de quorum personis dictis monasterijs prouideretur, quod prioratus, & membra huiusmodi, si eis aliàs canonicè conferrentur, recipere, & illa, ac monasteria prædicta, in commendam retinere possent, prædicta fuisse hactenus autoritate dispensatum, vel dispensaretur in posterum: ac dispensationes huiusmodi, & indulta quæcunque nemini suffragari posse, vel debere, nisi huiusmodi statuto derogaretur specificè, nominatim, & expressè illius etiã inserto tenore. Quodque si contingeret prioratus, & alia membra huiusmodi per Abbatem, seu Commendatarium dicti monasterij S. Rufi pro tempore existentem, aliasque, vt præfertur, de illo, ac aliis monasterijs huiusmodi contra huiusmodi nostræ concessionis tenorem dissoni, seu in præmissis negligentem fore, aut monasterium prædictum S. Rufi Abbate, seu Commendatario carere, voluimus, & etiam ordinauimus, ne monasteria, prioratus, & membra huiusmodi diutius vacationis detrimenta sustinerent, quòd Capitulum Generale dicti monasterij, & Ordinis S. Rufi, seu illius Diffinitores, aut ab eis pro tempore deputati, prioratus, & alia membra huiusmodi, Canonicis prædictis aliàs iuxta huiusmodi nostræ concessionis tenorem conferre, & de illis, ac aliis monasterijs prædictis disponere, ac huiusmodi negligentiam infra sex menses, post illam immediate sequentes supplere liberè, & licitè possent, prout in singulis dictorum prædecessorum, & nostris literis super præmissis confectis plenius continetur.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Ven. Fratris nostri Iuliani Episcopi Ostiensis, qui monasterium S. Rufi prædictum ex concessione, & dispensatione Apostolica in commendam obtinet, & dilectorum filiorum ipsius Conuentus petitio continebat, ipsi, qui aliàs in pacifica possessione, vel quasi priuilegiorum huiusmodi fuerunt, cupiant illos pro illorum subsistentia firmiori, nostræ approbationis munimine roborari, pro parte eorundem Episcopi commendatarij, & Conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, vt priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, susceptionis, facultatibus, indultis, & literis prædictis nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui monasteriorum, & aliorum piorum locorum quorumlibet commodum, & vtilitatẽ, ac personarum in illis, sub suauis contemplationis iugo Altissimo famulantium pacem, & quietem sinceris desiderijs exoptamus, monasterij, prioratuum, & membrorum prædictorum commodo, & vtilitati, ac decori, & honestati, necnon Abbatis, & Conuentus, ac aliarũ personarum eorundem quieti, & tranquillitati paterna charitate consulere cupientes, huiusmodi supplicationibus

nibus memoratis præmissa omnia, & singularia, & grata habentes, ac priuilegia, exemptionem, libertatem, susceptionem, facultatem, literas, & indulta prædicta, ac omnia, & singula in eis contenta autoritate Apostolica præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & innouamus, ac propotiori cautela, ea omnia, dicta autoritate de nouo facimus, & concedimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Ac statuentes vt quæcunque possessiones, & bona quæ dictum monasterium, iuste, & canonicè possidet, ac in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis titulis ô cedente Domino potuerit adipisci, firma sibi perpetuò, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In primis locum ipsum, in quo memorata Ecclesia sita est, cum libertate, & quiete altarum suarum Ecclesiarum, cimiteriis, prædijs, terris, decimis, Ecclesiam S. Mariæ intra vrbem Lugdunensē, cum cimiterio, parochia, decimis vinearum, & capellis suis, videlicet S. Marcelli supra murum ipsius vrbis, S. Andreæ de Corriaco, & S. Marcelli, & Ecclesiam de Cōdenta, cum sexta decima parte portus Rodani Lugdunensis. Ecclesiam de Puxa cum cimiterio, parochia, & capellis suis, decimis de Giriew, & de Montlool. Ecclesiā Ordonacij cum dependentijs, & pertinentijs suis. Ecclesiam de Corbelino cum Ecclesijs, parochijs, & dependentijs suis, videlicet Eccl.sia de Collonico, Ecclesia de Chelino, Ecclesia de Romaniaco, Ecclesia S. Simphoriani, & capella de Fauergijs, & earum pertinentijs. Ecclesiam S. Martini Viennæ cum Ecclesijs sibi subiectis, videlicet Ecclesia S. Nicetij de Montechilino, Ecclesia de Sirizino, & Ecclesia de Vermello, cum appendentijs, & dependentijs suis. Ecclesiam Eremitarum de Comba cum appendentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ in insula subtus Viennam, cum Ecclesia de Losa, & omnibus aliis pertinentijs suis. Ecclesiam de Villosco, cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Andreæ de Costa, cum Ecclesijs de Flacheryis, & aliis appendentijs suis. Ecclesiam de Paladru cum appendentijs suis. Ecclesiam S. Martini de Peraudo, cum capellis & appendentijs suis, videlicet S. Nicolai ipsius Castri S. Mariæ de Vellaco, & S. Blasij de Bogiuo, & aliis pertinentijs earum. Ecclesiam S. Mariæ de Annonaco, cum Ecclesijs S. Ioannis, S. Gregorij, S. Michaelis, & S. Dionysij cum pertinentijs Ecclesiam Apostolorum Philippi, & Iacobi de Trasbino, cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Valery cum dependentijs suis, Ecclesiam scilicet de Sarrasio. Ecclesiam de Irasio. Ecclesiam B. Mariæ de Vallibus cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Baternay, Ecclesiam S. Blasij Viennæ. Ecclesiam bonæ combæ, & Ecclesiam de Cruetes cum earum pertinentijs. Ecclesiam S. Iacobi in ciuitate Valentiæ. Ecclesiam conuentualem S. Fœlicis extra muros Valentiæ, cum dependentijs, & pertinentijs suis; Ecclesiam scilicet de Montellis. Ecclesiam de Alexiani. Ecclesiam Castri Duplicis. Ecclesiam S. Clementis, & Ecclesiam S. Nazarij cum earum pertinentijs. Ecclesiam S. Petri Diensis cum Ecclesia S. Petri de Valdroma, & aliis pertinentijs. Ecclesiam S. Petri de Chalancone cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Chacin cum appendentijs suis. Ecclesiam de Tolliniaco cum capellis & pertinentijs suis. Ecclesiam de Volueto cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Medulione cum tribus Ecclesijs de Podio, de Vercho, et de Rochet a cum dependentijs suis. Ecclesiam de Sarreys cum capellis suis de Vsone, & de Gaudejart, et S. Sepulchri cum dependentijs suis. Ecclesiam S. Andeoli Viuariensis, vbi corpus eius iacet, cum Ecclesijs & pertinentijs suis. Ecclesiam videlicet S. Michaelis, Ecclesiam S. Polycarpi, Ecclesiam de Chalancone, Ecclesias de Libino, & S. Ferreols cum pertinentijs earum. Ecclesiam S. Mariæ de Flaßano, & Ecclesiam S. Nazarij cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Ioannis Vallislongæ. Ecclesiam S. Mariæ de Alt-agnance cum pertinentijs suis. Ecclesias de Bitterrita S. Mariæ, & S. Stephani, & Ecclesiam de Barberas cum pertinentijs earum. Ecclesiam B. Mariæ de Grezo Carpentoriensis, cum Ecclesia de Paternis, & aliis dependentijs suis. Ecclesiam S. Ioannis de Castro nouo cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Michaelis extra muros ciuitatis Aptensis cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Turre cum Ecclesijs S. Eulaliæ, & S. Victoris. Ecclesiam S. Petri de Anfusio cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Petri de Vitys cum Ecclesia S. Cæciliæ & appendentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Agueris cum tota parochia sua, & tribus ad ipsam pertinentibus. Ecclesiam S. Veranidicti loci. Ecclesiam S. Geneſis de Mandolio, cum Ecclesia de Imano, & earum pertinentijs. Ecclesiam S. Iuturnini de Armazanicis, cum capella S. Crucis ipsius Castri, & tertiam partem decimarum Ecclesiæ de Tiliano. Ecclesiam S. Martini de Chantace cum capellis suis videlicet S. Antonij de Reminiano, & S. Marcelli de Bozerone, & aliis pertinentijs suis. Ecclesiam S. Iacobi de Melgorio, cum Ecclesia S. Lupi, & aliis pertinentijs suis. Ecclesiam de Seta cum pertinentijs suis. Collegium S. Ruffi Montispessulani cum dependentijs suis, Ecclesijs videlicet S. Martini de Cauerario, Ecclesiam S. Montani de Scoſiaco, & S. Saluatoris de Semnico, & Ecclesiā S. Victoris Bituricensis diœcesis cum earum pertinentijs. Ecclesiam S. Mariæ de Castiano cum omnibus rebus, & dependentijs suis, videlicet Ecclesiam S. Ioannis de Fossis, Ecclesiā de Rocha Brona, de Angelet & de Prolianis cum omnibus aliis Ecclesijs, capellis & pertinentijs earum. Ecclesiam S. Montani Viuariensis Ecclesiam SS. Cirici, Iuliæ Agatensis diœcesis. Ecclesiam S. Petri de Castronouo cum bonore, & pertinentijs suis. Ecclesias S. Mariæ, & S. Fœlicis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Bisuldano cum Ecclesijs suis, videlicet S. Vincentij, S. Mariæ nouæ, & S. Martini de la Palude de Sarrat, & Socorat, & de Rabinet. S. Cornelij, & S. Syluestri, S. Quintini, & Ecclesias de Ribeſtis cum omnibus earum pertinentijs. Ecclesiam S. Mariæ de Terraßia cum Ecclesijs S. Petri, S. Michaelis, S. Fruituosi, S. Iuliani, & S. Eulaliæ earum pertinentijs. Ecclesiam S. Ruffi extra muros ciuitatis Ilerdæ cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Michaelis de Scalada cum Ecclesia S. Fruituosi in eodem loco sita. Ecclesiam S. Martini de Pons, cum Ecclesia Sanctæ Mariæ in eadem villa sita, &

ipsam S. Mariæ. Ecclesiam S. Cypriani de Villamors, Ecclesiæ de Scalada, Ecclesiam de Villamoll. Ecclesiam de Robolar. Ecclesiam S. Petri de Chausoga cum Ecclesijs S. Mauritij, S. Hilarij de Malorne, & capella de Fossa. Ecclesiam de Lodor deria. Ecclesiam de Libo. Ecclesiam de Brolio, Ecclesiam S. Salpinj de Talau. Ecclesiam S. Benignæ cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mauritij de Cæsare cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Murnaco cum Ecclesijs suis, Ecclesiam de Mattis de Bassia, de Collonis, & de Collemedio suis, de Matis de Bassia, de Collonis, & de Collemedio cum omnibus earum pertinentijs, Ecclesiam S. Michaelis de Lanna extra muros ciuitatis Ianuensis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Nicolaim Collemontu cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Laudesio cū pertinentijs suis. Ecclesiam Abbatialem B. Mariæ intermontium Genuensis diœcesis cum suis membris, & dependentijs suis. Ecclesiam S. Stephani in Campanea extra muros ciuitatis Papiæ, cum Ecclesijs suis, & Sanctæ Mariæ in Campo, & Sancti Petri in Sylua cum omnibus earum pertinentijs. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pelago cum Ecclesijs suis, videlicet S. Simphoriani, S. Tiberij, S. Simeonis, S. Ioannis, S. Tiberij, & S. Martini, & aliis dependentijs & pertinentijs earum. Ecclesiam S. Michaelis de Sestretello cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Petri de Ochijs cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Billenco cum capella, & aliis pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mauritij de Tramolcya cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Mottando cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Colloria, cum capella S. Iacobi de Albarijs cum aliis pertinentijs suis. Ecclesia S. Mariæ Bonæ vallis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Andreæ post Rochaux seu de Crugerijs, & S. Martini de Salonis cum pertinentijs earum. Ecclesiam S. Mariæ de Insula cum Castrum de Guirnen cum pertinentijs suis, Ecclesiam S. Martini de Vxone cum parochia de Charnac, & aliis pertinentijs suis. Ecclesias de Guilat, & Bilars cum pertinentijs earum. Ecclesiam beatæ Mariæ de Bellocastro cum suis capellis, & pertinentijs. Ecclesiā S. Ruffi de Ramanis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Fulconis extra muros Valentiæ. Ecclesiam S. Mauritij de Vrme Clarenontana diœcesis cū pertinentijs suis.

Non obstantibus præfatis Innocentij IV. contra exēptionē, quæ incipit Volentes, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum priuilegiorum non præmissa omnibus illis, quæ in singulis literis prædictis rationi non obstare, contrarij quibuscunque. Cæterum quod difficile foret, has præsentes literas ad quæque necesse foret deferre loca, volumus, ac auctoritate, & tenore prædictis decernimus, quod earū transumptis, sub sigillis archiepiscopi, Episcopi, vel alterius Ecclesiæ Prælati, aut in Ecclesiastica dignitate constituta personæ, sub signo, & subscriptione duorū Notariorum publicorum subscriptorum, sigilli impressione munita, indubia, ac tanta fides detur, adhibeatur, quanta ipsis originalibus Apostolicis literis daretur, & fieretur, si in medium exhiberentur. Nulli ergo hominū liceat hanc paginā nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, & Ecclesiæ supplicationis, & voluntatis, & decreti infringere, vel eau-

...ssiam S. Maria. Ecclesiam S. Cypriani de Villamor, Ecclesiat de Scalada, Ecclesiam de Villanoue II. Ecclesiam de Robolar. Ecclesiam S. Petri de Chanaseya cum Ecclesiis S. Mauritij, S. Hilarij de Molerens. & capella de Fossa. Ecclesiam de Lodar deria. Ecclesiam de Liba. Ecclesiam de Erolio, Ecclesiam S. Sulpitij de Talac. Ecclesiam S. Benignæ cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mauritij de Cæsare cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Mornaco cum Ecclesiis suis de Matis, de Bassia, de Collonis, & de Collemedio cum omnibus earum pertinentijs, Ecclesiam S. Michaelis de Lanua extra muros ciuitatis Ianuensis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Nicolai in Collemontu cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Laudisio cũ pertinentijs suis. Ecclesiam Abbatialem B. Mariæ intermontium Genuen sis diœcesis cum suis membris, & dependentijs vniuersis. Ecclesiam S. Stephani in Campanea extra muros ciuitatis Papiæ, cum Ecclesiis suis, & Sanctæ Mariæ in Campo, & Saulti Petri in Sylua cum omnibus eorum pertinentijs. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pelago cum Ecclesiis suis, videlicet S. Simphoriani, S. Ibrulæ. S. Simeonis, S. Ioannis, S. Tiberij, & S. Martini, & aliis dependentijs & pertinentijs earum. Ecclesiam S. Michaelis de Sesto cello cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Petri de Ochio cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Bellotio cum capella, & aliis pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mauritij de Tramoleya cum pertinentijs suis. Ecclesiam de Moriando cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Collonia, cum capella S. Iacobi de Alsariis cum aliis pertinentijs suis. Ecclesiæ S. Mariæ Bonæ vallis cum pertinentijs suis. Ecclesiæ S. Andreæ prope Rocham seu de Crugeriis, & S. Martini de Aulano cum pertinentijs earum. Ecclesiam S. Mariæ de Insula iuxta Castrum de Guirien cum pertinentijs suis, Ecclesiam S. Martini de Vxone cum parochia de Charnay, & aliis pertinentijs suis. Ecclesias de Guilat, & Hilin cum pertinentijs earum. Ecclesiam beatæ Mariæ de Bellouo cum suis capellis, & pertinentijs. Ecclesiæ S. Rufi de Romanis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Folloris extra muros Valentiæ. Ecclesiam S. Mauritij de Vxone Claromontanæ diœcesis cũ pertinentijs suis.

Non obstantibus præfatis Innocentij IV. contra exẽptos, quos incipit Volentes, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum priuilegiorum non tam vniuersalibus illis, quæ in singulis literis prædictis valumus non obstare, contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile foret, has præsentes literas ad singula, ad quæ necesse foret deferre locu, volumus, ac eiusdem tenore præmissis decernimus, quod earũ transumptis, sub alicuius archiepiscopi, Episcopi, vel alterius Ecclesiæ Prælati, aut in Ecclesiastica dignitate constituta persona, sub signo, & subscriptione duorũ Notariorum publicorum subscriptorum, sigilli impressione munito, indubia, ac tanta fides detur, illisq; perinde fietur, quanta ipsis originalibus Apostolicis isteretur, & staretur, si in medium exhiberentur. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginã nostræ approbationis, illustrationis, innouationis, cõfessionis, supplicationis, statuti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei au-

su temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1488. 3. Cal. Sept. Pontif. nostri, anno 4. Ios. Lilius.

PRodijt ex eadem congregatione S. vir Arnulphus prædicator verbi Dei feruidissimus & vitiorum obiurgator constantissimus, de quo Trithemius in Historia Hirsaugica sub anno 1128. mandauit. Nauclerus volm. 2. Gener. 37. Platina in Honorio II. Autor Supplementi Chronicorũ lib. 12. sub anno 1107. illius vitam describentes, quæ apud illos videnda erit. V.

COnradus quoq; de Suburra Romanus Benedicti filius, ex Abbate Generali totius Ordinis S. Rufi primum presbyter Cardinalis S. Potentianæ, deinde Episcopus Sabinensis ab Honorio II. creatus, demum anno 1153. Summus pontifex est renunciatus, & Anastasius IV. vocatus, ex Chronicis dictæ Congregationis, quibus Onuphrius in Chronico sub anno 1153. & lib. 1. de Ecclesia Lateranensi cap. 7. Massonius in vita eiusdem Pontificis, Ciaconius in Honorio II. Sigonius de regno Italiæ lib. 12. sub anno 1153. Ioannes Baptilla de Canalcrijs, & alij adstipulãtur. quem etiam Baronius sub eodem anno canonicum Regularem fuisse affirmat. VI.

Cui anno sequenti successit in Sede Põtificali Nicolaus Anglicus cognomento Hastifragus ex Abbate item Generali dictæ Congregationis S. Rufi S. R. E. Cardinalis, & Legatus Apostolicus in Norwegiam destinatus, quem falso inter Monachos D. Benedicti refert Trithemius in suo libro Historiæ Hirsaugicæ sub anno 1154. cũ Abbatia S. Rufi nunquam fuerit Ordinis D. Benedicti, de quo plura apud Onuphrium in Chronico, sub eodem anno, Ciaconium in Eugenio III. & Anastasio IV. Baronium item sub eodem anno, Ioannem Pitsium in lib. de Scriptoribus Anglicanis & alios autores.

Anglicus quoque siue Angelicus Grimaldi de Brisaco Mimatensis diœcesis Vrbani V. frater secundum aliquos, verius ex fratre nepos, ex canonico Regulari dictæ congregationis primum Episcopus Auenionensis, deinde presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula ab eodem Vrbano V. anno Domini 1361. creatus, qui ad Cardinalatum euectus Collegium eidem congregationi præclarissimum in monte Pesulano fundauit, cuius in supra narrato Innocentij VIII. priuilegio mentio habetur, de quo Onuphrius lib. 1. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. Ciaconius in Vrbano V. & alij.

Tandem verò hæc congregatio grauissima damna ab Hæreticis sustinuit, à quibus superioribus annis ipso Cœnobio S. Rufi apud Valentiam vastato, illius canonici intra Vrbẽ in quadam

dam dicti Ordinis Ecclesia sedes potuerunt. multa quoque illius monasteria vel commendata, & canonicis tãdem sunt destituta, vel à secularibus occupata, & diruta. Retinet tamen formam congregationis sub vno capite, quod est ipse Abbas S. Rufi, cui omnes tanquam Patri subduntur, & reuerenter obediunt.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEPTIMVM.

De Congregatione Canonicorũ Regularium S. Victoris Parisiensi.

I. ESt etiam in partibus Galliarũ perantiqua, & cum primis illustris congregatio S. Victoris Parisiensis, cuius summa cum laude meminit Cardinalis Iacob⁹ de Vitriaco in sua historia Occidentali c. 24. ita scribens. *Sunt aliæ canonicorum Regularium deuotæ, & humiles, & amabiles Deo congregationes, qui S. Victoris canonici nuncupantur, eo quod præclarus Dei martyr Patronus, & aduocatus sit eorum, in quibus huius Ordinis primordia claruerunt. Primus siquidem, & præcipuus huius sanctæ Religionis conventus extra muros Parisiensis ciuitatis in Ecclesia, quæ dicitur S. Victorũ quasi lucerna Domini super candelabrum posita, non solum propinquam ciuitatem, sed remotas ex cumquaque regiones, & ad Dei cognitionem illuminat & ad charitatem inflammat, tanquam piscina probatica, & luter æneus in templo Domini scholaribus Parisijs cõmorantibus, & variis populis vndique confluentibus aquæ per fationis subministrans. Hæc siquidem sancta, & omni acceptione digna militantium in castris Domini congregatio refugium est pauperum, consolatio lugentium, fulcimentũ & quasi basis debilium, recreatio lassorum, relevatio lapsorum, portus tranquillissimus scolarium, quibus de mundi huius naufragio euadere cupientibus, sinum misericordiæ aperit, & in gremio suo velut pia mater eos fouet, & nutrit. Multa à principio Parisiensibus magistris viris literatis, & honestis velut stellis fulgentibus illustrata, & quasi margaritis pretiosis decorata. Inter quos nominatissimus, & præcipuus extitit Cytharista Domini, organum Spiritus sancti, magister Hugo de sancto Victore dictus, qui malogranata tintinnabulis coniungens, exemplo sanctæ conuersationis multos ad honestatem incitauit, & mellifluæ doctrinæ ad scientiam eruditi. Multos autẽ aquarum viuentium puteos effodiens libris suis, quos de fide, & moribus tam subtiliter, quam suauiter asserendo edidit, incerta, & occulta diuinæ sapientiæ pluribus aperuit, mortalem sui memoriam velut compositionem odoris, & opus pigmentarij, & in omnium ore quasi vel dulcoratum velut musicam conuiuio vini, & tanquam naues poma ferentes posteris relinquendo. Hi siquidem prudentes, & honesti viri extra Parisiensium tumultum seorsum congregati, supra firmum, & stabile fundamentum Regulæ S. Augustini mirabiles honestas, & salutares obseruantias statuerunt. Nigrũ siquidem cappũ, & tunicu albu laneu indati, pellibus agninis, & lineu vtuntur camisijs. Carnes in refectorio non manducant. Certis temporibus, & horis constitutis infra terminos suos mœnibus suis corpus alter laborant: circa primam, vel secundam vocis horam matutinas surgentes in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus Domino suauiter, & deuote psallunt, residuum noctis pleruq; expendunt. Æstatis autem tempore à vespera vsq; ad auroram nocturnum frequenter protrahunt officium: Semel autem in anno omnes huius ordinis Abbates Parisijs apud S. Victorem celebrant Generale Capitulum celebraturi congressum. Post diuinæ prædicationis epulas delicatas, & iucundas, de his, quæ ad Religionem, & ordinis vtilitatem pertinent, vna mutuo pertractantes.

II. ORiginem huius Congregationis in annum circiter 1113. referunt Franciscus Belcherestius in sua Cosmographia, & Augustinus Tacitensis in Dilucidario p. 2. §. inst. tutio canonic. *Ordinis in Ciuitate Parisiensi*: quo tempore piissimus Rex Ludouicus cognomento Crassus prope muros Parisiorum amplissimum, & Regale cœnobium sancto Victori Christi martyri incupatum excitauit, de cuius fundatione quod superius cap. 33. satis sit dictum, nunc solum de viris sanctissimis, qui tanquam lydera micantia Ecclesiam illustrauerunt verbo, & exemplo, & de monasterijs eiusdem Congregationis quæ breuiter attingemus. Nam quod ad vitæ sanctitate conspicuos attinet, habuit hæc congregatio complures, quorum nomina piè creduntur esse scripta in libro viuentium in cœlis, & reliquiæ eorum tanquam Beatorum in veneratione habentur apud homines in terris. Hi fuerunt Primus B. Hilduinus dicti cœnobij primus Abbas. Secundus B. Hugo cognomẽto de S. Victore, doctrina & religione toti orbi conspicuus. Tertius B. Riccardus natione Anglicus, sed à loco professionis de S. Victore cognominatus, qui floruit circa annum salutis millesimum trigesimum septimum. Quartus B. Gaufredus vir nimiæ sanctitatis, qui Meldensium Episcopus cum esset, concedente Innocentio III. Episcopatu a se abdicato, in monasterio S. Victoris septem diuinæ contẽplationi arctius manetpauit. Quintus beatus Thomas martyr, & eiusdem monasterij Prior, qui vti alter Thomas Cantuariensium Episcopus pro veritate, & iustitia, & defensione Ecclesiæ inter manus Stephani tyrannici Episcopi erudeliter excerebratus, gloriosum martyrium consummauit. Sextus B. Ruchenus Prior. Septimus B. Achardus Episcopus Abrincensis, de quibus supra cap. 33. dictum fuit.

Doctores verò præclaros protulit in primis supra memoratos Hugonem, & Ricardum de S.

Victore, quorum opera notissima sunt, & laudatissimi opus non habent. Tertium quoq; Petrum Lõbardum cognomento Magistrũ Sententiarum canonicum S. Genouefæ eiusdem congregationis. Quartum Petrum Comestorem autorem Historiæ Scholasticæ in Ecclesia S. Victoris cũ Epitaphio tumularum. Quintum venerabilẽ Thomam Abbatem S. Andreæ Vercellensis, cuius nomen incõpertũ habuit in sua Bibliotheca sanctus Sixtus Senẽsis in verbo Abbas Vercellensis Sextum Abbatem Absalonem. Septimũ Magistrum Adamum, quorum opuscula manibus omnium terantur. Octauum Magistrum Achardum Abrincensem Episcopum, de quo modo dictum fuit, qui teste Ioanne Pitsio multa præclarè scripsit. Nonum Magistrũ Ricardum Anglicum alterum ab eo, qui supra est relatus, nam hic posterior floruit supra circa annum Domini 1240. ex Pitsio de Scriptoribus Anglicanis. Decimum Guernerum eiusdem cœnobij Subpriorem, qui claruit anno 1400. ex Sixto Senensium Bibliotheca.

III. HAbeo qui scribant, ex hac Congregatione tres Cardinales S.R.E. assumptos fuisse. nã Bertrum Hugonem de sancto Victore ab Innocentio II. anno 1138. Cardinalem creatum scribit Ciaconius in Innocentio II. & licet tam exiniæ dignitatis sibi collatæ alij non meminerint, ibid forsan in causa extitit, quod ipse vita excessit anno statim sequente antequam insignijs Cardinalibus donaretur. sed & alium nomine Hugonem celebrem Theologum ex canonico S. Victoris Cardinalem Episcopum Tusculanũ a Martino V. anno 1431. creatum tradit Volaterranus lib. 21. in Vita sancti Patris nostri Augustini, licet nullus hoc nomine sub Martino V. ad Cardinalatum assumptus apud alios Historicos legatur. & fortè Volaterranus errauit in nomine, Hugonem ponens pro Ludouico: nam Martinus V. teste Ciaconio D. Ludouicum Alamannum natione Gallum, & professione canonicũ regularem Archiepiscopum Arelatensem presbyterum Cardinalem S. Cæciliæ creauit, quem etiam ad Bononienses Legatum destinauit. Memoratur etiam ibi loci Volaterranus alterius nominis Ioannis ex canonico S. Victoris ad Cardinalatum electi. Cæterùm cum neque tempus reperire illius promotionis, nec Pontificem, qui illũ ordinauit, apud eundem autorem sit fides. Hoc certum ex eodem monasterio plures Antistites ad cathedrales, & alias Ecclesias regendas assumptos: inter quos fuerunt B. Achardus Episcopus Abrincensis, Stephanus Episcopus Parisiensis ex Abbate S. Victoris, inter cuius manus beatus Thomas eiusdem monasterij Prior martyrium consummauit. Petrus Lombardus ex canonico S. Genouefæ Episcopus Parisiensis. B. Gaufredus Episcopus Meldensis, Thomas primus Abbas cœnobij Vercellensis, qui obijt anno 1146.

Victore, quorum opera notissima sunt, & laudati opus non habent. Tertium quoq; Petrum Lombardum cognomento Magistrũ Sententiarum canonicum S. Genouefæ eiusdem congregationis. Quartum Petrum Comestorem autorem Historiæ Scholasticæ in Ecclesia S. Victoris cũ Epitaphio tumularum. Quintum venerabilẽ Thomam Abbatem S. Andreæ Vercellensis, cuius nomen incõpertũ habuit in sua Bibliotheca sancta Sixtus Senẽsis in verbo Abbas Vercellensis Sextum Abbatem Absalonem. Septimũ Magistrum Adamum, quorum opuscula manibus omnium terontur. Octauum Magistrum Achardum Abrincensem Episcopum, de quo modo dictum fuit, qui teste Ioanne Pitsio multa preclarè scripsit. Nonum Magistrũ Riecardum Anglicum alterum ab eo, qui supra est relatus, nam hic posterior floruit supra circa annum Domini 1240. ex Pitsio de Scriptoribus Anglicanis. Decimum Guernerum eiusdem cœnobij Subpriorem, qui claruit anno 1400. ex Sixto Senensi in Bibliotheca.

III. HAbeo qui scribant, ex hac Congregatione tres Cardinales S. R. E. assumptos fuisse. nã beatum Hugonem de sancto Victore ab Innocentio II. anno 1138. Cardinalem creatum scribit Ciaconius in Innocentio II. & licet tam eximiæ dignitatis sibi collatæ alij non meminerint, illud forsan in causa extitit, quod ipse vita excesserit anno statim sequente antequam insignijs Cardinalibus donaretur. sed & alium nomine Hugonem celebrem Theologum ex canonico S. Victoris Cardinalem Episcopum Tusculanũ à Martino V. anno 1431. creatum tradit Volaterranus lib. 21. in Vita sancti Patris nostri Augustini, licet nullus hoc nomine sub Martino V. ad Cardinalatum assumptus apud alios Historicos legatur. & forte Volaterranus errauit in nomine, Hugonem ponens pro Ludouico: nam Martinus V. teste Ciaconio D. Ludouicum Alamannum natione Gallum, & professione canonicũ regularem Archiepiscopum Arelatensem presbyterum Cardinalem S. Cæciliæ creauit, quem etiam ad Bononienses Legatum destinauit. Meminit etiam ibi loci Volaterranus alterius nominis Ioannis ex canonico S. Victoris ad Cardinalatum electi. Cæterùm cum neque tempus refertur illius promotionis, nec Pontificem, qui illũ ordinauit, apud eundem autorem sit fides. Hoc certum ex eodem monasterio plures Antistites ad cathedrales, & alias Ecclesias regendas assumptos inter quos fuerunt B. Achardus Episcopus Abrincensis, Stephanus Episcopus Parisiensis ex Abbate S. Victoris, inter cuius manus beatus Thomas eiusdem monasterij Prior martyrium consummauit. Petrus Lombardus ex canonico S. Genouefæ Episcopus Parisiensis. B. Gaufredus Episcopus Meldensis, Thomas primus Abbas cœnobij Vercellensis, qui obijt anno 1146. vt in Epitaphio eius sepulchro appposito notatur, D. Nicolaus Abbas, & reformator S. Petri ad Aram anno 1133. 6. Calend. Aprilis creatus. Abbati S. Victoris Parisiensis scribunt Innocentius III. in cap. cum dilecti electione, & Gregorius IX. cap. Ex insinuatione de rescriptis, & illius Priori idem Gregorius IX. cap. Significauerunt, de testibus. Addit Augustinus Ticinensis ex Speculatore, in Cathedrali Parisiensi vnum ex canonicis S. Victoris antiquo more Magistrum cæremoniarum extitisse.

Catalogus monasteriorum eiusdem congregationis ex Ticinensi, & Syluestro Maurolico fuerat olim triginta Abbatiarũ, octoginta Prioratuum, & quadraginta Præposiurarum, ex quibus fuerunt Abbatia sanctæ Mariæ de Victoria Syluanectensis, & Abbatia sancti Martini apud Gemellos Ambianensis, & sanctæ Genouefæ in ciuitate Parisiensi, & alia in Compendio, & Cãtipratana item in Flandria, & Danensis apud Brugas in Flandria, & aliæ partim in finibus Galliarum, partim in Belgio constitutæ, quarum plurimæ nunc etiam supersunt, etsi illarum nomina, & fundationes non teneam, quoniam Catalogus à Reuerendo admodum Patre Domino Dionysio à sancto Germano eiusdem Cœnobij Priore transmissus ad manus meas non peruenit. Sunt pariter eiusdem congregationis complura Collegia sacrarum virginum Canonissarũ Regularium in Gallijs, & etiam in Flandria, ex quibus sex recensentur ab Auberto Miræo de Collegijs canonicorum Regularium cap. 12. in fine, videlicet Gronembrielensis Abbatia in vrbe Gandauensi, Trudonensis Abbatia in vrbe Brugensi, Wasinonsterensis in agro Wasiensi apud Teneramundam, Abbatia Pontis Roradi vulgo Roesbrugge in Flandria, Abbatia noui monasterij sancti Winoci in oppido Bergensi in Flandria, & monasteriũ sanctæ Margaritæ vulgo Nonnarum in ciuitate Antuerpiæ.

Cæterum etsi monasteria tam virorum, quã fœminarum sub regulari disciplina non pauca adhuc supersint, tamen ipsa Congregatio siue ob temporum difficultates, siue quod Abbatia S. Victoris ex multò iam tempore Abbatibus secularibus commendetur, qui multoties bona tẽporalia, & lucra potius, quàm incrementa ordinum, & Dei gloriam sequuntur, ex multis annis (proh dolor) iã desijt, nec iam amplius Generale Capitulum cogitur, nec Visitatores ad Cœnobia iuxta sacrorum Canonum, & ordinis statuta visitanda ad vitia extirpanda, vitam canonicam instaurandam, & Dei cultum augendũ designantur. & licet decreto sacri Oecumenici Concilij Tridentini sess. 25. de Regularibus statutum fuerit, vt Abbates, cæteriq; Prælati monasteriorum, quæ sunt capita Ordinum siue Cõgregationum Regularem habitum sumere, & vota Regulariũ profiteri, & secundũ illa viuere

debe-

deberent, nihilominus, tam pium, sanctum, salubre, & necessariũ decretum executioni hactenus non fuit demandatum. Floret tamen in eodem Cœnobio Regularis Ordinis obseruantia sub regimine Prioris, estq; ibi loci Bibliotheca manuscriptorum præsertim Codicum longe præstantissima, quã omnes meritò admirantur.

CAPVT QVINQVAGESIMVMOCTAVVM.

De Congregatione Canonicorũ Regularium S. Laurentij de Plebe Martyrum, siue de Vltio in Delphinatu.

1 ANtiquiorem habet originem alia Congregatio à loco primariæ illius institutionis S. Laurentij de Plebe Martyrũ vocata. Est locus in prouincia Delphinatus inter iuga mõtium asperrima, quibus Italiæ fines à Gallicanis diuiduntur, quatuor leucis ab arce munitissima Secusia nuncupata distans, propeq; oppidum, quod Vltium dicimus, vbi Cœnobium Sanctorum Monachorum martyri Laurentio dicatum, & vetustissimũ etiam ante magni Patris Benedicti seculum fuisse, illarum gentium est traditio, vetustis monimentis comprobata. quem in locũ cum multi fideles Wandalos fugientes sese recepissent, quod propter montium asperitatẽ prope inaccessibilis videretur. tandem ab ipsis Wandalis post Italiam vastatam illac pertranseuntibus direptè trucidati, vna cum monachis, ab illorũ martyrio S. Laurentij de Plebe martyrum loco nomen dederunt. Ferunt, occubuisse eum illis quendam monachum sanctissimum nomine, & re ipsa Iustum, eiusq; postea reliquias Secusiam sub Manfredo Marchione ad Ecclesiã eius nomini erectam circa annum Domini 1030 translatas. Cæterùm post transitum Wandalorum, & Cœnobij euersionem locus per multa secula penè desertus mansit, donec circa annum Christi Saluatoris 1050. Sacerdos Venerabilis, vere pius, Religiosus, & sanctus Gerardus nomine, de Vltio oriundus, diuina inspiratione paruam cellam in eodem loco sibi statuit, postea vero Cuniberto Taurinensium Episcopo consentiente, ac tradente, canonicorum regularium habitum, ac institutum assumpsit, monasterium dirutum refecit, illudq; cum nonnullis canonicis eiusdem instituti primus inhabitauit: Quorum sancta conuersatione excitati nonnulli Principes, Episcopi, & alij viri diuites multis non solum prædijs, & redditibus, verùm etiam Ecclesijs in diuersis Episcopatibus eidem monasterio attributis breui admodum congregationem multorum Collegiorum non ignobilem erexerunt.

NAm constat imprimis anno 1057. Odonẽ Sabaudiæ Comitem cum Adelcide ipsius coniuge Secusiæ Marchionissa, & Manfredi nouissimi Secusiensium Marchionis filia ipsi Gerardo, ac ipsius canonici non solum dictam Ecclesiam de Plebe martyrum, verum etiam omnes Ecclesias, & Parochias locorum Sesanæ, Vltij, & Salabertani cũ omnibus illarum bonis, & pertinentijs, necnon Ecclesiam S. Iusti intra Secusiam à Berta dictæ Adelei. iis matre inchoata, & ab eadem Adeleide Marchionissa absolutam donauisse, ferunt; extare instrumenta donationum apertissima eodem anno 1057. stipulata. Deinde anno 1065. antedictus Cuniberta Taurinensium Episcopus cum consensu, & voluntate suorum canonicorum cathedralium (erant per id temporis adhuc Regulares) non solum prædictam Odonis donationem siue concessionem suo diplomate firmauit (erat enim locus in Episcopatu Taurinensi) verum etiam multis alijs Ecclesijs, parochijs, & illarum bona collatis auxit, quarum præcipua fuit Ecclesia S. Mariæ in ciuitate Secusia, quæ pœnitentialis, & quasi cathedralis, & vicem gerens Episcopalẽ diebatur. Libet ad rei veritatẽ illustrandã, & huius congregationis antiquitatem, & dignitatem monstrandam, eiusdem Cuniberti priuilegium ex integro hic ponere, quod cum alijs eiusdem congregationis monimẽtis multo labore conquisitis tandem inuenit, & transmisit Reuer admodum Pater Dominus Dionysius Vercellensis nostri monasterij Secusiani S. Iusti Præpositus, quod huiusmodi est.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Cuniberta diuina miseratione Taurinensis Episcopus. Cupientes, & patens esse cognoscitur, canonicam institutionem ab Apostolis capisse exordium. sicq; deinde ex successione temporum habuisse incrementum exemplis, & documentis subsequentium Patrum. Quocirca cuius, qui locum prælationis, & culmen regiminis videmur suscepisse, cauendum est summoperè, vt id, ad quod vocamur ex nomine, tota mentis intentione studeamus adimplere: Siquidem exuperatis undique temporalis fluctibus portum salutis, & requietionis tutam contingere. Oportet itaque nos in Ecclesia Dei præsidibus subditorũ quã maximè mangulare, videlicet deformata reformare, quod confractum est consolidare, quæ abiectum est reducere, quodq; perierat visitare. Multiplex & varius est vsus bonæ actionis, sed non solum artículũ ad executionem nostræ propositionis. Erat equidem intra fines nostri Episcopij locus inter Alpes situs, qui Plebs martyrum nuncupatur, inter Secusiam, & Ianum montem, secus ripam Durie fluminis reuerentia & religione retenta digne, sed multo tempore incuria & negligentia post persecutionem, & desolationem Paganorum vsque ad nostrum tempus desertus: Postea vero reuelatione diuina sacerdos quidam Gerardus nomine, qui postmodum in Christo Iesu

capta est ornatui, primum antiquitus sibi Odolricus, & Nantelmus adhuc bona indolis puerulo, necnon ibidem à nobis sanctæ Congregationis Præposito constituto, compertæ quidem multis, & innumeris signis, & prodigijs certum confirmabat loci illius adhortantibus, abrenuntiare sæculo diuina illustratione compunctum, habitaculis in eodem loco construxit. Pauco autem interiecto tempore ad nos veniens apud Taurinum huiusmodi nobiscum, & canonicis nostris fecit professionem, vt collata sibi à nobis licentia, & auctoritate tam ipse, quam cæteri, quos diuina misericordia aggregasset, ibi omni tempore canonicam tenerent institutionem. Huic igitur tã congruenti petitioni gratanter acquieuimus, & quoniã inter gelidas Alpes illas algore nimium, & ad fundum horridis hoibus asperitate positum durus est, & difficilis incolatus. & aspera, vt plerumque horis iludo, & cura diligentius locum illum ab incolis ad plenitudinem perfectionis ducatur, & affectione, mentes latiori semper habeatur. De vera pietate, & misericordiæ visceribus naturam immensa necessitati compatiens, ad Dei seruitium, eorumq; recreationem liberam, ac venerabilem canonicam, & bonis affluentẽ ibi Spiritus Sanctus filia fieri volumus, & maximè peroptamus. Ideoque fratrum nostrorũ canonicorum communi consilio, ac voluntate hanc sanctæ nouiter incepta regulari canonicorum congregationi S. Laurentij Vltiensis de materiarum præfata plebe præsentis, & futura Deo ibi famulantibus perpetuo donamus, & concedimus cum primitijs, decimis, eleemosynis, oblationibus, testamentis, parochijs, omnibus parochialib, & vniuersis omnino beneficijs, quæ illo pertinere dignoscuntur, & in futurum Deo fauente cum tigerint. Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ de Sezana, Ecclesiam S. Siuary, Ecclesiam S. Restituti, Ecclesiam S. Gerasij, Ecclesiam quoque S. Arigij, Ecclesiam S. Marci, Ecclesiam S. Matæe de Vltio, Ecclesiã S. Gregorij de Sacculo, Ecclesiam S. Michaelis de Boduleto, Ecclesiam S. Mariæ, ac S. Hippolyti de Bardonesibus, Ecclesiam de Salaberti, & si qualibet sint, vel fuerint alia bona, quæ nostræ congruant Episcopali dictioni tam dicta Plebis martyrum toto plebanatu. Simili modo subdimus, confirmamus, & donamus huic sancto loco B. Laurentij de Vltio, & fratribus degentibus ibidem præsentibus & futuris Ecclesiam, plebẽ, & pœnitentialem S. Mariæ, quæ sita est, & edificata in ciuitate Secusia cum omnibus pertinentijs, & possessionibus. Quæ scilicet longæua matrix, & baptismalis Ecclesia quadam prærogatiua & excellentia honoris vellem tu omnibus, quibus licitum est in suo plebanatu dono, & assensu Taurinensis Ecclesiæ vicem gerit Episcopalem, & antiquitus multo iam tempore gerere consuevit, quippe tam in vrbe nobili Secusia quæ sedes est Episcopalis antiquæ. Cuius plebanatus seu Archipresbyteratus appellò Bonononis ad pontẽ vsque Volonnæ flumen extenditur, & à montibus cacuminibus, & inde longè, latèq; comprehenditur, & terminatur. Hanc siquidem prænominatæ Ecclesiæ B. Mariæ cum prorsus vniuersa parochia Secusiensis cum omnibus suis parochialib, & omnimoda clericorum, ac laicorum secularium sexus vtriusque sepultura à prædecessoribus nostris Taurinensibus Episcopis antiquitus, & à nobis datur, ac priuilegijs in perpetuum confirmatur pro sumptibus canonicorum ibi Deo seruientium, & sustentatione turis similiter perpetuo damus, & concedimus, cum primitijs, decimis, eleemosynis, oblationibus, testamentis, parochijs, omni iure parochiali & cunctis omnino beneficijs, quæ illo pertinere cernuntur, & in posterum diuina miseratione peruenerint. Ecclesiam de Exilijs, Ecclesiam de Chamontio, Ecclesiam de Iallone in Ciuitate Secusiensi, Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Pauli, Ecclesiam S. Philippi, Ecclesiam S. Iacobi, Ecclesiam Sancti Saturnini, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam Sancti Marcellini, Ecclesiam S. Enaxij, Ecclesiam sancti Constantij, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Trautio, Ecclesiam sancti Eusebij, Ecclesiam sancti Iacobi, & Christophori, Ecclesiam sancti Iuliani, Ecclesiam de Feristo, Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam sanctæ Petronillæ, Ecclesiam de Matiis, Ecclesiam de Bozoleto, Ecclesiam sancti Laurentij, Ecclesiam sancti Basilij, Eccl. siam sancti Georgij, Ecclesiam de Vilario Fochardo, Ecclesiam de Chaminsso, Ecclesiam de Bruxolio, Ecclesiam sancti Desiderij ac sanctæ Mariæ, Ecclesiam de Fraxentijs, & omnes decimas totius Secusiæ Vallis, ea solum excepta, quæ Capellæ pertinet Arillagij Secusiensis oppidi. Sic videlicet hoc donum facimus, vt in omnibus prænominatis locis, & Ecclesiis canonici fratres tunc Vltiensis congregationis, vel alij sacerdotes omni tempore, sicut ab necesse fuerit, pro voluntate discretione, ac dispositione Præpositi Vltiensis substituantur, & maneant. Vt autem amplioris affectu dilectionis, & dulcedinis inuicem omni tempore Taurinensis, & Vltiensis Ecclesia sese diligant, & reuerentur, & hæc illam sedula mente foueat, ampliet, & tueatur, & huic illa diutissimè seruiat, & eam omnimode, reuereatur, Te Nantelmum dilectum filium nostrum præfatum Vltiensem Præpositum in nostra maiori Taurinensi sancti Ioannis Ecclesia pro canonico nostro recipimus, statuentes, vt quicunque deinceps Præpositus Vltiensis Catholicè fuerit ibi, canonicus noster in futurum perpetuum habeatur. Insuper etiam intra nostrum Episcopium quidquid decimarum, oblationum, eleemosynarum Ecclesiarum, seu cuiuspiam honoru, & beneficij præditæ congregationis fratres iam sunt adepti, & deinceps poterũt adipisci, autoritate quidem tam nostra, quam nostrorum successorum habita istis in præsentiarum p. . . . . & post hac pro tempore succedentibus pro animæ nostræ remedio, nostrorumq; successorum eis, & Ecclesiæ suæ Vltiensi donamus, & concedimus. Denique fidelibus nostris tam clericis, quam laicis, & omni vestræ posteritati notum fieri volumus, vt quandiu ibidem norma regularis tenebitur, Plebs illa Martyrum cum omni Plebanatu suo, possessione, qua in eo est, libera sit in omnibus in perpetuum, & ab omni nostra, posterorumque nostrorum obedientia, & in petitione penitus absoluta. salua tamen omnimoda reuerentia, & obedientia,

dientia, quam sancto Ioanni, & nobis debitè fieri volumus à Præposito Vltiensi pro aliis Ecclesiis, & beneficijs, quæ sibi, & Ecclesiæ suæ iam contulimus, & successores nostri Deo inspirante contulerint in subsequentibus. nec à nobis, & nostris successoribus aliqua oppressione locus ille molestetur vnquam, vel inquietetur, vel aliquatenus minoretur; sed semper amplietur, & melioretur. Quod si aliqua persona Diabolico spiritu vexata huic decreto nostro vllo modo præsumpserit obuiare, vel illud perfringere, & violare, sit, nisi resipuerit, & ad satisfactionem venerit, cum Daton, & Abiron, & Iuda proditore anathematis vinculo innodata, perpetuaque damnationi subiecta. Cunctis autem eidem Ecclesiæ, quæ sunt, aut fuerint sibi data seruantibus, sit Dei Summi pax in æternum, & amor. Vt autem hoc apud nos, & posteros nostros ratum, & inconuulsum, abeicto omni scrupulo possit haberi, vocabulo nostro propria manu subscripto fecimus insigniri, & canonicis nostris autoritatis permissimus pariter subscribendi. Ego Cuniberrus Taurinensis Præsul libens. Ego Albericus Cantor lætus subscripsi. Ego Vtubertus presbyter. Ego Albertus Subdiaconus. Ego Ioannes Acolitus. Ego Ildeprandus. Ego Ardaldus. Ego Albertus Acolitus scripsimus. Ego Gaufridus. Ego Gisulphus Primicerius libens. Ego Adam Presbyter. Ego Ordo Subdiaconus. Ego Adiprandus Subdiaconus. Ego Nantelmus Acolitus. Ego Ioannes Subdiaconus. Ego . . . . . Diaconus. Ego Ioannes Acolitus. Ego Albertus Subdiaconus. Ego Robaldus Archileuita. Ego Millo Archipresbyter. Ego Adam Præpositus libens.

Ob memoriam, & euidentiorem obseruantiam istius beneficij, duo in huiusmodi tenore fecimus priuilegia nostro Episcopali signo munita, vt omni tempore, scilicet alterum haberetur in Vltiensi Ecclesia, alterum in Secusiensi. factum hoc anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1065. indictione secunda. Datum Taurini per manū Ebrardi scriptoris, & Cancellarij Domini Cuniberti præfati Episcopi pridiè Calend. Maij.

III. EX isto Priuilegio tria eliciuntur. Primum antiquitas dictæ congregationis ante annū 1065. contra vaniloquum Ioachimum, qui dicit cœpisse canonicos regulares in Gallijs post annum 1100. autore quodam Archiepiscopo Lugdunensi Arnulpho à se conficto, de quo supra dictum fuit. Secundò, quo tempore Gerardus monasterium sancti Laurentij instaurauit, Nantelmum, qui tempore concessionis dicti priuilegij erat Præpositus, adhuc puerulum fuisse, & consequenter primordia institutionis canonicorum regularium in dicto monasterio aliquot annis concessionem eiusdem priuilegij præcessisse: quod euidentius indicant illa verba priuilegij, quibus de primo dicti monasterij fundatore mentio habetur: Postea verò diuina reuelatione sacerdos quidam Gerardus nomine, qui postmodum in Cistaricensi Episcopum est ordinatus. Quo loquendi modo indicat Gerardum illum ea tempora præcessisse, & solo nomine Taurinēsi Episcopo non fuisse, & tēpore concessionis dicti priuilegij iam suum diem extremum obiisse. Tertiò colligitur, canonicos dicti monasterij, vel saltem illorum Præpositum Ecclesiæ cathedralis Taurinensis canonicum fuisse, atq; ideo vel canonicos Taurinenses tunc regulares fuisse, vel canonicos regulares in Ecclesiis sæcularibus constitui potuisse, ac etiam consuevisse, cuius consuetudinis aliquot nonnulla exempla inferius adducemus.

MVnierunt eandem congregationem sua IV. Priuilegiis Romani Pōtifices nō pauci, mirum Alexander II. anno 1072. Vrbanus II. anno 1096. Eugenius III. 1148. Adrianus IV. 1158. Alexander III. anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, & Lucius III. anno 1183. ex quibus duo postrema tantum referam, quoniam ex eis satis constare possit de numero Ecclesiarum dictæ congregationis.

Priuilegium Alexandri III.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Nicolao Præposito Vltiensi Ecclesiæ, quæ dicitur ad plebem martyrum, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum. Officij nostri nos admonet, & inuitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, & eorum quieti, ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino prouidere. Dignum namque & honestati conuenire esse dignoscitur, vt qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas & à prauorum hominum violentijs tueamur, & beati Petri, atque Apostolicæ Sedis patrocinio muniamus. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prædictam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar Prædecessorum nostrorum bonæ memoriæ Romanorum Papæ, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis præstante Deo poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Episcopatu Vltiensi Taurinensi infra muros eiusdem ciuitatis ecclesiam maiorem Ecclesiam capellam sancti Martini, & canonicam, & domum Magistri Abrardi. extra muros Ecclesiam sancti Saluatoris cum pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Reuello cum capellis suis, & omnibus pertinentijs, Ecclesiam beati Ioannis de Pitco cum tributo suo, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Spina, Ecclesiam de Petra alba cum pertinentijs suis, Ecclesiam de Globa, Ecclesiam Sanctæ Christinæ de Burzana, Ecclesiam sancti

sanctæ Pontij de Monte, Ecclesiam de Bannuolo cum omnibus bonis suis. Ecclesiam de Monte Braone, Ecclesiam de Valle Clusinon. scilicet Ecclesiam de Mentulo, de Fontelleue, de Vsello, de Prato Lallato, Ecclesias de Sirano scilicet sancti Ioannis, & sancti Restituti cum decimis, & pertinentijs suis, in Villa Vltro, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Villa Beclario, Ecclesiam sancti Michaelis, Ecclesiam sanctæ Mariæ, & sancti Hippolyti de Rotulano, sancti Ioannis de Saloberta, sanctæ Mariæ de Exilgi, sanctæ Mariæ de Chalmonte, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Seuuzia cum titulis suis, & pertinentijs, Ecclesias scilicet sancti Martini, & sancti Saturnini, sancti Episcopi, sancti Marcellini, de Gellono, de Marino, de Bozoleto, de Bruxolio, Ecclesiam sancti Desiderij de Fraxineto, de Vilario Fulchardi, Ecclesiam domum sanctæ Mariæ de Seuuzia cum omnibus bonis suis, & Ecclesiam de Anellano cum titulis suis, & pertinentijs, Ecclesiam de Vilario, & Ecclesiam de Almisio. In Albanensi Episcopatu Ecclesiam sancti Stephani cum capellis, & pertinentijs suis omnibus, & titulis. In Aquensi Episcopatu Ecclesiam sancti Thomæ cum capellis, & pertinentijs suis, Ecclesiam sancti Michaelis de Ripa alba cum capellis suis, Ecclesiam sancti Georgij de Monte. In Sanuensi Episcopatu Ecclesiam sancti Ioannis de Vatio cum titulis suis. In Ebredunensi Archiepiscopatu, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Brunxuis cum capellis suis, Ecclesiam sancti Theofredi, Ecclesiam de Salis, & sancti Petri de Podio, sancti Michaelis de Seruetia, sancti Pancratij, Ecclesias de Caprais, Ecclesias de Iarentona, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Caimo, sancti Pelagij de Nouascha. In parochia de monasterio medietatem decimarum. In Vasionensi Episcopatu Ecclesiam Artigij, Ecclesiam sancti Laurentij de Tilmonte cum Ecclesijs parochialibus, & capellis, & omnibus decimis, & pertinentijs suis. In Campo sancto tertiam partem decimarum intra duas Senarusicas. In Episcopatu Gratianopolitano Ecclesias de Areus, Ecclesiam de Parisio, de Leuto, de Dreg, de Clauasne, de Mysen, de Fresneto, de Auris, de Vsso, de Rouluris, Ecclesiam de Gorda, de Vulganta, de Osso, de Alicna, Ecclesias de Valle Nauigij, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Conterio, sancti Petri, sancti Georgij, sanctæ Agnetis de Gardenno, sancti Petri de Anellana, & terminas Castri, quod dicitur Mota, Ecclesiam sancti Christophori de Pasterio cum capellis suis, & decimis. In Diensi Episcopatu Ecclesiam sanctæ Mariæ de Grande, de Auenione, de Claramonte, & Ecclesiam sancti Pauli, & sancti Guilelmi cum omnibus decimis, & pertinentijs suis. In Viennensi Archiepiscopatu Ecclesiam sancti Donati cum omnibus Ecclesijs, & decimis ad eandem pertinentibus. In Claromontensi Episcopatu Ecclesiam sancti Ioannis Euangelistæ, Ecclesiam de Auzac, & Ecclesiam de monte Grezino cum omnibus pertinentijs suis. Obeunte vero te uestrum loci Præposito, vel eorum quolibet successorum, nullus vbi qualibet subreptionis astutia violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij saniorus secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Prohibemus insuper, ne cui liceat infra parochiam vestram sine vestro, & Diœcesani Episcopi assensu Ecclesiam, vel Oratorium ædificare. Salum primitegijs Romanæ Ecclesiæ. Chrisma verò, Oleum sanctum, Consecrationes Altarium siue Basilicarum, Ordinationes canonicorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis absque vlla prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire Antistitem, qui nostra fretus autoritate, quod postulatur indulgeat. Et ne cui post factam in eodem loco professionem proprium aliquid habere, vel absque libera Præpositi, siue Fratrum licentia de claustro discedere liceat, prohibemus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis diuina officia suppressa voce celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolicæ autoritate, & in supradictis Capellis Diœcesanorum Episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri IESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmium æternæ pacis inueniant. Amen. Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Vbaldus Ostiensis Episcopus. Ego Gualterius Albanensis Episcopus. Ego Ioannes presbyter Cardinalis tit. sanctæ Anastasiæ. Ego Guilelmus Cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula. Ego Bozo presbyter Cardinalis sanctæ Pudentianæ tit. Pastorum. Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. sancti Laurentij in Damaso. Ego Ioannes presbyter Cardinalis tit. sancti Marci. Ego Cinthius Diaconus Cardinalis sancti Adriani. Ego Mamphridus Diaconus Cardinalis sancti Georgij ad Velum aureum. Ego Hugo Diaconus Cardinalis sancti Eustachij iuxta templum Agrippæ. Ego Vitellus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ. Datum Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, &

Notary, septimo iuus Aprilu, Inditione sexta, Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXXII. Pontificatus verò Alexandri Tertij, anno decimoquarto.

Priuilegium Lucij Tertij eidem Congregationi concessum.

V. LVcius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Martino Præposito Ecclesiæ sancti Laurentij de Plebe Martyrum, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem adhibere consensum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus præbentes assensum præfatum locum, in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar sæ-licis recordationis Adriani Papæ prædecessoris nostri sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt ordo canonicus perpetuis ibidem futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur. & ne cui post factam professionem proprium aliquid habere, vel absque libero Præpositi, vel fratrum licentia de claustro discedere liceat. Concedimus etiam vobis in Ecclesia vestra absque Episcoporum contradictione, salvo scilicet iure Ecclesiastico canonicos, siue presbyteros instituere, & quæcunque eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis cooperante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc duximus proprijs exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis. In Episcopatu Taurinensi infra muros eiusdem Ciuitatis ante maiorem Ecclesiam Capellam S. Martini, & Canonicam &c. reliqua sequuntur sicut in priuilegio Alexãdri III. & est Datum anno 1183. Pontificatus Domini Lucij Papæ III. anno secundo.

VI. EX prædictis priuilegijs, & ex actis Generalis Capituli dictæ congregationis in Ecclesia S. Laurentij de Plebe Martyrum anno 1342. celebrati colligi potest Catalogus Ecclesiarũ, & Prioratuum, siue Præpositurarum, & Conuentuum ad eandem congregationem spectantiũ numero viginti octo, quorũ nomina sunt, quæ sequũtur.

Primus. Præpositura S. Laurentij de Plebe Martyrum propè oppidũ Vltij in Diœcesi Taurinensi vetustissima, quam ferunt ante irruptionem Wandalorum in Gallias fundatam, prius monachorum Cœnobium, post cuius euersionem circa annum Christi 1050. per Venerabilẽ, & sanctum Virum Gerardum Vltiensem sacerdotem restaurata, in Collegium Canonicorum Regularium, & caput Congregationis fuit erecta: nam illius Præposito cæteri omnes dictæ congregationis subduntur, & debitam obedientiam, & reuerentiam exhibent. Degebant in eadem canonica tempore antedicti Generalis Capituli canonici viginti quinque, videlicet Præpositus, decem Sacerdotes, tres Diaconi, tres Subdiaconi & octo clerici. nunc verò sexdecim, testatur luculentus Philippus Bergomensis autor supplementi Chronicorum, eandem Ecclesiam cum conuentu canonicorum à Marchionibus Montis Ferrati fundatam, & dotatam, quod ne priuilegio Cuniberti Taurinensium Episcopi proximè relato contrarium videatur, ex quo venerabilem sacerdotem Gerardum dictæ Ecclesiæ, & conuentus autorem tenemus, dici potest ipsos Marchiones eidem venerabili sacerdoti Gerardo tum impensas conferendo, tum etiam dotem augendo, manus adiutrices porrexisse. Conduntur autem in Ecclesia S. Laurentij innumeræ sanctorum martyrum Reliquiæ, qui cum S. Iusto pro fide Catholica ibidem ab infidelibus trucidati gloriosum martyrium consummauerunt.

Secundus Prioratus S. Mariæ Maioris ciuitatis Secusiæ, quæ in dicta ciuitate, & in toto plebanatu Secusiensi vicem gerit Ecclesiæ cathedralis, ex antiquissima, & approbata consuetudine, etiã ante datum priuilegiũ Cuniberti Episcopi Taurinensis anno 1065. quemadmodum ex eodem priuilegio apparet, in qua insignes Sanctorũ Reliquiæ conduntur, ac in primis tres partes ex ligno viuificæ Crucis Domini nostri Iesu Christi, vna ex Costis S. Christophori martyris, Brachium S. Saturnini martyris Tolosani, digitus S. Barnabæ Apostoli, & digitus S. Mariæ Magdalenæ, degebant olim in eadem canonica nouem canonici, nunc quatuor sub Priore.

Tertius Prioratus S. Saturnini in Diœcesi Taurinensi, & plebanatu Secusiæ, cuius mentio habetur in supradictis priuilegijs, degebant duo canonici sub Priore.

Quartus Prioratus de Auilliano eiusdẽ Diœcesis, ex dictis priuilegijs, & actis Capituli Generalis. Habebat Priorem cum tribus canonicis.

Quintus Prioratus S. Donati in Archiepiscopatu Viennensi. Habebat quatuor canonicos, qui adhuc ibi manent. ex dictis priuilegijs.

Sextus S. Petri de Garda Prioratus in Episcopatu Gratianopolitano. Habet quatuor canonicos sub Priore.

Septimus Prioratus Vallis Nauigij eiusdem Diœcesis, habẽs sex canonicos numerato Priore.

Octauus Prioratus S. Mariæ de Comitro iuxtà Diœcesis, sunt in eodem prioratu octo canonici computato Priore.

Nonus Prioratus S. Laurentij de Bellouento in Episcopatu Vaprincensi, habens canonicos duodecim.

Decimus Prioratus S. Mariæ de Sinardo in Episcopatu Diensi habens Priorem, & octo canonicos.

Vndecimus Prioratus S. Erigij Vaprincensis habens Priorem, & canonicos duos.

Duodecimus Prioratus S. Mariæ de Calma in Diœcesi Ebredunensi habens Priorem, & canonicos tres.

Dece-

CAPVT QVINQVA

Decimus tertius Prioratus de Valle puta, habens Priorem, & canonicos tres.

Decimus quartus Prioratus S. Mariæ de Vignalibus in Diœcesi Ebredunensi, habens Priorem, & vnum canonicum.

Decimus quintus Prioratus Mentularũ Vallis Clusionis in Diœcesi Taurinẽsi, habens Priorem, & tres canonicos.

Decimus sextus Prioratus de Banniolo eiusdẽ Diœcesis, habens Priorem, & duos canonicos.

Decimus septimus Prioratus de Villaralmerio eiusdem Diœcesis, habens Priorem, & canonicum vnum.

Decimus octauus Plebanatus Reuelli eiusdẽ diœcesis, habens plebanum, & tres canonicos.

Decimus nonus Prioratus de Reuello ibidem habens Priorem, & vnum canonicum.

Vigesimus Archipresbyteratus S. Ioannis de Vadro in diœcesi Sauonensi, habens Archipresbyterum, & duos canonicos.

Vigesimus primus Prioratus in ciuitate Saluciarum, habens Priorem, & duos canonicos.

Vigesimus secundus Prioratus Castri Versolij habens Priorem cum duobus canonicis.

Vigesimus tertius Archipresbyteratus S. Stephani de Coalno, habens Archipresbyteratum, & duos canonicos, extat in Episcopatu Albensi ex priuilegio Lucij III.

Vigesimus quartus Archipresbyteratus sancti Gregorij de Vexmeneri, habens Archypresbyterum cum duobus canonicis.

Vigesimus quintus Præpositura de Ripolis in diœcesi Taurinensi, habens Præpositum, & vnũ canonicum.

Vigesimus sextus Prioratus S. Christinæ in diœcesi Taurinensi.

Vigesimus septimus Prioratus in Girba.

Vigesimus octauus Prioratus in Venieto, quorum omnium in dicto Capitulo Generali anno 1342. mentio habetur.

Nec dubium præter Ecclesias memoratas plurimas tum in prædictis, tum in aliis Episcopatibus existentes ad eandem congregationem olim spectasse. nam in ciuitate Taurinensi erat propè cathedralem quædam canonica, cuius meminerunt Alexander III. & Lucius III. & in Diœcesi Taurinensi recensentur viginti Ecclesiæ dictæ congregationis omnes ferè parochiales, præterillas, quæ Ecclesiæ S. Mariæ de Secusia subdebantur. Item in Episcopatu Aquensi in Montefurato Ecclesia S. Thomæ cum capellis, & pertinentijs suis. Item Ecclesia S. Michaëlis de Ripa alba, & S. Georgij de Montibus cum pertinentijs suis. Verum nunc maxima pars dictarum Ecclesiarum, vel ab Hæreticis diruta, vel à clericis secularibus obtenta, vel à laicis occupata, & quod grauius est, Præpositura, quæ est caput ordinis, secularibus clericis est commendata. Vnde non mirum, si hæc congregatio ad valde paucos ca-

Decimus tertius Prioratus de Valle puta, habens Priorem, & canonicos tres.

Decimus quartus Prioratus S. Mariæ de Vignalibus in Diœcesi Ebredunensi, habens Priorem, & vnum canonicum.

Decimus quintus Prioratus Mentularũ Vallis Clusonis in Diœcesi Taurinẽsi, habens Priorem, & tres canonicos.

Decimus sextus Prioratus de Banniolo eiusdẽ Diœcesis, habens Priorem, & duos canonicos.

Decimus septimus Prioratus de Villaralmerio eiusdem Diœcesis, habens Priorem, & canonicum vnum.

Decimus octauus Plebanatus Reuelli eiusdẽ diœcesis, habens plebanum, & tres canonicos.

Decimus nonus Prioratus de Reuello ibidem habens Priorem, & vnum canonicum.

Vigesimus Archipresbyteratus S. Ioannis de Vadio in diœcesi Sauonensi, habens Archipresbyterum, & duos canonicos.

Vigesimus primus Prioratus in ciuitate Saluciarum, habens Priorem, & duos canonicos.

Vigesimus secundus Prioratus Castri Versolij habens Priorem cum duobus canonicis.

Vigesimus tertius Archipresbyteratus S. Stephani de Coliano, habens Archipresbyteratum, & duos canonicos, extat in Episcopatu Albensi ex priuilegio Lucij III.

Vigesimus quartus Archipresbyteratus sancti Gorgonij de Veximenti, habens Archypresbyterum cum duobus canonicis.

Vigesimus quintus Præpositura de Ripolis in Diœcesi Taurinensi, habens Præpositum, & vnũ canonicum.

Vigesimus sextus Prioratus S. Christinæ in diœcesi Taurinensi.

Vigesimus septimus Prioratus in Girba.

Vigesimus octauus Prioratus in Venieto, quorum omnium in dicto Capitulo Generali anno 1542. mentio habetur.

Nec dubium præter Ecclesias memoratas plurcs alias tum in prædictis, tum in alijs Episcopatibus existentes ad eandem congregationem olim spectauisse. nam in ciuitate Taurinensi erat propè cathedralem quædam canonica, cuius meminerunt Alexander III. & Lucius III & in Diœcesi Taurinensi recensentur viginti Ecclesiæ dictæ congregationis omnes ferè parochiales, præturales, quæ Ecclesiæ S. Mariæ de Scusia subdebantur. Item in Episcopatu Aquensi in Montisferrato Ecclesia S. Thomæ cum capellis, & pertinentijs suis. Item Ecclesia S. Michaelis de Ripalba, & S. Georgij de Montibus cum pertinentijs suis. Verum nunc maxima pars dictarum Ecclesiarum, vel ab Hæreticis diruta, vel à clericis secularibus obtenta, vel à laicis occupata, & quod grauius est, Præpositura, quæ est caput ordinis, secularibus clericis est commendata. Vnde non mirum, si hæc congregatio ad valde paucos canonicos sit redacta. manent tamen hodie quoq; in dicta Præpositura sexdecim canonici Regulares sub Priore claustrali, & Regulari.

CAPVT QVINQVAGESIMVMNONVM.

De Congregatione Canonicorum Regularium Sanctæ Crucis Colimbricensi.

CONgregatio S. Crucis Colimbricensis tum apud Lusitanos ampliſſima, tum etiam in cunctis Hiſpaniarum regionibus celebris, & maxima in veneratione habita, in ciuitate Colimbriæ, quæ eſt in Regno Portugallenſi, autore Venerabili ſacerdote Tellone Eccleſiæ Colimbricenſis tunc Regularis canonico regulariter profeſſo, & Archidiacono, cooperantibus alijs vndecim pijſſimis, & religioſiſſimis viris circa annum humanæ ſalutii 1131. originem accepit. Id verò quemadmodũ acciderit, ex indiculo fundationis monaſterij S. Crucis Colimbricenſis vetuſtiſſimo, in illius cartophilacijs adſeruato, cuiuſque exemplum tranſmiſit Reuerendiſſimus Pater Dominus Antonius à Cruce ipſius congregationis nunc Prior Generalis, breuiter, ac per compendium, quod tempus narrationi longiori non ſuppetat, fideliter recenſebo. Fuit in ciuitate Colimbriæ ſacerdos quidam miræ probitatis, & pietatis, S. Colimbricenſis Eccleſiæ canonicus, & Archidiaconus Tello nomine, patre Odario, matre Eugenia ciuibus Colimbricenſibus mediocris (vt aiunt) fortunæ, verùm honeſtis, & pijs genitus, corpore venuſtus, ſed mente pulchrior, & moribus comptus, humilis, modeſtus, omnibus amabilis, & Colimbricenſi Epiſcopo Mauritio ſummè charus, cuius Ieroſolymitanæ peregrinationis triennio comes fuit, ac etiam illius in Epiſcopali ſede ſucceſſori Gondiſaluo, quo ſimiliter decedente, in eius locum à toto Clero, & Populo ſummis precibus Epiſcopus fuit poſtulatus, licet Deo aliter diſponente, & ad maiora famulum ſuum Tellonem ſecundum altitudinem ſui diuini conſilij reſeruante; nam ſanctiſſimus, & religioſiſſimus Dei ſacerdos inter alias illorum temporum calamitates verè deplorandas, canonicam inſtitutionem, quam profitebatur, non ſolùm in ſua Colimbricenſi, verum etiam in omnibus Eccleſijs Luſitanis penitus relaxatam, & ex alto ruentem animaduertens, de illa reparanda vehementius apud ſemetipſum cogitare cœpit, ſæpius animo gerens, & mente reputans, quanam ratione prouinciam tam arduam aggredi, & ad I.

finem optatũ perducere valeret, præsertim quòd ad tantum opus nec locum oppo: tunum, nec adiutores haberet idoneos, ac necessarios, pro quo sæpissime diuinum auxilium obnixè implorabat. Huius igitur sancti Viri conatus pijssimus misericordiarum Pater, bonæ illius voluntati occurrens, vanos, & irritos esse diu passus non fuit. Venerat namque per ea tempora iuuenis quidam de partibus Gallarum nomine Ioannes, cognomine Peculiaris, cuius consilio, & prudentia erectum fuerat monasterium apud S. Christophorum. Hunc venerabilis Tello accitum, patefacto consilio de Cœnobio clericorum canonicorum regulariter viuentium erigendo, tanti laboris, & præmij participem fieri rogauit, & obtinuit. Sed & pijssimus Princeps Alphonsus Henrici Comitis, & Tharasiæ Reginæ filius, qui Portugalliæ Regnum postea obtinuit, cognito illius instituto, & voluntate, Balneas Regias in Colimbriæ suburbio positas pro monasterio exstruendo cõfectis tabulis donauit. Emit præterea idem Venerabilis Archidiaconus à Bernardo Episcopo, & canonicis Colimbricensibus hortum balneis cõtiguum, pro claustro exstruendo, quod fontem aquarum haberet largum, & satis copiosum: statimque in tam præclaro, & tam pio opere non paucos nactus fuit coadiutores, quorum auxilio anno 1131. quarto Calendas Iulij in Vigilia Principis Apostolorum posita sunt prima fundamenta monasterij sub inuocatione salutiferæ Crucis, ijsque iactis nondum elapso anno die 24. mensis Februarij proximè sequentis anni 1132. in festo sanctissimi Apostoli Matthiæ duodecim viri Apostolici iciunio, & oratione muniti sese in vnum Collegium sub B. Patris Augustini Regula, & habitu iungentes, & anno tyrocinij expleto solemnem professionem trium votorum emittentes, huic amplissimæ congregationi prima fundamẽta locauerunt. Hi autem fuerunt in primis ipse Dominus Tello S. Colimbricensis Ecclesiæ Archidiaconus, Domnus Michaël eiusdem Colimbricensis Ecclesiæ Prior, Domnus Ioannes eiusdem Ecclesiæ canonicus, & Magister Scholarũ, Domnus Theotonius primus Prior monasterij S. Crucis, Domnus Odorius S. Iacobi presbyter, & eiusdem monasterij S. Crucis Prior claustralis, Domnus Sisnandus montis maioris S. Mariæ Præpositus, Domnus Petrus presbyter, qui postea fuit Episcopus Portugalliæ, & alij quinque, quorum nomina ad meam notitiam non venerunt, quæ vt omnia firma iugiter manerent, codẽ Venerabili sacerdote, & Archidiacono vnà cum socio Ioanne cognomine Peculiari ad Sedem Apostolicam profecto, maximè quòd cathedrales canonicos in eo opere aduersarios iam experiri cœpissent, sub immediata tutela, & protectione Sedis Apostolicæ, se cum monasterio, & omnibus illius bonis ac iuribus recipi supplices rogauerũt: quod perbenignè præstitit Romanus Pontifex Innocentius II. datis literis Apostolicis tum ad Priorem, & canonicos ipsius S. Crucis, tum etiam ad Bernardum Colimbricensem Episcopũ, & ad Alphonsum Portugalliæ Principem, tenoris qui sequitur.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Odorio Priori, & fratribus Ecclesiæ S. Crucis in Colimbricensis Ciuitatis Suburbio sitæ, eiusque successoribus canonicam vitam professis in perpetuum. Desiderium quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, antore Deo sine aliqua est dilatione complendum, vt fidelis deuotio celeriter sortiatur effectum. Proinde dilecti in Domino filij per interuentum filij nostri Tellonis Colimbricensis archidiaconi vestru postulationibus affectione paterna gratum præbemus assensum, & Ecclesiam S. Crucis, in qua estis diuinis obsequijs mancipati, in beati Petri tutelam, protectionemque suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus, statuentes, vt Ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam ibidem cooperante Domino noscitur institutus, perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur. Sanè possessiones, & bona, quæ eadem Ecclesia in præsentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, vobis, vestrisque successoribus, & per vos dictæ Ecclesiæ S. Crucis priuilegio confirmamus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prænominatam Ecclesiam perturbare: aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Saluo tamen iure Diœcesani Episcopi reuerentia. Ad indicium autem propriæ huius à Romana Ecclesia libertatis, duas libras cerae annis singulis nobis, nostrisque successoribus persoluetis. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua retractauerit, suæ dignitatis honorisque sui periculo careat, reamque se existere diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ suæ iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ salutis inueniant. Amen. Amen. Amen. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, &c. Datum Ferijs septimo Calend. Iulij, indictione duodecima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo quinto, Pontificatus Domini Innocentij Papæ Sexti. II.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio illustri viro Alphonso Portugalliæ Duci salutem, & Apostolicam benedictionem. Quod per omnia, & honorem tuum paternis affectibus diligamus, ipse cognoscere potuisti. De tua itaque probitate plurimum confidentes, rogando mandamus, quatenus sicut nos te Col. III.

Colimbricensis Ecclesia tuo precioso acquieuimus, sic a nobis petimus pro Ecclesia S. Crucis Colimbricensis postulationem nostram exaudias, vt videlicet pro beati Petri, & nostra reuerentia fratres eiusdem loci attentius diligas, & honores, & à nullo infestari permittas. per hoc enim tam præsenti, quàm in futuro sæculo maiorem laudem & gloriam consequeris. Datum Pisis 12. Cal. Iulij.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Bernardo Episcopo, & dilectis filijs Clero, & populo Colimbricensi salutem, & Apostolicam benedictionem. In beati Petri Cathedra disponente Domino, confratri, Colimbricensem Ecclesiam, & vos ipsos paterna affectione diligimus, & vestris postulationibus secundum Deum effectum prebemus. Caterùm nobis gratum est, quod in Ecclesia S. Crucis Colimbricensis, quæ in Ciuitatis Suburbio sita dignoscitur, cooperante Domino religionem accepimus institutam. Ea propter dilectioni vestræ rogando mandamus, vt locum ipsum, & fratres inde Domino famulantes pro Omnipotentis Dei reuerentia diligatis, & propensiùs honoretis, nec eis iniuriam aut molestiam inferatis, nec inferri ab alijs patiamini quatenus & ipsi liberiùs, & quietiùs valeant vacare officijs, & vos pro compensatione beneuolentia tam temporaliter, quàm spiritualiter ab Omnipotente Deo remunerationem percipere mereamini. Datum Pisis 13. Calend. Iunij. IV.

DIlectis autem literis acceptis, idem venerabilis Archidiaconus cum socio ad Patriam remeans, Auenionem ad S. Rufi canonicos regulares tunc sanctæ conuersationis fama celebres diuertere voluit, cumque apud illos esset parumper commoratus, benignissimè ab illis tractatus, a veneno etiam sibi à quodam nefario parato diuinitus præseruatus, tandem cum socio, & literis Apostolicis ad suos est reuersus. vbi dum operi perficiendo totus incumberet, post quinque circiter menses morbo qui Arabicè Aluaramal latinum, Græcè Apostema dicitur correptus, humanæ vitæ finem sibi imminere sentiens, plurimis tegens veræ pœnitentiæ monstratis, omnibusque Ecclesiæ Sacramentis ritè perceptis, inter Fratrũ suffragium & collacrymantium manus, quas sæpius osculabatur, illa verba pronuncians: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, animam suo Creatori ac Saluatori reddidit, corpore de more abluto, quod solemnibus exequijs pij, & religiosè persolutis, in dextro latere Ecclesiæ propè altare in honorem S. Spiritus erectum, est tumulatum. V.

HIs verò peractis ipsi canonici in vnum congregati susceptum vitæ regularis institutum communibus votis denuò firmauerunt. Verum quia præter ipsam B. Patris Augustini regulam nondum aliqua peculiaria statuta ex condicto decreuerant, comperta iam satis optima fama religiosissimæ conuersationis canonicorum S. Ruffi proximè commemorati, illorum institutiones, & laudabiles viuendi consuetudines perquirere, & secundum illas deinceps viuere communi cõ-

Colimbricensis Ecclesia tua precibus acquieuimus, ita nihilominus pro Ecclesia S. Crucis Colimbricensis postulationes nostras exaudias, vt videlicet probeati Petri, & nostra reuerentia fratres eiusdem loci attentius diligas, & honores, & à nullo infestari permittas. per hoc enim tam in presenti, quàm in futuro seculo maiorem Laudem, & gloriam consequeris. Datum Pisis 12. Cal. Iulij.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Bernardo Episcopo, & dilectis filijs Clero, & populo Colimbricensi salutem, & Apostolicam benedictionem. In beati Petri Cathedra disponente Domino, constituti, Colimbricensem Ecclesiam, & vos ipsos paterno affectu diligimus, & vestris postulationibus secundum Deum assensum prebemus. Caterum nobis gratum est, quod in Ecclesia S. Crucis Colimbricensis, quæ in Ciuitate Suburbana sita dignoscitur, cooperante Domino religionem acceptam instituistis. Ea propter dilectioni vestræ rogando mandamus, vt locum ipsum, & fratres inde Domino famulantes pro Omnipotentis Dei reuerentia diligatis, & propensius honoretis, nec eis iniuriam aut molestiam inferatis, nec inferri ab aliis patiamini quatenus & ipsi liberius, & quietius valeant vacare Deo, & vos pro impensa eis benevolentia tam temporaliter, quam spiritualiter ab Omnipotente Deo retributionem percipere mereamini. Datum Pisis 13. Calend. Iunij.

IV. PRædictis autem literis acceptis, idem venerabilis Archidiaconus cum socio ad Patriam remeans, Auenionem ad S. Rufi canonicos regulares tunc sanctæ conuersationis fama celebres diuertere voluit, cumque apud illos esset paruum commoratus, benignissimè ab illis tractatus, à veneno etiam sibi à quodam nefario parato diuinitus præseruatus, tandem cum socio, & literis Apostolicis ad suos est reuersus. vbi dum operi perficiendo totus incumberet, post quinque circiter menses morbo qui Arabicè Aluaramal falamuni, latinè Aposthema dicitur correptus, huius vitæ finem sibi imminere sentiens, plurimis signis veræ pœnitentiæ monstratis, omnibusque Ecclesiæ Sacramentis rite perceptis, inter Fratrũ astantium, & collacrymantium manus, quas sæpiùs osculabatur, illa verba pronuncians: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, animam suo Creatori ac Saluatori reddidit, corpore de more abluto, quod solemnibus exequijs pie, & religiosè persolutis, in dextro latere Ecclesiæ propè altare in honorem S. Spiritus erectum, est tumulatum.

V. His verò peractis ipsi canonici in vnum congregati susceptum vitæ regularis institutum communibus votis denuò firmauerunt. Verum quia præter ipsam B. Patris Augustini regulam nondum aliqua peculiaria statuta ex condicto decreuerant, comperta iam satis optima fama religiosissimæ conuersationis canonicorum S. Rufi proximè commemorati, illorum institutiones, & laudabiles viuendi consuetudines perquirere, & secundum illas deinceps viuere communi cõsentione pariter decreuerunt, quam ob causam pro illis discendis, & obtinendis Petrum presbyterum Salomonis filium, eiusdem monasterij canonicum, ad sancti Rufi canonicos datis literis sequentibus miserunt: *Dominò, & Patribus S. Rufi Abbati Guilelmo, sancto religioso, conuentui, S. Crucis Prior, etsi indigni, atque humilis congregatio morum disciplinæ, & nostrarum medela animarum quantamcunque participationem. Quantas Deo, vestræque sanctitati persoluemus gratias pro benevolentia, & charitate deuota in Dominicum Diaconum, & Ioannem tunc magistrum, nunc autem Archiepiscopum, & Tellonem Archidiaconum, cuius anima requiescat in pace, & nunc quia vestri cupimus esse discipuli, quod nondum habuimus, per Petrum fratrem eius pro amore fraternitatis mandari nobis obnixè obsecramus. Valete.* Quibus cum literis ad illos veniens, & humanissimè exceptus, cum illis à festo S. Martini vsque ad festum Paschæ Dominicæ Resurrectionis commoratus, omnem illorum vitæ rationem exactè didicit, cum eisdem in Choro, Capitulo, refectorio, & dormitorio tanquam vnus ex ipsismet canonicis imprætermisè conuersatus, ac tãdem dicti monasterij institutiones, & totius anni morem plenissimum, siue quod vocant Ordinarium, vel Calendarium S. Rufi secum referens, paulò ante festum S. Ioannis Baptistæ ad suum Colimbricensem conuentum S. Crucis repedauit: & hinc ortum habuit notitia constitutionũ, & Ordinarij congregationis S. Rufi apud canonicos Colimbricẽses, & cæteros Lusitanos. quod nonnulli viri docti nescientes, in errorem prolapsi, alijs etiam errandi occasionem præstiterũt, asserentes, canonicos S. Crucis Colimbricensis, & alios Lusitanos non esse de illis à B. Augustino institutis, sed à B. Arnulpho Lugdunensi Archiepiscopo, & de dicta congregatione S. Rufi, quia in monasterio Colimbricensi S. Crucis adhuc sunt constitutiones, & regulæ, secundum quas dicebant officium diuinum secundum institutũ S. Rufi. Quod ex multiplici capite falsum esse cõuincitur, vt ex dictis cap. 2. & 55. liquet. Verum quod ad rem attinet, canonicos S. Crucis esse de veris antiquis clericis per D. Augustinum institutis conuincitur ex primis dictæ congregationis autoribus, ex quibus tres saltem regulares canonici Colimbricensis Ecclesiæ cathedralis extiterunt, videlicet Domnus Tello Archidiaconus, Domnus Michaël Prior, & Domnus Ioannes Magister Scholarum, qui postea fuit Archiepiscopus Bracharensis, eosdem verò de congregatione S. Rufi nunquam extitisse, sed solùm illius constitutiones, & ritum celebrandi diuinum officium obtinuisse, certo certius erit, vetustissima dicti monasterij monimenta reuoluentibus. neque enim ex eo, quod Colimbricenses constitutiones S. Rufi, & regulas recitandi diuinum officium iuxta illius congregationis consuetudinem habebant, legitimè inferri potest, illos eidem cõ-

gregationi aggregatos: ultas inferendum esset canonicos S. Mariæ de Rheno propè Bononiam, & Nicosienses in agro Pisano fuisse de congregatione canonicorum Portuensium, quòd illorum constituriones Apostolica concessione, vel etiam iussione seruandas acceperunt.

VI. CONtigit autem eo tempore, quo Colimbricenses prædictum presbyterum ad S. Ruf canonicos miserunt, Ioanne Peculiarem, defuncto Pelagio Bracharensis Ecclesiæ Archiepiscopo, in eius locum eligi, & ordinatum Romam ad Sedem Apostolicam destinari. quare ijdem canonici optimam se occasionem nactos arbitrati, miserunt cum illo duos ex ipsismet canonicis, videlicet Petrum presbyterum, & Menandum, vt priuilegij per venerandæ memoriæ Tellonem Archidiaconum impetrati confirmationem procurarent: quod Deo fauente fœliciter præstiterunt, nouis literis Apostolicis obtentis ad Bernardum Colimbricensem Episcopũ, & Alphonsum Portugalliæ Ducem, quarum exemplum est:

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Bernardo Colimbricensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex diuinæ legis præcepto quod nobis fieri nolumus, proximo nostro facere prohibemur. Hoc nimirum intuitu fraternitati tuæ mandamus, atque præcipimus, vt fugitiuos fratres de Ecclesia S. Crucis, quæ vtique consualis est B. Petri, neque ipse suscipias, neque ab aliquibus infra tuum Episcopatum suscipi patiaris: quin potius si qui fratres ipsos absque Prælati sui licentia suscipere ausi fuerint, si, quod absit, prælatis suis reddere recusauerint, vsque ad satisfactionem tam ipsum transfugam, quàm eius temerarios defensores excommunicationis subijcias. Eos etiam, qui fratres præfatæ Ecclesiæ iniustè opprimunt, & eorum bona diripiunt, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerint, simili sententia punias. Studij quoque tui erit, vt iura Ecclesiarum præfatæ Ecclesiæ S. Crucis pertinentium, quæ per te, ac tuos auferri accepimus, eidem in pace dimittas, & eos, qui circa præfatam Ecclesiam commorantur, eam visitare, & pro sua deuotione adire nullatenus prohiberi permittas: cum enim vniuersa, quæ habet, tibi ab Apostolico sint collata, indignum tibi non debet videri, si specialia loca Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in tuis partibus augeantur, & tuo studio à quibuslibet turbatoribus defendantur. Datum Lateran. 5. Kal. Maij.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Alphonso Illustri Portugalliæ Duci salutem & c. bonorum Principum est, Ecclesias Dei filiali affectione diligere, easque pro collata sibi à Deo potentia defensare. Huius rei gratia nobilitatem tuam per præsentia scripta rogando mandamus, quatenus Ecclesiam S. Crucis, quæ vtique consualis est B. Petri, & specialiter sub eius tutela consistit, pro reuerentia sanctorum Apostolorum, & nostra manuteneas, & defendas, & nullo iniurijs, vel molestijs fatigari permittas. Datum Lateran. 5. Calend. Maij.

PRæstitit porrò idem pijssimus Princeps ipsum eiusdem monasterij cunctis diebus vitæ suæ, ac etiam post mortem benefactorẽ largissimum, & tutorem zelantissimum: nam in primis locum Balnearum Regiarum ad cœnobium exstruendum ipse concessit: Deinde præter multa ad Ecclesiæ, & Sacrorum Altarium ornamenta, & supellectilem spectantia, & copiosos reditus, prædia, villas, & castra cum omnimoda iurisdictione, regia munificẽtia donauit: iura monasterij manu regia tutatus est, & pro illius immunitate, ac incolumitate apud Sedem Apostolicam non semel egit, vt euidens est ex litera ad Adrianum IV. & Alexandrum III. directis, quarum exempla in cartophilacijs eiusdem monasterij custodiuntur: Huic Principi mos erat, vt cœnobiũ ingrederetur, gladium ad olbũ ponere, & superpelliceum canonicũ induere, & semper, donec monasterium egrederetur, gestare, quod etiam, cum prælium ingrederetur, super thoracem ferreum induebat, Regalia flemmata acu picta retro & ante monstrans: quod superpelliceum post illius obitum ad ægros, & fœminas ob partus difficultatem laborantes deferri consueuerat, & melius habebant. Denique in Ecclesia S. Crucis sibi, & suis sepulchro designato, naturæ debito persoluto, cum eodem canonico superpelliceo tanquam vnus de numero canonicorum voluit sepeliri. nam cum olim ipsum Regem à Mausoleo mouissent, vestè intùs pallæ vulgo Guarnaza nuncupata, & superpelliceo canonicorum illius temporis indutum inuenerunt, quod diu in monasterio seruatum est, donec casu igni fuit consumptum.

VII. HAnc ob causam ipsi canonici tantorum beneficiorum memores, vt ergà tantum Principem grati illorum animi significationem aliquam exhiberent à B. Theotonio Priore statuti, quod hic sequitur, fecerunt, probauerũt, & perpetuo à canonicis dicti loci seruandum in tabulis scripserunt: *autoritate Domini Nostri Iesu Christi huius Ordinis capitis, & B. Petri Apostolorum Principis, & illorum fratrum nostrorum, quos præsentium habentur, Domini Ioannis Archiepiscopi Bracharensis, & Petri Portugalliæ Episcopi decretum, & datum scripto posteris mandamus, quod nunquam quomodolibet ab vllo poterit infringi, vt amodo, & vsque in sempiternum quandiu hæc domus, & eius congregatio extiterit, centum pauperes intus in refectorio ad mensas seniorum pane, vino & carne, seu piscibus vnoquoque anno saturentur pro eius animæ (scilicet Regis Alphonsi) & cum Syphus, & scutellis seniorum eis seruatur. In festis vero principalibus, id est Natalis Domini, Cœnæ Domini S. Crucis, Pentecostes, & S. Angelus tutelaris nostri vni pauperi tantum detur quantum vni seniorum in refectorio sumendum datur. cum vero eius anima in pace pausauerit, festiuitas illa centum pauperum in eius anniuersarium vnoquoque anno celebratur, & in refectione vnius pauperis per triginta dierũ*

spatio, sex de diuersis obsequijs, sicut vnusquisque nostrum, vna cum principalibus suis pauperibus perdat festiuitates, quemadmodum quod subsistantiarum habemus, ab eo habemus, & eo defensamur, in agnum, si hoc munus, & in vita, & in morte pro eo agendum statuimus.

Quibus verò difficile videtur credere, prædictum monasterium Regis donatione tot bonis locupletatum, ex vno discant, quod legitur in Vita B. Theotonij primi Prioris: cum enim Rex Alphonsus Castrum Letrense de manibus Saracenorum eruisset, ipsum que cum seculari, ac etiam Ecclesiastica iurisdictione cœnobio S. Crucis dono obtulisset, ac postea Saraceni resumptis viribus, ipsum castrum sub illorum potestatem redigerent, cum illius custodibus, ac præfecto Geterre, quem in vincula statim coniecerunt, sanctus vir Theotonius conuocatis & vasallis Transtaganam Saracenorum regionẽ inuadens, oppidum de Arrouches occupauit: quo itidem tempore Rex Alphonsus Castrum Letrense iterum de manibus Saracenorum liberatum suæ potestati subdidit, relictaque ibi valida militum manu ad custodiam, Colimbriam cum Victoria est reuersus.

VIII. VErum parua hæc sunt comparatione spiritualium thesaurorum, quibus idem monasterium est ditatum. nam inter alia plurima, quæ in illo memoratu digna reperiuntur, conduntur in illo septem corpora Sanctorum videlicet B. Petri Theotonij primi eiusdem cœnobij Prioris, & sanctorum quinque Martyrum ex ordine beatissimi Patris Francisci Marcchij occisorum, & S. Comitæ, præter alias penè innumerabiles Sanctorum Reliquias loculis aureis & argenteis margaritis pretiosis affabre intextis reclusas, quæ in quodam sanctuario repositæ mira veneratione colentur. Cernitur etiam in angulo vnius è claustris monasterij facellum ossibus mortuorũ aere compositis circunquaque exornatum, quæ clementissimi Christianorum pro fide Catholica mira Guinatem Colimbriam in certamine contra Saracenos occisorum, vetus, & constans est traditio, inter ossa Saracenorum superna reuelatione per quendam claritatis fulgorem super illa apparentẽ indicata, & in vnum collecta, ac in sacello à canonicis ordine collocata.

Conditum est in eodem cœnobio cadauer primi Regis Alphonsi primi Regis Portugalliæ in Mausoleo à latere Euangelij superpelliceo canonicorum indutum, de quo proxime dictum fuit. Hunc Alphonsum Lusitani pro beato colent. item Reginæ Maphaldæ ipsius Alphonsi coniugis, & canonissæ in eodem Mausoleo repositum. Item Domni Santij Regis eiusdẽ Alphonsi filij Secundi Regis Portugalliæ, cum cadauere Domnæ Dulciæ Reginæ illius coniugis. Item Domni Henrici Infantis filij Regis Santij, & duarum eiusdem Regis agnata-

sperantes, sum dramus obsequijs, sicut vnusquisque nostrum, non tantùm principales suas pauper perdat festiuitates, sperandum quod substantiarum habemus, ab eo habebimus, & ab eo defensamur, magnum, etsi hoc munusculum & in vita, & in morte pro eo agendum statuimus.

Quibus vero difficile videtur credere, prædictum monasterium Regis donatione tot bonis locupletatum, ex vno discant, quod legitur in Vita B. Theotonij primi Prioris: cum enim Rex Alphonsus Castrum Leiriense de manibus Saracenorum eruisset, ipsum que cum seculari, ac etiam Ecclesiastica iurisdictione cœnobio S. Crucis dono obtulisset, ac postea Saraceni resumptis viribus, ipsum castrum sub illorum potestatem redegissent, cum illius custodibus, ac præfecto Goterre, quem in vincula statim coniecerunt, sanctus vir Theotonius conuocatis & vasallis Transfaganam Saracenorum regionẽ inuadens, oppidum de Arronches occupauit: quo itidem tempore Rex Alphonsus Castrum Leiriense iterum de manibus Saracenorum liberatum suæ potestati subdidit, relictaque ibi valida militum manu ad custodiam, Colimbriam cum Victoria est reuersus.

IX. VErum parua hæc sunt comparatione spiritualium thesaurorum, quibus idem monasterium est ditatum. nam inter alia plurima, quæ in illo memoratu digna reperiuntur, conduntur in illo septem corpora Sanctorum videlicet B. Patris Theotonij primi eiusdem cœnobij Prioris, & sanctorum quinque Martyrum ex ordine beatissimi Patris Francisci Marcchij occisorum, & B. Comitæ, præter alias penè innumerabiles Sanctorum Reliquias loculis aureis & argenteis margaritis pretiosis affabre intextis reclusas, quæ in quodam sanctuario repositæ mira veneratione colontur. Cernitur etiam in angulo vnius è claustris monasterij sacellum ossibus mortuorũ artè compositis circumquaque exornatum, quæ esse militum Christianorum pro fide Catholica iuxta Ciuitatem Colimbriam in certamine contra Saracenos occisorum, vetus, & constans est traditio, inter ossa Saracenorum superna reuelatione per quendam claritatis fulgorem super illa apparentẽ indicata, & in vnum collecta, ac in sacello à canonicis ordine collocata.

Conditum est in eodem cœnobio cadauer piissimi Regis Alphonsi primi Regis Portugalliæ in Mausoleo à latere Euangelij superpelliceo canonicorum indutum, de quo proxime dictum fuit. Hunc Alphonsum Lusitani pro beato colunt. item Reginæ Maphaldæ ipsius Alphonsi coniugis, & canonissæ in eodem Mausoleo repositum. Item Domni Santij Regis eiusdẽ Alphonsi filij Secundi Regis Portugalliæ, cum cadauere Domnæ Dulciæ Reginæ illius coniugis. Item Domni Henrici Infantis filij Regis Santij, & duarum eiusdem Regis agnatarum Domnæ Constantiæ, & Domnę Tarasiæ. Item Domnæ Beringellæ Infantissæ Santij Regis filiæ, ac tandem Domnæ Santiæ filiæ naturalis eiusdem Santij Regis.

SEd nec istud omitendum, in fundatione prædicti monasterij alterum locum, siue claustrũ ab illo canonicorum in altera parte Cœnobij exstructum pro nobilibus, & illustribus fœminis, quæ spretis seculi delicijs, seipsas Deo sub B. P. Augustini Regula, & sub obedientia Priorum dicabant, quæ Domnæ vocabantur, vt ex sequẽti schedula professionis cuiusdam Domnæ Moniæ apparet: *Ego Monia Martini filia timens Deum, & vltimi diem iudicij, trado me ipsam Deo, & Colimbrensi monasterio S. Crucis, ac vobis quoque Domno Theotonio eiusdem monasterij Priori, & cæteris canonicis ibidem in perpetuum commorãtibus, & offero vbi mecum villam nomine Almasum integram iuxta fluuium Mondum sitam, pro qua ego dedi aliam villam, quæ dicitur Tirtoso vltra Dorium &c.* Inuenitur etiam in veteri libro defunctorũ Regina Domna Maphalda S. Crucis canonissa, cuius descriptio obitus talis est. *Obyt Domna Maphalda inclita Regina Portugallia, coniunx Domini Alphonsi primi Portugalliæ Regis canonica S. Crucis, nono Decembris.* & alia eiusdem Regis filia nomine Domna Constãtia inter canonissas dicti monasterij recensetur: quæ canonissæ ibidem permanserunt vsque ad tempora secundæ reformationis dicti monasterij, quæ facta est tempore Ioannis III. huius nomini Portugalliæ Regis, quo tempore illæ penitus fuerunt extinctæ. Reperitur autem in Sacello Reliquiarum capsa quædã, in qua vnius prædictarum canonissarum ossa custodiuntur, quã tum antiqui, tum recentiores pro illius sanctitate in maxima veneratione habere consueuerunt Verumtamen de miraculis non constat. Erat etiam in quodam sacello intra idem claustrum imago Sanctissimi Domini Nostri IESV CHRISTI Crucifixi, quam vnam illarum super petitione iniusta ferunt allocutam: *Nescim quid petatis.*

X. Hoc Cœnobium non est dubium, paulo post illius fundationem in congregationem multorũ collegiorum excreuisse, quandoquidem ab antiquo tempore ex alijs monasterijs ad istud S. Crucis transibant, & ex hoc ad alia, vt de sancto Ferdinando monasterij S. Vincentij Vlyssiponensis canonico, postea S. Antonio de Padua nuncupato statim dicemus. Verum quòd lapsu temporis congregatio fuerit soluta, & multa ex antiquis monasterijs ob summam annonæ caritatem, & pestilentiam secutã era 1394. scilicet anno Christi 1356. canonicis omnino destituta, in beneficia secularia fuerint commutata, vel à laicis occupata, & ipsum S. Crucis Cœnobium Munda fluuio crumpente totum pene cum cartophilaciis aquis inundatum, & suffocatum, ac in eiusmodi alluuione magna pars veterum illius scripturarum deperdita, omisso Catalogo

mona-

monasteriorum: quæ dicta congregatio obtinebat ante reformationẽ, de ijs solis dicemus, quæ post reformationem sub Ioanne Tertio Portugalliæ Rege secutam eidem congregationi fuerunt vnita, quod in sequenti capite præstandum erit.

CAPVT SEXAGESIMVM.

De Reformatione prædictæ Congregationis, & de illius monasterijs.

I. ANte primam reformationem anno 1527. inchoatam, mos erat canonicis S. Crucis Colimbricensis, & aliorum dictæ congregationis Cœnobiorũ per Priores perpetuos à Conuentibus canonicè electos gubernari. Quo tempore nimirum à prima dicti monasterij institutione vsque ad annum 1527. duos ac viginti perpetuos Priores habuisse perhibetur. Quorum primus fuit S. Theotonius vnus è primis illis duodecim prædicti monasterij fundatoribus, & antea Prior Visiensis Ecclesiæ, quæ nunc est Cathedralis: nam Venerabili Tellone in humanis superstite, nullus erat Prior titularis canonicè, & Capitulariter electus, sed erat tantum Prior claustralis Odorius nomine, ad quem diriguntur literæ Innocentij II. superiori capite memoratæ. post obitum verò eiusdem Venerabilis Archidiaconi primò canonicè electus est in Priorem maiorem, ac titularem (etsi reluctans & inuitus) ipse B. Theotonius, qui tandem regimine suscepto, zelo, & prudentia, & vitæ sanctitate munitus, pro canonica disciplina, bonis, ac iuribus monasterij conseruandis, & augendis magna, & mirabilia patrauit, priuilegia complura à Summis Pontificibus Lucio II. Eugenio III. & Adriano IV. obtinuit, Deo & hominibus charus, & amabilis, cuius gestorum narratio non intra vnius paragraphi ambitum perstringi potest, sed integrum librum requirit. qui demum grandæuus, nimirum annum octogesimum attingens, bonis operibus plenus, miraculis etiam in hac vita conspicuus, ex terreno huius corporis ergastulo ad cœlestem patriam migrauit anno salutis 1162. die 18. Februarij, quo illius festum solemni veneratione celebratur. Huic secundus successit Domnus Ioannes Theotonius eiusdem B. Theotonij nepos, & in regimine coadiutor, ad quem scripsit Alexander III. anno 1163. obijt anno 1181. Tertius alius Domnus Ioannes, qui tribus tantũ annis vixit in regimine. obijt anno 1184. Quartus Domnus Petrus, obijt anno 1191. Quintus Domnus Petrus de Froes huic Cœlestinus III. dedit insigne priuilegium contra inuasores bonorum monasterij anno 1196. Calendis Augusti, Pontificatus sui anno quinto, quod Pius V. confirmauit, & est aduertendum ab ijs, qui gaudent priuilegijs dictæ congregationis. Eo verò obeunte, successit sextus in ordine D. Ioannes de Magistris, sub cuius regimine sanctorum quinq; Martyrum ex Ordine Minorum reliquiæ, qui pro fide Catholica passi sunt apud Marochium, anno 1220. Colimbriam sunt delatæ: quas cum Dominus Petrus infans Alphonsi Regis huius nominis II. eò vehendas curaret, vt in Ecclesia cathedrali Colimbriæ conderentur, adiuuante ad opus illius Sacellano Domno Ioanne Roberta S. Crucis canonico, cuius custodiæ ipsæ reliquiæ fuerãt traditæ, mirabile dictu, mula, quæ pignora in ipsis condita ferebat, ad fores Cœnobij S. Crucis subsistit, nec loco moueri potuit, donec aperto templi valuis illud ingressa, ante altare manus genibus flexis procumbens, non prius surrexit, donec sacra pignora deponerentur. Aderat ibi tũc B. Antonius de Padua nuncupatus antea Dominus Ferdinandus de Bullohes eiusdem congregationis, ac Cœnobij Regularis canonicus, in qua congregatione iam vndecim annis viuens, virtutum, & miraculorum gratia, & splendore coruscare incipiebat. hic deuotionis feruore in sanctos Martyres commotus, quos paulò ante in eodem monasterio adhuc viuentes hospitatus fuerat, martyrium sitiens, à supradicto Priore ad Ordinem B. Francisci transeundi licentiam impetrauit. Obiit dictus Ioannes Prior anno 1216. quinquennio post obitum ipsius B. Antonij seu Ferdinandi, cui septimus in regimine successit Domnus Ioannes Petri obiit anno 1270. Octauus Domnus Bartholomæus, qui Brachium S. Vincentij Martyris à Rege Alphonso Henrico illuc delatum, thecis aureis, & argenteis gemmis ornatis inclusit, vixit vsque ad annum 1274. Nonus Domnus Petrus, qui annis decem Prioratum tenuit. obiit anno 1204. Decimus successit Dominus Laurentius Petri, vixit vsque ad annum 1294. Vndecimus Domnus Durandus Pelagij, obiit die nona Septemb. Duodecimus Domnus Dominicus, qui obijt anno 1322. Tertiusdecimus Franciscus Petri vsque ad annum 1332. Decimus quartus Domnus Valascus de Bayo. Decimus quintus Domnus Alphonsus, sub quo Mundi fluuio erumpente, horribilis monasterij inundatio accidit, cum maxima scripturarum, & aliarum rerum iactura. Decimussextus Domnus Gondisaluus, hic zelantissimus iurium, & bonorum sui monasterij spiritualium, & temporalium fuit propugnator, ac defensor tum aduersus Aluarũ Colimbriæ Episcopum, tum contra Præfectum, & Populum Ciuitatis, quem Deus & B. Rex Alphonsus Henricus inibi tumulatus miraculis non semel adiuuerunt: nam & nepos Episcopi villam quandam monasterij per vim inuadere

dum

dum in eadem villa cœnaret, ante oculos eiusd
Episcopi repente vita priuatus est, & Præfecti fi
liæ, qui in gratiam ciuium Colimbricensium a
quam mortis fontis ad iura monasterij spectanten
ab decerat, in aquis est præfocatus, & quidã Pe
trus Alphonsus, qui infantem D. Petrum Regi
filium, & ipsum Ciuitatis Præfectũ ad aquas ab
ducẽdas incitauerat, morte subitanea correptus
& Martin⁹ Dominici auditor Ducis Colimbriẽ
qui monasterij vineas inuaserat, repẽtina paralisi
correptus, ex loco vinearum domum delatus, in
tra paucos dies animam exhalauit. Huius Prioris
virtus in operib⁹ misericordiæ erga pauperes mi
nimè resplenduit tẽpore magnæ sterilitatis, quo
modius tritici ẽbus quinariis stabat: nã horreo
aperto multorũ modiorum hordei, ac millij ple
no pauperum multitudinem innumerabilem à
periculo mortis liberauit. Vixit in Prioratu annis
31. Obiit autem anno 1403. 17. Calend. Maij. De
cimus septimus fuit Domnus Gomesius, qui o
lim Florentiæ Camaldulensium Abbas fuerat,
nuncius Apostolicus ad illas regiones à Pontifi
ce destinatus. tenuit Prioratum vsque ad annum
1441. cui Decimus octauus successit Domnus
Ioannes à Costa. Decimus nonus D. Ioannes de
Moroza ex nobili, & generosa familia Marchio
num villæ Regalis. Obiit anno 1506. Vigesimus
Domnus Petrus, qui fuit Episcopus Igitanensis.
rexit monasterium vsq; ad annum 1516. Post cu
ius obitum consecutus est Prioratum Domnus
Alphonsus S. R. E. Cardinalis, & Regis Emanue
lis filius adhuc infra annos ætatis legitimæ con
stitutus, cui per resignationem ab eodem Al
phonso Cardinali factam successit Domnus Hẽ
ricus infans illius frater, qui postea fuit Cardina
lis, & deniq; Rex Portugalliæ, & hic fuit vltimus
Prior S. Crucis ante primam reformationem: nã
fuit anno 1541. à Rege Ioanne suffectus esset
quidam eius filius nothus nomine D. Eduardus,
ille breui interuallo ex hac vita migrauit.

II. CÆterùm quod tractu tanti temporis siue
pro humanæ fragilitatis conditione, cui
propium est ad ima tendere, & in deterius labi,
siue quòd prædictum monasterium Prioribus fi
ducialis, quos Cõmendatarios vocamus, regen
dum tradiam tandem cœpisset, cœperunt etiam
ipsi Colimbricenses canonici paulatim relaxari,
& à primæua institutione sanctissimorum virorũ
Theotonij, & aliorum dictæ congregationis pa
trum, ac fundatorum deflectere, & iugo regu
laris disciplinæ ferè abiecto, vitam potius secula
rem decere. Quod animaduertens clementissi
mus, & religiosissimus Portugalliæ Rex D. Ioan
nes III. & mente gerens, quantam operam illius
maiores Portugalliæ Reges in eiusdem monaste
rij splendore, bonis, ac iuribus fouendis, & augẽ
dis contulissent, illorum pietatis, ac religionis ve
ré æmulator, ad illius ruinam reparandam ani
mum adiecit. Quare facultate prius à Sede Apo

dum in eadem villa cœnaret, ante oculos eiusdē Episcopi repente vita priuatus est, & Præfecti filius, qui in gratiam ciuium Colimbricensium aquam noui fontis ad iura monasterij spectantem adduxerat, in aquis est præfocatus, & quidā Petrus Alphonsus, qui infantem D. Petrum Regis filium, & ipsum Ciuitatis Præfectū ad aquas abducēdas incitauerat, morte subitanea correptus, & Martin⁹ Dominici auditor Ducis Colimbrię, qui monasterij vineas inuaserat, repētina paralisi correptus, ex loco vinearum domum delatus, intra paucos dies animam exhalauit. Huius Prioris virtutis in operib⁹ misericordiæ erga pauperes mirificè resplenduit tēpore magnæ sterilitatis, quo modius tritici tribus quinariis stabat: nā horreo aperto multorū modiorum hordei, ac milij pleno pauperum multitudinem innumerabilem à periculo mortis liberauit. Vixit in Prioratu annis 21. Obiit autem anno 1403. 17. Calend. Maij. Decimus septimus fuit Domnus Gomesius, qui olim Florentiæ Camaldulensium Abbas fuerat, nuncius Apostolicus ad illas regiones à Pontifice destinatus. tenuit Prioratum vsque ad annum 1341. cui Decimus octauus successit Domnus Ioannes à Costa. Decimus nonus D. Ioannes de Mecōza ex nobili, & generosa familia Marchionum villæ Regalis Obiit anno 1506. Vigesimus Domnus Petrus, qui fuit Episcopus Igitanensis. erat monasterium vsq; ad annum 1516. Post cuius obitum consecutus est Prioratum Domnus Alphonsus S.R.E. Cardinalis, & Regis Emanuelis filius adhuc infra annos ætatis legitimæ constitutus, cui per resignationem ab eodem Alphonso Cardinali factam successit Domnus Henricus infans illius frater, qui postea fuit Cardinalis, & demq; Rex Portugalliæ, & hic fuit vltimus Prior S. Crucis ante primam reformationem: nā iuit anno 1541. à Rege Ioanne suffectus esset quidam eius filius nothus nomine D. Eduardus, sed eo interuallo ex hac vita migrauit.

II. Cæterùm quod tractu tanti temporis siue pro humanæ fragilitatis conditione, cui proprium est ad ima tendere, & in deterius labi, siue quòd prædictum monasterium Prioribus fiduciarijs, quos Cōmendatarios vocamus, regendum tradi iam tandem cœpisset, cœperunt etiam ipsi Colimbricenses canonici paulatim relaxari, & à primæua institutione sanctissimorum virorū Theotonij, & aliorum dictæ congregationis parentum, ac fundatorum deflectere, & iugo regularis disciplinæ ferè abiecto, vitam potius secularem ducere. Quod animaduertens clementissimus & religiosissimus Portugalliæ Rex D. Ioannes III. & mente gerens, quantam operam illius maiores Portugalliæ Reges in eiusdem monasterij splendore, bonis, ac iuribus fouendis, & augēdis contulissent, illorum pietatis, ac religionis verè æmulator, ad illius ruinam reparandam animum adiecit. Quare facultate prius à Sede Apostolica impetrata, necnon etiam ex commissione Illustriss. & Reuerendiss. Domini Henrici S.R.E. Cardinalis eiusdem monasterij Prioris Commēdatarij, cuius Cardinalis tunc in minoribus constituti idem Rex tutelam agebat, fratrem Blasiū de Braga ex Ordine S. Hieronymi ad Priorem clausstralem, & canonicos dicti monasterij reformandos destinauit. Cœpta est reformatio anno Christi 1527. die 13. Octobris, vt ex scripturis authenticis apparet: & quidem hisce legibus, institutis, & sub tali, & tanta Regularis disciplinæ districtione, præsertim in clausula, & silentio seruādis, vt nec illa celeberrima Cartusiensium cōgregatio illi præstaret. Quam ob causam à publicis processionibus, quibus priores canonicos ante ipsam reformationē adesse oportebat, Apostolica indulgentia fuerunt dispensati. Selecti sunt ad eam perficiendam optimi iuuenes bonæ indolis, & virtutibus imbuti, alij etiam Nouitij additi à pristinis canonicis iam admissi. Demum hæc sancta reformatio adeo vtilis, adeo insignis fuit, vt illa mediante, institutio canonica ad pristinā vitæ integritatem in Regno Lusitaniæ sit exactissimè restituta, & canonici ipsi, qui prius ob illorū vitam parum religiosam contemptui habebantur, cunctis populis, ac in primis ipsis Serenissimis Regi. ac Reginæ summæ veneration esset, ac etiam admirationi. Extant literæ Serenissimæ Reginæ Domnæ Catharinæ ipsius Regis Ioannis III. relictæ, & Philippi II. Regis Hispaniarum sororis ad Summum Pontificem in commendationem eorundem canonicorum, & eorum laudem scriptæ, & vix credibilia narrantes.

III. In hac reformatione prædicti monasterij regimen est penitus immutatū: nam Priores, qui antea erāt perpetui, postea triennales esse cœperunt. Porrò in eadem reformatione quòd canonici Priorem maiorē siue titularem ex gremio illorum Capituli non haberēt (erat quippe fiduciarius siue secularis cōmendatarius, nempe ipse Domnus Henricus S.R.E. Cardinalis) facta est diuisio. aut separatio quædam bonorū dicti monasterij. vt enim Prior clausstralis, & canonici reformati congruam sustentationem haberēt, nonnulla loca, redditus, & census à mēsa Priorali sunt dismembrata, & mensæ conuentuali canonicorū reformatorum applicata: & deinde idem Henricus Prior Commendatarius maior factus, vt eadem reformatio suum plenum & integrum sortiretur effectum, nec vnquam successu temporū impediretur, quominus in dies ad vberiorē statum, & perfectionem cresceret, omnem iurisdictionem, dominiū, superioritatē, potestatem, & correctionē, quæ ad Priorem maiorem pro tempore existentem spectabat, à semetipso abdicatū Priori clausstrali pro tempore existenti, & iuxta dictæ reformationis statuta electo remisit, & plenissimè in illum transtulit, quæ omnia postmodum Paulus III. probauit, & confirmauit.

Non

Non tamen omnia bona monasterij in eadem reformatione, quæ à Commendatariis tenebantur, illi sunt restituta, quin potius prædictus Rex D. Ioannes ex parte vectigalium, quæ ad mensam Priorum maiorum pertinebant, Colimbricensē Academiam condidit, & erexit, & castrum Lerinense, quod ad dictum monasterium spectabat, in Episcopatum erigendum curauit, & castrum de Arronches, quod S. Theotonius primus Prior è Saracenorum manibus eruerat, ipse Rex Episcopatui de Portalegre adiecit.

IV. PORRO reformatione ipsius monasterij S. Crucis fœliciter absoluta, idem Rex animum adiecit ad duo alia Cœnobia in Episcopatu Vlyssiponensi constituta, eaque olim conspicua reformanda, videlicet monasterium S. Vincentij, & monasterium S. Saluatoris de Ecclesiola nuncupatum, quod pari fœlicitate, ac facilitate obtinuit. Demum idem Rex Pontificatus Pauli IV. anno secundo ab eodem Pontifice obtinuit, vt tria prædicta monasteria S. Crucis, S. Vincentij, & S. Saluatoris de Ecclesiola sic reformata, in formam vnius congregationis more congregationum Italicarum iungeretur, vnà cum aliis monasteriis in Regno Portugalliæ reformandis, vel denuo fundandis, & ab his iustè acquirendis, cuius congregationis caput esset Prior ipsius Cœnobij S. Crucis, & ab illo congregatio S. Crucis Colimbricensis in posterum vocaretur. Cuius concessionis extant literæ, seu illarum exemplum in nostro Archiuo Romano totam seriem reformationis dicti monasterij, & aliorum, ac etiam erectionis illorum in vnam formam, & vnū corpus congregationis continentes, Datæ apud S. Petrum sub sigillo officij Sacræ Pœnitentiariæ 17 Calend. April. Pontificatus Domini Pauli Papæ IV. anno secūdo, quas brevitatis gratia omitto. Exinde verò cœpit ipsa congregatio numero monasteriorum antiquorum, sed reformatorū, ac nonnullorum, quæ postea sunt fundata, & etiam numero canonicorum per totam Lusitaniā crescere & multiplicari, quorum monasteriorū Catalogus, quod supra cap. 32. positus fuerit, nūc inutilis repetitionis euitandæ gratia aliqua notabilia, & memoria digna circa nonnulla ex prædictis monasteriis solùm aduertemus.

V. PRimum igitur, ac princeps huius congregationis collegium, quod cæterorum omnium est caput, est ipsum Illustrissimum, ac celeberrimum, regiumque cœnobium S. Crucis, cuius Prior, qui singulis trienniis in Generalibus comitiis totius congregationis eligitur, eiusdem est Prior siue Superior Generalis, de cuius fundatione, priuilegiis, & sanctorum Reliquiis in co reconditis cum Regibus, & Reginis, & filiis, & filiabus Regum Portugalliæ dictum est in cap. præcedenti.

Secundum est collegium S. Vincentij Martyris prope ciuitatem Vlyssiponam ad plagam Orientalem, ab Alphonso Henrico primo Portugalliæ Rege anno 1148. fundatum, cuius fundadi occasio hæc fuit: Anno 1148. Alphonsus Rex Portugalliæ Henrici Comitis, & Reginæ Thaisiæ filius, inimicorum Crucis Christi extirpator mirificus anno regni sui 18. ætatis 40. collecta exercitum, & obsedit Vlyssiponam tunc ciuitatem Saracenorum habuitq; auxiliarem electam manum fortium virorum, quos illi Dominus zelo dei succensos in auxilium misit cum centum sexaginta nauibus ex partibus Septentrionis, videlicet Theotonicorum, Francorum, & Anglorum. Hi de nauibus profilientes intrepidi, ex parte maris ciuitatem allabentis sua contra illam castra disposuerunt, quique per generationes, linguas suas, Theotonici suburbia Orientalia Saracenis fugatis occupauerunt: Angli cum Britannis, & Aquitanis suburbia, quæ sunt ad Solis occasum similiter tenuerunt: nam Septentrionales Rex cum Ducibus, & equitibus sua multitudine obsidebat. cum autem multi de Francis, quod spreta pro Christo vita, seu morte, propinqua mœnia ciuitatis accederent, ictibus telorum, & machinarum desuper irruentium occumberent, vt illorum cadauera pro Christo morientium religiosè more Catholicorum sepulturam acciperent, ipse Rex accersito Reuerendiss. Bracharensi Archiepiscopo Ioanne (is vnus erat ex duodecim primis cœnobij S. Crucis Colimbricæ fundatoribus) cum eo egit, vt statim propè stationes illorū duo cœmeteria designaret, & laicos sepeliendo ritu Ecclesiastico sanctificaret, vorum vouens, quod si Dominus in manum illius traderet ciuitatem, duas ibi Ecclesias cum duobus collegiis religiosorum hominum, qui pro salute eiusdem deprecarentur, statim exstruendas curaret. Igitur Archiepiscopus Ioannes cœmeteria designatis, duos quoque lapides consignatos pro fundandis duabus Ecclesiis Regi obtulit, quos ille vota præueniens statim locauit, alterum in cœmeterio Theotonicorum, vbi nunc fertur esse monasterium S. Vincentij martyris: alterum in cœmeterio Anglorum, vbi est Ecclesia S. Mariæ ad Martyres, propter eos sic dicta, qui vsque ad mortem pro Christo certantes ibidem sepulti fuerunt. His ita gestis cœpere Franci secundum Ecclesiæ consuetudinem interfectos suos Ecclesiasticæ mandare sepulturæ, & super eos Ecclesias ædificare, ac de propriis sumptibus proposito Regis, cuius animum pijssimum ceruebat, opem ferre. Theotonici Basilicæ S. Vincentij, quæ in eodem cœmeterio exstruebatur, præposuerunt presbyterum nomine Roardum, qui singulis diebus Missas cantaret, & oblationes acciperet à populo ad fabricam Basilicæ erigendam. cum autem anno Domini 1148. mense Octobri in die festo SS. Crispi, & Crispiniani capta Vlyssipona Rex votum suum vellet opere complere, accersito ciuitatis antistite nomine Gilberto,

quem

quem recens ordinari fecerat, vt quam vellet ex ecclesijs prædictis, sibi, & suis clericis ecclesiam deberet, optionem dedit, qui Ecclesiam S. Mariæ ad Martyres, quòd vrbi esset vicinior, postulauit, & obtinuit: altera verò S. Vincentij Rex cum omnibus suis iuribus suæ dispositioni reseruauit. Cumque de constituendo in ea collegio religiosorum virorum cogitaret, ecce Gualterus Abbas regularis sanctitatis canonicus regularis ex ordine Præmonstratensi natione Flamingus, cum quatuor suis ordinis fratribus Vlyssiponam venit, quem Rex eidem Ecclesiæ statim præfecit, ac exclusis agris, vineis, & redditus pro stipendijs fratrum in ea commorantium necessarijs eidem cum capite donare. Verùm quod dictus Gualterus eā suo Præmonstratensi monasterio vellet subijcere, vt esset eius filia, Rege contradicente, dimissa Ecclesia ad suos reuersus est. Quare Rex canonicum quendam regularem monasterij, quod dicebatur de Balneo, Godinum nomine, qui postea fuit Episcopus Lamacensis, eidem Ecclesiæ Priorem constituit: quo ad Episcopatum euecto venit eandem alius dicti monasterij de Balneo canonicus nomine Menendus octo annis, cui successit Dias Pelagius canonicus eiusdem monasterij de Balneo, qui in vinis agebat anno Dom. 1588. & hæc omnia fideliter excepta sunt ex cartis fundationis dicti monasterij vetustissima, ab antiquissimis illorum temporum exarata, & in archiuis eiusdem monasterij vsque in hanc diem incorruptè seruata, per quam constat nō solùm de antiquitate fundationis dicti monasterij, & de illius fundatoribus, sed etiam cuius instituti fuerint primi illi regulares canonici in eodem monasterio constituti, nimirum ex monasterio de Balneo vetustissimo, non autem ex congregatione S. Ruffi Gallicana, vt quidam autores gratis asserunt, & sine fundamento.

De hoc monasterio nonnulla lib. 1. cap. 35. in fine annotauimus, quæ omnia videnda erunt: nā ea illa habebis, vnde plures errores Ioannis Marquez Eremitæ Augustinensis emendes in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum. Habuit autem illud monasterium viros sanctitate, & virtutibus clarissimos Dominum Godinum primum illius Priorem ex ordine canonicorum regularium, postea Episcopum Lamacensem, deniq; Archiepiscopum Bracharensem, Dominum Ferdinandū de Bulhoes, postea Antonium de Padua nuncupatum, & inter Diuos relatum, Dominum Stephanum Petri Episcopum de Tala, Dominum Nonium Episcopum Tingitanensem, D. Didacum Ortiz de Villegas primo Episcopum insulæ S. Thomæ, postea Episcopum Viticnsem, Dominum Ferdinandum de Menezes regium sacellanum maiorem, & Lamacensem Episcopum, ac demùm Vlyssiponensem Archiepiscopum, qui omnes fuerunt etiam Priores dicti monasterij ante illius reformationem, quæ facta est sub Io-

quem recens ordinari fecerat, vt quam vellet ex omnibus Ecclesijs prædictis, sibi, & suis clericis eligeret, optionem dedit, qui Ecclesiam S. Mariæ ad Martyres, quòd vrbi esset vicinior, postulauit, & obtinuit: altera verò S. Vincentij Rex cum omnibus suis iuribus suæ dispositioni reseruauit. Cumque de constituendo in ea collegio religiosorum virorum cogitaret, ecce Gualterus Abbas singularis sanctitatis canonicus regularis ex ordine Præmonstratensi natione Flamingus, cum quatuor sui ordinis fratribus Vlyssiponam venit, quem Rex eidem Ecclesiæ statim præfecit, ac exinde agros, vineas, & redditus pro stipendijs fratrum in ea commorantium necessarijs eidem expte donare. Verùm quod dictus Gualterus eã suo Præmonstratensi monasterio vellet subijcere, vt esset eius filia, Rege contradicente, dimissa Ecclesia ad suos reuersus est. Quare Rex canonicum quendam regularem monasterij, quod accebatur de Balneo, Godinum nomine, qui postea fuit Episcopus Lamacensis, eidem Ecclesiæ Priorem constituit: quo ad Episcopatum euecto venit eandem alius dicti monasterij de Balneo canonicus nomine Menendus octo annis, cui successit Dñs Pelagius canonicus eiusdem monasterij de Balneo, qui in viuis agebat anno Dom. 1588. & hæc omnia fideliter excepta sunt ex cartis fundationis dicti monasterij vetustissima, ab autore illorum temporum exarata, & in archiuis eiusdem monasterij vsque in hanc diem incorrupta seruata, per quam constat nõ solùm de antiquitate fundationis dicti monasterij, & de illius fundatoribus, sed etiam cuius instituti fuerint primi illi regulares canonici in eodem monasterio constituti, nimirum ex monasterio de Balneo vetustissimo, non autem ex congregatione S. Rufi Gallicana, vt quidam autores gratis asserunt, & sine fundamento.

De hoc monasterio nonnulla lib. 1. cap. 35. in fine annotauimus, quæ omnia videnda erunt: nã exillis habebis, vnde plures errores Ioannis Marquez Eremitæ Augustinensis emendes in suo libro de Origine Fratrum Eremitarum. Habuit autem istud monasterium viros sanctitate, & virtute illustres Domnum Godinum primum illius Priorem ex ordine canonicorum regularium, postea Episcopum Lamacensem, deniq; Archiepiscopum Bracharensem, Domnum Ferdinandũ de Bullohes, postea Antonium de Padua nuncupatum, & inter Diuos relatum, Domnum Stephanum Petri Episcopum de Tala, Domnum Nunium Episcopum Tingitanensem, D. Didacum Ortiz de Villegas primo Episcopum insulæ S. Thomæ, postea Episcopum Visicensem, Domnum Ferdinandum de Menezes regium sacellanum maiorem, & Lamacensem Episcopum, ac demũ Vlyssiponensem Archiepiscopum, qui omnes fuerunt etiam Priores dicti monasterij ante illius reformationem, quæ facta est sub Ioanne III. anno 1540. per quam Priores perpetui mutati sunt in triennales more Priorum S. Crucis Colimbriæ, quorum etiam omnia priuilegia, & immunitates ijdem canonici S. Vincentij sic reformati obtinuerunt Pontificatus Pauli III. anno 6. Datis literis apud S. Petrũ 4. Idus Octob. sub sigillo officij Pœnitentiariæ, ac demum eisdem Canonicis Colimbricensibus fuerunt vniti in vnum corpus congregationis, vt supra dictum fuit.

VI. TErtio loco inter monasteria dictæ congregationis recensetur collegium S. Augustini Colimbriæ, quod ab antiquo tẽpore in ipso monasterio S. Crucis fuerat erectum, sed paucis abhinc annis in eum locum, in quo nunc est, translatum. Nam cum in Comitijs Generalibus in eodem monasterio S. Crucis anno 1590. habitis, certis de causis visum esset Patribus, ipsum collegiũ extra septa monasterij statuere, existente Generali Reuerendiss. Patre D. Accursio à S. Augustino, designatoq; ad id opportuno loco intra mœnia ciuitatis, positus est primus lapis fundamentalis dicti collegij anno 1563. 3. Calend. Iunij per Illustriss. Domnum Alphonsum à Castrobranco Ciuitatis Episcopo, & continuo per ipsum Generalem, & illius successores opus ad consummationem perductum, primusque illius Rector designatus idem Domnus Accursius. Hoc collegiũ inter omnia Colimbricensis Academiæ secundũ obtinet locum: Loci verò amœnitate, & operis magnificentia omnibus antecellit. Degunt in eo canonici numeratis Rectore, Regente, Magistris, Lectoribus & Procuratore numero quadraginta, & amplius, frequentaturq; à pluribus scholasticis, tum regularibus, tum secularibus, præsertim cum fiunt publicæ disputationes.

De aliis verò monasteriis, quæ omnia computatis proximè dictis sunt numero decem & nouem, vide quæ supra cap. 32. notauimus: quia nõ vacat de singulis prolixiorem contexere sermonem.

CAPVT SEXAGESIMVM PRIMVM.

De viris Illustribus Congregationis Colimbricensis.

I. HAbuit hæc congregatio tum ante, tum post ipsam reformationẽ viros sanctissimos complures, virtute conspicuos, quorum nonnulli inter Diuos sunt relati, & vt tales in veneratione habentur, inter quos primo loco ponendus S. Theotonius primus Prior monasterij Colimbricensis, cuius festum solemni ritu agitur die 18. Februarij non

solùm à Canonicis dictæ congregationis, verùm etiam à nostris Lateranensibus Pio V. Pontifice concedente.

Secundus est B. Antonius de Padua. Dominus Ferdinandus de Bulloes antea vocatus, hic enim cum in Vlyssiponensi D. Vincentij monasterio canonicorum habitum suscepisset, & professionem emisisset, vt parentum, & amicorũ frequentiam declinans totus Deo coniungeretur, biennio ibidẽ expleto Colimbriam ad cœnobiũ S. Crucis migrauit: vbi nouẽ annis in meditationibus, & studijs diuinarũ litterarum, & alijs pijs, & religiosis officijs seipsum exercens, perfectus possessor cœlestis doctrinæ, ac sanctitatis euasit, qui tandem ob martyrij amorem, accepta à Priore licentia, ad ordinem S. Francisci abiens, Deo aliter disponente, in Italiam venit, & Patauij spiritum Deo reddidit, inter Sanctos relatus, tum viuus, tum mortuus miraculis innumerabilibus coruscans, quæ ego in me ipso expertus ad Dei, & sancti sui gloriam certissima fide contestor.

Tertius D. Ioannes Robertus canonicus professus monasterij S. Crucis, D. Petri Regis Santij primi huius nominis filij Sacellanus, qui quo tẽpore quinque martyres apud Marochium pro fide Christi occubuerunt ibidem aderat, & illorum reliquias custodiuit, ac seruauit, quod obsequium sancti Martyres dupliciter compensare voluerunt. primò namque cum eques quidam nomine Petrus à Rosa ob ingens desiderium illorum reliquias contemplandi, scalam ascendisset, illico diriguit, cuius magnis eiulatibus hic sanctus vir accurrens, illius criminibus confessione expiatis, caput vnius dictorum martyrum eius pectori admouit, quo facto, ille statim perfectè pristinam salutem recuperauit. Deinde cum Rex D. Alphonsus II. dictorum sanctorum martyrum reliquias ad Cathedralem Colimbricensem deferri statuisset, illæ diuino miraculo in monasterio S. Crucis substiterunt, ac ibidẽ ipsi martyres illorum pignora condi voluerunt, vt constat ex Chronologijs ipsius Regis Alphonsi, necnon ex Chronicis Franciscanis lib. 1. cap. 19 quod piè credendum est in recompensationem laboris præstitum, quem sanctus hic canonicus eius loci professus impenderat in eorum reliquijs custodiendis.

Quartus fuit B. vir D. Petrus Noniz spectatissimæ vitæ, & omni virtutum genere probatissimus, Vrracæ Reginæ præfati Alphonsi Regis cõiugis à sacris confessionibus. Hic post dictorum martyrum reliquias eò translatas, qua hora ipsa Regina, iuxta quod à SS. martyribus sibi antea fuerat prophetatum, ex hac vita migrauit, cum esset Sacristiæ præfectus, nocturno tempore vidit innumerabilem cæteruam FF. ordinis S. Francisci, chorum S. Crucis processionaliter ingredientem, & matutinas suauissimè concinentem, ac in medio illorum quendam cæteros præcedentẽ quem alij quinq; alijs excellentiores sequebantur. Hæc ille cernens, ac stupens, quonam modo nocturno tempore clausis foribus, & necdum signis datis ad canonicos ad matutinum vocandos tanta illa fratrum multitudo ingredi potuisset, ab vno illorum quinam essent, & qua via, clausis ianuis, nocturnis horis illuc ingressi essent, quæsiuit, at ille, nos, inquit, omnes quos vides, fratres Minores sumus, qui nunc in cœlis Deo fruimur: ille autem, quem tanta gloria circundatũ vides, B. est Franciscus Assisius, quem tanto desiderio in hac vita videre concupisti. alij quinque, qui inter cæteros quasi excellentiores eminent, sunt fratres, qui Marochij pro nomine Christi pulsa martyrij impetrauerũt, & in hoc monasterio venerantur. Et quia tu es Reginæ confessor, & Deũ timens, hanc visionem voluit Dominus tibi reuelari. Et te minimè lateat, Reginam Vrraci hoc temporis interuallo è vita discessisse: & quia illa ex toto corde nostrum ordinem dilexit, non Dominus Iesus Christus, vt ei exequias præstaremus, & matutinales horas recitarem⁹, demisit. Deobitu Reginæ non dubites: cũ enim hinc profecti fuerimus, indubitabile nunciũ accipies, quod ita euenit: protinus namq; Reginæ clientes in nuam pulsauerunt monasterij, & eius transitum denunciauerunt, postulantes, vt ad eius exequias persoluendas canonici adirent. Constat ex Chronica ipsius Regis D. Alphonsi, & ex Chronicis Franciscanis lib. 1. cap. 23. Hic autem D. Petrus, quòd sanctitatis fama commendaretur, ac etiam ob istam visionem ad pedes sanctorum sepulturam accepit.

Quinto loco recensendi sunt martyres Alphõsus, & Petrus eiusdem cœnobij canonici apud Marochium pro fide catholica à Saracenis interfecti, quorum memoria in Catalogo vetustissimo defunctorum dicti monasterij habetur: cum illorum vita, & martyrium in monasterij inundatione perierit cum alijs plurimis scripturis vetustissimis.

Sexto loco numerari debet B. Gudin⁹ primus Prior S. Vincentij, & antea monasterij de Bilneo canonicus, postea verò ad Episcopatũ Lamacensem, & tandem ad Archiepiscopatum Bracharensem assumptus: quem Archiepiscopatum cum annis duodecim, mensibus septem, & diebus viginti septem sanctissimè rexisset, ex hac vita ad æternam migrauit 3. Calend. April. anno Domini 1188. ibiq; sepultus pro sancto colitur, & in magna veneratione habetur. Quem Gaspar Aluarez de Lousada Macado D. Augustini Bracharensis Archiepiscopi olim Chronista in suis memorijs narrat, miraculorum gloria floruisse.

Septimus fuit D. Gondisaluus sextus S. Vincentij Vlyssiponensis Prior, de quo in Vita B. Ægidij ex Ordine fratrum Prædicatorũ per Andream de Resende Lusitanũ scripta, quæ in monasterio S. Andreæ Scalabitano custoditur, hæc habentur.

Vlyss-

Vlyssponæ in Cœnobio Regularium D. Augustini vixit ita tempore confluxu fuisset ætate vir Gondisalus Meneuius, qui à puritia Deo dicatus, cum annos plurimos non mediocriter in eam egisset, meritis exigentibus, Canonicatus factus est: in qua administratione cum neque potentes, neque prauis cupiditatibus ille modo efferretur mente eorum, qui honoribus ad superbiam, & voluptates abuntur, sed potius in dies melior, sanctiorque euaderet, tandem post quadragenta annorum curriculum, quibus in sancta conuersatione studio defluerat, ad palmam cœlestem vocatus est. In hora obitus eius contigit, virum Dei Ægidium in Cœnobio Sanctæ Crucis altaribus operari, & ecce in subita mentis abstractione raptus vidit Gondisalui à nobis modo migrati animam terrena mole iam depositam, fulgentibus sua ex radiantem, per immensi aëris huius spatia angelorum manibus sursum ferri, quo visu mirum in modum voluptate affectus, postea quam in illo raptu immotus aliquandiu fuerat, redijt ad se, nec prægandi magnitudine rei sum potuerat continere. Rectores Cœnobiorum qui ad raptum eius videndum aduocatus fuerat ab Eliseo, cum & contra seueritatis sua morem, & contra consuetudinem aliorum raptorum, post quos ostia semper fuerunt aperta, & gemitus emittebat, eum visse almaretur, peracto sacrificio, illum non modo obmurmurando, verum etiam autoritate interrogando vrgebat, vt causam intempestiui risus indicaret, tum ille simplici animo retulit, quod viderat: & notata hora comperium est, virum illum Deo charum ex hac vita migrasse, ipsa ante nos viri vitam consecutus, ait, sed à Manuele Bellesa Vlyssponensis Archidiacono viro doctissimo frequenti sacerdotum, & populi concursu ita se habuisse confirmante, hoc audiuisse. Hæc ille.

III. Octauus est B. Sesnandus Portugallensis ciuitatis Episcopus, quo tempore sedes illa Cathedralis erat regularis. Hic senio iam proximus in monasterium S. Mariæ de Villa bona discessit, quod ille vnà cũ fratre suo Domino Moudone fundauerat, vbi ambo fuerunt canonici Regulares, & in quo ipse Germanus Prioratũ gessit. In hoc Cœnobio B. Sesnandus orationi, contemplationi, & sanctis exercitijs totus deditus martyrij coronam taliter impetrauit. Huic sancto Episcopo mos erat statutis hebdomadæ diebus sacellum quoddam petere, quod in quodam monte odin sladijs à Cœnobio distabat, ad rem sacram faciendam. id Mauris vicina incolentibus cum innotuisset, positis insidijs, vt primùm opportunitatem nacti sunt, & illum sacrum facisse agnouerunt, sacris vestibus indutum interficientes, dilecerunt, quod canonici agnoscentes, & procumas accurrentes, vt illum iam exhalasse animã viderunt, multa lacrymarum vi profusi, illius cadauer in monumento lapideo, in eodemq; sacello condiderunt, quod post multos annos ad monasterium translatum plurimis fulsit miraculis: cuius glorioso triumphi historia in pariete supra illius sepulchrum est depicta. Inter alia huius san-

Vissponæ in Cœnobio Regularium D. Augustini vixit illo tempore conspicua sanctitatis vir Gondisaluus Mendes, qui à puritia Deo dicatus, cum annos plurimos innocentissimè vitam egisset, meritis exigentibus, Canonicatus habitu factus est: in quæ administratione cum neque potentes, neque prauis cupiditatibus vllo modo efferretur more eorum, qui honoribus ad superbiam, & vilipendium abuntur, sed potius in dies melior, sanctiorque euaderet, tandem post quadraginta annorum curriculum, quibus in sanctæ conuersationis studio desederat, ad palmam cœlestem vocatus est. In hora obitus sui vidit, virum Dei Ægidium in Cœnobio Sanctorum sanctis altaribus operari, & ecce in subita mentis abstractione raptus vidit Gondisaluum à nobis modo mortali animam terrena mole iam depositam, fulgentissima luce radiantem, per immensi aëris huius spatia Angelorum manibus sursum ferri, quo visu mirum in modum voluptate affectus, postquam in illo raptu remoratus aliquandiu fuerat, rediit ad se, nec prægaudij magnitudine risum poterat continere. Rector Cœnobiorum qui ad raptum eius videndum aduocatus fuerat ab Æitino, cum & contra seueritatis suæ morem, & intra consuetudinem aliorum raptorum, post quos ille semper suspiria, & gemitus emittebat, eum risisse animaduertit, petito sacrificio, illum non modo obtinuit rogando, verum etiam autoritate interrogando vrgebat, vt causam intempestiui risus indicaret, tum ille simplici animo retulit, quod viderat: & notata hora compertum est, verum illum Deo charum ex hac vita migrasse, eo quo ante nos viri vitam conscripsit, ait, se à Matteo Ecclesiæ Vissponensis Archidiacono viro docto, & numerosa frequenti sacerdotum, & populi conuentu ita se habuisse confirmante, hoc audiuisse. Hæc ille.

III. Octauus est D. Sesnandus Portugallensis ciuitatis Episcopus, quo tempore sedes illa Cathedralis erat regularis. Hic senio iam proximus in monasterium S. Mariæ de Villa bona discessit, quod ille vnà cũ fratre suo Domino Monnio fundauerat, vbi ambo fuerunt canonici Regulares, & in quo ipse Germanus Priorati gessit. In hoc Cœnobio B. Sesnandus orationi, contemplationi, & sanctis exercitijs totus deditus martyrij coronam taliter impetrauit. Huic sancto Episcopo mos erat statutis hebdomadæ diebus sacellum quoddam petere, quod in quodam monte octo stadijs à Cœnobio distabat, ad rem sacram faciendam. id Mauris vicina incolentibus cum innotuisset, positis insidijs, vt primùm opportunitatem nacti sunt, & illum sacrum fecisse agnouerunt, sacris vestibus indutum interficientes, discesserunt, quod canonici agnoscentes, & protinus accurrentes, vt illum iam exhalasse animã viderunt, multa lacrymarum vi profusa, illius cadauer in monumento lapideo, in eodemq; sacello condiderunt, quod post multos annos ad monasterium translatum plurimis fulsit miraculis: cuius gloriosi triumphi historia in pariete supra illius sepulchrum est depicta. Inter alia huius sancti Viri miracula, illud non est silentio prætereũdum, cum post aliquot annos à die translationis corporis illius ad monasterium quidam agricola illius lapideum sepulchrum è sacello iam diruto, plaustro impositum efferret, à quodam interrogatus, quo sepulchrum illud deduceret, respondit, vt suibus pastum præberet. & ecce necdum verba compleuerat, cum plaustrum in frusta totum illicò est confractum, cumq; in proposito sistens plaustrum aliud adduxisset, sepulchro imposito, bobus adhibitis nunquam loco potuit moueri & cum secundum, & tertium iuga boum & quotquot habebat, adhibuisset, re inconfecta, & funes, & plaustra disrupta sunt, atque concisa. Quare agricola tædio affectus sepulchrũ in medio itinere dereliquit, vbi plus quadraginta annis steterit vsque ad annum 1596. quo anno monasterii tunc commendati Vicarius facultate illud in monasterium transferendi sibi facta, ad Dei, & Sancti sui gloriam sine labore, sine bobus, duabus solis vaccis plaustro suppositis, illud ad monasterium detulit, vbi nunc in veneratione habetur.

Nonus fuit Beatus Menendus canonicus, & Prior sancti Saluatoris de Ribas, quod monasterium nunc est commendatum, cuius sepulchro, ob eius sanctitatem, post illius obitum statim inscriptum fuit: *Hic iacet D. Menendus huius monasterij Prior, qui nunquam dum vixit, pedem mouit, nisi ad obsequium Dei.* Quod Epitaphium à veridicis inscriptum, compertum est anno 1565. annis circiter quadringentis ab illius depositione transactis, cum Rodericus de Mello eius monasterij Commendatarius ob famam illius sanctitatis sepulchrum aperiri præcepit: nam repertum est cũ eodem Epitaphio corpus reliquum in cineres solutum præter pedes, & crura integra, & cum carne quasi animata, cum caligis, & calceis, quæ crura, & pedes tegebant, quæ illæsa, & integra sunt reperta, ad viri Dei sanctitatem, & Epitaphij veritatem probandam, & hi quidem ante ipsius congregationis reformationem in eadem congregatione floruerunt.

IV. Cæterùm etsi post illius reformationem ob summam vitæ regularis obseruantiam, austeritatem, clausuri, & silentij rigidissimam custodiam, & cæterarum virtutum exercitia, quibus cũ maxima totius Lusitaniæ, ac etiam finitimarum Prouinciarum ædificatione d. Congregatio mirificè floret, oẽs eius alumni Sancti meritò dici possint, pro cæteris tamen refulsit D. Laurentius, qui totius Congreg. Præfectura ter functus est, diuinæ contemplationi summè deditus, & cæteris omnibus virtutum insignibus condecoratus adeo, vt ad eius sanctitatem testandã præter miracula nihil aliud desideraretur: quæ tamen post mortẽ non pauca edidit, vt Philippus II. Rex Hispaniarũ sua quadam epistola manu Regia ad Petrum dictæ congreg. tunc Generalẽ scripta testa-

tus fuit. Cum. n. tempore altercationis inter ipsũ Philippum II. & D. Antonium Priorem de Crato pro successione ad Regnum Lusitaniæ idem D. Laurentius partes D. Antonij sequeretur, q; ab illo in suo monasterio S. Crucis more filiorum Regum Portugalliæ ab infantia fuisset educatus, ab eodem Philippo II. iussus est in Legionensi S. Isidori cœnobio regularium canonicorum relegari; quod vir Dei maxima eum animi tranquillitate, ob Dei amorem tolerauit. tandem eo vita functo Rex literas ad Priorem Generalem in hunc modum dedit: *Abbas cœnobij S. Isidori me certiorem fecit, vestrum patrem D. Laurentium iam in illo defunctũ miracula agere.* Quod ipsi Generali, & eius canonicis optimam illius vitam à primis annis in religione optimè perspectam habentibus admirationi non fuit. Obijt 12. Cal. Decemb an. 1583.

Nec reticẽdus Ven. Anselmus S. crucis canonicus, vir in omni vita sua inculpatissimus, & cæteris canonicis exemplar omnium virtutum. hic quadam die dum ad altare B. Theotonij humi prostratus sub lampade, quæ anteillud ardebat, oraret, lampas funiculo soluto descendens miraculo in aëre sine fractione, vel olei effusione, ad illius sanctitatẽ comprobandam stetit. Huic dies sui obitus à Deo fuit reuelatus, quem statim canonicis denuncians, in lectulum se proiecit, petens Ecclesiæ Sacramenta sibi ministrari, quæ canonicis, quòd vires adhuc integras haberet, illi præbere nolentibus, in eadem petitione insistebat: tandemque omnibus summa cum deuotione perceptis, candelam succensam manu tenens, & Symbolũ fidei recitans 9. Calend. Augusti 1557. ad Dominum migrauit.

V. His addendi Domnus Vrbanus, qui in adolescentia consummatus in breui expleuit tẽpora multa, cui Deus sexdecim dies antequam è vita migraret, diem sui obitus, & horã reuelauit. qui obijt anno 1598. 10. Calend. Febr. D. Blasius, qui cum annos 40. in summa asperitate, & regulæ obseruantia vitam in Religione transegisset, toto tempore vitæ suæ nullum ieiunium siue ex præcepto Ecclesiæ, siue ex instituto Religionis omisit, nunquam diuinum officium prætermisit, præter Vesperas vnius dici, causa vehemẽtis intestini cuiusdam doloris, vt ipse morti proximus retulit. Obijt anno 1571. pridie Calend. Maij. D. Paulus primus professus S. Crucis post reformationem, in omni vita sua vir simplex, & rectus, cuius vitæ sanctitas omnium ore est laudata, paupertatis amator adeo, vt nihil indumenti haberet, præter illud solum, quo tegebatur, nec in cella aliquid aliud præter tabulam, in qua B. Mariæ Virginis imago erat depicta. Defunctus est anno 1591. 4. nonas Octob. Domnus quoque Gaspar à Plagis Prior S. Mariæ de Reflorijs apud Limiam, ieiunij, & abstinentiæ amator singularis, & diuini honoris zelator feruentissimus, qui obijt an. 1618. 3. Ianuar. ac tandem vt alios innumeros omittam, D. Antonius à Plagis, cuius sanctæ conuersationis, & singularis eruditionis fama percepta, Paulus V. dum Romæ negotia suæ Religionis ageret, eum Generalem congregationis, & Visitatorem Apostolicum destinauit.

VI. Hæc congregatio post reformationẽ vigesimo ac nouem Priores Generales habuit, qui singulo triennio, vt dictum est, canonicè in Generalibus Comitijs eligũtur Dominica 2. post Pascha Resurrectionis, quorũ nouissimus, qui nũc præest, ac verè dignus, vt eius memoria illorũ Catalogus obsignetur, est Reuerendiss. Pater D. Antonius à Cruce in liberalibus artibus apprimè eruditus, & omnium virtutũ laude ornatissimus, qui summa prudẽtia congregationẽ moderatur.

Prodierunt ex eadem congregatione viri dignitate comprimis illustres, ad diuersos Episcopatus, & Archiepiscopatus assumpti. Primus D. Ioannes Peculiaris vnus ex duodecim primis illius fundatoribus Episcopus Portugallẽsis, & postea Archiepiscopus Bracharensis. 2. Godinus primus Prior S. Vincentij Episcopus Lamacensis, & postea Archiepiscopus Bracharensis. 3. D. Stephanus canonicus S. Crucis Archiepiscopus Bracharensis. 4. D. Pelagius Prior S. Vincentij primus Episcopus Elborensis post ipsam ciuitatem à Sarracenis recuperatã. 5. D. Sefnandus canonicus monasterij Villæ bonæ Episcopus Portugallensis, & martyr. 6. D. Michaël canonicus Colimbricensis Episcopus Colimbricensis. 7. D. Petrus Rabidi canonicus S. Crucis Episcopus Portugalliensis. 8. D. Petrus Seguin canonicus S. Crucis Episcopus Aurienſis. 9. D. Menendus canonicus S. Crucis Episcopus Oxoniẽsis. 10. D. Gudinus canonicus S. Crucis Episcopus Lamacensis. 11. D. Ioannes canonicus S. Crucis Episcopus Sabiensis, Legatus Apostolicus in Regno Lusitaniæ, & S.R.E. Cardinalis, qui Ecclesiam S. Crucis consecrauit. 12. D. Rodericus canonicus S. Crucis Ægitanensis. 13. D. Ægeas Pelagij canonicus S. Crucis Episcopus Lamacensis. 14. D. Nicolaus canonicus S. Vincentij Episcopus Visiensis. 15. D. Stephanus Petri canonicus S. Vincentij Episcopus Dalæ, & capellanus Summi Pontificis. 16. D. Didacus Ortiz Prior S. Vincentij Episcopus insulæ S. Thomæ, & postea Visiensis, qui fuerat Ioannis Tertij Regis Magister, & Colimbricensis Academiæ Cathedraticus. 17. D. Stephanus Episcopus de Follia. 18. D. Nonius Prior S. Vincentij Episcopus Tingitanensis. 19 D. Ioannes Galuæo canonicus S. Crucis Episcopus Colimbriæ, postea Archiepiscopus Bracharensis. 20. D. Petrus canonicus S. Crucis Episcopus de Guarda.

VII. Tandẽ habuit semper hæc congregatio & in præsentiarũ habet viros in omni scientiarũ genere versatissimos, quorũ multi Doctores graduati fuerũt in Academia Colimbricensi, quorũ nonnulli varia opuscula eruditionis plena in lucẽ

oliderunt. Horũ vnus nostro sæculo præcipuus, & præstantissimus fuit D. Petrus à Figueyro, qui ob exactissimam linguarũ Latinæ, Græcæ, Chaldææ, Arabicæ, & præcipuè Hebraicæ cognitionem Hebraicus est nominatus, subtilissimus diuinarum Scripturarum indagator, & explanator, & eximiæ vir sanctitatis, cuius fama per totã Lusitaniam euulgata, cum ad aures Philippi Regis peruenisset, eius primam cathedram sacræ paginæ in Colimbricensi Academia obtinuisset, ille ob humilitatem, & clausuram, quam profitebatur, seruandam, humiliter recusauit. Scripsit super Hieremiæ Lamentationes volumen vnum, item super totum Hieremiam, & nonnulla capitula Iliæ, & super viginti quatuor priores Psalmorum alterum. tertium quoque in duodecim Prophetas minores, quæ Lugduni recens edita vidi, & ex parte legi. quartum contra Iudæos edendum, quintum in Logicam Aristotelis, quod tamẽ in lucem proximè edendum ab illius congregationis canonicis accepi.

CAPVT SEXAGESIMVM SECVNDVM.

De Congregatione Belgica S. Nicolai de Aroasia.

Congregatio Aroasiensis à loco Aroasia prope oppidum Bapalma in Artesia, vbi est monasteriũ S. Nicolai, quod illius est caput, sic denominata suam fundationem, seu institutionẽ debet duobus sanctissimis, & religiosissimis viris Cononi, & Helcmaro, vt autor est continuator Sigiberti sub anno 1114. & ex illo Aubertus Miræus de Collegijs canonicorum Regularium cap. 10. & 46. Hi namque Religiosissimi viri cum aliquando vitam solitariam siue Eremiticam duxissent, anno Domini 1097. monasterium Aroasiense sub institutione canonica, & B. Augustini Regula fundauerunt, & quidem talijac tanta regularis vitæ difficultate, & obseruantia, vt breui ex vno Collegio in numerosam congregationem multorum Cœnobiorum excreuerint, quorum aliqua prius fundata fuerãt in illius sodalitium addiderunt, & subdiderunt: alia verò sub eiusdem Aroasiensis cœnobij institutione denuo erecta, quorum numerus, teste eodem Miræo, & Ioanne Molano in Natalibus Sanctorum Belgij, duc 4. Maij, erat olim octo supra viginti Abbatiarum videlicet:

Primum Monasteriũ ipsum S. Nicolai Aroasiense, quod totius congregationis erat caput.

Secundum B. Mariæ Henniacẽse, siue S. Martini de Henniaco.

Tertium B. Mariæ Bolonienſe anno 1159. fundatum. Verum anno 1544 ab Henrico VIII. Re-

cubuerunt. Horũ vnus nostro seculo præcipuus, & præstantissimus fuit D. Petrus à Figueyro, qui ob eruditissimam linguarũ Latinæ, Græcæ, Chaldaicæ, Arabicæ, & præcipuè Hebraicæ cognomento Hebraicus est nominatus, subtilissimus diuinarum Scripturarum indagator, & explanator, & eximiæ vir sanctitatis, cuius fama per totã Lusitaniam euulgata, cum ad aures Philippi Regis peruenisset, eiq; primam cathedram sacræ paginæ in Colimbricensi Academia obtulisset, ille ob humilitatem, & clausuram, quam profitebatur, seruandam, humiliter recusauit. Scripsit super Hieremiæ Lamentationes volumen vnum, item super totum Hieremiam, & nonnulla capita Isaiæ, & super viginti quatuor priores Psalmos tomum alterum, tertium quoque in duodecim Prophetas minores, quæ Lugduni recens edita vidi, & ex parte legi. quartum contra Iudæos edendum, quintum in Logicam Aristotelis, quod similiter in lucem proximè edendum ab illius congregationis canonicis accepi.

CAPVT SEXAGESIMVM SECVNDVM.

De Congregatione Belgica S. Nicolai de Aroasia.

Congregatio Aroasiensis à loco Aroasia prope oppidum Bapalma in Artesia, vbi est monasteriũ S. Nicolai, quod illius est caput, sic denominata suam fundationem, seu institutionẽ debet duobus sanctissimis, & religiosissimis viris Cononi, & Heldemaro, vt autor est continuator Sigiberti sub anno 1114. & ex illo Aubertus Miræus de Collegiis canonicorum Regularium cap. 10. & 46. Hi namque Religiosissimi viri cum aliquando vitam solitariam siue Eremiticam duxissent, anno Domini 1097. monasterium Aroasiense sub institutione canonica, & B. Augustini Regula fundauerunt, & quidem taliãe tanta regularis vitæ distinctione, & obseruantia, vt breui ex vno Collegio in numerosam congregationem multorum Cœnobiorum excreuerint, quorum aliqua prius fundata fuerẽ in illius sodalitium addiderunt, & subdiderunt: alia verò sub eiusdem Aroasiensis cœnobij institutione denuo erecta, quorum numerus, teste eodem Miræo, & Ioanne Molano in Natalibus Sanctorum Belgij, die 4. Maij, erat olim octo supra viginti Abbatiarum videlicet:

Primum Monasteriũ ipsum S. Nicolai Aroasiense, quod totius congregationis erat caput.

Secundum B. Mariæ Henniacẽse, siue S. Martini de Henniaco.

Tertium B. Mariæ Bolonienſe anno 1159. fundatum. Verum anno 1544 ab Henrico VIII. Regẽ Anglorum vastatum.

Quartum S. Eligij fontis in Caluiaco, aliàs à Caluiato, Gallicè Chanij.

Quintum S. Marci siue Nicolai in Pratis iuxta Tornacum.

Sextum S. Calisti Cisonienſe anno 838. à S. Euerardo comite fundatum.

Septimum S. Ioannis Baptistæ iuxta Chocques Artesiæ pagum in agro Bethuniensi.

Octauum S. Mariæ de Bello loco, quod à monasterio iuxta Chocques originem suam habet.

Nonum S. Mariæ Zunebecanum, quod anno 1578. per tumultus bellicos fuit euersum.

10. S. Mariæ à Castricijs.

11. S. Ioannis Baptistæ Valentianis in Hannonia, quod à monasterio S. Crispini in Cauea apud Suessiones originem traxit anno 1112.

12. S. Bartholomæi apud Brugas, Quercetanũ nuncupatum, quod originem traxit à monasterio S. Marci siue S. Nicolai in Praxis apud Tornacum anno 1050.

13. Bethlehemiticum in Alemannia.

14. S. Patricij in Hybernia, fortè illud, quod S. Laurentius Dublinensis Archiepiscopus constituit in eadem Ciuitate, ex Surio tom. 6. ad diem 14. Nouembris.

15. S. Mariæ in Nemore nunc Guiscauilla, vel Riuouilla nuncupatum.

16. S. Crispini in Cauea apud Suessiones.

17. S. Vlmari Bononiense in Gallijs, quod Hericus VIII. Rex Anglorum euertit.

18. S. Leodegarij apud Suessiones.

19. S. Amandi Marcolense à sancta Bertilia virgine fundatum.

20. Monasterium, quod à Claro fageto nuncupatur.

21. Sanctorum Petri, & Pauli Varnestunense vulgo Warnesion.

22. Castellionense, quod originem habet à monasterio B. Mariæ in Nemore.

23. Monasteriũ à Dondelliauilla, siue à Dondeuilla nuncupatum.

24. S. Mariæ de Sagano in Silesia in Diœcesi Vratislauiensi, cuius Abbas nomine Alardus notatur in Catalogo defunctorũ monasterij Aroasiensis.

25. S. Christophori Fanopiense apud Insulas Flandriæ Vrbem, anno 1039. fundatum.

26. S. Mariæ, & S. Huberti in Atrio alias ab Alteriaco in Vosago.

27. Dulcis Vallis prope Middelburgum in Flandria, quod à monasterio S. Bartholomæi Brugensi initium habuit an. 1215. ex Meyero, quod anno 1578. dirutum fuit per tumultus bellicos.

28. Monasterium ad meam notitiam non peruenit. & hæc monasteria penè omnia nostra etiam tempestate supersunt, partim in Belgio, partim in Gallijs. Cæterum illorum

vnio in vnum corpus congregationis sub vno capite iam multis ab hinc annis soluta est; vnde nec Generale Capitulum iuxta morem cæterarum congregationũ celebrare amplius consueuerũt.

II. PRæstat verò ad illius exactam canonicæ vitæ disciplinam commendandam, Illustriss. Cardinalis Iacobi de Vitriaco testimonium hoc loco ponere, quod ille profert in sua historia Occidentali cap. 23. *Sunt*, inquit, *alij Regulares Canonici, qui de Arroasia nuncupantur, eo quod prima huius institutionis Abbatia, quæ caput est omnium aliarum, sic vocetur, in diœcesi Attrebatensi sita. Hi siquidem fundamentum Regulæ B. Augustini retinentes, vt carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs arctius crucifigerẽt, carnes à refectorio suo subtraxerunt, camisijs insuper non vtuntur, sed cum tunicis laneis nocte in dormitorio suo quiescunt. Quasdam etiam alias institutiones necessarias, & honestas supra prædictum fundamentum prudenter adificantes, contra imminentia pericula sibi præcauentes addiderunt. Et quoniam nihil magis virtutem Religionis conseruat, vbi plures sunt Congregationes, & Conuentus, quàm vespillus ad vnum Superiorẽ, qui diuersa sub se membra regit, & continet quasi summum & supremum caput, semel in anno sub primo, & principale Abbate Generale Concilium celebraturi conueniunt, vt ocs vnanimiter huius Ordinis abbates, secundum quod religioni viderint expedire, corrigant corrigenda, resecent superflua, instituant, & addant, quæ fuerint superaddenda, vel secundum temporum, aut rerum mutationem, quæ fuerint commutanda commutent, & nouis superuenientibus ita vetera reȝulantur, quod vetustissima veterum, prima scilicet antiquorum Patrum instituta firmiter, & inuariabiliter obseruentur. Principalis siquidem Abbas filias suas, inferiores scilicet Abbatias, per se, vel per viros idoneos studiosè visitando, quantum religioni subministret fulcimentum, ne per negligentiam defluat, vel per dissolutionem status Religionis enervatus corruat, ex his liquet Cõuentibus, & Congregationibus, quæ ex vno tantum Abbate pendentes. & vni soli Superiori intendentes, cum corruente pleruȝ, corruunt, cum non habeant, vnde alias fulciãtur. Væ siquidem soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem. funiculus autem multiplex non facilè rumpitur, frater enim fratrem adiuuans est quasi ciuitas munita. Si autem corrupto capite ad Prælatos seculares recurrerint, Scyllam fugientes, frequenter Carybdim incurrerunt, & fugientes arma ferrea in aream aream inciderunt. Quidam enim Ecclesiarum Prælati regularũ dissensionibus tantò magis exultant, quantò velut in aqua turbata copiosiorem reperientes piscationem, ab altera vel vtraque parte hac occasione pecuniam emungere non formidant. Quod si fortè iustos, & timoratos inuenerint Prælatos, qui ab omni munere manus excutientes, eorum partes intercedente pecunia fouere renuerint, tandem facta ad Dominum Papam appellatione, discurrendi, & euagandi materiam libenter inueniunt, & inutilibus expensis ex vtraque parte miserabilem domum eorum obligantes, redditus copiosos, & amplas plerunque consumunt possessiones.*

POrro ipse Cono, siue Cuno aliter ex primis autoribus dictæ congregationis à Paschali II. S.R.E. Cardinalis Episcopus Prænestinus creatus, & in partibus Orientalibus nomine Sedis Apostolicæ Legatus, multa viriliter tum ibidem, tum in Occidentem reuersus in multis Ciuitatibus gessit pro defensione Sedis Apostolicæ contra Henricum IV. Imperatorem, quibus nomen æternum sibi comparauit, quæ pluribus prosequitur Continuator Sigiberti sub anno 1114. & Cardinalis Baronius tom. 12. sub anno 1111. & 1114. & alibi, licet dicat illum assumptum ex professione Eremitica, quod verum non est immediatè. hinc per errorem nonnulli vocant Corradum.

Tandem huius congregationis meminit Innocentius III. in epist. ad Episcopum Lebosiensem lib. 2. pag. 305.

CAPVT SEXAGESIMVM TERTIVM.

De Capitulo, siue Congregatione Belgica VVindesemensi nuncupata.

QVo tempore per reformationem Frigidomariam congregatio Lateranensis, & totius ordo canonicorum regularium in Italia fuit collectus, & instauratus, codẽ in Belgio, imo per vtranque Germaniam inferiorem, & superiorem reparatus est per fundationem præclarissimæ congregationis Windesemensis nuncupatæ, per quam Deo adiuuante, non solùm multa Collegia canonicorum regularium secundum formam veteris instituti sunt erecta, sed etiam complura ex vetustioribus, quæ disciplina canonica relaxata casum minabantur, ad pristinam obseruantiam sunt restituta, quæ cum maximo diuini cultus incremento, & animarum profectu, & populorum ædificatione pluribus in locis nunc florent. Huius congregationis primordia, & autores, ac etiam progressus, & viros illustres latè describit Ioannes Buschius (hunc per errorem Arnoldum Trithemius appellauit) in suo Chronico Capituli Windesemensis duobus libris digesto, & nuper edito Antuerpiæ, et quoquæ hîc per summam siue per compendium subijcimus, fideliter depromptimus.

Fuit in oppido Dauentriæ Traiectensis diœcesis Diaconus valdè celebris, religiosus, & doctus, & zelator feruentissimus salutis animarum, nomine Gerardus Groot vulgo appellatus, qui virtute, & sanctitate Magni cognomen vertit, & rationabiliùs allecutus est, quã illud quinis alijs ambitione quæsierit. Hic zelo diuini honoris, & salutis proximorum vehementer accensus,

cum

cum esset in vita spirituali apprime doctus, & e
ercitatus, hoc vnum Deo dante firmiter anim
stituit, non solum sibi ipsi vacare, verùm etia
aliorum salutem omnibus, quibus posset modi
præsertim per diuini Verbi prædicationem pro
curare. Quam ob causam in Ecclesia Trai
ctensi militiæ clericali primò initiatus, & deinc
per gradus singulos vsque ad Diaconatum a
cendens, plenariam licentiam, & potestate
prædicandi Verbum Dei publicè in omnibus c
uitatibus, oppidis, & villis Traiectensis diœcesi
ab ipso Traiectensi Episcopo impetrauit: qu
obtenta, illud munus prædicationis cum tant
feruentis ardore per omnes illas regiones cœp
exercere, vt brevi complures à via iniquitatis
uersos in viam salutis dirigeret, & à seculi vani
tatibus abstractos, ad rerum secularium con
temptum, & ad cœlestem vitam in terris agen
dam perduceret. Inter alia huius sancti viri præ
clarè gesta hoc fuit præclarissimum, nec silentio tegendum, quod Conuentum clericorum
Dauentriæ collegit, qui sanctorum Patrum li
bris exscribendis (eo quippe tempore artis im
pressoriæ vsus nondum extabat) & ad fidem ex
emplarium verorum corrigendis operam naua
rent, inter quos fuit vnus deuotus vir D. Floren
tius Radiuini Dauentriæ Vicarius, & ipse ad me
liorem frugem prædicationibus Gerardi magni
conuersus, cuius potissimum suasionibus, ijdem
clerici vitam communem inter se statuerunt,
eodem Magistro Gerardo probante, quam po
stea tempore non modico summa cum laude
tenuerunt; immo verò recogitantes apud se
cõmunem vitam esse viam ad eam vitæ perfe
ctionem assequendam, quæ vigebat in primiti
ua Ecclesia, quæque summopere laudatur in A
ctis Apostolorum, illud vitæ communis institu
tum perpetuo tenere sub obedientia eiusdem
Domini Florentij, excepta solemni professione
votorum, communi decreto firmauerunt, victũ,
uestitum, & cætera necessaria labore manuum in
communi procurantes. Quod in causa fuit, vt
exinde etiam mutua charitate maiori affectu se
inuicem diligere inciperent, & plures non solum
clericos, verum etiam laicos contempta huius sæ
culi felicitate ad idem vitæ genus verbo, & ex
emplo traherent, & seipsos vitæ Apostolicæ, &
perfectionis Euangelicæ exemplaria monstran
tes, multarum congregationum virorum, ac eti
am fœminarum per Belgium, & Alemanniam
initia ponerent.

II. CVm autem præfatus vir Venerabilis Gerardus animaduerteret, illud vitæ genus, quod
sub nullo instituto Regulari à Sede Apostolica
probato esset fundatum, diu subsistere non posse,
maximè quod infensos sibi haberet nonnullos
ex ordinibus mendicantium (ex quibus vnum
nomine fratrem Bartholomæum Dordracensẽ,
qui in publicis concionibus de eiusmodi vitæ

cum esset in vita spirituali apprime doctus, & exercitatus, hoc vnum Deo dante firmiter animo statuit, non solum sibi ipsi vacare, verùm etiam aliorum salutem omnibus, quibus posset modis, præsertim per diuini Verbi prædicationem procurare. Quam ob causam in Ecclesia Traiectensi militiæ clericali primò initiatus, & deinde per gradus singulos vsque ad Diaconatum ascendens, plenariam licentiam, & potestatem prædicandi Verbum Dei publicè in omnibus ciuitatibus, oppidis, & villis Traiectensis diœcesis abipso Traiectensi Episcopo impetrauit: qua obtenta, illud munus prædicationis cum tanto spiritus ardore per omnes illas regiones cœpit exercere, vt breui complures à via iniquitatis auersos in viam salutis dirigeret, & à seculi vanitatibus abstractos, ad rerum secularium contemptum, & ad cœlestem vitam in terris agendam perduceret. Inter alia huius sancti viri præclare gesta hoc fuit præclarissimum, nec silentio tegendum, quod Conuentum clericorum Dauentriæ collegit, qui sanctorum Patrum libris euscribendis (eo quippe tempore artis impressoriæ vsus nondum extabat) & ad fidem exemplarium verorum corrigendis operam nauarent, inter quos fuit vnus deuotus vir D. Florentius Radiuini Dauentriæ Vicarius, & ipse ad meliorem frugem prædicationibus Gerardi magni conuersus, cuius potissimum suasionibus, ijdem clerici vitam communem inter se statuerunt, eodem Magistro Gerardo probante, quam postea tempore non modico summa cum laude tenuerunt; immo verò recogitantes apud se cõmunem vitam esse viam ad eam vitæ perfectionem assequendam, quæ vigebat in primitiua Ecclesia, quæque summopere laudatur in Actu Apostolorum, illud vitæ communis institutum perpetuo tenere sub obedientia eiusdem Domini Florentij, exceptâ solemni professione votorum, communi decreto firmauerunt, victũ, vestitum, & cætera necessaria labore manuum in communi procurantes. Quod in causa fuit, vt exinde etiam mutua charitate maiori affectu se inuicem diligere inciperent, & plures non solum clericos, verum etiam laicos contempta huius seculi felicitate ad idem vitæ genus verbo, & exemplo traherent, & seipsos vitæ Apostolicæ, & perfectionis Euangelicæ exemplaria monstrantes, multarum congregationum virorum, ac etiam terminarum per Belgium, & Alemanniam mota ponerent.

12. CVm autem præfatus vir Venerabilis Gerardus animaduerteret, illud vitæ genus, quod sub nullo instituto Regulari à Sede Apostolica probato esset fundatum, diu subsistere non posse, maximè quod infensos sibi haberet nonnullos ex ordinibus mendicantium (ex quibus vnum nomine fratrem Bartholomæum Dordracensẽ, qui in publicis concionibus de eiusmodi vitæ instituto fuerat oblocutus, & obloquendo doctrinas eroneas addiderat, idem Gerardus in Curia Traiectensi hæreseos conuicit,) tanquam pius pater, ac prouidus, vt filijs bene consuleret, morte instante aliquem ordinem ex approbatis assumere suasit. Interrogatus verò, quemnam potissimum assumere deberent, an Cartusianorum, an Cistercienſium, quos pene solos in illis regionibus reformatos intelligebant, respondit, non hos assumatis, quia graues sunt, nec cunctis hominibus portabiles: Ordinem vero canonicorum Regularium laxiori vitæ inseruientem omnibus pene Deo in Religione seruire volentibus bene cõgruentem, in loco, quem Dominus elegerit, quantocius assumere debetis: quia non multum à vestra iam deuota conuersatione videtur discrepare, nisi quod in illo professi seruant ex professione & voto, vos sine voto seruatis charitatẽ & tria vota substantialia. Gesserat ipse animo propositum monasterium ædificandi, secundũ institutum canonicorũ Regularium, adductus potissimum exemplo venerabilis & sancti viri Domini Ioannis Rusbrochij primi Prioris monasterij Vallis viridis apud Bruxellam, & clericorum sanctissimè in eodem monasterio conuersantium, quos cum in Brabantia personaliter visitasset, illorũ viuendi forma mirificè oblectatus, eam sibi, ac suis imitandã proposuerat, vt in illius vita Ven. Thomas de Kempis cap. 25. notauit: sed cum pro loco religioni, & Cœnobio fundando apto diligenter instaret, mortalitate præuentus non potuit perficere, quod optauit. His dictis eundem D. Florentium artium magistrum, & in Ecclesia Dauentriensi Vicariũ, virum valde pium, & religiosum illis in Rectorem præfecit, & vt patrem loco suo honorandum dimisit, ac mutua dilectione illis commendata, in Domino obdormiuit: Cuius vitam, & res præclare gestas Venerabilis dei sacerdos Thomas de Kempis dictæ congregationis canonicus longa narratione est prosecutus. Nos solùm referemus epitaphium eidem inscriptum à Magistro Wilelmo Doctore, & Cantore Parisiensi, & Leodiensis Ecclesiæ in Brabantia Archidiacono, quod eiusmodi est:

Sacræ recordationis Magister Gerardus dictus Magnus, feliciter migrauit ad Dominum, & verè Magnus, quoniam in omnibus scientijs liberalibus, naturalibus, moralibus, ciuilibus, canonicis, & Theologicis nulli erat secundus in orbe: erat enim tantæ sanctitatis, & exemplar in mortificatione carnis, in abnegatione temporalium, & contemptu mundi, in fraterna charitate ad omnes, in desiderio salutis animarum, in efficacia prædicationis, in reprobatione, & detestatione vitiorum, in opponendo se hæreticis, in persequendo secundum iura Canonica concubinarios, in conuertendo ad vitam spiritualem viros, ac mulieres prius secundum seculum viuentes, in fidelitate ad Dominum nostrũ Vrbanum VI. quòd multa millia personarum testificantur de cre-

dulitate, quod crescunt, cum non minorem fuisse in dictis virtutibus, quam in antedictis scientijs. Hæc Doctor prædictus, quæ referuntur in Chronico Capituli Windesemensis lib. 1. cap. 5. ad finem.

III. DEfuncto itaque prædicto Venerabili Gerardo ipse Dominus Florentius cum cæteris clericis prædictæ congregationis de monasterio secundum consilium ipsius magni Gerardi erigendo sedulo cogitare, & inter se consulere cœperunt, & tandem post longam consultationem rebus hinc inde ponderatis locum opportunum nacti prope Zwollam, Windesem nuncupatum, obtento etiam à Wilelmo Geldriæ Duce, necnõ ab Episcopo Traiectensi consensu cum speciali facultate, monasterium pro congregatione canonicorum in eo statuenda construere cœperũt, in quodam allodio, quod cuius prædiues Bertholdus Tenhaue ad eundem effectum illis donauit: & ita ex eo loco Capitulum Windesemense cum tota congregatione est denominatum. Currebat annus nostræ salutis 1386. cum illud monasteriũ cœpit ædificari, ad quod perficiendum missi sunt ex Dauentria sex fratres de dicta Domini Florẽtij cõgregatione, quod opus multi viri pij, & fœminæ religiosæ, collata pecuniarum quantitate non modica, ex animo adiuuerunt. vnde factum est, vt sequenti anno, videlicet 1387. absolutum per Dominum Hubertum Ippusensem Episcopum, Reuerendissimi Domini Florentij Traiectensis Episcopi Suffraganeum consecratũ fuerit in honorem sanctissimæ Dei Genitricis, & Beatissimi Patris Augustini. Quinimo peracta consecratione, sex de illis fratribus Dauentriensibus, qui prius ea de causa in monasterio canonicorum Regularium in Emstein sub fratre Simone Præposito Regulam, institutum, cæremoniasque canonicorum Regularium optimè didicerant, statim per manum eiusdem Domini Suffraganei Episcopi Traiectensis illius vice, ac nomine canonicorum Regularium habitum susceperunt, & solemnem professionem emiserunt, quorum vnus in Rectorem ab eodem Suffraganeo illis datus est, donec ipsi de Prælato canonicè eligendo prouiderent. Et hæc fuerunt huius amplissimæ congregationis exordia, humilia secundum seculum, sed alta secundum Deum, in humilitate, & paupertate profunda, & vitæ asperitate constituta.

CAPVT SEXAGESIMVM QVARTVM.

Catalogus Monasteriorum Congregationis VVindesemensis tam Mulierum, quam Virorum recensetur.

POst fundationem, & institutionem supradicti Capituli Windesemensis cœpit tantæ nouella plantatio per famam optimæ conuersationis, odorem suauissimum circumquaque diffundere, ac inde propagines longè, lateq; distendere, & in congregationem amplissimam tum virorum, tum etiam sacrarum virginum paulatim augeri, nã vt ex prædicto Chronico Ioãnis Buschij, & ex altero Ven. Thomæ de Kempis, & ex Capituli eiusdem Windesemensis Catalogo, vna cum illius constitutionibus Traiecti edito anno 1552. colligi potest, hæc congregatio ante aliquot annos in Belgo, & per vtranque Germaniam centũ, & viginti monasteria canonicorum perstringebat, exceptis monasterijs Sanctimonialium. Nunc post deuastationes, quas vel causa bellorum, vel ab hæreticis passa est, octoginta circiter possidet, quæ nos sparsim in descriptionibus monasteriorum huius ordinis, ac Germaniæ recensuimus. Quorum Catalogum ex Auberto Miræo acceptum, quibusdam prædictis Chronicis collegit, iterum repetimus.

Primum igitur dictæ congregationis monasterium, quod cæterorum omnium est caput, ipsum monasteriũ S. Mariæ Windesemense prope oppidum Zwollam, tertio ab vrbe Dauentria milliario ad flumen Isalam in clino, fundatum anno 1387.

Secundum B. Mariæ Nussiense in Diœcesi Colonien si, quod ideo secundo loco ponitur in catalogo dictæ congregationis, quia illud ceteris caput peculiare duodecim monasteriorum, quæ in Capitulo Windesemensi in vnum corpus, & vnam congregationem vniuerunt circa annum Domini 1430. ex 1. lib. Chronici Windesemensis cap. 44. ante quem annum Capitulum Windesemense alia plura monasteria obtinebat.

Tertium Viridis vallis, quod ante ipsum Windesemense fuit fundatum prope Bruxellam secundo lapide anno 1349. sed postea eidem Capitulo Windesemensi vnitum. floret.

Quartum B. Mariæ in Bethlehem in oppido Zwollensi prope Dauentriam.

Quintum S. Pauli in Rubea valle prope Bruxellis anno 1373. fundatum. floret.

Sextum S. Mariæ, & duodecim Apostolorum in vrbe Vltraiectensi, quod dicitur ad Regulares.

Septimum S. Saluatoris in Eemsthein prope Dordracum anno 1382. exstructum à Rutgero Minebodio ciue Dordracensi.

Octauum B. Mariæ ad septem fontes prope Bruxellam fundatum anno 1388. per Ægidium Bredeiquium primum eius loci Priorem. floret.

Nonum fons B. Mariæ prope Arnhemium Geldriæ oppidum Diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Ruremundensis. fundator Dux Iuliacensis anno 1392.

10 Mo-

10. Monasterium S. Ioannis Euangelistæ prope Amstelrodamum, nunc in Heijlo prope Alcmariam Hollandiæ oppidum, Diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis. fundatum anno 1394.

11. Monasterium B. Mariæ in Northorn, in Westphalia diœcesis Monasteriensis. floret.

12. Monasterium B. Mariæ in Corsendonck prope Turnhoutum Campaniæ Brabantiæ municipũ diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpiensis. fundatum anno 1393. floret.

13. Mons S. Agnetis prope Zwollam, diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Dauentriensis.

14. Monasterium B. Mariæ in Valle Angelorum in Leydendorp in Hollandia diœcesis olim Vltraiectensis. fundatum anno 1398.

15. Monasterium B. Elizabethæ prope Brielam Hollandiæ oppidum, diœcesis Vltraiectensis, fundator Hugo Hænslitius anno 1406.

16. Monasteriũ B. Mariæ in Gaesdonck propè Gochin Geldria diœcesis olim Colonien sis, nũc Ruremundensis. floret.

17. Monasterium B. Mariæ in Nouiomago Geldriæ oppido diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Ruremundensis.

18. Monasterium Visitationis B. Mariæ propè Harlemum Hollandiæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis. an. 1407. inchoatum.

19. Monasterium S. Saluatoris in Thabor propè Sneeam Frisiæ Occidentalis oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Leouardiensis, anno 1406.

20. Monasterium B. Mariæ in Bethlehẽ propè Louanium Brabantiæ oppidum diœcesis olim Leodiensis, nunc Machlinien sis. 1408. floret.

21. Monasterium S. Meynulphi Confessoris in Bodicken diœcesis Paderbornen sis. floret. Ipsum idem S. Meynulphus tunc Archidiaconus Ecclesiæ Cathed. Paderbornensis fundauit 1409.

22. Stagnum B. Petri Apostoli propè Bomeliã Geldriæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Syluiducensis. Fundatum à Domina in Brackel anno 1407.

23. Monasterium B. Mariæ in Romerswael Zelandiæ oppido diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Middelburgensis.

24. Thronus B. Mariæ propè Harentaliam oppidum, & Grobbendonck Brabantiæ pagum diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpien sis. 1414.

25. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Vrbe Aquisgranensi diœcesis Leodien sis. floret.

26. Monasterium B. Mariæ in Bircket propè Amersfordiã, nunc Curia B. Mariæ in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis oppido.

27. Vallis Pacis propè Vltraiectum, nunc monasterium S. Ioãnis in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis. Vnitum anno 1417.

10. Monasterium S. Ioannis Euangelistæ prope Ambstelrodamum, nunc in Heijlo prope Alcmariam Hollandiæ oppidum, Diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis. fundatum anno 1394.

11. Monasterium B. Mariæ in Northorn, in Westphalia diœcesis Monasterienſis. floret.

12. Monasterium B. Mariæ in Corſendonck prope Turnhoutum Campaniæ Brabantiæ municipij diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpiensis. fundatum anno 1393. floret.

13. Mons S. Agnetis prope Zwollam, diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Dauentriensis.

14. Monasterium B. Mariæ in Valle Angelorum in Leydendorp in Hollandia diœcesis olim Vltraiectensis. fundatum anno 1398.

15. Monasterium B. Elizabethæ prope Brielam Hollandiæ oppidum, diœcesis Vltraiectensis. fundator Hugo Hænſlitius anno 1406.

16. Monasterium B. Mariæ in Gaesdonck propè Gochin Geldria diœcesis olim Colonienſis, nunc Ruremundensis. floret.

17. Monasterium B. Mariæ in Nouiomago Geldriæ oppido diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Ruremundensis.

18. Monasterium Visitationis B. Mariæ propè Harlemum Hollandiæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis. an. 1407. inchoatum.

19. Monasterium S. Saluatoris in Thabor propè Sneeam Frisiæ Occidentalis oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Leouardiensis, anno 1406.

20. Monasterium B. Mariæ in Bethlehē propè Louanium Brabantiæ oppidum diœcesis olim Leodiensis, nunc Machlinienſis. 1408. floret.

21 Monasterium S. Meynulphi Confessoris in Bodicken diœcesis Paderbornensis. floret. Ipsum idem S. Meynulphus tunc Archidiaconus Ecclesiæ Cathed. Paderbornensis fundauit 1409.

22. Stagnum B. Petri Apostoli propè Bomeliā Geldriæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Syluiducensis. Fundatum à Domina in Brackel anno 1407.

23. Monasterium B. Mariæ in Romerſwael Zelandiæ oppido diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Middelburgensis.

24. Thronus B. Mariæ propè Harentaliam oppidum, & Grobbendonck Brabantiæ pagum diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpiensis. 1414.

25. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Vrbe Aquisgranensi diœcesis Leodiensis. floret.

26. Monasterium B. Mariæ in Bircket propè Amersfordiā, nunc Curia B. Mariæ in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis oppido.

27. Vallis Pacis propè Vltraiectum, nunc monasterium S. Ioānis in Amersfordia diœcesis Vltraiectensis. Vnitum anno 1417.

28. Monasterium Vallis B. Mariæ, alias Elzeghem propè Aldenardam Flandriæ oppidū diœcesis Tornacensis. Fundatum anno 1418. floret.

29. Monasterium B. Mariæ in Dumo propè Endouiam Brabantiæ oppidum diœcesis olim Leodiensis, Cœpit anno 1419. vnitū 1421. floret.

30. Campus B. Mariæ in Frisia Orientali propè Ezinghen diœcesis Bremensis.

31. Mons B. Mariæ in Bodingen propè Syberg in Ducatu Montensi diœcesis Colonienſis floret.

32. Monasterium S. Saluatoris in Ewich propè Attendorn diœcesis Colonienſis. floret.

33. Monasterium Passionis Christi, & B. Mariæ in oppido Tungrensi diœcesis Leodiensis cœpit anno 1424. floret.

34. Monasterium B. Mariæ in Wittemberga Saxoniæ oppido diœcesis Hildesimensis. anno 1629. est recuperatum.

35. Monasterium S. Martini in Lunenkercke, nunc Aclum in Frisia Orientali propè Herlinghen diœcesis olim Vltraiectensis.

36. Monasterium B. Mariæ in Sion propè Beuerdyck in Hollandia, diœcesis olim Vltraiectensis.

36. Monasterium B. Mariæ in Ryckemberg in Saxonia diœcesis Hildesimensis. anno 1629. est recuperatum.

38. Vallis B. Elizabeth propè Ruremundam Geldriæ oppidum diœcesis olim Leodiensis, nūc Ruremundensis. floret.

39. Monasterium B. Elizabethæ bonorum puerorum in Vrbe Leodiensi diœcesis ciusdem. floret.

40. Monasterium B. Mariæ in Nazareth prope Bredefort, diœcesis Monasterienſis.

41. Monasterium B. Mariæ in Aningen in Frisia, diœcesis olim Vltraiectensis.

42. Monasterium S. Bartholomæi in Zulta iuxta Hildesem diœcesis Hildesemensis. floret. Ad alteram Vrbis Hildesemensis partem floret hodieque Carthusia.

43. Monasterium B. Mariæ in Hertzenhagen iuxta Francofurtum, diœcesis Moguntinensis.

44 Monasterium B. Mariæ in Mello iuxta Gandauum in Flandriæ Comitatu, diœcesis olim Cameracensis, nunc Gandauensis. floret.

45. Monasterium S. Dionysij in Molembeeke diœcesis Mindensis. iamiam recuperandum.

46. Hortus B. Mariæ Virginis iuxta Wormatiam, diœcesis Wormatiensis.

47. Buscum Domini Isaac iuxta Niuellam Brabantiæ oppidum, diœcesis olim Cameracensis. nunc Namurcensis floret. anno 1416. fundatum.

48. Monasterium B. Mariæ, & Ioannis Euangelistæ iuxta Seghenberg in Holsatia diœcesis Lubecensis.

49. Monasterium S. Hieronymi in Ruremun-

da Gel-

da Geldriæ oppido, diœcesis olim Leodiensis, nunc Ruremundensis. est nunc collegium Societatis Iesu. Canonici cathedrales habent annuos redditus monasterij.

50. Monasterium S. Petri Apostoli in Hegene in Comitatu Lingensi, diœcesis Wormatiensis.

51. Monasterium B. Mariæ in Insula propè Confluentiam, diœcesis Treuerensis.

52. Monasterium B. Mariæ in Sylo propè Emdam in Frisia Orientali, diœcesis olim Monasteriensis.

53. Monasterium S Antonij Confessoris in Albergen in Tuenta, diœcesis olim Vltraiectensis.

54 Monasterium S. Nicolai in Bergum propè Leouardiam, diœcesis Vltraiectensis, nunc Leouardiensis.

55. Monasteriũ Corporis Christi in Vrbe Colonienſi diœcesis eiusdem. floret.

56. Monasterium S. Petri in Daelem, diœcesis Paderbornensis. floret.

57. Monasterium S. Viti propè Naerden Hollandiæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis.

58. Monasterium S. Nicolai in Trutenhusen diœcesis Argentinensis. Fundatum à nobili Familia Lanspergiorum, qui hodie illud sibi vindicant.

59. Monasterium S. Pancratij in Hamersleb diœcesis Halbersladensis, floret.

60. Monasterium S. Spiritus in Vden, siue Vallis gratiæ in Ducatu Cluiæ diœcesis Coloniensis, floret.

61. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Rebdorp diœcesis Eistetensis. floret.

62. Monasterium S. Hieronymi propè Leidam Hollandiæ oppidum diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Harlemensis.

63. Monasterium S. Mariæ Virginis in Clusa, diœcesis Treuerensis, floret.

64. Monasterium S. Martini in Vrbe Louaniensi diœcesis olim Leodiensis, nunc Machlmiensis anno 1447. vnitum. floret.

65 Monasterium S. Irenæi Martyris in Marbach, diœcesis Basileensis ad Rhenum fluuium ex opposito Brisgoiæ oppidi. floret.

66. Monasterium B. Mariæ in Bircling diœcesis Herbipolensis.

67. Monasterium S. Leonardi in Vrbe Basilea, diœcesis eiusdem.

68. Monasterium Rosæ Vallis B. Mariæ in Hasca, in Frisia Occidentali diœcesis olim Vltraiectinæ.

69 Monasterium B. Christinæ in Hirdewille, diœcesis Argentinensis.

70. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Volkerdinckusen, diœcesis Paderbornensis. nostri sunt in opere pro recuperatione.

71. Monasterium B. Mariæ Magdalenæ in Maiori Franckenthal diœcesis Wormatiensis. Ex hoc monasterio factum est oppidum Franckenthal à Caluinistis è Belgio profugis, permittente Frederico Comite Palatino Rheni.

72. Monasterium B. Mariæ Virginis in Swauenheim, diœcesis Moguntinæ, est quasi recuperatum.

73. Monasterium in Rauensbergen, diœcesis Moguntinæ. anno 1629. est recuperatum.

74. Monasterium B. Mariæ in Arena propè Stralen Geldriæ oppidũ, diœcesis Coloniensis, nunc Ruremundensis, floret.

75. Monasterium S. Martini iuxta oppidum Turicense, diœcesis Constantiensis.

76. Monasterium Corporis Christi in Bloemenberch, diœcesis Paderbornensis. speramus breui recuperandum.

77. Monasterium S. Martini in Zindelfingen, diœcesis Constantiensis.

78. Monasterium B. Mariæ Montis sigorum vulgo Berenberch, diœcesis Constantiensis.

79. Monasterium S. Laurentij in Hessia propè Sarburch, diœcesis Metensis. anno 1629. est recuperatum.

80. Monasterium B. Mariæ in Bardenhelm in Holsatia diœcesis Bremensis.

81. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Merkeshusen in Hassia diœcesis Moguntinæ.

82. Monasterium S. Georgij martyris in Sirbeco, diœcesis Ratisbonensis.

83. Mons B. Mariæ propè fluuium Isonis, diœcesis Caminensis.

Cœnobia Monialium Capituli VVindesemensis.

Primum monasterium Campi B. Mariæ in Vrbe Ambstelrodamensi in Hollandia, diœcesis olim Vltraiectensis.

2. Monasterium Vallis S. Barbaræ in Thuris oppido Brabantiæ, diœcesis olim Leodiensis, nunc Mechlinienſis. floret.

3. Monasterium B. Mariæ, & S. Agnetis in Deipenvene propè Dauentriam diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Dauentriensis.

4. Monasterium B. Mariæ in Redinchem propè Wageningam in Ducatu Geldriæ, diœcesis Vltraiectensis.

5. Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Bronopia prope Campos oppidum, diœcesis olim Vltraiectensis, nunc Leouardiensis.

6. Vallis Angelorum in Bonna oppido, diœcesis Colonienſis. floret.

7. Monasterium Hierusalem in Vrbe Vltraiectensis eiusdem diœcesis.

8. Monasterium S. Agnetis in Dordraco Hollandiæ oppido, diœcesis Vltraiectensis.

9. Monasterium B. Mariæ in Bethania prope Mechliniam diœcesis olim Cameracensis, nunc Mechlinienſis, floret.

10. Monasterium B. Mariæ in Vrbe Gandensi, diœ-

si, diœcesis olim Tornacensis, nunc Gandensis, floret.

12. Monasterium B. Mariæ in Facons, siue Facens in Vrbe Antuerpia, diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpiensis. floret.

13. Monasterium B. Mariæ in Neomago Geldriæ oppido, diœcesis olim Coloniensis, nunc Ruremundensis, est nunc valetudinarium, seu nocomium.

14. Domus Præsentationis B. Mariæ Virginis fundata in Oosimal, translata in Antuerpiam, eiusdemque diœcesis.

Hactenus ex Ordinario Capituli Windesemensis supra citato.

Est & monasterium Virginum Regularium in Oostual Brabantiæ pago diœcesis Antuerpiensis.

Caterum canonici Regulares Capituli Windesemensis proprium habent Breuiarium ad horas canonicas legendas, ac cantandas, Louanij anno 1546. excusum. nunc autem vsum Romanum ante decem annos admiserunt.

Fuit itaque olim longè celeberrima, atq; amplissima congregatio Windesemensis, sed quæ plurima post hæreses in Germania ac Belgio ejectas monasteria amisit.

CAPVT SEXAGESIMVM QVINTVM.

De Viris Illustribus, qui floruerunt in eadem Congregatione VVindesemensi.

Horum hæc congregatio multis viris eximijs sanctitate, & doctrina illustribus, & per Dei gratiam in præsentiarum floret, cuius Angelicam in terris conuersationem sibi futuram gratissimam ante illius functionem certissimis indicijs Deus ipse monstrauit. scribit enim autor Chronici Windesemensis lib. 1 c. 7. quod sæpè in loco illo, vbi nunc Chorus & Ecclesia, & totus claustri ambitus in Windesem sunt constructi, dealbatorum virorum Angelicæ visiones ab vtriusque sexus colonis Villæ de Windesem frequenter visæ sunt, & auditæ, laudes Deo concinnentes, processiones peragentes, mirisque modis Ecclesiæ Dei assistentis rem, iubilumq; præferentes, & simili eius modo in alijs locis Ordinis, & Capituli Windesemensis, vt B. Mariæ propè Horn & monticulæ Agnetis, & in Nazareth Westphaliæ ante primam ipsorum fundationem dealbatorum virorum apparatus nonnunquam cum multo lumine, sonitu nolarum, tinnitu cymbalorum audiri, & visi referuntur, vulgaribus eorum incolis

si, diœcesis olim Tornacensis, nunc Gandensis, floret.

12. Monasterium B. Mariæ in Facoas, siue Facens in Vrbe Antuerpia, diœcesis olim Cameracensis, nunc Antuerpiensis, floret.

13. Monasterium B. Mariæ in Neomago Geldriæ oppido, diœcesis olim Colonien sis, nunc Ruremundensis, est nunc valetudinarium, seu nocosomium.

14. Domus Præsentationis B. Mariæ Virginis fundata in Oostmal, translata in Antuerpiam, eiusdemque diœcesis.

Hactenus ex Ordinario Capituli Windesemensis supra citato.

Est & monasterium Virginum Regularium in Oostmal Brabantiæ pago diœcesis Antuerpiensis.

Cæterum canonici Regulares Capituli Windesimensis proprium habent Breuiarium ad horas canonicas legendas, ac cantandas, Louanij anno 1546. excusum, nunc autem vsum Romanum ante decem annos admiserunt.

Fuit itaque olim longè celeberrima, atq; amplissima congregatio Windesemensis, sed quæ plurima pessimæ hæreses in Germania ac Belgio enatas monasteria amisit.

CAPVT SEXAGESIMVM QVINTVM.

De Viris Illustribus, qui floruerunt in eadem Congregatione VVindesemensi.

I. FLoruit hæc congregatio multis viris eximijs sanctitate, & doctrina illustribus, & per Dei gratiam in præsentiarum floret, cuius Angelicam in terris conuersationem sibi futuram gratissimam ante illius fundationem certissimis indicijs Deus ipse monstrauit. scribit enim autor Chronici Windesemensis lib. 1 c. 7. quod sæpè in loco illo, vbi nunc Chorus & Ecclesia, & totus claustri ambitus in Windesem sunt constructi, dealbatorum virorum Angelicæ visiones ab vtriusque sexus colonis Villæ de Windesem frequenter visæ sunt, & auditæ, laudes Deo concinnentes, processiones peragentes, mirisque modis Ecclesiæ Dei militantis ritum, iubilumq; præferentes, & simili etiã modo in alijs locis Ordinis, & Capituli Windesemensis, vt B. Mariæ propè Horn & montis sanctæ Agnetis, & in Nazareth Westphaliæ ante prænam ipsorum fundationem dealbatorum virorum apparatus nonnunquam cum multo lumine, sonitu nolarum, tinnitu cymbalorum auditi, & visi referuntur, vulgaribus eorum incolis veritati testimonium perhibentibus, cultum diuinum, & Ecclesiasticum præsignantes officium, sacramentorumque ministeria perpetuis ibi futuris temporibus à fidelibus peragenda.

Nec illud silentio tegendum, quod de monasterio Rubeæ Vallis, & de canonicis eiusdem loci R. admodum Pater, & de nostro ordine optimè meritus Heribertus Rosweidus in epistola liminari ad Chronicon Windesemense scribit: *Sanctitatu eluxere specimina in Ioanne, cui à sapientia cognomen erat, qui ita ardentes ad Deum preces effundebat, vt immensum sæpè lumen circa caput eius fulgere visum sit, Ioannes Gielemannus puerulum gestasse a Ioanne Duye, qui ei sacra operanti ministrabat, conspectus est. Tanta quoque pietate rem diuinam faciebat Gulielmus Proeckius tertius Prior, vt Cameracensis Antistes sæpius se Bruxellæ subtraheret, vt in Rubea Valle viri sancti sacrificio interesset, & à tam sancto fonte pietatis fluenta in suam familiam derivaret. VVinandus etiam coquus prophetiæ gratia donatus legitur.*

II. QVid dicam de venerabili viro Ioanne Ruysbrochio, ad quem magnum Gerardum audita illius fama per longinqui itineris spatium perrexisse ad videndam illius præsentiam corporalem, & vt eius vocem tanquam Spiritus sancti fistulam audiret sua verba resonantem scribit in eius vita venerabilis Thomas de Kempis cap. 10. quem Dionysius Carthusianus tract. 2. de Donis Spiritus sancti virum mirabilem, & alterũ Dionysium Areopagitam à Spiritu sancto instructũ, Ioannes Molanus in Additionibus ad Martyrologium Vsuardi sub die 2. Decembris virum doctrina, & sanctitate clarum, ac demum Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis virum diuinæ contemplationi addictissimum vocauerunt, alijque autores fide digni illius sanctitatem, & eruditionem miris elogijs, & epithetis docuerunt, quorum attestationes in libello Antuerpiæ nunc edito, & ad me Romam transmisso sanctissimo Domino nostro Gregorio XV. pro ipsius venerabilis viri Ioannis Ruysbrochij beatificatione præsentando, copiosissima videri possunt.

III. NOn sunt etiam omittendi sex illi boni viri, qui eidem Capitulo Windesemensi prima fundamenta posuerunt, quorum nomina hæc fuerunt. Primus Dominus Henricus Clingibile de Huxaria sacerdos. Secundus Wernerus Keynkamp de Lochem. Tertius Henricus Wilsen de Kampis. Quartus Ioannes de Kempis frater venerabilis Thomæ. Quintus Henricus Welde de Busco Ducis, & Sextus Bertholdus Tenhaue, qui dedit allodium ad construendum ipsorum monasteriũ Windesemense, qui omnes in multis probati sanctè, & laudabiliter in Religione vixerunt, quique ad prælaturas euecti, verbo, & exemplo congregationem multis locis, & personis auxerunt. Horum res gestas, & multorum aliorum prosequitur autor eiusdem Chronici toto lib. 2.

to lib. 2. quæ idcirco apud illum videri possunt, ac etiam in Chronico Capituli montis S. Agnetis per venerabilem Thomam à Kempis compilato, quorum nomina piè credendum est, fuisse à Domino signata in libro Electorum in cœlis. Ac etiam illorum Catalogo illos additos, qui an. Christi 1572. ab Hæreticis Geusijs pro Fide Catholica crudeliter extincti fuerunt, videlicet frater Gerardus Guibrandi in monasterio Nouæ lucis apud Hornam Hollandiæ oppidum strangulatus, frater Ioannes Osterwicanus Rector Monialiũ suspendio necatus, frater Theodorus Arduini vulneribus cõfossus, frater Arnoldus Somerens, & frater Ioannes Gonghel sacerdotes professi monasterij sancti Hieronymi Ruremundæ dirè laniati, quos omnes ex relatione Reuerendissimi Patris Fratris Scooffij eiusdem congregationis Prioris Generalis didici. Item canonicus alius incerti nominis ex antenna suspensus, referente Surio tom. 5. sub die vigesima sexta Octobris.

IV. Floruerunt etiam in monasterijs eiusdem cõgregationis, ac ex illis prodierunt multi viri docti, & in omni scientiarum genere versatissimi, vtpotè ex monasterio Viridis Vallis Ioãnes Rusbrochius eiusdem loci Prior proximè nominatus, de quo Cardinalis Bellarminus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis: *Ioannes Rusbrochius natione Belga, Prior monasterij Vallis Viridis, vir diuinæ contemplationi addictissimus scripsit lingua sua patria, quæ in Latinam linguam conuersa edita sunt Colonia 1552. sunt autem: Summa totius vitæ spiritualis. Speculum salutis æternæ. Commentaria in tabernaculum Moysis, Tractatus de præcipuis virtutibus. Liber de fide, & iudicio, de quatuor tentationibus, de septem custodijs, de septem gradibus amoris, de Nuptijs spiritualibus libri tres. Viuebat hic autor anno 1390. Hunc etiam Doctorem carpsit Ioannes Gerson, & defendit Dionysium Cartusianum, id enim accidere solet ijs, qui scribunt de Mystica Theologia, vt eorum dicta ab alijs reprehendantur: ab alijs laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.* Hæc ille. Qui verò illius libros è Germanica in linguam Latinam vertit, is fuit Laurẽtius Surius, sed præter Dionysium Carthusianũ habuit idem Rusbrochius defensorem acerrimũ contra Gersonem, Ioannem Sconhouium eiusdem monasterij Vallis Viridis canonicũ, & Subpriorem, doctrina eruditissimum, & eloquio facundissimum, ac disertissimum, de quo Ioannes Trithemius in lib. de Viris Illustribus Germaniæ scribit.

Ioannes de Sconhouia ordinis canonicorum Regularium sancti Augustini monasterij Viridis Vallis in Brabantia Cameracensis Diœcesis, in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio subtili, sermone compositus, vita, & conuersatione deuotus, scripsit quædam non spernenda lectionis opuscula, quorum lectio deuotis fratribus perquam vtilis iudicatur, ex quibus illa feruntur: Exhortatorium spirituale ad nepotem suum liber vnus. De cursu monachi lib. 1. de Professu monachi lib. 1. Defensorium Ioannis Rusbrochij contra Ioannem Gerson lib. 1. Sermones quoque varios edidit, & plures ad diuersos epistolas, & alia complura, claruit sub Sigismundo Imperatore tempore Concilij Constantiensis anno Domini 1420.

Arnoldus Buderick monasterij Vallis Rubeæ apud Bruxellas canonicus professus, & monasterij in Elzingen propè Aldenardam Flandriæ oppidum fundator, de quo hæc habet Heribertus Rosweidus in epistola liminari Chronici Windesemensis: *Eruditionem suam posteris probauit Arnoldus Buderich imitator monasterij in Elzingen propè Aldenardam, qui stricta solutaque oratione valet. Odarum de laude Dei libros duodecim, in psalmum septuagesimum tractatus tredecim, aliaque opuscula concinnauit.*

Refert ibidem dictus autor alios duos viros ex eadem congregatione insignes Ioannem Goldmannum, & Antonium Gheens, quorum Prior tam sedulus scriptor fuit, vt vltra viginti volumina suæ manu exarauerit: posterior verò quatuor tomos de Vitis Sanctorum posteritati reliquit.

V. THomas de Kempis totius orbis celeberrimus, de cuius laudibus eum multi multa præclarè scribant, tum in primis edisserunt Trithemius in lib. de Viris Illustribus Germaniæ, & in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis. Cardinalis Bellarminus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & nouissimè Heribertus Rosweidus in lib. quẽ Vindicias Kempensis adtitulauit, cuius viri opera, quòd modò notissima sint, & piorum omnium manibus terantur, illorum indicem hic texere opus non erit. Scripsit autem inter alia opus illud aureum, nec satis vnquam laudatum, & vel ab ipsis Turcis, & infidelibus magno in pretio habitum, de Imitatione Christi quatuor libris distinctum. Hoc opus à caulis Kempensibus abegerat Constantinus Caietanus monachus ex ordine S. Benedicti, vt suo cuidam Ioanni Gessen, siue Gersen, siue de Gessate, (nec dum enim de cognomine illi satis constitit) adscriberet, quem in monasterio S. Gratiani Castri Aronæ ad ripas Verbani in Agro Mediolanensi olim fuit ordinis S. Benedicti Abbatem finxit. Cæterum idem opus ab autore non vero, & illegitimo Domino vindicatum, suo legitimo restituit Heribertus Rosweidus libello ea de causa edito, cuius est titulus *Vindiciæ Kempenses*: in quo euidenter probat, ipsum opus de Imitatione Christi, quod incipit: *Qui sequitur me, &c.* ipsi venerabili Thomæ de Kempis adscribendum, cum ex multis, tum ex autographo eiusdem Thomæ charactere exarato, quod in suo Belgio fatetur adseruari. Sed ipse casse Constantinum Caietanum. Verum quæ in eius repetitione noui nihil additum, nec vbi liber impressus fuerit, vel cuius autoritate ex illius impressione constare potest, nec ipse Rosweidus plura addere dignum æstimauit, nec ipse adeo.

IOannes Baleus (sum. per errorem Trithemius Vodmius (at Arnoldum) ex Trithemio de Viris Illustribus Germaniæ, canonicus Regularis S. Augustini monasterij Vindesemensis in Diœcesi Traiectensi, & aliquãdiu eiusdem Prior in Salia Saxoniæ Diœcesis Hildesemẽsi, scribit Rudolfum in Scripturis sanctis, moribus honestis, & sermone sacrorum deuotum. Scripsit aperto sermone non abiecta opuscula, quorum lectio deuotis fratribus, & deuotæ suæ amatoribus vtilis iudicatur, è quibus tamen tam in manus nostras inemini peruenisse legi volumen illud quod scripsit de viris illustribus Ordinis sui, & monasterij Windesemensis lib. 1. de Origine quoque monasterij deuotionis, & reformationis Ordinis sui lib. 1. epistolam præterea de modo profitendi in Religione. Cæterum scripsit, ad manus meas non venerunt. Claruit sub Friderico Imperatore III. anno Domini 1470.

VI. Trithemius de Vetde Patria Geldrensis canonicus regularis ordinis S. Augustini in Franckenthal, Wormatiensi dioecesis vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, Philosophiæ, & allronomiæ, Cosmographiæque celebris, ingenio profundo, acuto, & valde subtili sermone compositus, vita, & conuersatione deuotus, scripsit quædam perutiles, & mirabiles volumina, quibus acrimoniam ingenij sui egregiè patenter ostendit, è quibus sunt Laudes diuinæ sui lib. 1. opus subtilissimum de toto vniuersi libri 1. de Mundi principio, medio, & fine, quod præmittit Empredocli suum lib. 1. item compendium humanæ, quod præmittit Empredocli suum lib. 7. Tabulæ quoque multæ in diuersis materijs non minus vtiles quam subtiles, sermones etiam complures ad populum appropriatos, & diuersa carmina, sed & quædam non abiicienda in Mathematica: Hæc ex Trithemio de viris illustribus Germaniæ; qui etiam addit, illum epistolas plures ad se, & alios scripsisse, ac denique, nonnulla alia, & vixisse quinquagenarium in Dromotein Villa Wormatiensis territorij plebanum, quo tempore Trithemius librum istum scribebat anno 1495.

VII. IOannes quoq; Mauburnus Bruxellensis Abbas sanctæ Mariæ Liriacensis propè Parisiũ inter illius congregationis canonicos numerandus est, si vera sunt, quæ de illo Trithemius in lib. de Viris Illustribus in hunc modum scribit: Ioannes de Bruxella oppido Brabantiæ oriundus, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, monasterij S. Ignatij propè Zevellas, vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio sublimi, & compto eloquio, scripsit volumen magnum, & non inutile ad institutionem omnium Christianorum, quod præmittit Rosetum exercitiorum spiritualium, & sacrarum meditationum lib. 2. item de vita illustrium sui ordinis lib. 1. & quædam alia nobis ingnota. Vixit adhuc, vt intelligo in oppido Campi sacri Confessoris Montalbani & varia scribit sub Maximiliano anno 1495. illum verò fuisse canonicum istius congregationis habes ex ipsomet in Venatorio lib. 1. cap. 125.

VIII. Tilmannus quoque Dulmanicensis Patria

VI. IOannes Basilius (cum per errorem Trithemius vocat Arnoldum) ex Trithemio de Viris Illustribus Germaniæ, canonicus Regularis S. Augustini monasterij Windesemensis in Diœcesi Traiectensi, & aliquando Prior eius. Sulta Saxoniæ Diœcesis Hildesemensis, vir studiosus in Scripturis sanctis, moribus honestis, conuersatione deuotus. Scripsit aperto sermone non abiecta opuscula, quorum lectio deuotis fratribus, & saluti sua amatoribus vtilis indicatur, è quibus tamen nonnulla manus nostras meminimus peruenisse: legi volumen illud quod scripsit de viris illustribus Ordinis sui, & monasterij Windesemensis lib. 1. de Origine quoque monasterij eiusdem, & reformatione Ordinis sui lib. 1. epistolam præterea de modo proficiendi in Religione. Cætera quæ scripsit, ad manus meas non venerunt. Claruit sub Friderico Imperatore III. anno Domini 1470.

VII. Vilhelmus de Velde Patria Geldrensis canonicus regularis ordinis S. Augustini in Frankenthal, Wormatiensis diœcesis vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, Philosophus, & Astronomus, Cosmographusque celebris, ingenio profundus, acutus, & valde subtilis sermone compositus, vita & conuersatione deuotus scripsit quædam opuscula, & miranda volumina, quibus scrutatorem scripturarum intelligentibus patenter ostendit, è quibus sunt Laterani sui lib. 1. opus subtilissimum de toto vniuerso lib. 1. de Mundi principio, medio, & fine, quod præterea scripsit Empireale maius lib. 1. 4. item compendium huius operis, quod præmittit Empireale minus lib. 7. Talia quoque multa in diuersis materijs non minus vtiles, quam subtiles, sermones etiam complures ad populum, epigrammata, & diuersa carmina sed & quædam mathematica: Hæc ex Trithemio de viris illustribus Germaniæ; qui etiam addit, illum epistolas plures ad se, & alios scripsisse, ac demortuum, nonnulla alia, & vixisse quinquagenarium in Dormotein Villa Wormatiensis territorij celebrium, quo tempore Trithemius librum istum scribebat anno 1495.

VIII. IOannes quoq; Mauburnus Bruxellensis Abbas sanctæ Mariæ Liuriacensis propè Parisiũ literatissimus congregationis canonicos numerandos est, si vera sunt, quæ de illo Trithemius in lib. de Viris Illustribus in hunc modum scribit; Iohannes de Bruxella oppido Brabantiæ oriundus, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, monasterij S. Agnetis prope Zwollas, vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, & secularis literaturæ non ignarus, ingenio clarus, & comptus eloquio, scripsit volumen magnum, & non inutile ad institutionem omnium Christianorum, quod præmittit Rosetum exercitiorum spiritualium, & sacrarum meditationum lib. 2. item de viris illustribus sui ordinis lib. 1. & quædam alia nobis negauit. Vixit adhuc, vt intelligo in oppido Campis sociam Confessorū Monialium & varia scribit sub Maximiliano anno 1495. illum verò fuisse canonicum dictæ congregationis habes ex ipsomet in Venatorio lib. 2. cap. 125.

Tilmannus quoque Dulmanensis Patria Westphalus, ordinis S. Augustini canonicus in Bodiken monasterio dictæ congregationis, quod est in Paderbornensi diœcesi, & Prior in Druttenhusen vir in diuinis Scripturis studiosus, & eruditus, ingenio promptus, sermone compositus, vita, & conuersatione deuotus, scripsit insigne volumen de Laudibus B. Mariæ Virginis, quod coronam S. Mariæ prænotauit. Item super illis verbis Domini: Nisi quis conuersus fuerit sicut paruulus, longam & non inutilem tractationem lib. 1. alia quoque nonnulla scripsisse dicitur. viuebat anno 1495. ex Trithemio.

Martinus Lypsius iusti Lypsij patruus, & S. Martini Louaniensis canonicus, cuius ingenium, pietatem, & eruditionem Aubertus Miræus in elogijs virorum illustrium sui Belgij sic commendat: *Martinum Lypsium cuem meum a se, & iusto Lypsio Cl. V. cuius patruus maior fuit, celebrem, si prudens præteriero, improbus sanè, si imprudens, negligens meritò videar. fuit in hoc viro multiplex eruditio, exacta linguarum Græcæ, tum Latinæ cognitio, sacrarumque rerum haud mediocris intelligentia. Illud verò solidæ virtutis, ac pietatis specimen fuit, quod fallaces huius vitæ spes secum reputans, mente diuinitus monita, vitaque ratione conuersa, ambitioni Vrbis Aulicæ Bruxellensis, in qua honestè loco natus erat, se subtraxit, & diuino se cultui totum mancipauit, in vetustum sub D. Martini patrocinio canonicorum D. Augustini Louaniense cœnobium, velut in portum se recepit. Hic in Bibliotheca se abdens, Macrobij, Hilarij, Augustini, Hieronymi, aliorumque veterum Scriptorum opera cum membranis comparando, eadem mirificè illustrauit. Chrematij etiam hominis, & Symmachi Vrbis Præfecti epistolarum libros in lucem donauit. Post vt erat singulari prudentia sodalibus suis præfectus, in medijs etiã muneris sui curis, molestijsque nullam animo requiem dedit: neque suis duntaxat laboribus Reipublicæ prodesse statuit: sed & discipulos in ijs Garetium, Latomum, Costerium, Vlmmerium, qui in eadem bene merendi palæstra diu, multumque desudarunt, eduxit. Ætate grauis Crucelensis agri Leodiensis ad Hueuse oppidum sacris Virginibus Cœnobiarcha datus, exinia morum innocentia complures annos præfuit, tbique cum veteribus amicis, id est libris assiduè versatus placidissimæ demum morte pius senex è vita excessit anno 1555. Sodales Martiniani hoc illi monumentum &c.*

Squallida multa situ veterum monumenta iacebant.
Abdebatque sine Bibliotheca sinu.
Eruit hæc tenebris, & castigauit vterque
Lypsius, antiquum restituitque decus.
Sic par conditio est Martinum sacra decebant,
Iustus Romanam restituit historiam.

Ioannes Garetius Louanij natus, atq; in studijs fœliciter educatus, cum eidem Martiniano in patria monasterio se dicasset, Mischagenibus agri Antuerpiẽsis Virginibus sacris præficitur, quibus alio cõmigrantibus, ipse Gandauũ ad similẽ prouinciã accersitur, vbi in Cornelij Iansenij Antisti-

tis doctissimi familiaritate acquieuit; cumq; imminentem Belgio cladem animo præuideret, cæpit, vt erat antiquitatis peritissimus, Classes nouē de vera Corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ præsentia aduersus sacramentariā pestem, è sanctis vtriusq; linguæ Patribus, ætatis cuiusq; habita ratione, summa industria colligere, ac bono publico foras dare, sed & mortuos precibus viuorum iuuari, sanctosq; à nobis rectè inuocari, quę in dubium vocarī à sectarijs solent, adiuuante Iacobo Pamelio Brugensi, pari methodo adstruxit. vir certè de Ecclesia, qua scribendo, qua concionando, nam & diserte ad populum de verbo Dei differebat, bene meritus, & à Francisco Turriano, & Roberto Bellarmino Societatis Iesu Theologis doctrinæ, atque industriæ nomine apprimè laudatus. Gandauo Louanium veniens, à sodalibus humaniter exceptus, calculi, qui familiaris doctorum hominum morbus est, doloribus extinguitur, anno 1571. Iusta carmine persoluit Ioannes Latomus collega. ex Miræo ibidem.

Parem Ioanni Latomo, quam viris doctrina illustribus à Paulo Iouio Nucerino Episcopo celebratis gratiam præstitit, quid ni referā? Hic Belgis ad Zomam fluuium apud Brabantos natus, Throniani iuxta Herentaliam canonicis Augustinianis Cœnobiarcha multos annos cum laude præfuit, cumq; ad poësim quasi natus videretur, Psalterium, & ipse versibus, vt alter Iacobus Latomus reddidit: sed difficultate temporum præpeditus, non euulgauit, inter varia puri, & candidi sermonis latini poëmata, quæ ad Iouiana lusit elogia, immortalem sibi gloriam peperit, vt qui vnà cum Iouio viuere in singulis videatur Romā negotiorum sui ordinis causa profectus, indeque reuersus, Antuerpiæ moritur 7. Calend. Sextilis anni 1578. atque in cœnobio sacrarum virginum Facontinarum humo mandatur.

CAPVT SEXAGESIMVM SEXTVM.

De quatuor alijs Congregationibus videlicet Marbacēsi, Vallis Viridis, Nussiensi, & Olomutiensi omnium Sanctorum nuncupatis.

I. PRæter duas supradictas Congregationes Aroasiensem, & Windesemensem, sunt, qui scribant fuisse olim in Belgio, & in vtraque Germania tres alias Congregationes, quarū prima dicebatur Marbacensis, secunda Vallis Viridis, tertia Nussiensis, quarta verò, quæ nunc etiam extat, omnium Sanctorum Olomutiensis in Morauia.

Prima Congregatio Marbacensis ab Oppido Marbach in Alsatia sic dicta circa annum Christi Saluatoris 1090. vel 1094. sua primordia sortpit. de qua Ioānes Mauburnus in Venatorio lib. primo cap. 9. sic scribit: *Circa hæc etiam tempora, sed quo anno non tam certum est, videtur exorta Marbacensis monasterij Capitularis congregatio, quæ tunc erat florentissima, vt patet ex Bulla Honorij, eadem, tis: Honorius Episcopus seruorum Dei dilectis filijs Gonardo Præposito, & eius fratribus Marbacensi Ecclesia canonicis sal. & ap. ben. Quia sperctu propriæ fragilitatis &c. Quæ domus quàm late effloruerit, quam districtam vitam duxerit, quam sublimata fuerit, testimonio sunt capitularia congregatio ferè 300. monasteriorum, Constitutiones, Reliquiæ, caput siquidem S. Matthæi, brachium diui Christophori, & alia complura huiusmodi Sanctorum insignia ibidem habentur. Præterea, & altissima habent statuta de silentio, de non vescendis carnibus, & pœnitentijs agendis, vt enim ipsorum cap. 78. habetur: Si quis superbus fuerit &c.* aliud non vidi.

Congregationē Vallis Viridis Syluester Marolicus in sua Historia omnium Christianarum Religionum, Mare Oceanum vocata, scribit cœnobio Vallis viridis propè Bruxellas in Brabantia, tanquam à capite, suam originem, & nō cupationem deduxisse eamq; per Italiam, Siciliam, & alias Europæ regiones non modicè propagatam, indicio esse nonnulla monasteria canonicorum regularium, & canonissarum sub hoc nomine Vallis Viridis in quibusdam ciuitatibus erecta: nam propè Cremonam erat monasterij Vallis Viridis nuncupatum ordinis canonicorū regularium S. Augustini, quod postea monasterio S. Petri de Pado eiusdem ordinis fuit vnitū, poterat addi monasterium canonissarum eiusdē ordinis, & instituti intra ciuitatem, quod canonicis destitutum, monialibus ordinis Cisterciensis est traditum, quæ in præsentarum illud tenēt: deficientibus enim canonicis in monasterio extra ciuitatem posito, etiam canonissæ in monasterio intra ciuitatem constituto defecerunt, sic in ciuitate Messana in vlteriori Sicilia extat monasterium, quod S. Catharinæ Vallis Viridis vocatur, canonissarum ordinis S. Augustini, anno 1200. à quadam Regina Cypri fors curatem, sub inuocatione beatæ Mariæ Vallis Viridis fundatum, quod anno 1200. intra ciuitatem sub titulo S. Mariæ, & S. Catharinæ Vallis Viridis fuit translatum. Extat aliud eiusdem instituti in ciuitate Panormi S. Luciæ Vallis Viridis, aliud in Taormina, aliud in Castro veteri, eidem monasterio Messanensi subiecta: nam illius monasterij Abbatissa ante Concilium Tridentinum hæc omnia monasteria visitebat, & nunc etiam hæ Abbatissæ, ac Priorissæ per Abbatissam S. Catharinæ ciuitatis Messanæ confirmari solēt, hicbuntur turque prædicta monasteria immediatè Sedi Apostolicæ. Gestabant olim tunicam lineam, &

uerochertum, vt canonici. Verum decimentibus ibi canonicis, sub quorum regimine degebant, obsirmutationem Dominorum temporalium, dissensiones bellorum ipsæ canonissæ paulatim numero, ac earum dignitate imminutæ, aliud religionem, & cum eo nigrum habitum sumpserunt, retinēs semper D. Augustini regula, & etiam rochetum, quod induunt cum ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentū sumendum accedūt. Hęc Mauroleus, & alia multa ibidem, vbi inter viros illustres sūtæ congregationis Ioannem Rusbrochium, & Ioannem Sconhouium recenset monasterij Vallis Viridis apud Bruxellas canonicos, quorum meritis capite præcedenti est habita.

II. CÆterùm si vera sunt, quæ traduntur de prima eiusdem monasterij fundatione, illud fecit anno 1349 primo sub B. Augustini regula instructum, cum antea non monasterium canonicorum, sed locus esset quorundam eremitarum, nempe nunquam; illius Priorem fuisse memoratū Ioannem Rusbrochium, qui anno 1381. 2. Decembris in Domino obdormiuit, cum monasteria quæ Mauroleus in Italia, & vlteriori Sicilia creaden congregatione numerat, longè antiquiorem habeant originem, & fundationem, nō video, qua ratione consistere possit, prædictam congregationem ab hoc monasterio suam originem duxisse: nam à priori posterius deriuat, nō è posteriori, ac præsertim, quod ipsum cœnobium Vallis Viridis apud Bruxellam paulò post illius fundationem Capitulo Windesemensi in vnum corpus congregationis se sociauit procurante in primis Ioanne Sconhouio illius Superiore, vt ex lib. 1. Chronici Windesemensis cap. 40. superius est narratum. Verum vt vt sit de capite, constat ex varijs monasterijs virorum, & mulierum eiusdem nominis, & institutis variis locis, & prouincijs constitutis, fuisse olim congregationem canonicorum regulariū, quæ Vallis Viridis vocabatur: etsi nec illius originem, nec Catalogum monasteriorum teneamus. Ad quam congregationem puto spectauisse monasterium S. Mariæ Vallis Viridis foris Bononiam propè portam S. Mariæ, quod nunc mensæ episcopali est vnitum. Ex Cataflico bencficiorum diœcesis Bononiensis.

III. COngregatio Nussiensis apud Nussiam nūc Nouesium oppidum Colonicnsis diœcesis circa tempora Philippi XLIV. Colonicnsis Archiepiscopi qui in viuis agebat 1170. ortum habuit, vt Molano lib. 1. de canonicis cap. 14. vbi de earum canonicis communem vitæ vsum abijcientibus differens, hæc habet: *Sed hæc etiam Coleniensium immutata sunt sub Philippo XLIV. Episcopo: Lexiouium præsidentibus, alij in vita regulari observantia permanere volentes Nussiense monasterium inhabitarunt.* Vnde habes, istam congregationem non ab aliquopiam alterius instituti excogitatā, sed ab antiquis canonicis in regulari obseruātia,

ue rochetum, vt canonici. Verum dencientibus ibi canonicis, sub quorum regimine degebant, ob immutationem Dominorum temporalium, & eversiones bellorum ipsæ canonicæ paulatim numero, ac etiam dignitate imminutæ, aliud regimen, & cum eo nigrum habitum sumpserunt, retenta semper D. Augustini regula, & etiam rochetto, quod induunt cum ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentū sumendum accedūt. Hęc Maurolycus, & alia multa ibidem, vbi inter viros illustres dictæ congregationis Ioannem Rusbrochium, & Ioannem Sconhouium recenset monasterij Vallis Viridis apud Bruxellas canonicos, quorum merito capite præcedenti est habita.

II. CÆterūm si vera sunt, quæ traduntur de prima eiusdem monasterij fundatione, illud fuisset anno 1349 primo sub B. Augustini regula instructum, cum antea non monasterium canonicorum, sed locus esset quorundam eremitarum, primumq; illius Priorem fuisse memoratū Ioannem Rusbrochium, qui anno 1381. 2. Decembris in Domino obdormiuit, cum monasteria quæ Maurolycus in Italia, & vlteriori Sicilia eadem congregatione numerat, longè antiquiorem habeant originem, & fundationem, nō video, qua ratione consistere possit, prædictam congregationem ab hoc monasterio suam originem duxisse; nam à priori posterius deriuat, nō è contra posteriori, ac præsertim, quod ipsum cœnobium Vallis Viridis apud Bruxellam paulo post illius fundationem Capitulo Windesemensi in vnum corpus congregationis se sociauit, procurante in primis Ioanne Sconhouio illius Superiore, vt ex lib. 1. Chronici Windesemensis cap. 40. superius est narratum. Verum vt vt sit de capite, constat ex varijs monasterijs virorum, & mulierum eiusdem nominis, & institutis varijs locis, & prouincijs constitutis, fuisse illam congregationem canonicorum regularium, quæ Vallis Viridis vocabatur; etsi nec illius originem, nec Catalogum monasteriorum teneamus. Ad quam congregationem puto spectauisse monasterium S. Mariæ Vallis Viridis foris Bononiam propè portam S. Mariæ, quod nunc mensæ episcopali est vnitum. Ex Cataslico bencfeciorum diœcesis Bononiensis.

III. COngregatio Nussiensis apud Nussiam nūc Nouesium oppidum Colonicnsis diœcesis circa tempora Philippi XLIV. Colonicnsis Archiepiscopi qui in viuis agebat 1170. ortum habuit, ex Molano lib. 1. de canonicis cap. 14. vbi de antiquis canonicis communem vitæ vsum abijcientibus differens, hæc habet: *Sed hæc etiam Colonia commutata sunt sub Philippo XLIV. Episcopo: laxiores enim prævalentibus, alij in vita regularis observantia permanere volentes Nussiense monasterium inhabitarunt.* Vnde habes, istam congregationem non ab aliquopiam alterius instituti excogitatā, sed ab antiquis canonicis in regulari obseruātia, quam à maioribus didicerant, manere volentibus, inchoatam. De hac congregatione ita scribit autor Chronici Windesemensis c. 44. *Hinc est, quod Patres Capituli Generalis Nussiensis, duodecim habentes monasteria sibi vnita frequentius adhoc instituerunt, vt Generali Capitulo nostro de VVindesem ex toto vnirentur, quod tamen plurimis de causis partim vtriusque multis annis fuit impeditum, & non omnino inutiliter sic delatum, cum vnum aliud in seruore nisum fuit semper præire, ac plura sibi monasteria ad reformandum conaretur vnire. tandem ipsi Patres ad se inuicem, mutuamque charitatem dextera Dei obstetricante, conuenerunt, certum modum conceperunt, quo in habitu, & statutis perfectè se conformarent, & cum in vnum conuenissent, capitularem vnionem diffiderantes Patres & conuentus Capituli Nussiensis, ab omnibus Patribus Capituli Generalis de VVindesem hoc modo sunt admissi, si vota fratrum omnium, & singulorum conuentuum sigilla ad præmissa assistantium Capitulo de VVindesem præsentarent, & impedimenta colligationi huiusmodi obsistentia remouerentur quantocius, videlicet quòd statuta, & priuilegia Capituli de VVindesem ad rigorem ordinu spectantia inuiolabiliter obseruarent, nihil inde immutantes, nisi secundum formam statutorum, & quod Capitulo de VVindesem parati sint se submittere, & eius consuetudinibus omnino se conformare, & quod nullus à Sede Apostolica, aut loci Ordinario contrarium impetraret, & cappam plumalem secundum formam à Patribus conceptam, quæ etiam in Constantiensi Concilio olim fuit recepta, & bene approbata, de cætero formarent. Capitulum enim de VVindesem cappam portare consuetum circa faciem non reflexam: & cappa Capituli Nussiensis circa collum fuit rugata, circa faciem reflexa, & lirapipium, siue timpam retro latam duplicem, & oblongam per dorsum habens dependentem.*

In istorum ergo vnione Capitulorum VVindesemense Capitulum assumpsit illam cappam in anteriore parte reflexuram, & Capitulum Nussiense togu circa collum à cappis depositis, cucullam Capituli de VVindesem pro tempore susceperunt. plurimis igitur annis super præmissis diligenti deliberatione prahabita, tandem oēs concordati Capitulo Generali de VVindesem voluntariè se submiserunt, iuxta formam iam præscriptam, literas, & sigilla suorum conuentuum assensum eorum continentes, ad Capitulum secum deferentes. Quapropter cuncti pariter exhilarati: Te Deum laudamus, in tubilo cordis in choro pariter concinerunt, & quia vnū tunc corpus fuerāt effecti, & vnum Capitulū Generale de VVindesem nuncupati, idcirco cōtinuo de vtrisq; tamen Capitulis Definitores tunc sunt electi, & ita vsq; in præsens libenter continuati. Hanc aūt cordiū suorum vnionē, & capitularem colligationem inuiolabiliter, & inconfracte custodierunt vsq; hodie per annos iam triginta tres cum ista conscribimus. Hæc dictus autor.

Ex quibus habes, Capitulum Nussiense ante annū millesimum quadrigentesimū trigesimū, quo ista vnio cum Capitulo Windesemensi facta est, fuisse congregationē duodecim monasterio-

rum distinctam à Windesemensi, toa statuta, & suum habitum exteriorem certis notis distincta ab habitu Windesemensium habentem, & canonicos dictæ congregationis affectu charitatis corda illorum exestante in societatem, & in vnũ corpus cum Windesemensibus transire voluisse, quod vtinam omnes nostri ordinis canonici æmularentur.

IV. CONgregatio omnium Sanctorum in ciuitate Olomutiensi in Morauia ante Alexandrum VI. fuit inchoata, sicut superius diximus, cum de ipsa fundatione monasterij omniũ Sanctorum verba faceremus. Hanc congregationẽ Alexander VI. titulo & priuilegijs nostræ Lateranensis congregationis suo diplomate donauit, quod ab egregio viro Domino Ludouico Sanctolino dictæ congregationis Romæ procurationem agente mihi ostensum legi. Habet aliqua monasteria, ex quibus tria solummodo propter nimiam distantiam locorum, & prælentium temporum difficultates ad meã notitiã deuenerunt.

Primum est ipsum monasterium omniũ Sanctorum Olomutiense, cuius Præpositus vtitur Pontificalibus, & habet locum & votum in Comitijs Generalibus statuũ Moraviæ. Secundum Fulnecense. Tertiũ Sternbergense præter Langstronense dirutũ ab Hæreticis, sunt tamen nonnulla alia monasteria, vt ex quadam electione ab illis facta, cuius exemplum Romam fuit transmissũ, vidi. Aliud de hac congregatione nõ noui.

CAPVT SEXAGESIMVM SEPTIMVM.

De Congregatione canonicorum Dominici Sepulchri Ierosolymitana.

I. HÆc congregatio circa annũ Dom. 1110. in Ecclesia Dominici Sepulchri Ierosolymitana, quæ erat Patriarchalis sub pijssimo Principe Godefrido fuit instituta, siue potius, & verius reflituta, nã ipsa Patriarchalis Ierosolymitana ab illius prima institutione fuit regularis, vt sup. hoc eod. lib. c. 41. ostensum est. Cum autem Christiani Duce Godefrido ciuitatem Ierosolymam de manibus Saracenorum eruissent, ipse Godefridus canonicos regulares, quos de partibus Occidentalibus secum adduxerat, cum religiosis monachis in Eccle. Dom. Sepulchri & templi Domini, & alijs supra memoratis autoritate Apostolica sibi facta collocauit, vt testantur D. Antoninus in 2 parte Hist. tit. 16. c. 14. §. 8. in fine, & Iacobus de Vitriaco supra allegatus. ex quibus Ecclesiis ipsa Patriarchalis non tantum fuit præcipuũ, & peculiare canonici ordinis collegiũ, verũm etiã caput præcipuæ congregationis complurium Ecclesiarum, & collegiorum eiusdem ordinis, quæ Ecclesia siue collegia non solùm in partibus Orientalibus, verùm etiam in Europa, videlicet in Italia, Scotia, in Gallijs, & in Hispanijs olim erant constituta, ex quibus, quæ vel ex literis Apostolicis, vel ex Iacobo de Vitriaco, & alijs probatis autoribus exquiri licuit, hic subijciuntur.

Prima igitur Ecclesia, & caput totius congregationis, à qua tota congregatio nomen habuit, vel obtinebat, erat ipsa Patriarchalis Dominici Sepulchri, cuius Prior cum cæteris canonicis Patriarcham eligebant, qui erat eis loco Abbatis, de qua vide supra cap. 41.

2. S. Petri in ciuitate Ioppe, quæ ciuitas nõ habebat Episcopũ. Sed Ecclesia maior, qua S. Petri dicebatur, per canonicos Dominici Sepulchri regebatur, ex Iacobo de Vitriaco in Hist. Orientali c. 58. & ex literis Cœlestini Papæ II. ad Petrũ Priorem Dominici Sepulchri, quas statim reddemus.

3. Ecclesia Dominici Sepulchri in Ciuitate Aconensi, quam cum multis prædijs, & decimis eiusdem canonicis donauerat nobilis vir Lambertus Hals.

4. Ecclesia S. Mariæ de Numar in territorio ciuitatis Aconensis.

5. Ecclesia S. Mariæ in ciuitate Tyro cum pertinentijs suis.

6. Ecclesia S. Sepulchri in monte peregrino cum pertinentijs suis.

7. Ecclesia S. Georgij in montanis Iudeæ cum pertinentijs suis.

8. Ecclesia S Sepulchri in ciuitate Brundusio in Italia.

9. Ecclesia S. Sepulchri in Barleto, quod est oppidum in Apulia satis nobile.

10 Ecclesia in ciuitate Venusina, quam dono dederat Nicolaus Episcopus.

11. S. Sepulchri iuxta Troiã ciuitatẽ in Apulia.

12. S. Theodori Martyris propè ciuitatem Beneuentanam.

13. Ecclesia in pago Trendorf diœcesis Constantiensis, cuius, & omnium supradictarum in dictis literis Cœlestini II. mentio habetur.

14. Ecclesia S. Crucis propè ciuitatẽ Messanã.

15 S. Andreæ in ciuitate Platea nuncupata in Regno Siciliæ, de quibus vide quæ adnotauimus supra cap. 29.

16. S. Sepulchri de Calatao, siue de Calatraua in ciuitate Tirasonensi prouinciæ Cataraugustanæ. de quo vide supra cap. 31.

17. S. Crucis Limpurgensis in confinibus quatuor ditionum transmosanorum.

18. Herensaliensis vulgo Chanaij in diœcesi Leodiensi.

19. Ruremundensis in Geldria propè dictam ciuitatem,

20. Vdemensis in Cliuia. Harũ quatuor posteriorũ meminit Aubertus Miræus in libello de

per

pus celebro de tribus congregationibus canonicorum regularium. aliud collegium refert Mauburnus lib. 1. Venatorij cap. 9. quod dicit extare in Hayo oppido diœcesis Leodiensis.

Quæ suprædictæ omnes Ecclesiæ vocabantur Prioratus excepta decimasexta, quæ nunc titulo Abbatiali est insignita, & aliquæ illarum etiam sine dubio collegiatæ & conuentuales, licet de omnibus id mihi non constet. præstat vero ad veritatem prædictorum confirmandam, & præteritorum memoriam conseruandam, ipsas Cœlestini Papæ II. literas subijcere, quarum hoc est exemplum acceptum ex Authentico, quod in Ecclesia Archiepiscopali Rauennatensi seruatur.

Cœlestinus Episcopus seruorum seruorum Dei dilecto filio Petro Priori, & fratribus S. Sepulchri Ierosolymitanis tam præsentibus, quàm futuris canonicis substituendis in perpetuum. Si manifesta vtilitas, & liberalitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ vniuersis Christianis debet opportuna solatia ministrare, multo magis his, qui Religionem veram ducunt, & Omnipotenti Deo famulatum adhærere videntur, id ipsum conuenit propensius impertiri. Quia igitur dilecti in Domino filij iuxta Regulam B. Augustini viuere decreuistis, & in loco, vbi sederunt pedes Domini, adorantes apud gloriosum Sepulchrum eius, in quo triduo corpus eius requieuit, & alia sacratissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra crucem, flagella, Crucis ignominiam, vulnera, mortemque sustinuit, regulariter militaris mansuetudinis benevolentia, & gratia dignos esse censemus, & patronis vos assistibus volumus confouere. Vestris igitur postulationibus debita benignitate accommodantes assensum, sacrosanctam Ecclesiam S. Sepulchri, in qua humo obsequijs insistentes passionem Dominicam, & vilissimam Crucis triumphum assiduè volutata fidissimè, nec non etiam personas vestras sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum canonicè possidet, quæcunque etiam ab egregia memoria viro, Duce videlicet Godefrido, & viro quoque Rege Balduino, venante quoque, & alijs Patriarchis eiusdem loco iustè collata sunt, aut in posterum à Patriarcha, vel alijs Dei fidelibus rationabiliter conferentur firma vobis, & illibata permaneant. In quibus propriis duximus exprimenda vocabulo. Mediterraneum videlicet vbi Latranum S. Sepulchri, & omnes oblationes Dominicæ crucis, nec non & omnes oblationes altarium in Ecclesia Sancti Sepulchri existentium, sicut Patriarcharum dono vobis rationabiliter donata sunt, domos, stationes, & furnos omnes ciuitatis Ierusalem, exceptis duobus, Hospitalis videlicet, & Ecclesiæ S. Mariæ Latinæ, sicut dono Ducis Godefridi, & postea cum Regis Balduini, & aliorum bonorum hominum vobis legitimè concessa sunt, casaliaque quæ possidetis in territorio Ierusalem, Mahumeriam videlicet cum pertinentijs suis, Sabaret, Casarcab, Calanson, Armatam, Ramattam, Bertelgel, Betsari, Dessam cum pertinentijs suis, in territorio Ramensi Beta

per eorum de tribus congregationibus canonicorum regularium. aliud collegium refert Mauburnus lib. 1. Venatorij cap. 9. quod dicit extare in Rhyo oppido diœcesis Leodiensis.

QVæ supradictæ omnes Ecclesiæ vocabantur Prioratus excepta decimasexta, quæ nunc titulo Abbatiali est insignita, & aliquæ illarum erant sine dubio collegiatæ & conuentuales, licet de omnibus id mihi non constet. præstat vero ad veritatem prædictorum confirmandam, & prædictorum memoriam conseruandam, ipsas Cœlestini Papæ II. literas subijcere, quarum hoc est exemplum acceptum ex Authentico, quod in Ecclesia Archiepiscopali Rauennatensi seruatur.

Cœlestinus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Petro Priori, & fratribus S. Sepulchri Ierosolymitani, tam præsentibus, quàm futuris canonicis substituendis in perpetuum. Si mansuetudo, & liberalitas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vniuersis Christianis debet opportuna solatia ministrare, multo magis his, qui Religionem vitam ducunt, & Omnipotenti Deo famulatum adhærere videntur, id ipsum conuenit propensius impartiri. Quia igitur dilecti in Domino filij iuxta Regulam B. Augustini viuere decreuistis, & in loco, vbi seruant reliquiæ Dominici, adorantes apud gloriosum Sepulchrum eius, in quo triduo corporaliter requieuit, & alia sacratissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, Crucis ignominiam, vulnera, mortemque sustinuit, regulariter militatis manum vestræ beneficentiæ, & gratia dignos esse censemus, & paternis vos affectibus volumus confouere. Vestris ergo postulationibus debita benignitate accommodantes assensum, sacrosanctam Ecclesiam S. Sepulchri, in qua diuino obsequio insistentes passionem Dominicam, & vilissimam Crucis triumphum assiduè oculata fide colitis, nec non etiam personas vestras sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum canonicè possidet, quæcunque etiam ab egregiæ memoriæ viro, Duce videlicet Godefrido, & viro quoque Rege Baldvino, venullo quoque, & aliis Patriarchis eidem loco iuste collata sunt, aut in posterum à Patriarchis, vel aliis Dei fidelibus rationabiliter conferentur, firma vobis, & illibata permaneant. In quibus propriis duximus exprimenda vocabulis. Medietatem videlicet oblationum S. Sepulchri, & omnes oblationes Dominicæ crucis, nec non & omnes oblationes altarium in Ecclesia Sancti Sepulchri existentium, sicut Patriarcharum dono vobis rationabiliter donatæ sunt, domos, stationes, & furnos omnes ciuitatis Ierusalem, exceptis duobus, Hospitalis videlicet, & Ecclesiæ S. Mariæ Latinæ, sicut dono Ducis Godefridi, & patruus Regis Baldvini, & aliorum bonorum hominum vobis legitimè concessa sunt, casaliaque quæ possidetis in territorio Ierusalem, Mahumeriam videlicet cum pertinentijs suis, Sabaret, Casarcab, Calandram, Armutam, Ramattam, Berteligel, Betsari, Dessen cum pertinentijs suis, in territorio Ramensi Betacasale, cum pertinentijs suis. In territorio Cæsariensi Castellum Feniculi cum pertinentijs suis. In territorio Tyri Casale de Riua cum pertinentijs suis, hortum, quem habetis inter murum, & ante murale ciuitatis Tyri. Hortum, & molendina, & alias possessiones, quas habetis infra & circa Antiochiam. Ecclesiam Quarantene cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Petri in Ioppe cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Acon cum terra, & domo, quam dedit vobis Lambertus Hals, & alijs pertinentijs suis in territorio eiusdem ciuitatis. Ecclesiam S. Mariæ de Numas cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ in ciuitate Tyro cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Sepulchri in monte peregrino cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Georgij in Montanis cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Brundusio ciuitate cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Sepulchri in Barleto cum pertinentijs suis. Ecclesiam, quam habetis in Venosa ciuitate dono Nicolai eiusdem ciuitatis Episcopi cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Sepulchri iuxta Troiam ciuitatem cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Theodori Martyris ante portam Beneuentanæ ciuitatis cum pertinentijs suis. Castellum Cerret cum pertinentijs suis, quod nobilis vir Albertus Blandracensis Comes Ecclesiæ S. Sepulchri donauit. Ecclesiam, quam habetis in Episcopatu Constantiensi in Villa, quæ vocatur Detrendorf. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut etiam possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis pro futura. Salua Apostolicæ Sedis, & Patriarchæ Ierosolymitani reuerentia, & Episcoporum, in quorum Parochijs Ecclesiæ vestræ sitæ sunt, canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ salutis inueniãt Amen. fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. S. Petrus, S. Paulus, Cœlestinus PP. II.

Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tituli S. Calisti subscripsi. (*subscripsi.*

Ego Gorzo Presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis subscripsi.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli SS. Ioannis, & Pauli subscripsi.

Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ Episc. subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus subscripsi.

Ego Theodevvinus S. Rufinæ Episcopus subscripsi.

Ego Albericus Hostiensis Episcopus subscripsi.
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus subscripsi.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergij. & Bacchi subscripsi.
Ego Orco Diaconus Cardinalis S. Georgij ad Velum aureum subscripsi.
Ego Octauianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarij 4. Idus Ianuarij, Indictione 7. Incarnationis Dominicæ M.C. XL IIII. Pontificatus verò Domini Cœlestini Papæ II. anno primo.

III. CÆterùm Ierosolyma iterum ab infidelibus capta, & Patriarcha cum canonicis, aut interfectis, aut loco exactis, tota congregatio funditus est euersa, præter vnicum monasteriũ Abbatiale S. Sepulchri de Calatambio, quod nunc etiam floret, & duo vel tria ex postremo loco narratis. Ecclesiæ dictæ congregationis in Italia, & vlteriori Sicilia constitutæ partim sunt commendatę, partim militibus hospitalarijs S. Ioannis Ierosolymitani vulgo Mclitensibus vnitæ; quas antea milites S. Sepulchri Ierosolymitani qui Patriarchæ subijciebantur, obtinebant, verùm & illi & canonici nunc ferè extincti.

Plura de hac congregatione Sylvester Maurolicus lib. sæpè allegato, contendens, aliam fuisse à Lateranensi, quòd illius canonici non albis tunicis vti Lateranenses, sed nigris sub rochetto vterentur, super quo pallium nigrum crucibus rubeis insignia Regni Ierosolymitani referentibus signatum gestarent. Verùm leuia hæc sunt: nec ipsi Lateranenses, quod viderim, dixerunt, congregationem Dominici Sepulchri eandem fuisse cum illorum congregatione, sed ambas eiusdem ordinis canonicorum regularium S. Augustini, sola accidentaria differentia, non autem essentiali distinctas, vt cap. statim sequenti ex instituto ostendemus.

CAPVT SEXAGESIMVM OCTAVVM.

Quod Canonici dictarum Congregationum essentialiter sint vnius & eiusdem Ordinis inter se, & cum antiquis Canonicis à Beato Augustino, & à sanctis Apostolis institutis.

QVod supradictæ canonicorũ congregationes suis quarque institutis, ac legibus, ac etiam habitu tum inter se, tum etiã ab antiquis canonicis per B. Augustinum, & per SS. Apostolos institutis distinguantur quadantenus videantur, visum est nonnullis, canonicos dictarum congregationum non solum essentia ab inuicem esse distinctos, verùm etiam ab antiquis clericis regularibus, præsertim cathedralibus longè diuersos, quam sententiam præter nonnullos cap secundo allegatos, probat item implicitè Molanus lib. primo de canonicis, & Ioannes Trullo Aragonensis, & S. Maria de Columna Cæsaraugustanæ regularis canonicus lib. primo de ordine canonicorum regularium cap. vndecimo. Nam primus etsi concedat, veteres canonicos, præsertim cathedralium, communis vitæ institutum tenuisse, & sub certis regulis intra claustra propè suas quosque Ecclesias vixisse, atque ob eam causam canonicos regulares à Canone, qui est regula, non ab anneo canone, siue pensione, quam annuatim percipiebant, sic denominatos: tamen dum illorum vitæ ratiocinem explicandam aggreditur, in eam sententiam ore rotundo, & quatuor pedibus descendit, in qua semper sibi est constans, vt dicat, canonicos illos suos regulares nullatenus vota emittere consueuisse, & clericos per votorum emissionem fieri monachos, & clericos, qui cum B. Augustino tria vota profitebantur, omnes monachos fuisse, atque vt semel dicamus, omnes clericos regulares, qui tria vota Religionis emittunt, esse veros monachos, & distingui ab illis priscis canonicis regularibus in cathedralibus degentibus, seu monachi distinguuntur à canonicis regularibus. videatur idem autor lib. primo de canonicis cap. 11. 12. & duobus sequentibus, vnde alia plurima eiusdem autoris loca interpretanda, in quibus de canonicis regularibus reformatis, siue professis perinde, atque de monachis, & sub nomine monachorum semper loquitur, vt antiquorum canonicorum laudes, & merita ad suos seculares traducat. Alter verò scilicet Ioannes Trullo, citato libro citato capite decimo in gratiam nostræ Lateranensis, & aliarum congregationum, nonnulla scribere videatur contra illos, qui perperam opinati sunt, veterem illum canonicorum regularium ordinem in his rigidioribus congregationibus non esse conseruatum, aut continuatum, sed in alios nouos ordines immutatum, tamen capite vndecimo immediatè sequenti in gratiã horum Hispanorum scribit, suos Hispanos, vt etiam quosdam alios Galliarum, & aliarum prouinciarum solum illud primarium Augustini instituti colere, ac retinere, à prædictarum congregationum institutione longè alienum, & diuersum, quod institutum longè diuersum esse ab institu-

cis prædictarum congregationum, ex multis probabilibus, sed præsertim ex habitu: & tandem concludit, canonicos dictarum cõgregationum ad monachorum, & fratrum formã transiuisse, vt quidã Historici de nostris Lateranensibus censuerunt. Verùm autem non ipsi Hispani, & aliarum prouinciarum canonici à monachorum nomine, vestitus resilientes, in manifestam secularitatem recidisse, si non solo nomine, recurrant, cum canonici ordinis, & tot collegiorum iactura, quæ in dies abiecta regula, ex regularibus seculania fieri videmus.

II. AT decipiuntur profectò hi autores, & cum in fundamento, tum etiam in assertione à fundamento veritatis plurimum aberrant: nam quod ait Molanus, priscos canonicos regulares nuncupatos fuisse in cathedralibus, siue etiam extra cathedrales in claustris, siue monasterijs degentes, tria vota minimè profiteri solitos, etsi de quibusdam verùm id esse minimè detrectauerim, vt fuerunt Dunelmiæ illi à Gerardo Magno instituti, & sunt nunc Romæ, quos Sacerdotes congregationis Oratorij nuncupamus: tamen in vniuersum, & rem pluribus etiam acceptum falsum esse, præterea, quæ supra hoc libro capite tertio, & libro primo capite secundo, de votorum emissione notauimus, ostenditur inductione facta per omnes canonicos omnium prouinciarum, priusquam esset in mundo congregationes reformatæ, quę nunc videntur, nam in primis certum est in Italia canonicos Lateranenses, Lucenses, Perusinos, Tiphernates, Eugubinos, & alios innumeros aliarum cathedralium regulariter cum emissione votorum vixisse, cum dictæ Ecclesiæ ab illarum institutione fuerint regulares, & constet in illis fuisse canonicos professos, & constet quo tempore profiteri desierunt, non autem constet, quo tempore professionem emittere ceperunt. Rursus Alexander II. in capite Præter trigesima secũda distinctione præcipit, canonicos regulares seruare obedientiam, castitatem, & vitam communem, sicut ante consueuerant, quod non faceret, nisi illi professionem emisissent: sicut modò Papa non potest præcipere canonicis nõ professis vitam communem. Item Vrbanus Papa in cap. Mandamus, & cap. Statuimus decima nona quæstione tertia præcipit, ne canonici post emissam professionem transeant ad monachos. & hic Pontifex fuit ante ortas ferè omnes cõgregationes reformatas. Idem habes in Concilio Romano sub Innocentio II. celebrato cap. 9. & 26. præter quod institutum vitæ communis, quod Augustinus in Africam inuexit, ab Italis accepit, vt supra dictum fuit: clerici verò per D. Augustinũ reformati vota emittebant. De Hispanis idem constat ex cap. obseruandum. 15. quæstione secunda, quod est Canon Concilij Taraconensis anno 520. celebrati, nam in eo Canone prohibẽtur Sacerdotes, & clerici pro patrocinijs præsti-

tis prædictarum congregationum, ex multis probatur, sed præsertim ex habitu: & tandem concluditur, canonicos dictarum cõgregationum ad modum monachorum, & fratrum formã transiuisse, vt quidã Historici de nostris Lateranensibus censuerunt. Vtinam autem non ipsi Hispani, & aliarum prouinciarum canonici à monachorum nomine, vel institutis resilientes, in manifestam secularitatem reipsa, si non solo nomine, recurrant, cum canonici ordinis, & tot collegiorum iactura, quæ in dies abiecta regula, ex regularibus secularia fieri videmus.

AT decipiuntur profectò hi autores, & cum in fundamento, tum etiam in assertione à suopte veritatis plurimum aberrant: nam quod ait Molanus, priscos canonicos regulares nuncupatos esse in cathedralibus, siue etiam extra cathedrales in claustris, siue monasterijs degentes, tria vota minimè profiteri solitos, etsi de quibusdam verùm id esse minimè detrectauerim, vt fuerunt Duentriæ illã à Gerardo Magno instituti, & sunt nunc Romæ, quos Sacerdotes congregationis Oratorij nuncupamus: tamen in vniuersum, & vt in pluribus etiam acceptum falsum esse, præterea, quæ supra hoc libro capite tertio, & libro primo capite secundo, de votorum emissione notauimus, ostenditur inductione facta per omnes canonicos omnium prouinciarum, priusquam essent in mundo congregationes reformatæ, quę nunc viuuntur. nam in primis certum est in Italia canonicos Lateranenses, Lucenses, Perusinos, Tiphernates, Eugubinos, & alios innumeros aliarum cathedralium regulariter cum emissione votorum vixisse, cum dictæ Ecclesiæ ab illarum institutione fuerint regulares, & constet in illis fuisse canonicos professos, & constet quo tempore profiteri desierunt, non autem constet, quo tempore professionem emittere cœperunt. Rursus Alexander II. in capite Præter trigesima secũda distinctione præcipit, canonicos regulares seruare obedientiam, castitatem, & vitam communem, sicut ante consueuerant, quod non faceret, nisi illi professionem emisissent: sicut modò Papa non potest præcipere canonicis nõ professis vitam communem. Item Vrbanus Papa in cap. Mandamus, & cap. Statuimus decima nona quæstione tertia præcipit, ne canonici post emissam professionem transeant ad monachos. & hic Pontifex fuit ante ortas ferè omnes cõgregationes reformatas. Idem habes in Concilio Romano sub Innocentio II. celebrato cap. 9. & 26. præter quod institutum vitæ communis, quod Augustinus in Africam inuexit, ab Italis accepit, vt supra dictum fuit: clerici verò per D. Augustinũ reformati vota emittebant. De Hispanis idem constat ex cap. obseruandum. 15. quæstione secunda, quod est Canon Concilij Taraconensis anno 520. celebrati, nam in eo Canone prohibẽtur Sacerdotes, & clerici pro patrocinijs præstitis munera accipere, idque sub pœna degradationis, & reatus vsurarum, quod Gratianus ostendit necessariò exponendum de clericis regulariter professis. Consentiunt Glossa, & omnes Doctores communiter circa illum locum. Adde, ante congregationes reformatas fuisse in Hispanijs complures Ecclesias, in quibus erant canonici regulariter professi, vt Cæsaraugustanam, S. Mariæ Runceuallis, Pampilonensem, Colimbricensem, Portugallensem, Bracharensem, & alias, de quibus supra dictum fuit. Idem constat de Ecclesijs Anglicanis, in quibus B. Augustinus ex iussione magni Gregorij canonicos, siue clericos instituit more clericorum primitiuæ Ecclesiæ viuentes, cap. Quia tua fraternitas. 12. quæstione prima: clericos verò primitiuæ Ecclesiæ tria vota profiteri solitos ostendimus supra cap. 5. imò circa annum nongentesimum sexagesimum cum clerici Anglicani à prima illorum institutione defeciuissent, optione illis facta, an profiteri vellent, an monasterijs excedere, ipsi laxiorem vitã eligentes, loco excesserunt, & in monasterijs cõstituti sunt monachi, ac etiam in Ecclesijs Wintoniensi, & Vigornienſi, vt supra dictum fuit. Idẽ patet de clericis Gallicanis: nam canonici Auenionenses sine dubio profitebantur, quorum viuendi modus vsque ad tempora Iulij II. perseuerauit. Idem patet de Ecclesia Tholosana, & Burdegalensi cap. Præterea. de Præbendis, & de alijs multis, quorum supra habita est mentio in cap. trigesimo tertio & sanè cum beatus Iuo Belnacensis in Gallicana Ecclesia canonici ordinis reparator ex omnium scribentium consensu prædicetur, ac laudetur, & illius canonici professionẽ votorum emitterent, euidens argumentum est, canonicos regulares Ecclesiæ Gallicanæ, quorũ ille disciplinam reparauit, tria vota profiteri consueuisse, & saltem de canonicis in monasterijs sub Abbatibus degentibus, quorum Concilia Turonense, Cabilonense, & alia meminerunt, videtur nullatenus negari id posse, cum dicta Concilia eodem modo de prædictis canonicis, sicut de monachis disponant.

Sed de suis Belgicis, & Germanis, in quorum ille gratiam ista commentatus est, æquè certum, & constans hoc esse debet: id enim constat ex veterum historijs, quæ cum aiunt, veteres cathedrales regularem vitam in suis Ecclesijs duxisse, non ob hoc dicunt: illos fuisse verè monachos, accepto nomine monachorum, vt à clerico regulari è regione distinguitur, vt Molanus putat, qui censet, clericos non posse regulariter profiteri, quin fiant verè monachi, & si veteres illi cathedrales vitam regularem cum emissione votorum non tenebant, quid innuere volunt verba, quæ cap. decimo quarto lib. 1. de Canonicis idem autor subdit? *Sed hæc etiam Coloniæ immutatæ sunt sub Philippo Quadragesimo quarto Episcopo, laxioribus enim prævalentibus, alij in regulari observatione perma-*

nere volentes Nosienſe monaſterium inchoauerunt. Nusienſes enim profiteri ſolitos, nec ipſe Molanus, vt puto negabit.

Demum hæc Molani imaginatio eſt contraria modo loquendi receptiſſimo apud omnes ſcribentes, quippe qui canonicos diſtinguunt in regulares, & ſeculares, & nomine regularium intelligunt profeſſos, & dicunt tunc primum exortam iſtam diſtinctionem in Eccleſia, cum cœperunt eſſe, qui regulariter profiterentur, & qui nō profiterentur. Similiter Regulares prima diuiſione diſtinguunt in monachos, & clericos: Hic autem autor canonicos regulariter profeſſos inter monachos ponit, & ſolos non profeſſos vult olim fuiſſe dictos canonicos regulares, quod eſt nomina, imò res confundere, & fines Patrum transferre & confundenda diſtinguere, & confundere diſtincta.

III. ERant præterea præfati autores in ipſa aſſertione, ad quorum errorem reuincendum ſtatuo hanc contrariam aſſertionem, quod *Canonici dictarum congregationum ſunt, & fuerunt eſſentialiter vnius, & eiusdem ordinis ac inſtituti inter ſe inuicem, & etiam cum antiquis regularibus canonicis cathedralibus à D. Auguſtino, ſiue à ſanctiſſimis Apoſtolo inſtitutis.* Hanc verò aſſertionem veriſſimam eſſe oſtendo, primò inductione, deinde ratione oſtenſiua. Et quidem inductione facta per ſingulas congregationes, apparet, duabus, aut tribus exceptis, illas omnes ab antiquis canonicis cathedralibus fundatas, & ab antiquis canonicis Apoſtolicis deriuatas. Et primò de noſtra Lateranenſi ſunt deciſiones Pontificiæ poſt cauſæ cognitionem, & diſcuſſionem, quæ videri poſſunt inter Conſtitutiones Pij IV. conſtitutione nonageſima quinta de congregatione S. Frigdiani, Mortarienſi, Portuenſi, Rhenana, & S. Mariæ de Creſcētiaco Italicis, necnon de Colimbricenſi in Luſitania, S. Rufi, S. Victoris, S. Laurentij in Gallijs, Aroaſienſi, & Nuſſienſi in Belgio, & S. Sepulchri Ieroſolymitana idem apparet ex illarummet fundationibus, de quibus ſupra dictum fuit, & licet de tribus, vel quatuor non conſtet, illas ab antiquis canonicis ſucceſſiua contunuatione deriuatas, hoc nihil refert, ſufficit enim illas ſub eodem habitu canonico, & eadem Regula cum emiſſione eorundem votorum, & ciſdem legibus eſſe inſtitutas. aliàs moniales, quæ ab Ordinarijs diuerſis in locis pro tempore inſtituuntur ſub habitu, & regula S. Claræ, vel D. Dominici &c. non eſſent eſſentialiter eiuſdem ordinis, & inſtituti cum cæteris monialibus S. Claræ, vel S. Dominici; & antiqui canonici, qui ab Epiſcopis in illorum diœceſibus paſſim leguntur inſtituti, non fuiſſent verè eiuſdem ordinis cum cæteris antiquis canonicis, quod aſſerere vanum eſſet, ac riſu dignum, potius quàm ratione confutandum.

IV. SEcundò probatur eadē aſſertio ratione oſtenſiua. nam quæ conueniunt in nomine, definitione, & qualitatibus, conueniunt etiam in eſſentia, vt notum eſt, nec probari indiget. ſed canonici dictarum congregationum conueniunt cum antiquis canonicis à D. Auguſtino inſtitutis, ſeu reformatis, in nomine, definitione, & qualitatibus. nam quod conueniant in nomine patet eſt, quia ſicut illi, ſic iſti vocantur clerici, vt cap. primo deduximus & licet vocentur etiam canonici, vel canonici regulares, nihil refert, quoniam promiſcuè omnibus iſtis nominibus vocari conſueuerunt, vt ibidem oſtenſum eſt, & in ſubiecta materia omnia iſta nomina, & alia ibi explicata idem ſignificant. Quod conueniant in definitione probatur, nam ſicut illi à D. Auguſtino inſtituti erant clerici regulariter viuentes cum emiſſione trium votorum, vt ſupra oſtenſum fuit, ita etiam iſti, & quemadmodum illis per ſe clericatus inerat, & non ex accidenti, ita etiam iſtis, vt notat D. Thomas communiter receptus in 2.2. quæſtione 189. articulo octauo. ad 2. Tandem quod conueniant in qualitatibus probatur, quoniam ſicut illorum proprium erat, populum Dei paſcere, & regere cap. alia 16. q. 1. ita etiam iſtorū, nam canonici regulares ex propria natura & ſine vlla diſpenſatione ſunt capaces omnium beneficiorum, & admitti poſſunt ad regimen animarū perſonarum ſecularium, vt tradit Innocentius III. in cap. Quod Dei timorem, de ſtatu monachorum, & deciſum eſt per Dominos Auditores Rotæ die Veneris 6. Martij 1578. ſub Domino Seraphino Razalio. Deinde canonici regulares dictarum congregationum primorum Chriſtianæ Religionis clericorum normam, & traditiones, & inſtituta ſectantur, vt inquit Eugenius IV. in Bulla, per quam canonicos regulares reduxit ad Eccleſiam Lateranenſem. Ergo conueniunt cum illis in qualitatibus, nec refert quod Pontifex non loquatur vniuerſaliter de omnibus, ſed ſolùm de noſtris Lateranenſibus, ſiue Frigdionarijs: quia eadem eſt ratio de alijs, qui æquè tantum normam, traditiones, & inſtituta clericorum Apoſtolicorum, ſicut noſtri Lateranenſes, & vbi eadem ratio, idem ius ſeruari debet. capite Translato, de Conſtitutionibus.

V. TErtiò probatur eadem aſſertio ex identitate habitus iſtorum, & illorum primitiuæ Eccleſiæ clericorum. nam ex identitate habitus eſſentialis infertur identitas eſſentialis ordinum à poſteriori, & à ſigno, quia habitus eſt ſignum externum profeſſionis internæ, vt tradit D. Thomas, quem communiter ſequuntur Doctores 2.2. quæſt. 185. articulo octauo, & in Clementina prima de electione: verùm horum canonicorum habitus, & illorum primitiuæ Eccleſiæ ſaltem eſſentialis vnus, & idem eſt nempe tunica linea, quæ ſola eſt habitus eſſentialis canonicorum regularium, vt notat Ioannes Andreæ in Clementina prima in verbo Habitus de electione.

Quarto varietas congregationum orta eſt in

Eccle-

CAPVT SEXAGE

Eccleſia non tam per nouam inſtitutionem, quā per reformationem eiuſdem ordinis. At iſta non mutat ſpeciem, vt ex textu in cap. relatum, & ibi obſeruant communiter Doctores ne clerici, vel monachi, & Lopponebatur de Iudicijs. notat Romanus conſilio 108. & alij.

VI. NEc obſtat, quod opponit Ioannes Trullo libro primo capite vndecimo, dicens, longū eſſe diſcrimen antiqui ordinis à ſupradictis congregationibus, quod antiquus ordo cathedrales, & alias collegiatas obtinet, & habet dignitates, Archidiaconatus, officia, perſonatus, & alia plura tam ſimplicia, tum curata beneficia regularia, illis canonicis conferenda, & per illos regenda, quæ canonici dictarum congregationū à ſe prorſus exploſerunt, & in formam monachorū prorſus tranſierunt, tum quia abſolutè falſum eſt, a ſeptos ſaltem ex dictis congregationibus omnia ſuperdicta non habuiſſe, nam noſtri Lateranenſes habuerunt Eccleſiam Lateranenſem, quæ eſt omnium Eccleſiarum mater, & princeps, & non ſolum cathedralis, verum etiam patriarchalis, neque illam obtinuerunt ex diſpenſatione, ſed tanquam propria, & veri clerici originarij prædictæ Eccleſiæ, & licet per violentiam fuerint exacti, fuit tamen nunc etiam veri clerici dictæ Eccleſiæ ac ſi actu eſſent de gremio Capituli Lateranenſis, vt illorum priuilegiorum verba ſonant. Habent autem pro Archidiaconatibus Prioratibus, & Abbatiales dignitates, & dignitas Abbatialis maior nunc eſt Archidiaconali, quidquid olim eſſet, quando Abbates nondum erant clericalmo omnes Abbates vtuntur inſignijs Pontificalibus, quibus non vtuntur omnes Archidiaconi. Habent etiam Præpoſitos, & Archipresbyteros ſaltem in noſtra congregatione, tenent beneficia complura regularia tā curata, quàm ſimplicia quæ per illos reguntur. Imo, & ſecularium beneficiorum ſunt capaces, demum eſto iſtis omnibus caterent, non propter hoc inferri poſſet, illos habere omnia à ſe abiecisſe, vt in formam monachorum tranſirent, vel non eſſe illorum capaces. nam aliud eſt non habere aliquid: aliud eſt nō poſſe illud habere, ſi ei cōferatur. fatemur, canonicos dictarū congregationum non habere nūc Eccleſias cathedrales, non quod ex illorū natura habere non poſſint, ſed quia ipſi cathedrales canonici illorum reformationem ſuſcipere noluerunt, & in tantum à reformatione abhorruerūt, vt ad omnimodam ſecularitatem potius ſe conuerterint, & quia nullus eſt, qui modo Regularibus Eccleſias reformandas tradere velit. ne dicam ſi fieri poſſet, quàm libentiſſimè complures bona ipſorum regularium ab ipſis congregationibus ablaturos.

Ecclesia non tam per nouam institutionem, quã per reformationem eiusdem ordinis. At ista non mutat speciem, vt ex textu in cap. relatum, & ibi obseruant communiter Doctores ne clerici, vel monachi, & Lopponebatur de Iudicijs. notat Romanus consilio 108. & alij.

VI. NEc obstat, quod opponit Ioannes Trullo libro primo capite vndecimo, dicens, longũ esse discrimen antiqui ordinis à supradictis congregationibus, quod antiquus ordo cathedrales, & alias collegiatas obtinet, & habet dignitates, Archidiaconatus, officia, personatus, & alia plurium simplicia, tum curata beneficia regularia, illis canonicis conferenda, & per illos regenda, quæ canonici dictarum congregationũ à se prorsus exploserunt, & in formam monachorũ prorsus transierunt. tum quia absolutè falsum est, aliquos saltem ex dictis congregationibus omnia supradicta non habuisse, nam nostri Lateranenses habuerunt Ecclesiam Lateranensem, quæ est omnium Ecclesiarum mater, & princeps, & non solum cathedralis, verum etiam patriarchalis, neque illam obtinuerunt ex dispensatione, sed tanquam proprij, & veri clerici originarij prædictæ Ecclesiæ, & licet per violentiam fuerint exacti, sunt tamen nunc etiam veri clerici dictæ Ecclesiæ, ac si actu essent de gremio Capituli Lateranensis, vt illorum priuilegiorum verba sonant. Habent autem pro Archidiaconatibus Prioratibus, & Abbatiales dignitates, & dignitas Abbatialis maior nunc est Archidiaconali, quidquid olim esset, quando Abbates nondum erant clericalmo omnes Abbates vtuntur insignijs Pontificalibus, quibus non vtuntur omnes Archidiaconi. Habent etiam Præpositos, & Archipresbyteros saltem in nostra congregatione, tenent beneficia complura regularia tã curata, quàm simplicia quæ per illos reguntur. Imo, & secularium beneficiorum sunt capaces, demum esto istis omnibus carerent, non propter hoc inferri posset, illinc omnia à se abiecisse, vt in formam monachorum transirent, vel non esse illorum capaces nam aliud est non habere aliquid: aliud est nõ posse illud habere, si ei cõferatur. fatemur, canonicos dictarũ congregationum non habere nũc Ecclesias cathedrales, non quod ex illorũ natura habere non possint, sed quia ipsi cathedrales canonici illorum reformationem susciperе noluerunt, & in tantum à reformatione abhorruerũt, vt ad omnimodam secularitatem potius se contulerint, & quia nullus est, qui modo Regularibus Ecclesias reformandas tradere velit. ne dicam si fieri posset, quàm libentissimè complures bona ipsorum regularium ab ipsis congregationibus ablaturos.

CAPVT SEXAGESIMVM NONVM.

De multiplici habitu eorundem Canonicorum Regularium.

COntra assertionem superiori capite firmatam vnicum restat dubium, quod oritur ex multiplici habitus varietate, seu potius diuersitate, quam intueri licet tum inter canonicos prædictarum congregationum inter se inuicem, tum etiam inter illos, & veteres canonicos cathedrales, & alios antiquioris institutis: nam alij sunt, qui vestem lineã ad formam camisiæ Romanæ deferunt, quæ vulgo apud nos rochettum dicitur, vt Itali, & apud Gallos Victorienses, & apud Belgas, & Germanos, Windesemenses, & quidam alij peculiarium locorum: alij rochettum sine manicis deferunt, vt Poloni, & nonnulli ex Bauaris, & Sueuis: alij superpelliceo vndique clauso, sed tamen sine plicis circa collum vtuntur, vt Colimbricenses: alij nec superpelliceum, nec rochettum deferunt, sed hastam lineam strictam ad latitudinem quatuor digitorum à collo pendentem, & sub sinistro latere ligatam, vt plurimi ex Gallis, Belgis, & Germanis, qui extra cõgregationem viuunt: alij superis siue tunicis albis sub veste linea vtuntur, vt omnes Itali, ex Hispanis Colimbricenses, ex Gallis S. Rufi, & S. Victoris, ex Belgicis, Windesemẽses, & multi ex Germanis: alij nigras portant, vt Cathedrales Hispani, & Galli, & qui extra congregationem viuunt tum in dictis locis, tum etiam in multis Germaniæ: alij violaceis vtuntur, vt olim in Italia canonici S. Ioannis de Vrbe veteri, nunc quoque in Belgio canonici S. Auberti Cameracensis, & Eligij, & quidam canonici Anglicani ante illius Regni defectionem à fide Catholica: alij etiam sunt, qui pallium more clericorum secularium deferunt: alij cappam cum cappucio, vt Itali, & in Belgio, Windesemenses: alij almutijs vtuntur, vt ante 25. annos omnes nostri Lateranenses, & in Lusitania Colimbricenses, & in Belgio, & Polonia: alij cappucijs laneis quæ super humeros deferuntur, vt antiqui canonici S. Frigdiani, qui mos etiam nunc à nostris ibi loci seruatur: alij pellibus siue cappucijs, vel scapulatibus pelliceis, quæ in Constitutionibus Benedicti XII. vocantur forcaturæ, vt canonici Victorini in Gallijs, & Windesemenses, & quidam alij in Belgio. Hæc autem tam multiplex varietas in habitu tum accidentali, tum etiam essentiali, vix ac ne vix quidem cum identitate essentiali vnius ordinis consistere videtur: nam si ab vnitate habitus ad vnitatem ordinis nobis argumentari licitum est, cur non etiam à diuersitate eiusdem

I.

habitus

habitus ad diuersitatem ordinum arguere licebit? si enim affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio negationis causa erit. Et hic est cardo rei, circa quem totius controuersiæ pondus reuoluitur, & nodus difficultatis, pro cuius solutione, suppositis, quæ supra hoc eodem libro cap. 8. & lib. 1. cap. 22. notauimus de habitu clericorũ. D. Patris Augustini, & aliorum clericorum primitiuæ Ecclesiæ, recolenda nobis est distinctio illa vulgaris de duplici habitu, altero interno & essentiali, altero externo & accidentario, quã subiectæ materiæ applicando, dico internum habitum, & essentialem omnium, & singulorum canonicorum Regularium esse solam tunicam lineam, siue illa ad formam rochetti, siue superpellicei, siue cum manicis strictis, siue latis, siue etiam sine manicis sit formata: nam forma peculiaris non est ex vsu, vel traditione Apostolica, vel Ecclesiæ, in specie determinata, sed solum in genere, vt aliàs dictum fuit. Quod autem hic solus sit proprius, & essentialis habitus canonicorũ Regularium, & cætera omnia indumenta sint illis accidentaria, siue illorum formam, siue materiam, siue colorem attendamus, præter ea, quæ supra locis proximè notatis deduximus, probatur euidenter autoritate Glossæ communiter receptæ in Clementina prima in verbo Habitus de electione, vbi dicit, quod habitus canonicorum Regularium est sola tunica linea, quam sub cappa deferunt.

II. Secundò probatur expressa definitione Benedicti XII. in Bulla generalis reformationis canonicorum Regularium in cap. de Forma, & honestate habitus, & vestimentorum, vbi præscribitur habitus, & omne genus vestimentorum, quibus ijdem canonici vti possunt tam quoad materiam & colorem, quàm etiam quoad formam. Et nomine habitus Pontifex solam vestem lineam intelligit, vt illa eius verba indicant: *Vestis quoque superior habitus proxima sit rotunda per circuitũ &c.* & infra: *Qui autem exhibens se in publicum habitum super indumenta scilicet linea temerè occultauerit &c.* vbi vides, Pontificem distinguere habitum à veste exteriori siue superiori, & nomine habitus intelligere vestem lineam, quod nonnisi de habitu essentiali intelligi potest, & vide illud caput, quia in eo ponitur varia, & multiplex forma eiusdem vestis lineæ per Pontificẽ approbata, vt inde habeas habitum essentialem canonicorum Regularium non habere formam in specie determinatam, sed in genere tantum.

Sub habitu verò accidentali eorundem canonicorum comprehenduntur alia omnia vestimẽtorum, ac superindumentorum genera, quibus ijdem canonici in diuersis prouincijs diuersimodè vtuntur, vt sunt tunica talaris, vestis superior, quæ dicitur cappa siue pallium, cappæ chorales, cappæ pluuiales, almutiæ, cappucia, quæ alio nomine dicuntur scapularia, pelles, quæ dicuntur varotæ, siue foreaturæ: hæc enim omnia comprehenduntur sub habitu accidentali, quia variari, ac etiam omitti possunt iuxta laudabiles consuetudines locorum: & quoad habitum accidentalem canonici Regulares, nisi per constitutiones suarum congregationum id prohibeantur, omnibus indumentis vti possunt, quibus clerici seculares licitè, & laudabiliter vtuntur, quod patet ex solùm ex prædicto cap. Constitutionum Benedicti XII. de forma habitus, sed etiam ex Innocentio III. in cap. Deus qui. de vita, & honestate clericorum, vbi rescribens Episcopo Liuoniensi, ei quo erant complures diuersorum ordinum regulares, & consequenter diuersi habitus, ac inter illos multi canonici Regulares, illos omnes Pontifex iubet retento habitu interiori, cum cæteris in habitu exteriori se conformare. Addo vsum Ecclesiæ Romanæ, qui etiam præscribitur in Cæremoniali nuper edito, quo Episcopi ex Ordine canonicorum Regularium assumpti dimissis omnibus indumentis illorum ordinis, excepta vestis linea, habitum clericorum secularium assumunt: & ita etiam ante annos centum iudicialiter decreuit Leo X. causa prius cognita, cuius decretum videri potest in libro Indultorum congregationis Lateranensis per Sirenium nostrum compilato fol. 475. vnde argumentum euidens deducitur, cætera omnia indumenta, & paludamenta præter lineam tunicam, ad habitum accidentalem spectare: aliàs nec mutari, nec omitti possent etiam per assumptionem ad Episcopatum, vel etiam Cardinalatũ, vt decernitur in cap. Statutum 18 q. 2. notat D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 8. in corpore, & videmus seruari in praxi in Curia Romana.

Hîs de habitu essentiali, & accidentali constitutis. Dico primò, identitatem ordinis non ex habitu accidentali, sed ex habitu essentiali attendendam esse. 2. omnes canonicos Regulares dictarum congregationum tum inter se, tum etiam cum antiquis cathedralibus, & aliis aliorum collegiorum in habitu essentiali conuenire, quia quia omnes deferunt tunicam lineam, nec refert quod hæc sit sub forma rochetti illa sub forma superpellicei: quia istæ formæ particulares non sunt ab Ecclesia determinatæ.

III.

Verùm contra hanc nostram assertionem duplex insurgit dubium. Primum quia modò fere multi canonici Regulares, qui non deferunt habitum lineum, sed tantum deferunt faciam seu hastam strictam lineam à collo pendentem, quæ tunica linea non est, nec vllatenus dici potest.

Respondeo nihilominus, istos canonicos deferre tunicam lineam saltem statutis horis, postquam interfunt officijs diuinis. Cæterũ extra claustra deberent etiam tunicas lineas deferre, id enim videtur iubere Benedictus XII. cum præcipit, vt nullus se in publico exhibens audeat illam temerè occultare; nam multò magis videtur præcipi-

re ut deponant. Cæterum quia in multis Collegijs priuatis, quæ non sunt vnita certis congregationibus, disciplina canonica paulatim est relaxata, paulatim etiam cœpit omitti ipse habitus: sed ne omnino videretur dimissus, & ne illum sic dimittentes inciderent in pœnam canonis cap. 2. ne clerici vel monachi in 6. & etiam, quia in Concilio Senonensi celebrato anno 1523. in 2. parte cap. 12. ita cauetur: *Et ne notatum illum abusum, quo nonnulli Regularium apostasiam incurrendo sine habitu regulari etiam in publicum incedere non erubescunt, sub dissimulatione pertransire videamur, statuimus quod Canonici Regulares de cætero super veste exteriori tegmen hoc eam tam intra, quàm extra monasterium ferre omnino teneantur.* Ideo nonnulli ad apostasiam vitandam, paruam illam hastam lineam super cætera indumenta assumpserunt, ne sui habitus desertores, & apostatæ viderentur, quam parum rochettum vocant, quæ potius signum est resti lineæ, quàm verus essentialis habitus canonicorum Regularium.

IV. Secundum dubium est, quia sunt nonnulli canonici Regulares, qui vltra tunicam lineam ad habitum internum, & essentialem addiderũt hastam lineam cucullatã, seu scapulare lineum, quod illorum essentialis habitus, siquidem in illo habitu ipsi profitentur, vt canonici Regulares S. Saluatoris Bononiensis.

Respondeo si admittamus, eiusmodi scapulare spectare ad illorum habitum essentialem, difficile admodum videri, defendi posse, illos non eum aliquo modo differre ab antiquis canonicis Augustinianis, quare qui concedunt, huiusmodi scapulare ad illorum habitum essentialem spectare, sibi ipsis consulant, hoc certum, nullum ex antiquis canonicis eiusmodi scapulare tulisse; nam quod ex Augustino Mamphredo commiserunt, canonicos D. Marci Mantuanos, vel canonicos à D. Marco institutos illud detulisse, frigidum est; non enim erat scapulare hastatũ ad modum cuculle, sed cappucium lineum, vel pelliceum, quo antiqui canonici ad tegendas scapulas vtebantur, quod nunc etiam à multis tum regularibus, tum secularibus super humeros vel brachia in Ecclesijs deferri consuevit. Mihi autem probabilius videtur dicendum, illud scapulare ad habitum essentialem nullatenus spectare, cuius rei argumentum est, quod canonici ex prædicta congregatione ad Episcopatum assumpti illud dimittunt, quod non facerent, si esset habitus essentialis, sicut non dimittunt rochettum, & forte ad lites amputandas omnino dimittere posset, salua ordinis, & habitus integritate.

re deponant. Cæterum quia in multis Collegijs
generatis, quæ non sunt vnita certis congregatio-
nibus, disciplina canonica paulatim est relaxata,
paulatim etiam cœpit omitti ipse habitus: sed ne
omnino videretur dimissus, & ne illum sic dimit-
tentes inciderent in pœnam canonis cap. 2. ne
clerici vel monachi in 6. & etiam, quia in Conci-
lio Senonensi celebrato anno 1523. in 2. parte
cap. 14 ita cauetur: *Et ne notorium illum abusum,*
quo nonnulli Regularium apostasiam incurrendo sine
habitu regulari etiam in publicum incedere non erube-
scunt, sub dissimulatione pertransire videamur, statui-
mus quod Canonici Regulares de cætero super veste ex-
teriori pellem lineam tam intra, quàm extra monaste-
rium ferre omnino teneantur. Ideo nonnulli ad apo-
stasiam vitandam, paruam illam hastam lineam
super cætera indumenta assumpserunt, ne sui ha-
bitus desertores, & apostatæ viderentur, quam
parvum rochettum vocant, quæ potius signum
est vestis lineæ, quam verus essentialis habitus ca-
nonicorum Regularium.

IV. Secundum dubium est, quia sunt nonnulli ca-
nonici Regulares, qui vltra tunicam lineam
ad habitum internum, & essentialem addiderũt
hastam lineam cucullatã, seu scapulare lineum,
quæ est illorum essentialis habitus, siquidem in il-
lo habitu ipsi profitentur, vt canonici Regulares
S. Saluatoris Bononiensis.

Respondeo si admittamus, eiusmodi scapula-
re spectare ad illorum habitum essentialem, dif-
ficile admodum videri, defendi posse, illos non
eam aliquo modo differre ab antiquis canoni-
cis Augustinianis, quare qui concedunt, huius-
modi scapulare ad illorum habitum essentialem
spectare, sibi ipsis consulant, hoc certum, nullum
ex antiquis canonicis eiusmodi scapulare tulisse:
tam quod ex Augustino Mamphtido comminis-
centur, canonicos D. Marci Mantuanos, vel ca-
nonicos à D. Marco institutos illud detulisse,
frigidum est; non enim erat scapulare hastatũ ad
modum cucullæ, sed cappucium lineum, vel pel-
licum, quo antiqui canonici ad regendas scapu-
las vtebantur, quod nunc etiam à multis tum re-
gularibus, tum secularibus super humeros vel
brachia in Ecclesijs deferri consueuit. Mihi au-
tem probabilius videtur dicendum, illud scapu-
lare ad habitum essentialem nullatenus spectare,
cuius rei argumentum est, quod canonici ex præ-
dicta congregatione ad Episcopatũ assumpti
illud dimittunt, quod non facerent, si esset habi-
tus essentialis, sicut non dimittunt rochettum, &
forte ad lites amputandas omnino dimit-
ti posset, salua ordinis, & habi-
tus integritate.

CAPVT SEPTVAGE-SIMVM.

De Canonicis Regularibus Præmonstratensibus, & alijs quibusdam Ordinibus, qui dicuntur Canonicorum Regularium.

PRæter canonicos Regulares, quos hactenus recensuimus, I.
sunt alij Ordines canonicorũ sub D. Augustini regula mili-
tantium, licet non sint de illis per D. Augustinum vel Apo-
stolos institutis, sed per nonnullos pios, & sanctos viros postmodum fundati, quorum nonnul-
li habent etiam institutum missum quodammodo ex clericali, & monastico. horum primus est
ordo canonicorum Regularium Præmonstratẽsium à sanctissimo viro, & diuini Verbi prædica-
tore eximio Norberto nobili Lotharingo, in lo-
co Præmonstrato nuncupato anno Dñi 1120.
fundatus. de cuius fundatione cõtinuator Chro-
nici Sigiberti sub eodem anno 1120. hæc scribit:
Vir Dei Norbertus à Papa Calixto Bartholomæo Laudu-
nensi Episcopo specialiter commendatus, cum ei Ecclesia
B. Martini à prædicto Episcopo offerretur, tum propter
vobis vitandam, tum quia eiusdem Ecclesiæ clerici propo-
sitis, & vitæ eius austeritatem horrebant, eam reliquit,
& ab Episcopo diuersis eiusdem Prouinciæ locis religio-
ni congruentibus sibi ostensis. tandem diuinitus in loco
Præmonstrati resedit, ubique solitarius religiosam vitam
agere cœpit, & tempore Quadragesimæ ad colligendos
socios solus egressus ante Paschæ cum tredecim socijs re-
dijt, & cum eis in Præmonstrato loco secundum canoni-
cæ institutionis normam ad tenorem regulæ B. Augustini
Deo militare cœpit. Consentiunt Vincẽtius Bel-
uacensis in Speculo Historiali lib. 27 cap. 28. Ba-
ronius tom 12. sub anno 1120. & posteriores om-
nes Historici, plura de hoc viro sanctissimo, & de
fructu incomparabili, & lucro animarum per
verbum & exemplum narrantes. præsertim Lau-
rentius Surius tom 3. sub die 6. Maij, ex Hugone
illius discipulo, qui eius vitam exarauit. Aduertẽ-
dum tamen, ipsum Norbertum, antequam nouã
familiam Præmonstratensium institueret, fuisse
professione canonicum Regularem, vt autor vi-
tæ illius cap. 22. scribit, quod nouam familiam
volens instituere, ne professioni canonicæ, cui il-
le, & qui cum illo viuere volebant, intitulati fue-
rant ab infantia, iniuriam inferre viderentur, re-
gulam B. Augustini afferri præcepit. tmo Calistus
II & Bartholomæus Episcopus Laudunẽsis pri-
mò posuerunt illum in monasterio S. Martini,
quod tunc erat canonicorum Regularium, quã-

uis

uis satis relaxatum, vnde quod canonici monasterij illud vitæ genus ægrè ferrent, Præmonstratum iuit. Sed quod ad ordinem per illum plantatum attinet, hic ordo etiam viuente eodem S. Norberto per omnes ferè prouincias occidentales mirum in modum fuit propagatus, & dilatatus, vt etiam in regionibus orientalibus suos palmites extenderit, vt Continuator Sigiberti sub anno 1131. & ex illo Baronius tomo 12. sub anno 1135. in fine testantur. quanquam exactum illius monasteriorum catalogum hic describere nullatenus possim, tum propter illorum nimiam multitudinem, tum etiam, quia (proh dolor) ordo in Ecclesia Dei tam præclarus nostro seculo propemodum collapsus conspicitur, & pleraque illius cœnobia, vel diruta, & bona à rapientibus occupata, vel commendata ita, vt ex innumeris, quæ olim in Italia possidebat, ne vnum quidem supersit. Reperiuntur autem in lib. taxarum Cameræ Apostolicæ notata monasteria huius ordinis circiter tria supra quinquaginta. Sed & Gaspar Bruschius, licet damnati nominis autor, in Chronologia monasteriorum Germaniæ aliorum multorum meminit. Sunt etiam in Hispanijs potissimum in Regnis Leonis, & Castellæ viginti circiter eiusdem instituti Collegia reformata, quod ex relatione Reu. admodum P. Fratris Bernardi de Leon illorum congregationis in Romana curia Procuratione agentis, accepi.

Meminit huius ordinis Innocētius III. in cap. Edoceri. de Rescriptis. reperiuntur etiam inter epistolas huius Pontificis complures Abbatibus eiusdem ordinis directæ. quæ multa, eaq; eximia continent priuilegia. Cæterùm ipse Norbertus sub Honorio II. ad Magdeburgensem Archiepiscoparum euectus tum viuus, tum mortuus signis innumeris suam sanctitatem testatus, tandem in album Sanctorum fuit relatus, quem veluti sanctum venerantur D. Bernardus, Petrus Cluniacensis lib. 4. epistola 3. Continuator Sigiberti, & Surius locis proximè allegatis.

II. FVit alius ordo canonicorum in Anglia, qui Gilbertini vocabantur à quodam Gilberto ex loco Sempingam quandoque ordo Gilbertinorum, quandoque verò de Sempingam nuncupatus, de cuius fundatione, quæ apud Ioannem Pitsium in lib. de Scriptoribus Anglicanis inueni, hic referam: *Gilbertus*, ait, *de Sempingam natione Anglus, patria Lincolniensis, patre Iocelino viro equestru ordinis proganitus, vir corpore pusillo, & nonnihil deformi, animo tamen erecto, & magno nobilitatem generis animi virtutibus illustriorem reddidit, postquam humaniores siue eras in Anglia didicisset, ad maiora studia progressurus, Academias Galliæ frequentauit, & vt corporis defectum animi virtutibus velaret, strenuè bonis literis, & virtutum studijs operam dedit, vbi simul cum literis salutaria fidei præcepta, & religionis, diuinaque gloria zelum auidissimus imbibisset, hausisset que fontem aquæ salientis in vitam æternam, in prouinciam Lincolniensem reuersus, talentum, quod ei Deus administrauerat, in multarum animarum salutem impendere omni conatu, ac industria nixus est. Sic enim ex Lelandi collectaneis videns itaque regulam S. Augustini non tam accuratè obseruari, quam par erat, & ipse cupiret, anno Domini 1148. vt scribunt Seropus, & Capgius, quandam illius ordinis reformationem incæpit, cuius renouatæ disciplinæ cultores ab ipso Gilberto primo fundatore Gilbertini vocabantur. primum suum monasterium erexit in pago suo natalitio, & paterna hereditate Sempingam: cuius laboribus Deus ita benedixit, hominemque tam longam vitam tribuit, vt ipse adhuc superuiuens normas viuendi suis religiosis præscripserit, eaq; à Papa Eugenio III. simul cum ipso ordine, & instituto confirmari fecerit.* Et licet hic ordo nunc, vt & omnis ordo ex Anglia sit sublatus, ille tamen ante suum obitum vidit in tredecim, quæ fundauerat monasterijs huius sui instituti monachos septingentos, sanctimoniales plus minus 1110. Hic ordo maximè florebat tempore Henrici VIII. numero canonicorum, & canonissarum, & vocabantur canonici albi S. Augustini, ad differentiam aliorum, qui vocabantur canonici nigri S. Augustini, vt habes ex Catalogo Ecclesiarum, & monasteriorum Anglicanorum, quæ per Henricum VIII. sunt euersa. quem Latinè redditum, autore Ioanne Speed, videre potes ad finem Historiæ Anglicanæ Nicolai Harpsfeldij Archidiaconi Cantuariensis nuper editæ Duaci, ad quem Catalogum vitandæ gratia prolixitatis, remitto. Regulas autem suas potissimum decerpsit ex religiosis præceptis S. Augustini, & S. Benedicti, quę intitulauit Gilbertinorum statuta. obiit anno 1189. ætatis suæ 106. sepultus in suo monasterio Sempingam, postea relatus in album Sanctorum. Huius ordinis mentio habetur in Prouinciali Romano, & in Practica Cancellariæ Apostolicæ.

III. ESt alius ordo canonicorum regularium S. Augustini, qui dicitur S Iacobi de Spata. Hunc ordinem dicunt initum habuisse à Ramiro Rege Legionensi circa annum Christi 830. ex Radetio in suis Commentarijs. Verum primus ex Romanis Pontificibus, qui illum probauit, & confirmauit sub Regula D. Augustini, videtur fuisse Alexander III. cuius extat Bulla approbationis numero quinta inter Bullas huius Pontificis, ex qua tamen apparet, hunc ordinem circa tempora eiusdem Alexandri III. primitùs instituum, quanquam in dicta Bulla nulla fiat mentio canonicorum regularium, aut Regulæ D. Augustini, sed solùm approbetur ipse ordo in duas classes diuisus, alteram militum, alteram clericorum, quos Conuictualiter simul viuere sub vnius Prioris obedientia iubet, & superpellicium dicitur. Verùm eiusmodi clerici, regulares canonici sub B. Augustini Regula degētes vocantur ab Adriano VI. constitutione prima, & Clemente VII constitutione 32. quæ in Bullario nuper edito videri possunt. Hic ordo nonnulla vetusta canonicorum

rum regularium Collegia ex concessione Apo-
stolica obtinuit, quæ in præsentiarum possidet,
ut S. Marci Legionensis, & S. Iacobi de Veles, &
alia, de quibus supra in Catalogo monasterio-
rum Hispaniæ, & Lusitaniæ dictum fuit.

Alius est ordo canonicorum regularium S. Au-
gustini, qui dicitur S. Mariæ de Metri de Præmi-
straturum, cuius canonici sub vno Gene-
rali degunt. Hic ordo floret in Regno Poloniæ,
ut præsertim in Diœcesi Lituaniæ meminit Mar-
tinus Baronius in libro de Vita & gestis B. Stanis-
Polon. item B. Stanislai Cracouiensis nuper c-
nis Cracouiæ 1610. pag. 7. 10. & in Vita B. Sta-
nislai pag. 10. Aliud de hoc ordine non vidi.

IV. A Lius est ordo canonicorum regularium sub
Regula S. Augustini, qui dicitur S. Anto-
nij de Vienna, cuius aluum suam fundationem
sumsit anno 1095. temporibus Vrbani Pa-
pæ II. Autor huius ordinis fuit Gasto vir nobi-
lissimus, cum quodam eius filio. Locus primæ in-
stitutionis apud Viennam in Delphinatu Mota
nuncupata ex Autore Chronicæ Antonianæ
anno 1240. cap. 15. Verùm per illa tempora ante Bo-
nifacium VIII. profloruere dicti ordinis nec cle-
ri erant, nec sub B. Augustini Regula milita-
bant, sed laicalem vitam ducentes hospitalitatē
exercebant, & infirmis sacro igne correptis in-
sanabantur. Bonifacius VIII. Abbatiam S. An-
tonij eorum, regendam illis tradidit, & canoni-
cali sub Regula B. Augustini creauit, & vocari
præcepit. Extat illius Bulla numero quinta inter
Constitutiones dicti Pontificis: & ita ordo cano-
nicorum regularium S. Antonij sub Regula B.
Augustini vocari cœpit, & in multis prouinciis
admirabiliter propagatus, cuius domus vocan-
tur Præceptoriæ, & caput totius ordinis est Abbas
S. Antonij apud Viennam. Hic ordo à Summis
Pontificibus, Imperatoribus, & alijs Principibus
varijs priuilegijs est munitus & decoratus. de
quibus consulendus est Aymarus Fulcro in sua
Historia Antoniana.

V. MEminit etiā Renatus Choppin, in suo Mo-
nastico libro primo, titulo 1. §. 7. & titu-
lo secundo, §. 9. & libro secundo, titulo primo §.
2. militiæ ordinis Crucigerorū, qui vocantur
canonici regulares sub Regula S. Augustini. Hi
coluerunt insuli circa annum 1248. in Belgio in
Regno oppido diœcesis Leodiensis: referuntur
enim literæ Innocentij IV. Ad Henricum Leo-
diensem Archiepiscopum, quibus illi mandat,
ut præfatis fratribus Constitutiones, hi ad be-
nefica eorum animarum habentia, sicuti cæteri
canonici regulares admittuntur, etsi illorum ha-
bitus à canonicali sit omninò diuersus, differunt
tamen à Crucigeris Italicis tum habitu, tum et-
iam ordine, vt puto. Videatur idem autor in
Sacris cæteris, & lib. 1. tit. 3. §. 16. vbi refert Bullam
Benedicti XIII. in qua concedit Priori Generali
dicti ordinis, vt possit corrigere canonicos, &

corum regularium Collegia ex concessione Apostolica obtinuit, quæ in præsentiarum possidet, vt S. Marci Legionensis, & S. Iacobi de Velez, & de quibus supra in Catalogo monasteriorum Hispaniæ, & Lusitaniæ dictum fuit.

Alius est ordo canonicorum regularium S. Augustini, qui dicitur S. Mariæ de Metri de Pœnitentia martyrum, cuius canonici sub vno Genere degunt. Hic ordo floret in Regno Poloniæ, ac præsertim in Ducatu Lituaniæ meminit Martyrologium Baronius in libro de Vita & gestis B. Hyacinthi Poloni, item B. Stanislai Cracouiensis nuper electi Cracouiæ 1610. pag. 7. 10. & in Vita B. Stanislai pag 10. Aliud de hoc ordine non vidi.

IV. Alius est ordo canonicorum regularium sub Regula S. Augustini, qui dicitur S. Antonij de Vienna, cuius alumni suam fundationem ponunt sub anno 1095. temporibus Vrbani Papæ II. Autor huius ordinis fuit Gasto vir nobilissimus, cum quodam eius filio. Locus primæ institutionis apud Viennam in Delphinatu Mota nuncupatus ex Autore Chronicæ Antonianæ parte 2. cap. 25. Verùm per illa tempora ante Bonifacium VIII. professores dicti ordinis nec clerici erant, nec sub B. Augustini Regula militantes; sed laicalem vitam ducentes hospitalitatē exercebant, & infirmis sacro igne correptis inseruiebant; sed Bonifacius V. II. Abbatiam S. Antonij erectam, regendam illis tradidit, & canonicos sub Regula B. Augustini creauit, & vocari præcepit. Extat illius Bulla numero quinta inter constitutiones dicti Pontificis: & ita ordo canonicorum regularium S. Antonij sub Regula B. Augustini vocari cœpit, & in multis prouincijs admirabiliter propagatus, cuius domus vocantur Præceptoriæ, & caput totius ordinis est Abbas S. Antonij apud Viennam. Hic ordo à Summis Pontificibus, Imperatoribus, & alijs Principibus magnis priuilegijs est munitus & decoratus, de quibus consulendus est Aymarus Fulero in sua Historia Antoniana.

V. Meminit etiã Renatus Choppin' in suo Monastico libro primo, titulo 1. §. 7. & titulo secundo, §. 9. & libro secundo, titulo primo §. 12. cuiusdam ordinis Crucigerorũ, qui vocantur canonici regulares sub Regula S. Augustini. Hi videntur instituti circa annum 1248. in Belgio in Hesbo oppido diœcesis Leodiensis: referuntur eum litteræ Innocentij IV. Ad Henricum Leodiensem Archiepiscopum, quibus illi mandat, duos prædictis fratribus Constitutiones, bi ad beneficia curam animarum habentia, sicuti cæteri canonici regulares admittuntur, etsi illorum habitus à canonicali sit omninò diuersus. differunt autem à Cruciferis Italicis tum habitu, tum etiam ordine, vt puto. Videatur idem autor in locis citatis, & lib. 1. tit. 3. §. 16. vbi refert Bullam Benedicti XII. in qua concedit Priori Generali dicti ordinis, vt possit corrigere canonicos, & conuersos dicti ordinis, vocans illos canonicos.

VI. POstremo est alius ordo canonicorum antea secularium, nunc verò regularium S. Georgij de Alega Venetiarum circa annum Domini 1400 institutus in perantiquo monasterio canonicorum regularium S. Augustini S. Georgio in Alega nuncupato, locum cedente V. viro Ludouico Balbo eius monasterij canonico professo, & Priore, qui postea ad monachos Benedictinos transiens, sanctissimæ reformationis monastici ordinis autor fuit in monasterio Fatauino S. Iustinæ, & consequenter præclarissimæ congregationis monachorum antea S. Iustinæ, nunc verò Cassinensis nuncupatæ. Huius autem ordinis primi autores feruntur religiosi quidam, & pijssimi viri ex Patricijs Venetis, qui cum clerici seculares essent, suasionibus, & prædicatione Venerabilis viri, & verbi Dei prædicatoris feruidissimi D. Bartholomæi Columnæ nobilis Romani, tunc clerici secularis, postea canonici regularis in monasterio S. Mariæ de Frigdionaria, mundo vale dicentes, & communem vitam sine vlla tamen votorum emissione inuicem deliberantes, primò apud S. Augustinum prope Vicentiam sese colligentes, multitudinem iuuenum, & sacerdotum ad illos ex seculi naufragio fugientium receperunt; ac deinde ad dictum monasterium S. Georgij de Alega, cedente loci Priori Ludouico Balbo, commigrauerunt, probante huiusmodi cessionem Gregorio Pontifice huius nominis XII. vt videre est in constitutione dicti Pontificis prima, ex quo loco toti congregationi nomen inditum fuerunt inter primos dicti Ordinis autores D. Antonius Coranius, & D. Gabriel Gondulmerius Gregorij XII. nepotes, quos ille ambos ad Cardinalatum euexit: posterior verò sumum etiam inijt Pontificatum, Et Eugenius IV. est appellatus. cum autem ex colloco illorum sanctissimæ vitæ bonus odor circunquaque diffunderetur, ijdem numero Collegiorum in multis locis Italiæ multiplicati sunt, habueruntque viros complures sanctitate, & dignitate illustres, ac inter illos B. Laurentium Iustinianum primum Patriarcham Venetum, cuius temporibus dignitas Patriarchalis quæ in Ecclesia Gradensi residebat, ad Ecclesiam Castellanam seu Venetiarum fuit translata. Hi canonici ante Pium V. tria vota regularium absque vlla solemni eorundem votorum emissione, seu professione obseruabant, & canonici seculares dicebantur: Verùm eodem Pio V. mandante, ipsa vota solemniter profiteri cœperunt. Retinent nihilominus nunc etiam nomen, ac priuilegia canonicorum secularium, ne cæteris regularibus clericis in publicis processionibus præire compellantur.

(··)

CAPVT SEPTVAGESIMVM PRIMVM.

De Canonici Ordinis eminentia, & iure præcedendi non Concilijs, & publicis processionibus, tum in alijs quibusdam actibus publicis, & priuatis.

I. LIcet complura eaque amplissima priuilegia à summis Pontificibus antedictis canonicorum congregationibus iuxta temporũ, & rerum exigentias fuerint elargita, vix tamen aliquod toti ordini generaliter concessum inuenitur, iis exceptis, quorum mentio in iure Pontificio passim habetur, quæque ad duo genera potissimum rediguntur, nimirum ad ius præcedendi cæteros ordines tum in Concilijs, tum in publicis processionibus, & aliis actibus publicis, & priuatis, & ad facultatem siue capacitatem obtinendi cuiusuis generis beneficia, curata, & non curata, tum regularia, tum etiam secularia, de quorum primo in præsenti, de secundo in sequenti capite aliquid dicemus. Et quidẽ circa ius præcedentiæ sciendum est, multis modis posse fieri comparationem, primò inter canonicos regulares, & alios regulares aliorum ordinũ: secundò inter canonicos regulares, & canonicos, siue clericos seculares. Rursus inter canonicos, & alios regulares aliorum ordinum duplex comparatio fieri potest, nam vel comparamus totum ordinem cum toto ordine, vel collegium vnius ordinis cum Collegio alterius ordinis: vel comparamus singulares personas vnius ordinis cum singularibus personis alterius ordinis, puta canonicum regularem cum monacho, vel Abbatem ordinis canonicorum regularium cũ Abbate ordinis monachorum, quapropter singula colligendo circa istud ius præcedendi, quod asserimus competere canonicis regularibus comparatione aliorum ordinum regularium, & etiam clericorum secularium, triplex dubium emergit. Primum, an totus ordo canonicorum regulariũ de iure præcedere debeat omnes alios ordines regulares, siue an hoc Collegium & Capitulum huius, vel illius monasterii ordinis canonicorum regularium præcedere debeat hoc, vel illud Collegium, & Capitulum monachorum, vel aliorum ordinum, facta comparatione ordinis ad ordinem, & Capituli ad Capitulum, & monasterij ad monasterium. Secundum an facta comparatione inter personas singulares puta inter Prælatum ordinis canonicorum regularium, & Prælatum ordinis monachorum, quando simul concurrunt sine Capitulis, & Conuentibus, vel inter canonicum, & monachum præcedere debeat canonicus regularis, an monachus. Tertiũ an canonicis regularibus competat ius præcedendi canonicos siue clericos seculares, & hi tres articuli fuerunt olim longa concertatione iudicialiter examinati, & terminati vt statim dicemus, nam:

II. CIrca primum articulum controuersia orta est circa annum Domini 1500. inter canonicos regulares nostræ congregationis Lateranensis ex vna, & Ven. monachos S. Benedicti congregationis Caffinensis ex altera, super iure præcedendi tam in processionibus, quàm in Concilijs, & in alijs actibus publicis, & priuatis, quam post longum examen, & dispendiosam inter altercationem, omnibus hinc inde collatis, & ponderatis Sanctiss. D. N. Pius IV. habita relatione trium Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium Ioannis Baptistæ Cicadæ, Ioannis Michaelis Saraceni, & Bernardini Scoti, quibus dictæ causæ cognitio motu proprio eiusdem Pontificis fuerat demandata, decreto fatali, & sententia inappellabili tandem sic terminauit.

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes, & solum Deum pro oculo habentes per hanc nostram definitiuam sententiam, quam ferimus in hu scriptam causa, & causis, quæ coram nobis, & quas dilectus filius noster Ioannes Michaelis Saraceno tituli S. Anastasiæ, Ioanni Baptistæ Citadæ tituli S. Clementis, ac Bernardino Scoto S. R. E. Cardinalibus primò audiendas, recognoscendas, & per eos decidendas, & terminandas, & deinde per præfatos Cardinales per Apostolica nostra scripta nobis referendas commisimus, inter dilectos filios Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, & eorum successores congregationem ex vna, & Prælatos, abbates, & monachos ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, aliàs sanctæ Iustinæ de Padua nuncupatæ, & dictam eorum congregationem, de & super precedentia, & ordine inter eos præcedendi tam in processionibus, quam generalibus, & Synodalibus seu Prouincialibus Concilijs omnibusq; actibus publicis & priuatis, reliquarijs, in actu causæ, & causarum huiusmodi latis dubijs, & illorum occasione, quæ in prima, seu alia instantia fuerunt, & vertebantur instantijs, partibus ex altera causa huiusmodi coram dicto Cardinali ad primam ventilata, ac sæpius auditis partibus, & dubijs maturè discussis, & resolutis, ac visis deductis videndis, & dictum per dictos Cardinales nobis matura discussa relatione. Pronunciamus, sententiamus, diffinimus Abbates, Prælatos & canonicos regulares congregationis Lateranensis, vti clericos dimissa superiori vestis, pallio, seu cappa, in linea veste, clericali, habitu modesto (quod etiã in alma nostra vrbe Romæ conspicere fuit, & nunc obseruatur) in processionibus, & omnibus alijs actibus publicis, & priuatis tam in dicta alma Vrbe nostra, nostrorũ, & successorũ nostrorũ conspectu quàm alibi vbicunque sit, ac quibuscunq; alijs ciuitatibus, terris, oppidis, ac locis, dictos Abbates, Prælatos, & Monachos

rum S. Benedicti Casinensis præcedere debuisse, ac debere, eadem Abbates, Prælatos, & canonicos regulares dictarumque eorum congregationem, vt supra nec dictos dictu Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationis in omnibus, & singulis præfata præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & esse. Abbates verò dictarum congregationum Lateranensis, & S. Benedicti singulariter, & de per se, aliique eorum conuentibus in Conciliis Generalibus, Prouincialibus, & Synodalibus, & alijs actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de iure, vel de consuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore habere debebunt, inter se iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium priorem, & anteriorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotionis datatem, non autem congregatione, & ordine, quos fuerint, attentis, præcedere, ac præferri, & in dignitate collocari debuisse, ac debere, prout præferimus, anteponimus, collocamus, præferrique anteponi, & collocari respective mandamus, tollationes quoque, molestationes, oppositiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcunque per præfatos Abbates, Prælatos, & Monachos dicti ordinis S. Benedicti, & dictam eorum congregationem eisdem Abbatibus, Prælatis, canonicis regularibus dicti ordinis, & eorum congregationibus, & super præfatis omnibus, & singulis, & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, facta quæ facta, & illata, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, & iniustas, temerariaque illicita, indebita, & iniusta, ac de facto præsumpta, & præsumpta, quæ, & illa præfatis Abbatibus, Prælatis, & Monachis fuisse, & fuisse minimè licuisse, nec licere de iure. Et propterea de, & super illis, ac dicto iure præhabendo, vt supra, omnibusque aliis, & singulis præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, ac imponimus, vtramque partem in expensis iuris de causis absolutentes. Ita est I. Ita refero, & censeo pronunciandum esse Io. Michael Cardinalis Saracenus.

Ita refero & censeo pronunciandum esse Io. Baptista Cardinalis S. Clementis.

Ita refero, & censeo pronunciandum esse Bernardinus Cardinalis Tranen. Iecta, lata, & in scripto promulgata præsens, & diffinitiua sententia. sub annulo Piscatoris signata per eundem S. D. N. D. Pium PP. IV. Romæ in Palatio S. Mariæ de Ara cœli in Palatio eiusdē D. N. PP. anno à Natiuitate eiusdem Domini 1563. Indictione 6. die verò 23. mensis Septembris, Pontificatus D. N. D. Pij diuina prouidentia PP. IV. anno quarto, præsentibus ibidem Reu. D. Alexandro Palanterio Almæ vrbis Romæ Gubernatore, & Ill. D. Com. Annibale Altemps ad præmissa, & singula vocatis specialiter, habitis, atque rogatis.

Addidit idem Pontifex motum proprium, per eosdem omnes, & singulos tum processus, tum sententia defectus etiam substantiales, si qui forsan intercessissent, autoritate Apostolica suppleuit, & dictam sententiam ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandauit.

Motus proprius eiusdem Pij IV.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sedis Apostolicæ prouidentia circumspecta, ne rursus ea, quæ in controuersijs inter personas, Ecclesiasticas præsertim, Altissimo sub regulari professione famulantes, exortu, pro tranquillo religionis statu prudenter ordinauit, in molestos contentionis anfractus relabantur, maiorem sulet, dum id res ipsa requirit, adhibere cautionem. Sanè nuper postquam sicut nobis innotuerat, ab antiquis vsque temporibus etiam suprà centū annos retroactos lis, & causa seu controuersia inter dilectos filios Rectorē Generalē, & canonicos regulares S. Augustini congregationis Lateranensis ex vna, ac Monachos S. Benedicti Ordinis Casinensis aliàs S. Iustinæ de Padua congregationē partibus ex altera, super illorū præcedentia, seu iure præcedēdi suborta, & corā diuersis iudicibus etiā in nostro Palatij Apostolici auditorio ventilata, ac demū non sine animi nostri molestia in Oecumenico Concilio Tridentino inter earundē congregationum Abbates reuocata fuerat. Nos considerantes, lites, & controuersias huiusmodi in Ecclesia præsertim inter religiosas, & reformatas personas, quæ reliquis mundi vanitatibus, votum suū in humilitatis spiritu Domino, & Deo nostro, qui se pro nobis vsq; adeo humiliauit, vt formā serui acciperet, persoluere profitentur, nō modicū illi præclarę, Deoq; præcipuè dilectæ virtuti, qua est humilitas labem infundere, populoque scandalum generare, & propterea illas omni ratione submouendas, publicaque Religionis tranquillitati, ac ministrorum Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quamprimum consulendum esse rati. Motu proprio dictas causas, & controuersias, vbilibet, & coram quibuscunq; iudicibus motas, & in quibuscunq; instantijs indecisas pendentes, ab eisdem iudicibus ad nos aduocauimus, illasque dilectis filijs nostris Io. Michaeli S. Anastasiæ Saraceno, Io. Baptistæ S. Clem. Cicadæ, ac Bernardino Scoto nuncupatis S. R. E. presbyteris Cardinal. audiendas, cognoscendas, & decidendas per quandam motus proprij scedulam, & deinde illas per aliud nostrum rescriptum eisdem Cardinalibus per eos audiendas tantum, nobisque referendas commisimus. qui quidem Cardinales dictis partibus, earumue Procuratoribus, & Aduocatis pluries auditis, dubijsque emergentibus ad plenum discussis, & resolutis, comperto satis per eos ex compluribus literis Apostolicis, diuersisque alijs rationibus, & probationibus, quod ipsi canonici fuerunt, & sunt de illis clericis à S. Augustino, quinimò à sanctis Apostolis institutis, eosdem canonicos tam suæ antiquæ institutionis huiusmodi, quam etiam dignitatis clericalis, qua eos, statim quod professionem regularem emittunt, insignitos esse oportet, aliarumque qualitatum in eis existentium ratione, dictamque illorum congregationem Lateran. præfatos monachos, & eorum congregationem Casinen. præcedere debere censuerunt, & concluserunt, suamque conclusionem huiusmodi ad audientiam nostram iuxta vltimi nostri rescripti præfati tenorem retulerunt. vnde nos illorum relatione intellecta, eaque per nos diligenter examinata, quoniam eam in omnibus suis partibus veritati, & iuri consonam comperimus,

per nostram diffinitiuam sententiam pronunciauimus, sententiauimus, decreuimus, & declarauimus, Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranensis, vti clericos, dimissa superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, clericalique habitu incedentes (quod etiam in alma Vrbe consuetum fuerat, & tunc obseruabatur) in processionibus, & omnibus alijs alibi publicis & priuatis, tam in dicta Vrbe, nostrisq; & aliorum Romanorum Pontificum successorum nostrorum conspectu, quam alias in vniuersis & quibuscunque alijs ciuitatibus, terris, oppidis, & locis Abbates, Prælatos, & monachos ordinis S. Benedicti congregationis Cassinen. prædictos præcedere debuisse, & debere, ac eosdem Abbates, Prælatos, & canonicos regulares, dictamq; eorum congregationem, vt præfertur, incedentes ductu Abbatibus, Prælatis, & monachis S. Benedicti, & eorum congregationis in omnibus, & singulis præmissis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & esse. Abbates verò dictarum congregationum singulariter, & de per se, absque illorum Conuentibus in Concilijs Generalibus, Prouincialibus, & Synodalibus, ac alijs actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates, de iure, vel consuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter se iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium priorem & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, & illorum promotione duntaxat, nō autem congregatione, & ordine eorum sine attentis, præcedere, & præferri, & in digniori loco collocari debuisse, & debere, prout ex tunc pretulimus, anteposuimus, & collocauimus præferriq; anteponi, & collocari mandauimus. Iactationes quoq;, molestationes, oppressiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcunq; per Abbates, Prælatos, & monachos prædictos, & eorum congregationem Cassinen. eisdem Abbatibus, Prælatis, & canonicis regularibus congregationis Lateranen. super præfatis omnibus, & singulis, & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, facta, præstita, & illata, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas & iniustas, temerariaq;, illicita, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illaq;, & illa Abbatibus, Prælatis, & monachis congregationis Cassinensis huiusmodi fecisse, & facere minime licuisse, neque licere de iure. Et propterea de, & super illis, ac dicto iure præcedendi, omnibusque, & singulis alijs præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, & tunc imposuimus, prout in rescripto, relatione, & sententia prædictis plenius continetur. Ne autē de sententia, aliorumq; præmissorum validitate vllo vnquam tempore dubitari, ac propterea, vel alio quouis prætextu rem maturè discussam, & iudicatam rursus in controuersiam retrahi, neue denuo in Ecclesia Dei inter tales personas religiosas contentiones exoriri, ac populo scandala generari contingat, tempestiuè prouidere, ac supremam huic negotio manum apponere cupientes, necnon veriores literarum singulorum prædecessorum ac rescripti, processus, relationis, sententiarumque præfatarum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes. Motu simili, non ad ipsorum Abbatum, Prælatorum, & canonicorum regularium congregationis Lateran. vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad effectum executionis d. sententiæ omnes, & singulos processus, & sententiæ prædictorum defectus, etiam substantiales, si quis forsan in eisdem intercesserint, harum serie supplemus, ac eandem sententiam vna cū eius processu validos, & efficaces esse, fuisque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter ab omnibus obseruari debere, nec partes ipsas ad vllo vnquam tempore, quouis prætextu, quæsitæ coloris resilire posse, sed ad illorum obseruationē omni carere, ipsasq; & pœnas tam Ecclesiasticis, quā secularibus ad id cogi, & compelli, neque monachos, eorumue congregationem aduersus sententiam, aliasue præmissa impetrum statum quouis quæsito colore, vel ingenio relabi, nec illa oppugnantes audiri, præsentesque literas subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, aut alio quouis defectu notari, seu impugnari posse. Itaque, & non aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus; præmissaque omnia perpetuo statuimus, & quod ita fiant, & obseruentur volumus atque mandamus. Similiter Venerabili fratri Episcopo Aurien. & dilectis filijs nostro in alma Vrbe, & eius districtu Vicario in spiritualibus, ac Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ auditori Generali vbi per præsentes motu proprio mandantes, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris Generalis, & Abbatum, Prælatorum, ac regularium canonicorum S. Augustini congregationis Lateranensis præfatorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficaciam defensionis præsidio assistentes, faciant autoritate nostra illos suppletione, decreto, statuto, voluntate, & mandato, aliisq; præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes, vos, vel eorum quempiam desuper per quascunque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras etiā Ecclesiasticas, & pœnas in eis arbitrio suo moderandas, & applicandas, quam etiam primationis singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum per ipsos contradictores obtentorum pœnas, aliasq; iuris remedia appellatione postposita, compescendo, & legitimis super his habendis seruatis processibus, illas sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illosque etiam iteratis vicibus aggranando, & interdictum Ecclesiasticum imponendo, munitas etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dictis, dummodo quilibet præsentium vigore vtra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac alijs

quibusuis conflitutionibus, & ordinationibus Apost
cis, necnon monasteriorum, & ordinum, ac congrega
rum præfatorum, etiam iuramento, confirmation
postolica, vel quauis firmitate alia roboratis statuti
consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & lit
postolicis, illis, eorumque superioribus, ac personis
quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibu
etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque effi. ac
sim, & insolita clausulis, irritantibusque, & alijs
ceum, & potestis, vel scientia, ac motu, & scientia si
ibus quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vic
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum te
præsentibus pro sufficienter expressis, & inserti
tentes, illis alias in suo robore permansuris ad hæc nec
tuat, aut alterius, & expresse derogamus. Contr
quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel distin
de præmissis sit sede indultum, quod interdici, susp
& non recommunicari non possint, per literas Apostol
cum sanctis plenam, & expressam, ac de verbo ad v
nam de indulto huiusmodi mentionem. Volumus au
quod præsentium transumpta manu alicuius Nota
publici subscripta, & sigillo personæ in dignitate Ecc
fulgeo constitutæ munita, eis indubitatis, & extra, vbiq
fidem, plena, & indubia, eademque prorsus fides ad
datur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent e
hibendo ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub a
nulo Piscatoris die 18. Ianuarij M.D.LXIV. Pontificat
nostri anno quinto.

II. HÆc constitutio cum sententia ab eodem P
nicè lata refertur etiam in Bullario nuper
sto inter Constitutiones Pij IV. & est nume
ij circa quam notanda sunt verba illa: Qui q
dem Cardinalis dictis partibus, earumue Procurato
bus, & aliunde plures audiuit, diligenque emergen
rum ab plenam & perfectam, & resolutis, comperto satis p
rentes meritis, literis Apostolicis, deuotisque al
dumuerit, rationibus, & probationibus, quod ipsi c
munes fuerunt, & sunt de vtilitate clericis à S. Augustin
gationis à 55. apostolis institutis, eosdem canonicos
ac eorum instituta huiusmodi, quam etiam d
modis clericales quoad eos status, quod professionem
narum, profectus esse oportet, alias quoque qualitat
ne ecclesiarum ratione, dictamque illorum congreg
nem Lateranensis, præfatos Monachos, & eorū congre
nensem Cassinensem manere debere consuetum
& Deo quorum verborum intelligentia sciend
effectu relationibus dictorum Cardinalium co
signet, totum pondus causæ ad tria dubia reda
dum videlicet an nostri Lateranenses essent ve
re de illis canonicis à D. Augustino, siue à sanct
Apostolis institutis, & circa hoc dubium conclu
sum fuit affirmatiuè. Secūdò, an supposito, quo
sum fuit affirmatiuè. Secūdò, an supposito, quo
canonici Lateranenses essent verè de illis clerici
à S. Augustino, & à sanctis Apostolis institutis
deberent præcedere monachos D. Benedicti; S
conclusum fuit affirmatiuè, per iura in eisden
relationibus allegata. & hæc fuerunt duo præci
pra fundamenta, quibus nixus est Pius IV. in ea
dem sententia pro canonicis Lateranensibus

quibuscunq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon monasteriorum, & ordinum, ac congregationum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis eorumque superioribus, ac personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuersim ab eadem sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præfatarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra, vbilibet earum, plena, & indubia, eademque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 18. Ianuarij M.D.LXIV. Pontificatus nostri anno quinto.

HÆc constitutio cum sententia ab eodem Pontifice lata refertur etiam in Bullario nuper edito inter Constitutiones Pij IV. & est numero 97. circa quam notanda sunt verba illa: *Qui quidem Cardinales dictis partibus, earumue Procuratoribus, & aduocatis pluries auditis, dubijsque emergentibus ad plenum discussis, & resolutis, compertoque satis per eorum scripturas literis Apostolicis, diuersisque alijs documentis, rationibus, & probationibus, quod ipsi canonici fuerunt, & sunt de illis clericis à S. Augustino, quorum à SS. Apostolis institutis, eosdem canonicos tam iuxta antiquas institutiones huiusmodi, quam etiam dignitatis clericalis qua eos fruntur, quod professionem emittant, insignitos esse oportet, aliarumque qualitatum rem existentium ratione, dictamque illorum congregationem Lateranensem, præfatos Monachos, & eorum congregationem Cassinensem præcedere debere consueuerunt &.* Pro quorum verborum intelligentia sciendū est, et ex relationibus dictorum Cardinalium colligitur, totum pondus causæ ad tria dubia redactum: videlicet an nostri Lateranenses essent verè de illis canonicis à D. Augustino, siue à sanctis Apostolis institutis, & circa hoc dubium conclusum fuit affirmatiuè. Secūdò, an supposito, quod canonici Lateranenses essent verè de illis clericis à S. Augustino, & à sanctis Apostolis institutis, deberent præcedere monachos D. Benedicti; & conclusum fuit affirmatiuè, per iura in eisdem relationibus allegata. & hæc fuerunt duo præcipua fundamenta, quibus nixus est Pius IV. in eadem sententia pro canonicis Lateranensibus contra monachos ferenda, videlicet prioritas institutionis, & dignitas clericalis, quia ipsi canonici Lateranenses sunt clerici essentialiter, & non ex dispensatione, vel priuilegio, sicut monachi; & quod est tale per essentiam, debet præcedere illud, quod est tale per accidens, & ex dispensatione. Et hinc deducitur, omnes canonicos regulares, qui sunt verè de illis à D. Augustino, & à Sanctis Apostolis institutis, ratione prioris illorum institutionis, & etiam ratione dignitatis clericalis, quæ illis per essentiam, & non ex accidenti inest, omnes Monachos præcedere debere; licet in dicta sententia de solis Lateranensibus mentio habeatur, quia à paritate & identitate rationis optimè infertur ad paritatē, & identitatem iuris. Processus totius causæ cum allegationibus pro vtraque parte deductis, & relationibus Illustrissimorum D D. Cardinalium, & causæ conclusione cum sententia, & motu proprio eiusdem Pontificis typis editus est Cremonæ an. 1567. apud Vincentium Comitē.

IV. CIrca secundum dubium lis orta est primo in Concilio Constantiensi inter Abbatem canonicorum regularium de Crutzelingen prope muros Constantiæ ex vna, & Abbatem monasterij in Petri domo vltra pontem Constantiæ ordinis S. Benedicti ex altera, super iure præcedendi in dicto Concilio Constantiensi: quam litem primò Ioannes XXIII. Papa nuncupatus in dicto Concilio, postmodum verò Innocentius VIII. per sequens decretum in hunc modum terminauit. *Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Prouisionis nostræ dei et prouentre subsidio, vt suum cuilibet conferatur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam literarum Concilij Constantiensis in registro ipsius Concilij repertarum, pro eo quod sicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus monasterij in Crutzelingen extra muros Constantiæ Ordinis S. Augustini petitio continebat, ipsi eo indigere noscuntur, de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorum supplicantium instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talus est. Sacrosancta, & Generalis Synodus Constantiensis ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet tempore, quo Papatui præfuit, literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Sanè dudum pro parte dilectorum filiorum Erardi Abbatis, & conuentus monasterij Crutzelingen extra muros Constantiæ Ordinis S. Augustini Baltasari, tunc Ioanni Papæ XXIII. exposito, quod licet ipsius ordinis regularis institutio, ac eius per Apostolicam Sedem subsequens approbatio longè præcederent institutionem, & etiam per eandem sedem factam approbationem Ordinis S. Benedicti, præfatusque Abbas in Abbatialis dignitatis promotione directus Ecclesiæ filium Ioannem Abbatem monasterij in Petri domo vltra pontem Constantiæ dicti Ordinis S. Benedicti longè præcesserit, necnon Abbas pro*

tempore existens supradicti monasterij Crutzelingen, mitra, & annulo, cæterisq; Pontificalibus insignijs, & speciali priuilegio Sedu eiusdem, cui non esset in aliquo derogatum, vti, & gaudere ab olim consueuisset, quibus dictus Abbas monasterij Petri domus minimè vtebatur, seu gaudebat, ac eidem Abbati monasterij in Crutzelingen existenti pro tempore, vt Patri Abbati etiam alia plura monasteria dicti Ordinis S. Augustini in diuersis locis consistentia secundum eiusdem ordinis regularia instituta per sedem ipsam ex certa scientia approbata subessent, in quo, eorumque personas degentes pro tempore in eisdem, uis seu superioritatem visitandi, corrigendi, & puniendi haberet, & propterea Abbas, & Conuentus prædicti, necnon canonici eiusdem monasterij Crutzelingen, in quibuscunque actibus solemnibus, necnon processionibus generalibus, quæ fierent pro tempore in ciuitate Constantiæ, ac etiam in Generali Concilio Abbati, & monachis existentibus pro tempore, ac Conuentui dicti monasterij Petri domus præferri, atque in digniori loco, siue ordine collocari deberent. Tamen cum idem Ioannes Abbas & Conuentus monasterij Petri domus contrarium asserentes, tacitarent ex aliquibus consilio, & minus validis rationibus se in talibus ipsis Abbati, Canonicis, & Conuentui eiusdem monasterij in Crutzelingen fore præferendos. quodque timebatur ex hoc inter partes ipsas exoriri lites, iurgia, & scandala, quæ forsan de facili reparari nõ possent, ac pro parte dictorum Erards Abbatis, & Conuentus monasterij Crutzelingen, eidem Baltasari tunc Pontifici humiliter supplicato, vt in præmissis de benignitate Apostolica salubriter prouideret. idem Baltasar tunc Papa desiderans pacem, & concordiam inter Abbatem, & Conuentum, ac Canonicos, & Monachos huiusmodi monasteriorum prædictorum perpetuo stabilire, huiusmodi supplicationibus voluit, & concessit videlicet 5. Calend. Decembris Pontificatus sui anno 5. quod Abbas existens pro tempore in Crutzelingen, præfato Abbati etiam pro tempore existenti in Petri domo prædictorum monasteriorum, necnon canonici in Crutzlingen etiam existentes pro tempore monachis similiter existentibus pro tempore in Petri domo monasteriorum præfatorum tam illis, quam processionibus huiusmodi dicti Concilij Constantiensis, & quandiu illud duraret, quam etiam quibusdam alijs processionibus, congregationibus, necnon actibus solemnibus, & publicis, in quibus eos pro tempore insimul conuenire contingeret, præferri, ac in locis dignioribus huiusmodi perpetuis temporibus collocari deberent. Non obstante etiã quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus eisdem Abbati, & Conuentui Petri domus, ac ordini S. Benedicti concessis quorumcunque tenorum existerent, per quæ literis dicti Baltasarij tunc Papæ, si super his confectæ fuissent, non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valerent quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbũ habenda esset in eisdem literis mentio specialis. Ne aũt pro eo, quod super voluntate, & concessione præfata literæ dicti Baltasarij tunc Papæ, interim quod Papatus præfuit, confectæ non fuerint, prædicti Abbas, & Conuentus monasterij in Crutzelingen voluntate, & concessionis prædictarum frustrentur effectu, volumus, & tenore præsentium decernimus, quod voluntas, & concessio prædicta, à dicta die videlicet 5. Calend. Decembris perinde suum consequantur effectum, ac si literæ dicti Baltasarij tunc Papæ super illis sub ipsius dicti tu confectæ fuissent. Quodque præsentes literæ ad probandum plenè voluntatem, & concessionem prædictas, vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantiæ 16. Calend. Septembris, anno à Natiuitate Domini 1415. Apostolica sede vacante. Caterum vt earundem literarum tenor prædictus inseratur omnimodam rei, seu facti veritatem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, vt eadem fides eidem transumpto adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nos autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus, sed antiquum conseruari tantummodo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1415. 3. Calend. Maij Pontificatus nostri anno quinto.

Quo tamen decreto non obstante eadem controuersia denuo nascitur in Concil. Trident. inter Abbates congregationis Lateranensis ex vna, & Abbates congregationis Cassinensis ex altera, super eodem iure præcedendi. Quæ res ea causa fuit, vt in Catalogo Abbatum, qui eidem Concilio subscripserunt, nullos ex nostra ista congregatus, quod nostri de licentia Superiorum ad literas tollendas posteriori loco subscribere noluerunt. & istud fuit tertium dubium coram eisdem Illustrissimis Cardinalibus à Pio IV. delegatum propositum, & examinatum, & conclusum per eosdem Illustrissimos Cardinales, quod in tali casu seruaretur ordo, qui seruatur in Abbatibus perpetuis, & in Episcopis, vt minimum attenditur antiquior promotio ad Abbatiam, vt habetur in cap. Episcopos 16. d. & cap. fin. ibi 75. d. & ita per eundem Pium IV. decisum fuit in dicta sententia in illis verbis: *Abbates verò dictarum congregationum Lateranensis, & S. Benedicti singulariter, & de per se, ubique eorum conuentus &c.*

V. VErum circa huiusmodi sententiam, & decisionem aliud dubium suboritur, quod per literam non videtur plenè decisum, nempe circa illum,

CAPVT SEPTV

an cum in congregatione Lateranensi non
ores Prælati monasteriorum sint Abbates, sec
dam Abbates, quidam Priores, alij Præposit
verò Archipresbyteri, dicta sententia solos
bates comprehendat, an verò ad cæteros
Prælatos extendatur. Nec desunt, qui velin
ad alios Prælatos etiam non Abbates ext
quòd illi eandem in sibi subditos habeant
rnatem, & iurisdictionem, quam habent A
res in suis monasterijs. mihi tamen, saluo iu
melius sententium, distinguendum videt
alijs Prælatis canon eorum præter Abbates
alij sunt, qui ex priuilegio Pontificalium
clement, & sibi subditis primam tonsuram
quatuor minores ordines conferre possunt
la munera, quæ Abbatibus ex priuilegio
petunt, exercere, quales sunt Prior S. Frig
Lucensis, & S. Catharinæ Firmanæ, & S.M
de Columna Cæsaraugustanæ, & Præposi
Crucis Mortariensis, & alij plerique. Alij
sent, qui eiusmodi priuilegio non gaudent.
Proinbu loquamur, puto sententiam Pij I
illos posse extendi, ac debere, ita vt iuxta pri
promotionem ad huiusmodi Prioratum
petatillis ius præcedendi Abbates posterius
nonos. Primò quia huiusmodi Priores ga
eodem penu legijs Abbatum: Ergo eodem
patiendi sicut Abbates. Secundò, quia
in Ecclesia Lateranensis erat Regularis,
dicta Ecclesiæ, quia habebat vsum Pontif
præcedebat omnes Abbates Vrbis, vt not
naphrius in libro de septem Vrbis Eccle
Lateranensi: Eodem modo Prior S. Mar
Columna Cæsaraugustanus præcedit omne
batas in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ: sim
Prior S. Frigdiani, & Præpositus sanctæ C
Mortarij. Idem autem puto esse de alijs P
tus habentibus similem vsum Pontifical
Temò, quia licet nunc dignitas Abbatial
maior dignitate Priorali, posteaquam Abb
facta sunt clerici ex priuilegio, tamen ab i
non erat hoc, sed quilibet non solùm Prior e
nicorum, sed quilibet canonicus maior erat
liber Abbate, vt est textus expressus in cap. à S
illo 99. d. nam quilibet ostiarius præced
Abbatem, quare quod nunc Abbates præce
Priores canonicorum, id non habent ex nat
sed ex priuilegio. Ergo vbi Priores habent
dem priuilegia, quæ habent Abbates mo
chorum, censendi sunt pares ipsis Abbatib
monoperiores, propter dignitatem clerica
quæ canonicis inest essentialiter, monachis v
nonnisi per accidens, & ex dispensatione. Si
non sequamur de alijs Prioribus, vel Prælati
mihi priuilegia non habentibus, puto ius p
cedendi Abbates illis minimè conuenire, qu
ex priuilegio deriuat.

VI. CIrca eundem articulum alia controuer
exoritur in casu, quo canonici regulares

an cum in congregatione Lateranenti non omnes Prælati monasteriorum sint Abbates, sed quidam Abbates, quidam Priores, alij Præpositi, alij verò Archipresbyteri, dicta sententia solos Abbates comprehendat, an verò ad cæteros etiam Prælatos extendatur. Nec desunt, qui velint, illã ad alios Prælatos etiam non Abbates extendi, quibus illi eandem in sibi subditos habeant autoritatem, & iurisdictionem, quam habent Abbates in suis monasterijs. mihi tamen, saluo iudicio meliùs sentientium, distinguendum videtur de alijs Prælatis canonicorum præter Abbates: nam alij sunt, qui ex priuilegio Pontificalium vsum obtinent, & sibi subditis primam tonsuram, & quatuor minores ordines conferre possunt, & alia munera, quæ Abbatibus ex priuilegio competunt, exercere, quales sunt Prior S. Frigdiani Lucensis, & S. Catharinæ Firmanæ, & S. Mariæ de Columna Cæsaraugustanæ, & Præpositus S. Crucis Mortariensis, & alij plerique. Alij verò sunt, qui eiusmodi priuilegio non gaudent. Si de Prioribus loquamur, puto sententiam Pij IV. ad illos posse extendi, ac debere, ita vt iuxta priorem prouisionem ad huiusmodi Prioratum competat illis ius præcedendi Abbates posterius promotos. Primò quia huiusmodi Priores gaudent eodem prorsus legijs Abbatum: Ergo eodem modo præferendi sicut Abbates. Secundò, quia quando Ecclesia Lateranensis erat Regularis, Prior dictæ Ecclesiæ, quia habebat vsum Pontificaliũ præcedebat omnes Abbates Vrbis, vt notat Onuphrius in libro de septem Vrbis Ecclesijs in Lateranensi: Eodem modo Prior S. Mariæ de Columna Cæsaraugustanus præcedit omnes Abbates in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ: similiter Prior S. Frigdiani, & Præpositus sanctæ Crucis Mortarij. Idem autem puto esse de alijs Prioribus habentibus similem vsum Pontificalium. Tertiò, quia licet nunc dignitas Abbatialis sit maior dignitate Priorali, posteaquam Abbates facti sunt clerici ex priuilegio, tamen ab initio non erat sic, sed quilibet non solùm Prior canonicorum, sed quilibet canonicus maior erat quolibet Abbate, vt est textus expressus in cap. à Subdiacono 93. d. nam quilibet ostiarius præcedebat Abbatem, quare quod nunc Abbates præcedant Priores canonicorum, id non habent ex natura, sed ex priuilegio. Ergo vbi Priores habent eadem priuilegia, quæ habent Abbates monachorum, censendi sunt pares ipsis Abbatibus, nec superiores, propter dignitatem clericatus, quæ canonicis inest essentialiter, monachis verò nonnisi per accidens, & ex dispensatione. Si autem loquamur de alijs Prioribus, vel Prælatis simplex priuilegia non habentibus, puto ius præcedendi Abbates illis minimè conuenire, quod ius à priuilegio deriuat.

VI. Circa eundem articulum alia controuersia exorta est in casu, quo canonici regulares nõ Abbates, neque Prælati cum monachis non existentibus Abbatibus, neque Prælatis sine Capitulis de per se conueniunt, an præcedere debeant canonici, an monachi. quæ controuersia nonnullis ab hinc annis excitata Patauij in congregatione Sapientia nuncupata, in qua vnus ex nostris canonicis Lateranensibus, & vnus ex monachis Cassinensibus conuenerant, per S. Congregationem Illustrissimorum Dominorum Cardinalium super causis Regularium habito verbo cum Sanctissimo per hoc decretum fuit terminata.

Cum superioribus diebus, die videlicet 4. Augusti præsentis anno 1603. S. D. N. Clemens Papa VIII. in Congregatione Illustrissimorum DD. Cardinalium super negotijs Ep scoporum, & Regularium, & ex voto eiusdem congregationis super controuersia inter canonicos regulares Lateranenses, & monachos S. Benedicti congregationis Cassinensis orta, occasione præcedentia in congregatione nuncupata Sapientia, quæ in ciuitate Patauij celebratur coram Episcopo, inter conuentibus in ea vna ex Canonicis, & vnoex Monachis præditis, mandauerit obseruari sententiam aliàs inter eosdem canonicos, & monachos latam à fel. rec. Pio Papa IV. prout iacet. Cumque deinde alia noua differentia in eadem congregatione Patauina inter eosdemmet orta sit, prætendens monachus Cassinensis, vt non solum canonicus regularis Lateranensis (ad hoc vt iuxta dictam sententiam sit præferendus, & anteponendus in digniori loco) teneatur dimittere superiorem vestem pallium, seu cappam nigram, sed etiam induere super linea veste, quam rochettum vocant, aliud superpelliceũ lineum, vulgo cottam nuncupatum, quemadmodum solet fieri ab ipsis canonicis regularibus in publicis processionibus. Eadem Sacra congregatio negotio maturè discusso declarauit sufficere, vt ipsi canonici regulares Lateranenses in omnibus actibus publicis, & priuatis, & sic etiam in eadem congregatione Patauina, remaneant (demissa tantummodo superiori veste nigra) in linea veste, videlicet in rochetto, absq; alio superpelliceo, & tunc intelligantur esse in habitu clericali iuxta tandem sententiam Pij IV. & ita obseruari mandauit. Romæ die prima Septemb. 1603.

VII. Addo, quod ante illud decretum eandem cõtrouersiam terminauerat Pius V. per suum motum proprium anno 1570. 10. Calend. Ianuar. emanatum, quo decreuit, & declarauit, omnes, & singulos canonicos nostræ cõgregationis in omnibus processionibus, & alijs actibus publicis, ac etiam priuatis primum, & digniorem locum super omnes Regulares tenere immediatè post clericos seculares, forma prædicti motus proprij talis est:

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum e ordinum vniuersitate, qui in Dei Ecclesia reperiuntur, illa castrorum acies comparetur, illius autem gubernam Rom. Pont. B. Petri vero successoris sit demandatum, merum nemini videri de-

bet, si ille curæ sibi diuinitus commissæ imminans, cuilibet quod suum est, benignè concedendo. & quæ clara etiam sui ipsorum natura sunt, ne in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur, opportunæ declarationis, ac nouæ concessionis remedio consoldat, vt quibuscunque sublatis obstaculis, quilibet pacis amœnitate frui liberè possit, ac scandalorum occasio penitus tollatur. Cum itaque sicut accepimus, dilecti filij vniuersi canonici regulares Ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem S. Augustino eorum reformatore iterum per reformationis viam mundo geniti meritò prætendere possunt, se omnes alias personas Ecclesiasticas iam seculares, quàm regulares in processionibus, & alijs actibus publicis præcedere debere. Cum tamen non liceat membra à capite separare, sed tamen eis locum debitum assignare, ipsorumque indemnitati, vt sine populi scandalo in publicum prodire, exemploque potius cæteris Christi fidelibus esse possint, consulere volentes, atque omnibus, & singulorum iustum, quæ forsan super præmissis exortæ sint, aut exoriri quoquomodo possint, status, & merita, nouinaque & cognomina iudicum, & colitigantium præsentibus pro expresso habentes. Motu proprio, non ad dictorum canonicorum, vel alicuius alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos canonicos prædictos vbicunque locorum existentes, quos deinceps processionibus, & alijs actibus publicis, vel priuatis interesse contigerit, statim ipsum clerum secularem non exemptum subsequi, dum ipsi subsequendo præcedunt: dum verò præcedendo præcedunt, illum immediatè sequi debere, autoritate Apostolica per præsentes declaramus. ac insuper in omnibus locis, in quibus talis viget consuetudo in processionibus, vt dicti clerici non exempti præcipuè quando canonici aliquius Ecclesiæ Cathedralis paramenta Ecclesiastica indunnt, vt cultus diuinus magis vigeat, ac vt Sanctissimum Corpus Christi, seu alia reliquiæ, quæ processionaliter deferuntur, decentius, & honorificentius associentur: aut quando hoc ipsum Ordinarij mandato contingit, ipsi canonici similiter, ac illi pluuialia, planetas, tunicellas, & alia paramenta super eorum clericalem habitum deferre, necnon pro Cruce associanda quacunque luminaria deferre liberè, & licitè possint, statuimus, & ordinamus. Districtiùs inhibentes quibuscunque locorum Ordinarijs, etiamsi Patriarchali, Prouinciali, Archiepiscopali, Episcopali, aut alia dignitate præfulgeant, sub excommunicationis maioris, & indignationis nostræ pœna, ne eosdem Canonicos, seu aliquem eorum molestare, aut præmissa quouis modo declarare, vel interpretari audeant. Decernentes, præsentes literas nullo vnquam tempore subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu etiam ex eo, quod locorum Ordinarij, aut alij forsan interesse habentes vocati non fuerint, aut nullitatis notari, imputari, inualidari, ad terminos iuris deduci, in ius vel controuersiam vocari, causamque, vel causas, quare præmissa à nobis emanauerint, verificandum, nullatenus teneri, nec ob id viribus carere, minusque sub quibuscunque similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, sublationibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi: sed semper ab illis excepti, & quoties illæ emanabunt, toties in præmissum statum restituti, repositi, ac plenarie reintegrati, etiam sub Dat. per ipsos Canonicos eligenda esse, fiqueque ab omnibus censeri. Et ita per quoscunque iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, & ipsorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his à quocunque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs d. Congregationis Protectori, seu eius Viceprotectori, & causarum Curiæ Cam. Apost. Generali auditori, ac Vicario Ven. fratris nostri Episcopi Laudun. in spiritualibus generali per Apostolicas scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte canonicorum prædictorum, vel aliquorum eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illosque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant aut orirate nostra eosdem Canonicos, illorumque singulos præmissis omnibus, & singulis vt præfertur contentis, & tenore pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, seu eorum aliquem desuper per quascunque indebitè molestari, perturbari, & impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissa non parentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas aliasque opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, necnon legitimos super his habendos seruato processibus, illas censuras, & pœnas ipsos incurrisse declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstante sanctæ rec. PP. Bonifacij octaui successoris nostri, etiam qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apost. deputati extra Ciuitatem, vel diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel aliquos suas committere præsumant, ac de duabus dietis in consilio generali edita, dummodo vltra tres dietas quo vergore præsentium ad iudicium non trahantur, ac alijs de Apostolicis in Prouincialibus, ac Synodalibus Concilijs editis specialiter, vel generaliter constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliaroborata, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscunque Ecclesijs, Congregationibus, Capitulis, Collegijs, monasterijs, & alijs locis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusdam clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aresecutibusque, & alijs decretis motu, scientia, & potestatibus similibus, etiam consistorialiter concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis eorumq;

tem tenoribus specialis specifica, & expressa me
sequatur alia expressio habenda, aut aliqua al
quibus forma ad hoc seruanda foret, tenores huius
illos de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, a
illis tradita observata, inserti forent eisdem pr
plius, pro sufficienter expressis habentes, illis alias
sobere permanserit, hac vice dumtaxat specialiter
expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, au
legijs cæterumue, vel diuisim ab Apostolica Se
indultum, quod interdici, suspendi, vel excommun
non possint per literas Apostolicas non facientes p
& expressam de verbo ad verbum de indulto huius
mentum. Nulli ergo omnino hominum liceat
paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationi
bitionis, decreti, mandati, & derogationis infring
ausu temerario contraire. Si quis autem ho
tare præsumpserit, indignationem Omnipote
do, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ei
nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum
tum anno Incarnationis Dominicæ 1570. 10 Calend
uarij, Pontificatus nostri anno 5. CC. Alp. Dia. I
Monsr. precomp. G. Delldado. V. Macaran. Alex. P
gnat. A. Cantranen. Ro. Bonfilius. C. Math. à terg
ales registratum in Cam. Apost. Io. Mandosius.

VIII Circa tertium articulum seu dubium, an
canonici regulares præcedere possint, &
bent canonicos siue clericos seculares, diffic
tuuntur, quia pro parte negatiua facit, qu
membra sum caput sequuntur, vnde cum cl
si eu canonici seculares habeant caput digni
qui est Episcopus, qui omnes clericos siue reg
lares, siue seculares antecedit, etiam seculares
caput sequentes, clericos regulares præcedere
debent. Verum pro contraria parte affirmati
facit antiquitas illorum institutionis, & cleric
tus, qui per se illis competit; nam canonici reg
latis sunt essentialiter clerici, & sic quoad ho
parte sunt ipsis clericis secularibus. Sunt aute
quod institutionem priores, & antiquiores cl
tis seculares bus; quia omnes clerici ab initio
tate regulares, & clerici seculares orti sunt ex r
gularibus, vt supra in principio huius secundi l
tis deduximus. Ergo canonici regulares sun
præferendi, iuxta regulam vulgatam: Prior tem
pore potior in iure, & alia superius hoc eodem l
bro cap. 30. notata. Et confirmatur ratio: quia f
ent nullos ex propria malitia debet commodu
reportare, ita nullus perseuerans in bono stat
debet fieri deterioris, & inferioris conditionis
canonici autem regulares permanent in bon
statu clericorum primitiuæ Ecclesiæ. ergo no
debent fieri deterioris, & inferioris condition
clericis secularibus, qui ab illo statu defciuerũ
Confirmatur secundo, quia de facto canonici r
gulares sanctæ Mariæ de Columna Cæsaraugu
stanæ per sententiam latam in Generalibus Reg
ni Aragoniorum comitijs supra cap. 30. recitatã
& ex antiqua consuetudine omnes canonicos, &
clericos seculares totius Regni Aragoniorum

tenorem verbis specialis specifica, & expressa mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma illis tradita obseruata, inserti forent eisdem præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis inhibitionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1570. 10. Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 5. CC. Alp. Dia. Io. de Monte pro comp. G. Delgado, V. Macaran. Alex. Peregrinus. A. Contreras. Ru. Bonfiolus. C. Math. à tergo in alio registratum in Cam. Apost. Io. Mandosius.

VII Decatertium articulum seu dubium, an canonici regulares præcedere possint, & debeant canonicos siue clericos seculares, difficultas oritur, quia pro parte negatiua facit, quod membra idem caput sequuntur, vnde cum clericis seu canonici seculares habeant caput dignius, qui est Episcopus, qui omnes clericos siue regulares, siue seculares antecedit, etiam seculares sub caput sequentes, clericos regulares præcedere debebunt. Verùm pro contraria parte affirmatiua facit antiquitas illorum institutionis, & clericatus, qui per se illis competit; nam canonici regulares sunt essentialiter clerici, & sic quoad hoc, pares sunt ipsis clericis secularibus. Sunt autem quoad institutionem priores, & antiquiores clericis secularibus; quia omnes clerici ab initio erant regulares, & clerici seculares orti sunt ex regularibus, vt supra in principio huius secundi libri deduximus. Ergo canonici regulares sunt præferendi, iuxta regulam vulgatam: Prior tempore potior in iure, & alia superius hoc eodem libro cap. 30. notata. Et confirmatur ratio; quia sicut nullus ex propria malitia debet commodum reportare, ita nullus perseuerans in bono statu debet fieri deterioris, & inferioris conditionis: canonici autem regulares permanent in bono statu clericorum primitiuæ Ecclesiæ. ergo non debent fieri deterioris, & inferioris conditionis à clericis secularibus, qui ab illo statu desciuerũt. Confirmatur secundo, quia de facto canonici regulares sanctæ Mariæ de Columna Cæsaraugustanæ per sententiam latam in Generalibus Regni Aragoniorum comitijs supra cap. 30. recitatã, & ex antiqua consuetudine omnes canonicos, & clericos seculares totius Regni Aragoniorum, exceptis Metropolitanis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ præcedunt, & cum ipsis Metropolitanis pares incedunt in publicis processionibus, & alij etiam in alijs Ciuitatibus canonicos seculares præcedere consueuerunt. Imo Pius V. in motu proprio nunc recitato fatetur, ipsos canonicos regulares meritò prætendere posse omnes alias personas Ecclesiasticas tam seculares, quàm regulares in processionibus, & actibus publicis præcedere debere. In hac controuersia, in qua hinc inde sunt validissimæ rationes, mei non est articulum definire, sufficitque dubitandi rationes attigisse: optimum autem erit, vniuscuiusque iura, & laudabiles consuetudines locorum cum moderamine inculpatæ tutelæ vnumquodque collegium pro viribus tueri.

CAPVT SEPTVAGESIMVM SECVNDVM.

Canonicos Regulares sine speciali dispensatione obtenta à Sede Apostolica, cum sola licentia suorum Superiorum Regularium, posse beneficia secularia, etiam in titulum obtinere.

Alterum caput, ex quo canonici ordinis dignitas, & eminentia dignoscitur, est capacitas, siue aptitudo ad quæuis beneficia etiam secularia tum regenda, tum in titulum obtinenda, quæ canonicis regularibus inest ex vi illorum professionis absque aliqua speciali Sedis Apostolicæ dispensatione, vel concessione. de qua nunc consequenter aliquid breuiter dicturus, ante omnia præmitto beneficia Ecclesiastica esse in duplici differentia, nam alia sunt, quæ habent annexam curam, & regimen animarũ, quæ vulgò Curata nuncupamus; alia, quæ tale regimẽ adiunctum non habent, quæ ideirco vocantur beneficia simplicia. quæ tamen sunt in duplici differentia; nam alia sunt, quæ vocantur dignitates, vel quæ dignitatem adiunctam habent, vt Archidiaconatus, Præposituræ, Decanatus, & similium in Ecclesijs Cathedralibus, siue Collegiatis; alia verò, quæ neque sunt dignitates, neque dignitatem adiunctam habent, vt simplices canonicatus, capellaniæ, & id genus, & quoniam non eodem modo de omnibus antedictis generibus beneficiorum loquuntur Doctores: ideò distinctè de singulis generibus dicendum erit. & Primò quod spectat ad beneficia, quæ animarũ secularium curam, & regimen adiunctum habent, resolutè dicendum est, canonicos regulares I.

de iure communi absque speciali dispensatione Sedis Apostolicæ habita licentia à suis Superioribus regularibus, posse ad huiusmodi beneficia secularia admitti, & promoueri. Hæc assertio, quæ verissima est, probatur primò ratione demonstratiua deducta ex ipsamet natura institutionis, & ordinis ipsorum canonicorum regularium, quæ sola benè inspecta, sufficit non solùm ad hanc veritatem in meridiana luce collocandã, verùm etiam ad omnes cauillos soluendos, quos scioli quidam nouiter excogitauerunt. nam canonici regulares essentialiter sunt clerici, & de veris, & antiquis clericis à sanctis Apostolis ad regendas Ecclesias institutis, imò in ipsis canonicis regularibus nobiliùs viget, ac splendet institutum canonicorum clericorum, qui ab Apostolis, & illorum successoribus ad regendas Ecclesias, & animarum curam gerendam fuerunt instituti. Ergo canonici regulares ex vi illorum institutionis, & ex intrinseca natura æquè sunt capaces regiminis omniũ Ecclesiarum, & animarum secularium, sicut quiuis clericus secularis. Hanc rationem insinuauit D. Thom. in 2.2.q. 189. art. 8. ad secundum ponens hoc discrimen inter canonicos regulares, & monachos, quòd canonici regulares per se sunt instituti, & ordinati ad ea, quæ aguntur in diuinis mysterijs: & ideò per se illis competit, vt sint clerici religiosi, ad quæ per se non sunt ordinati monachi, & ideo illis per se non competit, vt sint clerici, sed solùm ex accidenti. Declaratur eadem ratio, & roboratur.

In primitiua Ecclesia omnes Ecclesiæ siue curam animarum habentes, siue non habentes, regebantur per canonicos regulares, quia nulli alij præter illos erant clerici in Ecclesia Dei, vt ex dictis in principio huius libri apparet. Ergo etiam modò sunt capaces regiminis Ecclesiarum, quęcunque illæ sint, quemadmodum & tunc erant. Sequela patet, quia nemo perseuerans in bono statu debet per hoc fieri deterioris conditionis, sicut nemo, in eo quod malè facit, debet fieri melioris conditionis, vt dicitur in l. non solum ff. de noxialibus actionibus. Ergo canonici regulares, qui perseuerauerunt in bono statu clericorum apostolicorum, non sunt effecti deterioris conditionis, neque minus capaces cuiuscunque regiminis animarum, & Ecclesiarum, quàm essent tempore Apostolorum, & in primitiua Ecclesia. Neque clerici seculares, per hoc, quòd perfectionem vitæ regularis primorum nascentis Ecclesiæ clericorum abiecerunt, facti sunt magis apti, & idonei ad curam animarum gerendam, quam illi qui in bono statu permanserunt.

II. COnfirmatur autem ratio ex vsu, qui rem dubiam declarat. ante exortas congregationes reformatas, quæ nunc cernuntur in Ecclesia, certum est, maiorem partem Ecclesiarum, siue cathedralium, siue non cathedralium per canonicos regulares regi consueuisse, cum omnes fere cathedrales, & parochiales in Italia, Gallijs, Hispanijs, Anglia, Hybernia, & Germania essent regulares. post exortas verò reformationes, & congregationes reformatas in tantum abfuit, vt Episcopi, & Romani Pontifices censuerint canonicos regulares effectos incapaces talis regiminis Ecclesiarum etiam secularium, vt certatim innumeras parochiales illis regendas tradiderint, quinimò à secularibus eas auferentes, perpetuo ipsorum regularium regimini subdiderint, vt patet de nostra Lateranensi, de Frigdiana, de Mortariensi, & alijs Italicis, quæ plurimas adhuc parochiales ab antiquo tempore sibi collatas retinent. Idem patet de congregationibus Gallicanis, nam congregatio S. Ruffi, & S. Laurentij de Vltio, siue de Plebe Martyrum complures parochiales habebant, quarum multas adhuc retinet, vt patet ex illarum priuilegijs supra narratis, idem verò de reliquis dicendũ. Nec obstat, quod scioli quidam dicant, has parochiales per vnionem ex secularibus effectas fuisse regulares. illi enim sic dicentes, nodum difficultatis, & vim rationis nõ attingunt: nodus enim difficultatis est positus in hoc, an canonicus regularis ex sua institutione sit aptus ad regimen animarum personarum secularium, nam si est aptus, tam potest regere parochias, quæ non sunt vnitæ suo ordini, quam quæ sunt vnitæ: etsi enim parochia per hoc, quòd vnitur monasterio, dicatur fieri regularis ex parte Rectoris, non tamen fit regularis ex parte eorũ, qui reguntur: nam Parochiani ita sunt seculares in parochijs vnitis monasterijs, & quæ reguntur per regulares, sicut in parochijs, quæ non sunt vnitæ, & reguntur per seculares. quare si canonico regulari repugnat regimen animarum, æquè repugnat regere parochias suo monasterio vnitas, sicut repugnat regere non vnitas: & si non repugnat regere vnitas, nec etiam repugnat regere non vnitas. Quod adhuc magis explicatur, nam quia monachis ex vi illorum institutionis non conuenit regimen animarum, cap. Monachus, & cap. Alia 16. quæst. 1. quia monachi est doceri, & pasci, non docere, & pascere, vt ibi dicitur: ideo Ecclesiæ parochiales eorum monasterijs vnitæ, non reguntur per monachos, sed per clericos. ab ipsis tamẽ monasterijs deputandos, vt tradunt Doctores post text. cap. Monachi, cum glossis. de statu monachorum, ne singuli per villas, & oppida vagentur, vt ibi dicitur, in text. & est textus expressus in cap. 1. de capellis monachorum, qui est acceptus ex Concilio Claramont. sub Vrbano II. Ergo è contrario canonici regulares, quia ex vi illorum institutionis sunt idonei ad regimen animarum, æquè præfici possunt Ecclesijs non vnitis, sicut præficiuntur vnitis. & ita conceptis verbis videtur dicere Innocentius III. in cap. Quod Dei timorem, de statu monachorum, vbi inquit, quod

Concilio Lateranensi cautum fit ne
singuli per villas & oppida per quascun-
parochiales ponantur Ecclesias, hoc tamen
debeatur canonicis regularibus, qui regulæ
iuntur laxiori.

Enio principaliter probatur eadem veritas
per textum expressum proximè allegatum
cap. Quod Dei timorem, vbi Summus
hunc calum in terminis resoluit, cum e-
esset, an Plebanus S. Gauini, qui
concessione promissionem fecerat in ma-
Priorie S. Victoris Bononiensis ordinis ca-
rum regularium, posset post emissam pro-
Plebanatum retinere, Pontifex affir-
nsi responder, dictum Plebanum licitè posse
Plebanatu, & regimine animarum mane-
modo si fieri posset, vnum socium sui or-
haberet, quia licet sit interdictum mona-
si singuli præficiantur Ecclesijs parochia-
hoc tamen non est vetitum canonicis regu-
quia regulæ inseruiunt laxiori. vbi vides,
eadem canonicorum regularium ad regen-
Parochiales in natura, & essentia illorum re-
institutis fundari, & textus est clarus, per-
hoc propositum ponderatus, & alle-
Abbate ibidem, & à Dominis Audito-
Rotæ Romanæ in Decisionibus statim sub-
nda.

Dicitur, Pontificem non concedere, quod ca-
regularis post emissam professionẽ pos-
beneficium seculare obtinere, sed solùm per-
mum, vt quo antea seculare beneficium habe-
possit profiteri, & illud retinere. Verùm hoc
nihil refert, cum sint paria, retinere beneficium
habitum post emissam professionem, & no-
ipsi. immo ex hoc textu colligitur eui-
clericum secularem habentem benefi-
curarum posse religionem canonicorum
ingressi, & profiteri, retento nihilo-
beneficio seculari, accedente tamen con-
Superioris regularis, ac etiam Episcopi,
decessi est beneficium. quod licet videa-
habetur tamen ex dicto textu, vt le-
ibi.

Verò probatur eadem assertio alia cuiden-
ratione, quia vnicuique licitum est, quod
nullam iuris prohibetur, neque per aliquid
repugnat sed canonico regulari, dummodo
sufficientem doctrinam, & vitæ probitas-
& licentiam à suo prælato regulari, ex nullo
repugnat assumi ad regimen animarum
secularium. Quod probatur indu-
nam primò hoc illi non repugnat ex na-
sui instituti, quia canonici regulares per se
clerici, & ex primaria illorum institutione
sacramenta populis ministranda, verbum Dei
dum & populum Dei pascendum, & re-
instituti, cum illi fuerint primi Ecclesia-
Rectores in Ecclesia Dei per SS. Aposto-

quod licet in Concilio Lateranensi cautum sit ne monachi singuli per villas & oppida per quascunque parochiales ponantur Ecclesias, hoc tamen ibi prohibetur canonicis regularibus, qui regulæ inseruiunt laxiori.

III. TErtiò principaliter probatur eadem veritas per textum expressum proximè allegatum in dicto cap. Quod Dei timorem, vbi Summus Pontifex hunc casum in terminis resoluit, cum eiusmodi quæsitum fuisset, an Plebanus S. Gauini, qui de sua conuersione promissionem fecerat in manibus Prioris S. Victoris Bononiensis ordinis canonicorum regularium, posset post emissam professionem Plebanatum retinere, Pontifex affirmatiuè respondit, dictum Plebanum licitè posse in suo Plebanatu, & regimine animarum manere, dummodo si fieri posset, vnum socium sui ordinis haberet, quia licet sit interdictum monachis, ne singuli præficiantur Ecclesijs parochialibus, hoc tamen non est vetitum canonicis regularibus, quia regulæ inseruiunt laxiori. vbi vides, spiritualem canonicorum regularium ad regendas Parochiales in natura, & essentia illorum regulæ, ac instituti fundari, & textus est clarus, perspicuus, & ad hoc propositum ponderatus, & allegatus ab Abbate ibidem, & à Dominis Auditoribus Rotæ Romanæ in Decisionibus statim subijciendis.

Dicitur, Pontificem non concedere, quod canonicus regularis post emissam professionē possit beneficium seculare obtinere, sed solùm permittere, vt qui antea seculare beneficium habebat, possit profiteri, & illud retinere. Verùm hoc nihil refert, cum sint paria, retinere beneficium prius habitum post emissam professionem, & nouum adipisci. immo ex hoc textu colligitur euidenter, clericum secularem habentem beneficium curatum posse religionem canonicorum regularium ingredi, & profiteri, retento nihilominus beneficio seculari, accedente tamen consensu sui Superioris regularis, ac etiam Episcopi, in cuius diœcesi est beneficium. quod licet videatur nouum, habetur tamen ex dicto textu, vt legenti patebit.

IV. QVartò probatur eadem assertio alia euidenti ratione, quia vnicuique licitum est, quod ei per nullum ius prohibetur, neque per aliquid ei repugnat: sed canonico regulari, dummodo habeat sufficientem doctrinam, & vitæ probitatem, & licentiam à suo prælato regulari, ex nullo capite repugnat assumi ad regimen animarum personarum secularium. Quod probatur inductione, nam primò hoc illi non repugnat ex natura sui instituti, quia canonici regulares per se sunt clerici, & ex primaria illorum institutione ad Sacramenta populis ministranda, verbum Dei prædicandum & populum Dei pascendum, & regendum instituti, cum illi fuerint primi Ecclesiarum Rectores in Ecclesia Dei per SS. Apostolos, & illorum successores constituti, ac ordinati: vt sæpè dictum fuit. non etiam repugnat illorum instituto, quod soli per villas, & oppida discurrant occasione regiminis animarum, sicut repugnat monachis, quia canonici regulares inseruiunt regulæ laxiori, vt dicit text. qui cōsultò hanc repugnantiam sustulit in dicto cap. Quod Dei timorem. Secundò non repugnat eisdem canonicis regularibus tale regimen ex vi illorum professionis, tum quia non repugnat post emissam professionem manere in regimine parochialis antea habitæ ex dicto cap. Quod Dei timorem. Ergo non repugnat post emissam professionem nouam parochialem obtinere: tum quia nonnulli canonici regulares in eorum professione conceptis verbis hoc exprimunt, præsertim nostri Lateranenses; nam in forma nostræ professionis, quæ habetur lib. 1. nostrarum Constitutionum cap. 42. hoc formalia verba exprimuntur: *Et quod nunquam absque licentia Capituli Generalis, vel eius autoritate fungentis aliquod cum cura, vel sine cura beneficium acceptabo intus, vel extra ordinem nostrum, renunciando omnibus iuribus, & priuilegijs, & consuetudinibus in contrarium mihi competentibus, vel quomodolibet competituris.* Et hac forma professionis semper vsi sunt nostri canonici ab initio nostræ reformationis vsque in præsens, vt videri potest in antiquis Constitutionibus ante annos 180. editis, quarum exemplum in Pergameno per ea tempora scriptum habeo; quod indicat, hunc modum professionis apud nostros esse vetustissimum. Tertiò non repugnat eisdem canonicis regularibus tale regimen ex qualitate ipsius regiminis; quia regimen animarum secularium solùm requirit ac postulat, vt Rector sit clericus, habens sufficientem scientiam, & bonam conscientiam: hæc autem omnia cæteris paribus supponuntur nobilius inesse clerico regulari, quàm seculari, sicut status clerici regularis est perfectior, & excellentior statu clericorum secularium. Immo de facto, & per experientiam videmus hæc tria perfectius, & nobilius inesse clericis regularibus, quàm secularibus. nā quod spectat ad clericatum, clerici seculares eatenus dicuntur clerici, quatenus communicant & participant de regularitate, vt notat Glossa, & cum illa Abbas cap. licet, de officio Ordinarij; & clerici instituti ab Apostolis in primitiua Ecclesia sunt clerici regulares, non seculares, qui postea ex regularibus sunt exorti per relaxationem. Vlterius quod spectat ad scientiam, nulli dubium est scientiam necessariam ad regimen animarum cæteris paribus, longè nobilius, & abundantius inesse clericis regularibus, quàm secularibus: nam vt de cæteris taceam, ex nostris Lateranensibus saltem duæ partes ex tribus sunt vel Doctores, vel Licentiati in Sacra Theologia. puto autem omnes alios nostris longè doctiores esse, & meliores. Deinde cum oporteat Parochum idoneum

esse

esse ad verbum Dei suis subditis prædicandum, certum est etiam, & vtinam ita non esset, pro vno clerico seculari mediocriter idoneo ad munus prædicationis, centum clericos regulares aptissimos in claustris reperiri, quos quotidie oportet à claustris ad Ecclesias cathedrales, & ad alias parochiales ad supplendum defectum scientiæ clericorum secularium, ad verbum Dei prædicandum exire. Oportere autem Parochos sufficientem scientiam ad munus prædicationis legitimè exercendum habere, res nota est adeo, vt propter huiusmodi scientiam antiqui Canones ipsos monachos ad regimen animarum idoneos censuerint, quod expressè notauit Innocentius III. in dict. capit. Quod Dei timorem, de statu monachorum. Demùm clericis regularibus cæteris paribus, inesse meliorem conscientiam, negari non potest nisi ab homine prorsus ignorante, quid interfit inter statum vitæ regularis, & secularis. quod ne quis ex partium studio ad concitandam inuidiam me scribere arbitretur, referam pulchram sententiam venerabilis, & S. viri Iuonis Carnotensis, de hac ipsa re scribentis aduersus Episcopum Lemouicensem epistol. 93. *Quantum intellexi*, inquit, *ex literis ex vestra parte nobis nuper oblatis, grauiter fert vestra fraternitas, quod Lemouicensis Episcopus in Synodo agens interdixit omnibus regularibus clericis, & regimen parochiarum, & confessionem Pœnitentium. qui rectius quidem fecisset, si omnes Sacerdotes ad regularem vitam inuitasset, quàm regulariter viuentes à Dominicarum omnium custodia penitus removisset, quibus tanto plus displicet alena malitia, quanto longius discesserunt à sua:* Hæc ille, quæ vellem ponderarent nonnulli, qui sub prætextu pietatis, magnum se aliquid in Ecclesia Dei molituros arbitrantur, si iura regularium imminuendi nouos modos meditentur, & Superioribus exequendos proponant.

V. QVintò probatur eadem assertio ex Sacro Concilio Tridentino sess. 14. de reformatione cap. 11. vbi prohibet, canonicum translatum assumi ad beneficium seculare etiam curatum. nam à contrario videtur innuere, non translatum posse assumi ad talia beneficia, & ita ipsum textum intellexit, & adduxit Rota in Decisionibus statim adducendis.

Sextò probatur per Decisionem Dominorũ Auditorum Rotæ, in quadam Papiensi iurispatronatus sub Seraphino Razalio die 6. Martij 1598. quæ talis est: *Fuit quæsitum an canonico regulari cum licentia Superiorũ possit prouideri de beneficio curato seculari, & fuit conclusum posse per text. in capit. Quod Dei timorem. de statu monachorum, & ibi Abb. in summ. de statu monachorum, idemque videtur sentire sactum Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 14. dum vult, canonicum regularem translatum ad alium ordinem, non esse capacem beneficij secularis Curati: Tacitè enim innuere videtur, non translatum esse capacem: Idem voluit Rota decisione 5. de iurepatronatus in nou. quidquid sit de aliis monachis qui debent regulam laxiorem. Egid. decis. 731. ante fin. Federic. cons. 136. Roch. de iure patro. in verbo beneficium, quæst. 5. num. 13. Præpos. in cap. Prisca num. 4. distinct. 56. Sylua de benef. part. 4. quæst. 70 vers. est est curata. Nauar. cons. 9. de præben. Lambert. lib. 2. par. 1. art. 19. 7. quæst. principalium alijs, & tenuit ita referente Guidobono decis. 96. aus decisioni circa illam art. An requiratur dispensatio Episcopi, vel sufficiat licentia sui Superioris, magis est standum, quam decis. 85. part. 1. Caput ag. cum Guidobonus fuerit relator illius causæ, & ita per Dominos conclusum.*

VI. TAndem posset eadem sententia confirmari innumeris exemplis collationum quæ olim factæ sunt, & nostris etiam temporibus fiunt ab Episcopis sine alia dispensatione, solum habita licentia à Superioribus Regularibus, ex quibus vnum referam sanctum Carolum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Mediolani Archiepiscopum, qui anno 1584. Dominum Theophilum de Varisio canonicum nostræ congregationis cum sola licentia obtenta à Rectore Generali admisit ad concursum Ecclesiæ parochialis S. Remigij Viecmodroni, & idoneum reperiens ad illius regimen promouit, vt videri potest ex literis collationis dictæ Ecclesiæ eidem Domino Theophilo factæ, quæ referuntur in libro Edictorum nostræ congregationis fol. 628. quas hoc loco ad futurorum memoriam subijcio.

Andreas Ludouicus I. V. D. vtriusque Signaturæ sanctissimi D. N. Referendarius Archiepiscopus Cantacrensis, illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Comitis S. Praxedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis A. Episcopi S. Ecclesiæ Mediolanensis Vicarius Generalis. Dilecto nobis in Christo Reuer. Dno. Theophilo Varisio de Trivglio canonico regularis congregationis Lateranensis salutem in Domino. Inter cætera quæ pro muneris nobis officij debito præstare cupimus illud præcipuè nobis cordi est, vt parochialibus Ecclesijs, quibus de Ecclesiarum per nos prouidendum est, tales præficiamus, qui officio, & in nostris cura animarum, quod omnium grauissimum est, laudabiliter fungantur. Cum itaque sicut accepimus, parochialis Ecclesia S. Remigij Viecmodroni Ptb. Sacrati Mediolanen. Diœcesis quam altàs ven. Presbyter Ioannes Bonauentura illius vltimus possessor obtinebat, per resignationem ipsius Ioannis in manibus nostris sponte, & libere factam, ac per nos admissam nuper vacauerit, & ad præsens vacet, nos eidem Ecclesiæ, ac animarum illi subditarum de idoneo Rectore prouidere volentes, tibi fecularem à Reuer. Generali tuo suscipiendi beneficia Ecclesiastica etiam in hac diœcesi habenti, qui à Reuerendis Patribus examinatoribus in Synodo Diœcesana Mediolanen. deputatis in concursu iuxta Sacri Concilij Tridentini præscriptum examinatus, moribus, & doctrina ad huius parochialem Ecclesiam regendam, eousque curam per se ipsum gerendum idoneus nobis reperiatur fuisse, & quem nos ipsi præ cæteris qui ad eandem idonei nobis nuncupati fuerunt, de legimus, parochialem Ecclesiam

præfatam

præfatam cum illi forsan annexis, ac omnibus illorum iuribus, & pertinentijs sub vnumquisque conferimus, & assignamus, atque illas eorum nobis propter hoc fluxis gemibus humiter conflictatum, & acceptantem per birretæ cum cura impositionem immittimus. Quo circa vniuersis, & singulis personis Ecclesiasticis, Notarijsque ac Cancellariæ publicis ciuitatis, & diœcesis Mediolanen. vbi in virtute S. obedientia, ac sub pœnis, & censuris contra inobedientes Superiorum mandatis à iure inflictis, & arbitrio nostro infligendis per præsentes præcipimus, & mandamus, vt cum pro parte tua super præmissis requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, ad ipsam parochialem Ecclesiam personaliter accedere, neque vel procuratorem tuum pro te in corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis prædictæ, ac omnium illi annexorum, iuriumque & pertinentium prædictorum seruatis seruandis inducant, aut inducere nostra, & defendant indultum, authoritate quibuslibet illicito detentore, quem nos etiam harum serie amouemus, & denunciamus amotũ. Sicque vos, vel alios, & alijs arrendat. arbijs de parochia prædicta, ac omnibus illi annexorum, iuriumq; & pertinentium prædictorum, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè tribuatis, & tribui faciatis, seu quatenus in se fuerit, respondere faciant, quæ tibi præsentes manu nostra signat. & per infrascriptum Cancellarium Archiepiscopalẽ subscriptas, sigillo archiepiscopali S. Ambrosij munitas fieri fecimus. Dat. & act. Mediolani in Palatio Archiepiscopali. die Saturnæ 18. Decembris 1584. 4. Idus Ianuarij. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ Decimi tertij an. 12. Præsentibus Reuerẽdo D. Io. Andrea Pionnio S. Theologiæ Doctore, & D. Io. Petro Glusiano Doctore, testibus idoneis atque fide dignis omnibus, & singulis vocatis, atq; specialiter rogatis.

VII. NEc obstat, quod in contrarium scribit Stephanus Quaranta in suo Bullario in verbo Canonicus regularis, hodie nullos regulares, etiam si sint canonici, habere posse sine dispensatione Apostolica beneficia curata, nec in perpetuum nec ad tempus, & ita in praxi obseruari, vt refertur D. Hieronymus Gonzalez in Comm. ad Reg. Cancellar. glos. 7. num. 53. referens etiam declarationem congregationis Sacri Concilij Tridentini videlicet: *Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. voluit licere canonicis regularibus congregationis Lateranensis etiam de licentia suis Generalis, aliqua permissa Summi Pontificis, assumere curam animarum etiam ad tempus, modoque minus beneficiũ curatum ad tempus.* Primo quia cum hic autor ex solo relatione D. Hieronymi Gonzalez hæc scripserit, non maiorem fidem sibi conciliare potest, quam habeat idem autor principalis. Verum ipse D. Hieronymus Gonzalez in posteriori editione de verbo melius doctus, & certior factus, priorem sententiam retractauit, & mutauit, in fauorem eorundem canonicorum scribens dicta glos. 7. num. 53. vers. cæterũ. Vnde Stephanus Qua-

præfatum cum illis forsan annexu, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis vniuersis conferimus, & assignamus, dicto illa te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti capitis tui impositionem inuestimus. Quo circa vniuersis, & singulis personis Ecclesiasticis, Notarijsque ac Tabellionibus publicis ciuitatis, & diœcesis Mediolanensis in virtute S. obedientiæ, ac sub pœnis, & censuris contra inobedientes Superiorum mandatis à iure inflictis, & arbitrio nostro infligendis per præsentes districtius, & mandamus, vt cum pro parte tua præfatum, & mandamus, vt cum pro parte tua præsentium requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, ad ipsam parochialem Ecclesiã personaliter accedere, teque vel procuratorem tuum pro te in corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis prædictæ, ac omnium illi annexorum, iuriumque & pertinentiarum prædictorum seruatis seruandis inducat, autoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam harum serie amouemus, & denunciamus amotũ. filiabusque verò, colonis, & alijs arrendatarijs de parochia prædicta, ac omnibus illi annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè tibi vel procuratori tuo legitimo debito tempore respondere, ac alijs quantum in se fuerit, responderi faciant. In quorũ fidẽ præsentes manu nostra signatas, & per infrascriptum Cancellarium Archiepiscopalẽ subscriptas, sigillo Archiepiscopali S. Ambrosij munitas fieri iussimus. Dat. & act. Mediolani in Palatio Archiepiscopali, &c. à Natiuitate Domini 1584. 4. Idus Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ Decimi tertij an. 12. Præsentibus Reuerẽdis D. Io Andrea Pionnio S. Theologiæ Doctore, & D. Io. Petro Glussiano Doctore, testibus idoneis ad præmissa omnia, & singula vocatis, atq; specialiter rogatis.

VII. NEc obstat, quod in contrarium scribit Stephanus Quaranta in suo Bullario in verbo Canonicus regularis, hodie nullos regulares, etiam si sint canonici, habere posse sine dispensatione Apostolica beneficia curata, nec in perpetuum, nec ad tempus, & ita in praxi obseruari, vt testatur D. Hieronymus Gonzalez in Comm. ad Reg. Cane. gloss. 7. num. 53. referens etiam declarationem congregationis Sacri Concilij Tridentini videlicet: *Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. nolunt licere canonicis regularibus congregationis Lateranensis etiam de licentia suis Generalis, aliqua permissu Summi Pontificis, assumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus beneficiũ curatum ad tempus.* Primo quia cum hic autor ex sola relatione D. Hieronymi Gonzalez hæc scripserit, non maiorem fidem sibi conciliare potest, quam habeat idem autor principalis. Verum ipse D. Hieronymus Gonzalez in posteriori editione de veritate melius doctus, & certioratus, priorem sententiam retractauit, & mutauit, in fauorem eorundem canonicorum scribens dicta glossa 7. num. 55. vers. cæterũ. Vnde Stephanus Quaranta, qui errantem secutus est, debebat etiam sequi emendantem sententiam, & corrigentem. Secundò quia falsum est, ita in praxi obseruari: nam licet sint nonnulli regularibus ita infensi, vt magnum sibi obsequium Deo præstare arbitrentur, si aliquam viam regulares insequendi nanciscantur; tamen plurimi sunt Ecclesiarum Præsules, qui regulares probos, & doctos summo amore, fauoribus, & beneficijs prosequuntur, quos vellent si possent, omnes in suis Ecclesijs collocare, quippe qui optimè perspectum habent, quantum adiumenti præstent ipsi regulares ad regendas Ecclesias, verbum Dei prædicando, legendo, docendo, confessiones audiendo, & cætera id genus præstando. & defectus clericorum secularium supplendo, quos etiam ad regimen animarum in suis Ecclesiis assumunt. Tertio quia Sacra Congregatio Concilij Tridentini contrarium hoc pacto declarauit anno 1602. *Congregatio Concilij censuit, decretis eiusdem Concilij canonicum regularem non prohiberi obtinere beneficia curata secularia, nisi fuerit ex ijs translatis, de quibus habetur Decreto cap. 11. sess. 24.* Quarto quia quod additur, sanctissimum D. N. Gregorium XIII. noluisse licere canonicis regularibus congregationis Lateranensis &c. nunquã fuit promulgatum, quod probatur primo quia non fuit vsui demandatum, & contrariũ est practicatũ. Secundò quia S. Carolus Borromæus, qui Gregorio XIII. Sinchronos fuit illud non ignorasset, & non contempsisset; & tamen triennio post emanatum assertum decretum Gregorianum, quod dicitur editum anno 1581. idem sanctus Carolus anno 1584. canonicos Lateranenses ad concursum admisit, & eisdem contulit etiam Ecclesias seculares Parochiales, vt ex prænarrata prouisione apparet. Tertiò quia Domini de Rota contrarium decreuerunt post Gregorium XIII. quos, cum sint Capellani, & Iudices à Papa deputati, non est verosimile decreta Pontificum, maximè recens edita ignorasse, vel contempsisse. Quartò quia Clemens VIII anno 1602. contulit Præposituram quandam D. Paulo Taparello Pedemontano canonico nostræ congregationis, & ante collationem visum fuit, an ille esset capax eiusmodi beneficij de iure, & ostensum, fuisse capacem. Deinde visum est an Decretis Concilij Tridentini obstaret, canonicum regularem assumi ad dictum beneficium. & per sacram congregationẽ responsum fuit, non obstare, nisi ille esset translatus, nam ea de causa edita est declaratio eiusdem sacræ congregationis proximè recitata. & sic tandem collata fuit eidem Præpositura, quam nunc per Dei gratiam laudabiliter regit.

VIII. DE alijs vero secularibus non Curatis, siue, habeant annexam dignitatem, siue non habeant, maior est difficultas, an illorum canonici regulares cum sola licentia suorum Superiorum regu-

regularium sint capaces sine speciali Sedis Apostolicæ dispensatione. nam partē negantem expresse tuetur Hostiensis, & Io. Cald. quos refert Abbas in dict. cap. Quod Dei timorem. de statu monachorum, qui indistinctē negant, regularē posse obtinere beneficium in Ecclesia seculari, siue collegiata, siue nō collegiata, siue illud beneficium sit dignitas, siue non. Quam sententiā tdē Abbas ex parte sequitur, & ex parte reijcit. Distinguit. n. primo de Ecclesijs, quæ sunt collegiatæ, & de illis, quæ nō sunt collegiatæ. secundò de beneficijs, quæ sunt dignitates, & quæ non sunt dignitates, & inquit, quod canonicus, & quilibet regularis potest obtinere dignitatem in Ecclesia seculari collegiata, non autem simplex beneficiū, puta canonicatum aut aliud simile, siue in Ecclesia collegiata, siue non collegiata, cuius & aliorum Doctorum quoad assertionem negatiuam vnicum fundamentū hoc est, quia in tali casu cessat ratio, ob quā permittuntur assumi ad beneficia secularia, quæ est ratio maioris boni, nimirum prædicationis verbi Dei, & curæ animarum.

IX. NIhilominus contrariam sententiam docent glossa in cap. Præterea de præbendis, & Hugutio in cap. Deus qui, de vita & honestate clericorum, relatus similiter in glossa, vbi absolutè asserunt canonicum regularem posse fieri Archidiaconum, ac etiam obtinere simplicem canonicatum in Ecclesia seculari. & hanc sententiam secutus est in quodam suo consilio perill. & excell. Mag. meus D. Marcus Antonius Othellius in Almo Gymnasio Patauino Primarius iuris ciuilis horis matutinis interpres, quam ego probabilem censeo, non propter inordinatum aliquem in meum ordinem affectum, sed propter euidentem rationem in præcedentibus infinuatam. quia vnicuiq; licet, quod illi nullo iure prohibetur: verùm nullo iure prohibetur, canonicum regularem effici Archidiaconum, vel canonicum in Ecclesia seculari; quod patet ponderando iura quæ in contrarium afferuntur. primò namque allegatur textus in cap. Super eo. de Regularibus, vbi interdicitur clerico, qui religionem ingressus est. reuerti ad beneficium seculare quod ante ingressum habuerat. Verùm ille textus necessariò intelligendus est de monachis, & ad illos restringendos, nec comprehendit canonicos regulares: aliàs contrarius erit suo autori, qui dicit in capit. Quod Dei timorem, de statu monachorum, Plebanum Ecclesiæ secularis posse profiteri in monasterio canonicorum regularium, & nihilominus consentiente Episcopo, & suo Superiori regulari manere in regimine suæ plebis. & quod ille textus loquatur de monachis S. Benedicti, patet ex lectione. Secundò obijciunt iura, quæ dicunt, non debere homines disparis professionis in eodem collegio sociari. cap. in nona 16. q. 7. & Clementina prima de electione. Verùm illa iura extra propositum allegantur: nam loquuntur de monachis & clericis, vel de clericis, & laicis, & volunt dicere, quòd in eodē monasterio nō debent esse clerici & monachi, nec monachus debet præfici monasterio clericorum, neque è contra, neque in eodem collegio debent esse laici, & clerici: non autem loquuntur de collegijs Ecclesiarum secularium. Episcopus enim cum suis canonicis facit vnum collegium, & tamen collegium seculare potest habere Episcopum canonicum regularem, vel monachum. Deinde canonici seculares, & regulares non sunt disparis professionis essentialiter, sed solùm accidentaliter, quatenus seculares deficiunt à perfectione regularium, imò sunt essentialiter vnius & eiusdem professionis. quare textus allegati nihil contra illos facium, præsertim quòd regulares, & seculares clerici conueniunt in habitu essentiali, & clericus regularis promotus ad beneficium in Ecclesia seculari, potest, retento habitu essentiali, se conformare cum cæteris clericis secularibus in habitu accidentali, vt patet in ijs, qui assumuntur ad cathedrales. Tertiò videtur posse obijci, quòd nemo professus vitam regularem potest reuerti ad statum secularem, vt videtur dicere textus in eodem capit. super eo. de regularibus. Verum si hæc ratio militaret, concluderet etiam, canonicum regularem non posse obtinere beneficium curatum seculare. At reuera neutrum concludit, quia per adeptionem beneficij secularis, siue curati, siue non curati regularis nō erat sit ad secularitatem: id enim neque Summus Pontifex concedere potest, vt scilicet in regulari professo extinguatur obligatio votorum, vt dicitur in capit. cum ad monasterium. de statu monachorum, in fine. Quod verum est etiam in Episcopo assumpto ex ordine regulari, vt libero. dictum fuit. vnde per hoc, quod constituitur in collegio seculari, non eximitur ab obedientia, sed constituitur sub alio superiore, sicut Episcopus regularis, neq; fit proprietarius, sed administrator bonorum temporalium sui beneficij, sicut etiam Episcopus regularis: multo minus dispensatur à voto castitatis, vt patet. quare singula colligendo, nullum apparet ius, quo prohibeatur canonico regulari obtinere beneficium seculare non curatum.

X. HÆc ratio implicitè fuit insinuata ab Innocentio III. in cap. Quod Dei timorem, cum decreuit, canonicos regulares posse præfici Ecclesijs parochialibus secularibus: duas enim huius decisionis rationes attulit, alteram, quæ specialiter militat in solis canonicis regularibus. alteram, quæ etiam monachos comprehendit. Prima ratio est, quia licet in Concilio Lateran. prohibeatur, ne monachi soli per Parochias, & oppida vagentur, hoc tamen non prohibetur canonicis regularibus, quia illi inseruiunt regulæ laxiori, quæ ratio si procedit in beneficijs curatis

curatis, procedit etiam in non curatis: nam nullum est Concilium, nullus Canon, qui hactenus prohibuerit canonicis regularibus adipisci beneficia non curata, sicut etiam nullus Canon prohibet adipisci beneficia curata: immò verò permittit, & latenter Pontifex aufert dubium, quod posset oriri in casu nostro: posset enim vitare inde incestus, canonicum regularem dimittere claustrum, vt maneret apud beneficium seculare. Verum hac indecentia, quæ sola videtur contra tam aperiosem cohonestare, tollitur ex natura, honestiore regulæ, quam ipsi canonici regulares professerentur, quæ latior est, quàm regula monastica, quæ sicut permittit canonico regulari exire solùm de claustro ad regendam Ecclesias curatas: ita etiam permittit eundem ad obtinendum beneficium non curatum. sed Abbas, & qui contrarium tenent, deceptisunt, quia crediderunt Canonem permittere canonico regulari adeptionem beneficij curati solùm propter munus prædicationis, quod est priuilegiatum, quod non est verum, quia propter hanc causam nihil plus haberet canonicus regularis, quàm monachus, vt apparet ex dictione textus. nec opus fuisset considerare, an regula canonicorum esset laxior regula monachorum, ita igitur fuit ratio, quæ peculiaris in canonico regulari, quæ est latitudo regulæ canonicæ, quam rationem non aduertentes Doctores, & qui modo de canonicis regularibus, & de monachis ratiocinantes, eodem modo negant canonicos, & monachos esse capaces beneficij non curati, in qua re plurimum à vero conflicta literæ prædicti Canonis recedere videntur.

Vel ad maius robur nostræ sententiæ applicando rationes superius factas sic arguo: Si repugnat Canonico regulari obtinere beneficium seculare non curatum, vel repugnat illi ex natura, & conditione proprij ordinis, vel ratione professionis, vel ex natura, & conditione ipsius beneficij, non ex primo capite, quia canonicus regularis ex sui natura, & per se non est clericus, & capax cuiuscunque beneficij curati, siue non curati: nam in primitiua Ecclesia, & per multa secula omnia beneficia fuere curata, siue non curata tenebantur clericis regularibus, & illi in bono statu perseuerantes non sunt effecti deterioris conditionis, quàm illi, qui à bono statu defecerunt, non etiam ex vi suæ professionis, quia tunc canonici regulares in professione existimarent, quod non acceptabunt beneficium curatum, siue extra ordinem, siue curatum, siue non curatum, sine licentia suorum superiorum. quæ exceptio firmat regulam in contrarium, quòd non intendunt exspoliare se proprio iure obtinendi beneficia extra

curatis, procedit etiam in non curatis: nam nullum est Concilium, nullus Canon, qui hactenus prohiberit canonicis regularibus adipisci beneficia non curata, sicut etiam nullus Canon prohibet adipisci beneficia curata: immò verò implicitè, & latenter Pontifex aufert dubium, quod posset oriri in casu nostro: posset enim videri indecens, canonicum regularem dimittere claustrum, vt maneret apud beneficium seculare. Verùm hæc indecentia, quæ sola videtur contrariam opinionem cohonestare, tollitur ex natura, & conditione regulæ, quam ipsi canonici regulares profitentur, quæ latior est, quàm regula monastica, quæ sicut permittit canonico regulari exire solùm de claustro ad regendas Ecclesias curatas: ita etiam permittit exire solùm ad obtinendum beneficium non curatum. sed Abbas, & qui contrarium tenent, decepti sunt, qua crediderunt Canonem permittere canonico regulari adeptionem beneficij secularis solùm propter munus prædicationis, quod est priuilegiatum, quod non est verum, quia propter hanc causam nihil plus haberet canonicus regularis, quàm monachus, vt apparet ex lectione textus. nec opus fuisset considerare, an regula canonicorum esset laxior regula monachi. alia igitur fuit ratio, eaque peculiaris in canonico regulari, quæ est latitudo regulæ canonicæ, quam rationem non aduertentes Doctores, & pari modo de canonicis regularibus, & de monachis ratiocinantes, eodem modo negant canonicos, & monachos esse capaces beneficij non curati, in qua re plurimum à vero intellectu literæ prædicti Canonis recedere videntur.

Sed ad maius robur nostræ sententiæ applicando rationes superius factas sic arguo: Si repugnat Canonico regulari obtinere beneficium seculare non curatum, vel repugnat illi ex natura, & conditione proprij ordinis, vel status, vel ex professione, vel ex natura, & conditione ipsius beneficij, non ex primo capite, quia canonicus regularis ex sui natura, & per essentiã est clericus, & capax cuiuscunque beneficij siue curati, siue non curati: nam in primitiua Ecclesia, & per multa secula omnia beneficia siue curata, siue non curata tenebantur à clericis regularibus, & illi in bono statu perseuerantes non sunt effecti deterioris conditionis, quàm illi, qui à bono statu defecerunt, non etiam ex vi suæ professionis, quia immò canonici regulares in professione exprimunt, quod non acceptabunt beneficium seculare, intus, siue extra ordinem, siue curatum, siue non curatum, sine licentia suorum Superiorum. quæ exceptio firmat regulam in contrarium, quòd non intendunt exspoliare se proprio iure obtinendi beneficia extra ordinem siue curata, siue non curata accedente licentia suorum Superiorum. Tandem non repugnat ex natura, & conditione ipsius beneficij: nam illud nihil aliud requirit, nisi, vt qui illud tenet, sit clericus aptus ad exercenda munera, propter quæ datur ipsum beneficium: quæ omnia supponimus esse in canonico regulari habente sufficientem scientiam, & bonam conscientiam.

XII. Tertiò probatur eadem sententia ex facto, multi enim reperiuntur ex ordine canonico assumpti ad dignitates, & canonicatus simplices in Ecclesijs secularibus, & in primis in Ecclesia Taurinensi Præpositus S. Laurentij de plebe Martyrum, qui erat canonicus regularis, semper erat canonicus Ecclesiæ cathedralis, vt constat ex Priuilegio Cuniberti Taurinensis Episcopi supra capite Quinquagesimo Septimo recitato. Similiter in Ecclesia Bononiensi Guido Baisius cognomento Archidiaconus, antequam esset Archidiaconus sancti Petri, erat canonicus regularis in monasterio sancti Victoris Bononiensis: vt dicit Ioannes de Nigraualle Apostolicus Bibliothecarius in eadem Ecclesia. Lambertus de Fagnano Archidiaconus, qui postea assumptus ad Cardinalatum demum Summus Pontifex est renunciatus, vocatus fuit Honorius Secundus, antea fertur fuisse canonicus regularis. Dicetur, Ecclesiam Bononiensem, & Taurinensem per ea tempora fuisse Regulares, idcò proferam exempla recentiora, nam ante annos Viginti quinque vel triginta Dominus Cherubinus Ariminensis ex nostra congregatione obtinuit Archidiaconatum in Ecclesia cathedrali Alexandrina, quem multis annis tenuit. ante annos circiter Quindecim Dominus Franciscus Iustinianus Venetus ex eadem congregatione obtinuit canonicatum in Ecclesia cathedrali Iustinopolitana. anno verò millesimo sexcentesimo decimo sexto Dominus Æmilius Caracciolus Neapolitanus obtinuit à fœlicis. recordationis Paulo Quinto canonicatum in Ecclesia cathedrali Caprensi, & Summus Pontifex iussit examinari, an canonicus regularis esset capax canonicatus secularis, & comperta capacitate, visa præsertim forma professionis nostrorum canonicorum cum clausula illa: *Et quod nunquam absque licentia Capituli Generalis dictæ congregationis, vel eius autoritate fungentis aliquod cum cura, vel sine cura beneficium acceptabo intus, vel extra ordinem nostrum.* Idem Pontifex tandem annuit, & supplicationem signauit. & hæc omnia ipse vidi, & tractaui.

Quæ recolenda existimaui, non quòd magnopere interfit, nostros canonicos ad beneficia secularia regenda è claustro recedere: sed vt de bono iure nostro constaret, contra

nonnullos recentiores, quorum omne ſtudium in regularium priuilegijs, ac iuribus abradendis poſitum videtur. illud tandem adijciens, quando caſus tulerit aſſumendi canonicos regulares ad regimen Eccleſiarum, non ſine delectu admittendos, & cum conditione à Canone præſcripta, vt habeant ſocium ſui ordinis, ſi commodè fieri poſſit.

CAPVT SEPTVAGESIMVM TERTIVM.

Quod alij Regularium Ordines ſiue illorum Autores, & Legislatores, ſiue præcipui Illuſtratores ex Ordine Canonicorum Regularium prodierunt.

VI. EX alio etiam capite canonici ordinis dignitas, & ſuper cæteros eminentia dignoſcitur, quod iuxta regulam Ariſtotelicam in ſecundo primæ Philoſophiæ texto Quarto: *Primum in vnoquoque genere, eæterorum omnium in eodem genere exiſtentium eſt cauſa.* Ex ordine canonico cæteri omnes vel ſuam originem traxerunt, vel ſuos autores, & Legiſlatores, vel ſaltem præcipuos illuſtratores acceperunt. etſi enim ordo monaſticus (vt abillo veluti antiquiſſimo in Eccleſia ordiamur) vetuſtiſſimus fuerit ſtatim poſt tempora ipſorum Apoſtolorum, eum tamen à clericali ordine inſtitutum oſtendit Dominus Dionyſius Areopagita in epiſtola ad Demophilum monachum, illius auſum obiurgans, quod contra Sacerdotes, & clericos ſeipſum extuliſſet, à quibus diuina diſcere debuiſſet, & à quibus etiam, vt monachus fieret, accepit. hinc veriſſimè Ioannes de Nigraualle ſæpè allegatus: *Inter omnes,* inquit, *Eccleſiaſticos ordines ſiue religiones, primatum ſiue maioritatem obtinet ordo canonicus, antiquitate, doctrina, regimine, nobilitate, atque Sanctorum numeroſitate. Antiquitate ſiquidem, quia ex canonico ordine omnium primario cætera omnes religiones veluti ex limpidiſſimo fonte quaſi riuuli proſluxerunt. ex eo namque primum monaſticus ordo traxit originem: cum enim in primitiua Eccleſia &c.* & infra. *ideo monachi dicuntur figuratiuè filij Prophetarum, id eſt clericorum, vel canonicorum: quia in nouo Teſtamento ceſſante figura, & ſuccedente veritate ex regularibus clericis, ſiue canonicis ab Apoſtolis inſtitutis, vt ſupra viſum eſt, per prædicationem, & informationem originem habuerunt.*

At non ſolum originem, verum etiam præcipuos illuſtratores ex eodem ordine canonicis ipſe ordo Monaſticus accepit: nam Leonem Tertium, & Quartum, Vrbanum Secundum, & Paſchalem Secundum, quos monachi D. Benedicti ſuos faciunt, ex ordine canonicorum illos accepiſſe inferius in Catalogo virorum illuſtrium canonici ordinis oſtendemus. Idem de Sanctis Beruuardo, & Godehardo Hildeſimenſibus Epiſcopis, Wulfrano Senonenſi, Wolfango Ratiſponenſi, Leodegario, & alijs. Idem de Guiberto fundatore monaſterij Gemblacenſis, de Odone fundatore monaſterij Cluniacenſis Turonenſi antea canonico, in eodem Catalogo præſtandum erit.

De Ciſtercienſibus res adhuc multò magis conſpicua eſt, cum vnus Malachias regularis canonicus in Hybernia tot Ciſtercienſium Canobia fundauerit, cum integra canonicorum monaſteria ad Ciſtercienſes tranſierint, vt patet de Alua Abbatia canonicorum regularium Leodienſium, quam S. Bernardus in monaſterium Ciſtercienſium mutauit, & de Priore monaſterij Eboracenſis cum omnibus ferè dicti monaſterij fratribus ad Ciſtercienſes profectis, pro quibus ipſe D. Bernardus ad Abbatem Eboracenſem ſcripſit epiſtolam, quæ eſt in ordine 56. ex quorum numero videtur fuiſſe B. Humbertus, cuius laudes recenſuit idem D. Bernardus in proprio Sermone de eodem habito.

Ordo quoque præclariſſimus Carthuſianorum nonne ab ipſis regularibus canonicis fuit fundatus, & decoratus nam canonicus regularis Eccleſiæ Rhemenſis fuit ipſe Bruno primus inſtituti autor, vt in eius vita legitur, canonici duo ex primis coadiutoribus ex S. Rufi congregatione profecti, vterque Stephanus vocatus, alter Dienſis, alter Burgenſis, vt ex Chronicis dictæ congregationis, & in vita S. Hugonis Gratianopolitani apparet, canonicus regularis ipſe Hugo Gratianopolitanus, cuius autoritate, & auxilio tam ſancto operi manū admouerunt & ordini fundamenta iecerunt, in Eccleſia regulari Gratianopolitana regulariter viuens, vt patet ex illius vita, rogante Airaldo Morianenſi Epiſcopo deſcripta, canonicus etiā regularis Hugo alter Lincolnienſis in Anglia Epiſcopus, qui primus inſtituta Carthuſianorum in Angliam inuexit, ex Archidiacono Cantuarienſi in Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglicana ſeculo 12. cap. 35. & demum integra domus canonicorum regularium nempe Caſſinenſis, excubiarum, & Eremi nuncupatæ in initio ferè ipſius fundationis Carthuſianorum ordinis illius vitæ normam amplexatæ fuerunt, ex eodem Archidiacono Cantuarienſe.

Congregationis quoq; monachorum ordinis D. Benedicti antea S. Iuſtinæ, nunc Caſſinenſis nuncupatæ primum autorē extitiſſe Ludouicum Balbū Patricium Venetum poſtea Epiſco-

puum Tarniſinū tum dictæ congregationis Chronicon, non etiam Epitaphium eius tumulo inſcriptum, quod in ædē S. Iuſtinæ Patauinæ, videlicet in Capitulo monaſterij viſitur, manifeſtè adſtruitur, quod Epitaphium hic adijcio ad tanti Præſulis dignitatem, & vitæ ſanctitatem commemorandam, illud autem eſt huiuſmodi:

Mille quadringentū Domini currentibus annis
Quadragintatribus, Septembrīs menſe fluente,
Progenie Veneta Balbo Ludouicus in oſtrīs
Mente micans, tumulo clauſus ſepelitur in iſto.
Splendidus ille fuit, lucens virtute per orbem.
Quintum clemens, humilis, ſuper omnia teſtum.
Alma Iuſtinæ Patauæ tunc extitit Abbas,
Cum Lecili normam Benedicti conſolidauit.
Illinc Italiæ celebres Iuſtrando per vrbes,
Ornauit Monachis Chriſto famulantibus alto
Conſilij Sancti Præſes, Præfectus, & autor.
Bellaſq; pacem tractando ſchiſma remouit.
Eugenij Quarti præcepto Præſulis Orbis
Auctus honore eſt Tarniſium munitus.

Porro eundem Ludouicum ex canonico regularis ordinis S. Auguſtini, & Priore S. Georgij in Alga ad eadem S. Iuſtinæ Patauinam migraſſe, hanc nouellè, & expreſsè ex literis Bonifacij IX. & Gregorij XII. per quas ordo canonicorum ſeculariū S. Georgij de Alga nuncupatorum in eodem monaſterio S. Georgij ad hunc effectum per ſupradictum D. Ludouicum reſignato, fuit inſtitutus, quæ literæ in Bullario per Laërtium Cherubinum recens edito conſtit. 1. Gregorij Papæ XII. videri poſſunt.

II. AVctores Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, qui ſub Innocentio III. anno 1198. eſt inchoatus, & anno 1209. ab eodem Pontifice confirmatus, antequam dictus ordo probaretur, ad Abbatem, & Canonicos S. Victoris Pariſienſis pro regularibus inſtituendis addirectus ab eodem Pontifice fuerunt deſtinati. Conſtat ex literis eiuſdem Innocentij Papæ libro Fol. 233. regiſtratis, quæ habentur etiam in Bullario inter illius Bullas Conſtitutione prima. Eundem ordinem Ioannes Rex Portugalliæ huius nominis III. in ſuis regnis cupiens inſtaurare, duodecim iuuenes ſapientia, & ingenio præditos delegit, quos ad Priorem S. Vincentij Vliſſiponenſis nomine Franciſcum deſtinauit, vt eiſdem regularem illius ordinis acciperent, & cum illo vitæ regularis inſtitutum in eodem monaſterio deſerent: atque in hunc modum dictus ordo in pariibus Luſitaniæ ad meliorem frugem, & perfectam diſciplinam, à qua nonnihil defecerat, optimè eſt reformatus. Ex Chronicis dicti monaſterij S. Vincentij Vlyſſiponenſis.

III. DE S. Dominico præclariſſimi Ordinis Prædicatorum Fundatore non eſt dubium, quod fuerit canonicus regularis in Eccleſia Oxomenſi, vt conſtat ex Breuiario Romano, & ex Bul-

pium Turuisinũ tum dictæ congregationis Chronicæ, tum etiam Epitaphium eius tumulo inscriptum, quod in ædè S. Iustinæ Patauina, videlicet in Capitulo monasterij visitur, manifestè adstipulantur, quod Epitaphium hic adijcio ad tanti Præsulis dignitatem, & vitæ sanctitatem commemorandam, illud autem est huiusmodi:

Mille quadringentũ Domini currentibus annis
Quadraginta tribus, Septembrib⁹ mense fluente,
Progenie Veneta Balbo Ludouicus in ostris
Monte nitens, tumulo clausus sepelitur in isto.
Splendidus ille fuit, lucens virtute per orbem.
Quinetiam clemens, humilis, super omnia castus.
Alma Iustinæ Patauæ tunc extitit Abbas,
Cum Sancti normam Benedicti consolidauit.
Illinc Italiæ celebres Iustrando per vrbes,
Ornauit Monachũ Christo famulantibus alto
Consilij Sancti Præses, Præfectus, & autor.
Ecclesiæ pacem tractando schisma remouit.
Eugenij Quarti præcepto Præsulis Orbis
Auctor volens est Tarusiensis iunctus.

Porro eundem Ludouicum ex canonico regulari ordinis S. Augustini, & Priore S. Georgij in Alga ad ædem S. Iustinæ Patauinam migrasse, habes manifestè, & expressè ex literis Bonifacij IX. & Gregorij XII. per quas ordo canonicorum seruatium S. Georgij de Alga nuncupatorum in eodem monasterio S. Georgij ad hunc effectum per superdictum D. Ludouicum resignato, fuit institutus, quæ literæ in Bullario per Laërtium Cherubinum recens edito constit. 1. Gregorij Papæ XII. videri possunt.

II. AVtores Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, qui sub Innocentio III. anno 1198. est inchoatus, & anno 1209. ab eodem Pontifice confirmatus, antequam dictus ordo probaretur, ad Abbatem, & Canonicos S. Victoris Parisiensis pro regularibus institutis addiscendis ab eodem Pontifice fuerunt destinati. Constat ex literis eiusdem Innocentij Papæ libro 1. fol. 233. regestratis, quæ habentur etiam in Bullario inter illius Bullas Constitutione prima. Eundem ordinem Ioannes Rex Portugalliæ huius nominis III. in suis regnis cupiens instaurare, duodecim iuuenes sapientia, & ingenio præstantes delegit, quos ad Priorem S. Vincentij Vlyssiponensis nomine Franciscum destinauit, vt habitum regularem illius ordinis acciperent, & cum illo vitæ regularis institutum in eodem monasterio discerent: atque in hunc modum dictus ordo in partibus Lusitaniæ ad meliorem frugem, & pristinam disciplinam, à qua nonnihil defecerat, optimè est reformatus. Ex Chronicis dicti monasterij S. Vincentij Vlyssiponensis.

III. DE S. Dominico præclarissimi Ordinis Prædicatorum Fundatore non est dubium, quod fuerit canonicus regularis in Ecclesia Oxomensi, vt constat ex Breuiario Romano, & ex Bulla Honorij III. eidem Dominico, & illius fratribus directa, per quam illius ordinem primus in hunc modum probauit, & confirmauit.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Dominico Priori S. Romani Tolosanensis, eiusq; fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religioni infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Romani Tolosanensis, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. in primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini Regulam in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.

IV. SAnctus Antonius de Padua nuncupatus, qui primus ex ordine Seraphico B. Francisci Assisij cathedram magistralem tenuit, & sacras literas publicè est interpretatus, quem Summus Pontifex aliquando concionantem audiens, arcam testamenti appellauit, quique primus post ipsum B. Franciscum ab eodem Summo Pontifice in Catalogum Sanctorum solemni ritu est relatus, priusquam ad ordinem Seraphicum ob spem martyrij concederet, in ordine canonicorum regularium, nimirum in Cœnobijs S. Vicentij Vlyssiponensis, & S. Crucis Colimbricensis admirabili vitæ sanctitate, virtutum etiam, & miraculorum splendore coruscans vndecim annis fuerat conuersatus.

Beatum Nicolaum Tolentinatem, qui incomparabilis vitæ innocentia, & virtutum splendore ordinem Eremitarum Augustinensium decorauit, ex ordine canonicorum regularium, nimirum, ex collegio S. Saluatoris Castri S. Angeli Firmanæ diœcesis ad Eremitas fratris Ioannis Boni nuncupatos arctioris vitæ desiderio commigrasse, autor est B. Antonius Florentinus in Historia 3. par. tit. 24. in principio, sic scribens: *In iuuentis igitur ætate sanctè conuersans cuiusdam Ecclesiæ sancti Saluatoris canonicus efficitur regularis*: nam dictam Ecclesiam, quæ nunc secularium canonicorum conuentum habet, antea regularem fuisse præter vetusta illius monumenta, indicat nomen, ac dignitas Prioris inter canonicos retenta.

Demum Carmelitæ, qui quartum locum obtinent inter mendicantes, ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano antea canonico regulari S. Crucis Mortariensis proprij instituti normam, & regulam acceperunt, quam postea Honorius III. sua constit. 8. in ordine, anno sui Pontificatus 10. probauit & firmauit.

CAPVT SEPTVAGESIMVM QVARTVM.

Catalogus omnium Ordinum, & Congregationum sub magni Patris Augustini Regula militantium.

I. QVia fuerunt nonnulli, qui Catalogos Congregationum, & ordinum sub magni Patris Augustini regula militantium describentes, pro luce non veritatem, sed proprium ingeniũ, vel commodum habentes, multa illos errorum caligine obfusos in lucem ediderunt, tandẽ pro libri huius colophone, siue coronide prædictum Catalogum non è turbidis fontibus, vel ex frigido cerebro hausturn, sed ex veris, probatisq; autoribus & authenticis documentis collectum adnotabo: qui tamen duas in classes facilioris doctrinæ gratia diuisus erit, in quarum priori canonicorum, seu clericorum: in posteriori verò cæterorum siue mendicantium, siue non mendicantium Ordines recensebo.

Inter ordines canonicorum siue clericorum B. Augustini Regulam profitentium primus est ordo, qui in Concilijs antiquis, necnon in literis Pontificijs, Iure Canonico, Prouinciali Romano, libris taxarum Cameræ Apostolicæ, & in Praxi Cancellariæ Apostolicæ ordo S. Augustini simpliciter, & sine aliquo addito vocatur à Sanctissimis Apostolis institutus, & per B. Augustinum in Ecclesia Hypponẽsi reformatus, seu restitutus, & diuinis regulis informatus. de quo libro 1. per totũ. Hic ordo iuxta varias reformationes, quas progressibus temporum accepit, in multos canonicorum cœtus fuit diuisus, & compluribus congregationibus decoratus, quarum prima est:

Congregatio Lateranensis circa annum Domini 440. per Gelasium B. Augustini discipulum inchoata, postea per Alexandrum II. circa annum nostræ salutis 1060. reparata, demum per Eugenium IV. anno 1445. restituta ex canonicis S. Mariæ de Frisonaria Lucanæ diœcesis anno 1400 reformatis, autoribus Venerabilibus, & pijs sacerdotibus Bartholomæo Romano ex familia Columnensium, Leone de Carrate S. Petri in cœlo aureo Papiæ canonico professo, & monasterij Priore, & Iuris Pontificij Doctore, necnon Thadæo de Binasco eiusdem monasterij S. Petri canonico: non autem à Fratre Iacobo Bergomẽsi ex ordine Prædicatorum apostata, vt quidam autores parum religiosè, ac minus veridicè calumniantur. de cuius reformationis, & congregationis totius origine, & procursu vide libro sequenti per totum.

Secunda S. Frigdiani Lucensis, quam idem S. Frigdianus canonicus Lateranensis, & Lucensis Episcopus anno 556. sub Pelagio I. fundauit, sub tempora Alexandri II. & deinceps valdè propagata. vide hoc libro capite 45.

Tertia S. Rufi, non à B. Rufo siue Arnulpho Lugdunensi Archiepiscopo apud Valentiam in Delphinatu, sed à quatuor Cathedralibus ibique regularibus Auenionensis Ecclesiæ canonicis primò in Ecclesia S. Rufi Auenionensium Apostoli, & primi Episcopi, & prope eandem ciuitatem Auenionensem, circa annum Domini 1000 inchoata; cuius tamen caput anno 1210. Valentiam fuit translatum. vide capite 55.

Quarto S. Laurentij de Plebe martyrum in Delphinatu, in Episcopatu tamen Tauricensi, & cuius origine constat ante annum 1050. autor Ven. Sacerdos Gerardus de oppido Vsij, postea Episcopus Sistaricensis. vide capite 57.

Quinta S. Crucis Mortariensis, fundante Ven. Sacerdos Adamus ex Castro Mortarij, sub Gregorio VII. circa annum 1080. quam idem Gregorius, & illius successor Vrbanus II. multis attributis priuilegijs decorauit. vide capite 46.

Sexta S. Mariæ in Portu Adriatico apud Rauennam, eodem tempore exorta, & à Ven. Petro de Honestis Ciue Rauennatensi Portuensis Cœnobij Priore sanctissimus legibus munita, quas deinde Paschalis II. sua autoritate probauit. vide capite 87.

Septima S. Nicolai de Aroasia prouinciæ Atrebatensis in Gallobelgica, cuius initium refertur ad annum 1097. autore Cononе postea S. R. E. Cardinali cum socio Heldemaro. vide cap. 64.

Octaua Marbacensis in Marbach oppido Alsatiæ fundata anno 1094. vt supra capit. 59. & 66. vel anno 1090. vt Munsterus pag. 439. editionis Basiliæ. de qua vide quæ supra locis citatis diximus.

Nona S. Sepulchri Ierosolymitana post recuperatam Ierosolymam sub pijssimis, & vere Christianis Principibus Godefrido, & Balduino circa annum 1100. restituta, & dilatata. vide cap. 66.

10. S. Crucis Colimbricensis, quam anno 1131. fundauerunt tres religiosissimi Colimbricensis Ecclesiæ tunc regularis canonici Tello Archidiaconus, Michael Prior, & Ioannes Magister Scholarum, cum Theotonio, & alijs sanctis viris. vide capite 58. cum sequenti.

11. S. Mariæ ad Rhenum prope Bononiam in Emilia, quam per idem tempus nonnulli canonici regulares sese in eo loco colligentes, & vitam in melius reformantes erexerunt. Desijt anno Domini 1430. sub. Francisco Ghislerio Priore, in quo penitus fuit extincta. vide capit. 48.

12. S. Victoris Parisiensis, quæ habuit initium ante annum 1120. & summis viris sanctitate, & doctrina conspicuis floruit. vide capite 56.

13. S. Iacobi de Cella Volana in diœcesi Cona-

clensi

clensi fundatio monasterij annum 1000. antecedit, sed nonnisi post annum 1200. cœpit habere alia monasteria sibi visita. vide capit. 54.

14. S. Mariæ de Crescentiaco prope Mediolanum, cuius primordia annum 1140. præcesserunt. vide capite 45.

15. Vallis Viridis nuncupata, de cuius prima origine non constat, nisi quod ante annum 1200. fuerit instituta. vide capit. 65.

16. Niuiensis in oppido Nussiæ Diœcesis Colonensis ab illius Ecclesiæ canonicis sub Philippo 44. Episcopo fundata. vide capit. 65.

17. S. Marci prope Mantuam per Ven. Sacerdotem Albertum Spinolam aliàs de Formigosa anno 1298. instituta. Desijt penitus ante annos centum 15. existente Duce Mantuæ Serenissimo Vincentio Gonzaga, quo curante, monasterium S. Marci monachis Camaldulensibus est datum. vide capite 50.

18. Windesemensis in Belgio, cuius autor fuit Magister Gerardus sub anno 1386. quæ magnos progressus fecit, & fecit vide capit. 62.

19. S. Saluatoris de Bononia vulgo Scopetorum appellata, quæ Ven. & Beato viro fratri Stephano Eremitæ Augustinensi ex monasterio S. Saluatoris Ilicitani apud Senas profecto sua primordia refert. vide capit. 51. & seq.

20. S. Spiritus Venetiarum. habuit initium anno 1414. non à quodam fratre Gabriele Spoletano Eremitarum, vt quidam falsò autumant, quippe qui fratres Eremitas instituit, nõ canonicos regulares: sed à quatuor religiosis clericis & patritijs Venetis, qui cum hortante fratre Gabriele Spoletano habitum Eremitarum induerunt, anno 1424. mandante Martino Papa V. eundem habitum dimittentes, & canonicorũ regularium assumentes, in monasterio S. Spiritus antiquum institutum canonicorum regularium, quod ibe anteà viguerat, restituerunt. vide capite 54.

21. Omnium Sanctorum Olomutiensis ante Alexandrum VI. erecta, cui idem Alexander canonicorum regularium Lateranensium titulum, & priuilegia concessit. vide capite 65.

22. S. Petri de monte Coibulo in Hetruria, quæ initium habuit sub Iulio II. de qua vide c. 54.

23. Castrinantonis in Gallijs eodem tempore instituta, cuius meminit Ioannes Trullus lib. 1. cap. 10. num. 6. ex Roberto Arboricensi, aliud non vidi.

24 Scholarium apud Bononiam, quæ ante annum 1200. erat instituta. ex Iacobo de Vitriaco, sed aliud non reperi. vide capite 54.

II. PRater supradictas congregationes, quæ ad ordinem S. Augustini simpliciter nuncupatum attinent, est secundus ordo canonicorũ regularium sub regula D. Augustini, qui dicitur Premonstratensis à S. Norberto Lotharingo in loco Premonstrato anno 1120. institutus. vide c. 69.

clerici, fundatio monasterij annum 1000. antecedit, sed nonnisi post annum 1200. cœpit habere alia monasteria sibi vnita. vide capit. 54.

24. S. Mariæ de Crescentiaco prope Mediolanum, cuius primordia annum 1140. præcesserunt. vide capite 49.

25. Vallis Viridis nuncupata, de cuius prima origine non constat, nisi quod ante annum 1200. erat instituta. vide capit. 65.

26. Nussiensis in oppido Nussiæ Diœcesis Cocinensis ab illius Ecclesiæ canonicis sub Philippo 44. Episcopo fundata. vide capit. 65.

27. S. Marci prope Mantuam per Ven. Sacerdotem Albertum Spinolam aliàs de Formigosa anno 1198. instituta. Desijt penitus ante annos circiter 25. existente Duce Mantuæ Sereniſſimo Vincentio Gonzaga, quo curante, monasterium S. Marci monachis Camaldulensibus est datum. vide capite 50.

28. Windesemensis in Belgio, cuius autor fuit Magister Gerardus sub anno 1386. quæ magnos progressus facit, & fecit vide capit. 62.

29. S. Saluatoris de Bononia vulgo Scopetinorum appellata, quæ Ven. & Beato viro fratri Stephano Eremitæ Augustinensi ex monasterio S. Saluatoris Ilicciani apud Senas profecto sua primordia refert. vide capit. 52. & seq.

30. S. Spiritus Venetiarum. habuit initium anno 1424. non à quodam fratre Gabriele Spoletano ordinis Eremitarum, vt quidam falsò autumant, quippe qui fratres Eremitas instituit, nõ canonicos regulares: sed à quatuor religiosis clericis, & patritijs Venetis, qui cum hortante fratre Gabriele Spoletano habitum Eremitarum induissent, anno 1424. mandante Martino Papa V. eundem habitum dimittentes, & canonicorũ regularium assumentes, in monasterio S. Spiritus antiquum institutum canonicorum regularium, quod ibi antea viguerat, restituerunt. vide capite 54.

31. Omnium Sanctorum Olomutiensis ante Alexandrum VI. erecta, cui idem Alexander canonicorum regularium Lateranensium titulum, & priuilegia concessit. vide capite 65.

32. S. Petri de monte Corbulo in Hetruria, quæ initium habuit sub Iulio II. de qua vide c. 54.

33. Castrinantonis in Gallijs eodem tempore instituta, cuius meminit Ioannes Trullus lib. 1. cap. 10. num. 6. ex Roberto Arboricensi. aliud non vidi.

34 Scholarium apud Bononiam, quæ ante annum 1200. erat instituta. ex Iacobo de Vitriaco, sed aliud non reperi. vide capite 54.

II. PRater suprædictas congregationes, quæ ad ordinem S. Augustini simpliciter nuncupatum attinent, est secundus ordo canonicorũ regularium sub regula D. Augustini, qui dicitur Præmonstratensis à S. Norberto Lotharingo in loco Præmõstrato anno 1120. institutus. vide c. 69.

Tertius ordo Gilbertinorum, cuius autor fuit Gilbertus de Sempingam oppido Angliæ anno 1148. vide capit. 69.

Quartus ordo canonicorum S. Iacobi de Spata, quem ferunt à Ramiro Legionensium Rege primitus institutum: verùm illi nonnisi sub Alexandro III. nomen, & regulam canonicorum regularium D. Augustini, vel post illum obtinuerunt, vt ex eiusdẽ Pontificis constitutione quinta liquet. vide capit. 69.

Quintus ordo S. Mariæ de Metri, siue de pœnitentia martyrum, cuius Professores vocantur canonici regulares ordinis S. Augustini. ex Martino Baronio in vita B. Isaiæ Cracouiensis pag. 7. & 12. & in vita B. Stanislai pag. 10. hic ordo nũc floret in regno Poloniæ.

Sextus ordo S. Spiritus in Saxia, cuius clerici regulares sub B. Augustini regula degentes in nonnullis literis Apostolicis vocantur.

Septimus ordo Cruciferorum apud Huyum Flandriæ oppidum diœcesis Leodiensis anno 1248. institutus. cuius professores in quibusdam literis Apostolicis nomine canonicorum regularium appellantur. vide capit. 69.

Octauus ordo S. Antonij Viennensis, cuius professores anno 1297. à Bonifacio Octauo titulo canonicorum, & regula B. Augustini fuerunt donati. vide cap. 69.

Nonus ordo canonicorum regularium, antea secularium in Alga per Antonium Corrarium, & alios quosdam Patritios Venetos anno 1400 fundatus. vide cap. 69. & hi omnes dicuntur canonici regulares.

10. Ordo clericorum communiter viuentium, secularium tamen, & sine votorum professione, quem instituit Gerardus Magnus apud Dauentriam in Belgio circa annum 1176. de quo vide quæ notantur in Chronico Windesemensi nuper edito libro 1.

11. Ordo clericorum regularium Theatinorum, cuius fundamenta posuit anno 1524. Reuerendiss. Pater D. Ioannes Carapha Episcopus Theatinus, qui postea ad Summum Pontificatum euectus Paulus IV. est appellatus.

12. Clericorum Boni Iesu in Ciuitate Rauennæ per quosdam deuotos, & pios clericos, suadẽte Seraphino Firmano ex nostra congregatione Lateranensi verbi Dei præcone feruidissimo, anno 1526. initiatus.

13. Clericorum regularium S. Majoli de Somasca, qui suam originem debet Ven. viro Hieronymo Æmiliano ex ciuitate Venetiarum sub anno 1531. qui à Paulo III. anno 1540. fuit confirmatus.

14. Clericorum regularium S. Pauli Decollati vulgo Barnabitarum ab Ecclesia S. Barnabæ olim canonicorum regularium in ciuitate Mediolani, in qua idem ordo, suadente potissimum eodem Seraphino Firmano, per tres pijssimos seruos

Dei Iacobum Morigiam Mediolanensem, Franciscum Mariam de Zacharijs Cremonensem, & Bartholomæum de Ferrarijs primitus fuit institutus.

15. Clericorum Seruientium infirmis, quem Ven. Camillus de Lælijs ex oppido Bucianico inter Samnites anno 1581. primitus inchoauit, sub Gregorio XIII. postea Sixtus V. anno 1586. suo diplomate confirmauit.

16. Clericorum regularium Minorum nuncupatorum, qui sub eodem Sixto V. Romæ habuit initium in Ecclesia S. Agnetis in Agone à Clemente VIII. specialiter confirmatus. Et alij forsan sunt ordines clericorum regularium sub B. Augustini regula militantium, quorum institutio ad meam notitiam non peruenit.

III. ALij verò ordines ad secundam classem spectantes, & sub eadem B. Augustini regula instituti sunt. Primus ordo S. Barnabæ, siue Apostolicorum, quem ferunt à S. Barnaba Apostolo primùs institutum. Verùm anno 1484. ab Innocentio Octauo, aut ab Alexandro Sexto anno 1496. B. Augustini regula primùs donatus.

Secundus ordo Crucigerorum, qui à S. Cleto Lini successore, vel à Cyriaco Episcopo tempore magni Constantini institutus dicitur, cæterum ab Alexandro III. vel Vrbano III. sub B. Augustini regula, vt videtur, reformatus, & approbatus. de quo vide in Bullario Vrbani III. constitut. 1. & Gregorij XIV. constitut. 13.

Tertius Gulielmitarum, quem ferunt à Gulielmo Duce Aquitaniæ circa annum Christi 1150. sub B. Augustini regula institutum. Verùm, quæ de Gulielmo Aquitaniæ Duce dicti ordinis fundatore nonnulli comminiscuntur, reijcit Baronius tom. 12. sub anno 1136. post medium: Gulielmitas verò, quos Alexander IV. cum cæteris Eremitis in vnum ordinem collegit, quique tandem ab vnione resiluerunt, non sub B. Augustini, sed Benedicti regula ante dictam vnionem institutos, constat ex literis Innocentij IV. & aliorum, quas vide libro 1. capite 46.

Quartus ordo Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum sub Innocentio III. institutus, & ab illo sub anno 1198. confirmatus, vt ex illius constitutione prima apparet.

Quintus ordo Vallis scholarium apud Parisium per Gulielmum Scholarem Parisiensem, & tres illius socios anno 1200. sub B. Augustini regula inchoatus, & per Honorium III. anno 1218. probatus, referente Renato Choppino in Monastico lib. 1. titul. 1. num. 13. & Augustino Ticinensi in Dilucidario. par. 2. fol. 38. & hic ille est Gulielmus, per quem Iacobus Philippus Bergomensis, & alij nonnulli nominum æquiuocatione decepti, ferunt ordinem Eremitarum in Gallijs fuisse restauratum, licet dictus ordo non spectet ad Eremitas Augustinenses.

Sextus ordo Prædicatorum per B. Dominicũ canonicum regularem sub Innocentio III. anno Concilium generale fundatus, & per Honorium Tertium anno 1216. probatus, qui magna Ecclesiæ lumina in dies protulit, & profert.

Septimus ordo Eremitarum fratris Ioannis Boni circa annum 1200. inchoatus. Verum & ne certo habitu, regula, & titulo, quæ omnia circa tempora Gregorij Noni ex concessione Sedis Apostolicæ eisdem supplicantibus facta, obtinuerunt, vt patet authenticis documentis, quæ lib. 1. capite 47. possunt videri.

Octauus ordo Eremitarum de Brittinis in diœcesi Fanensi fundatus, seu institutus, quidem omnino fuit cum ordine fratris Ioannis Boni, qui à loco institutionis de Brittinis, & ab autore ordo Iambonitarum est appellatus. vide libro 1. eodem capite 47. §. 7.

Nonus ordo Seruorum B. Mariæ anno 1217. inchoatus, sed ab Alexandro IV. sub B. Augustini regula probatus, referente Syluestro Mauralico in Historia omnium Religionum libro 4.

10. Ordo Eremitarum Tusciæ, quos Innocentius IV. sine certo habitu, regula & titulo per Tusciam vagantes, omnes exceptis Gulielmitis in vnum ordinem collegit, eosque regula S. Augustini donatos. Eremitas ordinis S. Augustini vocari præcepit, quibus vnum Protectorem Ricardum S. Angeli Diaconum Cardinalem dedit, cõstat ex literis eiusdem Innocentij IV. libro 1. capite 25. relatis. ex quibus literis habes, vnde fabulam reijcias eorum, qui fingunt, Eremitas à B. Augustino institutos, à tempore persecutionis Wandalicæ vsq; ad generalem vnionem factam, per Alexandrum IV. in partibus Hetruriæ fuisse conseruatos.

11. Ordo Eremitarum de Fabali, siue de monte Fabali, qui sub eadem tempora exortus, qui ante Alexandrum IV. per Marchiam Anconitanam, & loca vicina sine certo habitu, & regula vagaretur, ab eodem Alexandro certis ordinibus Eremitarum fuit vnitus, & cum illis vnus ordo conflatus. vide libro 1. capite 48.

12. Ordo Eremitarum S. Augustini nuncupatus, per Alexandrum IV. ex variis Eremitarum ordinibus vnitus. De hoc ordine videtur Trithemius in Historia Hirsaugica sub anno 1287.

13. Ordo S. Pauli primi Eremitæ à Ven. viro Eusebio Strigoniensi anno 1215. in Vngaria inchoatus, sed à Clemente V. anno 1306. sub regula D. Augustini per suum Legatum Apostolicum probatus.

14. Ordo B. Mariæ de Mercede, quem probauit & B. Augustini regula donauit Gregorius IX. anno 1230. vide constitutionem nonam eiusdem Pontificis.

15. Ordo S. Brigidæ anno 1340. institutus, & anno 1367. ab Vrbano V. confirmatus.

16. Ordo Iesuatorum, quem idem Vrbanus eodem anno 1367. confirmauit.

17. Or-

17. Ordo Eremitarũ S. Hieronymi an. 1373. per Gregorium XI. sub B. Augustini regula confirmatus. Floret in Hispanijs.

18. Ordo B. Ambrosij ad Nemus prope Mediolanum, quem idem Gregorius XI. eodem anno 1373. confirmauit, vt habes ex illius constitutione nona in ordine. Ex qua habes etiam, vnde falsus errorem conuincas, qui dicunt beatum Augustinum in eodem monasterio vitam eremiticam egisse. Efficaciter illud met, cuius ipse Augustinus. 8. Confessionum meminit, vocans monasterium plenum bonis Fratribus.

19. Ordo Eremitarum S. Hieronymi per B. Petrum de Pisis circa annum 1367. fundatus. Sed nunc fine obligatione votorum, cuius professionem Pius V. anno 1568. ad vota emittenda obligauit.

20. Ordo alius Eremitarum S. Hieronymi de Fabalo per Gregorium XII. sub regula D. Augustini probatus, vt habes inter illius bullas constitutione 3.

21. Ordo alius S. Pauli primi Eremitæ in Ostia Lotharingiæ rupe institutus anno 1186. vt ferunt, vel anno 1562. sub B. Augustini regula constitutus.

22. Ordo Seruientium infirmis per religiosũ virum Ioannem Dei Lusitanum anno 1572. inchoatus. Et alij forte sunt Ordines in externis prouincijs sub eadem Augustini regula constituti.

¶ Vtque præterea nonnulli ordines militares sub eadem regula. Primus S. Mauritij, quẽ Maurolicus temporibus Magni Basilij inchoatum asserit, & sua assertionis Pios IV. & V. testes adhibet, quorum ipse litteras non vidi.

Secundus S. Iacobi de Spata, qui vnus ordo in duas classes, alteram Clericorum, alteram Mili-

Finis Libri Sec

17. Ordo Eremitarũ S. Hieronymi an. 1373. per Gregorium XI. sub B. Augustini regula confirmatus, florer in Hispanijs.

18. Ordo B. Ambrosij ad Nemus prope Mediolanum, quem idem Gregorius XI. eodem anno 1373. confirmauit, vt habes ex illius constitutione nona in ordine. Ex qua habes etiam, vndeillorũ errorem conuincas, qui dicunt beatum Augustinum in eodem monasterio vitam eremiticam egisse. Esseque illudmet, cuius ipse Augustinus lib. 8. Confessionum meminit, vocans monasterium plenum bonis Fratribus.

19. Ordo Eremitarum S. Hieronymi per B. Petrum de Pisis circa annum 1367. fundatus: Sed tamen sine obligatione votorum, cuius professores Pius V. anno 1568. ad vota emittenda obligauit.

20. Ordo alius Eremitarum S. Hieronymi de Fesulis per Gregorium XII. sub regula D. Augustini probatus, vt habes inter illius bullas constitutione 3.

21. Ordo alius S. Pauli primi Eremitæ in Ossa Lusitaniæ rupe institutus anno 1186. vt ferunt Sed anno 1562. sub B. Augustini regula constituti.

22. Ordo Seruientium infirmis per religiosũ virum Ioannem Dei Lusitanum anno 1572. inchoatus. Et alij forte sunt Ordines in exteris prouincijs sub eadem Augustini regula constituti.

SVnt præterea nonnulli ordines militares sub eadem regula. Primus S. Mauritij, quẽ Mauricius temporibus Magni Basilij inchoatum asserit, & suæ assertionis Pios IV. & V. testes adhibet, quorum ipse litteras non vidi.

Secundus S. Iacobi de Spata, qui vnus ordo in duas classes, alteram Clericorum, alteram Militum est diuisus, de quo supra hoc eodem cap. dictum fuit.

Tertius S. Ioannis Ierosolymitani Melitensium vocatus, quem Iacobus de Vitriaco in Historia Orientali c. 64. fatetur, Redemptionem Ierosolymæ per Gotifredum præcessisse post ipsã recuperationem ab infidelibus sub certo habitu regulariter institutus, ex eodem Iacobo de Vitriaco.

Quartus S. Lazari Ierosolymitani, quem sub regula B. Augustini institutum fatetur Alexander. VI. constit. 1.

Quintus S. Mariæ de Mercede, qui etiam in Clericos, & milites est diuisus, à D. Petro Rege Aragoniorum institutus, & per Gregorium IX. confirmatus, de quo in illius bullis constit. 9

Sextus S. Sepulchri Ierosolymitani, qui Patriarchæ Ierosolymitano obedientiam præstabat, de quo Iacobus Villamõtius, Ioannes Zwalardus, Bartholomæus à Salignaco, & alij, post captam ab infidelibus Ierosolymam fere extinctus. Fertur habere nonnullos Prioratus in partibus Galliarum. Videatur Franciscus Menenius in libro cuius est titulus, Deliciæ Equestrium. Alij alios ordines militares addunt, vt Equitum Iesu Christi in Lusitania, Theutonicorum in Germania, S. Michaëlis, & S. Spiritus in Gallijs, quos tamen sub regula D. Augustini institutos nullo documento authentico cognoui. Hunc Catalogũ ex probatis scripturis, & autoribus fide dignis colectũ, Si cum alijs per Ludouicum de Angelis, Cornelium Lancillottum, & autorem quendam anonimum post libellum B. Humberti de tribus votis, & alios nonnullos recentiores editis conferas, habebis, vnde non solum paucos defectus illorum suppleas. Sed plures etiam errores in illis corrigas & emendes.

Finis Libri Secundi.

D

CONGR
ONE LA
NEN

P

FRIGDIONA
NICOS RE

LIBER T

GABRIELE PE
VARIENSE EX CON
teranensi Abbate, ac

Cum Licent

COLONIÆ AG

Excudebat Gerhard

ANNO M

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE CONGREGATIONE LATERANENSI:

PER

FRIGDIONARIOS CANONICOS RESTITVTA

LIBER TERTIVS.

GABRIELE PENNOTTO NOVARIENSE EX CONGREGATIONE Lateranensi Abbate, ac Theologo Autore.

Cum Licentia Superiorum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Excudebat Gerhardus Greuenbruch,

ANNO M. DC. XXX.

REV.MO PATR

D. CONST

FASEOLO L

CANONICORVM

CONGREGATIONIS SAL

SIS ABBATI GENERA

Gabriel Pennottus Can

reuerentiam, &

SVB tui fœlicissimi regiminis auſ

nianæ Basilicæ, Lateranensisque

monimentis, Sum.morumque

autoribus, authenticisque doc

tam, & exornatam, saltem fidelit

laborando tandem emittere curaui. Sic enim ſi

lo, & imperio susceptum, & inchoatum tuis au

tum, & munitum in publicum prodiret, non ob

ctura per eam Amplitudinem in regenda Late

nonice disciplinæ vigor, & Sacrarum literarum

rent, illud etiam laudis tibi accederet istam v

compluribus quidem laudatam, & ab omnibus

non neotaram, te suasore, autore, ac modera

quod non absque peculiari Dei consilio factum

nouit, cuius in Magno Constantino Latera

in altero Constantino supremo Lateranensis C

ſi non imperio, certè pietatis, Religionis, integ

meritis magno, & maximo nouissimus locaretu

debenda præstitum fuit, non admodum labori

laboriosus quantum per angustiam temporis, &

negi. Alterum, vt in historia texenda ratio tem

per annos singulos (quod ab anno 1400. vsque a

bilitates inuincibiles id efficere non licuit, salte

rorum vt in Monasterijs seu Canonijs nostræ Co

donarium, siue ante illam, & ante Bonifacium VI

ones, quarum ex authenticis Scripturis expisca

ponerentur: notatis illorum fundatoribus, necno

ontificius, & Collegijs singulis profectis, additis

peratorum, & Principum, illis præsertim, quæ in

nostrum Basilium Sirenium desiderari videban

ab ipso Sirenio typis editorum animus fuerat

rum Librum comportare: Verùm præ laboris, &

mane id integrum non fuit. Quam ob causam

Galorum, & exscriptum denuo ad manus meas ver

REV.MO PATRI ET D.

D. CONSTANTINO FASEOLO LAVDENSI,

CANONICORVM REGVLARIVM CONGREGATIONIS SALVATORIS LATERANENSIS ABBATI GENERALI VIGILANTISSIMO.

Gabriel Pennottus Canonicus, & seruus humilis reuerentiam, & Obedientiam.

SVB tui fœlicissimi regiminis auspicijs, Reuerendissime Pater, Sacræ Constantinianæ Basilicæ, Lateranensisque Congregationis Historiam ex vetustis illarum monimentis, Summorumque Pontificum diplomatibus, & alijs probatis autoribus, authenticisque documentis, si non pro dignitate luculenter politam, & exornatam, saltem fideliter collectam, & ordinatam, in lucem publicam aliquando tandem emittere curaui. Sic enim fieri postulabat, vt opus tuo potissimum consilio, & imperio susceptum, & inchoatum tuis auxilijs defudatum, tuo etiam nomine decoratum, & munitum in publicum prodiret, non ob hanc solummodo rationem, vt inter alia complura per tuam Amplitudinem in regenda Lateranensi Familia præclarè gesta, quibus & Canonicæ disciplinæ vigor, & Sacrarum literarum studia mirifice pullulauerunt, ac reflorue-runt, illud etiam laudis tibi accederet istam videlicet non vsque adeo leuem prouinciam, à compluribus quidem laudatam, & ab omnibus optatam, sed à nemine hactenus, quod viderim tentatam, te suasore, autore, ac moderatore quadam tenus elaboratam: verùm etiam (quod non absque peculiari Dei consilio factum crediderim) vt series historicæ huius narrationis, cuius in Magno Constantino Lateranensis Basilicæ autore primus limes ponitur, in altero Constantino supremo Lateranensis Congregationis, Præside, moderatoreque, si non imperio, certè pietatis, Religionis, integritatis, omnigenæque virtutis, & eruditionis meritis magno, & maximo nouissimus locaretur. Porro autem, etsi, quid in ipsa prouincia obeunda præstitum fuit, non admodum laboriosum sit vel ex sola lectione diuinare, duo nihilominus quantum per angustiam temporis, & virium tenuitatem concessum est efficere sategi. Alterum, vt in historia texenda ratio temporum exactè seruaretur & vbi fieri potuit, per annos singulos (quod ab anno 1400. vsque ad 1623. præstitum est) vbi verò propter difficultates inuincibiles id efficere non licuit, saltem per secula ferè singula diduceretur. Alterum vt in Monasterijs seu Canonijs nostræ Congregationis, siue post reformationem Frigdionariam, siue ante illam, & ante Bonifacium VIII. recensendis, eorum origines, & fundationes, quantum ex authenticis Scripturis expiscari concessum est, clarè, distinctè dilucideque ponerentur: notatis illorum fundatoribus, necnon viris sanctitate, vel doctrina, vel dignitate conspicuis, è Collegijs singulis profectis, additis Priuilegijs Romanorum Pontificum, Imperatorum, & Principum, illis præsertim, quæ in compilatione ante aliquot annos facta per nostrum Basilium Sirenium desiderari videbantur. Quorum omnium, ac simul aliorum ab ipso Sirenio typis editorum animus fuerat compendium vnà collectum in hunc Tertium Librum comportare: Verùm præ laboris, & voluminis magnitudine, temporisque brevitate id integrum non fuit. Quam ob causam aliqua etiam omissa, quæ post volumen absolutum, & exscriptum denuo ad manus meas venerunt: alia pleraque omnia, vt ingenue di-

cam, præmaturè nimis, & concito gradu, tumultuariaque potius oratione collecta, vel agglomerata, siue confarcinata : quàm accuratè dispositа, ne dicam polita, vel eleganter exornata. Verùm nostros defectus forsan aliquis supplebit diligentius, addet, poliet, exornabit, & vtinam nostri Poetæ Cremonensis verbis nunc vtar :

Spero etiam fore, cum, quæ nos extundimus ipsi,
Olim aliquis Diuis, & musis charior ipsis
In melius feret, atque impensius arte polibit.
Et quæ iam nostro primò patefacta labore est,
Mollius ille viam solidabit marmore secto.
Mi sat erit specimen clari monstrasse laboris.

Lætor interim quàm maximè, præsentem, etsi læuissimam ingentissimi amoris, summæque in amplitudinem tuam tum obseruantiæ, tum reuerentiæ patefaciendi occasionem mihi semel oblatam, vt quem olim condiscipulum intimè dilexi, quemque deinceps Theologum, & Verbi Dei præconem eximium, & in gerenda monasteriorum concreditorum Præfectura Præsulem prudentissimum, æque vt vigilantissimum admiratus sum, nunc tandem in supremo Congregationis culmine dignissime locatum, concessum sit, exiguo licet momento, venerari. Deumque Optimum obnixè deprecor, vt incolumem, fœlicioremque in dies R.mam P.tem tuam, & mei memorem sua clementia tueatur. Romæ ex Canonica S. Mariæ Pacis XVIII. Calend. Decemb. Anni MDCXXIII.

CPVT

CAPITA LIBRI TERTII.

I. Basilica Lateranensis nomenclatio multiplex.

II. Qui Lateranensem Basilicam vel fundauerunt, vel instaurauerunt, vel bonis temporalibus vsq; ad Bonifacium Octauum ditauerunt.

III. De Lateranensis Basilicæ dignitate, & eminentia super omnes alias Ecclesias Vrbis, & Orbis.

IV. De Antiqua Canonicorum siue Clericorum Regulariter, & communiter viuentium Congregatione per B. Syluestrum Pontificem in Lateranensi Basilica instituta, & vsque ad Bonifacium Octauum continuata.

V. De Canonicorum Regularium electione ab Ecclesia Lateranensi per Bonifacium VIII. & statu dictæ Basilicæ vsq; ad Eugenium IV. sub quo ipsi Canonici Regulares ad eandem Basilicam redierunt.

VI. De fundatione monasterij Frigdionarij, in quo reformatio Canonicorum Regularium in Italia circa annum Domini 1400. fuit inchoata.

VII. De Continuatione Canonicorum Regularium in monasterio Frigdionario vsq; ad Bonifacium IX. sub quo illius reformatio est inchoata.

VIII. De Ven. Sacerdote Bartholomeo Columnensi Frigdionariæ reformationis promotore, ceteriq; ipsius reformationis primis autoribus.

IX. De duodecim stellarum prodigio prædictam reformationem præsignante, & de forma habitus reiminis, & de statuto in eadem reformatione præscripto.

X. De primo monasterio S. Mariæ Casoreti prope Mediolanum per Canonicos Frigdionarios post reformationem fundato.

XI. De monasterio S. Leonardi prope Veronam per eosdem Canonicos Frigdionarios reformato, & de nonnullis priuilegijs eisdem Canonicis per Gregorium XII. concessis.

XII. De Antiquo monasterio S. Mariæ Charitatis Venetiarum per eosdem Canonicos Frigdionarios reformato.

XIII. De Insula Diomedeæ, & monasterio Tremitano.

XIV. De monasterijs S. Victoris, & S. Ioannis in monte per Canonicos Frigdionarios reformatos.

XV. De reformatione monasteriorum SS. Quadraginta Martyrum Tarusij, & S. Saluatoris Brixiæ.

XVI. De reformatione monasteriorum S. Mariæ in Portu apud Rauennam, & S. Ioannis Baptistæ prope Castrum S. Archangeli in Episcopatu Arminensi.

XVII. De reformatione monasteriorum S. Bartholomæi apud Mantuam, & S. Iacobi Cellæ Volanæ Diœcesis Comaclinensis, & S. Lazari de Tertio, & fundatione monasteriorum S. Lazari prope Ferrariam, & S. Ioannis Baptistæ Ferrariæ.

XVIII. De unione, & reformatione monasteriorum S. Benedicti, nunc S. Augustini Placentiæ, & S. Ioannis in Viridario Patauij.

XIX. De monasterijs S. Bartholomæi Fesulano, & S. Petri de Pado Cremonæ.

XX. De alijs quatuor monasterijs S. Bartholomæi prope Vicentiam, S. Bartholomæi Pistorij, S. Laurentij in Castrea, & S. Mariæ Calenæ per Canonicos Frigdionarios reformatis.

XXI. De Lateranensi Basilica, & Congregatione per Eugenium IV. ex Canonicis Frigdionarijs reformata, & restituta.

XXII. Canonicos Frigdionarios Ecclesiæ Lateranensi per Eugenium restitutos, fuisse verè, & propriè de antiquis Canonicis Regularibus Basilicæ Lateranensis, & per reformationem factam in monasterio Frigdionario nullam nouam congregationem instituisse.

XXIII. Decretis Summorum Pontificum eadem veritas firmatur, & cauillationes aduersariorum tolluntur.

XXIV. Qui Canonici Regulares in Ecclesia Lateranensi vsq; ad Calistum III. præfuerint, & qualiter Fridericus III. Imperator habitum Canonicorum Regularium de manibus Prioris Lateranensis in dicta Ecclesia susceperit.

XXV. De monasterio S. Syluestri Castri montis Compatrum Tusculanæ Diœcesis eidem Congregationi per nobiles Annibaldenses de Molaria donato, & de unione Congregationis Mortarensis cum Lateranensi.

XXVI. De quatuor alijs Collegijs S. Epiphanij Papiæ, S. Theodori Ianuæ, S. Mariæ Pediscryptæ, & S. Mariæ de Mattorano Lateranensi familiæ per Nicolaum V. unitis.

XXVII. De reformatione antiquæ Canonicæ S. Petri ad Aram Neapolis, & monasterij S. Gratiani Vercellarum.

XXVIII. De reformatione Canonicarum S. Mariæ montis Belli, & S. Andreæ Vercellarum.

XXIX. De reformatione monasteriorum S. Viti Mantuæ, S. Sepulchri Parmæ, S. Michaelis Discalceatorum apud Pisas, & S. Catharinæ, siue S. Marci Firmani.

XXX. De alijs quatuor monasterijs S. Marini Arimini, S. Mariæ Gratiarum Regij Lepidi, S. Mariæ de Gloria Anagniæ, & S. Mariæ de Balneariæ in Calabria eidem Congregationi per Sedem Apostolicam unitis.

XXXI. Qualiter Sixtus IV. Canonicis Regularibus Lateranocietis nomen, ac titulum, & priuilegia Canonicorum Regularium Lateranensium confirmauit.

XXXII. De fundatione monasterij S. Mariæ Gratiarum Nouariæ, ac vnione, & reformatione monasteriorum S. Mariæ Nouæ Astæ, S. Mariæ de Castello Alexandriæ, sancti Spiritus Bergomi, S. Antonij Casteghani, sancti Barholomæi Laudensis, & S. Mariæ de Praualle Diœcesis Ianuensis.

XXXIII. De reformatione antiquæ Canonicæ S. Mariæ montis Cretæ, & fundatione monasterij S. Mariæ Pacis de Vrbe.

XXXIV. De fundatione monasteriorum S. Crucis Cesennæ, & S. Mariæ Passionis Mediolani, necnon S. Mariæ Lacrymarum Castri Triuij.

XXXV. De reformatione quatuor monasteriorum S. Gregorij de Brinate, S. Mariæ de Frisa propè Lauretanum, S. Mariæ de Crescentiaco, & S. Iuliani prope Spoletum.

XXXVI. De Venerabili monasterij S. Petri in cœlo Aureo Papiæ reformatione facta per Canonicos Regulares Congregationis Lateranensis.

XXXVII. De septem monasterijs SS. Sebastiani Bugellæ, Ioan. Baptistæ Anconæ, Modestiti Beneuenti, Petri Arcimi, Matthæi Dertonæ, Trinitatis Mutinæ, Caterui Tolentini, partim de nouo fundatis, partim Congregationi Lateranensi vnitis.

XXXVIII. De fundatione Præposituræ S. Vbaldi propè ciuitatem Eugubinam.

XXXIX. De vnione Venerabilis Canonicæ S. Frigdiani Lucensis, & decem illius Prioratuum cum Congregatione Lateranensi.

XL. De Priuilegijs Canonicæ S. Frigdiani per Romanos Pontifices collatis.

XLI. Summorum nonnullorum Pontificum literæ ad Priorem, & Canonicos S. Frigdiani, vel eorum causa aliàs personas datæ referuntur.

XLII. De fundatione monasteriorum S. Mariæ Gratiarum Castri Vincolæ, & S. Mariæ ad Paristem propè Solam, & S. Benedicti Cremæ.

XLIII. De Fundatione monasteriorum S. Petri Gatinariæ S. Stephani in Cittadella Vercellarum, & Sancti Iuliani Imolæ.

XLIV. De ijs, quæ in Lateranensi Congregatione ab anno 1540. vsque ad 1559. contigerunt.

XLV. De fundatione Abbatiæ S. Stephani Ponticuli, & aliis ab anno 1560. vsque ad 1580. in eadem Lateranensi Congregatione contingentibus.

XLVI. De tribus Præposituris S. Pastoris Reatini, S. Iusti Secusiæ, S. Stephani Dertonæ, & aliis, quæ ab anno 1580. usque ad 1600. acciderunt.

XLVII. De ijs, quæ in eadem Congregatione ab anno 1600. vsq; ad annum 1623. acciderunt, & de fundatione monasterij S. Caroli Menasij.

XLVIII. Omnium & singulorum Lateranensis familiæ monasteriorum Synopsis ex præcedentibus collecta.

XLIX. De Collegijs sacrarum Virginum Canonissarum Congregationis Lateranensis.

L. De Basilicæ Lateranensis, ac cæterorum Lateranensis Congregationis monasteriorum Canonicis in Sanctorum numerum relatis.

LI. De quibusdam alijs viris Beatis nondum in Sanctorum Catalogum relatis.

LII. De Summis Pontificibus ex ordine Canonicorum Regularium, ac præsertim ex Lateranensi Congregatione acceptis.

LIII. De S. R. E. Cardinalibus, Bibliothecarijs, Cancellarijs, & Vicecancellarijs ex Ordine Canonicorum Regularium, præsertim ex Lateranensi Congregatione assumptis.

LIV. De Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ex monasterijs Congregationis Lateranensis prosectis.

LV. De Scriptoribus, & Doctoribus dictæ Congregationis, & de Libris, quos in lucem ediderunt,

LVI. De Priuilegijs per Summos Pontifices dictæ Congregationi largitis.

CAPVT PRIMVM.

Basilicæ Lateranensis nomenclatio multiplex.

VEnerabilis, & sacræ congregationis Lateranensis originem, & procursum hoc tertio libro, si non pro dignitate, saltem pro viribus prosecuturus, omissis pluribus, quæ Ioannes Diaconus Lateranensis prolixo volumine ad Alexandrum Tertium, & Ottonem quatuor libris Lateranensi Capitulo nuncupatis, de ipsa Ecclesia Lateranensi egregiè adducè, copiosissimèque disseruerunt, priusquam à rem ipsam me conferam, non alienum à meo instituto futurum existimaui, si loquationis (vt aiunt) de nominum Basilicæ, & Lateranensis, origine, & ratione, necnon de ijs, qui dictam Basilicam primi fundauerunt, vel iuxtam restituerunt, vel bonis temporalibus ditauerunt, de illius super cæteras Vrbis, & orbis Ecclesias eminentia, & dignitate quàm breuissimè disputarem.

Igitur Basilicam, vt ab hoc nomine sermonem exordiamur, ἀπὸ τοῦ βασιλεύειν quod est Regno dictam, Regiam Latinè nuncupari, periti omnes concedunt: Græci verò Basilicas, siue Regias domus dicebant, in quibus tanquam in locis publicis, & regijs publicè negotiationes, vel emptiones, vel indictis exercebantur, & inde factum et loca, in quibus res huiusmodi tractarentur, propriè Basilicæ sint vocatæ: quarum nullus amplius in illis Rex habitaret. Hinc Vitruuius libro 5. Basilicas foro adiunctas collocabere scribit, & Plinius in quadam epistola *Defendam, inquit, in Basilicam Iuliam auditurus, quia proxima compendiariæ tribunalia tenet.* Iuuenalis, & Seneca: *Frequens in iudicium Basilicæ resonabant.* & Cicero in Verrem: *Forum plenum, & Basilicas videmus.* Posteà verò nomen Basilicæ latiorem significationem habuit; nam iureconsulti de verborum significatione, Basilicam dicebant omnem locum publicis vsibus deputatum. Quidam Basilicam accipiunt pro loco domus ampliori, vbi dominum expectabant libertatores, patronos clientes, dominos serui, vbi earum chorææ, conuiuiaque maiora fieri solebant. cæterùm cum abrogato paganismo Christianus possim vires acquisiuisset, & veteres Christiani Constantini edictis Christum libere colere cœpissent, tunc ædes publicas, & sacras, in quas sacra facturi, & tractaturi conuenirent, plurimas, & magnificentissimas fabricare cœperunt, quas quia non ad formam tem-

CAPVT PRIMVM.

Basilicæ Lateranensis nomenclatio multiplex.

VEnerabilis, & sacræ congregationis Lateranensis originem, & procursum hoc tertio libro, si non pro dignitate, saltem pro viribus prosecuturus, omissis pluribus, quæ Ioannes Diaconus Lateranensis proprio volumine ad Alexandrum Tertium, & Onuphrius quatuor libris Lateranensi Capitulo nuncupatis, de ipsa Ecclesia Lateranensi egregiè, & lucidè, copiosissimèque disseruerunt, priusquam ad rem ipsam me conferam, non alienum à meo instituto futurum existimaui, si loco præfationis (vt aiunt) de nominum Basilicæ, & Lateranensis, origine, & ratione, necnon de ijs, qui dictam Basilicam primi fundauerunt, vel habentem restituerunt, vel bonis temporalibus ditauerunt, de illius super cæteras Vrbis, & orbis Ecclesias eminentia, & dignitate quàm breuissimè disputarem.

Igitur Basilicam, vt ab hoc nomine sermonem exordiamur, ἀπὸ τῆ βασιλίνε quod est Regio dictam, Regiam Latinè nuncupari, periti omnes concedunt: Græci verò Basilicas, siue Regias eas domus dicebant, in quibus tanquam in locis publicis, & regijs publicè negotiationes, vel consilia, vel iudicia exercebantur, & inde factum vt loca, in quibus res huiusmodi tractarentur, propriè Basilicæ sint vocatæ: quanquam nullus amplius in illis Rex habitaret. Hinc Vitruuius libro 5. Basilicas foro adiunctas esse debere scribit, & Plinius in quadam epistola *Descenderam*, inquit, *in Basilicam Iuliam auditurus, quia proxima comperendinatione respondere debeam.* & Seneca: *Fremitu iudicium Basilicæ resonabant.* & Cicero in Verrem: *Forum plenum, & Basilicas videmus.* Postea verò nomen Basilicæ latiorem significationem habuit; nam Iureconsulti de verborum significatione, Basilicam esse dicunt omnem locum publicis vsibus deputatum. Quidam Basilicam accipiunt pro loco domus ampliori, vbi dominum expectabant salutatores, patronos clientes, dominos serui, vbi etiam choreæ, conuiuiaque maiora fieri solebant. cæterùm cum abrogato paganismo Christianismus passim vires acquisiuisset, & veteres Christiani Constantini edictis Christum liberè colere cœpissent, tunc ædes publicas, & sacras, ad quas sacra facturi, & tractaturi conuenirent, plurimas, & magnificentissimas fabricare cœperunt, quas quia non ad formam templorum Gentilium rotundas, vel quadratas, ne Ethnicos æmulari viderentur, sed more Basilicarum oblongas exstruebant, eas non templa, sed Basilicas vocauerunt, tum ob dictam causam, tum etiam quòd in eis omnium summo Regi, ac Domino sacrificia fierent: in omnibus enim rebus Gentilium superstitionem auersari studebant, præsertim in ritibus, & cæremonijs Religionis: ne quæ Gentiles Dæmonibus, ipsi Deo tribuere viderentur. Card. Bellarminus libro 3. de Cultu Sanctorum capite 4. ad finem: *Est enim*, inquit, *obseruandum, secundum veterum Patrum doctrinam, templum & basilicam non esse synonima: & licèt de eadem domo sæpe dicantur, tamen duci sub diuersissimis rationibus.* Sed & D. Hieron. epist. ad Riparium inquit, Vigilantium adnixum, vt cum Iuliano persecutore sanctorum Basilicas aut destrueret, aut in templa conuerteret. Est igitur apud Christianos Basilica domus magnis substructionibus in honorem Dei, ad sacra in ea facienda, & Deum in ea speciali quodam modo colendum, fabricata, quales sunt, quæ Romæ S. Petri, S. Pauli, Lateranensis, & similes nuncupantur. His expeditis de nomine Lateranensi nunc dicendum.

I. LAterani Gentis Sextiæ vetustissimæ Plebeiæ cognomen extitit, (fuit enim & Sextia Patricia) cuius, & aliorum multorum origo incerta. Sunt, qui putêt, vel à latere, quod terræ in fornice excoctæ corpus solidum est, quo in fabricis vtimur, vel à latere, quod animalis pars est, & in volatilibus infra alam, hoc cognomen deductum. Vt vt res fuerit, primus Romanorum hoc nomine, siue cognomine vsus est L. Sextius, Sex F. N. N. Sextinus, qui Lateranus cognominatus est: hic enim, vt ex vastis marmoreis Capitolinis liquet, cum L. Æmilio L. filio Mamertino Patricio primum Consul Romæ è plebe creatus est anno Vrbis CCCXXVII. cum eius Tribuni Plebis præcipuè opera plebs post multas seditiones, & certamina Consulatum è Patriciorum potestate in se etiam transtulisset. Hunc Diodorus L. Lateranum vocat. Post hunc nulla mētio Lateranorum vsq; ad Neronis, & sequentiū Imperatorum tempora facta inuenitur. Sub Nerone verò Plautij Laterani, sub Marco Aurelio Sextilij Laterani, sub Seuero C. Laterani mentio habetur. Plautium Lateranum suffectum Consulem designatum P. Silio Nerua, & C. Iulio Attico Vestino Consule anno Vrbis DCCCXVIII. Imperij verò Neronis XI. Pisoniana coniuratione, Tacitus l. 15. profitetur: *Annæus Lucanus*, inquit, *Plautiusq; Lateranus Coss. viuida odia in Neronē coniurationem intulere, Lucanum propriæ causæ accendebant. Lateranum Consulem designatum nulla iniuria, sed amor Reipublicæ sociauerat:* & paulo post: *Proximam necem Plautij Laterani Coss. designati Nero adiungit adeo properè, vt nū cōplecti liberos, non illud breue mortis arbitriū permitteret. Raptus*

in foro in seruitibus positus sepositum, manu Tarij Tribuni truncatur, plenum constanti silentij, nec tribuno obijciens eam rem conscientiam. De Sextilio Laterano Iulius Capitolinus in vita L. Veri Imperatoris, *Post quæsturam*, inquit, *statim Consul est factus cum Sextilio Laterano.* Fuit is annus Vrbis CMVII. cuius consulatum commemorat hæc vetusta marmorea tabula:

SEXTILIO LATERANO
AQVILIO ORFITO COSS.

Claudij Laterani mentio extat in hac vetusta inscriptione, quæ est Augustæ Vindelicorum in domo Cunradi Petingerij sic:

MERCVRIO
CVIVS. ÆDES. A. TERGO.
SVNT.
A. P. CLAVDIVS LATERANVS.
XV. VIR. SAC. FAC.
COS. DESIGN.
LEG. AVG. PROPR.
LEG. III. ITAL.
V. S. L. M.

Quando verò is Consul fuerit, incertum: illud tamen constare potest, eum post Marci Imperatoris tempora fuisse, necesse esse, nam is Legionem tertiam Italicam cuius hic Prætor dicitur, instituit. In fastis Consularibus cuiusdam Laterani mentio habetur sub Imperio Seueri anno Vrbis CMLVI.

III. AQuonam istorum Ædes Lateranenses, quas Romæ in monte Cœlio, vbi nunc est Basilica Constantiniana, fuisse, refert in vita Marci Imperatoris Iulius Capitolinus, primùm constructæ, vel denominatæ fuerint, non est ita clarum. In Marco autem Aurelio sic scribit idem Capitolinus: *Marcus imperator natus est Romæ in Monte Cœlio vj. Calend. Maij, Ano sua II. & augure Cos. educatus est in eo loco, in quo natus est, in domo aui sui Veri iuxta ædes Laterani: Hunc eius æneam equestrem statuam per longa annorum secula eò loci permansisse constat.* Iuuenalis Lateranorum ædes quas egregias fuisse conscribit. Plautij Laterani Cos. design. à Nerone interfecti fuisse, subindicare videtur Satyra 10. vbi de Neronis sæuitia loquitur, cum ait:

Temporibus dirisigitur, inuisaq; Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors.

Iuuenalis sententiam confirmare videtur S. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ, vbi ait: *Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in semet reversa, saccum indueret, & errorem publicè fateretur, & totaVrbe spectante Romana, ante diem Paschæ in Basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine pœnitentium?* Nullius enim præterea Laterani mentio extat, ab aliquo Imperatore occisi, præter huius Plautij. Quare si iste Plautius is est, cuius ædes Lateranenses fuerunt in monte Cœlio, necesse est, eum Lateranum, qui sub Seuero Consul cum Rufino fuit, è gente Plautia fuisse, huiusque Lateani, à Neronc interfecti, pronepotem, vel abnepotem: Ipse enim Seuero Augusto gratissimus, atq; in omnibus bellis ciuilibus, & externis maximo vsui fuit. Quapropter, vt ait Aurelius Victor in Seueri vita, ab eo valde ditatus est, ex quibus diuitijs auitas ædes Lateranenses magnificentissimas refecit in monte Cœlio, ait enim: *Seuerus benevolentia, quo multauisset, mirabili, ac perpetua, ad quærendam dulcedinem, ad largiendum liberalis, in amicos, inimicosq; parcus vehemens, quippe qui Lateranum, Colonnem, annonã, Bassum, cæteros q; alios ditaret, ædibus q; quo quis meritu dignus, quarum præcipuas vidimus Parthorum, quæ dicuntur & Laterani.* Vnde tam Sext. Rufus, quam P. Victor in libris quos de regionibus vrbis Romæ scriptos reliquerunt, in Regione II. Cœlimontium domos Parthorum, & Lateranum sigillatim commemorant. Ab hoc igitur Laterano Seueri amico insignes ædes illas Lateranenses factas, siue restitutas, ex Sexto Victore facile cõiectare licet. Quarum possessionẽ, aut viri Plautiorum genere deficiente, aut per confiscationẽ, aut alio quouis casu, Fiscus progressu temporis occupauit; nam victo, & occiso Maxentio octauo decimo anno post Lateranum illum, eius in potestate Faustæ Augustæ vxoris magni Constantini fuisse, conuincitur ex Optato Milcuitano lib. 6. contra Donatistas, vbi sic scribit: *Ab imperatore Constantino Iudices dati sunt in causa Cecilliani Carthaginẽsis Episcopi Materno Colonensi, Rheticio Augustodunensi, & Materno Mediolanensi Episcopis, quibus Romam venientibus conuocatu ab ep. Miltiade XV. aliisq; Italis Episcopis, in domo Faustæ Lateranensi consilium coactum est, Constantino, & Iuuenio Augustis III. Cons. VI. nonas Octobris, die feria sexta.* Fuit is annus Christi CCCXIII. quo anno 3 Idus Decemb. Miltiades Papa moritur, successorem habuit in Episcopatu magnum Syluestrum, rotat omnes Romanos Pontifices clarissimum, cuius rogatu, vt Damasus refert, Imperator Constantinus, qui Romæ per eos annos commoratur, aliquot magnas basilicas, & in ijs Lateranensem excitauit.

IV. ABhis ædibus Lateranensibus in II. Vrbis Regione Cœlimontana, in quibus magnus Constantinus Basilicam exstruxit, Lateranensis Basilica est deinceps nuncupata, quæ alijs etiam nominibus vel à fundatore, vel à titulo, vel alibunde dicta est Basilica Constantina, Basilica Saluatoris, Basilica Aurea, Templum Misericordiæ, Asylum, Ecclesia Vniuersalis, Apostolica Romana & mater Ecclesiarum: his enim titulis decoratam, ex Romanorum Pontificũ diplomatibus, & vetustissimis ipsius Ecclesiæ tabularijs, & monumentis passim inuenimus. Dicitur n. Basilica Constantiniana à magno Constantino, qui eã in suis ædibus construxit, vt sequenti capite pa-

tebit.

nobat. dicitur Basilica Saluatoris, non ea tantum ra
tione, quod à magno Pontifice Syluestro in ho
norem Saluatoris nostri Iesu Christi sit conse
crata, verum etiam quia prima extitit inter om
nes Ecclesias in toto orbe Saluatori Christo nũ
cupata. Nam quod in sermone de Passione Ima
ginis Saluatoris scribit Athanasius, Syntagogam
Iudæorum Beryti maiorem primam omnium in
honorem Saluatoris dedicatam, indeque per va
rias Prouincias morem aduectum, Basilicas, ve
Oratoria sacrandi in honorem Saluatoris, de O
rientalibus, non de Occidentalibus intelligen
dum est, cum constet, ipsam Lateranensem Basi
licam primam omnium Ecclesiarum solemni ri
tu dedicatam: præterquam quod sermo ille de
Passione Imaginis Beryti non B. Athanasium A
lexandrinum, sed alium longe posteriorem auto
rem habet, vt scitè Cardinalis Bellarminus in li
bro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Athanasio
notauit.

Tertio, Basilicam Auream nuncupatam repe
rio apud D. Gregorium in suo Registro lib. 2. qui
scribit: *In nomine Domini, Indictione decima, de
ordinationis eius secundo, mense Septembri, tem
poribus Papæ Gregorij, Consulatus Mauritij Augusti
anni sexti, decreuimus Lauretium, qui primus fue
rat virorum Deumq; videlicet Apostolicæ, propter superbi
am, & malas suas, quæ exercebat duxisse: & factus est
subdiaconus Honoratus, eorum omnium Presbyterus,
& Diaconibus, aut vigilij, Subdiaconibus, vel cuncto cle
ro Basilica aurea, porro autem, ita vocatam quod
auro tecta, & vario emblemate tota esset exorna
ta. Quarto, dicta est Asylum, siue Templum Mi
sericordiæ, teste Onuphrio in Chron. cap. 5. in hunc
modum scribente: Templum item Misericordiæ, siue
Asylum vocatum inuenio, quod qui ad eam quouis crimi
ne obstricti confugissent, inde à Præfectis rerum capi,
cruciari, & ad panam postulari non poterant. Hinc fa
ctum est, quod antiquitus per parallatas, & frequentia
alia, sua intercolumnia, tota pene persona fuerit, quæ
nunc tecta, & carceri occludebantur: quo omnibus
eam confugientibus facilius pateret aditus. Fre
quentium porro istiorum ex vtroque Basilicæ latere,
quæquam muro clausorum, adhuc vestigia extant, vbi
manere presbyteri pœnitentium. Subdit deinde O
nuphrius in eodem loco: Dicebatur etiam Apostoli
ca Basilica, Vniuersalis Ecclesia, Romana Ecclesia, A
postolicæ sedes, caput, mater, & magistra Ecclesiarum,
& similibus appellationibus honestata inuenitur, quod
ab Apostolo Petro fundata, cæteris omnibus mundi Ec
clesijs præmet, & ab ea doctrinam rectorum dogmatum
accipiant, re videlicet continente prorecontenta ac
cepta. Aula etiam Dei appellabatur, quod typum quen
dam, seu similitudinem cœlestis Ecclesiæ gereret, atque
ideo in ea die, nullaque in omnibus horis Canonicis, &
Missarum mysterijs, quotidie campanæ festiuo more pul
santur. Inde est etiam, quod cum missæ in ea celebran
tur, non dicitur tertia vice, qua repetitur Agnus Dei,
qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem, sed tantum,

cebit, dicitur Basilica Saluatoris, non ea solùm ratione, quod à magno Pontifice Syluestro in honorem Saluatoris nostri Iesu Christi sit consecrata, verum etiam quia prima extitit inter omnes Ecclesias in toto orbe Saluatori Christo nũcupatas. Nam quod in sermone de Passione Imaginis Saluatoris scribit Athanasius, Synagogam Iudæorum Beriti maiorem primam omnium in honorem Saluatoris dedicatam, indeque per varias Prouincias morem aduectum, Basilicas, vel Oratoria sacrandi in honorem Saluatoris, de Orientalibus, non de Occidentalibus intelligere oportet: cum constet, ipsam Lateranensem Basilicam primam omnium Ecclesiarum solemni ritu dedicatam: præterquam quod sermo ille de Passione Imaginis Beriti non B. Athanasium Alexandrinum, sed alium longe posteriorem autorem habet. vt scitè Cardinalis Bellarminus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Athanasio notauit.

Tertio, Basilicam Auream nuncupatam repetio apud D. Gregorium in suo Regiſtro lib. 2. qui sic incipit: *In nomine Domini, Indictione decima, de anno ordinationis eius secundo, mense Septembri, temporibus Papæ Gregorij, Consulatus Mauritij Augusti anno septimo, depositus est Laurentius, qui primus fuerat in ordine Diaconij Sedis Apostolicæ, propter superbiam, & mala sua, quæ tacenda duximus: & factus est in locum eius Honoratus, coram omnibus Presbyteris, & Diaconibus, nec non & Subdiaconibus, vel cuncto clero in Basilica Aurea.* putto autem, ita vocatam quod auro tecta, & vario emblemate tota esset exornata. Quarto, dicta est Asylum, siue Templum Misericordiæ, teste Onuphrio lib. 1. cap. 5. in hunc modum scribente: *Templum item Misericordiæ, siue Asylum vocatum inueni, quod qui ad eam quouis crimine obstricti confugissent, inde à Præfectis rerum capi, extrahi, & ad panam postulari non poterant. Hinc factum est, quod antiquitus per parallatas, & frequentia atria, siue inter columnia, tota pene porticus fuerit, quæ nunquam telis, & cortinis occludebantur: quo omnibus ad eam confugientibus facilius pateret aditus. Frequentium porro ostiorum ex vtroque Basilicæ latere, quanquam muro clausorum, adhuc vestigia extant, vbi manent presbyteri pœnitentium.* Subdit deinde Onuphrius in eodem loco: *Dicebatur etiam Apostolica Ecclesia, Vniuersalis Ecclesia, Romana Ecclesia, Apostolica Sedes, caput, mater, & magistra Ecclesiarum, & similibus appellationibus honestata inuenitur, quod ab Apostolo Petro fundata, cæteris omnibus mundi Ecclesijs præerat, & ab ea doctrinam rectorum dogmatum accipiebant, re videlicet contimente pro re contenta accepta. Aula etiam Dei appellabatur, quod typum gereudæ, seu similitudinem cœlestis Ecclesiæ gereret, atque ideo in ea die, nullumque in omnibus horis Canonicis, & Missarum mysterijs quotidie campana festiuo more pulsaretur. Inde est etiam, quod cum missæ in ea celebrantur, non dicitur tertia vice, qua repetitur Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem, sed tantum, miserere nobis, idque etiam tertio, quod in cœlesti Ecclesia, cuius ista gerit typum, sempiterna pax sit. In sacris quoque horis Canonicis tantum Oratio Dominicalis Pater noster dicitur, vt intelligatur, eam primam omnium Ecclesiarum esse, quæ summam tantum omnium orationum frequentet, & quæ Saluatoris nomini dicata est, non nisi Saluatoris orationem, quam discipulus suus docuit, vsurper.* Hæc Onuphrius ibidem.

CAPVT SECVNDVM.

Qui Lateranensem Basilicã vel fundauerunt, vel instauarauerunt, vel bonis temporalibus vsque ad Bonifacium VIII. ditauerunt.

CVm magnus Imperator Cõstantinus Augustus post miraculosam Crucis in cœlo visionem, partamque de Tyranno Maxentio victoriam perfectè in Christum credidisset, ne fides illius bonis operibus vacua putaretur, infinita, maximaq; beneficia tanto Principe digna, Christianæ Religioni contulit; ac in primis multis legibus per orbem vniuersum promulgatis, Christianam Relligionem aduersus inimicorũ vim, & audaciam communiuit, omnibus Imperiũ Romanum incolentibus edicens, vt Christum cuique libere, quod hactenus interdictum fuerat, colere liceret. Mox inanium Deorum templis clausis, profana sacrificia fieri vetauit. deinde ad Basilicarũ, & templorum erectionem, vt in ijs Christiani suos cœtus cogere, Christumque Saluatorem adorare possent, animum suum conuertit; multasque sacras ædes per diuersas orbis terrę partes, Imperiali magnificentia dignas, extrui mandauit, pecunijs è fisco suo in tantum opus largitis, ac inter illas circa annum Domini CCCXV. ædes magnificas, & egregias Lateranenses, de quibus superiori capite differuimus, siue ab vxore Fausta, siue hactenus ab se possessas B. Papæ Syluestro, & S. R. Ecclesiæ donauit, & publicis sumptibus in magnificentissimam, sub sancti Saluatoris D. N. Iesv Christi nuncupatione, Basilicam conuertit, propinquo etiam Palatio, ad Pontificum Romanorum vsum, à fundamentis excitato, in quo Pontifices per annos plus mille iuxta dictam Basilicam habitauerunt: quæ præter præcipuam S. Saluatoris, cui dedicata fuit, appellationem, ab autore quoque Basilica Constantiniana, & ab antiqui loci recordatione Lateranense palatium, & Lateranensis Basilica, & ob alias causas alijs nominibus est nuncupata, I.

quæ omnium totius orbis terrarum & tempore, & loco primaria basilica reputatur, vt tradit Nicolaus Papa in epistola ad Michaëlem Imperatorem. Quam postea perfectam S. Syluester Papa primam omnium publicè 5. Idus Nouemb. consecrauit, & dedicauit, cum hic dedicationum ritus ante in vsu in Ecclesia Romana non esset: ex quo deinceps tempore per omnes orbis terræ partes vsus inualuit, vt ædificia publica in Christi, & Sanctorum honorem fabricata, solemnibus quibusdam ritibus ab Episcopis consecrarentur: nam idem Pontifex Syluester aliquot Basilicas, ab eodem Imperatore in honorem SS. Petri & Pauli, & S. Crucis, & Sanctorum Laurentij, Agnetis, Petri & Marcellini martyrum constructas, eodem ritu consecrauit.

II Quæ verò ornamenta aurea, & argentea, cruces, imagines, picturas, vestes, prædia, redditus vectigalia, & alia bona temporalia prefatæ Basilicæ, pro illius ornatu, & clericorum in ea deseruientium sustentatione, idem pientissimus Imperator largitus fuit, habentur apud Damasum in suo Pontificali, necnõ in primo volumine Conciliorum, ante Generale Concilium Nicenum, in hunc modum exarata. *Hanc temporibus fecit Constantinus Augustus Basilicas istas, quas & ornauit, Basilicam Constantinianam, vbi posuit dona ista: Fastigium argenteum, habens in fronte Saluatorem sedẽtem in sella quinque pedum, pensantem libras 120. & duodecim Apostolos, habentes singuli quinos pedes pensantes libras 90. cum coronis ex argentó purissimo. Item à tergo respicientem in absida Saluatorem sedentem in throno, in pedibus quinque, ex argento purissimo, pensantem libras 140. & Angelos quatuor ex argento, in quinis pedibus, qui pensant singuli libras 105. cum gemmis Alabandenis. fastigium ipsum pensat libras duo millia 25. coronas quatuor ex auro purissimo cum delphinis viginti, pensantes singulæ libras 15. Pharum ex auro purissimo cum delphinis quingentis, cum catena, qui pensant libras 25. Cameram Basilicæ ex auro pensante in longum, & in latum libras 50. Altaria septem ex auro purissimo pensante libras ducẽtas. Patenas aureas septem, pensantes singulæ libras 30. Patenas argenteas sexdecim, pensantes singulæ libras 30. Scyphos ex auro purissimo septem, pensantes singuli libras 10. Scyphum singularem ex metallo corallo ornatum, & vndique de gemmis prasinis & hyacinthinis auro intercluſum, ex omni parte, qui pensat libras viginti, & vncias tres. Scyphos argenteos 20 pensantes singuli libras quindecim. Amas ex auro purissimo duas, pensantes singulæ libras 50. portantes singula medimnos tres. Amas argenteas 20. pensantes singula libras 10. portantes singula medimnos singulos. Calices minores ex auro purissimo 40. pensantes singuli libras singulas. Calices minores ministeriales quingentos, pensantes singuli libras duas.*

Ornamenta in Basilica. Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare in quo ardeat oleum nardinum pistícum, cum delphinis octoginta, pensantem libras 30. Pharum cantharum argenteum cum delphinis 20. qui pensant libras 40. vbi ardet oleum nardinum pistícum. Pharos cantharos argenteos in gremio Basilicæ 43 pensantes singuli libras 30. vbi ardet oleum supra scriptum. In parte dextera Basilicæ pharos argenteas 44 pensantes singuli libras 20. Pharos cantharos in læua Basilicæ argenteos 25. pensantes singuli libras 20. Cantharos rostratos in gremio Basilicæ argenteos 50. pensantes singuli libras 20. Metretas tres ex argento purissimo, pensantes singulæ libras 300. portantes medimnos decem. Candelabra ex auricalco numero 7. quæ habent pedes decem, cum ornatu ex argento, interiusa figuræ Prophetarum. pensantia singula libras trecentas. quæ constituit in seruitio lumini. Massam Gargilianã in territorio Suessano, præstantem solidos 400. Massam Baronicam in territorio Suessano, præstantem solidos 350. Massam Aurianam in territorio Laurentino, præstantem solidos 500. Vrbanam in territorio Antiatino, præstantem solidos 240. Massam Cassis in territorio Catanensi, præstantem solidos 1000. Massam Trapetas in territorio Catanensi, præstantem solidos 1650. Thymiamaterium ex auro purissimo, pensantia libras 30. Donum aromaticum ante altaria singulis annis libras 150.

AD prædictorum verò intelligentiam nonnulla quædam explicanda, quorum vsus nostro seculo recessit. Fastigium idem erat, quod tectum internè Basilicam operiens, laminis argenteis malleo deductis compactum. Camera idem, quod absida, quã & tribunam dicimus. Pharum, id est candelabrum, supra quod candelæ, aut lampades ardebant, vel pede suffultum, vel ex catena pendens, quod à nostris lampas vocatur. Pharacantharа candelabra, seu lampades cum vasis ad oleum continendum; Cantharum enim vas ad liquida, vt oleum, vinum, & similia seruanda, propriè significat. Canthara cerostata Candelabra, super quibus cerei ardebant, vel patenæ supra candelabra, ad excipiendas ceras liquantes, ac defluentes, ipsis cereis suppositæ. Amæ, vel amulæ idẽ quod vasa grandia, ad capiendum vinũ, & aquã, ad ornatum Basilicæ spectantes, vel ad seruandũ vinum, & aquam, quæ in vsum incruenti sacrificij veniebãt. Thymiamateria, vasa, quæ Thymiama continebant, quales nunc nauiculæ, in quib' incensum ferimus, thuribulo imponendum. De his, & alijs id genus plurimis scitè, ac locupletissime Iulius Cæsar Bulengerus lib. 2. de Donarijs Pontificum per totum. Massa idem prorsus, quod Massum, vel mansum: Mansum verò prædium esse, quod duo bouum paria quotannis colant, definiunt Glossa, & Innocentius in cap. I. de Censibus. Cuiacius autem fundum, vnde quis se, & suam familiam commodè alere possit, & vectigal dominis soluere, mansum vocari affirmat, de Feudis lib. 1. tit. 1 §. Si quis de manso. & ibi Baldus. Apud nostros Insubres quotidianus, & cõmunis est vsus huius nominis massæ vel Massariæ, à qua massarij rustici dicuntur, qui mansos, vel massas, vel massarias excolunt.

I.

CAPV

POst magnum Constantinum primus, qui
Lateranensi Basilica fabricauit, fuit Leo Pa
pa hunus nominis I. Onuphrio autore lib. 1. c.
quem Summum Pontificem anno 440. renun
ciatum, in ipsa Basilica Camerã exstruxisse, scri
bit Anastasius Bibliothecarius. putat vero Onu
phrius, idem fuisse cameram, & absidam, quam
nos tribunam dicimus. Verum cum credibile ne
sit, Constantinum Basilicam sine absida primitu
exstruxisse, rationabilius est opinari, cameram
Leonē I. fabricatam porticum fuisse rotundam
non nullis columnis & parastatis sultam, quæ re
ma absidam nunc etiam videtur. Ipsam autē ab
sidam ante Leonis I. Pontificatum musiuo ele
gantissimè ornatam à Constantio Honorij Im
peratoris socerio, Gallæ Placidiæ coniuge Valen
tiniani III. genitore, inscripto ab eodem Onu
phrio testatur: *Flauius Constantius, Fœlix.*
*Vir. Magister vtriusq; militiæ, Patricius, & Cõsul or
dinarius, & Paduſia illustris fœmina eius vxor, vota cõ
uersionis dicare curarunt.* Hæc Paduſia prima Constã
tij vxor extitit, qua defuncta Gallam Placidiam
superinduxit.

Post tempora Leonis I. vsque ad Sergium III.
Pontificem nihil de Lateranensis Basilicæ fabri
ca, vel instructionibus, aut reparationibus apud
auctores veteres, teste Onuphrio scriptum inue
nitur; etsi probabile nullatenus sit, tot seculorũ
curriculo eam non fuisse pluribus vicibus repa
ratam, & exornatam. Contrarium scribente A
nastasio Bibliothecario in Sergio I. Porro quod
ab Stephano VII. qui Bonifacio VI. successit, an.
nalistis humanæ 896. illius tectum cum mag
na parte parietum superiorum vsque ad perissilia
columnarum ab absida vsque ad portas maiores
terræ motu corruisset, & quod grauius est, in diro
rũ furore inter Formosum, Bonifacium VI. &
nonnullos sequentes Pontifices, omnibus orna
mentis aureis, argenteis, & thesauris expoliata,
fracta, ad sacrata, & deserta per integrum septenniũ
mansisset, quo tempore diuina in eadem Basilica
penitus siluerant. Sergius III. in Sede Pontificali
confirmatus, cum iura Pontificatus in pace tandẽ
obtinuisset, ruderibus repurgatam, totam fere à
fundamentis restituit, & musiuo elegantissimo
ornauit, in pristinum nitorem, facie mque re
duxit. Ornamenta vero aurea, & argentea, quæ
ablata fuerant, vel recuperauit, vel noua re
fecit. Extabat in absida memoria reparationis,
sequentibus versibus musiuo sic explicata.

Augustus Cæsar, totum cum duceret orbem,
Credidit hanc sanã, Syluestri Chrismate sacrã.
Iamq; saluisset a lepra mundatus ab vnda,
Ecclesiæ hic sedem constituit primus in orbe
Saluatori Deo, qui cuncta salubriter egit:
Cuius idem, luci pandit te sancte Ioannes.
Inclinauerunt senio volumina annus.
Spes dum nulla foret, per vestigia prisca vetũsti,
Sergius ad culmen perduxit Tertius ima,

POst magnum Constantinum primus, qui in Lateranensi Basilica fabricauit, fuit Leo Papa huius nominis I. Onuphrio autore lib. 1. c. 7. quem Summum Pontificem anno 440. renunciatum, in ipsa Basilica Camerã exstruxisse, scribit Anastasius Bibliothecarius. putat vero Onuphrius, idem fuisse cameram, & absidam, quam nos tribunam dicimus. Verum cum credibile nõ sit, Constantinum Basilicam sine absida primitus constituxisse, rationabilius est opinari, cameram à Leone I. fabricatam porticum fuisse rotundam, non nullis columnis, & parastatis fultam, quæ retro absidam nunc etiam videtur. Ipsam autẽ absidam ante Leonis I. Pontificatum munificentissimè ornatam à Constantio Honorij Imperatoris socrio, Gallæ Placidiæ coniuge Valentiniani III. genitore, inscriptio ab eodem Onuphrio relata sic testatur: *Flauius Constantius, Fœlix, Vllus, Magister vtriusq; militiæ, Patritius, & Cõsul ordinarius, & Padusia illustris fœmina eius vxor, vota cõpotes de suo fecerunt.* Hæc Padusia prima Constãtij vxor extitit, qua defuncta Gallam Placidiam superinduxit.

IV.

Post tempora Leonis I. vsque ad Sergium III. Pontificem nihil de Lateranensis Basilicæ fabrica, vel substructionibus, aut reparationibus apud autores veteres, tesse Onuphrio scriptum inuenitur; etsi probabile nullatenus sit, tot seculorũ intercapedine non fuisse pluribus vicibus reparatam, & exornatam. Contrarium scribente Anastasio Bibliothecario in Sergio I. Porro quod sub Stephano VII. qui Bonifacio VI. successit, an. nostræ salutis humanæ 896. illius tectum cum magna parte parietum superiorum vsque ad perstilia columnarum ab ablida vsque ad portas maiores terræ motu corruisset, & quod grauius est, in diro schismate inter Formosum, Bonifacium VI. & nonnullos sequentes Pontifices, omnibus ornamentis aureis, argenteis, & thesauris expoliata, fracta, dissecta, & deserta per integrum septennium mansisset, quo tempore diuina in eadem Basilica pensus siluerant. Sergius III. in Sede Pontificali constitutus, cum iura Pontificatus in pace tandẽ obtinuisset, ruderibus repurgatam, totam fere à fundamentis restituit, & musiuo elegantissimo exornatam, in pristinum nitorem, faciemque reduxit. Ornamenta vero aurea, & argentea, quæ sublata fuerant, vel recuperauit, vel noua refecit. Extabat in absida memoria reparationis, sequentibus versibus musiuo sic explicata.

Augustus Cæsar, totum cum duceret orbem,
Condidit hanc aulã, Syluestri Chrismate sacrã.
Iamq; salutifera lepra mundatus ab vnda,
Ecclesia hic sedem construxit primus in orbe
Saluatori Deo, qui cunctã salubriter egit:
Custodemq; locupandit te sancte Ioannes.
Inclinata ruit senio volentibus annis.
Spes dum nulla foret, per vestigia prisca recõdi,
Sergius ad culmen perduxit Tertius ima,
Cessute ornauit pingens hæc mœnia Papa.

Supra fores vero ipsius Basilicæ in interiori parte sequentia carmina è musiuo legebantur.

Sergius ipse pius Papa hanc qui cœpit ab imis,
Tertius expleuit, istam, quam conspicis aulam.

Ioannes autem XII. qui fedit anno 956. renouauit eandem Basilicam, si vera sunt quæ scribit Onuphrius lib. 1. cap. 7. quanquam difficile id crediderint, qui huius Pontificis vitam, ac mores perspectos habebunt, quos Platina, & alij autores describunt.

CÆterum ãno 1060. Alexander II. ex Canonico Regulari eiusdem Basilicæ primũ Lucensium Episcopus, ac exinde Summus Pontifex creatus, primo quidem suis Canonicis dimidium oblationum Aræ maximæ donauit, & domos Basilicæ adiacentes, & prædia multa in varijs vrbibus, & locis Italiæ consistentia, quę omnia in priuilegio ipsius Alexandri notata fatetur idem Onuphrius lib. 2. c. 1. cuius priuilegij meminit Anastasius IV. qui altero priuilegio illud prius renouauit. Deinde Innocentius II. ex eodem Collegio canonicorum regularium Lateranensium assumptus, anno 1130. centũ libras monetæ Lucẽsis Lateranensi Basilicæ, ac monasterio donauit, ex quib' Bernardus tũc monasterij Prior, postea Cardinalis, & Episcopus Portuensis aliquot possessiones emit, nõ longe ab Vrbe, iuxta formas, & prope Ecclesiam S. Helenæ. Tectum quoque Lateranensis Basilicæ, ruinæ proximum, suis sumptibus refecit, nouis trabibus repositis, quas Rex Siciliæ Rogerius, Pontificis rogatu, eidem Ecclesiæ de Calabria transmittens donauerat. Turrim quoque campanariam, quæ ruinam minabatur, renouari iussit, & plurima dona eidẽ Basilicæ obtulit. Lucius quoque II. qui ex Lateranensi canonicorum monasterio assumptus fuerat, Ecclesiam S. Ioannis ante portam Latinam, cum omnibus illius redditibus, & vectigalibus, & hospitale, quod situm erat ante portam Lateranensem, eidem Basilicæ confecto diplomate donauit. Anastasius vero huius nominis IV. & ipse antea canonicus regularis Ecclesiam S. Gregorij in campo Martio cum Palatio & omnibus ad illã spectantibus, ipsi Basilicæ, & monasterio Lateranẽsi concessit, necnon etiam agrum cum molendino foris portam Lateranensem, vbi dicitur in capite laci; quod tamen molendinum cum formis & aquæ ductibus canonici regulares multis sumptibus totum refecerunt, prout legitur in libro Ioannis Diaconi Lateranensis, hanc rem sic testante: *Pro aqua ductu, & molendinis, quæ fere de nouo construximus, tam fossionibus, quam muris, prater labores nostros, & hominum, & equorum, & bubalorum, & asinorum nostrorum, & prater calcariam vnam, & vilia alia, quæ multa fuerunt, & prater vnũ equum, quem donauimus magistro fossorum, expendimus 158. libras prouisionum, exceptis 64. libris, qua continentur in scripto, quod fecit nobis sanctæ recordationis*

V.

Alex-

Alexander Tertius, apud Signiam, excepti ex libro, quæ dedimus Senatoribus, septem Consiliarijs, & viginti solidos Cancellario eorum, & quatuor libras quibusdam in primato, & exceptis quadraginta libris, quas Alcaruccius obtinuit à nobis in iure super eadem terra de Lacu, pro forma reficienda, & semino molendini undecim libras, & pro petris, & cemento adunando decem libras, & pro macinis quatuor libras, & pro tabulis quatuor solidos, & pro illo qui terram, quæ erat ante molendinum proiecerunt, undecim solidos, quindecim libras expendimus in emundatione formæ, decem libras dedimus Odoni de Benedicto de Bona, tres libras priuatim maiori Alcarutio. Hæc in libro Ioannis Diaconi in quadam additione. Multis quoque fabricis idem Anastasius Lateranensem Basilicam auxit, & ornauit. Porro Innocentius Tertius, & ipse Lateranensis canonicus Ecclesiæ, & monasterio Lateranensi donauit Castrum Tusculi, siue Frescatæ cum Ecclesia S. Mariæ in Oliuano, quæ modò dicitur de Cripta ferrata, item Ecclesiam S. Andreæ in Silice cum omnibus suis iuribus, bonis, & pertinentijs, quâ donationem firmauit Honorius III. & ipse à puero in monasterio Lateranensi educatus, per suum priuilegium datum anno primo sui Pontificatus per manum Raynerij Prioris S. Frigdiani, & S. R. E. Vicecancellarij 4. Idus Nouemb. Indictione 5. videlicet anno Domini 1216. quod priuilegium Onuphrius lib. 2. cap. 1. in Bibliotheca Vaticana fatetur reperiri. Eandem quoque donationem confirmauerunt Gregorius IX. altero priuilegio inferius exscribendo, in quo omnia Ecclesiæ, & monasterij bona suis nominibus designat & Alexander IV. altero priuilegio, Priori & Canonicis Lateranensibus facto anno Domini 1260. teste eodem Onuphrio lib. 2. cap. 1. Demum anno 1288. assumptus fuit ad Pontificatum Nicolaus IV. ex familia S. Francisci Assisij qui cernens anteriores, & etiam posteriores Basilicæ parietes casum minitantes, additis fortissimis repagulis firmauit: vnde à nonnullis creditum, & assertum, in eo visum illud impletum, quo Pontifex Innocentius B. Franciscum labentem Lateranensem Basilicam suis humeris sustinentem vidit, quod sequentes versus musiuo in absida notati monstrant.

Tertius Ecclesiæ Pater Innocentius hora,
Qua se se dederat somno, ruitare ruina
Hanc videt Ecclesiam, mox vir pannosus, & asper,
Despectuq; humerum supponens, sustinet illam.
At Pater euigilans Franciscum prospicit, atq;
Vere est hic, inquit, quem vidimus, iste ruentem
Ecclesiamq; fidemq; feret. Sic ille petit
Cunctis concessis, liber, latusq; recessit.
Francisci proles primus de sorte Minorum
Hieronymus quarti Nicolai nomine surgens,
Romanus præsul: partes circumspicit huius
Ecclesiæ, certa iam dependere ruina.
Ante, retroq; leuat, destructa reformat, & ornat,
Et fundamenta partem componit ab imo.
Postremò, qua prima Dei veneranda refulsit,
Visibus humanis facies, hac integra sistens.
Quo fuerat, steterat q; sito, reloc atur eodem.
Præsidio ecce tui Deus hæc amplectere vota,
Quæ tibi persoluit, domus huius ornanda decorem.
Serua, mirifica cælo, terraq; beatum
Effice, nec manibus tradas hunc hostis iniqui.
Ingrediens populus deuotus munera sumat,
Quæ bonus hic pastor dedit, indulgendo benigne,
Et larga pietate pater peccata remittet.

Extat sub musiuo absidæ sequens elogium, quod eandem rem sic testatur: *Partem posteriorem, & anteriorem ruinosas huius sancti Templi a fundamentis reædificari fecit, & ornari opere musiuo Nicolaus Papa IV. filius sancti Francisci: & sacrum vultum Saluatoris integrum reponi fecit in loco, vbi prius miraculosè populo Romano apparuit, quando fuit ista Ecclesia consecrata anno Domini* MCCLCI. & ij quidem fuerunt, qui Lateranensem Basilicam vel primi fundauerunt, vel fundatam, & labentem restituerunt, vel bonis temporalibus ditauerunt, & ornauerunt vsque ad Bonifacium VIII. qui triennio post Nicolaum IV. sedit in Pontificatu.

CAPVT TERTIVM.

De Lateranensis Basilicæ dignitate, & eminentia super omnes alias Ecclesias totius Vrbis, & Orbis.

IOannes Diaconus, & Canonicus Regularis Ecclesiæ Lateranensis scribens librum de ipsa Ecclesia Lateranensi ad Summum Pontificem Alexandrum III. opus suum sic orditur: *Incipit scriptum de supremo Sanctuario sanctæ Dei Romanæ, id est, Lateranensis Ecclesiæ, compositum de Archivijs, & Romanorum Pontificum gestis, quæ scilicet Ecclesia Patriarchalis, & Imperialis priuilegio, & prærogatiua sanctæ Sedis Apostolicæ, dono gratiæ Dei Saluatoris* IESV CHRISTI *super omnes Ecclesias totius Orbis terrarum obtinet principatum: quæ etiam diuino nutu Apostolici culminis, & Romani imperij nomen possidet gloriosum. Et quoniam totius Orbis terrarum huic matri Ecclesiæ debitæ subiectionis exhibere debet obsequium, multi ex diuersis Regionibus Legati huc conueniunt, quibus nescientibus, quantum, & quam pretiosum in hac prædicta Ecclesia Sanctuarium Deus absconditum, per ostiarum insinuationem literarum voluimus esse manifestum, &c.* Sunt profectò innumera propemodum argumenta, quibus istius vo-

I

enar-

venerabilia, & sacrosanctæ Basilicæ dignitas, & præeminentia super omnes alias Ecclesias demonstrari potest: Verùm nos hæc pauca de multis subijcienda existimauimus.

D. Bernardus Abbas Clareualensis in quodam sermone de priuilegijs B. Ioannis Baptistæ, Onuphrio referente libro 1. capite 4. sic dicit: *Decimus honor est assertio matris Ecclesiæ: hæc enim mater, & magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana sui dictum est: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, in honorem sancti Ioannis Baptistæ, post Saluatoris nomen, consecratæ est, & signata. dixerat namq; erat, vt sententiam sponsi sponsa sequeretur autoritas, & singularem amicum eius illuc prouehebat, vbi principatum ipsa conscendit: Electio proculdubio singularis est, in illa ipsa Vrbe Ioannem vindicare primatum Ecclesiæ, quam cœli duo luminaria worte clarissima consecrauerunt.* Hæc D. Bernardus apud Onuphrium, quem tamen sermonem inter D. Bernardi scripta non inueni; sed hoc nihil refert: nam in peristilio porticus maioris ante portas Basilicæ quam Eugenius III. S. Bernardi discipulus reficiendam curauit, hi versus nunc etiam leguntur, qui veritatem sic testantur:

Dogmate Papali datur, ac simul Imperiali,
Quod sim cunctarum mater, caput Ecclesiarum.
Hinc Saluatoris cœlestia regna datoris
Nomine sauxerunt, cum cuncta peracta fuerunt.
Sic vos ex toto conuersi supplice voto
Nostra quod hæc edes, tibi Christe inclita sedes.

In absida quoq; Basilicæ supra marmoream sedem, quæ in medio extat ante Aram maximã, vbi Papa sedere solet, quando sacris interest, sunt & alij versus sequentes.

Hæc est Papalis sedes, & Pontificalis.
Præsidet & Christi de iure Vicarius isti.
Et quia iure datur, sedes Romana vocatur:
Nec debet verè nisi solus Papa sedere.
Et quia sublimis, alij subduntur in imis.

Testatur etiam Onuphrius lib. 1. cap. 5. & in libello de septem vrbis Ecclesijs, alios sequentes versus in absida olim lectos sic:

Agnoscant cuncti sacro baptismate functi,
Quod domus hæc munda nulli sit in Orbe secunda.
Non tum Papatu locus his sit, & Cathedratu,
Primatum mundi meruit sine lite rotundi.
Contendat nemo secum de iure supremo.
Omnis ei cedit locus, & reuerenter obedit.
Hanc Constantinus in Cœlum mente supinus,
Lepra mundatus intus, foris, nouatus
Fundauit primus, factum quod in ordine scimus.
Et scries verum cogit nos scribere verum.
Christi successor primus fideig, professor
Petrus ab hac sede laxauit retia præda.
Claue potestatis recludens regna beatis.

II. DEmum Canonicis regularibus Laterano pulsis, cum seculares fuissent introducti, lite de præcedentia inter illos, & S. Petri canonicos exorta, & per multos annos exagitata, Gregorius XI. sequenti decreto, in tabula marmorea prope calcidicam eiusdem Basilicæ muro affixa, sic diremit: *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Super vniuersas Orbis Ecclesias Romanus Pontifex à Domino constitutus, circa ea, de quibus dubitari dicitur, vt euitari possint quæstiones, dispendia, declarationis suæ, vbi expedit, suam prouisionem adijcit, prout fore conspicit oportunum. Sanè dudũ dum minori fungebamur officio, percepimus, quod de Ecclesia Lateranensi, quã clara memoriæ Constantinus fidelissimus Imperator in Lateranẽsi palatio suo, vbi miraculosè mũdatus à lepra, & sacri baptismatis fonte renatus construxit, sub vocabulo sancti Saluatoris statuens, quòd ex tunc libera esset vniuersi, potestas per Vrbẽ, & Orbẽ Ecclesias construendi, quod alteram imperialis prohibitio inhibebat, à quibusdam curiosis dubitabatur, ac etiam in præsenti in dubium reuocatur, si ipsa in Vrbe, & Orbe terrarum præeminentiam, & honoris prærogatiuam in Romana Ecclesia, & cunctis Christicolis obtinere debeat. Nos igitur volentes huic dubio finem imponere, & super amputare materiam, definimus, sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam, perpetuã sedẽ nostrã, inter omnes alias Vrbis, & Orbis Ecclesias, & Basilicas, ac etiam supra Ecclesiam, & Basilicam principis Apostolorum de Vrbe, supremum locum tenere, eamq; de iure maiorem esse omnibus aliis Ecclesijs, & Basilicis suprascriptis, ac supra omnes, & singulas Ecclesias prædictas, & Basilicas prioritatis, dignitatis, & præeminentia honore letari. Et si quid contra huiusmodi regulã, declarationẽ determinationẽ, ac definitionẽ à quoquã quauis autoritate scienter, vel ignoranter attentatum fuerit, id irritum decernimus & inane. Nulli ergo omnino liceat, hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auenione 10. Cal. Februarij Pontificatus nostri anno secundo.*

EX alio etiam capite huius sacrosanctæ Basi- III.
licæ dignitas refulget, ex sacris nimirum reliquijs, quibus cum summa totius Vrbis, & Orbis veneratione ditatur, & mirificè ornatur, quas Ioannes Diaconus dicto libro cap. 4. numerans ita scribit: Multæ, & penè infinitæ supradictæ omnes reliquiæ comprehenduntur sequentibus versibus, qui à tempore antiquissimo in eadem Basilica legebantur:

Et sacra Sanctarum si nomina Reliquiarum
Lector scire velis docet hoc te carta fidelis.
De Christi cuna, quæ virga refloruit vna,
Cœlo manna datum, Paranymphi manna beatum,
Mensa gerens cœnam, turbamq; cibans duodenam,
Vnde sacer sanguis, quem fudit mysticus anguis
His Biffenorum coniungitur arca virorum,
Arca tenens pactum, septem candelabra, tactum,
Quæ silicem fregit, & aquas tunc dare cœgit,
Vas auri puri, præstans incendia thuri,
Gausape quod sacris aderat tingendo lauacris.
Clauditur & cista chlamys inconsutilis ista,

Vestis

Vestis purpurea textrice manu Pharaea,
Hac latet in capsa de cæli culmine lapsa,
Cumq; tot hu donu sunt panes propositionis,
Et panu frangenti, quisturba manfit edenti,
Sanguine Baptistæ pariter locis omnibus iste
Est sacer, & Magni sudaria continet agni,
Præconisq; dati pars corporis incinerati,
Deq; pilis tunica pretiosa caruis amica,
A longis annis Paranymphi sacra Ioannis
Vestis seruata, iuuenum triaq; reparata
Membra dedit vitæ, iacet insuper abdita vitè
Eiusdem plena signorum sacra catena.

Extat etiam alia tabula sub Nicolao IV. facta, in qua reliquiarũ nomina, quarũ notitia tunc habebatur sic leguntur exarata, videlicet: *Hæc Basilica S. Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, sanctiq; Ioannis Baptistæ atq; Ioannis Euangelistæ his sacrosanctis, ac venerabilibus insignita consistit Reliquijs. In primis hoc Altari ligneo, quod sancti Dei Pontifices, & Martyres ab Apostolorũ tempore habuerunt, in quo per cryptas, & diuersa latibula missas celebrabant, persecutionis rabie imminẽte. Super quo de super est mensa Domini, in qua Christus cœnauit cum discipulis suis in die cœnæ. Infra autem sub altari sunt de sanguine, & aqua de latere Christi ampullæ duæ. Item est ibi de Cuna Christi, tunica inconsutilis, & purpureum vestimentum eius. Item sunt ibi Sudarium, quod fuerat super caput eius, & linteum, vnde pedes discipulorum extersit. De quinque panibus hordeaceis, item de cineribus, & sanguine sancti Ioannis Baptistæ, & cilicium eius de pilis Camelorum. De Manna Sepulchri sancti Ioannis Euangelistæ, & tunica eius, etiam pars catenæ, cum qua ligatus venit ab Epheso, forcipes cum quibus tonsus fuit de mandato Cæsaris Domitiani. Sub isto nempe altari est arca fœderis, in qua sunt duæ tabulæ Testamenti, virga Moysis, & virga Aaron, est ibi candelabrum aureum, & thuribulum aureum thymiamate plenum, & vrna aurea plena manna, item de panibus propositionum. In marmoreo ferculo super altare sanctæ Mariæ Magdalenæ sunt hæ reliquiæ, Caput sancti Zachariæ Patris sancti Ioannis Baptistæ in theca argentea. Caput sancti Pancratij Martyris in alia theca ex argento, catena, qua B. Ioannes Euangelista vinctus de Epheso ad Vrbem adductus est, item vas, quo idem Sanctus venenum bibit, & illi non nocuit, item eiusdem Sancti linea tunica, theca argentea plena ossibus sanctæ Mariæ Magdalenæ, spatula beati Laurentij Martyris, interula linea Domini nostri Iesu Christi, quam ei beata Virgo fecit, in capsulo argentea, linteum quo Christus Apostolorum pedes tersit, pars harundinis, qua percussus fuit in capite in domo Pilati, forcipes, quibus beatus Ioannes Baptistæ attonsus fuit, velum, quo velatum fuit corpus sancti Saluatoris in Cruce pendentis, Sudarium, quo caput Christi in Sepulchro positi inuolutum fuit, cineres sancti Ioannis Baptistæ, vestes, & capilli sanctæ Dei Genitricis Mariæ, dens sancti Petri Apostoli, præputium Circumcisionis Christi, quod tempore direptionis Vrbis amissum fuit, nuper verò inuentum, vas in quo est sanguis, & aqua, quæ fluxerunt de latere Domini nostri Iesu Christi, frustulum Crucis Christi. Plurima alia sine nomine Sanctorum Reliquiæ.*

In Sacrario est capsa lignea, cum multis Sanctorum sine nomine ossibus, puluere, & cineribus, quæ olim in Ecclesia S. Ioannis ante portam Latinam inuenta fuit, & eò translata. Item caput S. Gordiani, & cranium S. Epimachi, & aliæ multæ Sanctorum reliquiæ, de quibus vide Onuphrium de septem Vrbis Ecclesijs in Lateranensi, & lib. 1. de Ecclesia Lateranensi, capite 9.

CAPVT QVARTVM.

De antiqua Canonicorum, siue Clericorum regulariter, & communiter viuentium Congregatione, per B. Syluestrum Pontificem in Lateranensi Basilica instituta, vsq; ad Bonifacium Octauum continuata.

PRincipio statim post conditam Lateranensem Basilicam, instituti sunt in illa per B. Syluestrum Pontificem clerici, Apostolico more vitam communem ducentes, vt libro secundo capite 11. probatum reliquimus. Hinc enim Sanctissimus Pontifex Eugenius huius nominis IV. in suis literis Apostolicis, quibus clericos canonicos postliminio ad eandem Basilicam reducit, Originarios eiusdem Ecclesiæ canonicos, siue clericos dicere non dubitauit; quorum disciplina cum temporum vicissitudine laberetur, B. Leo Romanus Pontifex per Gelasium Valerij filium, sanctissimiq; Patris Augustini discipulum, secundum regulam Apostolicam ab ipso Augustino conditam reparauit, quorum institutum ab eodemmet Gelasio vsque ad Bonifacium VIII. etsi sæpius collapsum, sæpius restitutum continuata successione in eadem Lateranensi Basilica mansisse, dicto libro superiori pluribus est demonstratum. Cæterum post Leonem I. regulam canonicam in dicta Basilica nutantem per Magnum Gregorium fuisse reparatam, ait Ioannes Mauburnus Doctor Parisiensis in Venatorio libro 2. capite 23. ex Ioanne Diacono in sua historia libro 2. capite 12. scribente, B. Gregorium Clerum Ecclesiæ Romanæ sic reformasse, vt talis esset tunc sub Gregorio penes Vrbem Ecclesia Romana, qualis sub Apostolis à Luca, & apud Alexandriam à Philone commemoratur. Eandem quoque post ducentos annos per Eugenium II. in Concilio Romano restitutam dicti Concilij capite 7. sic habemus: *Nouise-*

riarum res exigit, vt iuxta Ecclesiam claustra co-
struantur, in quibus Clerici disciplinæ Ecclesiasticæ
vacent: in q; omnibus vnum sit refectorium, ac dormi-
torium, seu caterua officinæ ad vsus clericorum necessa-
rias. Quem Canonem in cap. Necessaria 12. quæst.
1. Gratianus transferibit. Sed & sub Sergio II.
circa annum 900. post Lateranensem Basilicæ
renouatam, ipsam canonicam institutionem i
hac ab eodem Pontifice renouatam, & renouatar
fatetur idem Ioannes Mauburnus lib. 1. cap. 5
ex antiquis ipsis Basil. cæ constitutionibus, qua
in monasterio ad septem fontes dicit custodir
Ex quibus etiam liquet, priscorum canonico
rum Lateranensium disciplinam longè strictio
rem, quàm posteriorum extitisse: nam medij
noctibus surgentes, Præposito præeunte, & Pri
ore sequente bini, & bini in ordine ad Ecclesiam
procedebant, preces prolixas præmittebant, sub
matutinis Euangelium cum thuribulo, & alijs
solemnitatibus canebant. A calendis Octobris
vsque ad Quadragesimam post matutinas Vigi-
lias matutinæ defunctorum agebantur ita, vt pa-
rum noctis restaret, in quo iuniores quieti, reli-
qui verò orationi instabant hæc, & alia quam-
plura Mauburnus de antiquis illis canonicis ex
libro dictarum Constitutionum. Fuisse autem
canonicos regulares non autem more secula-
rium viuentes, ex quodam alio statuto in eodem
libro contento planè colligitur, in quo de cano-
nicorum habitu sic ait: *Fratres in cotta procedant,*
tonsuris, cappam, pellem, cottamq; & subtulares, &
si non fuerint, aliam colobas deponant, & soli interu-
allis sit quæsant. Eisdem verò Constitutiones
vetustissimas fuisse, ex alio statuto euincitur, i
quo de ritu Missas celebrandi, & communicar
diuersimode habetur.

11 APparet etiam eorundem antiquorum cano-
nicorum dignitas, & eminentia cũ ex mul-
tis, tum ex hoc potissimum, quod scribit Onu-
phrius in lib. de septem Vrbis Ecclesijs in Latera-
nensi, Priorem videlicet Lateranensem in sessio-
nibus, & generalibus, clericorum Romanorum
conuentibus coram Romano Pontifice non so-
lùm clericos, siue regulares, siue seculares, & mo-
nasteriorum Abbates, verum etiam Cardinales
presbyteros, ac Diaconos, solis Episcopis excep-
tis, omnes præcedere consueuisse: sic enim ait: *Cũ*
reuelemus Pontifex in Aracœli maximam celebrabat, ei
omnes, qui in Curia Romana aliqua dignitate, bonore
fungebantur, assistebant, & officiebant: inter quos primi erant septem Episcopi Cardinales, vi-
delicet Ostiensis, Portuensis, Sanctæ Rufinæ, Prænestinus,
Tusculanus, Sabinus, & Albanus. His Romani Pontifi-
cis collaterales, & primæ sedis Episcopi appellabantur,
quorum primò consecratus Prior Episcoporum Cardi-
nalium dicebatur, qui nunc Decanus Collegij vocatur.
Post hos aderant quinq; Patriarchalium Ecclesiarum
Prælati, videlicet Prior canonicorum Basilicæ Latera-
nensis, Archipresbyteri Basilicarum S. Petri, & S. Mariæ

riarchem rei exigit, vt tuxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent: atq; omnibus vnum sit refectorium, ac dormitorium: seorsum officinæ ad vsus clericorum necessarios. Quem Canonem in cap. Necessaria 12. quæst. 1. Gratianus transcribit. Sed & sub Sergio III. circa annum 900. post Lateranensem Basilicam renouatam, ipsam canonicam institutionem illic ab eodem Pontifice reuocatam, & renouatam fatetur Idem Ioannes Mauburnus lib. 1. cap. 9. ex antiquis ipsis Basilicæ constitutionibus, quas in monasterio ad septem fontes dicit custodiri. Ex quibus etiam liquet, priscorum canonicorum Lateranensium disciplinam longè strictiorem, quàm posteriorum extitisse: nam mediis noctibus surgentes, Præposito præeunte, & Priore sequente bini, & bini in ordine ad Ecclesiam procedebant, preces prolixas præmittebant, sub matutinis Euangelium cum thuribulo, & alijs solemnitatibus canebant. A calendis Octobris vsque ad Quadragesimam post matutinas Vigilias, matutinæ defunctorum agebantur ita, vt parum noctis restaret, in quo iuniores quieti, reliqui verò orationi insistabant: hæc, & alia quamplura Mauburnus de antiquis illis canonicis ex libro dictarum Constitutionum. Fuisse autem canonicos regulares non autem more seculatium viuentes, ex quodam alio statuto in eodem libro contento plane colligitur, in quo de canonicorum habitu sic ait: *Fratres in cotta procedant, tunicarij cappam, pellem, cottam q; & subtulares, & si nerese fuerit, etiam calygas deponant, & solu interulis vestiti quiescant.* Eisdem verò Constitutiones vetustissimas fuisse, ex alio statuto euincitur, i quo de ritu Missas celebrandi, & communicandi sermo habetur.

II. APparet etiam eorundem antiquorum canonicorum dignitas, & eminentia cũ ex multis, tum ex hoc potissimum, quod scribit Onuphrius in lib. de septem Vrbis Ecclesijs in Lateranensi. Priorem videlicet Lateranensem in sessionibus, & generalibus, clericorum Romanorum conuentibus coram Romano Pontifice non solùm clericos, siue regulares, siue seculares, & monasteriorum Abbates, verum etiam Cardinales presbyteros, ac Diaconos, solis Episcopis exceptis, omnes præcedere consueuisse: sic enim ait: *Cũ vrbis Roman. Pontifex in Ara ipsa maxima celebrabat, ei omnes, qui in Curia Romana aliqua dignitate, honore seu magistratu fungerentur, aderant, & assistebant: inter quos primi erant septem Episcopi Cardinales, videlicet Ostiensis, Portuensis, sanctæ Rufinæ, Prænestinus, Tusculanus, Sabinus, & Albanus. Hi Romani Pontificis collaterales, & primæ sedis Episcopi appellabantur, quorum primò consecratus Prior Episcoporum Cardinalium dicebatur, qui nunc Decanus Collegij vocatur. Post hos aderant quinq; Patriarchalium Ecclesiarum Prælati, videlicet Prior canonicorum Basilicæ Lateranensis, Archipresbyteri Basilicarum S. Petri, & S. Mariæ Maioris, Abbates monasteriorum S. Pauli, & S. Laurentij extra muros. Assistebant etiam 28. Presbyteri Cardinales S. R. E. qui totidem Ecclesijs, quæ tituli vocantur, intra Vrbem Romã cum Episcopali autoritate præsidebãt, quorũ primus Archipresbyter vocabatur. Aderant præterea, Archidiaconus S. R. E. cum 17. Diaconis Cardinalibus, ex quibus duodecim dicebãtur Diaconi Cardinales Regionarij: alij quinq; cũ Archidiacono Diaconi Cardinales Palatini, siue Altaris Lateranẽsis ministri dicebãtur, q; in Palatio, & Basilica Lateranensi, & Vaticana, cũ Papa celebraret, per vices suas Euãg. legerẽt &c.*

POst Sergium III. insignis extitit canonicorũ Lateranensium reformatio facta per Alexãdrum II. circa ann. 1060. Inchoauerat illam Nicolaus II. Alexandri prædecessor, quantum ex illius decretis libro superiori recitatis coniectari licet, suasore potissimum, & autore B. Petro Damiani S. R. E. Cardinali, Episcopo Ostiensis n. inter alia præclara tanti viri facinora canonicorũ disciplinæ difficultatibus illorum temporum in multis Ecclesijs labenti, ad regulam vitæ Apostolicæ reparandæ impensam operã nauauit, sed præsertim in SS. Lateranensi Basilica, sicut ex tota illius epistola ad D. Petrum Lateranensis canonicæ Archipresbyterum apparet, vbi & canonicorum vitæ satis relaxatæ, & illorum reformationis meminit, ad quam eundem Archipresbyterum mirificè hortatur, subdens inter alia: *Porro autem quia sancti conuentus Rector constitutus es, noli dissimulare culpam, sed mox, vt emerserit, adhibe disciplinam, vt cum Phinees te zelus ad æterni sacerdotij iura promoueat.* Sic enim legitur in epistola per Baronium tom. 11. nu. 6. reddita, licet Constantinus Caietanus verba omiserit, quibus de conuẽtu canonicorum mentionem habet. Ipse autem Alexander II. qui ante Præfulatum Lucensem fuerat canonicus in eadem Basilica Lateranẽsi, mox vt supremum inijt Pontificatũ, accitis ex S. Frigdiani monasterio nonnullis canonicis, quorum inculpatæ conuersationis fama tunc celebris fuerat, Lateranensem canonicam optimis legibus, & institutis informauit: quod tam pium, & præclarum opus prosecuti sunt illius successores Paschalis II. Gelasius, Calistus, & Innocentius II. & Anastasius IV. vt illorum literis ad Priores, & canonicos S. Frigdiani directis, & alijs eorundem Pontificum documentis inferius adducendis patebit. canonici enim regulares antiquæ Congregationis Lateranensis cum S. Frigdiani Lucensis ijdem prorsus erant, ijsdem moribus, & institutis viuentes, & ex canonica S. Frigdiani vt plurimum accepti, vt Lateranensis Congregatio cum S. Frigdiani vna eademq; prorsus Congregatio censeri, diciq; iure, ac meritò potuisset, ac debuisset, nisi Alexandri II. & Anastasij IV. statutum obstitisset, quo Lateranensem Basilicã tanquam principalem, matrem, & dominam, omnino liberã, & nulli penitus, nisi Romano Pontifici, subiectã esse voluerũt: vnde factum, vt vna III

Congregatio sub duplici capite cõstituta, in duas etiam familias fuerit diuisa quarum altera Lateranensis, altera S. Frigdiani est appellata.

IV. NAm post huiusmodi reformationem cum sanctæ conuersationis canonicorum Lateranensium suaueolentia paulatim creseceret, & nõ solum per Vrbem, sed per vicinas quoq; ciuitates diffunderetur, inde factum, vt per Romanos Pontifices, Episcopos, & Magistratus multis alijs Ecclesijs, & monasterijs donati, canonicorum & collegiorum numero augerentur: & ita vnicũ collegium in plura collegia progressu temporis succreuit in vnum corpus Congregationis, quæ Lateranensis ab ipso capite, quod erat Lateranense Capitulum, est nuncupata. Nam Lateranense monasterium alia collegia complura, Ecclesias, & monasteria canonicorum habuisse, quæ illius regimini subdebantur, Honorij III. Priuilegium datum Laterani 3. Idus Nouemb. anno 2. sui Pontificatus apertè indicat, cum ait: *Concedimus autem, vt domos, Ecclesias, monasteria, hospitalia, ac etiam Oratoria, & alia pia loca in omni diœcesi absque aliqua licentia cuiuscunque Episcopi seu Locumtenentis eiusdem, in vestris fundis tantum fundare, construere, & ædificare possitis*: & aliud Priuilegium Innocentij quarti, datum Laterani 15. calendar. Martij Pontificatus sui anno primo in quo sic habet: *Ea propter dilectorum filiorum Priori, & Capitulo eiusdem Ecclesiæ supplicationibus inclinati, ad exemplar prædecessorum nostrorum B. memoriæ Alexandri Secundi, Anastasij Quarti, Alexandri Tertij, Innocentij Tertij, Honorij Tertij, & Gregorij IX. Romanorum Pontificum, omnes indulgentias, immunitates, & exemptiones à prædictis, & aliis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ipsi Ecclesiæ, & membris eiusdem concessas, præsenti Apostolicæ sedis priuilegio confirmamus: & insuper nos de Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus, qui prædictæ Ecclesiæ, ac monasterijs, hospitalibus, & Ecclesijs eidem subiectis, eorumq; operibus grata impenderint subsidia, &c.*

V. MOnasteria verò Ecclesias, & membra, dictæ Congregationis recenset Gregorius IX. in magno priuilegio Priori, & canonicis fratribus sacrosancti Patriarchij Basilicæ Lateranensis concesso, quod ab authentico acceptum integrum hic redditur, videlicet:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori sacrosancti Patriarchij Basilicæ Saluatoru Domini, quæ Constantiniana vocatur, eiusq; canonicis fratribus, tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Vigilanti, atque superemminenti specula summæ Apostolicæ sedis qua cunctis, Deo autore, licèt immeriti, præeminemus Ecclesijs, monemur pariter, & exhortamur, ad ea nostros vitè componere, & omnia pro rerum varietate cum ea cautela, & moderatione distinguere, vt de vultu iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem. Congruam, cum officij nostri prosequimur actionem, si vnicuique Apostolica prouidentia suum honorem, & dignitatem seruemus, & Ecclesias, quæ digniores, & sanctiores habentur, in sua statu prærogatiua, vigilanti studio, custodire curemus, vt à summo Patrefamilias reddendo singulis debita commissæ nobis dispensationis, sempiterna recipiamus incrementum meriedu. Cum ergo iuxta creditum nobis à Domino dispensationis talentum omnibus Ecclesijs Apostolica solicitudine inuigilare, & intendere debeamus, multò amplius circa eam commodum, & profectum, curam, & vigilantiam adhibere compellimur, per quam datur, vt omnibus inuigilemus, illud Apostoli studiosè adimplentes, quod dicitur: Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Quapropter dilecte in Domino filij Ecclesiam ipsam in qua diuino manciparis obsequio, ad exemplar prædecessorum nostrorum bea. mem. Alexandri Secundi, Anastasij Quarti, & Alexandri Tertij, Innocentij, & Honorij, Romanorum Pontificum, Apostolicæ Sedis Priuilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam, in ea noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia præsentarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Mediatem omnium oblationum principalu altarij in integrum sine expendo aliquo: ex alia verò mediatate sepiem videlicet vncinarum quæ sunt Episcoporum, quoties Episcopatus vacant, partes, quæ Episcopo conigerent ex benevolentia sedis Apostolicæ, & paterna benignitate vobis, vestrisq; successoribus in perpetuum concedimus, & confirmamus, vt tamen quod postquam Episcopi fuerint substituti illas debeant portiones habere: saluo tamen in omnibus seruitio Ecclesiæ, quod de ipsis vnicis debetur, donationem et, seu redditum, qui glandatico dicitur, vel herbaticum, ex nostris porcis, & pecoribus, seu omnẽ fructionem ab eadẽ prædecessoribus nostris Ecclesiæ ipsi collatã Ecclesiam S. Ioannis de fonte cum oblatione ipsius altarij, vel Ecclesiæ integram cũ omnibus Oratorijs, quæ in circuitu ei sunt, domus, quas habetis in Lardatio, cum Basilica Vlpia ex dono fel. mem. prædecessoris nostri Lucij Papæ, Ecclesiam S. Ioannis ante Portam Latinam, cum capellis suis, videlicet S. Stephani in capite Africæ, S. Laurentij iuxta porticum S. Petri, S. Anastasij cum Castro Nouæ, S. Luciæ in silicia, cum omnibus ad prædictã Ecclesiam S. Ioannis ante portam Latinam pertinentibus, intra, & extra vbicunque Hospitale, cum Ecclesia S. Nicolai iuxta portam S. Ioannis, cum omnibus suis pertinentijs. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Spazzolaria cum pertinentijs suis.

ex dono bo. mem. prædecessoris nostri Anastasij Pa
pæ Ecclesiã S. Gregorij in Martio, cũ Palatio, in quo ipse
manet, & cũ omnibus ad eandem pertinentibus, vnctio
Molendinum in capite lacunæ cũ terra vestra, quã vo
luistis. Ecclesiã S. Bartholomæi, & S. Danielis c
rum pertinentijs. Castrũ Perlatæ cum Ecclesia S. Lu
cæ, S. Petri, S. Simeonis, & S. Pancratij, cũ omnibus ea
rũ pertinentijs. Quidquid habetis in Castro Mantis fla
rum intus, & foris. Molendinũ de Rege, Ecclesiã S. Ma
riæ in valle Scepij, cũ omnibus suis pertinentijs. Ecclesia
S. Ioannis in Paterno, cũ omnibus suis pertinentijs. Ec
clesiã S. Thomæ in ciuitate Interamnensi, cũ omnibus
pertinentijs suis. In Ducatu Spoletano Ecclesiam S. Ma
riæ de Cellano cum omnibus Ecclesijs, & possessionibus
in Sufficale S. Ioannis de Taren. cũ omnibus possessio
nibus suis. Quæ à parte de ecclesiã Castelli scilicet Perte
gæ, Granuli, Basticulæ, Labij, Morum, Mollici, Cru
cium, Mani, & aliarum partem de aliis quatuor Castel
lis Interchiæ, Melon, Planen, Cruce, & Turri, cũ Ecclesijs
& pertinentijs earundẽ. Castrum Vallis Menton cum
omnibus Ecclesijs suis, & foris, & cum omnibus ad ip
sum castrum pertinentibus. Castrum Metalanij cũ Ec
clesijs, & omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrũ Car
pineti cũ Ecclesijs, & omnibus ad ipsum pertinentibus.
Castrum Solipetræ cũ omnibus suis pertinentijs. In Ep
piscopatu Anetin. Ecclesiam S. Romanæ iuxta ciuita
tem ipsam, Ecclesiam S. Pauli intra muros ciuitatis e
iusdem, cum omnibus earum pertinentijs. Suburbium
insuper, quod est circa Constantinianam Basilicam in
fidelibus terræ suæ palatium cum domibus, quas ibi
habetis, hortum & vineam, quas emistis à Theodora fi
lia Romani in campo Lateranensi. Domos, quas habetis
Ecclesiæ suæ portam Claudiam. In Prænestino in Can
dello, & tranatini Domos, quas habetis, & terram in
Castellerano, & qua habetis in circuitu Ecclesiæ ve
strorum videlicet, & hortos cũ olmis, & diuersi gene
ris olmibus à vineali S. Nicolai prodecensa, vsq; in ter
ram S. Thomæ. Turrim vestram cum fundo, & cum vi
nea in loco, qui dicitur ad quartam fundi tabernulæ,
fundum campi tituli, fundum, & Ecclesiã S. Luciæ Re
gum vocatæ, & omnibus pertinentijs suis, fundum
qui dicitur fundum Marani cum prato, & turri, vineas,
quas habetis in monte Honorij, vineas in arco veteri, vi
neas, & molendinum in valle sub granario nostro. Ec
clesiam S. Andreæ in silice, cum omnibus suis pertinen
tijs, sicut in concessionis eiusdem prædecessoris nostri In
nocentij priuilegio continetur. Ecclesiam S. Mariæ in
Cryptaferratum in fundo Osiano, cum Castro, & Terra,
quã habetis apud Osam Casale iuxta S. Dignam, &
Martiã, quatuor filos Salinarum in pedica vetula. In
campo Osiensi pedicam de furcella ad sale faciendũ, &
vnã andanam pedicæ de vacarijs, cum aliis salinis ibidẽ
positis, & salinas, quas habetis in territorio Portuen. in
campo marino videlicet pedicam, quæ dicitur Piscina
Gothorũ, vel alijs vocabulis vocetur, & quinq; andi
tas, quæ à memoratis prædecessoribus nostris Alexandro
II. & Anastasio statutum est, maximè obseruari præci
pimus, videlicet vt vasa, seu vestimenta, altare, & cuu-

ex dono ēt beat. mem. prædecessoris nostri Anastasij Papæ Ecclesiā S. Gregorij in Martio, cū palatio, in quo ipsa sita est, & cū omnibus ad eandem pertinentibus, videlicet Molendinum in capite lacuum cū terra vestra, quā volūt restituat. Ecclesiā S. Bartholomæi, & S. Danielis cū earum pertinentijs. Castrū Perlatæ cum Ecclesia S. Luciæ, S. Petri, S. Simeonis, & S. Pancratij, cū omnibus earū pertinentijs. Quidquid habetis in Castro Montisfasconis intus, & foris, Molendinū de Rege, Ecclesiā S. Mariæ in colle Seppij, cū omnibus suis pertinentijs. Ecclesiā S. Ioannis in Paterno, cū omnibus suis pertinentijs. Ecclesiā S. Thomæ in ciuitate Interamnensi, cū omnibus pertinentijs suis. In Ducatu Spoletano Ecclesiam S. Mariæ de Collano cum omnibus Ecclesijs, & possessionibus suis, hospitale S. Ioannis de Tarent. cū omnibus possessionibus suis. Quartā partē de octo castellis scilicet Pertegæ, Grumuli, Ballaculæ, Labrij, Morum, Mollicis, Crucetæ, Mani, & octauam partem de alijs quatuor Castellis Iacubæ, Melon, Planeti, Cruce, & Turri, cū Ecclesijs & pertinentijs eorundē. Castrum Vallis Mouton cum omnibus Ecclesijs intus, & foris, & cum omnibus ad ipsum castrum pertinentibus. Castrum Metalantij cū Ecclesijs, & omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrū Carpinetū cū Ecclesijs, & omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum Sulpetæ cū omnibus suis pertinentijs. In Episcopatu Anelim. Ecclesiam S. Romanæ iuxta ciuitatem ipsam, Ecclesiam S. Pauli intra muros ciuitatis eiusdem, cum omnibus earum pertinentijs. Suburbium insuper, quod est circa Constantinianam Basilicam in Sabbata iuxta sacrum palatium cum domibus, quas ibi habetis, tomum & vineam, quas emistis à Theodora filia Raimundi in campo Lateranensi. Domos, quas habetis eidem iuxta portam Claudiam. In Praenestino in Castello, & via maiori Domos, quas habetis, & terram in Castro nouo, & quæ habetis in circuitu Ecclesiæ vestræ, terras videlicet, & hortos cū aliuis, & diuersi generis arboribus à vineali S. Nicolai prodecema, vsq; in terram S. Thomæ, Turrim vestram cum fundo, & cum vineam loco, qui dicitur ad quartam sundi tabernulæ, fundum campi vituli, fundum, & Ecclesiā S. Luciæ Rectæ, cum vineis, & omnibus pertinentijs suis, fundum sauralis, fundum Marani cum prato, & turri, vineas, quas habetis in monte Honorij, vineas marco veteri, vinea, & molendinum in valle sub granario nostro. Ecclesiam S. Andreæ in silice, cum omnibus suis pertinentijs, sicut in concessione eiusdem prædecessoris nostri Innocentij privilegio continetur. Ecclesiam S. Mariæ in Trastiberim in fundo Osuano, cum Castro, & Terra, quæ ibi habetis apud Osam Casale iuxta S. Dignam, & Mottā, quatuor filos Salinarum in pedica vetula. In campo Ostiensi pedicam de furcella ad salē faciendū, & terra aedita in pedica de vacarijs, cum alijs saliniis ibidē positis, & salinas, quas habetis in territorio Portuen. in campo maiori videlicet pedicam, quæ dicitur Piscina gagliarda, vel si alijs vocabulis vocetur, & quinq; aedita posita ibidem in stanello maiori maledicto. Illud verò, quod à memoratis prædecessoribus nostris Alexandro II. & Anastasio statutum est, maximè obseruari præcipimus, videlicet vt vasa, seu vestimenta, altare, & cuncta sacri ministerij ordinamenta non tangantur, vel proferantur, seu reponantur, aut ēt qualescunq; oblationes desuper altari à non sacratis Deo ministris tollātur. Porro celebrantibus ibidem Episcopis sacra Missarum solemnia, clericalibus tunicis præsentes sitis, tantū imponatis ex vobis presbyterum, diaconum, & subdiaconū, atq; accolytum insuper prouidere curetis, & minus quatuor fratribus assistentibus missa in eadē Ecclesia ēt in diebus priuatis minimè celebretur, diebus verò dominicis, & ēt eorū Sanctorū festiuitatibus, quantūcunq; fuerit plenarius, vester adsit conuentus. Adijcientes ad hæc decreto eorundē prædecessorum nostrorū, vt eadem Ecclesia, tanquam principalis, mater, & domina omnino libera sit, & nulli penitus, nisi Romano Pontifici, sit subiecta; atq; ijdem Episcopi salubri prouidentia veluti cooperatores, & Vicarij nostri ipsius venerabilis sacrosanctæ Basilicæ vtilitatem, & honestatē attendere prouideant. Vt autem in eadem Basilica regularis ordinis, & disciplinæ vigor inuiolabiliter auxiliante Deo custodiatur, & seruetur, vnumquēq; prædictorum Cardinalium Episcoporum, qui ad Dominici altaris sanctitatis seruitium deputati, semel in hebdomada de obseruantia regulæ cum fratribus Capitulum tenere, & si quid graue corrigendum fuerit, cum cōi consilio Prioris, & fratrum per ipsos vice nostra emendari statuimus.

Sancimus præterea & autoritate apostolica indulgemus, vt quoties aliqui peregrinorū in Parochia vestra sine testamēto decedunt, eorū bona sine alicuius cōtradictione, vel impedimento, nisi haeredem, vel haeredes habuerint, ad quos debeant de iure deuolui, iam dictæ Ecclesiæ vestræ proueniant, nec alicui abscondere vel alienare eorundem bona aliqua adsit facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem sacrosanctæ Basilicæ Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, siue violentia præponatur: sed fratres in aliqua persona de vestro collegio, si idonea reperta fuerit, vel de alio religioso conuentu, prius conueniant, & postmodū cum consilio, deliberatione, & iudicio Romani Pontificis eligatur. Electus autē, & confirmatus, nulli nisi tantum Romano Pontifici de obedientia, vel subiectione aliqua teneatur. Præcipimus quoq; præsenti decreto, vt nullus omnino in Priorē, & canonicos eiusdem Ecclesiæ vbicunq; morantes suspensionis, vel excōmunicationis sententiam promulgare, vel eos ad synodū vocare præsumat: sed neq; clericos, vel laicos oblatos in suis Ecclesijs permanentes: Quòd si quisquā in eos huiusmodi sententias promulgaret, illas decernimus irritas, & inanes. Liceat præterea vobis clericos è seculo, vel laicos fugientes liberos, & absolutos vndecūq; fuerint, nisi excōicati, vel interdicti sint, absq; alicuius contradictione ad conuersionem suscipere, & qui susceptí fuerint cū cōi consilio Prioris, & fratrum, nulli de obedientia teneantur, nisi Romano Pontifici, & Priori eiusdem Ecclesiæ.

Prohibemus aūt, vt nulli fratrum post factam in eadem Basilica professionem, sine Prioris sui licentia fas sit de claustro discedere: discedentem verò absq; cōmunium literarum cautione nullus audeat retinere.

Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatam sacrosanctam Basilicam temerè perturbare,

aut possessiones eius auferre, & ablatas retinere, minuere seu quibushibet vexationibus perturbare, sed illibata omnia, integra conseruentur eorum, pro quorũ gubernatione, & sustẽtatione cõcessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurũ ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis, & cõfirmationis paginã sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiouè commonita, nisi præsumptionẽ suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honoris, sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Laterani per manum magistri Martini S.R.E. Vicecancellarij, tertio Nonas Februarij, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1227. Pontificatus verò Gregorij Papæ IX. anno primo. Porro ex suprædictis castris existentibus in Ducatu Spoletano, & agro Reatino, nonnulla donauerunt Ecclesiæ Lateranensi Illustrissimi Comites de Castello, Nahartium olim Reguli, prout constat authenticis instrumentis, quæ vidi.

VI. PORro autem ex prædictis Ecclesijs nonnullas constat collegiales, siue conuentuales extitisse. de omnibus verò non ita certum, quæ collegiales, & conuentuales erant, sequentes potissimum fuerunt.

Prima Lateranensis, quæ omnium aliarum dictæ congregationis erat caput, & mater.

Secunda sancti Ioannis ante Portam Latinam, quæ nunc etiam Lateranensi Basilicæ subijcitur, licèt collegio, & conuentu destituta.

Tertia S. Stephani in Monte Cœlio, quam postea obtinuerunt fratres sancti Pauli primi Eremitæ: nunc autem per Gregorium XIII. manet vnita collegio Germanorum sancti Apollinaris.

Quarta S. Mariæ in Episcopatu Tusculano, vulgo de Crypta ferrata nuncupata, insigne monasterium, & magnis prouentibus abundans: sed commendatum. Manẽt nunc in eo quidam monachi Græci ex instituto sancti Basilij.

Quinta sanctæ Romanæ propè Ameliam, sed nunc collegio, & conuentu omnino destituta, & commendata.

Sexta sanctæ Mariæ in Colle Scipij Diœcesis Interamensis, sed ex regulari nunc facta secularis, retinet collegium canonicorum.

Septima S. Thomæ in ipsa ciuitate Interamnio, sed destituta, & commendata.

Octaua S. Ioannis de Paterno in Episcopatu Marsicano, insignis Præpositura, cuius Præpositus habet vsum Pontificalium: verùm ex regulari effecta secularis, retinet collegium canonicorum.

In alijs autem Ecclesijs degebant canonici Lateranenses regulariter viuentes. vtrum autem essent collegiatæ, an simplices Priouatus, Manuales nuncupati, vel Rectoriæ sine conuentibus, nullo scripto authentico licuit inuenire.

CAPVT QVINTVM.

De Canonicorum Regularum iectione ab Ecclesia Lateranensi per Bonifacium VIII. & statu dictæ Basilicæ vsq; ad Eugenium IV. sub quo ipsi Canonici Regulares ad eandem Basilicam redierunt.

PErmanserunt autem clerici- I
nonici, qui & regulares dicti, pacificè in Lateranensi Basilica per annos circiter mille, admirùm à temporibus Beati Syluestri Papæ, vel saltem Leonis Primi Pontificis, vsque ad Bonifacium VIII. de ciuitate Agnaniæ, familia de Cæetanis, qui ad summum Pontificatum euectus anno Domini 1391. canonicos claustrales, & regulares monasterio exire ordinauit, & seculares loco eorum in dicta Basilica stare fecit: & ei monasterij redditibus magno labore, vigilijs, ieiunijs, & odore inculpatissimæ conuersationis partis per canonicos regulares, singulis canonicis secularibus singulas speciatim præbendas constituit, & tot bona temporalia vel à canonicis regularibus comparata, vel à Romanis Pontificibus ex Lateranensi monasterio profectis in testimonium gratitudinis largita, Romanorum ciuium esse decreuit, vtpote ab illis, aut illorum parentibus Lateranensi Basilicæ, siue monasterio collata, qui forsan nec vnum lapidem super lapidem in eo posuerant, nec clauum, vt aiunt, in parietem confixerant; cum de acquisitione, & natalis omnium, & singulorum bonorum Lateranensis Basilicæ, siue monasterij per Bonifacium in præbendas diuisorum constet manifestissimè.

Quæ verò causæ Bonifacij Pontificis animum ad regulares canonicos ejciendos, & seculares loco illorum statuendos impulerint, conijcitur ex cæteris illius gestis per Platinam, & alios Historicos memoratis.

Hoc certum, ab Alexandro II. vsq; ad Bonifacium VIII. octo Romanos Pontifices fuisse omnes sanguine, ac genere clarissimos ex Lateranensi canonicorum monasterio acceptos, exceptis S.R.E. Cardinalibus, Vicecancellarijs, & inferioribus Prælatis, videlicet Alexandrum ipsum

II. Pa-

II. Paschalem II. Honorium II. Innocentium II. Lucium II. Alexandrum III. Innocentium III. & Honorium III.

II. QVinimmo si diuini cultus splendorẽ, & vitæ canonicæ districtionem attendamus, certo certius est, hæc nullo tempore vnquam magis, quàm ante ipsius Bonifacij tempora in Lateranensi Basilica micuisse, ac floruisse, quod ipsemet Onuphrius in libello sæpe allegato nullatenus obscure, sic scribens pagina mihi 135. *Canonicorum ordinem delabentem Laterani iuxta Beati Augustini regulam post multa tempora primum omnium reformauit Alexander Papa Secundus, qui ante Pontificatum clericus regularis fuerat, & in amplissimam dignitatem, vitæq; splendorem restituit, ita vt monachus Casinensium magnus tunc sanctitate, ac pietatis nomine floreret, & celeberrimus nulla in re cederet. Quare ad eorum congregatio ingentem maximorum virorum prouentum tulit: ex eo enim monasterio prodierunt Honorius Secundus, Innocentius Secundus, Lucius Secundus, Alexander Tertius, & Honorius Tertius Romani Pontifices.* Hæc ille. E contrario verò post Bonifacium VIII. quantum obscuratus fuerit diuinorum cultus in eadem Basilica, ex alio Summo Pontifice, Eugenio videlicet Quarto, accipe qui illius casum in literis Apostolicis, quibus canonicos regulares eidem Basilicæ restituit, in hunc modum commiseratur.

Cum eorum pium, & salutare institutum multorum malignorum, ex antiqua hostis inuidia fuerit seruorum eorum, & per felicis recordationis Bonifacium VIII. prædecessorem nostrum quadã illius temporis malitia conspiratione immutatum, & per ipsum Patrum tertium, contra diuina præcepta, translati noscantur, & omnis regularibus canonicis, secularium clericorum, & canonicorum fuerit dicta Ecclesia cura, & gubernatio commissa, & dignitatum, officiorũ, canonicatuũ, prælaturũ, & beneficiorum erectis, institutis, deputatis, & fundatis celebratæ, certis etiã tũc expressis causis, quæ diuina clementia, cũ omnibus in illa immutationis seruatis, nostris temporibus omnino nunc cessant, & esse amplius futuris temporibus domino largiente speratur. & ex præfata immutatione S. Basilicæ plurimũ detrita S. institutione in sacro cultu, diuinis officijs, & sacrosanctis mysterijs, ac in spiritualibus, & temporalibus deformata, & passa fuerit detrimẽta quàplurima, & ibi pius religio, & honestas cũ bonorũ temporaliũ abundantia fuerat, vix salte vestigia potuerit bonorũ temporalium apparere, & habitacula Domini, quadã spirituali, & deum ab squalores solitudine, vinea amplum nostra &c.

II. ET accedit in huiusce veritatis confirmationem ipsa temporaliũ bonorũ affluẽtia, quibus Lateranensis Basilica sub canonicis regularibus, & per canonicos regulares ante Bonif. VIII. ingentissimis abundabat, quæ vel ab ipsis regularibus canonicis parta, vel à summis Pontificibus, & alijs pijs viris intuitu illorum sanctitatis donata, nullus nescit, qui seriem rerum ad eandem Basilicam spectantium non ignorat. Etsi enim per

II. Paschalem II. Honorium II. Innocentium II. Lucium II. Alexandrum III. Innocentium III. & Honorium III.

II. QVinimmo si diuini cultus splendorẽ, & vitę canonicæ districtionem attendamus, certo certius est, hæc nullo tempore vnquam magis, quàm ante ipsius Bonifacij tempora in Lateranensi Basilica micuisse, ac floruisse, quod ipsemet Onuphrius in libello sæpe allegato nullatenus omisit, sic scribens pagina mihi 135. *Canonicorum ordinem delabentem Laterani iuxta Beati Augustini regulam pæne multa tempora primus omnium reformauit Alexander Papa Secundus, qui ante Pontificatum illorum regularis fuerat, & in amplissimam dignitatem, vitæq; splendorem restituit, ita vt monachis Cassinensibus magno tunc sanctitatis, ac pietatis nomine florentibus, & celeberrimis nulla in re cederent. Quare ad deinceps congregatio ingentem maximorum virorum proventum tulit: ex eo enim monasterio prodierunt Honorius Secundus, Innocentius Secundus, Lucius Secundus, Alexander Tertius, & Honorius Tertius Romani Pontifices.* Hæc ille. E contrario verò post Bonifacium VIII. quantum obscuratus fuerit diuinorum cultus in eadem Basilica, ex alio Summo Pontifice, Eugenio videlicet Quarto, accipe, quid illius casum in literis Apostolicis, quibus canonicos regulares eidem Basilicæ restituit, in hunc modum commiseratur.

Cum autem hoc pium, & salutare institutum multis in malignopositо, ex antiqua hostis inuidia fuerit perturbatum, & per fœlicis recordationis Bonifacium VIII. prædecessorem nostrum quadã illius temporis malitia consideratione immutatum, & per ipsum Patrum terminis, contra diuina præcepta, translati noscantur, & amotis regularibus canonicis, secularibus clericorum, & canonicorum fuerit dicta Ecclesia cura & gubernationi commissa, & dignitatum, officiorũ, canonicatuũ, prębendarũ, & beneficiorum erectio, institutio, deputatio, & fundatio celebrate, certis etiã tũc expressis causis, quæ diuina clementia, cũ omnibus in illa immutationem narratis, nostris temporibus omnino nunc cessant, & cessare amplius futuris temporibus domino largiente sperantur, & ex præfata immutatione S. Basilica plurimũ abilla S. institutione in sacro cultu, diuinis officijs, & sacrosancto mysterijs, ac in spiritualibus, & temporalibus deformata, & passa fuerit detrimẽta quãplurima, & vbi prius religio, & honestas cũ bonorũ temporaliũ vbertate florebat, vix saltẽ vestigia potuerit bonorũ temporaliũ apparere, & habitaculũ Domini, quadã spirituali, & temporali squalleret solitudine, nihil amplius nostræ &c.

III. ET accedit in huiusce veritatis confirmationem ipsa temporaliũ bonorũ affluẽtia, quibus Lateranensis Basilica sub canonicis regularib', & per canonicos regulares ante Bonif. VIII. ingentissimis abundabat, quæ vel ab ipsis regularibus canonicis parta, vel à summis Pontificibus, & alijs pijs viris intuitu illorum sanctitatis donata, nullus nescit, qui seriem rerum ad eandem Basilicam spectantium non ignorat. Etsi enim per magnum Constantinum, & alios Principes, ac et Romanos Pontifices maximis redditibus esset donata, cum nihilominus Alex. II. accitis S. Frigdiani canonicis illam reformauit, ea omnia vel à Tyrannis erepta, vel à laicis occupata, vel à Pontificibus in schismate creatis distracta fuerant adeò, vt in priuilegio eiusdem Alexandri, quo ipsius Basilicæ bona temporalia censentur, nulla prorsus illorum mentio habeatur: vnde cum in diplomatibus Pontificum Romanorũ ab Alexã. II. vsq; ad Bonif. VIII. tot bona temporalia ad Lateranensem Ecclesiam spectantia, castra, villæ, prædia, redditus, census, vectigalia cõmemorentur, certo certius est, illa omnia canonicorũ regularium partus extitisse, ex quibus tamẽ post illorum eiectionem Ecclesia Lateranensis amplius nihil possidet, sed nec etiam temporibus Eugenij IV. & multis annis ante illum possidebat, quorũ non pauca per laicos teneri, & in pace nunc possideri, nullus ignorat. Quibus omnibus hoc tandem adijciendum videtur, pulsis regularibus canonicis sub Clemente Bonifacij successore, totã Lateranẽsem Basilicam conflagratione consumptam fuisse, quam conflagrationem Onuphrius lib. 1. de Basilica Lateranensi c. 7. nec non in libello de septem Vrbis Ecclesiijs sic prosequitur, ex Ioanne Vilani lib. 8. suæ historiæ c. 97. *Nouissimè anno Dom. 1308. Papa Clemente V. in Gallijs residente, mense Iunio, dum canonici in Choro horam vesperarum cãtarent, & iã hymnum Magnificat anima mea Dominũ, inchoassent negligentia quorundam artificum, qui laminas plumbeas tecti Basilicæ Lateranensis reficiebant, versa est olla, in qua ignis erat pro plumbeis chartis, resina & pice conglutinandis, ex cuius versione ignis in trabibus tecti accensus est, quo flante austro adeo exarsit, vt totum tectum Ecclesiæ, adiacentes canonicorũ ædes, porticum, quo à Basilica itur ad Palatium, & Patriarchium ipsum omne consumpserit, parua tantum S. Laurentij ædicula, quæ Sancta Sanctorũ dicitur, excepta, in qua tunc cum multis alijs reliquijs capita Apostolorũ Petri, & Pauli recondita erant, quo incendio magna thesauri, ornamentorumq;, auri, & argenti copia cũ ingenti vestiũ supellectile consumpta est.* Hæc ille. quæ lõgius prosequitur 2. & 3. lib. multis in locis.

Vtcunq; verò res se habuerit, & vt demus, veteres illos canonicos ante Bonif. VIII. à primæuis institutis aliqualiter lapsos, forsan satius fuisset ad pristinã disciplinam illos reducere, quàm canonicam institutionem inclinatã deijcere, & à fundamentis conuellere. Profectò Sergius III. quem male inter Pontifices audiuisse, Luitprandus, Sigibertus, Platina, Onuphrius, Baronius, & quotquot illius vitam descripserunt, passim fatentur, cum Lateranensem Ecclesiam collapsam, & disciplinam Ecclesiasticam in ea penitus neglectam deprehendisset, primùm quidem ipsam Basilicam ruderibus repurgatam à fundamentis totam refecit: mox vitæ regularis institutum in ea tunc maximè renouauit, teste Mauburno in suo

Veratorio libro 1. capite 9. qui id ex antiquis eiusdem Lateranensis Basilicæ statutis, in monasterio ad septem fontes repertis constare dicit. Ex quibus tandem habes, quis istius venerabilis Ecclesiæ fuerit status tum ante Bonif. VIII. tum etiam post illum vsq; ad Eugenium IV. qui congregationem canonicorum regulariter viuentiũ in eadem Ecclesia restituit, ex canonicis regularibus paulò antea in monasterio Frigdionario reformatis. quod quemadmodum contigerit nunc cõsequenter dicturi, prius ab ipsa reformatione Frigdionaria opus erit, vt narrationem ordiamur.

CAPVT SEXTVM.

De fundatione Monast. Frigdionarij, in quo reformatio Canonicorum Regularium in Italia circa annum Domini 1400. fuit inchoata.

I. DIcturus consequenter de reformatione canonicorũ Frigdionariorum, ex quibus antiqua Lateranensis congregatio per B. Pontif. Eugenium IV. fuit restituta, priùs de ipsi⁹ monasterij S. Mariæ de Frigdionaria fundatione, & origine, nec non de canonicorum regularium instituto in eodem monast. vsque ad ipsam reformationem continuato, verba facere necessarium existimaui. Est Frisonaria, siue, vt alijs placet, frigdionaria colliculus in Hetruriæ finibus, in Lucensium comitatu, tribus circiter milliaribus à ciuitate distans, Aquilonem versus, syluis roborum densissimis contra Boream munitus, versus Austrum apertus, tum situs, tum aëris amœnitate, salubritateque mirificè delectabilis, à turbis secularibus remotus, ad diuinarum rerum contemplationem, ac meditationem à natura destinatus: ibique templum vetustissimum Virgini Dei Genitrici sacrum, non solùm ab indigenis, verùm etiam à toto populo propinquæ ciuitatis summa in veneratione semper habitum, vt si superstitionem circumscribas, illud appositissimè in hunc locum quadrare videatur, quod de monte Idæo Berecynthiæ Deorum genitrici sacro, Virgilius tertio Æneid. scribit:

Hinc mater cultrix Cybele, Coribantiaq; æra
Idæumq; Nemus: hinc fida silentia sacri,
Et iunctis currum Domine subiere Leones.

II. Vnde verò Frigdionariæ, siue Frisonariæ nomen deriuatum, aut loco inditũ, sunt, qui ab auiculis Frisonibus vocatis, quarum in propinquo nemore copia ingens est, nomen Frisonariæ deductum velint. Alij verò, de quorum numero est Ioannes Baptista Signius libro 4. de canonicis capite 8. à propinquo vico Frisonario nuncupato Frisonariam dictam arbitrantur. Verum in vetustis monumentis Lucaniæ ciuitatis & illius comitatus, nulla istius vici memoria reperitur. Augustinus Ticinensis, qui Frigdionarium, non Frisonariam dicendam censet, ab Oratorio per S. Frigdianum Lucensium Episcopum, ibi loci erecto, ad quod frequenter diuertebat causa meditationis & orationis, Frigdionariam vocatam arbitratur. Multa de nomenclatione Frisonariæ, seu Frigdionariæ leguntur apud recentem autorem Iosephum Mozzagruguum lib. 8. præsertim fol. 16 & 40. quibus in locis egregijs paranomasijs in Frigdionarios canonicos lepidissimè ludit, quæ illius ingenij leuitati indulgere oportet. Illud porrò non omittendum, quod fol. 16. pag. 2. sic notauit: *Verum hoc nomen ad mentem scribentium in honorem* (puto dedecus velle dicere) *& despectum, & fere infamiam venit, vt cum Scopetinos vocamus, vel Frigdionarios, rem despicabilem, & dedecoram notamus.* nam quidquid sit de Scopetinis, quorum nunc causam non ago, nullum virum doctum, probatum, aut sanæ mentis proferet, qui nomine canonicorum Frigdionariorum rem dedecoram, vel despicabilem notare velit, quorum religiosam vitam, & viros præclaros miris laudibus extollunt plures autores graues, quorum nonnullos in sequentibus adducemus. Certè nos ipsi de nomine canonicorum Frigdionariorum, deque illorum sanctissima conuersatione, familiaritate, societate, vnitate non solum non erubescimus, sed vel maximè, & meritò quidem gloriamur; quorum vitam sanctissimam & mores inculpatissimos vtinam nunc omnes æmularemur. Sed de nomine satis.

III. QVod ad rem attinet, de prima origine monasterij Frigdionarij triplex apud scribentes sententia reperitur. Prima nonnullorum, qui illam in annum circiter 1250. in quendam militem Lucensem nomine Marcoaldum de Malpilis refundendam arbitrantur, propter quod dã Alexand. IV. priuilegiũ canonicis Frigdionarijs factum Viterbij 2. calend. Maij Pontificatus anno 4. in quo inter alia sic habet: *Volentes Ecclesia vestra obtentu dilecti filij nobilis viri Marcoaldi militis Lucani, qui nuper de bonis propijs Ecclesiam vestram fundasse dicitur, & dotasse, & qui pro ea personaliter &c.* Quam sententiam veram esse contendit Ioannes Baptista Signius, loco proximè citato, propter testimonium allegatum.

Secunda sententia est autoris supplementi Chronicorum libro 12. sub ann. 1107. in fine scribentis: *Extat & Frisonaria extra vrbem ipsam monasterium, Mathildis Comitissæ opus, huius optimi viri.*

(S. ar-

(S. Annapoli) missa fundatum, nunc sub regularis observantia excultum.

Tertia verò sententia tum Ecclesiam, tum monasterium Frigdionarium à B. Frigdiano Lucensium Episcopo fundatum, & in eis clericos canonicos Lateranenses institutos affirmat, quam tuetur R. P. Cæsar Franciottus Sacerdos Lucensis, in libro Historiæ de sacris imaginibus, & reliquijs ciuitatis Lucensis in descriptione monasterij S. Frigdiani, adstipulatur Augustinus Ticinensis in Propugnaculo pag. 4. cap. 8. & par. 5. §. alterò, confirmatur hoc idem per Sigibertum. vbi affert pro confirmatione testimonium deprompeam ex Archiuis sancti Martini Lucensis, & quamquam scribat Signius loco proximè citato, quosdam sentire, Frigdianum Episcopum Lucensem Oratorium ibi erexisse, & locum ab eo Frigdionariam appellatum, idque satis frigidum officialios dicere, monasterium ab illustri Mathilda Comitissa conditum, sed neutros credibiles, cum nihil afferant quod pro legitimo queat acceptari, hanc tamen à proprio cerebro frigiditatem excussisset, si vel S. Martini Lucensis chartophilacia lustrare voluisset, aut saltem Alexandri IV. priuilegium eidem monasterio factum attentius legisset, in quo inter alia hæc habet: *Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ vestræ concessa, nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsenti scripti priuilegio communimus.* Nam si sub Alexandro IV. Ecclesia, seu monasterium Frigdionarium primitùs fuerunt excitata, tunc que primum clerici canonici regulariter viuentes ibidem constituti, quænam illa fuit Ecclesia, cui Romani Pontifices Alexandri prædecessores prædictas libertates, & immunitates concesserunt, qui etiam canonici, quibus Reges, & Principes libertates & exemptiones indulserùt, per Alexand. IV. confirmatas? fuit ergò ab antiquo tempore ante Alex. IV. Ecclesia, fuit monasterù, fuerùt canonici regulares, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus per Romanos Pontifices, Reges & Principes donati: & ita quod de ipsius Ecclesiæ fundatione, ac donatione facta per nobilem militem Marcoaldum in priuilegio Alexandri Papæ legitur, non de prima fundatione, sed de reparatione, ac restitutione intelligere necessarium erit.

IV. QVare omnibus collatis, & æqua lance trutinatis, vera sententia de primaria origine, ac fundatione tum Ecclesiæ, tum monasterij Frigdionarij sic se habet: S. Frigdianus Vltoniæ, quæ regio est Hyberniæ, Regis filius, ex S. Patritij Hibernensium Apostoli instituto regularis clericus, siue Canonicus, circa annum 560. Lucensium Episcopus destinatus, cum illam Ecclesiam regendam suscepisset, vitæ canonicæ institutum inter suos clericos introducere sollicitus, duas inter alias Ecclesias ædificauit, ac in illis canonicos secundum instituta Lateranensis Basilicæ per S. Gelasium sub B. Augustini regula reformatæ collocauit, alteram in ciuitate sub inuocatione trium Martyrum Leuitarum, quæ postea eidem beato Frigdiano est nuncupata: alteram in cliuo prope ciuitatem, sub inuocatione Sanctissimæ Dei Genitricis, quæ temporù successibus à fundatore S. Mariæ de Frigdionaria, & corrupto vocabulo de Frisonaria est nuncupata. Autor idem venerabilis Sacerdos Cæsar Franciottus ex Archiuis Ecclesiæ Lucensis, quæ se vidisse, & legisse non semel atteslatur. Istas Ecclesias vetustate labentes in ampliorem formam illustrissima fœmina Mathildis, circa annum Dñi. M.C. restituit, dotem auxit, & numerum canonicorù multiplicauit. eodem autore. quod ante illum Ticinensis, & autor supplementi Chronicorum tradiderant, in locis proximè hoc capite allegatis: in quarum priori canonicam institutionem continuatis decursibus vsque in hodiernum hûc diem viguisse, documenta verissima testantur, maximè seculo 11. & trib. seqq. quib' in congregationem amplissimam plurimorum collegiorum, & canonicorum, vitæ integritatis, & virtutis laude clarissimorum succreuit. Altera verò conditione loci, ab ipsa ciuitate nimium distantis, & nequam hominum iniurijs expositi, malitia temporum, & vi bellorum sæpius expoliata, vastata, concremata, paulatim conuentu canonicorum, in fabricis collapsa, & redditibus adeò priuata, vt pro conuentu canonicorum in ea restituendo necesse fuerit non solùm fabricas ab imo reficere: verum etiam nouis prædijs attributis dotem instaurare, non tamen omnino, difficilimis etiam temporibus canonicis regularibus priuate, vt ex dicto priuilegio Alex. IV. liquet. Qui verò tam piam operam impendit, is fuit egregius, nobilis, & strenuus miles Marcoaldus de Malpilis ciuis Lucensis, & eques ex ordine clarissimo S. Ioannis Ierosolymitani. Hic enim ob peculiarem erga B. Virginem Dei Genitricem deuotionem, necnon erga religiosos clericos canonicos singularem affectum, circa annum humanæ saluatis 1250. sedente in Pontificatu Innocentio IV. primò quidem ipsam Ecclesiam sub inuocatione S. Virginis totam à fundamentis refecit, mox claustro cum officinis pro conuentu canonicorum additis, prædijsque ac redditibus pro dote attributis, numerum canonicorum secundum B. Augustini regulam viuentium ibidē auxit. Quod monasterium Alexander IV. Innocentij successor, tribus sequentibus priuilegijs datis anno 1258. statim decorauit. Horum primum datum est idibus Aprilis, per quod omnes libertates, & immunitates à Romanis Pontificibus suis prædecessoribus, necnon exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principi-

bus, & à cõi Lucensi monasterio Frigdionario concessas autoritate Apostolica confirmat, incipit: *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori, & fratribus Monasterij de Frisonaria Lucanæ Diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica.* Secundum datum fuit Viterbij per manum Magistri Iordani idibus Maij, per quod ordinem canonicum in dicto monasterio institutum firmat, & perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter præcipit obseruari, locum, & canonicos, & omnia illorum bona sub immediata sedis Apostolicæ protectione recipit: quæ bona distinctis nominibus exprimit, à solutione decimarum liberat, laicos à seculo fugientes recipere indulget, discessum à loco post emissam professionem sine Prioris licentia prohibet: officia diuina tempore Generalis interdicti clausis ianuis, non pulsatis campanis celebrare permittit: Chrisma, oleum sanctum, &c. à Diœceſano, vel eo nolente, ab alio quocunque Episcopo Catholico recipere permittit, vt nullus intra fines Parochiæ capellam, siue oratorium sine canonicorum licentia ædificare possit, præcipit: nouas exactiones ab illis, & illorum bonis fieri prohibet: sepulturam in eorum Ecclesia, vel monasterio liberam esse iubet: decimas ad Ecclesiam spectantes, & à laicis detentas redimendi facultatem concedit: Electionem noui Prioris à capitulo monasterij fieri mandat: vt nullus intra monasterium, vel grangias, & bona monasterij rapinam facere præsumat, ignem apponere, sanguinem fundere, vel hominem capere, aut aliquam violentiam exercere, districtè iubet: omnia Romanorum Pontificum, Regum, & Principum priuilegia eidem monasterio concessa autoritate apostolica confirmat, incipit: *Alexander Episcopus, &c. Religiosam vitam.* Tertium datum Viterbij 2. calendas Maij, quo ad instantiam prædicti militis Marcoaldi libertates, & priuilegia monasterio, & canonicis à prædecessoribus Pontificibus, & Regibus concessa confirmat, incipit: *Volentes Ecclesia vestra &c.* quæ per extensum videri possunt in libro Indultorum congregationis Laterancnsis pag. 165. & sequentibus.

V. VNde verò accepti canonici per præfatum militem Marcoaldum in monasterio Frigdionario locati, ex actis capitularibus eiusdem monasterij statim recitandis conſtat euidentissimè: siquidem Priore monasterij cedente, vel decedente, mos erat canonicis Frigdionarijs, ex capitulo S. Frigdiani Lucensis, vel alterius monasterij dictæ congregationis Priorem deligere: vnde consequens, Frigdionarios, & S. Frigdiani canonicos eosdem prorsus extitisse. Quanquam verissimum & censeri debeat, quod Ticinensis in Propugnaculo par. 4. cap. 8. scribit: *Succedente verò tempore sub Alexandro IV. huius nominis à nobili milite Lucensi Marcoaldo de Malpilis fuit tertio loco restaurata (scilicet Ecclesia S. M. de Frigdionaria) anno videlicet 1250. eisdem adhuc regularibus (canonicis ibidem existentibus, vt patet ex Originalibus indultis, & priuilegijs eiusdem Alexandri IV.* Nam verba priuilegiorum apertè hanc veritatem præ se ferunt, cum priuilegia ipsis canonicis, & eorum monasterio à Summis Pontificibus Alexandri prædecessoribus, Regibus, & Principibus collata, idem Alexander sua autoritate confirmauerit.

Vixit autem præfatus Marcoaldus in Monasterio Frigdionario cum canonicis aliquot annis, vbi sancto fine tandem in Domino quieuit, in arca lapidea, quæ ante fores Ecclesiæ in paruo clausiro visitur, cum hoc Epitaphio tumulatus, quod tamen ante illius obitum regulares canonici posuerant, videlicet:

MARCOALD MALPILI INSIGNI EQVITI
POST PRIMAM AB ILL. MATILDA
RESTITVTAM CANONICI ORD.
VETVSTATEM
FVNDATORI SECVNDO
CANONICI REG. BENEF. ACCEP. MEMORES
POSVERVNT AN. D. MCC. L. III.

CAPVT SEPTIMVM.

De continuatione Canonicorum Regularium in monasterio Frigdionario, vsq; ad Bonifacium IX. sub quo illius reformatio fuit inchoata.

POst Alexandrum IV. vsque ad Bonifacium IX. sub quo ipsius monasterij reformatio est cæpta, nimirũ ann. MCDI. perstitisse in eodem monasterio canonicos regulares, nunquam interrupto tramite successionis, sequentibus documentis authenticis sic probatur. Nam anno MCCLXXII. Gregor. X. Priori, & fratribus Eccl. S. Mariæ de Frisonaria sequens priuilegium indulsit: I.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori Ecclesiæ S. Mariæ de Frisonaria, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito retrahat, aut robur (quod absit) sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Mariæ de Frisonaria Lucanæ diœcesis, in qua diuino estis obsequio mancipati, ad instar fel. rec. Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri sub B. Petri & nostra protectione

...ſuperum, & præſentis ſcripti priuilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quæcunq; poſſeſſiones, quæcunque bona dicta Eccleſia impræſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum concedente Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentijs ſuis annuum redditum modiorum bladi, quem habetis de terra ſita ad Pontem S. Donati, in loco qui dicitur Pinzzara, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, pſcagijs, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis, &c. reliqua ſequuntur vt in priuilegio Alexand. IV. Datum apud Vrbem veterem per manum magiſtri Ionoui Lecatorui S. R. E. Vicecancellarij, nonis Octob. indict. 1. Incar. Dom. 1272. Pontificatus D. Gregorij Papæ X. anno 1.

Anno MCCCVI. indict. 4. 8. calend. Iulij ſequens inſtrumentum per Priorem, & canonicos S. Mariæ de Frigdionaria confectum inuenitur ſub Chriſti nomine amen. Ven. P. Lucas Prior capituli, & conuentus Eccl. S. Mariæ de Frigdionaria, cum conſenſu, & voluntate ſuorum canonicorum, & d. capituli, & conuentus videlicet Fr. Viuiani, F. Franciſci, F. Lini, F. Angeli, Fratris Marci, Fratris Auguſtini, F. Gregorij, F. Petri, F. Lini, F. Gratiæ, F. Benedicti, & F. Ygbi, cum ad præſens ibi plus non ſint, & ipſi fratres, & canonici, vnà cum Priore conſentientes, ſibi inuicem propoſito capitulo, & conuentu promiſa, & bene cogitata vtilitate dicti capituli, & conuentus &c.

Anno MCCCXXXVII. fuit factum ſequens Decretum per DD. Antianos ciuitatis Lucenſis, quod habetur in Archiuis. & libris authenticis eiuſdem ciuitatis videlicet MCCCXXXVII. exiſtente Luca ſub dominio DD. de la Scala fuit factum decretum per DD. Antianos, quorum nomina ſunt infra ſcripta, Brexianus Honeſti, Cesius Pieri, Iulius Butrini, Gerardus Lazarij, Nuncius Bletini, Lemmus Catrignella, Banducius della grotta, Cocchius Boncaſochi, Saulus Sauli, Nellus de Monte Claro, cuius decreti verba ſunt hæc: Conſiderantes honeſtam vitam, & benignam converſationem, quam canonici regulares monaſterij S. Maria de Frigdionaria ſeruant in ordine S. Auguſtini, & conſuetudinem diutius in hu obſeruatam, ordinauerunt, quod habeant ſcanum, & ligna, & alia neceſſaria proipſis religioſis canonicis, qui negotia Monaſterij Lucæ exercent.

Anno MCCCXXXVIII. Vicarius, & canonici monaſt. S. Mariæ de Friſonaria ad ſequentem electionem deuenerunt, videlicet. In nomine Domini amẽ. ann. Nat. Dom. MCCCXXXVIII. indict. 6. die 1. menſis Maij conuocato capitulo Eccleſiæ monaſterij de Friſonaria de mandato fratris Donati Subprioris dicti loci, in Eccleſ. S. Mariæ prædictæ, videlicet in naue d. Eccleſia ad ſonum campanellæ, more ſolito, coram me notario infra ſcripto, & fratre Benedicto, & fratre Deodato fratribus conuentus d. Eccleſiæ teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis. Frater Michael d. ordinis & conuentus olim Prior, dicti ordinis, & conuentus loci, pro anno proximè præterito incepto in calend. Maij, dicto anno finito prædictis cal. Maij. MCCCXXXVIII. indict. prædicta, dicto ſuo officio, & omnibus dependentibus ab eo in manibus dicti Subprioris, præſentibus fratribus Angelo, Petro, Bartholomæo, Gerolamo, & Franciſco, more ſolito ſecundum formam conſtitutionum dicti loci expreſſè prædicto Prioratui renunciauit.

Vacante Eccleſia S. Mariæ de Friſonaria Lucanæ diœceſis per renunciationem Fratris Michaelis olim Prioris dicti loci, congregato capitulo conuentus ipſius Eccleſiæ, ad quos de iure electio Prioris facienda pro tempore dignoſcitur pertinere, ad ſonum campanellæ, vt moris eſt, in quo capitulo interfuerunt infraſcripti fratres videlicet Fr. Donatus Subprior, F. Angelus, F. Petrus, F. Donatus, F. Bartholomæus, F. Michael, F. Gerolamus, F. Franciſcus, volentes ipſi fratres & capitulum, eorum Eccleſiam ob vacationem diuturnam debere incidere in ſpiritualibus, vel temporalibus in aliquam leſionem, S. Spiritus inuocata gratia, cœperunt ſimul tractare, ad electionem Prioris futuri, & prædictus Subprior expoſuit coram eis dicens. Nos ſumus hic, vt prouideamus Eccleſiæ noſtræ, & capitulo noſtro de Priore; ſed ſunt plures formæ ſtatutæ, per quas poſſumus, & debemus, & tenemur procedere ſcilicet per formam ſcrutinij, & alijs modis, deliberent igitur modum, per quẽ vultis, & placet vobis, procedere ad electionem faciendam de futuro Priore, qui Subprior, & fratres omnes deliberauerunt, diligenti præhabita inter ſeſe communi concordia, & voluntate, & nemine diſcordante, & reſpondente: & dixerunt communiter, & concorditer ſe velle procedere ad electionem prædictam per formam ſcrutinij. Acta ſunt hæc omnia in Capitulo dictorum fratrum, videlicet in naui dictæ Eccleſiæ coram fratre Benedicto, & fratre Deodato, dicti conuentus teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis. anno Nat. Dom. 1338. indict. 6. die 1. menſis. Maij.

Poſthæc ſupradictò anno, & indictione, & die, & loco, & teſtibus ſupradictis, frater Donatus Subprior ſupradictus coram dicto capitulo, & fratribus expoſuit dicens: Nos deliberauimus procedere ad electionem futuri Prioris per formam ſcrutinij, vnde debemus etiam eligere de nobis duos vel tres fide dignos de dicta electione ſcrutatores, qui vota ſingulorum fratrum ſecretè, & ſigillatim exquirant. qui Subprior, & fratres omnes communi concordia elegerunt fratrem Angelum, & fratrem Bartholomæum ſupraſcriptos dicta Eccleſia dicta electionis, & votorum fratrum ſcrutatores, vt ſecretò, & ſingillatim vota cunctorum exquirant, & in ſcriptis redacta deberent publicare. Poſt hæc ſupradictis anno, & indictione, & die in dicto loco coram me notario, & teſtibus ſupraſcriptis, per dictos ſcrutatores perſcrutatis votis ſingulorum fratrum ſecretè, & ſigillatim, ex prædictis fratribus numero quatuor,

tuor, videlicet frater Bartholomæus, frater Michael, frater Gerolamus, & frater Franciscus conuenerunt in fratrem Donatum suprascriptum dicti capituli, & conuentus. Alij verò conuenerunt in diuersos alios, videlicet frater Angelus in fratrem Raynerium canonicum S. Frigdiani, & frater Donatus in fratrem Bartholomæum, & frater Petrus in fratrem Bartholomæum. Demum incontinenti publicato scrutinio, habita collatione numeri ad numerum, electi ad electum, meriti ad meritum, prædictus frater Angelus implorata S. Spiritus gratia, ad honorem Dei, & beatæ Mariæ semper Virginis, & Domini Summi Pontificis, & Domini Episcopi Lucani Episcopatus, ad pacificum statum dictæ Ecclesiæ, capituli, & conuentus, & vice, & nomine illorum, qui conuenerunt in dictum fratrē Donatū, coram capitulo, & conuentu dictorū fratrū, & de voluntate illorū, elegit dictū fratrē Donatū in Priorē dictæ Ecclesiæ, capituli, & conuentus fratrum, in quem maior, & sanior pars totius Capituli, & conuentus conuenerat: quam electionem ab instanti solemniter publicauit coram dicto Capitulo, & fratre Donato supradicto in capitulo suprascripto, coram me Notario, & testibus suprascriptu, ad hæc præsentibus, & rogatu, & vocatu &c.

Et Ego frater Iacobus de Luca dicti conuentus Imperiali autoritate Iudex, & notarius, suprascriptis omnibus interfui, & ea omnia publicè rogatus expressi, & meo signo solito, & nomine publicauj.

III. ANno MCCCXXXXV. Ijdem canonici, & capitulum sanctæ Mariæ de Frisonaria coram supradicto notario publico, & rogato, ad sequentem electionem deuenerunt videlicet.

In nomine Domini amen. Vacante Ecclesia, & loco S. Mariæ de Frigdionaria, ordinis S. Augustini, Lucanæ diœcesis Priore, per renunciationem fratris Donati, olim Prioris dictæ Ecclesiæ, & loci, vt de ipsius renunciatione constat, publicè scripta manu mei notarij infrascripti, anno & indictione infrascriptis, die 1. præsentis mensis Maij, congregato capitulo, & conuentu Fratrum dicti loci ad sonitum campanellæ, more solito, subtus porticum dictæ Ecclesiæ, ad capitulum, in quo loco consueuerunt congregari, per fratrem Gerolamum Subpriorem dicti capituli, & conuentus, in quo interfuerunt omnes infrascripti fratres, videlicet frater Gerolamus Subprior, frater Donatus prædictus, frater Michael, & frater Laurentius pro se, & fratre Bartholomæo, fratre conuentus, & capituli, ex commissione ipsi facta &c. acta sunt hæc omnia in suprascripto capitulo, & loco, sub anno Natiu. Dom. 1345. indict. 13. die 12. Mensis Maij, coram fratre Deodato, & fratre Ioanne Conuersis dicti loci, & dictæ Ecclesiæ, testibus ad hæc vocatis, & rogatis &c.

Post hæc suprascripto ann. indict. & die. in suprascripto loco, coram me notario, & testibus suprascriptu, perscrutatis votis singulorum fratrum secretò, & figillatim ex prædictis fratribus numero tres hoc modo, videlicet frater Gerolamus Subprior prædictus proseipso, & ēt ex commissione sibi facta ad dictam electionem faciendam, & pro dicta electione facienda à dictis fratribus Donato, & Michaele, pro ipsis fratribus, & vtrōq; eorum, vt constat manu mei notarij infrascripti, & ad omnia alias facienda, quæ ad prædicta, & infrascripta spectare noscuntur, conuenit in fratrem Michaelem suprascriptum, fratrem dicti capituli, & conuentus. Alij verò in diuersos alios conuenerunt, videlicet frater Laurentius pro se tantum, conuenit in fratrem Bartholomæum suprascriptum fratrem dicti capituli, & conuentus: ex commissione verò sibi facta, vt dixi, à dicto fratre Bartholomæo egritudine grauato, qua interesse non potuit ad prædicta, & alia omnia infrascripta facienda, idem frater Laurentius ex commissione prædicta conuenit in fratrē Matheum, fratrem conuentus, & loci, & ordinis Fratrum de Castro franco Vallis Arni, Lucanæ diœcesis &c. Acta sunt hæc omnia in loco dicto Frisonaria subtus porticum dictæ Ecclesiæ, & claustri, coram &c.

Qui autem fuerint fratres conuentus de Castro Franco Vallis Arni, & cuiusnam ordinis, vel instituti, habes ex sequenti instrumento confirmationis, electionis Prioris dicti conuentus factæ per R. D. Episcopum Lucensem, ex Archiuis curiæ Episcopalis Lucensis in forma authentica nuper extracto. videlicet:

In nomine Domini Amen. Continetur in libro nuncupato, liber Regiſtri Collationum, & inſtitutionū beneficiorum, diſpenſationum &c. incepto de ann. 1326. & proſecuto vſq; ad ann. 1379 ſcripto, compoſito, & ordinato per egregios viros DD. Notarios, & Cancellarios dictæ curiæ, tunc temporis ſigno † Inter cæteras dicto libro contenta, ſub ipſius libri fol. 99. extant infraſcripta videlicet.

Paulus de Gabrielibus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Lucenſis Epiſcopus Vniuerſis, & ſingulis, præſentes literas in formam publicā inſpecturis ſalutē in Domino ſempiternam. Vniuerſitati noſtræ tenore præſentium facimus manifeſtum, quod vacante regulari, & collegiata canonica S. Mariæ Magdalenæ de Caſtro Franco, Lucanæ diœceſis ordinis S. Auguſtini per mortem venerabilis viri D. Andreæ Ormanetti vltimi Prioris eiuſdem, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum per dilectum nobis in Chriſto filium D. Tiram Ciuti de . . . . . nobis extitit preſentata quædam electio de ipſa facta per religioſum, & honeſtum virum D. Robertum Nicolaui canonicum dictæ Eccleſiæ, necnon in hac parte commiſſarium, ad hæc ſpecialiter deputatum, & conſtitutum per canonicos, capitulum, & conuentum canonicæ ſupraſcriptæ, prout de prædicta commiſſione, & electione latius continetur in publico inſtrumento inde confecto, manu quondam Bindi de Podiobonici publici Notarij ſcripto, & rogato anno Domini ab ipſa Incarn. 1379. indict. 2. ſecundum curſum, & conſuetudinem Florentiæ, tempore ſanctiſſ. Patris D. Vrbani diuina prouidentia Papa VI. die 8. menſis Septembris, ac per ipſum reuerenter expoſitum, quod dicta electioni ſuum præbuit aſſenſum, eamq; pariter acceptauit, prout nobis per publica inſtrumenta manu ſupraſcripti Notarij publici demonſtratur. Quare nobis humiliter ſupplicauit, vt electionem, & acceptationem prædictas recipere, & admittere, ipſumq; in

dicta

dicta canonicæ dictæ ſupraſcriptæ Prioratum confirmare, & alia faciendo ad prædicta requiruntur, gratioſe dignaremur. Nos igitur volentes &c. Porro ad concordiam, & conuentum S. Mariæ Magdalenæ de Caſtro Franco eiuſdem fuiſſe inſtitutum, & congregationis cum canonicis ſancti Frigdiani, patet ex bullis Leonis Papæ X. quibus idem monaſterium tanquam membrum Monaſterij, & congregationis S. Frigdiani noſtræ congregationi Lateranenſi cum ſuo capite fuit annexum, quod nunc etiam per Dei gratiam tenetur.

Ex prædictis verò electionibus liquet, eiuſdem monaſterium fuiſſe canonicos Frigdionarios inter formationem cum canonicis S. Frigdiani, & Sanctæ Magdalenæ membri congregationis Frigdianæ: quāquidem liberum erat eiuſdem Frigdionenſibus Priores de gremio capitulorū ſuorum monaſteriorū, quēadmodū de proprio capitulo ſibi deligere: quiquā Frigdionarij ex vi dictæ confirmationū Priores annuales deligerēt, vbi quidē S. Frigdiani facerēt, qui Priores perpetui eligebant. Acta ſupradictarū electionum habentur in Archiuis d. monaſterij Frigdionarij, tum aliis multis charactere vetuſtiſſimo exarata, quorum poſſunt, quæ ſi ſic oculata vidi.

ANno MCCCLXXXII. Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Lucenſis per ſuum Vicarium viſitauit monaſterium, & canonicos ſanctæ Mariæ de Friſonaria. Cuius viſitationis exemplum authenticum ab originali nuper extractum, & ad me tranſmiſſum ſic habet:

In nomine Domini Amen. Continetur in libro viſitationum, liber Primæ Viſitationis Eccleſiarum, Hoſpitalium, & monaſteriorum ciuitatis, & Diœceſis Lucenſis à R. P. D. Antonio Epiſcopo Lucano ſua auctoritate ordinaria anno Domini 1382. ſigno inter a S. extracto in libro inſtrum. Curiæ Epiſcopatus Lucenſis aſſiſtente ſecr. DD. Notariorum dictæ Curiæ inter cætera in dicto libro contenta ad fol. 66. extant infraſcripta videlicet:

Viſitatio monaſterij ſanctæ Mariæ de Frigdionaria dictæ Diœceſis die 4. Iunij 1382.

D. Vnque viſitator ſupradictus accedens ad dictum monaſterium viſitationis cauſa, & conſtitutus coram Ecclæſia Tomæ Grafioni Priore, & aliquibus, & Antoniopoſſunt, & vidit paramenta, & libros, & calices, & vtaria, & inuenit ea omnia bene diſpoſita, & ornata. Prior, quo titulo, & iure teneat dictum monaſterium, dixit, ex collatione, & prouiſione D. Lucenſis Epiſcopi, iam ſunt quatuor anni, & vltra. & fuit interrogatus, quod ipſe faceret profeſſionem in dicto monaſterio, dixit ſanctæ 35. anni, & quod ſunt deuotus ſancti Auguſtini, & ſub regimine D. Epiſcopi Lucenſis, & quod ſeruat regulam quantum poteſt: ſed non habet conuentuales ſufficientes, non poteſt leggere, ut debet: & quod omnes viuunt in communi, & quod omnes ſunt fratres ſibi obedientes, & dixit inſuper, quod frater Aluyſius Schiatta ſupraſcri-

dictæ canonicæ Ecclesiæ suprascriptæ Priorem confirmare, et alia facere, quæ ad prædicta requiruntur, gratissimè dignaremur. Nos igitur volentes &c. Porro dictos canonicos, & conuentum S. Mariæ Magdalenæ de Castro Franco ciusdem fuisse instituti, & congregationis cum canonicis sancti Frigidiani, patet ex bullis Leonis Papæ X. quibus dictum monasterium tanquam membrum Monasterij, & congregationis S. Frigdiani nostræ congregationi Lateranensi cum suo capite fuit unitum, quod nunc etiam per Dei gratiam tenemus.

Ex prædictis verò electionibus liquet, ciusdem processus institutti fuisse canonicos Frigdionarios inter reformationem cum canonicis S. Frigdiani, & S. Mariæ Magdalenæ membri congregationis Frigdianæ: quãdoquidem liberum erat ciusdem Frigdionarijs suos Priores de gremio capitulorũ decborũ monasteriorũ, quãadmodũ de proprio capitulo sibi deligere: quãquã Frigdionarij ex vi suarũ constitutionũ Priores annuales deligerẽt, contra quãillis S. Frigdiani facerẽt, qui Priores perpetuos eligebant. Acta supradictarũ electionum habẽtur in Archiuis d. monasterij Frigdionarij, cum alijs multis characẽtere vetustissimo exarata, qui vix legi possunt, quæ fide oculata vidi.

IV. Anno MCCCLXXXII. Reuerendissimus D. Episcopus Lucensis per suum Vicarium visitauit monasterium, & canonicos sanctæ Mariæ de Frisonaria. Cuius visitationis exemplum authenticum ab originali nuper extractum, & ad me transmissum sic habet:

In nomine Domini Amen. Continetur in libro intitulato, Liber Primæ Visitationis Ecclesiarum, Hospitalium, & monasteriorum ciuitatis, & Diœcesis Lucanæ facta à R. P. D. Antonio Episcopo Lucano sua auctoritate ordinaria anno Domini 1582. signo littera S. existente in Archiuio inferiori Curiæ Episcopatus Lucensis sub custodia eger. DD. Notariorum dictæ Curiæ inter cætera in dicto libro contenta ad fol. 66. extant infrascripta, videlicet:

Visitatio monasterij sanctæ Mariæ de Frigdionaria dicti Plebatus die 4. Iulij 1582.

D. Lippus visitator suprædictus accedens ad dictum monasterium visitationis causa, & constitutu coram se fratribus Tomeo Grasino Priore, & Aluysio, & Andrea, inquisiuit, & vidit paramenta, & libros, & calices, & altaria, & inuenit ea omnia bene dispositа, & interrogatum Prior, quo titulo, & iure teneat dictum Priuratum, dixit, ex collatione, & prouisione D. Lucensis Episcopi, iam sunt quatuor anni, & vltra. & dixit interrogatus, quod ipse fecit professionem in dicto monasterio, iam sunt 35. anni, & quod sunt de ordine sancti Augustini, & sub regimine D. Episcopi Lucensis, & quod seruat regulam quantum potest: sed quia non habet conuentuales sufficientes, non potest legere regula, vt debet: & quod omnes viuunt in communi, & quod omnes sunt fratres sibi obedientes. & dixit interrogatus, quod frater Aluysius Schiattæ suprascriptus fuit de ordine Minorum per multos annos: tamen antequam intraret ordinem Minorem, fecerat professionem in dicto monasterio de Frigdionaria: & examinatus de officio, & alijs repertus omnino idoneus, & expertus in spiritualibus, & temporalibus propter guerras, & incursus stratarum monasterium recepit multa incendia, & damna, & spolia, & quod habet in redditibus circa XIV. modios grani, & currus III. vini, & modium de oleo: & quod est in debito florenorum XV. auri diuersis personis.

Et dixit, quod ipse non potest scire conscientiam dicti fratris Aluysij, quia nunquam fuit sibi confessus peccata, nec petijt ab eo licentiam aliq; confitendi.

Frater Thomas Pinelli de Luca dixit interrogatus, se emisisse professionem in dicto monasterio, iam sunt anni XVIII. & non habet ordinem clericalem, & quod ipse est obediens suo Priori, & quod dictus frater se bene gerit tamen frater Aluysius est rebellis, & inobediens suo Priori, & excommunicatur, & recalcitrat sæpius, & fornicatur, & est petra scandali, & fuit frater Minorum, nec vult surgere in matutino, quamuis vocetur à Priore.

Frater Aluysius Schiattæ suprascriptus interrogatus dixit, se emisisse professionem sub regula S. Augustini per sex annos, & postea se contulisse ad ordinem Minorum, ibique emisisse professionem, & fletisse per tres annos non petita, vel obtenta licentia à Priore dicta Ecclesiæ, ita quod postea conscientia punctus redijt ad priorem statum in dicto monasterio.

Qui D. Visitator monuit eum sub excommunicationis pœna, quod hinc ad 15. dies se præsentet coram D. Episcopo cum suis toribus.

Fuit examinatus de officio, & de Canone, & Cantu, & inuentus est penitus ignorans, & idiota, & nescit legere: & monuit eum sub pœna excommunicationis, quod non celebret missam sine licentia D. Episcopi, &c.

Hinc vides, in dicto monasterio vsque ad annum 1382. fletisse canonicos regulares sub obedientia Prioris, licet numero canonicorum satis imminuto, & monasterio in bonis temporalibus plurimum deteriorato, propter causas explicatas, ac etiam contra priuilegium Alexandri IV. sub iurisdictione, & visitatione Ordinarij constituto. Profuit tamen ipsi monasterio non parum huiusmodi visitatio, nam ex tunc cœpit tum numero Canonicorum augeri, tum etiam in bonis temporalibus aliqualiter meliorari. Huc fortasse illud tendit, quod Archiepiscopus Florentinus in 2. parte suæ historiæ tit. 15. cap. 16. in fine, & capite 23. §. 2. in princ. scribit, circa annum Domini 1380. reformationem Canonici ordinis in hoc monasterio inchoatam, quod de reformatione facta per episcopum Lucensem, non de alia facta per Venerabiles viros Bartholomæum Columnensem, Leonem de Carate, Thadæum de Binasco, & alios, de quibus infra, verum esse potest.

An-

V. ANno MCCCXCI. Reuerendissimus Pater, & Dominus Fr. Ioannes Episcopus Lucen. sis concessit Priori, & Canonicis S. Mariæ de Frisonaria pro se, & illorum successoribus in perpetuum Ecclesiam, siue Capellam simplicem sancti Dalmatij intra ciuitatem Lucensem ob causas in instrumento donationis explicatas, videlicet:

Frater Ioannes Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Lucanus, Vniuersis præsentes literas, seu publicum instrumentum inspecturis, salutem in Domino. Religiosam vitam eligentes, iuxta B. Gregorij eloquium, congrua, & decens est intentione prospicere, ne cuiquam necessitatis occasio, aut desides fastus, aut, quod absit, sanctæ conuersationis robur infringat. Sanè nuper Religiosus vir Fr. Philippus de Beiteris de Luca Prior monasterij ruralis S. Mariæ de Frigdionaria Ordinis S. Augustini Lucanæ Diœcesis, accedens coram nobis, exposuit reuerenter, quòd ab olim prædecessores, seu Prior, & Conuentus dicti monasterij habere consueuerint in ciuitate Lucana prope portam sancti Donati, & iuxta hospitale pauperum, dictum della Misericordia, quasdam domos, & ædificia pro ipsorum commodo, & necessarijs habitationibus, & refugijs, maximè temporibus guerrarum, & incursuum gentium armatarum, ciuitatem, & districtum Lucan. frequenter, & sæpius inuadentium, adeo quod in ipso eorum monasterio securi habitare, & regulariter vitam seruare nequibant, prout etiam nequeunt in præsenti, propter metum exercituum Lombardorum, & Florentinorum dictum districtum miserabiliter occupantium, & discurrentium. tamen dictæ domus eorum fuerunt, tam sunt anni viginti elapsi, tempore aduentus ad ciuitatem Lucanam fel. record. Domini Caroli Romanorum Imperatoris Quarti, funditus diruptæ, penitus & destructæ, & super fundo earum alia fuerunt. & sunt ædificia fabricata, prout hæc omnia sunt omnibus manifesta: quamobrem expedit eis aliquam commodam, & aptam habitationem intra ciuitatem Lucanam, in aliquo congruo, & honesto loco, pro huiusmodi ipsorum Priori, & Fratrum, & eorum familiæ, & successorum suorum habitatione, & refugio procurare, vbi personas suas, ac substantiam, & bona sua in huiusmodi guerrarum, & incursus gentium periculu valeant securum habere refugium, & recursum. Et ideo idem Prior nobis humiliter supplicauit, quatenus Ecclesiam, siue Capellam simplicem S. Dalmatij Lucan. vacantem ad præsens, per liberam resignationem, & renunciationem Vener. viri D. Ioannis Simonis de Luca vltimi olim dictæ Ecclesiæ Rectoris, quæ, vt asseritur, ad collationem, seu prouisionem, vel quamuis aliam dispositionem Capituli nostri Lucan. nostrum pertinere, eidem Priori, pro se, & successoribus suis, & dicto suo monasterio, & Conuentu concedere, & donare misericorditer dignaremur: vt vbi ædificare possint domos, & ædificia pro eorum habitatione, & vbi conuentualiter viuere, & vitam regularem seruare, & diuina officia celebrare, cum ipsa Capella sit omnibus domibus, & ædificijs denudata. Nos igitur habito super præmisso omnibus sapiu colloquio, & consilio cum Vener. fratribus nostris Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Lucanæ, & inquisito diligenter, & cognito, & reperto, præmissa omnia veritate fulciri, de ipsorum fratrum nostrorum infra nominatorum consilio, & expresso consensu, dictam Ecclesiam, siue Capellam S. Dalmatij, vt præfertur, vacantem, cum iuribus & pertinentijs suis vniuersis præfato Priori præsenti, petenti, & humiliter acceptanti pro se, & suis successoribus, & dicto monasterio, & Conuentu de Frigdionaria, cum plenitudine iuris canonici, præsentium tenore conferimus, concedimus, & dicto monasterio annectimus perpetuo, & vnimus, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus eidem Priori pro se, & suis successoribus, & Conuentu plenarie committentes fœliciter in Domino gubernandam, omni meliori iure, forma, & modo, quibus melius possumus. Volumus tamen, & dicto Capitulo reseruamus omnia & singula iura, honores, & obuentiones eis in dicta Ecclesia, seu Cappella de iure, vel consuetudine pertinentia, & pertinentes, quibus in nullo per nos nouum, & concessionem nostram huiusmodi vllam prædictorum generetur: Quæ iura, & honores, & obuentiones sunt hæc, prout inuenimus ab olim fuisse seruatum, videlicet quia ipsis Capitulo, & Canonicis cum sibola seruitibus ad ipsam Ecclesiam honorandum in die festi S. Dalmatij quolibet anno, quod est quinto Calendas Decembris, in primis Vesperis, & in missa solemniter celebrandis, dicti Prior, & Conuentus eos honorari, & honorificè recipere, & eos competenter reficere tenebitur in prandio ipsa die, vel saltem loco refectionis huiusmodi dare, & effectualiter persoluere tenentur in solorum Camerario, & dispensatori pro eo duos florenos boni auri. saluo etiam eudem Capitulo, & Ecclesiæ Lucan. iure census duarum librarum ceræ, quam ab eisdem dicta Ecclesia, & Rector eius in ipsa die dicti festi soluere & reddere consueuit, quem censum etiam dicti Prior, & Conuentus similiter reddere debeant quolibet anno perpetuo teneantur. Præterea etiam volumus, & mandamus, dictos Priorem, & Conuentum teneri, & obligatos esse ad reddendum nobis, & successoribus nostris quolibet anno in perpetuum nomine census, in recognitionem huiusmodi concessionis, & gratiæ in die festi S. Martini vnam libram ceræ ad pondus Lucan. Quæ omnia, & singula prædicta idem Prior pro se, & successoribus suis, & suo monasterio, & Conuentu promisit solemniter, & conuenit, nobis, & dicto Capitulo perpetuò, & inuiolabiliter seruaturum, sub obligatione sui, & successorum suorum, & dictimonasterij, & horum suorum. Ad hæc omnia Ven. viri Domini Nicolaus Nantij Archidiaconus, Guilielmus Steffarij Thesaurius, Antonius Captani, Laurentius Petrucci, Ioannes Cellini Vergellese de monte Catino, & Bonus Alexij, & Natus Cecchi, Canonici Lucan. præsentes prædictis omnibus, & singulis consenserunt, & cuncta, & singula, quatenus in eis fuit, & est, approbauerunt, omnino iure, forma, & modo, quibus melius potuerunt. Quocirca vos Frater Ioannes Episcopus prefatus commisimus, & mandauimus Ven. viro Domino Lapo de Soderia Canonico Lucensi Vicario nostro, quatenus

eorum arreder ad dictã Ecclesiam S. Dalmatij præfatum prouideatur. & uestat in corporalẽ possessionẽ dictæ Ecclesiæ iuriũq; et pertinẽtiarũ vniuersarũ ipsius, sibiq; salua de fructibus, redditibus, prouentibus, & iuribus vniuersis ipsius integrè respõdere, cũ per eũ fuerit requisitus in quarũ omniũ testimoniũ præsentes literas in forma publica fieri mandauimus per Fedocchium, & Ioannẽ notarios nostros infrascriptos fieri mandauimus, & nostri sigilli iussimus appensione muniri. Volentes & mandantes quod de præmissis tota publica cõfimilia conficiãtur instrumenta, expensis propriis dicti Prioris, quorũ vno penes ecclesiã Lucanã Episcopatus, & vno in Sacristia Lucan Capituli dimisso, reliquũ dicto Priori, & Cõuentui dictæ Ecclesiæ assignetur. Datũ, & dictũ Lucæ in camera superiori Episcopalu nostri Palatij residẽtia nostra, præsentibus Ven. viris Dominis Gerardo Antonij S. Mariæ de Silice Presbyt. & Bartholomæo Ioannis de S. Gervasio pbris Lucan. Dioc. ecclesiæ plebanis, & nobili viro Cruccbino de Montecatino advocato, de Luca Comite Palatino, & alijs pluribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Anno Natiu. Dom. 1391. Indictione 15. die 16. mensis Nouembr. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. D. Bonifacij divina prouidentia Papæ IX. Anno tertio.

Ecclesiã prædictam S. Dalmatij tenuerunt ijdẽ Canonici Frigdionarij per multos annos post reformationem, donec occasione muniendæ Ciuitatis, ob propinquitatem murorũ, funditus est euersa. Ex quibus omnib. apparet, quã falsum, ac frigidum sit commentum illorũ, qui prædictum monasteriũ tempore reformationis Canonicorũ Conuentu destitutum, & Eremitarum domicilium effectum, vel Clericis secularibus commendatum, sine vllo documento vero, vel etiam apparenti, & probabili, sine succo, & sine sale, in suis quinternionibus scribere, & ad inuidiã contrahendam, & fœdum veritati faciendum, per vulgus ignarum spargere non erubuerunt.

CAPVT OCTAVVM.

De Venerabili Sacerdote Bartholomæo Columnensi Frigdionariæ reformationis promotore, caterisq; ipsius reformationis primis autoribus.

INter immensa beneficia, ingẽtiaq; miracula diuinæ largitatis, quibus Omnipotẽs Hebraicũ populũ à seruitute Pharaonis eruit, ad terrã illam fœlicissimam promissionis nuncupatam perducere dignatus est, illud non postremũ, sed præcipuum extitit, quod in libro Exodi 13. his verbis recensetur: *Dominus autẽ præcedebat eos, ad ostendendam viã per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset in itinere vtrq; tempore: Nunquã defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem coram populo.* Sanè quẽadmodum istud tam stupendum miraculum, & tam ingens beneficium rudi Hebræorum populo semel visibiliter, & materialiter collatum, nulli dubium est, vicibus innumeris spiritualiter, & inuisibiliter sub lege gratiæ renouatum in Sanctis, qui veluti nubes militantem Ecclesiam ab æstu iræ furoris Domini suis precibus protegunt, & luce bonorum operum per seculi tenebras, & caliginem ad cœlestem patriam fœliciter perducunt, de quibus diuinus Vates in Psalmo 67. *Date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. mirabilis Deus in sanctis suis.* & iterum Isaias: *Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ.* & clarius Saluator in Euangelio: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrẽ vestrũ, qui in cœlis est.* Ita singulariter, & mirabiliter in nostro Venerabili, religiosissimoq; viro Bartholomæo Columnẽsi Reformationis Canonicorũ Regulariũ Italicorũ autore impletũ, nullus nõ intelliget, qui huius sanctissimi viri gestorũ periodũ nõ ignorat. Cũ n. ob dirũ Schisma, quod per annos circiter quinquaginta Catholicos exagitauit, & miserrimè lacerauit, ab anno nimirũ MCCCLXXVIII. vsq; ad MCDXXVII. necnon etiã propter bella sæuissima, quæ per illa tempora totã penè Italiam contriuerunt, non solùm obscuratum esset apud fideles aurum Charitatis, & diuini cultus; verùm etiam immutatus color optimus vitæ Religiosorum, illorum Ecclesijs, monasterijs, domibus, bonis partim secularibus in commendam traditis, partim pro cuiusque libidine rapinis, & incendijs expositis, & Ecclesia penè tota vitiorum caligine obfusa sederet mœrens, & squallida, & ipsa oppressa amaritudine, Deus omnipotens, qui dixit de tenebris lucẽ splendescere, inter alia media, siue remedia, quibus ipsam Ecclesiam fugatis tenebris ad pristinum nitorem, ac splendorem reduxit, dedit illi sanctissimum hũc virum, religiosissimumq; Sacerdotem Bartholomæum, re & nomine, siue cognomine Columnã, ciuem Romanum, natalibus clarum, sed virtute longè clariorem, qui tanquam columna nubis, & ignis peccatores à calore inflantis iracundiæ diuini furoris protegens, & totam Italiam imbre prædicationis fœcundans, & luce conuersationis inculpatissimæ vitiorum caliginem dissipans, ad lumen vitæ, & agnitionem veritatis gentes innumerabiles perduxit. hic namque Venerabilis Sacerdos, cum esset Ciuis Romanus ex prosapia nobilissima de Columnensibus, Canonicusque Coronensis, diuinarum, & humanarum scientiarum eruditione clarissimus, ac in studio sacrarũ literarum optimè versatus, verbi Dei prædicator egregius, super omnia diuini honoris æmulator zelantissimus, salutisq; animarũ negotiator auidissimus, benignus, pius, misericors, peccatoribusq; adeo cõpatiens, vt illorũ pecca-

ta in sacra pœnitẽtiali cõfessione intelligẽs, vberrimè fleret, ad cuius lacrymas pleriq; cõpũcti, seculo relicto, seipsos arctissimæ vitæ, ac pœnitẽtiæ in monasterijs agendæ perpetuò mancipauerũt, cũ totum mundũ cernerent in maligno positũ.

II. ANno Dñi MCCCXCVI. quo tempore Petri Sedem Bonifacius IX. legitimè tenebat, & in Cathedra pestilentiæ Petrus de Luna Benedictus XIII. in schismate contra verum Pontificem electus sedebat, velut alter Elias, & nouus Abraham zelo diuini honoris armatus, ob Dei honorem, & amorem egrediens de terra sua, & de domo Patris sui, cœpit per omnes Italiæ prouincias discurrere, in similitudinem ignis, & fulguris corruscantis, Verbum salutis cunctis annunciando peccatores ad pœnitentiam vocando, contra vitia acriter exaggerando, errores conuellendo, virtutes ferendo, confessiones sacramentaliter audiendo, pœnitentias salutares iniungendo, & multa mirabilia patrando, primò quidem per Hetruriam, mox Æmiliam, deinde Marchiam Taruisinam peragrando, in qua diutius commoratus, & præsertim in ciuitatibus Venetiarum, Patauij, ac Vicentiæ, in quibus fructũ tam vberem tulit, & copiosum, vt nou solum ad illius prædicationem plures vitæ præteritæ pœnitudine ducti, illam per pœnitentiam in melius commutarent: verùm etiam ex Ecclesiasticis non pauci arctioris vitæ desiderium concipientes, vel nouos Ordines instituerent, vel antiquos Regularium ordines arctioribus institutis reformantes, illis tanquam vinculis sese obstringerent, & alijs id faciendi exemplum efficacissimũ præberent. Fuerunt in ijs primi quidem D. Gabriel Gondulmerius, & D. Antoninus Corarius Patricij Veneti, & Gregorij XII. alter quidem ex sorore, alter verò ex fratre nepotes, qui sacri Canonicorum antea secularium, nunc Regularium Ordinis S. Georgij in Alega nuncupati prima fundamenta posuerunt, vterque ad Cardinalatum ab ipso Gregorio XII. euectus, sed prior Summus etiam Pontifex post Martinum V. renunciatus, & Eugenius IV. vocatus: vterque de nostra Congregatione Lateranensi, quàm optimè meritus. Tertius verò fuit Ven. D. Ludouicus Balbus Patricius item Venetus, antea Prior monasterij S. Georgij de Alega, tunc Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, postea D. Benedicti monachus, & illustrissimæ reformationis, & Congregationis monachorum S. Iustinæ, nunc Cassinensium autor, per quem monastici Ordinis vigor, & splendor in Italia est restitutus, postea Taruisinus Episcopus: qui post multos labores pro Dei gloria exantlatos, sancto fine quiescens, in Capitulo Cœnobij sanctæ Iustinæ Patauinæ, cum epitaphio est tumulatus. Quartus fuit eximius, & excellentissimus legum Doctor, & in Patauino Gymnasio Iuris Ciuilis primarius interpres Dominus Albericus de AdUocatis, vulgo de Anogadis nobilis Bergomensis, aut, vt alijs placet, Brixiensis, nihil enim refert, qui ad prædicationem prædicti Venerab. & sancti Sacerdotis Domini Bartholomæi, corde compunctus, seculi vanitatibus nunciam remittens, Venetijs in monasterio sanctorum Ioannis & Pauli Ordinis fratrum Prædicatorum regularem habitum suscepit, quique ad tantam humilitatem descendit, vt quia propter bigamiam ad ordines clericales susceipiendos minus foret idoneus, Conuersorum habitum susciepere dedignatus non fuerit: qui tandem post reformationem Frigdionariam inchoatam, per Sedem Apostolicam a bigamia vsque ad Diaconatum dispensatus, habita licentia à Fratre Thoma Firmano Prædicatorij Ordinis tunc Generali Magistro, in monasterio Frigdionario nostrorum Canonicorum institutum, & habitum accepit, & per varias Ciuitates Dei verbum in frequentissimo concursu populorum, qui ad illum tanquam ad Oraculum accurrebant, per spatium aliquot annorum annunciando, nostram Congregationem mirificè decorauit. Quinus fuit Ven. Sacerdos nomine Beltramus, qui propè Taruisiũ in Ecclesia B. Mariæ Magdalenæ multos religiosos in maxima spiritus humilitate, pauperate, & vitæ sanctitate degẽtes cõgregauit. Eralios innumeros cõuertit idẽ Ven. Pater Bartholomæ', qui vel in statu laicali sanctissimè vixerũt, vel Religiones probatas ingressi, post peractam pœnitentiam, sancto fine quieuerunt.

II. SEd omissis externis, & ad nostra pedem referendo, inter alia præclara huius Sancti viri facinora, quæ non sine diuino consilio meditatus, egregiè tandem præstitit, præclarissimum extat Canonici Ordinis in Italia plurimum relaxati, & propemodũ labentis, reformatio, primũ in monasterio S. Mariæ de Frigdionaria inchoata, mox illo adhuc superstite in pluribus alijs locis, & monasterijs propagata, & illo adiuuante dilatata. Id verò quonam modo præstiterit, altiori nunc indagine perquirendum, & ex verdicis illorum temporum Autoribus & authenticis documentis fusius, & diligentius explicandum occurrit. Erat locus in agro Lucensi, vt cap. te proximè præcedenti notatum, ibiq; monasterium Canonicorum S. Mariæ de Frisonaria nuncupati, laudabilis quidẽ vitæ, ac sanctæ cõuersationis fama celebri olim notissimũ: Verũ propter causas iam dictas, cũ in spiritualibus, tũ etiã in temporalibus satis imminutũ: deficientibus n. necessarijs, sine quibus præsens vita transigi nõ potest, ipsi quoq; etiã numerus Canonicorum in dicto monasterio fuit imminutus, & cõsequenter vigor canonicæ disciplinæ relaxatus, & eneruatus. Et licet post peractã à Lucẽsi Episcopo visitationẽ, quæ facta fuit anno 1382. aliquatenus in spẽ erecti, ruinam imminentẽ pauperes Canonici reparari totis viribus adnixi fuissent, quæ occasio fuisse videtur

II

tur D. Antonino reformationem Frigidonariã non ad annum 1400. referendi, sed ad 1380. vt ex 2. parte Summæ Historialis tit. 15. cap. 10. in fine, & cap 23. §. 2. superius allegatis apparet: ipsam nihilominus reformationem subsistentibus eisdem impedimentis, ad finem optatum perducere non solùm nequiuerant: verùm etiam ob frequentes transitus armatorum, & incursiones prædonum, loco sæpius excedere, & intra ciuitatem sese recipere coacti fuerant, vt ex literis donationis Ecclesiæ sancti Dalmatij per Lucensem Episcopum illis factæ, superius memoratis, liquet. Verùm illorũ desiderium omnipotens iterum fieri tandem passus non est, sed in tempore oportuno misit illis adiutorem strenuum ipsum Ven. Patrem D. Bartholomæum Columnensem. qui in suo per Hetruriam discursu Lucam veniens, cognito illorum proposito, viso etiam monasterio, & loco ad tam pium opus summopere iduneo, ad illud promouendum, & adiuuandum pro viribus statim animũ adiecit: vnde in Æmiliam, & Marchiam Tarusinam descendens, mox in Lombardiã proficiscens, quà prædicando, quà confessiones audiendo, & alia pietatis opera præstando, viros nonnullos religiosos, & ad tantum opus inchoandum idoneos, quorũ tetigerat Deus corda paulatim colligens, ad præfatum monasterium cœpit destinare. Cõtigit etiam per idem tempus Bonifacium IX. Pontificem, Deo illius animum excitante, mentis aciem ad idem opus dirigere; nam anno sui Pontificatus 11. & nostræ salutis 1401. octauo Calendas Aprilis datis literis Apostolicis ad Abbatem S. Petri in Cœlo aureo Papiæ, & Prioris S. Frigdiani Lucensis, & S. Augustini Pisanæ Diœcesis, Prouinciale Capitulum canonicorum illos cogere, iuxta Benedicti XII. decretum, & Constitutiones ab eodem Benedicto pro reformatione canonicorum regularium promulgatas, mãdauit publicari, & executioni demandari. Eo igitur anno dictus Ven. Sacerdos ex ciuitate Papia, vbi tunc degebat, duos S. Petri in Cœlo aureo canonicos professos, viros eximios, scientia & vitæ integritate præclaros, vt S. Antoninus scribit. Frigidonariam, ad ponenda fundamẽta Reformationis primitùs destinauit. qui verò fuerint hi duo viri, explicant Volaterranus lib. 21. & Iacobus Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum nouissimæ editionis lib. 14. sub anno 1407. quorum primus sic scribit: *Nouissimè verò anno 1401. autore Leone de Carrate, Ciue Mediolanensi, eiusdem Ordinis viro, Cœnobium sanctæ Mariæ de Frigdionaria Lucanæ Diœceseos reformantes, Frigdionarium nominauere.* Posterior verò rem ipsam accuratiùs explicans sic ait: *At qui fuerunt præfati duo viri, authentica scripturis, & certa veritatis tempertum habetur. hi videlicet extiterunt eiusdem sanctæ regularis obseruantiæ autores D. Leo de Carrate, & Dominus Thadeus de Bonasco, seu secundum alios de Bagnasco Papienses, Canonici ambo regulares Cœnobij S. Petri in Cœlo aureo Papiæ professi, & ipsi Ven. Patris Bartholomæi sacerdotis Dei præconis celeberrimi, Ciuisq; Romani de Columna, consilio, & hortatu ad præfatum locum se recipientes, sanctam reformationem sub regulari eiusdem Ordinis obseruantia, & sub altissima paupertate Dei cooperante gratia fundauerunt. Siquidem Leo, qui antea Leonardus dictus est, dum præfati Cœnobij S. Petri in Cœlo aureo Prior existeret, & iuris Canonici doctor eximius, vir sanctus, & quasi alter Elias Deiffiritu feruens, per omnia certè probatus, Zelo actiorũ vitæ, è præfato Cœnobio ad eum locum reformandum, de consensu tamen Abbatis, & Conuentus, gaudens se contulit: quod & publico super hoc instrumento rogato, manu Ioannini de Piscarijs, Notarij, & Ciuis Papiensis apparet. Eius exemplar vsq; ad nostra tempora penes quendam Ciuem Papiensem de Vechijs repositum esse dignoscitur. Hunc itaq; virum paulo ante præcesserat Ven. Sacerdos, & Canonicum eiusdem Cœnobij S. Petri Dominus Thadeus, diuino qui nutu sine afflatu, & præfati sacerdotis Bartholomæi suasu, anno Domini 1402. præfatã Frigdionariã Canonicam Vicarius, & subinde Prior nõ multo post, dicti Domini Bartholomæi, & præsidentu coadiutor incredibili prouidentia gubernauit.* Hæc ille in nouissima librorum suorum recognitione, in qua multos errores qui in prioribus editionibus irrepserant, ingenuè retractauit, de veritate doctus, vt ipsemet in eiusdem retractationis præfatione, siue in epistola nuncupatoria, & liminari ad Reuerendiss. Antoniotum S. Praxedis presbyterum Cardinalem adnotauit. Porrò præfati Canonici Frigdionariam transmissi, quòd monasterium ferè destitutum esset, Canonicis ad paucos redactis, illisq; propter imminentia pericula intra Ciuitatem apud sancti Dalmatij Ecclesiam vt plurimum degentibus, & quia monasterium sub Episcopi Lucensis potestate iam ab aliquot annis erat constitutũ, siue cuius licentia nec ad monasterium accedere valebant, nec illud reformare, non statim ad illud accesserunt, sed ad vicinum Carthusianorum Cœnobium, cui tunc R. P. D. Nicolaus de Albergatis, qui postea fuit Episcopus Bononiensis, & S. R. E. Cardinalis præsidebat, immediate diuerterũt. Qui nõ solùm illos benignissimè suscepit, & per aliquot dies necessaria ministrauit; sed ad obtinendum ab eodem Episcopo monasterium cũ omnibus ad illud spectantibus, & cum libera facultate illud reformandi efficaciter operam suam impendit: & tandem monasterio obtento, ipsemet R. P. D. Nicolaus eos personaliter ad prædictum monasterium voluit comitari, & in possessionẽ, vt aiunt, immittere, suscipientibus illos cum summo gaudio pauperculis monasterij Canonicis, & de illorum proposito collætantibus. & ita Deo fauente, sanctissimaq; Dei Genitrice loci tutelari suis precibus iuuante, posita fuerunt prima fundamenta istius sanctissimæ reformati-

onis Canonicorum Regularium in Italia, sub Pontificatu Sanctissimi Pontificis Bonifacij IX. anno illius 12. & humanæ salutis MCDI. quibus positis, sequenti

ANno MCDII. idem Ven. Pater D. Bartholomæus cum socio, nomine Benedicto Ariminensi, qui fuerat Gregorij Papæ XII. tunc Cardinalis familiaris, Papia recedens, ad idem monasterium contendit, & die 6. Maij currente, festo S. Ioannis ante portam Latinam, Lucâ peruenit: die verò 27. eiusdem mensis, in festo S. Ioannis Papæ, & martyris, habitum Canonicorum Regularium in monasterio S. Mariæ de Frigdionaria suscepit: qui die 6. Iunij electus est ab ipsis Canonicis in Priorem, in festo S. Philippi, qui fuit vnus de septem primis Diaconibus, & die 8. eiusdem mensis, in festo S. Medardi Episcopi, confirmatus ab Episcopo Lucensi, secundum antiquam consuetudinem Priorũ ipsius monasterij, & eodem die in possessionem positus, præsentibus prædicto Ven. P. D. Nicolao Priore Carthusiæ, & D. Michaële Rectore Hospitalis misericordiæ, & Ser. Guidone de Petra sancta, testibus vocatis & rogatis. die verò 11. in festo S. Barnabæ prædictus D. Benedictus Ariminensis habitum Canonicorum Regularium de manibus ipsius Ven. P. D. Bartholomæi Prioris accepit. Ipsũ aũt Ven. P. D. Bartholomæũ secuti sunt statim ex ciuitate Papiæ tres alij, tum generis nobilitate, tum virtute illustres, & religiosi viri, D. Petrus de Rido sacerdos, & legum Doctor in Gymnasio Papiensi, & D. Galdinus Placentinus ex Comitibus Bardi nunc Principibus Landis vocatis, qui erat aulicus, & familiaris Ducis Mediolani, tunc Papiæ commorantis, & D. Nicolaus de Curte nobilis Papiensis, & ipse familiaris eiusdem Ducis Mediolani. Qui Frigdionariam venientes, & Canonicorum habitu suscepto, in magna continentia, paupertate, & vitæ austeritate viuentes, magna lumina nostræ Congregationis euaserunt. Hæc omnia ex antiquis instrumẽtis, & præsertim ex charta vetusta in pergameno ex monasterio S. Frigdiani accepta, quam pro teste habeo. Canonici verò dicti monasterij, qui reformationem exceperunt, fuerunt numero quinque, videlicet Frater Ioannes de Pergamo, qui de anno 1405. fuit Prior, Fr. Hieronymus Teuthonicus, Fr. Augustinus de Pisis, Fr. Michaël de Salis, & Fr. Franciscus seu Francischinus de Placentia. Et hi quidem reformationis Frigdionariæ primi autores fuerunt, septem Regulares antea Canonici, tres sacerdotes seculares, videlicet D. Bartholomæus Columnensis, D. Benedictus Ariminensis, & D. Petrus de Rido Patauinus. Duo nobiles laici D. Galdinus Comes Bardi, & D. Nicolaus de Curte Patricius Ticinensis, ambo aulici & familiares Ducis Mediolanensium, quorum nomina ex varijs instrumentis dicti monasterij, & chartis membranaceis in diuersis locis repertis, non paruo labore collegi: quandoquidem omnia simul notata in antiquis scripturis nullibi reperire licuit, quippe qui non omnes in eodem loco manserunt, sed ad alia monasteria reformanda accersiti, variis in locis vltimum diem obierunt, vt in progressu patebit. vnde obiter causam colliges, cur scripserit Cæsar Franciottus in Historia de sacris Imaginibus Lucensibus, locum sepulturæ prædictorum Canonicorum ignotum esse, quòd putet, illos omnes in monasterio Frigdionario defunctos, quod verũ non est, nã in varijs locis, prout Deo placuit, naturæ debitum soluerunt.

SVpradictis verò post aliquot dies sese adiunxit Fr. Iacobus de Aduocatis Bergomensis, Albericus in seculo vocatus, de quo suprà dictum fuit. hic enim cum Ven. Patris D. Bartholomæi suasionibus, & prædicatione accensus seculum relinquens, habitum Fratrum Prædicatorum Venetijs in monasterio sanctorum Ioannis, & Pauli suscepisset, quod illud monasterium, contra quàm crediderat, aliquantisper relaxatum deprehendisset, vel quòd nonnullos dicti monasterij carpere voluisset, apud illos grauiter offendit: quare vt suæ quieti consuleret, obtenta à Reuerendiss. Magistro Thoma Firmano Generali Ordinis Magistro licentia, publico Notario rogata, necnon etiam à Pontifice dispensatione ab irregularitate bigamiæ vsque ad Diaconatum, Frigdionariam accedens, habitum Canonicorum de manu Ven. Patris D. Bartholomæi tunc Prioris accepit, in festo S. Barnabæ, quod vel anno 1403. vel sequenti accidisse arbitror. Ipse D. Bartholomæus expleto munere sui regiminis, vel paulo post, fratribus in timore Domini, & in vigore, ac rigore canonicæ disciplinæ confirmatis, assumpto sibi in socium Fr. Iacobo, ad opus Euangelicæ prædicationis est reuersus, vt sequenti capite fusius dicetur.

CAPVT NONVM.

De duodecim Stellarum prodigio prædictam reformationem præsignante, ac etiã de forma habitus, regiminis, & de statutis in eadem reformatione præscriptis.

QVo primũ tempore duodecim prædicti Canonici ad paupertatem vitã Apostolicã, & disciplinam priscorum Canonicorum Apostolicorum renouandam, in Cœnobio pauperrimo S. Mariæ Frigdionario, diuino afflante spiritu, fortiter collegerũt, vigilias per noctes singulas ab indigẽ, &

alijs illac transeuntibus stellas duodecim lucidissimas supra monasterium, in modum coronæ locum ambientes, vetus & constans incolarum Frigdionariæ adiacentium est traditio, quam testatur R. P. Cæsar Frãciottus in libro allegato de sacris Imaginibus Lucensib⁹, in descriptione monasterij Frigdionarij, extatq; in Ecclesiæ caleidica, siue tribuna tantæ rei memoria, duodecim nimirum imagines Canonicorum in pariete depictæ, duodecim stellas supra capita gestantes, quas initio temporũ exesas intueri nunc etiam licet.

Qualis autem fuerit ab initio illorum vitæ pauperties, cùm spiritus, tum etiam temporalium omnium bonorum, ex hoc capite coniectari potest, quòd deficientibus illis vitæ necessarijs, de loco deferendo, vt irent vnusquisq; ad vitæ subsidia comparanda, coacti tandem sunt ad inuicem habere tractationem. quod audientes quidam serui Dei, ex ordine Iesuatorum nuncupato, apud Lucam in quodam monasterio cõmorantes, illorum recessum ægro animo ferentes, igne S. Spiritus, & fraternæ charitatis valdè succensi Frigdionariam accedentes, canonicosque conuenientes, bono animo esse iubent. Nos, inquiunt, pro vobis parati sumus quotidie per Ciuitatem eleemosynas quærere, & de nostro labore vobis succurrere, donec Ciuibus innotescatis: tantum in Domino confidentes, qui nunquam defuit sperantibus in se, locum ne deseratis. Eo dicto plurimum confortati, in loco manserũt, ipsis Iesuatis quotidie per Ciuitates, & Villas panem, & alia necessaria pro eis quærentibus, & optimam illorum conuersationem propalantibus. Et ita breui tempore factum est, vt non solùm vitæ necessaria illis abundanter submin[illegible]strarentur; verùm etiam ex piorum eleemosynis monasterium totum renouaretur, & illius redditus, qui vix tribus, aut quatuor alendis satis esse poterant, taliter aucti, vt triginta Canonicos alere sufficientes essent, industria præsertim, & labore Fratris Petri de Cumis, monasterij Conuersi, qui fuit vir sanctus, & per annos circiter quinquaginta ipsius monasterij procurationem egit, & illud bonis redditibus locupletauit.

II. IN prædicta reformatione licet noua quædam statuta pro canonicæ disciplinæ vigore, ac rigore condita fuerint, nihil tamen de essentialibus antiqui Ordinis canonici, & Apostolici fuit immutatum. nam forma professionis antiquorum canonicorum ad vnguem retenta: modus quoque regiminis priorum, & posteriorum in monasterio Frigdionario degentium, vnus & idem fuit, vt nimirũ Priores non perpetui, sed annuales à Capitulo crearentur, qui anno regiminis expleto, nisi denuo confirmati per Capitulum, in ordinem redigerentur. Habitus etiam reformatorum, & veterum canonicorum vnus, & idem, nisi quòd posteriorum aliquantò simplicior & humilior: habitus enim reformatorum vestis linea, rocchettum nuncupata, quam super tunica lanea alba, & sub cappa nigra cum cappucio deferunt, quem veterum canonicorum habitum verum, & proprium fuisse lib. 1. & 2. satis ac super probauimus. Quare contemnenda & ridenda, quæ vel de cappis Fratrum Prædicatorum, vel de habitu monachorum, vel de gestaminibus Mendicantium, & Eremitarum à canonicis Frigdionarijs in eorum reformatione assumptis, scioli quidam, si non verius ignari comminiscuntur, inter quos Continuator Historiæ Vincentij Beluacensis cap. 71. Fr. Paulus Bergomensis, & Ambrosius Coriolanus Eremitæ in Apologijs contra canonicos Frigdionarios, Antonius Massa Gallesius in Allegationibus pro monachis Cassinensibus in causa præcedentiæ contra eosdem canonicos Frigdionarios, & nouissimè Iosephus Mozzagrugnus lib. 8. fol. 4. 9. & alibi. qui verum habitum canonicorum regularium prorsus ignorantes vel ignorare simulantes hæc effundunt, ad pauca, vt Philosophus ait, aspicientes.

Constitutiones in prædicta reformatione promulgatæ eædem prorsus, quæ in nostra Congregatione vsq; in hodiernum diem custoditæ, paucis pro temporum, & rerum oportunitate, vel exigentia mutatis, vel additis: quæ tandem anno 1618. propter quædam noua sacri Tridentini Concilij, & Summorum Pontificum decreta in Generalibus Comitijs fuerunt reformatæ. Harum Constitutionum meminit Martinus V. in priuilegio ipsis canonicis Frigdionarijs concesso, anno Domini 1421. cum illos ab obligatione Constitutionum Benedicti XII. soluit. *Quo[illegible] mores*, inquit, *obseruantias, & consuetudines abundantiores habent illis, & in rigiditatibus, ac disciplina Ordinis strictiores, & obseruantiæ regulari aptiores, ad conseruandum religionis debitæ statum.*

III. REbus verò sic constitutis, fratribusq; in via Domini confirmatis, præfatus Venerab. Pater D. Bartolomæus expleto munere sui regiminis, & in eius locum electo D. Benedicto Ariminensi, constitutoq; illius Vicario D. Thadæo de Bagnasco Papiensi, post aliquot dies assumpto sibi in socium Fr. Iacobo Bergomensi, qui fuerat Conuersus in Ordine Prædicatorum, quique Diaconus ex dispensatione Pontificis ordinatus, magnus prædicator euasit, ad pristinum exercitium prædicationis, & lucri animarum est reuersus, per Vrbes, & Oppida, & Villas sine intermissione discurrendo, cum eodem socio Fr. Iacobo ipso scilicet prædicationi instante, & Ven. P. Bartholomæo, quòd senio iam appropinquans non adeo viribus polleret, confessiones audiẽte, præsertim in prouincijs Marchiæ Tarusinæ, & Lõbardiæ, quibus in locis fructum incomparabilẽ tulerunt, & multos clericos & laicos è seculi naufragio erutos, ad sanctæ Religionis portum

transmiserunt, alijs Ordinem S. Georgij in Alega, alijs monasterium S. Iustinæ Patauinum ingredientibus, alijs ad Frigdionarium, alijs aliò transmissis. Et ita canonici Frigdionarij numero aucti, eodem Ven. P. Bartholomæo adhuc superstite, per varias Ciuitates, & Prouincias paulatim dilatari cœperunt, iuxta quod prædictus vir sanctus prophetico prædixerat, qui Fr. Iacobo ante nonnullos annos ad cœleste præmium, vt piè creditur, à Deo vocato, dum ex Prouincia Venetiarum causa prædicandi Euangelium ad partes Montis ferrati cum alio socio, qui eum ducebat (erat enim cœcus effectus) pedes proficiscitur, prope Mantuam in monasterio S. Benedicti eiusdem Ordinis, & Congregationis Cassinensis, febribus correptus octogenario maior in Domino quieuit, anno 1430. cuius cadauer à sanctis illis Monachis in nouo sepulchro reconditum, tanquam vnius beati vsque in hodiernum diem in veneratione habetur: quanquam illi existiment Canonicum secularem, non regularem fuisse, de qua re sermo prolixior inferius redibit.

IV. QVæ verò de prædicti Iacobi ab Ordine Fratrum Prædicatorum apostasia, vel de habitu Canonicorum Regularium sumpto in Monasterio S. Augustini de Nicosia Pisano, temporibus Concilij Pisani, & Gregorij XII. ab eius loci Priore accepto, vel de vita Eremitica ab illo prius acta in monasterio Frigdionario, Impostores quidam & Calumniatores nugantur, frigida & falsa sunt adeò, vt quemadmodum gratis, & sine vllo fundamento, vel in specie probabili proferuntur: ita gratis reijci possint ac debeant, aduersante in primis illorum assertionibus ipsa ratione temporum, qua constat Gregorium XII. non ante annum 1406. ad Pontificatum euectum, Concilium verò Pisanum anno 1409. congregatum, ante quæ tempora iam monasterium Frigdionarium fuerat reformatum, & ipse Frater Iacobus in eodem assumpto habitu Canonicorum ex licentia sui Generalis, & dispensatione Bonifacij IX. Diaconus ordinatus, de quibus constat, cum Venerab. Patre Domino Bartholomæo per Ciuitates, & Oppida Verbum Dei concionando, discurrebat.

CAPVT DECIMVM.

De primo monasterio sanctæ Mariæ Casoreti prope Mediolanum per Canonicos Frigdionarios post reformationem fundato.

ANno MCDIV. Bonifacius IX legitimus, & verus Pontifex, naturæ debitum soluit die prima Octob. in cuius locum Cardinales in Italia degentes Cosmatũ de Meliorattis presbyterum Cardinalem S. Crucis in Ierusalem concordes elegerunt. hoc eodem anno fuit vir quidam nobilis, & valdè pius, Petrus de Tantijs nuncupatus, & Ciuis Mediolanensis, ac etiam Ianuensis, qui habebat Villam propè Mediolanum, foris portam Orientalem, in loco, qui dicitur Casoretum, ibique erat parua Ecclesia, sed deuota sub titulo S. Mariæ de Misericordia, quæ etiam S. Mariæ Blancæ vocabatur, quam de proprijs bonis dotare, ac in illa viros aliquos religiosos, Deum timentes, instituere cupiebat, quam ob causam audita fama conuersationis Canonicorum Frigdionariorum, quæ iam ex latebris erumpere incipiebat, quatuor ex ipsis ad dictum Ecclesiam accedere rogauit, nec mora obtenuit, quos impetrata illis Ecclesia sine vllis reditibus à Mediolanensi Archiepiscopo, in dominum Ecclesiæ propinquam habebat, pro interim incauit in qua nonnullis cellulis, prout loci opportunitas patiebatur, constitutis, aliquot annis moram traxerunt.

MCDV. idem Dominus Petrus Tantius prædictam Ecclesiam omnium suorum bonorum hæredem instituit, & facultatem in ea Collegium seu monasterium Canonicorum Regularium erigendi, secundum reformationem in monasterio Frigdionario recens factam, ante obitum à Sede Apostolica impetrauit, & eodem anno corpore solutus ad cœlestem patriam, vt piè creditur, migrauit. Anno verò sequenti MCDVI. Prior, & Capitulum S. Mariæ de Frigdionaria vigore testamenti prædicti Petri de Tantijs, & literarum Apostolicarum elegerunt, & constituerunt primum Priorem monasterij S. Mariæ de Casoreto P. D. Petrum Ridum de Padua, Canonicum dicti monasterij de Frigdionaria, qui antea fuerat Lector in Gymnasio Ticinensi, vt supradictum fuit: quem statim per Dominum Thadæum de Bagnasco Papiensem in corporalem possessionem deduxerunt, & immiserunt eodem anno 1406. Constant omnia prædicta publico instrumento eodem anno die 28. Augusti Frigdionariæ rogato, cuius exemplum authenticum ab Originali extractum, & cum eodem collationatum Mediolani coram Domino Vicario Generali Illustrissimi Archiepiscopi, cum subscriptione ipsius Domini Vicarij, & Notarium, Romæ in Archiuo S. Mariæ Pacis adseruatur, quod tale est, videlicet:

In nomine Domini Amen. Cum hoc sit ex vigore testamenti, & vltimæ voluntatis quondam Domini Petri de Tantijs Ciuis Mediolanensis, & Ianuensis, filij quondam Domini Nicolai, per sanctissimam sedem Apo-

postolicam fuerit collatum, & confirmatum in temporalibus & spiritualibus monasterium S. Mariæ Blanchæ, dictum della Misericordia, situm in Archiepiscopatu Mediolanensi prope, & infra corpora Sanctorum Ciuitatis Mediolani, non multum longe à dicta Ciuitate, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, monasterij, Priori, & Canonicis Regularibus sanctæ Mariæ de Frigdionaria, Lucanæ Diœcesis, dictorum Canonicorum Regularium sancti Augustini pleno iure, prout de prædicto, & alijs dixerunt constare, publico, & authentico bullæ, & priuilegijs apostolicæ Sedis, & de dicto testamento dixerunt constare, infrascripti Domnus Prior, & Fratres publica manu Ser Baptistæ de Gheggijs de Papia, & Ser Baldassaris de Paurio Ciuis Lanuensis, rogatorum anno Natiuitatis Domini MCCCCV. Indictione duodecima, secundum cursum ciuitatis Lanuensis, die prima mensis Augusti, & sic per prædicta patere dignoscitur: Et electio, & institutio Prioris dicti monasterij S. Mariæ Blanchæ pertinet, & spectat ad Priorē dicti monasterij S. Mariæ de Frigdionaria, in quem collatum est. Idcirco Venerab. vir Frater Ioannes de Pergamo humilis, & honorabilis Prior dicti monasterij sanctæ Mariæ de Frigdionaria, cum consensu, præsentia consilio, & voluntate infrascriptorum eius Confratrum, quorum nomina sunt hæc: videlicet, Dominus Benedictus de Rimino Vicarius in spiritualibus, & temporalibus dicti Domini Prioris, Dominus Nicolaus de Curte de Papia, Dominus Michael de Saluo, Dominus Franciscinus de Placentia, Dominus Augustinus de Pisis, Dominus Leonardus de Carrate, Dominus Antonius de Mediolano, Dominus Ioannes de Nouaria, Dominus Galdinus de Mediolano, Dominus Bernardus de Bonuisi, & eorumlibet eorum, & ipsi Confratres, & Canonici cum consensu & autoritate dicti Domini Prioris, coadunati in Capitulo dicti monasterij S. Mariæ de Frigdionaria, ad sonum campanellæ, more solito, de mandato dicti Domini Prioris, qui omnes ad præsens residentiam faciunt in dicto monasterio, & sunt vltra, quamtres partes de quatuor partibus dicti Capituli, & Conuentus, habita quidem inter eos prius diligenti & matura deliberatione, & consilio, semel, & iterum Christi, Beatæq; Virginis gloriosæ Mariæ nominibus, & suffragijs inuocatis, dictus Domnus Prior, & dicti Confratres simul, vt supra, coadunati vnanimiter, & nemine discrepante elegerunt, creauerunt, fecerunt, constituerunt, & ordinauerunt vigore huius publici instrumenti discretum, & religiosum virum Dominum Petrum de Padua in sacerdotio constitutum, & Canonicum Regularem professum sanctæ Mariæ de Frigdionaria, in Priorem Ecclesiæ S. Mariæ Blanchæ prædictæ, dictæ della Misericordia. Dantes, & concedentes eidem Domno Petro Priori plenam, liberam, & generalem administrationem in spiritualibus, et temporalibus, ad omnia, et singula infrascripta, videlicet ad locandum, dislocandum, affictus, et redditus percipiendos, terrarum, et possessionum, domorum, proprietatum, bestiarum, armentorum, et aliarum mobilium, et immobilium rerum dicti monasterij S. Mariæ Blanchæ, tam eorum, quæ nunc possidet dictum monasterium, quàm eorum, quæ per tempora tenebit, seu possidebit. Item ad consitendum affictus, redditus, & obuentiones dictarum rerum, à quibuscunq; colonis, & pensionarijs dicti monasterij, & faciendum inde, & exeu chartas, & instrumenta, & quaslibet alias scripturas, & cautelas, quæ in prædictis, & circa prædicta fieri solent, secundum morem, & consuetudinem ciuitatis Mediolani, dummodo dicta locationes non sapiant vim alienationis. Item ad causandum, agendum, petendum, & excipiendum, replicandum, & defendendum, & procuratores vnum, & plures instituendum, & substituendum, & eiusdem institutu, aut substituto licentiam substituendi concedendum, et eos, et quemlibet eorum ab onere satisdandi releuandum, et positionibus respondendum, et testes, et instrumenta producendum, et omnia, et singula faciendum, quæ merita causarum postulant, et requirunt, etiamsi mandatum requirerent speciale, et ad concedendum dictis procuratoribus plenam, et generalem cum libera administratione facultatem, Item ad recipiendum quæcunq; deposita pecuniarum et aliarum quantitatem, et rerum, quæ fuerint penes dictum monasterium. Item ad petendum, et exigendum omnes, & singulas quantitates, & res, quæ debentur, seu quoquo modo deberentur in futurum, tam ex vltimis voluntatibus, quam, ex quibuscunque contractibus dicto monasterio sanctæ Mariæ Blanchæ. Item ad suscipiendum Canonicos, & alios, qui vellent, & possent licitè, & honestè se, & sua bona dicto monasterio dedicare, & faciendum generaliter, & gerendum omnia, & singula quæ Priores monasteriorum facere, gerere, et administrare possent. Dantes, et concedentes in prædictis, et circa prædicta plenam, liberam, et generalem administrationem omnium bonorum dicti monasterij sanctæ Mariæ Blanchæ. Volentes tamen, et declarantes, quòd prædicta, seu aliquod prædictorum non se extendat ad aliquam alienationem, seu pignorationem bonorum mobilium, seu immobilium dictæ Ecclesiæ S. Mariæ Blanchæ. Insuper volentes, et declarantes, dictum officium Prioratus, et dictam autoritatem durare annuatim, prout dixerunt dictus Domnus Ioannes Prior S. Mariæ de Frigdionaria prædicta, et dicti Fratres declarauerunt. quod dictus Domnus Prior S. Mariæ Blanchæ quolibet anno de mense Augusti, in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis teneatur se præsentare ad dictum monasterium S. Mariæ de Frigdionaria, et ibidem super altari dictæ Ecclesiæ in signum veræ obedientiæ præsentare duas candelas de cera ponderis duarum librarum in totum, et alia facere, quæ eidem imponentur per dictum Domnum Priorem S. Mariæ de Frigdionaria, de consensu, et voluntate dictorum Confratrum. Item teneatur sub vinculo iuramenti, et in virtute veræ obedientiæ obseruare, et obseruari facere Regulam Canonicorum Regularium S. Augustini, prout moris est, et solitum fuit per dictos Fratres hactenus obseruari, ac etiam intra duos menses initiandos à die, qua intrauerit dictum monasterium S. Mariæ Blanchæ incipere, et initiare inuentarium omnium rerum mobilium, immobilium, et se mouentium dicti monasterij, et Ecclesiæ prædictæ, et finire, et fine debito termi-

nare, & dicto Domino Priori, & Fratribus de Frigdionaria fidem per publicum instrumentum facere de omnibus, & singulis, quæ in dicto Inuentario describentur infra sex menses, postquam dictum intrauerit monasterium. Et prædicta, & qualibet prædictorum fecerunt, & ordinauerunt dicto modo, & cum dictis conditionibus, & modis, & omni meliori via, iure, & forma, quibus magis, & melius de iure fieri potest, & debet. Et præcepit, & mandauit dictus Dominus Prior in virtute veræ obedientiæ dicto Domino Petro nouiter electo, quatenus dictam electionem cum dictis modo, & conditionibus debeat acceptare, & fines dicti mandati, & commissionis diligenter inspicere, & seruare, ac etiam commiserunt, & mandauerunt, imposuerunt, & mandauerunt Domno Thadæo de Bagnasco Canonico dictæ Ecclesiæ, & monasterij S. Mariæ de Frigdionaria, quem ad hunc actum specialiter, & nominatim elegerunt, quatenus vadat, & in corporalem possessionem ponat, & immittat dictum Dominum Petrum nouiter electum, in dictum monasterium S. Mariæ Blanchæ, cum dictis modo & conditionibus, & eidem claues ostiorum Sacristiæ, & aliorum locorum dicti monasterij consignare, & alia faciat, & dicat, quæ in prædictis, & circa prædicta requiruntur, tam de iure, quàm ex consuetudine dicti monasterij, & Regionis, vbi situm est. Actum in Capitulo S. Mariæ de Frigdionaria, Lucani comitatus, coram Berto quondam Lusi Bertini Lucano Ciue, fratre S. Petri, Canonico monasterij S. Ioannis in monte de Bononia, & Nicolao Raynerij famigla de Pisis, testibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Anno Natiuitatis Domini 1406. indictione 14. die 27. mensis Augusti. Ego Laurentius filius Ioannis Vannucchorum, Lucensis Ciuis, publicus Imperiali autoritate Notarius, ludexq; ordinarius prædictis omnibus, & singulis interfui, eaq; rogatus rogaus, subscripsi, & publicaui, & ad præmissorum fidem signum meum apposui consuetum.

Post prædicta incontinenti dictus Dominus Petrus audita, & intellecta dicta electione, & mandato, & omnibus in ea contentis, flexis genibus humiliter, & deuotè, & cum omni deuotione, qua debuit, ipsam electionem de manu dicti D. Priori acceptauit, in præsentia dictorum Fratrum, & Canonicorum, in cuius signum, & deuotionem dictus D. Prior annulo aurato dictum Dñum Petrum muniuit, & insigniuit, ac etiam osculo pacis, & salutationis actu coronauit, & alia fecit, quæ circa prædicta requiruntur. Actum in Capitulo S. Mariæ Frigdionariæ prædictæ coram dictis testibus. Anno, Indictione, die, et mense superius prænarratis. Ego Laurentius filius Ioannis Vannucchorum Lucensis Ciuis, publicus Imperiali autoritate Notarius, ludexq; ordinarius prædictis omnibus, et singulis interfui, eaq; rogatus rogaui, subscripsi, et publicaui, et ad præmissorum fidem signum meum apposui consuetum.

In nomine Domini Amen, Anno Natiuitatis eiusdem 1559. Indictione 2. die Iouis 17. mensis Augusti coram Reuerendiss. Domino Ioanne Francisco Sormano, Iuris vtriusque Doctore Archipresbytero Ecclesiæ sancti Laurentij de Maudello Cumaн. diœcesis. Mediolani commorante, Curiæ Archiepiscopalis Vicario generali, pro tribunali sedente super quadam cathedra posita in Archiepiscopali Cancellaria Mediolani, quam Cathedram, et quem locum prædictus Reuerendiss. Dominus Vicarius elegit et eligit pro eius loco, banco, et tribunali idoneis pro infrascriptis omnibus, et singulis specialiter peragendis, suprascriptum exemplum, siue transumptum per me Christophorum Venegonum Notarium infrascriptum, et per infrascriptos prouidos viros Dominos Bartholomæum Parpalionum, Ioannem de Mazzijs, et Ioannem Aluysium Ghisulphum Notarios publicos infrascriptos ad id per prædictum Reuerendiss. Dominum Vicarium electos, sic instante, et requirente Ven. D. Don Ioanne Francisco de Placentia, professo Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Lateranensis, syndico, et procuratore, et syndicario, et procuratorio nomine Reuerend. et Venerabilium Dominorum Prioris, Canonicorum, et conuentus monasterij S. Mariæ Blanchæ de Casoreto Mediolanensis Diœcesis prædicti Ordinis, per instrumentum illius syndicatus, seu mandati, et procuræ, rogatum per me Notarium infrascriptum anno, et mense præscriptis, seu anno, et die in eo contentis, vna cum originalibus, et authenticis instrumentis, non vitiatis, non cancellatis, non abolitis, neque in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio, et suspitione carentibus, tenoris prædicti, fideliter, et diligenter collationatum examinatum, et auscultatum fuit: et quia huiusmodi sumptum, siue transumptum cum dictis originalibus, et authenticis instrumentis de verbo ad verbum concordare inuentum fuit, et in nullo discrepare: Ideo prædictus Reuerendus D. Vicarius pro tribunali sedens visis huiusmodi exemplo, siue transumpto, suam, et Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatem partier, et decretum interposuit solemniter, et interponit, et dixit cum plena, et plenissima causæ cognitione, et prius cognita cognoscendi, ac decreuit, et decernit, huiusmodi exemplo siue transumpto plenariam fidem in Iudicio, & extra, vbilibet, & in quocunq; loco adhibendum esse, & adhiberi debere, quemadmodum dictis originalibus, & authenticis instrumentis adhiberetur, si exhiberentur. Et de prædictis rogatum fuit, per me Christophorum Venegonum iam dictum Notarium infrascriptum publicum debere confici, quod ad cautelam cum sigilli mei appensione, seu impressione communiri. Actum vt supra, præsentibus ibidem Magnifico Iureconsulto Domino Ioanne Baptista Paratonico filio Magnifici Physici D. Petri Pauli Portæ Orien. parochiæ S. Babilæ, vrbis Mediolanum, Domino presbytero Baldissare Vrbano filio quondam D. Nicolai Portæ Ticinen. parochiæ S. Laurentij maioris intus Mediolan. et D. Ioanne Ambrosio de Cisnusfallo filio quondam D. Ioannis Baptistæ Portæ Orient. parochiæ S. Tecle Mediolani, testibus omnibus idoneis, ad præmissa vocatis specialiter, et rogatis.

Et Christophorus Venegonus filius quondam Domini Ioannis Portæ Orientalis parochiæ S. Stephani in Bregundia Mediolani publicus Apostolica, Imperiali, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia prædictum exemplum, seu transumptum à prædictis originalibus, et authenticis instru-

strumentis coram prædicto Reuerendiss. Domino Vicario suprascripto, seu transumptum, ac per me Venegonum infrascriptum, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum, verbo ad verbum concordare inuentum fuit: idcirco hic me subscripsi, signumq; meum consueti, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus, & requisitus.

Ego Bartholomæus Parpalionus filius quondam Domini Antonij Portæ Romanæ, parochiæ sanctæ Eufemiæ Mediolanum, Clericus Mediolanensis publicus Apostolica, Imperiali, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia suprascriptum exemplum, seu transumptum à prædictis originalibus, & authenticis instrumentis coram prædicto Reuerendiss. Domino Vicario suprascripto sumptum, seu transumptum per suprascriptum Dominum Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, & me, necnon me, & suprascriptos prouidos Dominos Ioannem de Mazzijs, & Ioannem Aluysium Ghisulphum Notarios publicos infrascriptos, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum, & de verbum, inuentum fuit concordare: idcirco hic me subscripsi, signumq; meum Tabellionatus apposui consueti, in fidem, & testimonium præmissorum.

Ego Ioannes de Mazzijs filius quondam Spectabilis Domini Ioannis Antonij Portæ Romanæ, parochiæ sancti Michaelis subtus Domum Mediolani, publicus Apostolica, Imperiali, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia prædictum exemplum, seu transumptum à suprascriptis originalibus, & authenticis instrumentis coram Domino Vicario prædicto sumptum, seu transumptum per suprascriptum Dominum Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, necnon me, & suprascriptum D. Bartholomæum Parpalionum Notarium, vt supra, ac infrascriptum D. Ioan. Aluysium Ghisulphum Notarium infrascriptum cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum, verbo ad verbum concordare inuentum fuit: idcirco hic me subscripsi, signumq; meum Tabellionatus apposui consueti, in fidem, & testimonium præmissorum.

Ego Ioannes Aluysius Ghysulphus filius quondam Domini Francisci Portæ Romanæ, parochiæ sanctæ Eufemiæ Mediolanum, Clericus Mediolanensis publicus Apostolica, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia prædictum exemplum, seu transumptum à prædictis originalibus, & authenticis instrumentis coram prædicto Reuerendiss. Domino Vicario suprascripto sumptum, seu transumptum per suprascriptum Dominum Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, necnon me, & suprascriptos D. Bartholomæum Parpalionum, & Ioannem de Mazzijs Notarios, vt supra, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum, verbo ad verbum concordare inuentum fuit:

strumento coram prædicto Reuerendiss. Domino Vicario sumptum, seu transumptum, ac per me vnà cum infrascripto Dominis Bartholomeo Parpaliono, Ioanne de Mazijs, & Ioanne Aluysio Ghisulpho Notarijs publicis infrascripto, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum, de verbo ad verbum concordare inuentum fuit: ideo de eis omnibus & singulis hoc præsens publicum instrumentum confeci, & me subscripsi, signumq; meum apposui consuetum, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus, & requisitus.

Ego Bartholomæus Parpalionus filius quondam Zanoti publicus Apostolica, Imperialiq; ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, præfatæq; Curiæ Cancellarius, quia prædictum exemplū, seu transumptum à prædictis originalibus, & authenticis instrumentis coram prædicto Reuerendissimo Domino Vicario sumptum, seu transumptum per prædictum prouidum Dominum Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, & me, necnon & infrascriptos prouidos Dominos Ioannem de Mazijs, & Ioannem Aluysium Ghisulphum Notarios publicos infrascriptos, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum de verbo ad verbum, inuentum fuit concordare: ideo hic me subscripsi, signumq; meum Tabellionatus apposui consuetum, in fidem, & testimonium præmissorum.

Ego Ioannes de Mazijs filius quondam spectabilis Domini Ioannis Antonij Portæ Romanæ, parochiæ sancti Michaelis subtus Domum Mediolani, publicus Mediolanensis Imperiali, Apostolicaq;, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia prædictum exemplum, seu transumptum à suprascripto originalibus, & authenticis instrumentis coram Rēd. Domino Vicario prædicto sumptum, seu transumptum per suprædictum D. Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, necnon me, & prædictum D. Bartholomæum Parpalionum Notarium, vt supra, ac infrascriptum D. Ioan. Aluysium Ghisulphum Notarium infrascriptum cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum de verbo ad verbum concordare inuentum fuit: Ideobic me subscripsi, signumq; meum Tabellionatus apposui consuetum, in fidem, & testimonium præmissorum.

Ego Ioannes Aluysius Ghysulphus filius Domini Francisci Portæ Romanæ, parochiæ sanctæ Euphemiæ intus Mediolanum, Clericus Mediolanensis publicus Apostolica, ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis autoritatibus Notarius, quia suprascriptum exemplum, seu transumptum à prædictis originalibus, & authenticis instrumentis coram prædicto Reuerendo Domino Vicario sumptum, seu transumptum per suprascriptū Dominum Christophorum Venegonum Notarium, vt supra, ac per eum, necnon me, & suprædictos Dominos Bartholomæum Parpalionum, & Ioannem de Mazijs Notarios, vt supra, cum eisdem originalibus, & authenticis instrumentis collationatum, & examinatum de verbo ad verbum concordare inuentum fuit: ideo hic me subscripsi, signumq; meum Tabellionatus apposui consuetum, in fidem & testimonium præmissorum.

Ioannes Franciscus Sormanus I. V. Doctor Archipresbyteralis Ecclesiæ sancti Laurentij de Mandello, Cumanæ Diœcesis, Mediolani commorans, Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis Vicarius generalis, notum facimus, & attestamur vniuersis, & singulis præsentes inspecturis, sicuti prædictus Dominus Christophorus Venegonus de prædicto instrumēto rogatus, vt supra, ac prædictiD. Bartholomæus Parpalionus, Ioannes de Mazijs et Ioānes Aluysius Ghisulphus, qui sese subscripserūt, prout supra, tempore rogitus confectionis, & subscriptionis ipsius instrumenti, ac ante, & post fuerunt, fleterunt, & de præsenti sunt publici, legales, & authentici Notarij, prout supra, se subscripserunt, instrumentiq;, & aliis scripturis publicis per eos rebellue confectis, & subscriptis adhibita fuit, & de præsenti adhibetur plenaria, et indubitata fides in iudicio, et extra, in quorū fidem præsentes fieri iussimus, et sigilli nostri parui munimine roborari. Datum Mediolani die Veneris 18. mensis Augusti 1559. indictione 2.

II.

HOc monasterium, quod fuit in ordine secundum inter Collegia nostræ Congregationis, in magna paupertate, ac districtione fundatum, mediante bona fama inculpatæ conuersationis Canonicorum ibidem degentium, in magna semper veneratione ab omnibus est habitum, & piorum largitionibus, & fidelium eleemosynis, bonis etiam temporalibus satis auctū, ita vt cum vix ab initio quatuor ibidem, vel quinque Canonici stare possent, viginti, ac etiam triginta ex illius redditibus ali commodè valerent: ex quo viri complures vitæ integritate, & doctrina celebres prodierunt, qui nostram Congregationem multipliciter ornauerunt, & auxerunt. ex his fuerunt Ven. P. D. Bassianus Mediolanensis prædicator celebris, qui per multos annos eidem monasterio laudabiliter præfuit, & triennio totam Congregationem Rector Generalis gubernauit, sub finem vltimi anni sui regiminis defunctus anno Domini 1419. D. Simon Mediolanensis Verbi Dei concionator mirificus, qui fuit Rector Generalis annis 1445. & 1446 & 1447. horum exemplo, & suasione pluſquam centum inuenes Mediolanenſes, & præcipuæ nobilitatis Congregationem ingressi, ferè omnes viri præclari sua tempora clariora reddiderunt. Amborum meminerunt Autor supplementi in nouissima editione lib. 14. sub anno 1407. & Ioannes Philippus Nouarien. in Chronica lib. 6. cap. tertio. D. Cambius Bossus genere nobilis, sed virtute, ac vitæ inculpatæ sinceritate longè nobilior, liberalium omnium artium, & diuinarum Scripturarum eruditione insignis, qui ob præcipuum amorem erga Saluatorem nostrum Dom. Iesum Christum, illius incunabula, & loca sanctissimæ passionis visitauit, postea in Italiam reuersus, omnibus gradibus honoris in nostra Congregatione decoratus, cum post Ge-

ncra-

neralem præfecturam, quam anno 1474. gerebat, aliquot annis superuixisset, Cremonæ obijt in nostro monasterio S. Petri de Pado, ad quem sunt literæ Matthæi Bossi Veronensis 17. 49. 61. 64. & 67. De eodē Ioan. Philipp⁹ nostr lib. 6. c. 11. sic scribit; *Ieiū in omni vita sua secutus est, diuitias, & seculi honores contẽpsit: paupertatẽ amauit. Ferunt eum nunquam voluisse veste nona vti, sed obsoleta, humilitatis, patientiæ, sobrietatis obseruator. In D. N. Iesu Christi recordatione passionis lacrymas amarissimas incessanter fundebat, quæ nunquam de memoria eius recedebat. quare Ierosolymam, & loca nostræ redemptionis visitare voluit, & illic vitam agere mens fuit, si licuisset. Si quando regimen in ipsa Religione de more habebat, gregem sibi commissum verbo pariter, & exemplo pascebat, tanta mansuetudine, pietate, ac modestia, vt etiam malis, visa hominis bonitate, in meliorem vitam reformarentur.*

III. EVsebius etiam Corradus nobilis Mediolanensis huius monasterij alumnus extitit, vir omnigena eruditione apprimè instructus, & in vtroque Iure ciuili, & canonico versatus, qui Congregationem nostram, & totum Ordinem canonicum contra nonnullos calumniatores, verbo, & libris editis, coram Sixto IV. & Innocentio VIII. Romanis Pontificibus optimè defendit, præsertim contra Ambrosium Coriolanum: qua de causa libros nonnullos edidit, quorum Ioannes Mauburnus in Venatorio, & Ioannes Molanus in libro de sacris Imaginibus meminerunt. qui cum pluribus vicibus fuisset Visitator Generalis nostræ Congregationis, tandem plenus bonorum operum, ac dierum Mediolani obijt in monasterio nostro S. Mariæ de Passione anno 1500. teste Ioanne Philippo lib. 6. cap. 8. qui illius exitum oculatus vidit.

D. Seuerinus Calcus nobilis Mediolanensis prædicti Eusebij Sinchronos, vir prudens, religiosissimus, & magni consilij in rebus gerendis, qui quatuor vicibus fuit Rector Generalis nostræ Congregationis, sub cuius regimine plurimum in spiritualibus, & temporalibus profecit. Gerebat vltimam generalem præfecturam anno Domini 1495. hic ille est Seuerinus Calcus, cuius meminit Ioannes Mauburnus Doctor Parisiensis in suo Venatorio lib. 2. cap. 114.

D. Paulus Feruſinus nobilis Alexandrinus, Serenissimique Ducis Mediolanensium intimus familiaris, & Consiliarius, in eodem monasterio Religionis habitum suscepit, qui adeò profecit, & ad tantam humilitatem deuenit, vt pristinæ dignitatis penitus oblitus, ad quæcunque vilissima exercitia, quę vix infimi famuli facere volebant, libentissimè, & cum summa hilaritate manum mitteret: vt in magnam ædificationem omnibus cederet, videre hominem tam venerandum, & tantæ apud Principes autoritatis ad tantam humilitatem deuenisse. Obijt Bononiæ Prior monasterij S. Ioannis in monte, anno salutis 1478.

DOm. Hieronymus Bossius Mediolanensis eiusdem monasterij professus, nostræ Congregationis sydus splendidissimum, qui singulari doctrina, prudentia, & integritate non solum in Ordine canonico, sed longè, lateque per Italiam fuit nominatissimus, Summis Pontificibus, & Regibus, ac Principibus notus, & charus. Nā cum de anno 1509. quidam nostros canonicos de monasterio S. Petri in Cœlo aureo Papiæ per vim, & contra ius, & fas expulissent, vnde tota ciuitas Papiensis in seditionem versa est, hic Ven. Pater, qui tunc fungebatur officio Rectoris Generalis, Senatum Regium Mediolani præmisit: deinde Christianissimum Regem Ludouicum, tunc Mediolani Ducem conuenientes, ita egessit, vt Rex, & Senatus missis Papiam tribus Senatoribus, intra paucos dies ipsos canonicos in pristinum statum, delinquentibus exilio mulctatis, restituerint. multos labores graues hic optimus Pater pro defensione Congregationis tulit, & grauia pericula, etiam cum vitæ periculo, ingenio, patientia, & dexteritate superauit, tribus vicibus Generalem Præfecturam totius Congregationis obtinuit, & tandem in senectute bona obijt Placentiæ monasterij Abbas, post annum saltem 1513. nam illo anno erat Rector generalis. Sed & alij complures viri conspicues eidem monasterio prodierunt, quos breuitatis fulens omitto.

Huic monasterio multa priuilegia amplissima concesserunt Serenissimi Duces, & Ducalis Mediolani, quorum originalia in illius chartophylacijs seruantur. Pius V. anno 1566. Abbatiali dignitate illud exornauit.

CAPVT VNDECIMVM.

De Monasterio sancti Leonardi prope Veronam per eosdem Canonicos Frigdionarios reformato, & nonnullis Priuilegijs eisdem Canonicis per Gregorium XII. concessis.

ANno MCDVI. Innocentius VII. naturæ debitum soluit, octauo Idus Nouemb. incipius locum à Cardinalibus in Italia degentibus sufficitur est Angelus Corarius Patricius Venetus, & Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, qui Gregorius XII. est nuncupatus, die 30. o-

IV.

I.

iasdem mensis Nouembris. hic adepto Pontificatu Antonium Corarium ex fratre, & Gabrielem Condulmerium ex sorore nepotes, & S. Georgij in Alega Canonicos, dictiq; Ordinis fundatores Pileo Cardinalitio donauit. Et quia suasionibus, & prædicatione Ven. Patris D. Bartholomæi Ordinem ingressi fuerant, eam ob causam illum semper in summa veneratione habuerunt, & nostram Congregationem impensè dilexerunt, fouerunt, & beneficijs auxerunt: Eorumque potissimum suasione Summus Pontifex Canonicis Frigdionarijs multa priuilegia concessit, & in primis ipsos Canonicos in monasterio Frigdionario commorantes, & omnia bona monasterij liberauit ab omni solutione decimarum triennalium, & aliorum onerum quorumcunque, ratione cuiuscunque charitatiui subsidij in præteritum impositorum, & in futurum imponendorum vsque ad annos 50. confectis literis Apostolicis, datis Senis Idib. Decemb. Pontificatus sui anno 1. & humanæ salutis 1406. quæ videri possunt in lib. Indultorum nostræ Congregationis pag. 286.

Deinde monasterium S. Leonardi in monte Donico prope Verenam idem Pontifex nobis donauit, designato illius Priore D. Benedicto Ariminensi, qui fuerat ipsius Gregorij XII. familiaris. Ecclesia S. Leonardi fuit vetustissima, & de iurisdictione, & ratione Canonicorũ, & Capitulũ Ecclesiæ Cathedralis Veronensis, quam anno Domini 1230. Pontificatus Gregorij IX. anno octo, Archipresbyter, & Capitulum concesserunt duobus religiosis viris Paci, & Amedæo ad instituendum in ea Ordinem canonicorum secundum Regulam B. Patris Augustini, designato primo illius Priore prædicto Pace, factaq; facultate Capitulo, & Fratribus inibi degentibus, suum Priorem in posterum constituendi, seu eligendi, reseruataq; in signum subiectionis annua pensione libræ vnius cereæ ipsis Archipresbytero, & Capitulo soluendæ in die Purificationis Beatæ Virginis. Extant priuilegia quædam in Archiuis monasterij Gotifredi S. R. E. Cardinalis tituli S. Marci, & per Lombardiam Legati, necnon Iacobi Cardinalis, & Episcopi Veronensis eandem institutionem, & concessionem prohoris, quæque dicto anno 1230. sunt emanata. Eandem confirmauit Gregorius IX. alio Priuilegio dato Laterani Idibus Aprilis Pontificatus sui anno 10. Postea istud monasterium Congregationi Canonicorum Ordinis S. Marci Mantuæ, magna sanctitatis fama olim celebri est vnitum, vt ex compluribus monumentis in dicto monasterio repertis liquet. Demum sub tempora Gregorij XII. vel ipsa temporum iniuria, vel Prælatorũ incuria, non solum Canonicis omnino destitutum fuerat, sed in fabricis, & redditibus penè collapsum: nam omnia illius bona magno ære fuerant grauata, & creditoribus oppignorata, & ipse Prioratus cuiusdam nomine Pandulpho S. Nicolai in carcere Diacono Cardinali commendatus. Cum autem prædictus Gregorius XII. Pontificatum iniuisset, de illius statu per Clerum, & Ciues Veronenses certior factus, qui pro illius reformatione preces supplices Pontifici porrexerant, primum quidem cum prædicto Cardinali Pandulpho egit, vt Prioratum sibi commendatum resignaret, mox D. Benedictum Ariminensem canonicum Frigdionarium, qui antea fuerat eiusdem Pontificis familiaris, eiusdem monasterij Priorem constituit, ipsumque monasterium canonicis Frigdionarijs reformãdum, & perpetuò regendum, & habendum autoritate Apostolica concessit: quæ res toti Ciuitati, sed in primis canonicis Cathedralibus pergratissima extitit. adsunt literæ Apostolicæ totam rei sericm continentes, sic:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Benedicto de Ariminо Priori Prioratus S. Leonardi de monte Donico extra muros Veronenses, Ordinis S. Augustini, familiari nostro, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaq; laudabilia probitatis, & virtutũ merita, quibus personã tuã tam fide dignorum testimonijs, quàm etiã familiari experientia nouimus insignitam, meritò nos inducũt, vt tibi reddamur ad grattam liberales. hodie siquidẽ per nos accepto, quòd licet olim in Prioratu S. Leonardi de monte Donico extra muros Veronenses Ordinis sancti Marci de Mantua, qui à monasterio dicti sancti Marci Mantuani Ordinis præfati dependebat, & quem dilectus filius noster Pandulphus sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ex concessione, & dispensatione Sedis Apostolicæ tunc obtinere dignoscebatur, nonnulli Fratres dicti Ordinis S. Marci residere, ac Domino famulari consueuissent, tamẽ in eodem Prioratu nullus Fratrũ dicti Ordinis S. Marci tunc resideret. Nos, vt idem Prioratus in spiritualibus, & temporalibus reformaretur, ac ex aliis rationabilibus causis ad id nostrum inducentibus animum, motu proprio, non ad tuam, vel alicuius alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra liberalitate voluimus, prout etiam ipse Cardinalis id sponte voluerat, Quod dictus Cardinalis præfatũ Prioratum, quem ex tunc vacare decreuimus, realiter, & omnino dimittere teneretur, necnon dictum Prioratum sic vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis à præfato monasterio autoritate Apostolica penitus separauimus, ipsumque cũ iuribus, & pertinentijs antedictis ad eundem Ordinem S. Augustini transtulimus, necnon ab omnibus subiectione, dominio, & potestate quorumlibet superiorum dicti Ordinis sancti Marci in perpetuum liberauimus: ac voluimus, quòd ipse Prioratus deinceps Conuentualis existeret, & per Priorem dicti Ordinis sancti Augustini gubernari deberet, ac in ipso Prioratu tot Canonici eiusdem Ordinis S. Augustini professores residere, qui conuentum facere, necnon iuxta regularia instituta dicti Ordinis sancti Augustini viuere deberent, quot de fructibus, redditibus, &

pro-

prouentibus dicti Prioratus, qui vitra sexcentos florenos auri secundum communem æstimationem, vt asserebatur, annuatim non valebant, decenter sustentari, & incumbentia sibi onera congruè possent supportare, prout in ipsis literis plenius continetur. Nos itaq; cupientes eidem Prioratui de gubernatore prouido, & vtili secundum cor nostrum prouidere, & tibi, qui presbyter, ac Canon eius monasterij sanctæ Mariæ de Frisonaria eiusdem ordinis sancti Augustini Lucanæ diœcesis, Ordinem ipsum expresse professus existis, præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, eundem Prioratum per te in eisdem spiritualibus, & temporalibus reformandum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs supradictis, motu simili, eadem autoritate tibi conferimus, & de illo etiam prouidemus. Decernentes irritum, & inane, si secus super ijs à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus monasterij, & Ordinum prædictorum contrarijs, iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quacũq; firmitate alia roboratis. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciẽdis de huiusmodi prioratibus, dignitatibus, personatibus vel officijs specialis, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illo partibus generales Apostolicæ Sedis, vel Legatorũ eius literas impetrarint, etiãsi per eas ad inhibitionẽ, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione huiusmodi Prioratus volumus anteferri. Sed nullum per hoc quoad assecutionem eiu Prioratuum, dignitatum, personatuum, vel officiorum, aut beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur. & ad id compelli non possint, quamquam de Prioratibus, dignitatibus, personatibus vel officijs huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorũ collationẽ, prouisionem, præsentationẽ, electionẽ, seu quamuis aliã dispensationẽ coniunctim vel separatim spectantibus nulla valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicta Sedu indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quã præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratia impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ collationis, prouisionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctũ Petrum secundo nonas Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

II. POst quam reformationem partim Canonicorũ labore, ac diligentia, partim fideliũ pietate, ac elemosynis quo ad spiritualia & tẽporalia sic fuit restitutum, vt vbi pauci, aut nulli Canonici degebãt, intra paucos annos 30. circiter Canonicorum Collegiũ, sub arctissima disciplina semper deinceps cum summa totius Ciuitatis ædificatione floruerit, quemadmodum nunc etiam per Dei gratiam floret: est enim domus Nobilium, in qua totius prouinciæ Venetiarum tyrones educantur, & in Regularibus disciplinis erudiuntur, ex quæ viros complures eximiæ sanctitatis, & eruditionis per omnem Italiam celebres accepimus, è quibus vt paucos de multis referam, fuerunt

Primus, D Paulus Maphæus D. Antonij de Maphæis strenui militis, & equitis filius, secundum seculum illustris, sed qui generis nobilitati religionis, pietatis, & reliquarum virtutum accessione non parum illustrauit: fuit enim Rhetor eloquentissimus, Theologus acutissimus, declamatorq; facundissimus, qui Venetijs in frequentissimo nobilium, & popularium cœtu sermonis decem & octo sine intermissione Dei verbi annunciauit: pluribus annis Prioratum sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarũ administrauit: Præfecturamque generalem totius Cõgregationis tenuit anno 1443. post quam, cũ per annos quadraginta sanctissimè in nostra Congregatione talentum sibi à Domino creditum traxisset, Ferrariæ obijt sexagenarius, cum esset Prior S. Bartholomæi in suburbiis Vicentiæ, hinc fama est, florem virginitatis vsque ad vitæ terminum illibatum custodisse.

Secundus fuit Ven. P. D. Timotheus Veronẽsis Ragusinus Archiepiscopus, & præfati D. Pauli discipulus, Prædicatorum sui temporis apostolos facile princeps, cuius verba erant quasi ignis ardens, & quasi malleus conteres petram: erat enim nonsolũ omnigena eruditione instructus, Philosophus, ac Theologus profundissimus rerum etiam aspectu decorus, amabilis, & grauis, venerandam maiestatem præ se ferens, Principibus summè charus, maxime Alphonso Aragoniæ Regi Neapolis, Ludouico, & Francisco Sfortiis, Sabaudiæ, & Mediolani Ducibus, Barbaræ Gazagæ Mantuę Principi, & magno Cosmo Medicæo, qui eius potissimum causa Fesulanam Abbatiam à fundamentis renouauit, in qua plus quam sexaginta millia nummum aurorũ impendit, addita bibliotheca selecta, quæ octo millium aureorũ nũmis illi stetit. Hic sæculo prædicationis multas Vrbes à sentibus vitiorum repurgauit: Bononiæ luxum nimium fœminarũ in vestimentis, & ornamentis, quæ virorum pecunias, & magnã partem redditũ cũ scandalo nõ modico exhauriebant, publicis edictis per superiores latis restrinxit. Hic propter amorem D. N. Iesv Christi & suæ sacratissimæ Passionis peregrinationem Hierosolymitanam suscipere voluit, qui multis Episcopatibus sibi per Nicolaum V. & Pium II. oblatis partim precibus, partim excusationibus rejectis, Romam à Paulo II. præter opinionem accersitus, Archiepiscopus Ragusinus reclamans, &

rabiliter est cõsecratus: ex quo die, teste Matthæo Bosso in epist. 31. nunquã lætus visus est amplius, nunquã nõ querelas fudit, q; Religionis statu, & habitu mutato propositũ suũ vsq; ad finem vitæ nõ traxisset. Extãt plures ipsius Matthæi Bossi epistolæ ad illũ datæ, in quarũ prima, quæ est in ordine quinta, meminit cuiusdã libri ab eodẽ Timotheo editi ad Alphonsum Regem Aragonũ sic dicens: *Libellum tum ad Alphonsũ est perurbanus, & bellus, ut plane Rege digniſsimus, ſed præcipuè ad id. quod quem maximè ſtudium admodum efficax.* cui vicissim ipse Matthæus suum dialogũ de tolerãdis aduersis Bolandũ transmisit, vt illemet in epist. 12. fatetur. quæ demũ senio cõfectus Ragusij in sua Ecclesia magno sui desiderio apud optimos quosq; relictus, fœliciter in Domino quieuit.

III. TErtio quoq; loco addẽdꝰ ipse Vẽ. P. Matthęꝰ Bossius Veronẽsis prædicti Archipræsulis Timotheꝰ discipulus, canonici Ordinis sydus clarissimũ, verbi Dei præco maximus, tũ dicendi, tum scribendi lepore, & grauitate Hieronymiano Frontoni non immerito cõparandus, à Summis Pontificibꝰ, & Italiæ Principibus in precio habitꝰ, qui eius opera, cõsilio, & ingenio in rebꝰ arduis, & negotijs difficillimis non semel vsi fuerunt, q; facilẽ intelligent, q illius epistolas legent ad Sixtũ IV. Pontificẽ, Bessarionẽ, Ioannẽ Medicẽũ, qui postea fuit Leo X. Franciscũ Sfortiam, Theodorũ Montisferrati, Franciscũ Gonzagam Ioannem Arcimboldũ, Marcũ Balbũ, Iulianũ à Rouere, S. R. E. Cardinales, Federicũ Feltriũ Vrbini Ducem, Guilielmũ Marchionem Montisferrati, Laurentium Mediceum, & alios similes datas. Hunc Sixtus IV. ad Sanctimoniales Ianuensis reformandas, & illarum licentiam, non solùm per Vrbem, sed per vicos & suburbana curiosè, parũq; religiosè, & cum graui scandalo, discurrentium, franandã destinauit: quam prouinciã licèt magnis laboribꝰ, nec sine vitæ periculo, Deo adiuuante, fœliciter tandem ad finem optatũ perduxit, vt videri potest ex literis illius ad eundem Sixtum IV. quæ sunt in ordine 42. & 43. Sed nec illud omittendũ, cum Abbatiam Fesulanam hic Venerandus Pater moderaretur, Ioannem Mediceum ab Innocentio Octauo in numerũ Cardinalium cooptatũ, insignia Cardinalatus de manibus illius accipere voluisse, totam seriẽ gestorũ ipsemet tradente in epist. 110. quæ est ad Archangelum Vicentinum: quem dictus Cardinalis vt Patrẽ venerabatur, cuiusq; iussu illemet suas epistolas, & alia opuscula in vnũ collecta, & collectiones Fesulanas vocata, typis edidit, ac eidem Ioanni Medicęo Cardinali nuncupauit. Hic multa scripsit tum luculenter, tũ eruditè quorũ Catalogum inferius texemus, multos discipulos suo magistro dignos reliquit. huius viri studiũ in cordis munditia seruanda, in epist. 2. ad Isotã Nogarolam sacrã Virginẽ tanquam in imagine videri potest. qui multis muneribus in congregatione summa cum laude functus, Paduæ in collegio Viridariano spiritum Iesu Christo Saluatori reddidit, anno salutis 1502. cuius viri laudabiliter meminerũt Autor supplementi Chronicorũ, Antonius Possevinus, Hieronymus Platus, Petrus Calcedonius Venetus, Sylvester Maurolicus, & alij.

IV. QVartus quoq; addendus Celsus Maphæus Veronensis, Magnus Pater, & Diuini Verbi præco mirificus, Philosophus, & Theologus clarissimus, cui ob summam autoritatem, & famam sanctitatis Magni Principes assurgebant, summis Pontificibus, & toti Romanæ Curiæ valde charus, sed vitæ regularis amator adeo, vt oblatos non semel Episcopatus contempserit. hic iura nostræ congregationis, & totius ordinis in Romana Curia, præsertim contra nonnullos aduersus ordinem canonicum deblaterantes, acriter defendit, quorum dicendi, & scribendi licentiam autoritate Pontificum frænauit, & cohibuit. pluribus vicibus Rector Generalis, vel inuitus, & reluctans est renunciatus. Mulam dono à Pontifice acceptam, vt commodius visitationes de more perageret, illis absolutis, Pontifici remisit, quòd amplius illa opus non haberet. scripsit nonnulla, de quibus inferius dicetur. Obijt Veronæ admodum senex circa ann. 1500.

Quintus fuit D. Marcus Veronensis, qui cum esset insignis concionator, salutis animarum tantam solicitudinem gerebat, vt per vicos, & plateas discurrendo ter, quaterq; singulis diebus verbum salutis turbis simplicioribus propinaret. ab obseruantia regulæ nunquam recedens, pauperatis, & humilitatis amator singularis, in lege Domini meditans die, ac nocte, quã concionando, quã scribendo, quã psallendo, semper aliquid boni faciens: scripsit enim sermones prædicabiles eruditos ac disertos de Passione Domini, & epistolas ad diuersos. Obijt Lucæ in monasterio sancti Frigdiani. meminit illius Matthæus Bossus in epist. 108.

Sextus D. Timotheus Veronensis iunior, Philosophus, ac Theologus eruditissimus, qui multis annis Philosophiam, & sacram Theologiam Paduæ in Academia Viridariana maximo cum audientium profectu legit, vitæ innocentia notabilis, conuersatione affabilis, eloquio nitidus, & comptus. hic magnum volumen scripsit in Summam D. Thomæ Aquinatis. Obijt Patauij anno 1530. Meminit illius laudabiliter Autor Supplementi.

Postremo quoque loco recensendus Ven. P. D. Ioseph à Naue Veronensis, & ipse huius monasterij alumnus, cuius sanctitatẽ ex elogio illius imagini in eodem cœnobio subscripto non obscurè colligere licebit, qui christianæ pietatis exemplar, & regularis disciplinæ præstantissimum fuit, nam ijs potissimum virtutibus claruit, quæ summam perfectionis Euangelicæ

perstringunt: fuit enim abstinentia mirabilis, in Christi pauperes pijssimus, in oratione assiduus, & in meditatione feruentissimus ita, vt sæpius in exthasim raperetur. quicuit in Domino Veronæ nonagenarius anno Christi 1565. tandem istud monasterium seminarium bonorum hominum semper extitit.

V. SEd & Moniales sancti Ioannis de Beueraria Veronenses, ordinis olim Humiliatorum, ob celebrem famam integritatis canonicorum dicti monasterij, per illos ad frugem melioris vitæ reformari, supplices à Romanis Pontificibus postulauerunt, & obtinuerunt, & regulam sancti Augustini cum habitu canonicorum acceperunt. Verum cùm progressu temporis ab obedientia resilire contumaciter cœpissent, nec facilè regi possēt, dimissæ sūt, & habitū mutauerūt.

Monasterio S. Leonardi sic reformato Gregorius XII. anno 1408. sequens priuilegium indulsit, videlicet:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs sancti Leonardi de monte Donico, & sanctæ Mariæ de Frisionaria per Priorem solitorum gubernari, sancti Augustini Veronensis, & Lucanensis diœcesis monasteriorum Prioribus, & conuentibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Pia nos excitat, & inducit affectio, vt vos, & monasteria vestra in quibus fortè noscimini diuinis obsequijs mancipati, fauoribus prosequentes Apostolicis ad ea paternis studijs intendamus, per quæ status eorundem monasteriorum votiuis continuè crescat incrementis.

Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt in temporalibus, & spiritualibus vos & ipsa monasteria, autore Domino, salubriter proficere valeatis, quòd omnes, & singuli canonici, siue fratres eorundem monasteriorum, qui sunt, & erunt pro tempore perpetuis futuris temporibus, de vno ad aliud eorundem monasteriorum de licentia tamen Priorum ipsorum monasteriorum existentium pro tempore, trāsire, ac in eo remanere valeant, quodq; in eodem monasterio, ad quod taliter transibunt, perinde illius canonici, siue fratres haberi, ac censeri debeant in omnibus, & per omnia, ac si in illo Ordine S. Augustini regulam, cuius professores essēt, expressè professi fuissent, & Priores ipsorum monasteriorum, qui etiam sunt, & erunt pro tempore, de anno in annū mutari, siue de regiminibus ipsorū monasteriorum transactis singulis annis eo ipso destituti censeantur. Ita tamen, quod iterum, & iterū de anno in annū in casu, quo videatur eisdem canonicis in statum pristinum eligi, & ad regimina huius assumi possint, ac electiones huiusmodi, dummodo per duas partes eorundem canonicorum, et alias canonicè fiant, eo ipso perinde vim confirmationis habeant, ac si per sedē Apostolicam confirmatæ forent, ad hoc etiam Diœcesani loci, & cuiuscunq; alterius licentia, seu consensu minime requisitis. Quodq; vos omnibus, et singulis priuilegijs, prærogatiuis, gratijs, exēptionibus, immunitatibus, & præeminētijs per eandē sedē, aut alias qualitercunq; vobis, & eisdē monasterijs diuisim concessis perinde vti, et gaudere liceat, ac si vobis, et ipsis monasterijs communiter concessa fuissent, quibuscunq; constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, et consuetudinibus monasteriorum, et Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs nequaquam obstantibus, vobis autoritate Apostolica, tenore præsentium de specialigratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lucæ 3. calend. Maij 1408. Pontificatus nostri anno 2.

Alia etiam priuilegia eidem monasterio indulserant ante reformationem Gregorius Nonus, & Ioannes Vigesimus secundus, & post reformationem idem Gregorius Duodecimus, Martinus Quintus, & Eugenius Quartus, & Serenissimum Dominium Venetorum, quorum authentica in illius cartophilacijs seruantur. Demum Pius Quintus dignitate Abbatiali illud insignitum, cui ob commoditatem canonicorum ad vrbem accedentium, Eugenius Quartus Ecclesiam parochialem S. Iusti intra ciuitatem vnuit, anno 1446. sexto calendas Decembris. De hoc monasterio scribit Hieronymus de Curte in sua historia Veronæ libro 14. ad quem te remitto.

CAPVT DVODECIMVM.

De antiquo monasterio sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarum, per eosdem Canonicos Frigdionarios reformato.

I. ANno MCDIX. congregatum fuit Pisis Concilium à Cardinalibus, sine autoritate Romani Pontificis, in quo ad tollendum schisma Gregorium Duodecimum, & Petrum de Luna Benedictum Decimum Tertium nuncupatum exautorauerunt, & nouum Pontificem Petrum Filagrium ex Ordine Minorum creauerunt, qui Alexander Quartus est nuncupatus. nihilominus Gregorius Duodecimus tanquam verus Pontifex nullatenus seipsum Pontificatu abdicauit, quin etiam nonnullos Cardinales creauit, quod ipsum Benedictus Decimus Tertius, Pseudopontifex effecit. Eodem autem anno electus fuit Prior monasterij Frigdionarij Domnus Leo de Carrate Mediolanensis, quo existente Priore Domnus Vincentius Ianottus sancti Frigdiani Prior, referentibus Augustino Ticinensi in Propugnaculo parte 4. cap. 22. & autore Supplemento Chronicorū lib. 14. sub an. 1407. ad recōmandum

II. EOdem autem anno Frigdionarij [illegible] eundum antiquum cœnobium [illegible] rum sanctæ Mariæ Charitatis Venetiar[illegible] vocati. De cuius monasterij fundatione [illegible] statę plura libro præcedenti cap. 24. & 47. [illegible] gregatione Portuensi, cuius fuerat mem[illegible] Marco Iuliano clerico Castellano, sub C[illegible] anno 1122. fundatum, in quo canonica i[illegible] difficillimis etiam temporibus vsque [illegible] annum perseuerat. Tenebat Prioratum [illegible] lerij Ven. P. D. Franciscus Capello Patr[illegible] ocus, Ioannis Baptistæ filius, & regular[illegible] nicus professus. Constat ex literis Apostol[illegible] in eodem anno à Gregorio Duodecim[illegible] uiare Austria, quæ est in prouincia Fori[illegible] idus Ianij, Pontificatus sui anno tertio. H[illegible] Ven. Prior cernens, in suo monasterio ni[illegible] canonicorum imminutum, nec posse sp[illegible] lum ex Portuensibus, de quorum erat co[illegible] tione reparari (quippe cœnobium ipsum [illegible] enic, quod erat caput cōgregationis, ante[illegible] annos Angelo Cardinali sanctæ Potenti[illegible] rat commendatum, qui præter reddit[illegible] omnino curabat, & ita canonicis fere o[illegible] fuerat destitutū, illius fabricis in præcep[illegible] sis, vt non tam cœnobium, sed lapidum [illegible] es, ac rudera videretur; intellecta fama [illegible] stionis canonicorum Frigdionariorum [illegible] suum monasterium accedere, & diuina o[illegible] eo celebrare, aliaque sacra facere, plurim[illegible] gauit, quod & libenter præstiterunt, miss[illegible] nerit, quibus habitationem cum Ecclesi[illegible] diuam oblationibus, quæ in illa fiebā[illegible] sexaginta tritici sextarijs annuis pro[illegible] assignauit, cum quibus, ob laudabi[illegible] rum vitæ famam, per decem annos [illegible] ta canonici commodè in eodem mon[illegible] viuerunt: intra quod tempus multi nobil[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem suum collegiũ aliquod canonicos ex Frigdionarijs acciuit, cui præfatus Leo cum toto capitulo quatuor viros probos, & prudentes concessit, facta eis licentia per publicum instrumentum rogatum manu Ser Raphaelis quondã Ser Benedicti, ciuis & notarij publici Lucensis, quod instrumentũ præfatis autoribus testantibus, in Archiuis sancti Frigdiani seruatur (etsi reluctãtibus canonicis, qui vitæ laxiori iã assueuerant, eiusmodi reformatio suum effectum non fuerit effecuta) & ita rebus ad deteriora in dies vergentibus, tum, monasterium, tum, ipsa congregatio sancti Frigdiani ab illo pendens grauissima sustinuit, & dispendia postmodum pertulerunt, amissis multis monasterijs, quæ ob laxioré vitam canonicorum dictæ congregationis, paulatim ad manus aliorum deuenerunt, ex quibus fuerunt sancti Marci Ferrariæ, S. Saluatoris, & S. Viti in agro Ferrariensi, S. Frigdiani prope Pisatorium, S. Bartholomæi in Diœcesi Volaterrana, & sancti Martini ciuitatis Senarum.

II. EOdem autem anno Frigdionarij ad reformandum antiquum cœnobium canonicorum sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarum sunt vocati. De cuius monasterij fundatione, & vetustate, plura libro præcedenti cap. 24. & 47. in congregatione Portuensi, cuius fuerat membrum, à Marco Iuliano clerico Castellano, sub Calisto II. anno 1122. fundatum, in quo canonica institutio difficillimis etiam temporibus vsque ad hunc annum perseuerat. Tenebat Prioratum monasterij Ven. P. D. Franciscus Capello Patritius Venetus, Ioannis Baptistæ filius, & regularis canonicus professus. Constat ex literis Apostolicis, datis eodem anno à Gregorio Duodecimo in ciuitate Austria, quæ est in prouincia Fori Iulij 7. idus Iunij, Pontificatus sui anno tertio. Hic autẽ Ven. Prior cernens, in suo monasterio numerum canonicorum imminutum, nec posse sperari, illum ex Portuensibus, de quorum erat congregatione reparari (quippe cœnobium ipsum Portuense, quod erat caput cõgregationis, ante aliquot annos Angelo Cardinali sanctæ Potentianæ fuerat commẽdatum, qui præter redditus nihil omnino curabat, & ita canonicis fere omnibus fuerat destitutũ, illius fabricis in præceps dilapsis, aut non iam cœnobium, sed lapidum congeriem, ac ruderũ videretur) intellecta fama conuersationis canonicorum Frigdionariorum, illos ad suum monasterium accedere, & diuina officia in eo celebrare, aliaque sacra facere, plurimum rogauit: quod & libenter præstiterunt, missis canonicis, quibus habitationem cum Ecclesia, quotidianis oblationibus, quæ in illa fiebant, & sexaginta tritici sextarijs annuis pro victu assignauit, cum quibus, ob laudabilis illorum vitæ famam, per decem annos triginta canonici commodè in eodem monasterio vixerunt: intra quod tempus multi nobiles tum ex Venetis, tum etiam ex alijs ciuitatibus habitum canonicorum nostræ congregationis ibidẽ assumpserunt, & in canonica obseruantia magnos profectus fecerunt. Sublato autem schismate in Cõcilio Constantiensi, & Martino Quinto Summo Pontifice communibus votis renunciato, pontificatus illius anno quarto idem Franciscus Prior vnionem, & incorporationem omnimodam sui monasterij cum nostra congregatione procurauit, & obtinuit, probante Martino Quinto Bullis Apostolicis eodem anno, secundo calendas Iulias emanatis, quin immo reformationem libentissimè complexus, in nostrã societatem cum suis transiuit: qui vicissim in Generalibus Comitijs Bononiæ celebratis anno 1422. primus Prior annualis secundum formam statutorum nostræ congregationis, & tanquam vnus ex canonicis ipsius congregationis fuit designatus, confecto publico instrumento, rogato per Philippum quondam Stephani de Formaglinis, cuius exemplum subijcitur, videlicet:

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo, vigesimo secundo, indictione 15. die 12. mensis Maij, Pontificatus Domini nostri, Domini Martini Papæ Quinti anno quinto. venerabiles viri canonici, ac Dominus Petrus de Padua Rector, & capitulum generale Ordinis canonicorum regularium sancti Augustini de congregatione sanctæ Mariæ de Frisonaria Lucanæ Diœcesis vnanimiter, & capitulariter congregati in Ecclesia, siue monasterio sancti Ioannis in monte Bononiæ dicti Ordinis & congregationis, diligenter attendentes, quòd per sonæ bonesti viri Domini Francisci Capelli de Venetijs erit Prioratus sanctæ Mariæ de Charitate de Venetijs dicti Ordinis congregationis mensalis, & manualis monasterij S. Mariæ in Portu Rauennatensis diœcesis ordinis, & congregationis prædictorum vtilis, & profícua: ac volentes eundem Prioratum ob Priorũ defectum in spiritualibus, aut temporalibus lasiuum aliquam pati, vnanimiter, & concorditer eundem Dominum Franciscum, luè absentem elegerunt, & constituerunt, & deputauerunt in Priorem annalem dicti monasterij S. Mariæ de Charitate de Venetijs, cum potestate, & arbitrio alijs Prioribus annualibus à dicto capitulo hactenus constitutis concedi solitis, & quæ facere consueuerunt Priores dicti monasterij, & eis concessum est in dicto literis Apostolicis vnionis, & colligationis infradictæ concesso dicto capitulo per Dominum Martinum Papam Quintum scriptis sub datum Tiburi 2. cal. Iulij pontificatus sui ann. 4. præsente, volente, & consentente Domino Galdino de Bardis Priore dicti monasterij sanctæ Mariæ in Portu, de cuius mensa est dictum monasterium sanctæ Mariæ de Charitate. Et deinde Dominus Paulus de Brissia dicti Ordinis vice, & nomine dicti Domini Francisci electi Prioris annualis dicti monasterij de Charitate absentis, à dicto Rectore nomine dicti capituli dante recepit librum, & sigillum in signum electionis factæ de dicto Domino Francisco, ad Prioratum

dictæ monasterij, vt supra dictum est. mandans idem capitulum omnibus canonicis dicti monasterij, vt eundem Dominum Franciscum in Priorē annualem antedictū recipiant, et admittant, sibiq; in cunctis licitis, et honestis pareant, et intendant. mandans mihi Philippo de Formaglinis, vt de prædicto notario infrascripto, publicū conficiā instrumentū. Actū Bononiæ in Monasterio S. Ioānis in vrbe Bononiensi, Ordinis et congregationis antedictæ. Præsentibus S. Thoma Zerardi de Lana mercatore, capellaS. Ioannis in monte, S. quondāIoannis de Zena lanardo dicta capella, et magistro Hilario quondam Richi de Florentia tinctore, Capellæ sanctæ Lucia, testibus ad hæc vocatis, et rogatis. Ego Philippus quondam Stephani de Formaglinis ciuis Bononiæ publicus Imperiali, communis Bononiæ, ac Curiæ Episcopalis Bononiæ, autoritate notarius, prædictæ electioni, et omnibus, et singulis interfui, eaque rogatus scribere, publice scripsi, signoque meo consueto signaui in fidem præmissorum.

III. QVa vnione perfecta, canonici nostri ad monasterium quoad spiritualia, & temporalia reparandum alacrius insistere cœperunt, & primo quidem sublatis antiquis domibus carios, & ruinosis, ædes nouas extruxerunt, in quibus plusquam viginti nummorum aureorum millia de communibus contributionibus expenderunt, vt in vetustis Chronicis pergameno scriptis reperitur. Sed & Reuerendissimus Dominus Gabriel Condulmerius S.R.E. Cardinalis, qui Prioratum sancti Saluatoris Venetiarum in commendam obtinebat, eosdem canonicos ad officia diuina in dicto Prioratu celebranda vocauit, quod ob eximiam tanti viri erga nostram congregationem beneuolentiam præstiterunt aliquot annis, videlicet vsq; ad ân. 1427. quo anno locum ob causas libro superiori c. 24. notatas, decreto Generalis Capituli dimittere statuerunt.

Interim ipse Reuerendissimus Dominus Gabriel Condulmerius ad Summum Pontificatum euectus, Prioratum sancti Clementis Venetiarū, qui erat antiquum canonicorum regulariū cœnobium, sed canonicis ante multos annos omnino destitutum, tunc vacantem per mortem Domini Iacobi de Leonardis illius vltimi Prioris, qui solus ex canonicis regularibus in eo residebat, extincta in illo dignitate, ac titulo Prioratus, monasterio Charitatis perpetuo vniuit, & donauit, datis literis Apostolicis apud sanctum Petrum 4. nonas Decembris anno Domini 1432. & quia prædictum monasterium sanctæ Mariæ Charitatis erat membrum congregationis Portuensis, à monasterio sanctæ Mariæ in Portu Rauennę pendens, quod Portuense monasterium epidimia in partibus Romandiolæ grassante, & multis copijs armatorum per totam illā prouinciam discurrentibus, & cuncta subuertentibus circa annū Dñi. 1438. multas pressuras grauissimas sustinuerat, canonicis partim morbo extinctis, partim fugatis, omnibusq; illius bonis à militibus, seu latronibus direptis, ne malum capitis in membra deriuaret, idem Pontifex eodem anno monasterij S. Mariæ Charitatis, cum alio sancti Bartholomæi propè Mantuam, à prædicto Portuensi cœnobio, cū omnibus illorum bonis, iuribus, & pertinentijs in finibus tamen Castellanæ, Paduanæ, Mantuanæque ciuitatum consistentibus, auctoritate Apostolica in perpetuum dismembrauit, & separauit, & ad vniuersitatem totius congregationis duntaxat deinceps spectare, illique subiecta esse voluit. necnon Priores, & canonicos dictorum monasteriorum ab omnibus solutionibus, & præstationibus eidem Portuensi monasterio debitis absoluit, & in perpetuum liberauit. Constat ex literis Apostolicis ea de re datis directis Mauro Abbati sanctæ Iustinæ Patauinæ, anno 1438. idibus Augusti, pontificatus sui anno 8.

PRoficiente verò de die in diem in eodem monasterio, vigore disciplinæ regularis, in humilitate, & paupertate profunda, circa annū Domini 1505. illustrissimi Comites Collalti, Comites Taruisij, quandam Ecclesiam sanctæ Mariæ loci Marcadelli Comitatus Collis alti, & diœcesis Cenetensis, quæ de iure patronatus illorum fuerat, cum illius bonis, & iuribus eidem monasterio concesserunt. Constat et concessione facta per illustrissimos DD. Comites Ioannem Antonium, & fratres de Coll alto, Comites Taruisij, & Dominam Catharinam relictam quondam clarissimi Comitis, & Equitis D. Ioannis Baptistæ illorum matris eodem anno die 11. Septembris, quam probauit Iulius II. pridie idus Decembris pontificatus sui anno 3.

Deinde anno 1547. monasterium S. Mariæ Charitatis omnia bona, prædia, possessiones, & iura monasterij Portuensis, quæ habebat in ciuitate & districtu Senogalliæ ciuitatis, acquisita, consentiente toto Capitulo Generali, eodem anno Rauennæ celebrato, publicoq; instrumento confecto per Hieronymum quondam Iustiniani à Portu, ciuem, & Notarium publicum Rauennatensem rogato, die 12. mensis Maij, ego quibus monasterium Charitatis soluit tria millia nummorum aureorum, quæ monasterium Portuense occasione pecuniæ mutuo acceptæ, diuersisque personis Romæ, & Cameræ apostolicæ persolutæ, creditoribus debebat, probata ei eiusmodi acquisitio per Paulum Tertium septimo calendas Decembris anno sui Pontificatus 14. existente Priore dicti monasterij Ven. P. D. Gregorio Barbarigo nobili Veneto, qui nouam monasterij fabricam inchoauit, quam vonam illius successores perfecissent.

HOc monasterium plerique Romani Pontifices amplissimis priuilegijs decorauerunt, & muniuerunt, & in primis Innocentius Secun-

dus

dens illud cum omnibus bonis suis sub immediata protectione Sedis Apostolicæ recepit, & liberauit à solutione decimarum, quod confirmauit Vrbanus Tertius, alio priuilegio Veronę dato die 4. Iulij, in quo prioris priuilegij Innocentij Secundi meminit. Illud est in libro Indultorum pag. 87. Alexander Tertius anno 1177. cum esset Venetijs, Ecclesiã S. Mariæ Charitatis proprijs manibus consecrauit, & die dedicationis cũ tribus sequentibus dictam Ecclesiam deuotè visitãtibus plenariam Indulgentiam in perpetuum largitus est, confectis literis Apostolicis, quarũ exemplũ est Romæ in Archiuio S. Mariæ Pacis, dies ipsius dedicationis est 3. Aprilis, quo Serenissimus Venetorum Dux cũ toto Senatu ad prædictã Ecclesiã processionaliter, & solẽniter procedit. ferũt Alexand. III. Friderici Primi Imperatoris insidiæ, & violentiã declinantẽ, sub habitu canonico in hoc monasterio latitasse, ibi vero deprehẽsũ à Duce Venetorũ, & toto Senatu cũ honore exceptũ: ac propterea thesauros Indulgẽtiarũ visitantibus Ecclesiam largitos, quæ non solum totius ciuitatis Venetiarum, sed etiam finitimarum eo die ad prædictam Ecclesiam summa cum devotione quotannis concursum facientium, vetus, & constans est traditio, quam testantur imagines in maiori Aula Palatij Diui Marci Venetiarum, totam rei gestæ seriem repræsentantes: & quod maioris est ponderis, Alexander Sextus in quodam priuilegio, quod authenticũ in eodem monasterio seruatur, dato anno 1501. in quo eiusdem Historiæ mentio habetur, per quod priuilegium Priori, & canonicis facultatem indulget, in crepusculo noctis, seu post illud, expleto tamen maturino, missam Natiuitatis Domini celebrare, quæ noctis tempore celebrari consueuit. Et licet historiam, quæ asserit, Alexandrum Tertium, sub canonicorum habitu in prædicto monasterio delitescentem, à Duce Veneto deprehensum, reijciat Baronius tom. 12. sub ann. 1177. tamen Indulgentiarum per Alexandrum Tertium, prædictã Ecclesiam visitantibus largitarum, meminerunt Pius Secundus, Paulus Secundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Clemens Septimus, Gregorius Decimus Tertius, & Clemens Octauus, in alijs literis quarum autographa vidi. Est in Archiuio Pacis Romæ copia literarum Alexandri Tertij, ex primo libro Parcorum Venetiarum extracta, carta 128. videlicet. *Hoc exemplum inuentum est in primo Parcarum libro Venetiarum: Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori, & fratribus sanctæ Mariæ de Charitate salutẽ, & Apostolicam benedictionem. Cum pro commodo generalis Ecclesiæ, cuius curã, & regimen licet immerito gerimus, vehementer Dominico ducente Venetias, ad petitionem vestram, pro vestri ordinis debito, nonas Aprilis, Ecclesiam vestram, inuocata Spiritus sancti gratia, dedicauimus, & omnibus qui in annuo festo dedicationis, vel tribus diebus ante, vel post eandem Ecclesiam contrito animo deuotè, & humiliter visitauerint, de pœnis sibi iniunctis, confisi de misericordia Iesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli meritis, duximus indulgendos. Ne igitur illud Indulgentiæ, quod visitantibus Ecclesiam vestram annuatim indulsimus, imposterum à memoria hominũ elabatur, remissionem, quam fecimus, autoritate Apostolica confirmamus, eamq; ad perpetuam memoriam futurorum in scriptis duximus redigendam. Dat. Venetijs in Riuo alto 4. calend. Iulij. Ego Bonincontius Ducatus Venetorum Scriba hoc exemplum sumptum ex authentico, nihil addens, vel minuens, vt compert, ita bona fide scripsi, & exemplaui, & meo signo corroborani curauimus anno Dom. 1320. indict. 3. die 10. Aprilis.*

VI. INnocentius Tertius aliud priuilegium prædicto monasterio concessit, quod quia in libro Indultorum non habetur, hic addendum curaui.

Innocentius Episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs Vincentio Priori S. Mariæ in Portu, eiusq; fratribus, tã præsentibus quã futuris Religiosam vitã professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam sanctæ Mariæ de Charitate constructam in possessionibus à Marco Iuliano illa Ducatum Venetia beato Petro collatis, quas pia recordationis Innocentius Secundus Ecclesiæ vestræ commisit, cum omnibus pertinentijs suis, ad exemplar eiusdem prædecessoris vestri, sub beati Petri iure, ac patrocinio perpetuis temporibus manere sancimus. Statuentes, vt decima laborum vestrorum, quos proprijs sumptibus colitis, fratrum ibidẽ Deo seruientium vsibus cedant. Porrò quamdiu religio in eodem loco durauerit, tam de Ecclesia ipsa, quam de omnibus suis appendicijs canonicè habitum, vel habendis ordinandi, & disponendi, secundum vestram prouidentiam, & arbitrium, prout melius ad honorem Dei, & vtilitatem eiusdem loci vobis visum fuerit, in temporalibus, & spiritualibus liberam vobis concedimus facultatem. omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis vobis super hoc contradictionem, seu molestiam inferendi Apostolica autoritate licentia interdicta. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea voluerit vobis gratis, & sine pranitate aliqua exhibere, alioquin liceat vobis, quemcunque malueritis, Catholicum adire Antistitẽ, gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus autoritate vobis quod postulatur, impendat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam Ecclesiæ decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ

voluntati, qui se illic sepelirs deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullius obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas sit, in eadem Ecclesia, seu in rebus ad ipsam pertinentibus, sibi aliquid vindicare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed integra omnia conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura: salua Sedis Apostolicæ autoritate. Ad huius autem concessionis indicium, seu quod eadem Ecclesia cum suis possessionibus beati Petri iuris existat, vnum Byzantinum nobis, nostrisq; successoribus annis singulis persoluetis. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Petrus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus subscripsi.
Ego Ioannes Albanensis Episcopus subscripsi.
Ego Ioannes Sabinensis Episcopus subscripsi.
Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus subscripsi.
Ego Guido Prænestinus Episcopus subscripsi.
Ego Ioannes tituli sancti Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis subscripsi:
Ego Sofredus tituli sanctæ Praxedæ presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Vencius sanctorum Ioannis, & Pauli presbyter Cardinalis tituli Panachij.
Ego Benedictus tituli S. Susannæ presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Rogerius tituli sanctæ Anastasiæ presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Gregorius sancti Georgij ad velum aureū Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego Guidus sancti Nicolai in carcere Tull. Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego Guala sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego Octauius sanctorum Sergij, & Bacchi Diaconus Cardinalis subscripsi.

Data Romæ apud S. Petrum per manus Ioannis sanctæ Mariæ in Cosmedim Diaconi Cardinalis, S. Romanæ Ecclesiæ Cancellarij 5. idus Ianuarij, indictione 11. Incarnationis Dominicæ anno 1206. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno 10.

Honorius III. ân. 1285. alind priuilegiū cōcessit, q̄ in lib. Indultorum pag. 175. videri potest.

Eugenius IV. anno 1446. lapidem porphyreticum pro maiori capella fundanda cum sequentibus literis transmisit, videlicet:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs canonicis regularibus S. Mariæ de Charitate de Venetijs, salutem, & apostolicam benedictionem. Olim felicis, record. Calixtus Papa II. predecessor noster ordinē a Petro presbytero possessiones in loco nunc Ecclesia, & monasterij vestri sitas, acceptans, prædictam Ecclesiam vestram inibi ædificari, et per regulares canonicos, quorum esset successores, sub Principis Apostolorum protectione voluit gubernari. Deinde ædificatura eiusdē Ecclesiam ipsis canonicis lapidem misit, qui primo in faciendis dictæ Ecclesiæ fundamentis ponēdo, benedictionem Domini, et Dei nostri in eodem loco affuturam prænuntiaret, gaudemusque sanctam prædicti predecessoris nostri intentionem effectum optatum habuisse: quandoquidem locus ipse in numero canonicorum, omnig; alia ex parte in primis regulari observantia, ac cæteris virtutibus cōcedēte Domino est adauctus adeo, vt Ecclesia ipsa cōfluenti ad deuotionē populo, & diuina celebraturis officia canonicis strictior videatur habere, qua ratione cū esset vobis p Christi fidelium elemosynas oblata occasio, prædictam Ecclesiā proximis temporibus cum nostra licentia ampliare cupistis, et sicut vobis significare curastis, nunc capellam dicta Ecclesia maiorem fundare, atque erigere instituistis. Quare postquā virtutum Domino concedente, Religio sancte vite inter vos perpetuus nobis notissimus talis est, vt eius odor suauitatē Venetiarum letificet, & boni repleat exemplo, cupientes prædicti Calixti predecessoris nostri vestigia imitari, lapidem porphireticum, qui primus omnium in fundatione prædictæ maioris capelle ponatur, et sanctam construendi dictam capellam, simul cum nostra benedictione, vobis mittimus. Volentes, quod ampliatio huiusmodi Ecclesia omnibus Indulgentijs, priuilegijs, et gratijs gaudeat, et vtatur, quibus pœna, et ante oppositam amplificationi manum gaudere, et vtebatur. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1446. tertio nonas Septembris Pontificatus nostri anno 16.

Anno 1566. Pius V. Abbatiali dignitate monasterium insigniuit.

Anno autem 1502. Sanctimoniales S. Danielis curante Serenissimo Principe Leonardo Lauredano, & iubente Romano Pontifice, Alexandro curæ, ac regimini Abbatis S. Mariæ Charitatis, & totius congregationis subditæ fuerunt, sub qua per annos centum manserunt, cum autem longa experientia didicissent Abbates monasterij Charitatis, illorum autoritatem constitutione temporum ad earum regimen non amplius sufficere, D. Petro Veneto Abbate cū Serenissimo principe secreto rem agente, curæ ac regimini Patriarchæ Venetiarum traditæ sunt.

EX monasterio S. Mariæ Charitatis multi ri[illegible] VI. ri præclari, ijq; religiosissimi prodierūt, videlicet D. Nicolaus Bononiensis, qui ante reformationem fuerat canonicus S. Ioannis in mo-

te Bononiæ, sed desiderio arctioris vitæ,
cto monasterio reformationem Frigdiona
amplexantis fuit, qui per viginti annos fuit
latus in nostra congregatione, & sex annis
ctor generalis, & cum esset Prior monaster
rarensis, à ciuibus Bononiensibus Epis
postulatus, dum Roma Bononiam reuerti
inere defunctus est Lucæ, sepultusque in
clesia S. Frigdiani. D. Benedictus de Plac
ctus tribus annis fuit Rector generalis, & R
obijt Prior Lateranensis anno 1451. D. Aug
Placentinus, qui pluribus annis summum
men totius congregationis obtinuit, & fu
ium Prior Lateranensis, sub cuius regimine
gregatio multorum monasteriorum accef
plarium fuit dilatata, D. Orosius Mediola
is, qui similiter fuit Rector generalis. D.
Ferrariensis, qui fuit Adriæ Episcopus. D.
dens Venetus Episcopus Scodræ in Illirico
Hieronymus Rhigettus, qui fuit Episcopus
prularum. D. Gabriel Flamma Episcopus
dens, omnium Concionatorum sui æui
clarissimus, & eloquentissimus, qui multa v
bus, & soluta oratione scripsit, cuius adhuc
moria in populis viuit. D. Laurus Venetus,
in seo reditu à prædicatione Panormitana
concionesQuadragesimales habuerat, ab In
libus captus, inedia, squaloreque confectus
Domino requieuit ante annos quadragint
In Ecclesia sanctæ Mariæ Charitatis cunc
rur Reliquiæ Beati Aniani Episcopi Alexan
ni, Marci Euangelistæ discipuli, eiusq; in Epi
patu Alexandrino primi successoris, quæ a
128. Venetias translatæ, ac in Ecclesia S.
mentis primum positæ, ad dictam Ecclesiam
ni 1453. die quarto Nouembris sunt transl
Repertus in eadem Ecclesia vna de Cosli
Bartholomæi Apostoli, cum alijs minoribus
bicujus.

Sunt quoque in illa tria Mausolæa triū Pr
cipum Venetorum magnificentissimè orna
Marci Barbarici, Augustini Barbarici, & Ni
lai de Ponte, & alia multa Patritiorum Vene
rum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Insulis Diomedæis, & Mon sterio Tremitano.

ANno 1412. Greg. XII. iube
canonici Frigdionarij per
tiquum, & nobile cœnobi
Mariæ Tremitanum in Insu
Diomedæis reformandum
fecerunt, cuius reformati
nis progressum priusquam explicemus, postu
ipsius loci dignitas, vt illius descriptionē bre

te Bononiæ, sed desiderio arctioris vitæ, in dicto monasterio reformationem Frigdionariam ampliexatus fuit, qui per viginti annos fuit Prælatus in nostra congregatione, & sex annis Rector generalis, & cum esset Prior monasterij Lateranensis, à ciuibus Bononiensibus Episcopus postulatus, dum Roma Bononiam reuertitur in itinere defunctus est Lucæ, sepultusque in Ecclesia S. Frigdiani. D. Benedictus de Placentia, qui tribus annis fuit Rector generalis, & Romæ obijt Prior Lateranensis anno 1451. D. Aurelius Placentinus, qui pluribus annis summum regimen totius congregationis obtinuit, & fuit etiam Prior Lateranensis, sub cuius regimine congregatio multorum monasteriorum accessione plurimum fuit dilatata, D. Orosius Mediolanensis, qui similiter fuit Rector generalis. D. Titus Ferrariensis, qui fuit Adriæ Episcopus. D. Thadæus Venetus Episcopus Scodræ in Illirico, D. Hieronymus Rhigettus, qui fuit Episcopus Caprelarum. D. Gabriel Flamma Episcopus Clodiensis, omnium Concionatorum sui æui præclarissimus, & eloquentissimus, qui multa versibus, & soluta oratione scripsit, cuius adhuc memoria in populis viuit. D. Laurus Venetus, qui in suo reditu à prædicatione Panormitana vbi conciones Quadragesimales habuerat, ab Infidelibus captus, inedia, squaloreque confectus, in Domino requieuit ante annos quadraginta.

In Ecclesia sanctæ Mariæ Charitatis conduntur Reliquiæ Beati Aniani Episcopi Alexandrini, Marci Euangelistæ discipuli, eiusq; in Episcopatu Alexandrino primi successoris, quæ anno 1288. Venetias translatæ, ac in Ecclesia S. Clementis primum positæ, ad dictam Ecclesiam anno 1453. die quarto Nouembris sunt translatæ. Reperitur in eadem Ecclesia vna de Costis B. Bartholomæi Apostoli, cum alijs minoribus reliquijs.

Sunt quoque in illa tria Mausolæa triũ Principum Venetorum magnificentissimè ornata, Marci Barbarici, Augustini Barbarici, & Nicolai de Ponte, & alia multa Patritiorum Venetorum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Insulis Diomedæis, & Monasterio Tremitano.

I ANno 1412. Greg. XII. iubente canonici Frigdionarij peranti quum, & nobile cœnobiũ S. Mariæ Tremitanum in Insulis Diomedæis reformandum susceperunt, cuius reformationis progressum priusquam explicemus, postulat ipsius loci dignitas, vt illius descriptionẽ breuiter saltem attingamus: quod facilius, libentiusq; præstabimus: quia de Insulis Diomedæis, quas modò Tremitanas dicimus, integrum opusculũ sex libellis distinctum ante ãn. 100. edidit Benedictus Cocorella Vercellensis, & nostræ congregationis canonicus stylo sincero, nec parum erudito, & ornato, cui quæ nunc subijcimus, vt plurimum accepta referenda præmonemus. De Insulis Tremitanis, olim Diomedæis, variam apud Historicos, & Cosmographos opinionem inuenimus, nam Ptolomæus quinq; fuisse cõmemorat. Plinius verò lib. 3. Naturalis Historiæ, & Strabus lib. 6. duas tantum: & hic quidẽ vnã Diomedæã à Diomædis Mausoleo, alteram Teutriã; ille verò vnã tantum habitabilẽ, alteram desertã fuisse scribit. Cõsentiunt omnes tum veteres, tum recentes, Diomedæas à Diomede Ætoliæ Rege post eversum Ilium illic cum socijs aduecto, ibique sedibus positis, vita functo, ac tumulato, sic cognominatas. Hæ sũt in mari Ionio Daunĩ abluẽte, quã nunc Apuliam dicimus, non procul à monte Gargano, vel à Sipontinis, & à continenti miliario octauo supra decimum distantes, de quibus Virgilius, Ouidius, Dionysius & alij plura, necnõ D. Augustin. de Ciuitate Dei lib. 18. & c. 18. de auibus Diomedæis loquens, Insularũ scopulos tenentibus, quas socios Diomedis ibidem mersos, & in volucres mutatos ipse Diomedes apud Virgilium sic queritur.

Hanc etiam horribilis iussu portenta sequuntur,
Et socij amissi petierunt æthera pennis:
Fluminibus vagantur aues, heu dira meorum
Supplicia, & scopulos lamentis vocibus implent.

II. SVnt autẽ huiusmodi aues, qũdoquidem in illarum mentionem incidimus, Anatis amplitudine paulò grãdiori, plumas habentes in tergo colore glaucas, vel subnigras, sub pectore aũt albas, capite sunt grossiori, ac rotũdo, oculis igneis, rostro subadunco, breuibus cruribus, & pedibus croceis, ac cartilaginatis instar anseris, aliisq; oblongis. Et quanquã alibi ẽt, vt nonnulli afferunt, inueniãtur, maiore tñ numero, & copia apud Diomedæã Insulã habentur. Nidificant autẽ in foraminibus saxeis, vno tñ ouo singulæ contentæ. Diẽ medio in pelago piscando peragunt. Nocte reuertũtur in cryptas, & sub primum noctis crepusculum, scopulos æstate clamoribus implent. Earum garritus veluti vox vagientis infantuli: & nisi quispiã ipsarũ cognitionẽ calleret, crederet pueros potius in cunis vagire, quã garrire alites in cauernis. Pulli istarum auium sunt in Autumno pingues, & tunc incolæ ferreis eos aucupantur vncis, non ad vescendum tamẽ, quia earum carnes graui quodã odore stomachũ faciunt, sed ad excipiendum adipem, qui collectus, & adseruatus languoribus plurimis medetur. Nam huius adipis liquor, vt à pleriſq; compertũ est, prodest omni neruorum contractioni ex causa frigida, & mixta orienti, nec non humorum algen-

tiũ, rigentiumque discursũ. Adiumentum præterea non mediocre affert omni collisioni, & debilitati ex diuturna ægrotatione consecutæ, & dolorem podagræ, chiragræque mirifice sedat. Hæ aues Artennæ modò ab incolis vocantur.

III. FVerunt, qui crederent, has insulas vnico prius ambitu constitisse. Verum longo post tempore vi ventorum, & pelagi sæuitia in tres, aut etiam plures diuisas, vt de Trinacria Virgilius 3. lib Æneidos phibet, quod q credere velit, haud difficulter põt. nam videntur nunc etiam montium amphractus, scopulique sub aquis latentes, quos vnum fuisse olim montem credendum sit, idcoque Diomedis nomine paulatim obsolescente, insulas Tremitanas ab aspectu trium montium nuncupatas, quorum vnus ab alio interfusomaris brachio 500. circiter passibus secatur. Harũ prima Deiparæ gloriosæ, ac D. Nicolao dicata est. Secunda B. Iacobo Apostolo maiori, & sancto Domino Episcopo, & martyri. Tertia Cappararia dicitur, quod cappares gignat. Hæc postrema Septentrionem respicit, & 25. stadiorum ambitu perstringitur, nullis ædificijs ornata, virgultis tantum, & vepribus abundans. Secunda in Occidentem vergit, Zephyris subiecta, cuius ambitus est stadiorum quadraginta, quæ præter sacellum sanctis Iacobo Apostolo, & D. Antisliti, & martyri dicatum, humilibus nonnullis casis ad laborantium potius commodum, quam ad ornatum extructis, constat. Copiosius abundant in illa, & crescunt altius virgulta plurima, videlicet Barba hircina, Rosmarinus, Stinchus, & arbuta, ac patulis ramis siluestris Pinus, & Mirthus, quorum omnium copia tam densa est, vt nemus, aut sacer lucus, ad habitantium necessitatem facile suppeditãs esse videatur. huius solũ ferax, & pingue. campos habet varijs arboribus consitos, tũ maximè Oliuetis, ac Vinetis excultos, ex quibus oleum, vinum, ficus, cerasa, mala punica, & alia id genus suauissima colliguntur. At in prima, quæ cæteris magis celebris est, templum, & Regiam, & Diomedis tumulum extitisse. nemo dubitare debebit: cum præter Historicorum autoritatem, extent adhuc ædificiorũ parietinæ, structuraruque ruinæ, & fundamẽta ipsa vetustate antiquiora, quæ quotidie ab incolis excauata rem testẽtur. quin & antrum saxeum, quod tumulũ Diomedis vocant, nunc etiam præmonstratur, Deiparæ Virginis indicio ante longa secula detectũ, in quo aureorum non mediocris thesaurus, & iuxta complura defunctorum corpora iacebant, inque vno sepulchro eximium caput repertum, corona deaurata, pretiosis lapillis intertexta redimitum, quod vel Regis Diomedis, vel eius filij antumant extitisse, coronaque ipsa in hodiernũ diem supra lãpadem ante maiorem templi aram pendet. Nũc vero in eadem Insula templũ cum cœnobio canonicorum, & arce tutissima, & omni genere armorum, & comeatus, cũ valida manu defensorum visitur. in litore verò exiguum Nauale, cum nonnullis casis, vulgo Magazenis, ad excipienda nauigiorũ onera constructis cernitur: ex quo nauali ad sacrum promontorium accliuo, flexuosoque tramite commodissime delapidato ad duo stadia ascenditur. in cuius vertice pualida, & machinis bene munita turris fundata est, quæ portui imminens, cum facile tutum reddit. Hæc prima est montis custodia, vbi confluentium arma deponuntur, cuius portam ingressi planitiẽ late patentem intuentur, quã via cementis, & arte adæquata, & ad amussim directa ad arcẽ, longitudinis duorum stadiorũ mediam. diuidit, reperta sunt autem à fossoribus in eadem planitie mira ædificiorũ fundamenta, & pauimẽta, loca plurima, vasaque fictilia vetustissima, quibus summos viros ibidẽ aliquando habitasse facile credi potest: cuius latera rupes, vtrinque altissimæ, & turres meridiem versus tres præmuniunt, ex quibus arceri, cõprimique portum inuadentes, vel infestantes possint. Arx ad Occidentem habet frontem, super ingens saxũ firmata & extructa, muro vngulato desuper erecto, ac depressam fossam exciso habens saxo, cuius latera dilatantur in medio. sed deorsum postmodũ in augustias protenduntur. saxis præruptis, ac rupibus cingitur altissimis, quibus vtrinq; obstantibus nulla ex parte adiri põt. In ea cœnobium situm est, vltra quod nihil aliud structuræ cultioris habetur, præter templum humile D. Nicolao dicatum

Demum in ipsius Arcis vmbilico, vbi Diomedæum Fanum ex vetustissimis fundamentorum indicijs fuisse creditum est, nunc celeberrimum templum Deiparæ Virgini Marię dicatum fulgęscit, in quo vetus illius simulachrum miraculis innumeris claret, quod ab omnibus Adriaticum nauigantibus, in veneratione habetur. Ferunt illud temporibus Imperatoris Constantini per Almeradum quendam Praconesensem Antistitem solemni ritu consecratum, ex quodam instrumento vetustissimo. verum crediderim, nõ sub Magno Constantino, sed sub alio eiusdem nominis Imperatore id contigisse, vt ex seqq. patebit.

HIs de Insulis Diomedæis, siue Tremitanis præmissis, reliquum est, vt qui Diomede extincto locum post longa secula coluerint, & quanam via ad nostros canonicos deuenerint, breuiter aperiamus. Principio igitur cũ hic locus multò tempore à nullo penitus habitatore coleretur, esseteque latronum, & pyratarum singulare profugium, vir quidam venerabilis, & sanctus, quietis, & solitudinis amator, quò se totum Deo dicaret, & diuinis liberius insistere posset contẽplationibus, tanquam alter Elias à secularium rerum strepitu se subtrahens, hunc in locum secessit, vbi cœli salubritate, solitudinisque dulcedine plurimum oblectatus, cœpit sibi domunculam

IV.

in

in parte maioris Insulæ, quam D. Nicolao sacrã diximus, ad diuertendum erigere: nam structuræ Diomedeæ, vel ob nimiam vetustatem, vel quia nullus per longa tempora insulam illam habitauerat, funditus corruerant, & ita erant æquata solo, vt eminæ vix altè defossæ possent inueniri. Ille enim vir ille Deicola ingenti animi tranquillitate frueretur, & cœlestem in terris vitam ageret, die quadam deuotiùs orationi incumbens, vnàque in excessu mentis gloriosam Saluatoris Matrem talia sibi monita proferentem: Surge, inquit, & accepto sarculo fode in tali loco scilicet, nam ibi pecuniam non modicam defossam inuenies, quam accipiens, concitas ad litora continentis nauiga, indeq; comparabis, quæ ad templum meo nomini fabricandũ fuerint necessaria. his dictis B. Virgo disparuit: exurgens vir Dei, & ad seipsum rediens, cœpit diu, multumque cogitare huius visionis nouitatem, totusque ancipiti cogitatione turbatus meditabatur secum tacitus, esseneè an minus tali oraculo præstanda fides. Itaque dum postridie cœlestia tota mente contemplaretur, ecce iterum Ven. Deipara oranti viro implacido vultu, ac turbatis oculis apparuit, eumque eur primæ iussioni non obtemperasset, durius increpans, ad locum prædestinatum protinus fodiendum vt rediret, ac singula perficeret, iteratò præcepit: quille studiosius adimplere satagens, fossarium illum arripuit, & iuxta tumulum quendam circumfodiens, reperit vasa nonnulla monetis aureis, atque argenteis oppleta, & in ipso tumulo coronam deauratam, vti prænarrauimus. Illico vir Dei huni stratus, in laudes B. Virginis prorupit, & thesaurum nummorum colligens statuit quamprimum diuinis monitis obedire: paratoque nauigio, illud solus ingressus, breuissimo temporis spatio ad quandam Vrbem peruenit, comparatisque omnibus ad fabricam necessarijs cum naui oneraria protinus cum illis in insulam est reuersus, conductisque artificibus templum in honorem Dei, & B. Virginis extruxit. Cuius templi fama cum apud vicinos continentis accolas percrebuisset, & deuotiùs ad illud homines accederent, cœpit ipsa B. Virgo pluribus in eo miraculis coruscare. Itaque vir pius cernens Ecclesiæ deuotionem, crebrescentibus signorum prodigijs, in dies apud populos augeri, de templi cura religiosis aliquibus committtenda cogitare cœpit, per quos & Dei cultus, & deuotio fideliũ augeretur: quare ad vrbem Romanam profectus egit apud Pontificem, vt Religiosos templo prædicto, & insulæ deputaret, quibus ipsius templi, totiusque insulæ administratione resignata, plenus bonorum operum, & dierum paulo post in pace obdormiuit. Religiosi autem illi plurimis annis insigni sanctitate celebres apud omnes habebantur, curæque templi, & diuino cultui accuratius insistentes, tam deuotione apud finitimas gentes, quam opibus mirum in modum excreuerunt, quippe quamplurimi nobiles, & Principes ipsorum, & loci Religione vehementer allecti, castra, villas, agros, Tremitano templo in remissionem peccatorum suorum, & animarum salutem libero munere concedebant.

V. CVius autem instituti, vel ordinis essent illi religiosi, & quæ bona, castra, villas, & oppida monasterium Tremitanum haberet, subiectum Leonis IX. priuilegium anno 1054. emanatum, sic monstrabit:

Leo Episcopus seruus seruorum Dei Ecclesiæ S. Mariæ semper Virginis in Insula, quæ Tremiti dicitur, & per eam Quisinolpho Abbati, suisq; successoribus canonicè intrantibus in perpetuum. Omnium Sanctorum merita, cum sicut oportet, solemni veneratione colamus, dignum vtiq; ac iustum est, vt Reginam Cœlorum, post Creatorem filium suum vnigenitum, omni creaturæ deuota mente præponamus, & in locis specialiter sibi dicatis bona, quæ possumus, hilari exhibitione faciamus. Venerabilis frater, & Abbas eiusdem monasterij Quisinolphe iustis petitionibus tuis annuentes, per priuilegium S. Apost. sedis confirmamus eiusdẽ Ecclesiæ bona, quæ inse, ac legaliter videtur habere, aut vnquam fidelium donatione habitura est, & nominatim hæc in Comitatu Theatino Ecclesiam S. Mariæ ad Fresam, Castellum de Riuoarmari cum pertinentijs, medietatem Castelli Planatij, cum suis pertinentijs. in Comitatu Tremulose Eccl. S. Pauli, & Eccl. S. Ioannis de Montenigro, Eccl. S. Syluestri, item S. Eleutherij, tertiam partem de Castello Amari cum suis pertinentijs, Castellum Guilonisij cum suis pertinentijs, Castellum de la Vetrana cum suis pertinentijs, Castellum de Campo de Abbatissa, Eccles. sancti Quirici in principatu Beneuentano, Eccl. S. Luciæ, item Eccl. S. Ioannis, Eccl. S. Mariæ ad Cornitum, Ecclesiam S. Nicolai ad Castellum de Torra, Ecclesiam S. Martini Apisille, Ecclesiam S. Viti, Ciuitatem de mare cum suis pertinentijs, quantum ad se inde pertinet, Castellum de Vena de causa cum suis pertinentijs, Ecclesiam S. Ioannis, Ecclesiam S. Angeli. In Ciuitate Vestia Ecclesiam S. Ioannis, & S. Laurentij. Si quando Abbas ipsius loci de hac luce migrauerit, bonus, & idoneus frater in dicta congregatione digna electione ad idem monasterium secundum regulam S. Benedicti subrogetur, & nullo modo ab aliquo, nisi à Summo Pontifice canonicè consecretur. sciens locum ipsum ita Apostolicæ sedi esse specialem, ac proprium, vt nullus præter eam in eodem loco sibi vsurpet aliquod dominium. Quapropter temeratoribus huius nostri priuilegij damnationem pro sacrilegio æternam, & debitum talibus anathema ab Apostolica sede intendimus, & comminamur. Pijs verò obseruatoribus eius sempiternam à filio, & Domino ipsius perpetuæ Virginis Mariæ recompensationem meriti eius, Sanctorumque Apostolorum patrocinijs pro sua benevolentia, & deuota obedientia peroptamus. Datum 5. idus Nouemb. per manus Federici Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarij, & Cancellarij Vice-

do-

domini Hermanni Ar. bisancellarij, & Colonienſis Archiepiſcopi, Pontificatus Domini Leonis noſtri Papæ anno 5. Indictione 6. ann. 1054. Simile priuilegium dedit Nicolaus II. Abbati Tremitano anno. 1061. vt aliud Anacleti pſeudopapæ omittamus an. 1087. emanatum, quorum exempla in noſtro Archiuo Romano vidi.

VI. Cæterum, vt ſolet plerunque in magnis diuitijs ſanctitas periclitari, monachi progreſſu temporum à rigore diſciplinæ monachalis plurimum deſciuerunt: quàm ob cauſam illis loco amotis, alij ex ordine Ciſtercienſium, magna ſanctitatis fama tunc celebri, ex monaſterio Caſæ nouæ propè ciuitatem Pannenſem celeberrimo in locum priorum, autoritate Apoſtolica, ſunt ſubrogati per Eugenium Pontificem huius nominis Tertium, vt ex priuilegio Innocentij Tertij, dato Peruſij calendis Iunij Pontificatus ſui anno nono, qui incipit: *Retulit &c.* & ex alio Alexandri IV. dato anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, quod incipit: *Religioſam vitam &c.* Abbatibus Caſæ nouæ directis colligitur, quorum authentica ſunt in Archiuo Tremitano. Qui optimis moribus, regularibuſque inſtitutis breui priſtinum decus ſancto loco reddiderunt, miramq; ſibi ipſis adiacentium populorum deuotionem conciliauerunt. Qui vt vitæ ſanctitate optimè apud illos audiebant: ita non defuerunt, qui crederent, illos theſauris & magnis opibus abundare, nam plurimi deuotionis gratia in Inſulam confluebant, Virginiſque Beatiſſimæ adorato ſimulachro, oblatiſq; templo muneribus ad propria remeabant. Hocque facto, fama percrebuit apud finitimas nationes, templum ipſum auro, gẽmiſque ac huiuſce generis ornamentis eſſe quàm maximè refertum. quam rem quidam ex Almaſio Caſtro decem millibus paſſuum à Spalatro Dalmatiæ oppido diſtante audientes, auaritiæ ſtimulis exagitati, decreuerunt in Inſulam nauigare, & cuncta, quæ poſſent, rapere, & exportare (erant enim latrones & pyratæ, Adriaticum atrociter infeſtantes) inſtructaque Biremi, verſus Inſulam nauigantes, portum pacificè ingreſſi fuerunt. Itaque per fraudem cœnobium occupare meditati vnum ex ſocijs vita functum ſimulant, & chriſtianæ ſepulturæ velle illum tradere confingũt, quẽ velutti mortuum capſæ inſtar pheretri componunt, & ſub ipſo gladios abſcondunt, qua machinata fraude cœnobitas adeunt, cum maxima precum inſtantia petentes, vt & funerales exequias apud ipſos celebrare concedant, & defunctum ſuum ad ſepulturam recipiant. Religioſi verò rem ſic habere facilè credentes humaniter, & piè votis annuunt ſupplicantium, & nihil fraudis ineſſe cogitantes, pheretrum leuantes, in Eccleſiam de more detulerunt, ſequentibus à tergo machinatoribus, & ſuper ſimulatum mortuum luctum ſimulantibus: quod cum in medio Eccleſiæ poſuiſſent, & in modum coronæ circumſtantes, exequias celebrarent, nefarij prædones mutuo ſeſe contuentes, aperta capſa, moxque arreptis gladijs, in ſanctos viros inſilientes, illos ferè omnes cum monaſterij famulis immaniſſimè trucidauerunt. Indeque prædam conuerſi, omnia templi ornamenta, & reliquam loci ſupellectilem diripuerunt: cætera verò ferro, & igni vaſtauerunt, & ſtructuras, præter partem Eccleſiæ, vbi maior ara ſita eſt, funditus euerterunt: ſicque direptis omnibus, & fracto monaſterio, præda nobili referti, domum hilares, & ludentes redierunt. quos tamen vltio Dei mox eſt ſecuta, quæ non ſolùm in eos, ſed etiam in totam illius Caſtri gentem per 200. circiter annos & fortaſſis amplius deſæuit adeo, vt ex eo die nunquam agri, nunquam vineæ, nunquam oliueta, campiq; fertilitatis quidpiam attulerint: ſed aut vis grandinis eorum prædia demoliretur, aut æſtus exſiccaret, aut pruina decoqueret: nullus in arboribus fructus ad maturitatem perueniret, ſed immaturi omnes deſluerent, nec ſpicæ ſemine replerentur, nec herbæ pecori ſufficientes germinarent: & vel mulieres eorum abortum paterentur, vel nati pueri manci, & diſcerpti eſſent, alijque gibboſi, alij monſtruoſi, aut elingues, aut cæci naſcerentur: Cætera hominum multitudo, quæ tunc fuerat, ægrotationibus & morte acrioribus, quam ſolebant, diuexaretur. Nam incolæ illius caſtri ſupra 100. annum ſub excommunicationis vinculo permanſerunt, à quo cum abſolui ſe plurimum exoptarent, communi conſilio decreuerunt, ad Vrbem ſacerdotem ſuum parochialem deſtinare, vt publicis impenſis abſolutionis beneficium impetraret. quã cum domum rediens, poſt multos labores attuliſſet, & pecuniam, quam pro illa obtinenda expenderat, à comparochialibus ſibi ſubditis repeteret, illi ingratiſſimi, & tanto beneficio nunquam digni, in Paſtorem inſurgentes, pro accepto beneficio cæſum turpiter interemerunt: ſicque in maledictionis ſententia obſordeſcentes, innumeris obnoxij calamitatibus, de malo in peius ruerunt, vt de illis quam veriſſimè dici potuerit cum Pſalmographo: *Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: & induit maledictionem ſicut veſtimentum: & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius:* Quo verò tempore malum illud, grandeque piaculum in ſanctum locum fuerit admiſſum, indicant Innocẽtij III. literæ ad Electũ Sipontinum, anno ſui Pontificatus 16. directæ, incipientes: *Lacrymabilem* in quibus rei ſeriem narrat, & eidem mandat, vt nonnullos de Sipontina Diœceſi, quos à Pyratis bona monaſterio deprædata audierat coemiſſe, accepto pretio, quod ſoluerant, monaſterio reſtituerent, quod indicio eſt, ſub illud tempus contigiſſe.

Poſt

Poſt diſceſſum autem illorum ſacrilegorum reuerſus ad Inſulam Abbas, nam diebus, quibus hæc monaſterio acciderant, Dei nutu aberat, videns monachorum famulorum ſtragem, & monaſterij ruinam, conſternatus animo, quidnam ageret ſuperfuerant reliquiæ collegit, & apud Pontificem conqueſtus, egit, vt anathemate innodatis illos ſacrilegos, & prædam, quam ex monaſterio aſportauerant, reſtitui iuberet. Cuius ſupplicationibus cum annuiſſet Pontifex, nihilominus præfatam abbatiarum reſtitueretur, ſupra centum annos (vt dictum eſt) excommunicationis vinculo conſtricti permanſerunt. Verùm non deſiderent Abbas, & ſui monachi, & reputarent, non eſſe ſibi integrum, in Inſula commorari, locum deſeruerunt, Deo, & B. Virgini Deiparæ illum obnixè commendantes. Manſerunt tamen in monaſterio Tremitano vſque ad tempora Alexandri IV. vt ex quodam priuilegio eiuſdem Alexandri proximè citato ſatis patenter colligitur, quo tempore deinceps que fama huius miraculi facinoris apud vicinos populos increbruerat, nemo audebat ad Tremitanas intrare littoraque, nullum tutò exiſtimans, inibi futurum, eius rei gratia paulatim cœpit locus ipſe reſtituitur, & in ſolitudinem reduci, tandemq; titulus Abbatiæ cum ſuis redditibus, qui tunc temporis exigui erant, cuidam Cardinali eſt commendatus, tulerque per annos plurimos perſecutio poſt quos cum locus tam ſacer, & venerabilis à nemine coleretur, viro cuidam ſolitudinis percupido in illo ſeſe recipere, Deo inſpirante mentem venit, vt ibi ſolitarius diuinis tantummodo operibus quietius vacaret. in quem Dei nutu, & auxilio deuenens, Inſulam Diuis Iacobo Apoſtolo, & D. Antiſtibus, ac martyri dicatam, inhabitandum elegit, quòd aërem puriorem haberet, & clementiorem: vbi domunculam ſibi extruxit, & poſt cœleſtes meditationes otio torpeſcentes, & oliueta plantauit, & omnis generis arboribus fructiferis conſitam magna ex parte reliquum tamen B. Virgini Deiparæ (cuius fuit cultore manebat vſq; ad annũ Iubilæi 1512. quo tempore Ioannes Dominicus S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Ragufinus, vir Abbatiam in commendam tenebat, de diuina in ſacro loco reſtituendo impenſius curauit, & quia multi latronum incurſiones timebant, eidem loco ſe committere non audebant, canonicis Frigidonarijs, præcipiente Gregorio XII. grauem, & duram ſatis prouinciam illi demandauit, illis ſimiliter excuſationem, ob præſentem cauſam, apud Pontificem prætendẽtibus, quam non admiſit. Quapropter Apoſtolicis mandatis reluctari nolentes, Deo, & B. Virgini domum erant gubernaturi, ſeipſos cõgruam, illius regimen ſuſceperunt, quod tã difficillimum Ven. P. D. Leoni de Carra- ſuſtinuerunt: quem cum literis Apoſtolicis, &

VII. POst discessum autem illorum sacrilegorum reuersus ad Insulam Abbas, nam diebus, quibus hæc monasterio acciderant, Dei nutu aberat, videns monachorum famulorum stragem, & monasterij ruinam, consternatus animo, modicas, quæ superfuerant reliquias collegit, & apud Pontificem conquestus, egit, vt anathemate mulctaret illos sacrilegos, & prædam, quam ex omnibus asportauerant, restitui iuberet. Cuius supplicationibus cum annuisset Pontifex, nihilque rerum ablatarum restitueretur, supra centum annos (vt dictum est) excommunicationis vinculo constricti permanserunt. Verùm cum diffiderent Abbas, & sui monachi, & reputarent, non esse sibi integrum, in Insula commorari, locum deseruerunt, Deo, & B. Virgini Deiparæ illum obnixè commendantes. Manserunt tamen in monasterio Tremitano vsque ad tempora Alexandri IV. vt ex quodam priuilegio eiusdem Alexandri proximè citato satis patenter colligitur, quo tempore deincepsque fama huius atrocissimi facinoris apud vicinos populos increbrescente, nemo audebat ad Tremitanas insulas nauigare, nullum tutò existimans, inibi futurum, cuius rei gratia paulatim cœpit locus ipse à cunctis cuitari, & in solitudinem reduci, tandemq; titulus Abbatiæ cum suis redditibus, qui haud exigui erant, cuidam Cardinali est commendatus, taliterque per annos plurimos perseuerauit: post quos cum locus tam sacer, & venerandus à nemine coleretur, viro cuidam solitudinis percupido in illo sese recipere, Deo inspirante, in mentem venit, vt ibi solitarius diuinis meditationibus quietius vacaret. in quem Dei fretus auxilio deueniens, Insulam Diuis Iacobo Apostolo, & D. Antisti, ac martyri dicatam, inhabitandam elegit, quòd aërem puriorem haberet & clementiorem: vbi domuncula sibi extructa, ne post cœlestes meditationes otio torpesceret, vineta, & oliueta plantauit, & omnis generis arboribus fructiferis consitam magna ex parte ornauit: templum tamen B. Virgini Deiparæ, iterum sine cultore manebat vsq; ad annũ humanæ salutis 1412. quo tempore Ioannes Dominicus S.R.E. Cardinalis & Episcopus Ragusinus, qui Abbatiam in commendam tenebat, de diuino cultu in sacro loco restituendo impensius meditari cœpit. & quia multi latronum incursiones verti, eidem loco se committere non audebant, canonicis Frigdionarijs, præcipiente Gregorio XII. grauem, & duram satis prouinciam illam demandauit, illis similiter excusationem, ob prædictam causam, apud Pontificem prætendẽtibus, quam non admisit. Quapropter Apostolicis mandatis reluctari nolentes, Deo, & B. Virgini, cuius domum erant gubernaturi, seipsos cõmendantes, illius regimen susceperunt, quod tãquam difficillimum Ven. P. D. Leoni de Carrato cõmiserunt: quem cum literis Apostolicis, & quatuor socijs ad Insulam destinauerunt eodẽ an. 1412. quo anno prædictæ literæ sunt datæ Caietæ sub die Septemb. 7. quibus Pontifex extincto in Abbatia Tremitana ordine Cistercienſium, & erecto in illa ordine canonicorum regularium S. Augustini congregationis Frigdionariæ, d. Abbatiam cum omnibus illius bonis, iuribus, & priuilegijs canonicis Frigdionarijs regendam tradidit, & in perpetuum vniuit. Qui Ven. Pater cum prædictis literis, & socijs ad Tremitanam Abbatiam dirutam, & exhaustam, quandoquidem prædictus Cardinalis illius fructus vita durante sibi reseruauerat, cum diuini auxilij confidentia alacres accesserunt: nihil aliud interim habentes, nisi quod à fidelibus eo nauigãtibus afferebatur, vnde pauperrimam vitam, & secundum sensum valde duram, & asperam per aliquod temporis spatium duxerunt, sæpius animis hærentes, incerti quid eligerent, an maximam calamitatem diutius ferrent, an scopulos illos steriles deserent: cum præsertim ob procellas frequenter insurgentes, victui necessaria pro arbitrio conquirere multoties non liceret. Verùm Dei, & illius S. Genitricis maiestatem offendere timentes, si loco excederent, & Summi Pontificis in eos perbenigni iussa contemnere, & illius indignationem incurrere metuentes, Deo se totos commiserunt, obnixè precantes, vt ex alto moneret, quid in tanto discrimine salubrius decernere deberent: cum ecce Cardinali commendatario corpore soluto, prouentus, & omnia iura, & bona monasterij, & templi Tremitani canonicis cesserunt. Quare diuinis officijs diebus, ac noctibus solicitius, & deuotius insistere cœperunt: aucto etiam numero canonicorum, qui rem diuinam indefessè curarent: & inter cætera hospitalitati summopere incumbentes, quã Deo gratissimam, & ipsis necessariam intelligerent, ad quorum manus tanta bona temporalia deuotione fidelium sacro templo in eleemosynas elargita, deuenisset: sicque declinantes ad Monasterium magnis animi s admittebãt, & qui aliquando victum mendicatorie ab alijs quæritauerant, iam suis diuitijs indigentiũ viscera refouebant, largèq; necessaria ministrabant, hospites, peregrinos, & aduentantes quoscunq; procellis præsertim, & tẽpestate maris illuc adactos, officiosè colligentes, ac refouentes.

VIII. ACcendebantur etiam ad illud officij, ac pietatis genus exemplo, & casu quodam siue miraculo, quod præ oculis habuerant, quo tempore sub Leone Priore vitam pauperrimam, & asperrimam inter illos scopulos adhuc agebant, quod Ioannes Philippus noster in Chronicis lib. 7. c. 12. sic refert: *Cum à principio nostræ reformationis in monasterio Tremitano præsideret ille venerandus vir D. Leo de Carrate Mediolanensis, aduenerunt quodam tempore ad ipsam Insulam quidam nauta, & mercatores à tempestate maris, & vi ventorum conquassati, qui*

ti, qui ab ipso Patre supplices petere, vt eu liceret in porta residere, donec cessaret illa tempestas: quibus benignus pater lubentissimè annuit, & deficientibus sibi alimonijs iussit, de qualicunq; sua paupertate sibi ministrari, ne fame tabescerent. quadã autem die ex hospitibus à Patre petijt amore Iesu, & Beatæ Virginis, parum olei sibi dari. quo audito, Pater iussit dispensatori, vt hospiti daret oleum, quod petebat, cui ille ait, non est in domo nostra oleum, nisi parum in lecytho pro Ecclesia. & Pater, vade; & de eo quod est in Ecclesia præbe: nam confido, quod Dominus, & beata Virgo sibi prouidebunt. statim ille hospitis oleum tribuit. sequenti die vident à longe in mare vas magnum à fluctibus iactari, & versus insulam se transferre, quod videntes canonici, ad litus descendunt, & vas in terram trahunt, & plenum olco reperiunt. non est dubium, quod illud misertè Dominus, qui dixit, centuplum accipietis. Pater autem monasterij Deo, & Beatæ Virgini gratias egit. Hæc ille.

IX TEnebat per illud tempus insulam alteram D. Iacobo Apostolo dicatam deuotus quidam Eremicola Petrus Polonus vocatus cum socio, qui casu die quodam in vndas delapsus est præfocatus. hic totius insulæ possessionẽ, quo ad vixisset, Pontificis diplomate obtinuerat, qui vitã, & mores canonicorum multis diebus contẽplatus, die quodam ad illos accedens, totam insulam, & seipsum eis obtulit, promittens nunquã ab illorum societate, nisi per mortem recessurũ, & vt dicto fidem faceret, Bullas Pontificias protinus illorum manibus resignauit. Canonici verò illius deuotionis affectum non parũ admirati, cum in confratrem acceperunt, & secum ad vitã communem admiserunt: qui religiosè cum eis viuens, non diu postea quieuit in Domino, & in senectute bona; post cuius obitum insula tota in ditionem canonicorum venit. quorum sanctitatis fama inter propinquilitoris accolas crebrescente, ac per illos ad exteras quoque nationes protendente, plurimi deuotione ad sacrũ locũ, ac desiderio cernendi, an vera essent, quæ de canonicis ad eos rumor aduexerat, ad Insulam cõmigrabant: vbi longe maiora videntes, quã quæ fama vulgauerat, alacres ad propria remeabant, & sancta opinione de illis concepta, vt peccata eleemosynis redimerent, sacro templo Tremitano prædia, vineas, nemora, cãpos, & olineta ad Ecclesiæ ornamentum, & canonicorum inhabitantium sustentationem, & commodum donabant. quorum donationes Romani Pontifices, Imperatores, & Reges suis priuilegijs firmauerunt. quibus adminiculis, accedente solicitudine canonicorũ in recuperandis antiquis monasterij bonis, & iuribus, cœnobium id augmẽti consecutum est, vt alteri sine iniuria nullatenus inuideret.

X REbus verò sic dispositis, ad reparandas tempi ruinas, ipsumq; templum, & monasterium tum exornandum, tum etiam contra prædonum, & pyratarum insultus muniendum, animum adiecerunt; omnia siquidem adeò diruta, & disiecta erant, vt nulla penè templi, vel cœnobij facies appareret; nullus enim post exustã domum à pyratis, & templum quassatum, & euersum audebat solus insulam inhabitare. vnde collabebantur muri, & templum magna ex parte delapsum, deserta domus, ruderibus, & vepribus obsitum claustrum, & omnes cœnobij officinæ deformatæ. quibus omnibus breui repurgatis, restitutisque ædificijs, meliorẽ faciem cuncta prætulere; nam in primis templum in augustiorẽ formã, quæ nunc est, instauratum in anteriorem partem, quam faciem vocant, pario lapide, ac figuris marmoreis insigniter fuit exornatũ, claustrum peristilijs instauratum, pauimentum loco tecti subdialibus inductum. Insula præterea in qua templum cum cœnobio situm est, mœnibus præaltis, & firmis extructis, cũ turribus crassissimis vallata, & in modum arcis munitissimæ obfirmata, cum triplici porta: qua munitione extructa, & aucta scopulorum prominentium altitudine prope modũ inaccessibilem, & contra Turcas, Pyratas, & externa quæcunque pericula tutissimam reddiderunt. Ferunt superius propugnaculum, cum claustro exstruxisse Ven. P. D. Cyprianum Mediolanensem cœnobij Abbatem. Cæteras ædes à Matthæo Vercellensi, cũ Abbas existeret, inchoatas, quas successores ad culmen structuræ, magnis sumptibus perduxerunt, qui Ven. P. D. Matthæus decennio post iterum loco præfectus, dormitorium ex integro cum cæteris fabricis absoluit, quod Benedictus Cocorella in præallegata historia lib. c. 4 sequentibus versibus sic notauit.

Eximias ades admiraris, hæc lege Lector
Carmina, scire potes, anteà quid fuerim.
Vlu eram scopulus, contectus cespite, multo.
Structura nunc sum clarior egregia.
Me Reuerendus enim Matthæus pastor, & Abbas
Extulit in pulchras hæc, celebresq; domus:
Nam lapidem posuit fælici sydere primum,
Vltimus optato fine q; clausit opus.
Hic Vercellarum præclaris natus in Orbi,
Religione fuit clarus, & ingenio.

XI MOnasterium Tremitanum, vt prædictum est villis, castris, ac etiam ciuitatibus, magnisque redditibus olim fuerat ditatũ, quorum quædam nunc retinet: aliqua vel iniuria temporum, vel negligentia ministrorum, vel auaritia laicorum distracta, vel ab alienis occupata: quædam etiam à monasterio separata, & in Abbatias distinctas erecta, cuiusmodi sunt Abbatia S. Mariæ Calenæ apud Vestriã, & Abbatia S. Mariæ de Frisa prope Lancianum in Samnitibus, vtraque tamen spectans ad nostram Congregationem. Spectant nunc etiam ad Tremitanam Abbatiam Prioratus S. Mariæ in Valle prope Vastum Aymonis

monia cum pertinentijs suis, propeque idem Vasti oppidum pagus Aranea cum territorio campestri centum circiter stadiorum, in quo Tremitanus Abbas merum ac mixtum imperium exercet. Villæ item duæ adiacentes Tarsona & Paieta præfecto Prioratui subiectæ. In Diœcesi Termulana Ecclesia S. Antonij cum pertinentijs suis. In territorio Golionisij agri multi, & sylvæ. In Diœcesi Larinensi domus, vineæ, & olivieta. In Comitatu Vici Ecclesia S. Ioannis de Monte nigro cum pertinentijs suis. Prope flumen Fortorium inter Ciuitatem ad mare, & oppidum, quod dicitur Serra Capreola, Ecclesia S. Agathæ, vetus olim Abbatia, cum iuribus & pertinentijs suis. In eodem litore, propeque eundem locum, in Campo marino vocato, Rus, quod Ramatellum dicitur, habens territorium centum, & viginti stadiorum, pluribus priuilegijs Regalibus munitum. In eodem Ciuitas ipsa ad mare, licèt nunc diruta, eiusque vestigia vix supersunt, & alia bona in diuersis locis posita, quæ longum nimis esset singula recensere.

XII. Abbas ipse Tremitanus in habitatis Insulam, & quædam alia loca propinqui continentis omnimodam iurisdictionem spiritualem, & temporalem, & vtrunque gladium exercet. Vocaturque Princeps Ciuitatis ad mare, & Baro Araneæ, & inter Regni Barones suum locum habet.

Cæterùm Abbates, & Canonici Tremitani multis gaudent priuilegijs tum à Summis Pontificibus, tum ab Imperatoribus, & Regibus vtriusque Siciliæ sibi concessis, quorum nonnulla, quòd in libro Indultorum nostræ Congregationis delitescerent, partim ab originalibus, partim ab exemplis authenticis accepta hic reddenda curaui. Primum priuilegium, quod videre potuerim, est illud Leonis Noni, quod supra posuimus.

Secundum est Nicolai II. Datum per manus Bernardi Cardinalis Episcopi anno ab Incarnatione Domini 1061. Pontificatus sui tertio sic:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, Ecclesiæ B. Mariæ semper Virginis in Insula, quæ dicitur Tremiti, & per eam A. Venerabili Abbati, suisq; successoribus in eodem regulariter promouendis in perpetuum. Omnium Sanctorum meritis, cum sicut oportet solemni veneratione celamus dignum vtique, ac iustum est, vt Reginæ Cœlorum post creatorem suum filium vnigenitum omnia tota cura deuota mente præponamus, & in loco specialiter sibi dicato dona, quæ possumus, hilari exhibitione faciamus. Vnde Frater, & Abbas eiusdem mon. A. iustis petitionibus annuentes per priuilegium sanctæ Apostolicæ Sedis confirmamus eiusdem Ecclesiæ bona, quæ iuste, & legaliter videtur habere, aut vnquam legali actione fidelium habitura est, & nominatim hæc: In Comitatu Theatino Ecclesiam S. Mariæ ad Fresam, Castellum de Riuo armari cum Ecclesia S. Petri, & cū pertinentijs suis, Castellum de Aquauiua cum Ecclesiis, & pertinentijs, tertiam partem de Castello, quod vocatur Planati cum suis pertinentijs, tertiam partem de Castello Linari cum suis pertinentijs, Castellum, quod vocatur Sparpalia cum Ecclesiis, & pertinentijs suis. Medietatem Castelli de Turricella cum pertinentijs suis. In Comitatu Termulensi Ecclesiam sanctæ Paulæ cum ipso Poio, Ecclesiam S. Ioannis de Montenigro, Ecclesiam S. Syluestri, Ecclesiam S. Eleutherij, Castellum Guloniscij cum suis pertinentijs. Castellum de Lauetrana cum suis pertinentijs, Castellum de Campo de Abbatissa cum suis pertinentijs. Ecclesiam S. Quirici cum suis pertinentijs. In Principatu Beneuentano Ecclesiam S. Luciæ, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Ioannis, & S. Mariæ ad Cornetum, Ecclesiam S. Nicolai, Castellum de Terra, Castellum de Petra fitta, Ecclesiam S. Andreæ, Ecclesiæ S. Martini, Ecclesiam S. Vitæ cum omnibus suis pertinentijs. Ciuitatem de mari cum suis pertinentijs, Castellum de Vena de cause cum suis pertinentijs, Ecclesiam S. Petri cum suis pertinentijs. in Ciuitate Veste Ecclesiam S. Ioannis, S. Mariæ, in loco Calena Ecclesiam S. Laurentij cum omnibus earum pertinentijs. Præterea si quando Abbas loci ipsius de hac luce migrauerit, bonus, & idoneus frater in Congregatione digna electione ad idem monasterium secundum Regulam S. Benedicti subrogetur, & nullo modo nisi à Summo Pontifice consecretur. Scitis locum ipsum Apostolicæ nostræ Sedi ita esse specialem, ac proprium, vt nullus archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Castaldi, vel alia qualibet persona, magna, paruaq;, præter eam, sibi in eodem loco vsurpet quodlibet dominium, nec aliquam molestiam eidem monasterio inferat. Et si qua necessitas exegerit quidquam de sacris ordinibus, de consecratione Ecclesiarum in eodem monasterio peragere, Abbas eiusdem loci habeat potestatem, quemcunque religiosiorem inuenire potuerit absque vlla venalitate conducere, atque id Canonico ritu perficere. Adhæc Apostolica censura statuimus, vt si quis huius nostri priuilegij temerè violator extiterit, & monitus canonicè, emendare contempserit, perpetui anathematis vinculo innodetur, & insuper centum librarum auri pœna multetur, sacro nostro Lateranensi palatio, & præfato monasterio pro medietate soluen. Pijs autem obseruatoribus eius sempiternam à filio, & Domino ipsius pietate Virginis Mariæ recompensatuum meritis eius, Sanctorumq; Apostolorum patrocinijs pro sua benevola, & deuota obedientia concedi peroptamus. Datum per manus Bernardi Cardinalis Episcopi, anno Incarnationis Dominicæ 1061. Pontificatus verò Domini Nicolai II. anno tertio.

XIII. Tertium est Gregorij VII. directum Congregationi Monachorum, siue monasterij S. Mariæ de Tremitis incipit: *Quia famosa*, statuit in eo Abbatem Cassinensem protectorem dictæ Congregationis, & monasterij, quam tamen protectionem alijs Abbatibus suis successoribus noluit competere, & inter alia inquit: *Nolumus enim, vt locus vester alicui subdatur loco, nec ex libertate sibi concessa aliquam patiatur diminutionem: sed in propria permanens liber-*

tate, but. dum taxat constitutioni obtemperet, quatenus ab infestationibus, quibus grauiter affligitur, per studiū tam dicti fratris nostri liberetur, vt omne ius concessa libertatis illæsum seruetur. Hinc vides, Abbatiam Tremitanam ab illo tēpore nulli, præter Romano Pontifici subditam fuisse, & nullius, vt aiunt, Diœcesis, quod in nonnullis sequentibus priuilegijs magis explicatur. Hic autem Abbas Cassinensis, quem Pontifex vocat Venerabilem fratrem, fuit Desiderius S.R.E. Cardinalis, qui postea fuit Victor III. qui vigore protectionis sibi concessæ Tremitanum monasterium sibi subdiderat, quod tamen resignauit sub eodem Gregorio VII. Calendis Decemb. anni 1082. vt Abbatia in posterum, sicut antea, esset libera, & in suo iure permaneret sub tutela S. Romanæ Ecclesiæ.

Quartum Vrbani III. simile primo, & secundo: & ideo non ponitur: Incipit. *Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Ferro Tremetensi Abbati, &c.*

Quintum Alexandri III. in forma literarum Apostolicarum directū Abbati Tremitano. Datum Beneuenti pridie nonas Decembris. Incipit: *Venerabilis.* Dicitur in eo, Episcopum Larinensem in insulis Tremitanis nullum ius habere.

Sextum Alexandri IV. directum Abbati Casæ nouæ, & Tremitani monasteriorum. Datum anno 1256. Pontificatus sui anno secūdo, per quod Ordinem Cisterciēsem per Eugenium III. in dicto monasterio Tremitano institutum, firmat, & bona monasterij à solutione decimarum omnino libera decernit, & eadem bona proprijs nominibus expressa eidem monasterio confirmat. Decernit, nullum Episcopum, aut aliam quāuis personam posse cogere monachos ire ad Synodos, vel Iudicibus secularibus de propria illorū substantia subiacere. quod oleum sanctum, chrisma, consecrationes altarium, & Ecclesiarum ordinationes suorum monachorum, à quocunque maluerint Episcopo Catholico recipere possint. & alia concedit, quæ omittuntur, quod in alijs priuilegijs contineantur.

Septimum Gregorij XII. Datum Caietæ idib. Septemb. per quod dictum monasterium transfert ab Ordine Cistercienſi ad Ordinem Canonicorum Regularium, & Canonicis Frigdionarijs regendum committit. iuxta priuilegia, & instituta ipsorum Frigdionariorum, quæ ad Canonicos in monasterio Tremitano degentes extendit.

Octauum Sixti IV. quod hic sequitur:

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuā rei memoriam. Licet ex debito Summi Apostolatus, cui præstante Domino præsidemus, circa Ecclesiarum, & monasteriorum quorumlibet, ac illorum temporalium locorum statum salubrius, & prospere dirigendum, nos deceat intentos existere, ad illa tamen, quibus grauia pericula, sinistrique euentus, & successiue Romane Ecclesia, & toti Italia cognoscimus imminere. Sane cum in mari Adriatico sit vna Insula inter alias, nomine Tremitana, nullius Diœcesis, in finibus eiusdem Italiæ regni Siciliæ citra Pharum, cum vno Venerabili monasterio Beatæ Mariæ, Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini, natura loci fortissima, & subiecta existat multis periculis, aduersisq;, & sinistris casibus, propter Pyratas, ac etiam infideles, qui ex diuersis mundi partibus ad ipsam Insulam diuertunt, & ad quam immanissimi Turci superiori anno propter loci opportunitatem, & inuasionem Ciuitatis Idrontinæ illarum partium aspirabant. vnde necessarium est, vt dicta Congregatio multas expensas, & alia grauia onera pro defensione dictæ Insulæ subeat: quia si à Pyratis, aut infidelibus seu à perfidis Turcis huiusmodi occuparetur, id profectò nedum in dicta Cōgregationis, ac illius Canonicorum, sed totius Italiæ, atque fidei Christianæ magnum cederet periculum, grauemque iacturam, ac desolationem, & calamitatem fidelium non modicam. Nos tot, & tanto periculo pro debito nostro pastoralis officij, quantum cum Deo possumus, remedijs opportunis occurrere, ac statum, & indemnitatis Insulæ, necnon monasterij, & Congregationis prædictorum consulere cupientes, maximè attendentes, prout manifestè constat, quod in hoc non solum de re Congregationis, ac Canonicorum, & insulæ prædictorum agitur, sed de tota Italia, fideque Catholica, ac dicti regni in primis, & propterea expediat, dictam insulam ad propulsandas incursiones, & hostes huiusmodi, fore omnibus necessarijs bene munitam, & hæc fieri non possint absque magna expensa. motu proprio, non ad ipsius Congregationis, vel alicuius alterius super hoc oblata nobis petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia, & voluntate: & quia ita necessarium esse cognoscimus, monasterium, & insulam prædictam, ac Abbatem, & Canonicos, necnon incolas pro tempore in dicto monasterio, & insula existentes, ad hoc vt facilius, & commodius onera huiusmodi supportare, & dictam Insulam à Pyratis, infidelibus, & Turcis prædictis tueri, & defendere possint, a quacunque solutione decimarum, seu exactione cuiuscunque alterius onerū, subsidij, aut grauaminū, vel impositionis, datij, aut gabellarum, seu personalis, tam nostra, quam etiam prædecessorum nostrorum, etiam pro fide Catholica, auctoritate impositis, seu imponendis, necnon ex specialibus priuilegijs, siue indultis per nos, aut prædecessores nostros Romanos Pontifices, aut eiusdem Sedis legatos, seu nuntios concessis, aut in posterum concedendis, perpetuo eximimus, & ab eis aliter liberamus, necnon exemptos, liberos, & immunes esse volumus, atque decernimus. districtius inhibentes omnibus, & singulis officialibus nostris, & dictæ Sedis pro tempore, ad quos super exactione huiusmodi spectat, & spectabit in futurum, ne decimas, & alias exactiones contra tenorem præsentium, sub excommunicationis pœna, petere, aut exigere præsumant. decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et

CAPVT DECIMV

Venerabilibus Venerabilibus fratribus nostris Theatinensis Tarentinorum, & Lucerin. Episcopis per Apostolicas literas mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, vel alios præmissa, vbi, quando, & quatenus opus fuerit, ipsique de super fuerint requisiti, diligenter publicantes, ac eisdem Abbati, Congregationi, & Canonicis, & incolis super præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eadem Sedis auctoritate Abbatem, Congregationem, Canonicos, & monasterium, insulam, & incolas prædictorum pertinentia seruari temporibus pacifica possessione, & vsu, ac quas exemptionis huiusmodi gaudere. Non permittentes Abbatem, Congregationem, Canonicos, monasterium, ac insulam, & incolas prædictos, & inibi habitantes super his per quoscunque siue præmissa, seu eorum aliqua contra formam, & tenorem præmissorum indebite molestari. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus, statutis, & priuilegijs, quibus indultis, ac confirmationibus dicti Regni, necnon quibuscunque etiam iureiurando, confirmatione Apostolica vel alia quauis firmitate roboratis cōtrarijs quibuscunque: seu si officialibus, & exactoribus prædictis, vel quibuslibet alijs communiter, vel diuisim à prædicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, voluntatis, constitutionis, ordinationis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1483. Salen. Aprilis 14. Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Item Sixtus IV. in alio priuilegio Congregationis Lateranensis concesso, quod incipit: *Dum ad vberiorem.* & habetur in libro Indultorum dictæ Congregationis pag. 345. de monasterio Tremitano sic habet. Et cum sicut accepimus, Congregatio Insulæ Tremitanæ in mari Adriatico, & in partibus Italiæ, prope Promuncium Apuliæ consistente, & longe à terra distante, insigne habeat monasterium, ad quod opus monasterij nauarimi, & nauigantes, vt inibi portum inuenire, declinant, & nulla in dicta Insula existat Ecclesia præter ipsius monasterij Ecclesiā ne declinātes huiusmodi Ecclesiasticis sacris Sacramentis, Congregationi, & Canonicis prædictis pariter concedimus, ipsis declinantibus, & forsan tribus, quos ad seruitiū monasterij retinere, possint etiam in festo Resurrectionis, Eucharistiæ, & cæteris solemnibus missarum celebrare. necnon cum Pyratis, & cæteris excommunicatis humaniter conuersari, ac eis, cum indulta loca vitæ necessaria exhibere: cum difficile esse Canonicis, & personis eiusdem loci, Pyratas huiusmodi euitare, propter eorum sapius, & dictorum Canonicorum per illos portus transitū, cum facile

Et inhibentes Venerabilibus fratribus nostris Theatin. ac Termularum, & Lucerin. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, vel alios premissa, vbi, quando, & quatenus opus fuerit, ipsique desuper fuerint requisiti, similiter publicantes, ac eisdem Abbati, Congregationi, & Canonicis, & incolis super premissis efficaciu defensionis presidio assistentes, faciant eadem auctoritate Abbatem, Congregationem, Canonicos, & monasterium, insulam, & incolas predictorum perpetuum futuris temporibus pacifica possessione, & vsu, vel quasi exemptionis huiusmodi gaudere. Non permittentes Abbatem, Congregationem, Canonicos, monasterium, ac insulam, & incolas predictos, & inibi habitantes super hu per quoscunque siue premissa, seu quauis alia auctoritate contra formam, & tenorem presentium indebitè molestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus, statutis, & priuilegijs, seu indultis, ac consuetudinibus dicti Regni, necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis cõtrarijs quibuscunque: seu si ciuitatibus, & exactoribus predictis, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim à predicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, voluntatis, constitutionis, inhibitionis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1483. calen. Aprilis 14. Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Idem Sixtus IV. in alio priuilegio Congregationi Lateranensi concesso, quod incipit: *Dum ad vniuersos.* & habetur in libro Indultorum dictæ Congregationis pag. 345. de monasterio Tremitano sic subdit. *Et cum sicut accepimus, Congregatio vestra in insula Tremitana in mari Adriatico, & in partibus Italiæ, prope Prouinciam Apuliæ consistente, & longe à terra distante, insigne habeat monasterium, ad quod sapius monasterijs maritimis, & nauigantes, vt inibi portũ recipiãt, declinant & nulla in dicta Insula existat Ecclesia præter ipsius monasterij Ecclesiã ne declinãtes huiusmodi Ecclesiasticis careãt Sacramentis, Congregationi, & Canonicis prædictis pariter concedimus, ipsis declinantibus & seruitoribus, quos ad seruitiũ monasterij retinuerint, possint etiam in festo Resurrectionis, Eucharistiæ, & omnia alia Sacramenta ministrare: necnon cum Fyratis, & cæteris excommunicatis humaniter conuersari, ac eisdem indulto loco victui necessaria exhibere: cum difficile admodum foret Canonicis & personis eiusdem loci, Fyratas huiusmodi euitare, propter eorum sapius, & dictorum Canonicorum per illas partes transitũ, cum facile admodũ inuicẽ sæpe casualiter conueniant, & nisi ipsi Canonici cum dictis Fyratis humaniter agerent, ab eis multipliciter offendi possent. dummodo dicti Canonici non participent cũ dictis Fyratis, aut alijs excommunicatis in crimine, propter quod excommunicationis sententiam incurrerent.*

XIV. NOnũ Innocentij VIII. in forma literarũ Venerabili Episcopo Insulano, & Collectoribus decimarũ in regno Siciliæ citra Pharum. videlicet: *Venerabili fratri Episcopo Insulano, & dilectis filijs Collectoribus decimarũ in Regno Siciliæ citra Pharum. Venerabilis frater, & dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Iuxta prouinciam Apuliæ est insula quædam, sita in mari Adriatico, & in ea monasterium Beatæ Mariæ de Tremito, quod & loci natura, & opere munitissimum est, & incolitur à Regularibus Canonicis Lateranensibus solit. & quoniam monasterium illud velut Propugnaculum est aduersus Barbaros, & Turcas, quo sæpe potiri tentarunt, vt Italiæ nocere possint, fœlicis recordationis Sixtus IV. prædecessor noster illud ab omni solutione decimæ eximit, & à Regijs quoque vectigalibus immune seruari intellexim us. Cum vero nuper acceperimus, monasterium ipsum, & illius Religiosos à vobis occasione huiusmodi decimæ molestari, volumus, ac vobis mandamus expresse, vt gratiam, & immunitatem ab eodem prædecessore dictis Canonicis, & Religiosis factam manuteneatis, neque illos quouis modo dictæ decimæ occasione molestetis, aut permittatis molestari; sed in sua exemptione conseruetis, & manuteneatis. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 6. Aprilis 1489. Pontificatus nostri anno quinto.*

Decimum Alexandri VI. datũ Romæ 1502. Põtificatus sui anno 10. per quod Abbati Tremitano facultatem eligendi concedit, ac deputandi vnum ex Canonicis dicti monasterij, aliàs idoneum, tabellionem, seu Notarium publicum, ad effectum celebrandi cum quibuscunq; personis negotia monasterium Tremitanum concernentia, & pro potiori cautelã, & firmitate ipsum tabellionem, seu Notariũ sic electum, & deputatum idem Pontifex autoritate Apostolica publicum Notarium creat, decernens, vt illius scriptis, & instrumentis ritè celebratis in Iudicio, & extra plena fides, sicut aliorũ Notariorum habeatur. Incipit: *Exponi nobis &c.*

Vndecimũ Leonis X. quod hic sequitur, videlicet, à tergo: *Dilectis filijs, Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij B. Mariæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, Insula Tremitæ, Regni Siciliæ citra Pharum. intus. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum perspectum, & cognitum sit Insulam istam crebris Turcarum, & Fyratarũ incursionibus infestari, atque adeo vos, & Congregationem istam proinsule, & monasterij prædictorum munimine, &*

defensione graues quotidie impẽsas subire oporteat. Et propterea fœl. record. Sixtus Pont. IV. quondam prædecessor noster probè considerans, quod si dicta insula in hostiũ Catholicæ fidei dominium deueniret, maximũ exinde vniuersæ Italiæ, quin immò & totæ Christianæ Reipublicæ incommodum, & detrimentum sentiret, monasterium prædictum, ac vos, Abbates que, & Canonicos illius pro tempore existentes, & dictæ Insulæ incolas, vt locum ipsum validius munire, & accuratius custodire, ac onera vobis, & illis propterea incumbentia supportare commodius valeretis, & valerent, à quacunque solutione decimarum, & exactionis cuiuscunque alterius oneris, subsidij, grauaminis, impositionis dati, aut gabellæ realis, seu personalis, quacunque autoritate, etiam pro fide Catholica impositorum, seu imponendorum, perpetuo exemerit, & liberauerit, & successiue fœl. rec. Innocentius VIII. etiam prædecessor noster immunitatem, exemptionem, & priuilegia huiusmodi confirmauerit, & obseruari mãdauerit, prout in literis sub plumbo, & in forma Breuis Sixti, & Innocentij præfatorũ respectiuè desuper editis plenius continetur. Et nos etiã postquã ad Apostolatus apicem diuina disponente clementia assumpti fuimus, præmissis dictis rationibus, ac præsertim attendentes, quod peregrini illac transeuntes, necnon naufragi mari, & ventis iactati, Turcarum, & Pyratarum violentiam fugientes, à vobis in dicto monasterio recipiuntur, benignè, & tractantur, monasterium ipsum, ad quod propterea singularem gerimus deuotionis affectum, specialibus gratijs, & indulgentiarum muneribus decorauerimus. Idcirco supremũ desiderantes affectibus vt Turcarum, & aliorum infidelium rabies Christiani sanguis sitibunda, Deo propitio, comprimatur. Sanctissimis vestigijs præfatorum Sixti, & Innocentij prædecessorum nostrorum inhærentes. Motu proprio, nõ ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, immunitates, exemptiones, & priuilegia prædicta, ac literas eorundem Sixti, & Innocentij prædecessorum nostrorum desuper editas, illarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserrentur, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, approbamus, confirmamus, innouamus, & Apostolico munimine roboramus, & quatenus opus sit de nouo concedimus per præsentes. Mandantes harum serie dilectis filijs præsentibus, & pro tempore existentibus decimarũ collectoribus, & subcollectoribus, omnibusq; alijs, ad quos spectat vel quomodolibet in futurũ spectare poterit, etiam sub suspensionis, & excõmunicationis pœna latæ sententiæ, quã firmiter in his scriptis, ne vos, seu Abbatem, & Canonicos, ac Conuentũ monasterij prædicti pro tempore existentes occasione dicti monasterij, aut bonorum eiusdem, necnon incolas dictæ Insulæ, ad solutionem alicuius decimæ, subsidij, exactionis, dati, gabellæ, aut cuiusuis alterius oneris per nos, & Sedem Apostolicam, aut quoscunque alios, quauis autoritate fungentes, hactenus impositorum, aut in posterum forsan imponendorum, quauis occasione, vel causa, etiam pro fide Catholica, aut expeditione contra Infideles, cum vos ad propulsandam illorum violentiam continuè inuigiletis, atque laboretis, cogant, aut compellant, neve à vobis, seu incolis prædictis præmissorum occasione quidquam exigere, aut per se, vel alium, seu alios desuper vos, aut Abbates, Conuentum, & Canonicos pro tempore existentes, vel Congregationem prædictam, nec non incolas eiusdem Insulæ, quomodolibet molestare, aut inquietare audeant, vel præsumant: sed vos, & monasterium, & incolas prædictos in immunitatibus, & exemptionibus huiusmodi conseruent. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Nostris Nouino, & Troiano Episcopis harum serie committimus, & districtius præcipiendo mandamus, quatenus vobis in præmissis de efficacis defensionis auxilio prouidentes, vos, ac pro tempore existentes Abbates, & Canonicos, & Conuentum monasterij in liberam, pacificam, & expeditam exemptionis, immunitatis, & priuilegiorum prædictorum possessionem manutenere, & defendere. Contradictores, & remittentes, aut se quomodolibet opponentes, per censuras, & pœnas prædictas, & alia opportuna remedia, autoritate nostra, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus statutis, & consuetudinibus dicti Regni, necnon impositionibus dattorum, aut gabellarum huiusmodi iure iurando, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunque, seu si essentibus, & exactoribus prædictis, vel quibus suis alijs communiter, vel diuisim a predicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 13. Maij MDXIX. Pontificatus nostri anno septimo.

Duodecimum eiusdem Leonis X. datum anno 1516. Pontificatus sui anno quarto, per quod perpetuo facultatem concedit Abbati, Canonicis, Conuersis, familiaribus, domesticis, & alijs in Insula commorantibus defendendi, etiam cum omni genere armorum seipsos, Congregationem, Insulam, Monasterium, Ecclesiam, & bona illius à Turcis, Pyratis, & alijs infidelibus quibuscũque. Item concedit eidem Abbati, & Conuentui facultatem puniendi, prout iuris fuerit, fideles delinquentes per semetipsos extra tamen pœnam sanguinis, aut per officiales laicos per eosdem pro tempore deputandos. simul statuens, vt nulla à prædictis incurratur excommunicationis sententia, aut alia censura, seu pœna Ecclesiastica, vel contrahatur irregularitas, etiamsi ex præmissis, vel aliquo eorum huiusmodi cædes, membrorum mutilationes, vulnera, fracturæ, aut alia detrimenta Turcarum, Pyratarum, & aliorum infidelium interuenirent. Similiter idem statuit, cum prædicti delinquentes puniuntur pro eorum demeritis à præfatis officialibus. Incipit: Expositi nobis. &c.

Decimum

Decimum certium eiusdẽ Leonis X. datum anno 1517. Incipit: Cum à nobis petatur. Vocat loco nullius Diœcesis. Suscipit personas, & locũ sub immediata protectione Sedis Apostolicæ. Confirmat omnes libertates, & immunitates à Leone IX. Paschali II. Anacleto II. Nicolao II. Alexandro III. & Clemẽte III. monasterio cõcessas illi vnito monasterio S. Mariæ de Calena ordinis Cisterc. &c.

Decimum quartum Clementis VII. quod hic inquirit, videlicet:

Clemens Papa VII. Dilectis filijs Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij B. Mariæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Congregationis Lateranensis, Insulæ Tremitis, Regni Siciliæ citra Pharum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum fœl. rec. Innocentius VIII. ac Leo X. Romani Pontifices prædecessores nostri pro certo habẽrent, Insulam illam, tunc temporis ab hostibus Christiani nominis occupatam, contra Turcarum, & Pyratarum incursus infestam, atque adeo Abbatem, & Conuentum monasterij pro tempore existentes, ac Congregationem ipsam pro Insulæ, & monasterij prædictorũ tuitione, & defensione graues quotidie impẽsas subire, & propterea ipsum prædecessores nostri attendentes, quòd ipsum in muris, & propugnaculis, ac tormentis, ærumnatis bellicis, necnon & viris validis munitum, velut propugnaculum, & antemurale, ac etiam Catholicæ fidei existere, & si quã hactenus noster Deus auertat) Insula ipsa in dictorum hostium dominium deueniret, maximum inde vtique Italiæ, quin immo & Christianæ Reipublicæ incommodum, detrimentum, & periculũ imminere, motu proprio, non ad illius, vel aliorum abbatis, Canonicos, & Conuentus pro tempore existentes, necnõ dictæ Insulæ incolarum hac de re super eis nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, immunitates, exemptiones, & priuilegia prædicta, ac literas eorundem Sixti, & Innocentij prædecessorum nostrorum desuper editas, illarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserrentur, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, approbamus, confirmamus, innouamus, & Apostolico munimine roboramus, & quatenus opus sit de nouo concedimus per præsentes. Mandantes harum serie dilectis filijs præsentibus, & pro tempore existentibus decimarũ collectoribus, & subcollectoribus, omnibusq; alijs, ad quos spectat vel quomodolibet in futurũ spectare poterit, etiam sub suspensionis, & excõmunicationis pœna latæ sententiæ, quã firmiter in his scriptis, ne vos, seu Abbatem, & Canonicos, ac Conuentũ monasterij prædicti pro tempore existentes occasione dicti monasterij, aut bonorum eiusdem, necnon incolas dictæ Insulæ, ad solutionem alicuius decimæ, subsidij, exactionis, dati, gabellæ, aut cuiusuis alterius oneris per nos, & Sedem Apostolicam, aut quoscunque alios, quauis autoritate fungentes, hactenus impositorum, aut in posterum forsan imponendorum, quauis occasione, vel causa, etiam pro fide Catholica, aut expeditione contra Infideles, cum vos ad propulsandam illorum violentiam continuè inuigiletis, atque laboretis, cogant, aut compellant, neve à vobis, seu incolis prædictis præmissorum occasione quidquam exigere, aut per se, vel alium, seu alios desuper vos, aut Abbates, Conuentum, & Canonicos pro tempore existentes, vel Congregationem prædictam, nec non incolas eiusdem Insulæ, quomodolibet molestare, aut inquietare audeant, vel præsumant: sed vos, & monasterium, & incolas prædictos in immunitatibus, & exemptionibus huiusmodi conseruent. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Nostris Nouino, & Troiano Episcopis harum serie committimus, & districtius præcipiendo mandamus, quatenus vobis in præmissis de efficacis defensionis auxilio prouidentes, vos, ac pro tempore existentes Abbates, & Canonicos, & Conuentum monasterij in liberam, pacificam, & expeditam exemptionis, immunitatis, & priuilegiorum prædictorum possessionem manutenere, & defendere. Contradictores, & remittentes, aut se quomodolibet opponentes, per censuras, & pœnas prædictas, & alia opportuna remedia, autoritate nostra, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus statutis, & consuetudinibus dicti Regni, necnon impositionibus dattorum, aut gabellarum huiusmodi iure iurando, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunque, seu si essentibus, & exactoribus prædictis, vel quibus suis alijs communiter, vel diuisim a predicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 13. Maij MDXIX. Pontificatus nostri anno septimo.

Duodecimum eiusdem Leonis X. datum anno 1516. Pontificatus sui anno quarto, per quod perpetuo facultatem concedit Abbati, Canonicis, Conuersis, familiaribus, domesticis, & alijs in Insula commorantibus defendendi, etiam cum omni genere armorum seipsos, Congregationem, Insulam, Monasterium, Ecclesiam, & bona illius à Turcis, Pyratis, & alijs infidelibus quibuscũque. Item concedit eidem Abbati, & Conuentui facultatem puniendi, prout iuris fuerit, fideles delinquentes per semetipsos extra tamen pœnam sanguinis, aut per officiales laicos per eosdem pro tempore deputandos. simul statuens, vt nulla à prædictis incurratur excommunicationis sententia, aut alia censura, seu pœna Ecclesiastica, vel contrahatur irregularitas, etiamsi ex præmissis, vel aliquo eorum huiusmodi cædes, membrorum mutilationes, vulnera, fracturæ, aut alia detrimenta Turcarum, Pyratarum, & aliorum infidelium interuenirent. Similiter idem statuit, cum prædicti delinquentes puniuntur pro eorum demeritis à præfatis officialibus. Incipit: Expositi nobis. &c.

Decimum quintum eiusdem Clementis VII. anno 1524. Pontificatus sui sexto Incipit. Dudum per quod eximit monasterium, & illius bona à

Decimum tertium eiusdē Leonis X. datum anno 1517. Incipit: *Cum à nobis petitur*. Vocat locum nullius Diœcesis. Suscipit personas, & locū sub immediata protectione Sedis Apostolicæ. Confirmat omnes libertates, & immunitates à Leone IX. Paschali II. Anacleto II. Nicolao II. Alexandro III. & Clemēte III. monasterio cōcessas, ac illi vnito monasterio S. Mariæ de Calena eiusdē Ordinis, &c.

XV. Decimum quartum Clementis VII. quod hic sequitur, videlicet:

Clemes Papa VII. Dilectis filijs Abbati, Canonicis, & Conuentui monasterij B. Mariæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Congregationis Lateranensis, Insulæ Tremitæ, Regni Siciliæ citra Pharum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sæl. rec. Sixtus IV. Innocentius VIII. ac Leo X. Romani Pontifices prædecessores nostri pro cōperto habētes, Insulam illam, ex eo quod Africæ ab hostibus Christiani nominis occupatæ opposita est, crebro Turcarum, & Pyratarum incursibus infestari, atque adeo Abbatem, & Conuentum eiusdem monasterij pro tempore existentes, ac Cōgregationem illam pro Insulæ, & monasterij prædictorū munimine, & defensione graues quotidie impēsas subire oportere, & propterea ijdem prædecessores nostri attendentes, locum ipsum muris, & propugnaculo, ac instrumentis, & tormentis bellicis, necnon & viris validissimis munitum, velut propugnaculum, & antemurale Italiæ, atque etiam Catholicæ fidei existere, & si (quod Redemptor noster Deus auertat) Insula ipsa in dictarum hostium ditionem deueniret, maximum inde vniuersæ Italiæ, quin immo & Christianæ Reipublicæ incommodum, detrimentum, & periculū imminere, monasterij prædictum, nos, illiusq; Abbates, Canonicos, & Conuentū pro tēpore existentes, necnō dictæ Insulæ incolas vniuersos, vt sc. Insulā ipsam validius munire, vigilantiusq; & accuratius custodire, ac onera vobis, & illis propterea nō ubertia cōmodius supportare valeretis, & valerent, à quacunq; solutione decimarū, & exactionis cuiuscunque oneris, subsidij, grauaminis, impositionis, seu gabellæ realis, seu personalis, quacunq; auctoritate, vel occasione, vel causa, etiā pro fide Catholica, tunc imposterū, seu ab inde imponēdorum, perpetuo exemerint, & liberauerint, prout in diuersis eorundem prædecessorum nostrorum tam sub plumbo, quam sub forma Breuis desuper editis literis plenius continetur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt literas prædictas approbare, & innouare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, literas prædictas auctoritate apostolica tenore præsentiū approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Illasque inuiolabiliter obseruari debere decernimus, atque mandamus. In contrariū nō obstantibus quibuscūque. Datū Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die vij. Martij MDXXIV. Pontificat. nostri anno primo.

Decimum quintum eiusdem Clementis VII. anno 1529. Pontificatus sui sexto Incipit. *Dudum* per quod eximit monasterium, & illius bona à solutione decimarum, quæ tunc vniuersaliter exigebātur, ob grauissimas impensas, quæ continuo pro Insulæ custodia fieri consueuerunt.

Decimum sextum Pauli III. directum Abbati, & Conuentui Tremitano Ordinis S. Augustini. datum anno 1535. Pontificatus sui primo. Incipit: *Dudum siquidem*. Recēset in eo priuilegium Leonis X. circa defensores insulæ, & punitionem delinquentium, quod cum omnibus in eo contentis confirmat: & amplius extendit, concedens, vt Abbas, & Conuentus per seipsos, si opus fuerit, & per Canonicos, Conuersos, oblatos dictæ Congregationis liberè, & licitè persequi possint, & capere omnes Pyratas infideles, ad eorum litus applicantes, seu applicare tentantes. Verum circa fideles pyratas, & alios tam maritimos quam terrestres latrones, necnon circa delinquentes de familia ipsorum concedit, vt eos non tantum in dicta Insula, sed etiam in omnibus locis, & membris eiusdē insulæ persequi valeant, capere, incarcerare, per laicos ad exercendā iurisdictionem deputari solitos, & per eosdē torquere, & vsque ad vltimum supplicium punire, si iustitia id postulauerit, absque periculo incurrēdi sententiam excōmunicationis, aut alias censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aut contrahendi aliquam irregularitatem, etiā interueniente quauis offensa, aut detrimēto super infideles, & fideles delinquentes opera dictorum laicorū iurisdictionem exercentium, aut eorum ministrorū: dummodo ipsi nihil quærant sanguinis & etiam contra fideles, vltra quam per præsentes committitur, non se intromittant.

Decimū septimū Pauli III. directum Cardinali Protectori Herculi Gonzagæ, datum 7 Iulij 1539. per quod monasterium Tremitanū eximit à solutione decimarum ob causas sæpius dictas.

Decimū octauum Gregorij XIII. datum an. 1581. quo altare Priuilegiatum pro animabus fidelium defunctorum est erectum. Et alia cōplura Romanorum Pontificum, & Episcoporum priuilegia, & literæ Apostolicæ in monasterij cartophilacijs seruātur, quę lōgū nimis esset recēsere.

XVI. ADsunt etiā innumera priuilegia Imperatorū, Regum vtriusque Siciliæ, & Hispaniarū eidem monasterio, illiusq; mēbris subiecta, quę si exscriberentur, volumē in immensum creseeret. propterea quædam potiora hic referam, quorū.

Primum est Conradi Imperatoris, datum 14. Calend. Iulij an. 1039. quo multa bona monast. donata numerat & donationē denuo firmat, & insuper statuit, vt monasterū sit subregimine ipsius Imperatoriæ maiestatis, & nulli nisi sibi respōdeat, præcipiēs, vt nullus Archiepisc. Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu alia persona totius regni sui magna vel parua prædictū monasterium super prædictis bonis habitis, & in posterū habendis inquietare, molestare, aut disinuestire præsumat. Incipit: *Omniū sanctæ etc.*

Secundum Henrici III. datum anno 1054. Incipit: *Si prædecessorum nostrorũ.* concordat per omnia cum priuilegio Conradi.

Tertium Ferdinandi I. Regis Aragonum. datum die 8. mensis Decemb. 1475. Incipit: *Pijs Ecclesiarum* per quod Abbati, & Canonicis Tremitanis concedit facultatem extrahendi, & extrahi faciendi per seipsos, & illorum ministros de quibusuis locis tã prouinciæ Capitaniatæ, & Apuliæ, quam Aprutij, & ipsarum pertinentiarum, necnon deferendi, & deferri faciendi, per mare, & per terram ad prædictam Insulam, seu ad alia loca Monasterij in terra firma quæcunque terragia, prouentus, & introitus Monasterij, ad quamcunque quantitatem ascendentia, prouenientia ex bonis ipsius Ecclesiæ præsentibus, & futuris, pro vsu, sustẽtatione & fulcimento ipsius Ecclesiæ, Conuẽtus, & atrumiibidem pro tempore commorantium, absque aliquo onere cuiuscunque nominis tam Curiæ Regiæ pertinenti, & debito, quam quibusuis Baronibus, Vniuersitatibus, & hominibus. Statuens, & omnino deliberans, vt ista franchisia, & exemptio sit inuiolabilis, & perpetua, & extensa super onera imposita, & de cætero imponenda. Insuper francat quascunque personas in præsenti, & in futuro se offerentes Ecclesiæ prædictę, & monasterio, & quibusuis Ecclesijs, & membris antedicti monasterij, simul cum rebus oblatis, à quocunque grauamine debito, & debendo, seu regiæ cameræ, seu alijs, extendens dictam libertatem etiam super loca, ad quæ bona, & personæ fuerint translatæ.

Quartũ Ferdinandi II. Regis Neapolis concessum anno 1490. die primo Februarij. Incipit: *Licet adiectione.* per quod primo confirmat antedictum priuilegium Ferdinandi Primi, & alia priuilegia Regum, & etiam Pontificum antecessorum. secundo adijcit, vt quando fructus agrorum, & locorum monasterij ad illius sustentationem, & victum in eo degentium & illi seruientium non sufficerent, possint emere, & supplere in Regno, & ex Regno ad monasterium conducere, pro eorum vsu, cum franchisia gabellarum, vectigalium, trattarum, & datiorum, vt supra. Et quod omnia prædicta exequantur in locis massariarum monasterij, videlicet in terris Lanciani, Vacti, Calenæ, Sanctæ Agathæ, Fortorij, Montis nigri, Turini, Mãfredoniæ, Aragnæ, Imbuti, Termularum, Galionisij, & alijs locis dictarum massariarum. tertio quod anno quolibet consequantur ex Salinis Manfredoniæ, & Baroli centum viginti tumulos sális antea semper habitos, enumerans varia Regum eius prædecessorum priuilegia, in quibus supradicta continentur, & conceduntur, videlicet Alphonsi Primi datum 14. Augusti 1454. Ferdinandi Primi, datũ 1. Septemb. 1464. item aliud eiusdem datum 8. Dec. 1465. item aliud eiusdem datũ 23. Nou. 1467.

Quintum Cardinalis Surrentini Proregis Neapolis, datum 24. Maij 1510. Incipit: *Licet, quæ etc.* per quod nomine Catholicę Maiestatis prędicta omnia in perpetuum confirmat, & specialiter facultatem extrahendi fructus, redditus, &c. & accipiendi sal ex salinis Manfredoniæ, & Baroli.

Imago Virginis Deiparæ in templo Tremitano miraculis innumeris coruscat. quibus ab omnibus continentis incolis, & mare Adriaticum nauigantibus in summa veneratione habetur.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De Monasterijs S. Victoris, & S. Ioannis in Monte per Canonicos Frigdionarios reformatis.

ANno MCDX. die 3. Maij Alexander V. defunctus est, & in eius locum die 19. eiusdẽ mensis electus est Balthasar Cossa, ex Diacono Cardinali S. Eustachij, Ioannes XXIII vocatus. Anno autem 1412. Gregorius XII. qui nihilominus Pontificatum tenebat, vtpote ante illum legitimè creatus, monasterium Tremitanum Canonicis Frigdionarijs reformandum & perpetuo tenendum commisit. Anno autem 1414 Ioannes XXIII. & Sigismundus Imperator de congregando Generali Concilio tractatum habuerunt, decretusque pro eo locus idoneus, ciuitas Constantia prouinciæ Moguntinæ in Germania. Anno autem 1415. ipse Ioannes XXIII. siue pro bono pacis, & ad schisma tollendum, siue timore perculsus, quod contra illũ processus de illius vita, & moribus per Concilij fuisset fabricatus eiq; pernitios (fuerat enim à Cõcilio clam mutato habitu) oblatus, vt ad articulos sibi obiectos responderet, Pontificatu seipsũ abdicauit. Idẽ præstitit eodem an. Gregorius XII. verus, & legitimus Pontifex vnitatis, & pacis Ecclesię verus amator, per suos nuntios Ioannem Dominicum Cardinalem, & Episcopum Ragusinum, & Carolum Malatestam Arimini Principem, probato prius à se Concilio, & pro legitimo confirmato, cuius vicissim omnia gesta in Pontificatu pro authenticis, & legitimis, fuerunt per Concilium probata, Cardinalesque per illum creati pro veris agniti, & habiti. Quæ omnia patent ex historia Concilij sess. 2. vsque ad 14. Vocatus deinde Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, qui se in partibus Galliarũ pro vero Pontifice

I.

officè gerebat, cum nec per seipsũ, neeper nuncios legitimos ad Concilium accessisset, communibus omnium in Concilio existentium votis est abrogatus.

Anno eodem MCDXV. Canonici Frigdionarij monasterium S. Victoris prope Bononiam Cœnobio S. Ioannis in monte vnitum, sed à multis annis Canonicis destitutum, ipsis Canonicis S. Ioannis concedentibus priuata illorum potestate, potius ad diuertendum, quam ad inhabitandum acceperunt. ea occasione in doctorum canonicorum S. Ioannis, ac totius ciuitatis notitiam citius deuenerunt.

Anno vero MCDXVII. die 11. Nouemb. incredibili totius Christiani populi gaudio, & lætitia renunciatus est summus, & verus Ecclesiæ Romanæ Pastor, & Pontifex Otto Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro ex clarissima prosapia de Columna, vir summæ pietatis, prudentiæ, humanitatis, & integritatis, Imperatori, Cardinalibus, Episcopis, & toti Concilio gratissimus, qui Martinus V. est appellatus, per quem Deo volente pax, & vnitas perfecta Ecclesiæ Catholicæ fuit restituta. Sub hoc Pontifice multa Collegia canonicorum per Frigdionarios sunt reformata, ipseque Ordo canonicus in Italia mirifice refloruit, inter quæ primo loco recensenda monasteria S. Ioannis in monte Bononiæ, & S. Victoris inuicem vnita, quæ hoc ipso anno ijdem Frigdionarij antiquis locorum canonicis poscentibus, & inuitantibus obtinuerunt. de quorũ origine, & antiquitate quoniam satis libro superiori cap. 23. dictum fuit, nunc de sola illorũ reformatione verba faciemus. Vixerantin dictis Cœnobijs per aliquot secula clerici canonici cum magna laude, & sanctitatis opinione vsque ad annum circiter 1400. circa quod tempus, vel paulo ante tum propter diuturna schismata, & scandala, quæ faciem Sponsæ Christi deformabant, tum ob alias causas, à pristino vigore disciplinæ canonicæ nonnihil fuerant relaxati: sed ob illam præcipuè, quia monasterij regimen, & præfecturam obtinuerat Prior quidam nomine Rudulphus, vir doctus, & multæ literaturæ, verum qui præter redditus, & lucra seculi aliud nihil curare videbatur. quam ob causam sub illius regimine multæ domus monasteriorum ruerũt, & numerus canonicorum multum fuit diminutus, quippe in monasterio S. Ioannis sex canonici soli cum duobus clericis ad diuina officia recitanda, & sacra facienda residebant. Cæterum illo vita functo, eodem anno 1417. canonicè fuit electus in Priorẽ Ven. Pater D. Bartholomæus Pasulinus canonicus regularis professus, vir religiosus, & disciplinæ canonicæ sedulus æmulator, ac instaurator. qui statim de monasterijs reparãdis, & regulari observantia in illis restituenda cum suis tractatum habere cœpit, nec incassum: quandoquidẽ fama canonicorũ Frigdionariorũ recens reformatorũ veridicè cõperta, cũ illis inire societatẽ, & laudabiles illorũ consuetudines, & vitæ normã suscipere vnanimes statim decreuerunt, & ad vnionem cum illis admitti, nuncijs cum literis hinc inde missis, rogauerunt, nec mora obtinuerunt. & vt sancta illorum societas perpetuæ firmitatis robore subsisteret, Ordinariorum, in quorum diœcesibus, & sub quorum iurisdictione antiquorum canonicorum consuetudine degebãt, videlicet Bononiensis, Veronensis, & Lucensis consensũ postulauerunt, qui libentissimè illum præstiterunt. nam Veronensis, & Lucensis Episcopus suas literas ad Bononiensem, huiusmodi reformationem, & vnionem probantes, ac laudantes statim transmiserunt. Nicolaus vero Bononiensis Episcopus eorum literis acceptis dictam vnionem, & reformationem sequenti diplomate statim roborauit:

Nicolaus Dei gratia Episcopus Bononiæ, & Princeps, ad futuram rei memoriam. Etsi ad salubrem statum Ecclesiarum, & monasteriorum omnium nostro regimini commissorum de iniuncto nobis pastoralis officio teneamur sollicite cogitare, circa tamen monasteria regularia, quæ animarum curam habent annexam, & per Canonicos Regulares etiam gubernantur, sic diligenter vigilare debemus, quod si monasteria ipsa ab observantiæ regula, sub qua sunt fundata, & instituta, per eorum Canonicos, & Conuentus deuiarunt, ad plenam ipsius regulæ observantiam reducantur, per vniones, & incorporationes aliorum monasteriorum sub eadem regula institutorum, quorum Canonici, & Conuentus in plena ipsorum regula observantia degunt, diuinis obsequijs pro Christi fidelium salute, & diuini cultus augmento puris mentibus insistendo: vt huiusmodi Cõuentus sic vniti pariter, & incorporati, eandem regulam, quam sunt deuotè professi, in charitate obseruare, Altissimi maiestatem collaudare, & Sanctorũ memoriã per congrui honoris obsequia renouare noscantur. Nuper siquidẽ pro parte Venerab. & Religiosorũ virorũ S. Victoris de prope Bononiam & S. Ioannis in monte Bononiæ simul vnitorũ, necnõ S. Mariæ de Frisonaria Lucan. ac S. Leonardi de monte Donico Veronens. diœc. monasteriorũ canonicorũ regular. Ord. S. Augustini, Priorũ, & Conuentuũ nobis oblata petitio continebat, quod in dictis monasterijs S. Mariæ Lucan. & S. Leonardi Veronẽ. diœc. sunt canonici deuotionis spiritu accensi regulã huiusmodi S. Augustini, quam sunt deuotè professi, obseruantes, & in eius plena obseruantia persistentes, quique perpetuis futurũ temporibus laudabiliter persistere intendunt, quãtum ad hoc Altissimus eos iuuabit, quodq; in præfatis monasterijs S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte Bononiæ eiusdem ordinis iurisdictioni subiectorum est, & esse consueuit Conuentus vnius Prioris, & nonnullorum canonicorum præfatam regulam professorũ, qui licet honestè de præterito vixerunt, & viuant, non tamen in eadẽ ipsius regulæ observantia degunt, sicut & canonici conuentuum mona-

sterioru̇m prædictorum Lucanæ, & Veronæ diœc. quodque ipsi intellecto Conuentuum prædictorum regulæ obseruantiam spiritualem, & exemplarem sanctæ Religionis vitam, & obseruantiam, saniorii consilij talli spiritu proposuerunt, se ipsorum vitæ vestigijs, priuilegijs, obseruantijs, moribus, & consuetudinibus cum Dei adiutorio vnire, & submittere, & in omnibus, & per omnia conformare, & pro huiusmodi eorum laudabili proposito effectualiter consequendo cupiunt plurimum, & afficiant, & per eorum tractatus pluries solemniter, & cum inquisitione, ac meditatione opportuna capitulariter celebratos, dicta eorum monasteria, ac præfata monasteria S. Mariæ Lucanæ, & S. Leonardi Veronæ diœcesis ad inuicem, & sub eadem regula obseruantia plena vniri, annecti, & perpetuò incorporari deliberauerunt, & per instrumenta publica exinde confecta in hoc expressè consenserunt. Continebat etiam petitio antedicta, quòd per Priores, & Conuentus eorundem monasteriorum Lucanæ, & Veronæ prædictarum diœcesum percepto huiusmodi conuentuum dictorum Bononiæ pio, & sancto proposito, attendentes ex ipsa narratavnione, si fuerit, diuinum cultum, eorumq; sanctam Religionem antedictam multimodè augmentari, & ad salutem animarum ipsorum, & aliorum Christi fidelium multipliciter cedere, pergq; plures tractatus in eorum Conuentibus singulariter, & consultè celebratos deliberauerunt, huic vnioni accedere, illiq; per publica instrumenta expressè consenserunt. & demum ad effectum ipsius vnionis consequendum, & ad ipsam procurandam eos syndicos, & procuratores constituerunt, & ordinauerunt, & successiuè à Reuerendis Patribus Dominis Lucæ, & Veronæ Episcopis eorum ordinarijs, & pro ipsorum iurisdictionibus literas, & commissiones super adimplenda præsenti vnione impetrauerunt, & etiam obtinuerunt, per diuas patentes literas ipsorum Dominorum Episcoporum sigillorum cera alba, & rubea ad cordulam serici rubei pendentium singulariter munitas, quarum tenor sequitur, & est talis.

Reuerendo in Christo Patri Domino Nicolao, Dei gratia Bononiæ Episcopo, Guido Memo eadem gratia Episcopus Veronensis, salutem cum recommendatione seipsum. Ordinis Canonicorum Regularium B. Augustini sacra Religio, ipsiq; in plena obseruantia regulæ eiusdem Ordinis deuotè persistentes, merito nos inducunt, vt eorum votis, illis præsertim, qua monasteriorum ordinis huiusmodi reformationem, & Christi fidelium salutem, diuinique cultus augmentum respiciunt, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Nuper siquidem pro parte dilectorum nobis religiosorum virorum Prioris, & Conuentus monasterij sancti Leonardi de monte Donico diœcesis Veronæ dicti Ordinis nobis exposito, quodipsi à certo tempore citra deuotionis feruenti spiritu accensi, regulam huiusmodi B. Augustini, quam fideliter sunt professi, obseruarunt, & in eius plena obseruantia perstiterunt, & perpetuis temporibus, quantum humana fragilitas permittit, vt Altissimus eos inuabit, deuote persistere, & alios ad hoc duxere cum charitate sunt dispositi: quodque sub vestra iurisdictione sunt duo monasteria inuicem vnita, videlicet sanctorum Victoris, de prope Bononiam, & Ioannis in monte Bononiensi, eiusdem Ordinis, in quibus est Conuentus vnius Prioris, & nonnullorum Canonicorum Regularium huiusmodi regulam professorum, qui de præterito vixerunt, licèt honestè, & de præsenti viuunt, non tamen in ipsius eadem regula obseruantia plena, sicut ipsi degunt. quique audita nuper ipsorum huiusmodi regulæ obseruantia spirituali, & exemplari sanctæ religionis vita, & obseruantia, saniorii consilij talli spiritu, proposuerunt se ipsorum vitæ vestigijs, & obseruantijs, & consuetudinibus cum Dei adiutorio cordialiter submittere, & in omnibus, & per omnia conformare, naturam, & mores, priuilegia, atque statuta per omnia acceptare, & sequi, ita vt in nullo ab ipsorum Canonicorum Regularium vita laudabili, moribus, & consuetudinibus, atque obseruantia regulari vllatenus discrepent. Et vt hoc eorum laudabile propositum possint efficacius adimplere, cupiunt multipliciter, & afficiant, se & eorum monasteria prædicta cum S. Leonardi de monte Donico prædicto, & S. Mariæ de Frisonaria Lucanæ diœcesis monasterijs, & eorum Conuentibus sub eiusdem regula obseruantijs, ac moribus, & consuetudinibus antedictis simul vnire, & perpetuò incorporare, cum omnibus rebus suis, iuribus, & actionibus, quæ eis competunt, aut in futurum quomodolibet competere possent: & huiusmodi vnioni faciendæ suum, & Capituli sui consensum per instrumentum publicum in Rev. Paternitatis vestræ præsentia magno, & solemni præmisso tractatu concorditer præstiterunt. qua de re præfati Prior, & Conuentus monasterij S. Leonardi Veronensis volentes huic vnioni accedere, & dictum Conuentum Bononiensem ad huiusmodi obseruantias cum charitate inducere, & præseruare, nobis humiliter supplicarunt, quatenus de autoritatis nostræ auxilio huic vnioni dignaremur de speciali gratia subuenire. Nos igitur de prædictis nobis expositis certam notitiam non habentes, & de vobis tanquam sanctæ Religionis vero cultore plenam in Domino fiduciam obtinentes, vniendi, & incorporandi monasteria prædicta ad inuicem, & perpetuò, & ipsi vnioni autoritatem nostram interponendi, & præstandi, cum modo, regulis, legibus, & conditionibus, de quibus vobis visum fuerit, autoritate qua fungimur, præsentium tenore licentiam liberam concedimus, & omnimodam facultatem. Ita tamen, quod aliter iurisdictioni, quam habemus in dicto monasterio sancti Leonardi Veronensis nullatenus deroget ur, sed potius inuiolata seruetur, & super hoc totaliter committimus vices nostras. In quorum omnium fidem, & testimonium præsentes literas, seu hoc publicum instrumentum fieri mandauimus, per Matthæum Corrizarium Notarium publicum, nostrumq; & Episcopalis Curiæ nostræ Scribam infrascriptum, nostriq; Pontificalis sigilli appensione munitri. Datum, & Actum Veronæ in nostro Episcopali palatio die Lunæ, vndecimo mensis Octobris, anno à Natiuitate Domini 1417. Indictione decima. Præsentibus egregijs Decretorum doctoribus D. Bartholomæo de Benenuto Vicario nostro, D. Guilelmo de Turcono.

de Ve-

ronia, D. Mario de Furlano capellano nostro, at q; [illegible]
Dominis Præsbi de Cremona Archipresbytero plebis
Sarum de Legio Veronensis diœcesis, Testibus ad
premissa vocatis specialiter, & rogatis. Ego Matthæus
Corrizarij Notarius, &c.

Reuerendo in Christo Patri Domino Nicolao Dei
gratia Episcopo Bononiensi, Nicolaus eadem gratia E-
piscopus Lucanus, salutem cum recommendatione sey-
psum. Ordinis Canonicorum Regularium Beati Augustini
sacra Religio, ipsiq; in plena obseruantia regulæ eius-
dem Ordinis deuotè persistentes, merito nos inducunt,
vt eorum votis, illis præsertim, qua monasteriorum or-
dinis huiusmodi reformationem, & Christi fidelium sa-
lutem, diuinique cultus augmentum respiciunt, quan-
tum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Nu-
per siquidem pro parte dilectorum nobis religiosorum
virorum Prioris, & Conuentus monasterij S. Mariæ de
Frisonaria dicti Ordinis, nostræ Lucanæ Diœcesis no-
bis exposito, quodipsi à certo tempore citra feruenti de-
uotionis fervore accensi regulam huiusmodi B. Augustini
quam fideliter sunt professi, obseruarunt, & in eius
plena obseruantia perstiterunt, & perpetuis temporibus
quantum humana fragilitas permittit, & Altissimus
eos inuabit, deuote persistere, & alios ad hoc induxe-
runt, & charitate sunt dispositi, quodque sub vestra
iurisdictione sunt duo monasteria inuicem vnita, videli-
cet S. Mariæ de prope Bononiam, & S. Ioannis in mon-
te eiusdem Ordinis, in quibus est Conuentus vnius Prio-
ris, & nonnullorum canonicorum regularium huius-
modi regulam professorum, qui de præterito vixerunt, li-
cèt honestè de præsenti viuunt, non tamen in eadem
regula plena obseruantia, sicut ipsi degunt. Quiq;
audita nuper ipsorum huiusmodi regulæ obseruantia
spirituali, & exemplari sanctæ religionis vita, & ob-
seruantia, saniorii consilij talli spiritu proposuerunt, se
ipsorum vitæ vestigijs, & obseruantijs, moribus, &
consuetudinibus cum Dei adiutorio cordialiter submit-
tere, & in omnibus, & per omnia conformare, & vt hoc
eorum propositum possint efficacius adimplere, cupiunt,
& afficiant se, & eorum monasteria prædicta cum S.
Mariæ de Frigdinaria Lucana nostræ diœcesis, & S.
Leonardi de monte Donico Veronensis diœcesis monas-
terijs, & eorum Conuentibus sub eiusdem regula ob-
seruantia, ac moribus, & consuetudinibus antedictis
simul vnire, & perpetuò incorporare, & huiusmodi vni-
oni faciendæ suum, & Capituli sui consensum per in-
strumentum publicum in Reuerenda Paternitatis ve-
stræ præsentia magno, & solemni præmisso tractatu cō-
corditer præstiterunt. Qua de re præfati Prior, & Con-
uentus monasterium S. Mariæ de Frigdinaria, vo-
lentes huic vnioni accedere, & dictum Conuentum
Bononiensem ad huiusmodi obseruantiam cum chari-
tate inducere, & præseruare, nobis humiliter supplica-
runt, quatenus de autoritatis nostræ auxilio, siue digni-
aremur de speciali gratia subuenire. Nos igi-
tur de prædictis nobis expositis certam notitiam non
habentes, & de vobis, tanquam sanctæ religionis vero
cultore plenam in Domino fiduciam obtinentes, vnien-
di, & incorporandi monasteria prædicta ad inuicem, &

de Verona, D. Marco de Furlano capellano nostro, atq; D. Ioanne de Prasio de Cremona Archipresbytero plebis S. Martini de Lagisio Veronensis diœcesis, Testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Ego Matthæus de Correzarijs Notarius, &c.

Reuerendo in Christo Patri Domino Nicolao Dei gratia Episcopo Bononiensi, Nicolaus eadem gratia Episcopus Lucanus, salutem cum recommendatione sequentium. Ordinis Canonicorum Regularium Beati Augustini sacra Religio, ab hinc, in plena obseruantia regulæ eiusdem Ordinis deuotè perstitentes, meritò nos inducunt, et eorum votis, illa præsertim, quæ monasteriorum ordinis huiusmodi reformationem, & Christi fidelium salutem, diuinique cultus augmentum respiciunt, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Nuper siquidem pro parte dilectorum nobis religiosorum virorum Prioris, & Conuentus monasterij S. Mariæ de Frigdinaria dicti Ordinis, nostra Lucanæ Diœcesis nobis exposito, quod ipsi à certo tempore citra feruenti deuotionis spiritu accensi regulam huiusmodi B. Augustini, quam fideliter sunt professi, obseruarunt, & in eius plena obseruantia perstiterant, & perpetuis temporibus, quantum humana fragilitas permittit, & Altissimus estimabit, deuotè perstitere, & alios ad hoc inducere cum charitate sunt dispositi, quodque sub vestra iurisdictione sunt duo monasteria inuicem vnita, videlicet S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte eiusdem Ordinis, in quibus est Conuentus vnius Prioris, & nonnullorum canonicorum regularium huiusmodi regulæ professorum, qui de præterito vixerunt, licet honestè de præsenti viuunt, non tamen in eadem ipsius regulæ plena obseruantia, sicut ipsi degunt. Quig, eadem nuper ipsorum huiusmodi regula obseruantia spiritualis, & exemplari sanctæ religionis vita, & obseruantia, sanioris consilij tactis spiritu proposuerunt, se ipsorum vitæ vestigijs, & obseruantijs, moribus, & consuetudinibus, cum Dei adiutorio cordialiter submittere, & in omnibus, & per omnia conformare, & vt hoc eorum propositum posint efficacius adimplere, cupiunt, & affectant se, & eorum monasteria prædicta cum S. Mariæ de Frigdinaria Lucanæ nostræ diœcesis, & S. Leonardi de monte Donico Veronensis diœcesis monasterijs, & eorum Conuentibus sub eiusdem regula obseruantia, ac moribus, & consuetudinibus antedictis simul vnire, & perpetuò incorporare, & huiusmodi vnioni facienda suum, & Capituli sui consensum per instrumentum publicum in Reuerendæ Paternitatis vestræ præsentia magno, & solemni præmisso tractatu cõcorditer præstiterunt. Qua de re prædicti Prior, & Conuentus monasteriorum S. Mariæ de Frigdinaria, volentes huic vnioni accedere, & dictum Conuentum Bononiensem ad huiusmodi obseruantiam cum charitate inducere, & præseruare, nobis humiliter supplicarunt, quatenus de autoritate nostræ auxilio, siue dignitate dignaremur de speciali gratia subuenire. Nos igitur de prædicto nobis expositis certam notitiam non habentes & de vobis, tanquam sancta religionis vero cultore, plenam in Domino fiduciam obtinentes, vnientes, & incorporandi monasteria prædicta ad inuicem, & perpetuò, & ipsi vnioni autoritatem nostram interponendi, & præstandi cum modis, regulis, legibus, & conditionibus, de quibus visum fuerit autoritate, qua fungimur, præsentium tenore licentiam liberam concedimus, & omnimodam potestatem: ita tamen quod honori, iurisdictioni, quos habemus, ac legibus, & statutis, siue ordinamentis per nos factis, & datis in nostra concessione nullatenus derogetur, sed illa expressè reseruentur in suis roboris firmitate. & super hoc vobis committimus vices nostras. Datum in nostro Palatio Merliæ Lucensis Comitatus, Anno Natiuitatis Domini 1417. Indictione vndecima, die 12. mensis Octobris. In quorum testimonium præsentes literas, nostri Pontificalis sigilli appensione munitas fieri fecimus, & per D. Franciscum Notarium, & Cancellarium nostrum scribi, & annotari. Ego Franciscus Gabrielis Gonellæ de Antelmellu de Luca Notarius &c. Qua de re tam pro parte præfati Conuentus S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte Bononiensi, vt præfertur, vnitorum, quam Priorum, & Conuentuum huiusmodi monasteriorum Veronensis, & Lucanæ diœcesis, & per eorum syndicos ad hoc, vt præfertur, specialiter constitutos nobis fuit humiliter supplicatum, vt tam autoritate nostra, quam dictorum Reuerendorum Dominorum Episcoporum Lucan. & Veron. huiusmodi dictorum monasteriorum, & ipsorum Conuentuum vnionem facere, & solemniter adimplere dignaremur, iuxta ipsorum supplicantium votum, & deliberationes antedictas. Nos igitur visis tractatibus, deliberationibus, & consensibus per omnes Conuentus monasteriorum prædictorum vniformiter, & ex iusto, & deuotis causis præstitis, ac etiam commissionibus ad hanc vnionem faciendam nobis factis per eosdem Dominos Episcopos, qui nobis super hoc vices suas plenariè commiserunt. Attendentes, vota ipsorum supplicantium tendere ad huius sacræ Religionis plenam obseruantiam, diuini cultus augmentũ, Christiq, fidelium salutem, Volentes, quantum cum Deo possumus, ipsis supplicantibus in hoc eorum laudabili proposito confouere, ipsorum huiusmodi supplicationibus inclinati, sæpedicta monasteria S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte Bononiensi simul annexa, & S. Mariæ de Frigdinaria Lucanæ diœcesis, ac S. Leonardi de monte Donico Veronensis diœcesis omnia eiusdem Ordinis B. Augustini, & eorum Conuentus, ac ipsorum, & cuiuslibet eorum bona, & iura præsentia, & futura, tam vestra, quam Reuerendorum Patrum Dominorum Episcoporum Lucæ, & Veronæ autoritate, & omni modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius possumus, præsentium tenore ad inuicem vnimus, annectimus, coniungimus, & perpetuò incorporamus. & sic vnita de cætero esse volumus, & declarámus, dictorumq, monasteriorum Fratres, & Canonicos præsentes, & futuros vnum esse corpus, & Capitulum simul, & inuicem annexum, vnitum, & incorporatum, ita quod deinceps, & perpetuis futuris temporibus Conuentus dictorum monasteriorum Bonon. & Canonici eiusdem se vita vestigijs, regulis, obseruantijs, moribus, & consuetudinibus Conuentuum Lucæ, & Veronæ prædictorum dirigere, submittere,

mittere, & denotè sub eade regula obseruantia penitus conformare teneantur, & debeant, & in ea se perpetuò conseruare; naturam, & mores, priuilegia, atque statuta dictorum monasteriorum Luca, & Veronæ per omnia acceptare, & sequi, ita vt in nullo ab ipsorum canonicorum vita laudabili, moribus, & consuetudinibus, atque obseruantia regulari generaliter discrepent. Ita tamen, quòd si aliqua priuilegia prædicta monasteria S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte Bononiensi habuerint, quæ vitæ laudabili, ac moribus, consuetudinibus, & priuilegijs, atque obseruantiæ regulari dictorum monasteriorum Luca, & Verona non obuient, per prædictam vnionem non debeant violari, sed ipsa monasteria sic vnita ipsorum possint prærogatiua latari. sic tamen, quòd ex hac vnione ordinariæ iurisdictioni, quam habemus in prædictis monasterijs sancti Victoris de prope Bononiam, & sancti Ioannis in monte Bononiensis, nullatenus derogetur, sed sit penitus nobis, & successoribus nostris perpetuò reseruata. Et hanc vnionem facimus, constituimus, & ordinamus præsentibus, petentibus, & consentientibus Venerabilibus, & religiosis viris Domino Fratre Bartholomæo Priore, necnon Fratre Santo Canonico monasteriorum prædictorum S. Victoris de prope Bononiam, & S. Ioannis in monte Bononiensi syndicis, & procuratoribus Canonicorum, & Conuentuum monasteriorum prædictorum, ex instrumento eorum syndicatus, scripto manu Rolandi Alberti de Castelanis Notario Bononiensi, necnon Fratre Petro de Rido de Padua Priore Capituli, & Conuentus monasterij S. Leonardi de monte Donico Veronen. Diœcesis, syndico, & procuratore Conuentus monasterij antedicti ex instrumento rogato per Antonium Donati quondam D. Iacobi de S. Paulo Notario Veron. necnon Domino Domno Fr. Galdino Priore, & syndico, ac procuratore Capituli, & Conuentus monasterij S. Mariæ de Frisonaria Lucan. Diœcesis ex instrumento sui syndicatus scripto, & rogato per Franciscum Gabrielu Gonella de Antelminellu Notarium Lucan. in quorum testimonium, atque fidem præmissorum omnium præsentes literas, vim instrumenti publici continentes, per Marcum Notarium nostrum infrascriptum scribi fecimus, & registrari, nostriq; Pontificalu maioru sigilli appensione muniri. Data, & acta fuerunt prædicta omnia Bononiæ in Episcopali Palatio, in Capella secreta dicti Palatij, præsentib. Venerabilibus viris D. Rainaldo de Marino de Maiorica Licentiato in iure canonico, Vicario nostro, & Andrea de Brunis Canonico Ecclesiæ Cathedralis S. Petri Bononiensis, presbyteris Ioanne de Bonon. Rectore Ecclesiæ sancti Antonini porta noua, & Rodulpho Ioannu de Gazo Rectore Ecclesiæ S. Iuliani Ferrarien. Sub anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo decimo septimo, Indictione 10. sexto mensis Decembris, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Martini diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Ego Marcus Rainaldi, &c.

III ANno MCDXVIII. proximè sequenti Martinus V. quatuor prædicta monasteria inuicem vnita sub immediata protectione Sedis Apostolicæ susceptt, dato sequenti priuilegio, videlicet:

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs S. Leonardi de monte Donico extra muros Veronæ, & S. Mariæ de Frisonaria Lucanæ Diœcesis, ac sanctorum Victoris extra muros Bononienses, & Ioannis in monte Bononiensi monasteriorum inuicem canonicè vnitorum Prioribus, & Conuentibus per Priores gubernari solitorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & monasteria vestra prædicta canonicè vnita, in quibus diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub Beati Petri protectione suscipimus, atque nostræ, omnesq; libertates, & immunitates, gratias, & concessiones à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis, & monasterijs vestris prædictis concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis, & dictis monasterijs vestris indultas, sic vt eas inlesè, & pacificè obtinere, vobis, & per vos eisdem monasterijs autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantiæ Calendis Aprilis, Pontificatus nostri anno primo 1418.

Cur verò in dicto diplomate trium monasteriorum, videlicet S. Mariæ Casoreti prope Mediolanum, & S. Mariæ Tremitanæ, & S. Mariæ Charitatis Venetiarum non meminerit, quæ constat, illo tempore Canonicis Frigdionarijs fuisse vnita, incompertum habeo: nam quod illorum vnio solo nomine constaret, vt Sirenius in margine adnotauit, mihi non probatur, extantibus literis Apostolicis supra memoratis, quæ illorum vnionem firmauerant, excepto tamen monasterio Charitatis.

Etsi verò Bononienses Canonici in Frigdionariorum societatem transiuissent, & illorum viuendi normam amplexati fuissent, non tamen perfectè per omnia fuerant reformati: nec ipse D. Bartholomæus Prior iuxta consuetudines Frigdionariorum Prioratu seipsum abdicauerat, sed more cæterorum prædecessorum Prioratum sibi retinebat.

Anno igitur sequenti, qui fuit 1419. idem Bartholomæus Prioratum sponte in manibus Episcopi Bononiensis resignauit, reseruata sibi pro victu

victu annua pensione centum ducatorum, vel quod Frigdionarijs subijci nollet, vel quòd illorum veram duriorem, quàm crediderat, expertus fuisset, et tunc cœperunt in dictis monasterijs Priores annuales, & amouibiles creari accedente facultate Pontificis, qui nouis literis eidem Nicolao Bonon. Episcopo facultatem omnimodā reformandi monasteria reformandi tam in membris, etiam in capite concessit, & Priores annuales, vt ipse illis inferendi. quarum literarum vigore omnimoda reformatio monasteriorū fuit absoluta: nec post multos dies idem Ven. P. Bartholomæus pensionem in manibus Capituli sponte resignauit, & semel ipsum Priori per omnia subiecit, & cum canonicis reformatis per spatium 38. annorum tanquam minimus omnium inculpatissimè vixit. Erat enim vir sapiens, & doctus, sed simul humilis, & patiens, in victu parcus, ad officia diuina diebus, & noctibus assiduus. & quia tantum Ecclesiasticum optimè didicerat, chorū regebat, organa suauissimè pulsabat. erat etiam Prædicator disertissimus, & sine intermissione tribus annos Dei verbum in multis Ciuitatibus prædicauit, multa eleganter, & eruditè scripsit, vt in Chronicam mutationum status suæ Ciuitatis, cuius tacito nomine autoris meminit Sigismundus volumine de Episcopis Bononiensibus anno 1410. pag. mihi 180. multos etiam annos notauit, & cum esset doctissimus, & tot virtutibus exornatus, in officijs quibuscunque, humillimus, semetipsum libentissimus, & cum summa hilaritate cordis, & vultus exercebat nam & reclus Canonicorum incidebat, & subdiaconatus multis annis, quæ sacris vsibus deseruiebant. hunc tandem, vsque ad vitæ exitum virginem mansisse. Obijt Bononiæ septuagenarius anno salutis 1473. non sine opinione sanctitatis, ad cuius funus concurrendum totus Bononiensium populus, & omnes regulariū cœtus, & complures ex clericalibus ordinibus accurrerunt, eius manus, & pedes multis osculantes, habita eleganti oratione in laudem per D. Gasparem de Bononia loci huius.

Post reformationem vetustis ædificijs collabentibus Ecclesia S. Ioannis in monte cum Cœnobio à fundamentis sunt renouata, præcipuusque renouationis autor extitit D. Florentius à Portenola Placentiæ Diœcesis oppido, quod Andreas Bosius epist. 25. sic testatur. *Quid enim aliquis ipse in Priorato potuisset efficere, quam communem ferem, quoniam fieri posse non videbatur, tantum splendidulo, tanquæ vsibus nostris idoneo cultu, claustrū, porticibus dignificare? quid modestius, clarius, quam hortus ipse parietē altiore circundare, & ornare prætextu fratres occultare? Hæ sunt vera Prioris laudes, hæc propria munera, vt quibus præsit lux, conflatat.* meminit in eadem epistola Bibliothecæ per eundem Patrem Florentium multo ære comparatæ. præfuit hic Florentius

victu annua pensione centum ducatorum, vel quod Frigdionarijs subijci nollet, vel quòd illorum vitam duriorem, quàm erediderat, expertus fuisset. ex tunc cœperunt in dictis monasterijs Priores annuales, & amouibiles creari accedente facultate Pontificis, qui nouis literis eidem Nicolao Bonon. Episcopo facultatem omnimodã prædicta monasteria reformandi tam in membris, quàm in capite concessit, & Priores annuales in illis instituendi. quarum literarum vigore omnimoda reformatio monasteriorũ fuit absolutaenc post multos dies idem Ven. P. Bartholomæus pensionem in manibus Capituli sponte resignauit, & seipsum Priori per omnia subiecit, & cum canonicis reformatis per spatium 38. annorum tanquam minimus omnium inculpatissimus vixit. Erat enim vir sapiens, & doctus, sed corde humilis, & patiens, in victu parcus, ad officia diuina diebus, & noctibus assiduus. & quia cantum Ecclesiasticum optimè didicerat, chorũ regebat, organa suauissimè pulsabat. erat etiam Prædicator disertissimus, & sine intermissione per multos annos Dei verbum in multis Ciuitatibus prædicauit. multa eleganter, & eruditè scripsit, ac in eis Chronicam mutationum status suæ Ciuitatis, cuius tacito nomine autoris meminit Sigonius in volumine de Episcopis Bononiensibus sub anno 1410. pag. mihi 180. multos etiam cantus notauit, & cum esset doctissimus, & tot virtutibus exornatus, in officijs quibuscunque, licet infimis, semetipsum libentissimus, & cum summa hilaritate cordis, & vultus exercebat nam & vestes Canonicorum incidebat, & sucbat. mulò libentius, quæ sacris vsibus deseruiebant. hunc fama est, vsque ad vitæ exitum virginem mansisse. Obijt Bononiæ septuagenarius anno salutis 1453. non sine opinione sanctitatis, ad cuius funus celebrandum totus Bononiensium populus, & omnes regularium cœtus, & complures ex clericis secularibus accurrerunt, eius manus, & pedes certatim osculantes, habita eleganti oratione in eius laudem per D. Gasparem de Bononia loci Priorem.

Post reformationem vetustis ædificijs collabentibus Ecclesia S Ioannis in monte cum Cœnobio à fundamentis sunt renouata, præcipuusque renouationis autor extitit D. Florentius à Florentiola Placentiæ Diœcesis oppido, quod Matthæus Bossus epist. 25. sic testatur. *Quid enim dignius tuo isto in Prioratu potuisses efficere, quam contra omnium spem, quoniam fieri posse non videbatur, domum tam splendidulo, tamque vsibus nostris idoneo claustro, clariq; porticibus dignificare? quid modestius, clariusq; quam hortos ipsos pariete altiore circundare, & à vicinæ prospectu fratres occultare? Hæ sunt vera Præpositorum laudes, hæc propria munera, vt quibus præsunt locis, consulant.* meminit in eadem epistola Bibliothecæ per eundem Patrem Florentium multo ære comparatæ. præfuit hic Florentius monasterio sub anno 1460. Vtrum autem claustrum per illum exstructum illud ipsum fuerit, quod nunc visitur, incompertum hactenus habeo: quandoquidem circa annum 1530. aliquædam monasterij instauratio, & claustri accessio inchoata legitur, extantibus eiusdem instaurationis, seu accessionis monumentis in Archiuo Romano domus Pacis, in quam opulentiora Cõgregationis monasteria certam pecuniæ summã contulerunt, præsertim Cœnobium Portuense, quod redditus annuos duarum possessionum, siue mansarum in loco, qui Sauerna dicitur, prò dicta fabrica destinauit. Nouissimè Sacrarium pulcherrimum cum abacis, & armarijs adiecit Reuer. admodum Pater D. Iacobus S. Martinus loci tunc Abbas, qui nunc est Procurator Generalis nostræ Congregationis, & de illa benè meritus.

IV. PRædicta monasteria viris compluribus memoratu dignis tum post reformationem, tũ antea floruerunt. nam ex monasterio S Victoris prodierunt D. Martinus Prior, vir omnium opinione doctissimus, qui floruit anno Domini 1102. D. Henricus Consolimæus Ciuis Brixiensis, secundum aliquos autores, sed dicti monasterij Canonicus professus, quem Innocentius III. anno 1213. Bononiensem Episcopum ordinauit. qui cum Prætore Ciuitatis de iurisdictione contentionem habuit, & à Friderico II. Imperatore pro iurisdictione in Castris Episcopatus exercẽda priuilegium obtinuit: & pro decimis, quas à ciuibus exigebat, duo castra, Centum, & Plebem, accepit. Hic Fratres Humiliatos. Prædicatores, & Minores intra Ciuitatem accepit. Obijt anno salutis 1241. ex Sigonio in volumine de Episcopis Bononien. Vgolinus item Prior, & Legum Doctor excellentissimus, & prædicator facundissimus. Obijt anno 1168. in claustro S. Victoris tumulatus cum Epitaphio, quod adhuc extat. Item Domnus Hugo Baisius cognomento Archidiaconus, quia cum esset Canonicus S. Victoris ad Archidiaconatum Ecclesiæ matricis S. Petri est assumptus, vt Ioannes de Nigraualle in Chronica notauit. Nec mirum, cum alios etiam eiusdem matricis Archidiaconos ex canonicis regularibus assumptos, nimirum Lambertum de Fagnano, qui postea fuit Cardinalis, & Pontifex Honorius II. nuncupatus, & Gerardum Gislam, qui fuit Episcopus Bononiensis, referat Sigonius eodem volumine sub annis 1105. & 1187. Hic scripsit super Decretum, & Decretales epistolas lectura dignissimas. Obijt anno 1287.

Ex Canonica verò S. Ioannis in monte prodierunt Victor dicti monasterij Prior, qui anno 1104. à Paschali II. Bononiensis Episcopus est renunciatus. cui iussit, Abbates in sua parochia Pontificalia munera sibi vsurpantes coercere, & confirmationem priuilegij à Gregorio VII. Episcopis Bononiensibus facti concessit. Obijt

anno

anno 1129. ex Sigonio. Item Gerardus, qui factus fuit Episcopus Bononiensis anno 1145 & confirmationem priuilegij Lucij II. ab Eugenio III. impetrauit, & omnes fundos, quos Ecclesia Romana in Bononiensi Comitatu possidebat, ab Anastasio IV. in emphiteusim accepit. Obijt anno 1161. ex Sigonio. D. Ioannes canonicus S. Ioannis in monte, qui eodem anno 1161. prædicto Gerardo in Episcopatu successit, qui obtinuit ab Alexandro III. confirmationem priuilegij Anastasij IV. & alia noua priuilegia. hic templum S. Petri, quod incendio fuerat consumptum, instaurauit. Obiit anno 1188. D. Gerardus Gisla, qui eodem anno 1188. ex canonico S. Ioannis in monte Bononiensi Episcopus, & ab Henrico V. Imperatore Princeps sacri Imperij, cum omnibus illius successoribus, fuit designatus, & à Cœlestino III. multis priuilegijs exornatus. Obijt anno 1208. Sigonius. D. Albericus Prior S. Ioannis in monte, postea Episcopus Regiensis anno 1163. creatus. ex matricula canonicorum dicti monasterij. D. Iacobus de Vngarellis eiusdem monasterij canonicus, postea Episcopus Milepotamensis in Creta anno 1397. creatus. ex matricula dicti monasterij. D. Nicolaus dicti monasterij canonicus, qui reformationem canonicorum Frigdionariorum amplexatus in Canonica S. Mariæ Charitatis, post ipsum monasterium S. Ioannis reformatum, eidem per multos annos dignissimè præfuit, sex annis diuersis temporibus totam Congregationem moderatus fuit. vir miræ integritatis, qui tandem cum esset Prior monasterij Lateranensis Bononiensium Episcopus à Ciuibus postulatus, & à Pontifice designatus, in suo ad patriam reditu Lucæ obiit anno 1444. in Ecclesia S. Frigdiani tumulatus. ex Sigonio, qui tamen errat, dicens, illum obiisse anno 1443. nam contrarium habeo ex actis Capitularibus illius anni. D. Paulus de Grossis egregius prædicator, qui fuit Zacynthi Episcopus, & obiit anno 1589. D. Florianus Nanius de Castro Casij Diœcesis Bononiensis, Theologus eruditissimus, meusque in Theologia magister, qui D. Thomæ Summam memoriter recitabat, & firmiter adeo tenebat, vt perdita per illum renouari posse videretur: qui à Clemente VIII. Scalæ in regno Neapolis Episcopus creatus, obiit Bononiæ anno 1599. hic multa scripsit, quæ partim sunt typis edita, partim in albeolis seruantur. Præter hos fuerũt D. Iacobus de Beluisio legum doctor excellentissimus, & Ioannis Andreæ magister, qui multa ingenij sui præclara monumenta reliquit, vt inferius dicemus. Obiit anno 1280. D. Antonius de Lignano, vir valdè prudens, & magnæ apud nostros autoritatis, qui multis præfecturis egregiè perfunctus, cum esset Prior monasterij Lateranensis, in visitatione Tremitana defunctus est anno 1463. D. Sanctes, qui fuit vnus de antiquis canonicis ante monasterij reformationem, & post illam factus est Prior Portuensis, vbi sanctissimè obiit. D. Petrus Alemannus dicti monasterij professus, vir simplex, & rectus, qui obijt Pœnitentiarius in Ecclesia Lateranensi, cum in multis monasterijs præfecturam laudabiliter gessisset. D. Gaspar Bonon. vir doctiss. & æque religiosissimus, qui erat Prior Lateran. quando Calistus III. ad petitionẽ quorundã Romanorũ nostros Laterano mouit, quod audiens Alphonsus Aragonius Rex Neapolis, illum ad se accersiuit: qui postea sub Paulo II. ad idem Lateranense monasterium regendum reuocatus, Bononiæ tandem obijt, & anno 1468. fuit Rector Generalis nostræ Congregationis. D. Gaspar Dulcinus, qui fuit Rector Generalis anno 1553. Obijt anno 1561. D. Petrus Bonon. qui fuit Rector Generalis, & Theologus eruditissimus. Obijt Neapoli dum visitationes ageret anno 1608.

PRædictis monasterijs multa priuilegia indulserunt Summi Pontifices, Imperatores, & Archiepiscopi Rauennatenses, cum Episcopis Bononten. quorum summam iuxta ordinem temporum hic referam. V.

Primum priuilegium est Gualterij Archiepiscopi Rauennatensis, datum anno 1133. Incipit: *Ecclesiasticæ solicitudinis*. per quod Ecclesias, & bona SS. Victoris, & Ioannis in monte Oliueti liberat ab omni seruitio, & tributo: omnia bona, & iura habita, & habenda confirmat: prohibet discessum professorum à claustro, cum potestate illos reuocandi, concedit liberam electionem sepulturæ in dictis Ecclesijs. &c.

2. Henrici Bononiensis Episcopi directum Priori, & Fratribus S. Victoris. concordat cum præcedenti. datum anno 1133.

3. Moysis Archiepiscopi Rauennatensis, datum anno 1154. concordat cum præcedenti.

4. Alexandri III. datum anno 1181. Priori, & Fratribus S. Victoris, per quod exonerat illos ab obligatione parandi mensam in solidum Legatis, siue Nuntijs Apostolicis.

5. Lucij III. datum anno 1183. incipit: *Propostulatio*. concordat cum priuilegijs Gualterij, & Moysis Archiepiscopi Rauennatensis.

6. Vrbani III. datum anno 1186. incipit: *Quoties nobis*. Confirmat gratias, & priuilegia per antecessores collata monasterijs S. Victoris, & S. Ioannis in monte.

7. Gregorij VIII. datum anno 1187. per quod ad exemplar Alexandri sui prædecessoris illos recipit sub protectione Sedis Apostolicæ, & omnia priuilegia per suos antecessores collata firmat.

8. Innocentij III. datum anno 1198. incipit: *Quoties illud*. Concordat cum antecedentibus.

9. Innocentij, non dicit cuius, nec ponitur millesimum, sed solum datum anno nono sui Pontificatus. incipit: *Vt dilectorum*. per quod præsi-

prædicta monasteria soluit ab omni coactione,& contributione,seu pensione super beneficijs Ecclesiasticis imponenda, nisi de illis,& de hoc indulto mentio specialis habeatur.

10. Bonifacij IX.datum anno 13.sui Pontificatus.incipit:*Sedu Apostolicæ.* quo Priorem, Monasterium, & Ecclesiam S. Ioannis in monte, & illius bona, personas & familiares in illis degentes liberat ab omni iurisdictione, exactione,dominio,& superioritate Episcopi Bononiensis,& ludicem Ordinariorum in spiritualibus,& temporalibus, suscipiendo prædicta omnia sub immediata cura, & protectione Sedis Apostolicæ.

11. Martini V per quod omnes immunitates concessas monasterijs S. Leonardi Veronæ, S. Mariæ Frisonariæ, S. Victoris, & S. Ioannis in monte Bononiensi confirmat,& inuicem communicat.Datum Constantiæ Cal. Aprilis 1418 incipit:*Cum a nobis petitur.*

12. Ludouici Archiepiscopi Arelatensis Legum Bononiensis.& totius Exarchatus, datū anno 1425. incipit: *Gubernationis efficium.* per quod declarat,in priuilegijs Pontificū,& Friderici Imperatoris,concedentibus exemptionem prædictis monasterijs ab omni onere,& grauamine,includi exemptionem à gabellis,datijsq; Ciuitatis. Itē communicat dictis monasterijs priuilegia S. Michaelis prope Bononiā, præsertim à Ioanne Papa XXIII.largita, quibus eximuntur à solutione datiorum,item à solutionibus decimarum, vel collectarum, & alijs oneribus impositis, vel imponendis clericis,vel beneficijs Bononiensibus. Itē communicat eisdem priuilegia concessa monasterio S.Hieronymi Carthusianorum inter quæ continetur , quod non teneantur soluere datia pro quacunque re ad vsum , & vtilitatem monasterij,& fratrum in eo degentium spectante.Istud priuilegium est in Archiuio in capsula, in qua cōtinentur immunitates: & illud priuilegium fuit confirmatum per Martinum V.vt patet per suas literas datas 1426.quæ ibidem seruantur.

13. Calisti III.datum ann.1456.incipit:*Romanus Pontifex.* declarat , priuilegium immunitas à solutione Gabellarum, & datiorum extendi etiā ad famulos cum canonicis commorantes, & in monasterijs degentes. item declarat contra Publicanos,siue exactores vectigalium , illos non posse limitare numerum personarum, vel famulorum in familijs monasteriorum degentium.itē absoluit ab omni solutione Gabellarum omnia ad victum, & vsum monasteriorum, & personarum in eis degentium attinentia,etiamsi ex locis alienis inferantur.

14. Friderici I. Imperatoris concessum anno 1162. incipit: *Transitorij Regni.* per quod monasteria cum omnibus illorum bonis, & iuribus suscipit sub Imperialis dignitatis defensionem. Confirmat bona acquisita, & iustè adipiscenda liberat ab omni onere,seu grauamine,per quemuis imponendo locis sacris , & illorum ambitui. concedit immunitatem , vt nulla persona in eis capi possit,vel inde per violentiam extrahi.

VI.

MOnasterium S.Ioannis in monte dignitate Abbatiali fuit decoratum per Pium V.anno 1566.In eius Ecclesia conditum est corpus B. Helenæ de oleo,cuius meminit in tabula Episcoporum Bononiensium, edita 1582. Gabriel Pascotus S.R.E.Cardinalis,& Archiepiscopus Bononiensis.Item Brachium S Petronij ciusdē Ciuitatis Episcopi,item Brachium S.Mariæ Ægyptiacæ, cum alijs minoribus reliquijs Sanctorum.

Demum non omittendum, Sixtum IV. anno 1473. Priori,& canonicis S.Ioannis in monte regimen canoniſſarum S. Laurentij sub pœna excommunicationis iniunxisse, vt ex literis Apostolicis sequentibus apparet, videlicet: *Dilectis filij salutem,& Apostolicam benedictionem. Volentes profecto paternā charitate consulere spirituali consolationi dilectarum in Christo filiarum Priorissæ , & sororum monasterij S.Laurentij Stratæ Cassiensis,ordinis sancti Augustini Bononiensis, ipsarum supplicationibus inclinati per alias nostras vobis dedimus in mandatis , vt vnum,pluresve, si opus esset, presbyteros vestris orationis proboſ, & graues qui earum confessiones audirent,eisq; sacramenta Ecclesiastica administrarent, deputaretis. Nuper verò relatum nobis est , quod id facere hactenus recusastis in quo sanè vos laudare non possumus: est enim à Christiana charitate alienum.Proinde rursus sub excommunicationis pœna mandamus vobis , vt iuxta priorum literarum nostrarum tenorem , presbyterum, vel presbyteros huiusmodi deputare debeatis.Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 9. Martij 1473. Pontificatus nostri anno 2.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De reformatione Monasteriorum Sanctorum Quadraginta Martyrum apud Taruisium , & S. Saluatoris prope Brixiam.

ANno MCDXVIII. duo alia vetusta canonicorum cœnobia per Frigdionatios fuerunt Deo fauente reformata. Primum fuit monasterium Sanctorum Quadraginta Martyrum apud Taruisium, fuerat id membrum antiquæ congregationis S.Frigdiani Lucæ, ex priuilegio Alexandri III.cuius libro superiori, nec nō etiam ipsius monasterij mentio habita. Durauit

I.

Olla uum Monast.

in eodem cœnobio institutio canonica vsque ad Martini V. tempora, quibus cum omnia valde inclinata viderentur, nam domus cœnobij diruta, bona oppignorata, & numerus canonicorum imminutus, D. Bartholomæus de Taruisio canonicus regularis professus, & dicti monasterij Prior videns se ad illud reformandum parum idoneum, Prioratum in manibus Episcopi Taruisini sponte resignauit. qui quidem Episcopus statim D. Petrum de Saluadeis Pataumum canonicum regularem dicti monasterij Priorem constituit, vt constat per publicum instrumentum rogatum manu Petri de Benedictis clerici, & notarij publici Taruisini anno 1418. die 1. Iulij, cuius exemplum est Romæ in monasterio Pacis. Ipse autem D. Petrus de Saluadeis Prior, ne monasterium canonicis totaliter destitutum remaneret, nonnullos ex Frigdionarijs, ac inter illos D. Marcum Venetum canonicæ Charitatis Venetiarum professum ad diuina in eodem monasterio peragenda acciuit: Martino verò Pontifice renunciato, ipse quin etiã Prioratu seipsum sponte abdicauit, vt vnus de Frigdionarijs secundum illorum institutum Prior annualis crearetur. Cessionem probauit idem Martinus V. datis literis Apostolicis ad Episcopum Taruisinum, quarum hic est tenor:

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Episcopo Taruisino salutem, & Apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur, & congruum, vt illis se reddat sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. dudum siquidem omnes Prioratus, cæteraq; beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia cum cura, & sine cura, tunc apud Sedem Apostolicam vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reseruantes, decreuimus irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis autoritate, scienter, vel ignoranter cõtingeret attentari. Cum itaque postmodum Prioratum Sanctorum Quadraginta Martyrum extra muros Taruisij ordinis sancti Augustini per liberam resignationem dilecti filij Petri de Saluadeis ipsius Prioratus Prioris per eum de illo, quem tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, apud sedem ipsam vacauerit, & vacet ad præsens, nullusq; de illo præter nos hac vice se intromittere potuerit, siue posit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis. Nos volentes dilectum filium Marcum de Venetijs canonicum dicti Prioratus apud nos de Religionis zelo, vitæ, ac morum honestate, aliisque probitatibus, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horũ intuitu fauore prosequi gratioso, tuæ discretioni per Apostolica scripta mãdamus, quatenus si post diligentem examinationem eũdem Marcum ad hoc idoneum esse repererit, super quo tuam conscientiam oneramus, Prioratum prædictum, qui conuentualis est, & ab aliquo monasterio, vel regulari loco non dependet, cuiusque fructus, redditus, & prouentus ducentorum florenorum auri, secũdum communem æstimationem, valorem annuum, vt idem Marcus asserit, non excedunt, siue vt præmittitur, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona vacet, si tanto tempore vacauerit, quod iuxta collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad sedem prædictam legitimè deuoluta, vel ipse Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatus, ac curatus existat, & ad eum deuenerit quis per electionem assumi, ac super eo inter aliquos lis pendeat indecisa, decernendo ipsius dispositis ad nos dumtaxat hac vice pertinet, cumiuribus, & pertinentijs suis eidem Marco autoritate nostra conferas, & assignes. Inducens per te, vel alium, seu alios eundem Marcum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Prioratus, iurium, & pertinentiarum prædictorum mittas, & defendes inductum, amoto exinde quolibet detentore. ac faciens ipsum Marcum, vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi Prioratum, prout est moris, admitti, sibique de ipsius Prioratu fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi. Contradictores autoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus tam fœl. record. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri, quam aliis constitutionibus Apostolicis, nec non statuto, & consuetudinibus Prioratus, & ordinis prædictorum contrarijs, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborate, aut si aliquis super prouisionibus sibi faciendo de Prioratibus specialis, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint: etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus præfatum Marcum in assecutione huiusmodi Prioratus volumus anteferri. sed nullũ per hoc eis quoad assecutionem Prioratuum, aut aliorum beneficiorum præiudicium generari, sensu Episcopo Taruisino pro tempore existenti, & dilectis filijs Conuentui dicti Prioratus, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à dicta sit Sede indultum, quod recepti, vel prouisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quod de huiusmodi Prioratibus, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem contumilim, vel superstitem fieri contingat, nullis valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. & quauis alia dicte sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earũ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque tota tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. nec omnia prout est tritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Datum Florentiæ nono Augusti, Pontificatus nostri anno 2.

QVia verò sequenti anno, qui fuit 1429. Vbi II. Taruisij cũ toto Comitatu ab inimicis capti, & deuastati, & per agrũ dispersi, multa damna grauissima

Veneti tulit ideò sequẽti anno, qui fuit
ordines D. Marcus Prior cum collect
Apostolicis in hunc modum concordauit
lior:

Petrus Benedicti canonicus, & Thesaurari
de Taruisina, fructuum, prouentuum, censuu
num, & aliorum quorumcunque iurium
publica deliberatum in Taruisina Diœcesi ap
dictorum, nuncupatis, & singulis tam præsent
literas præsentes literas inspecturis salutem
Venerabilis frater noster dominus Marcus Prior
nobis, & nostrij, notitiam dictorum, venerab
bilis gregium Dominum Marcum de Venet
nobilem, seu Prioratum monasterij sanctor
gintæ Martyrum de propè Taruisio ordin
rum regularium Beati Augustini fuisse a
publica perfrui assecutum. Nos eadem auc
publica, quæ sunguntur in hac parte, cum eod
nostrate Mario Priore antedicto præsentem
tionem seu institutionem, & instante,
renuntiatione dicti Domini Marci Prioris, qui
prouisum in Curia Apostolica se infra annu
tenuit..... promisit, & soluere eisdem ob
singulis igitur guerrarum præsentialiter
nos communibus, & damnis, quæ hos anno, v
nos sensu, tam ab inimicis, quam à nostris fi
tyrannis, & tyrannibus, ac tempestatibus,
tionibus monasteriorum sit redditibus exnam
nationes, quæ sunt in dicto monasterio su
visitatus, & canonicis regularem vitam duc
superiorum propter causas supradictas: C
nos, & compassionem cum eodem fratre Marc
mus de super medijs fructibus primi anni
ipsius antedicta deliberis prædicto Priorat
tempus fecerunt, quos tenore præsentium o
prouisi dicto Domino Mario contentam
nem, ac publicis recognitionum nomine Came
dicta bonorũ, & integraliter recepisse, fibig
bonibus, posteris, & successoribus dicti monas
ipsius ducatu viginti sex, sicut præmi
habita, & incepta, & nobis data, & realiter
de numerata prædicta, & integra solutione, C
solutum, annuata, seu priorum fructuum pro
dictorum plenariam quietationem, absol
dictorum omnimodam facientes, nec non
tantes expresse exceptioni non sit facta compo
dictis non datorum, & solutorum dictorum
non successione prædicta, ac omnibus aliis, &
temporibus, tam iuris canonici, quam ciuilis
patria, vel aliud prædictorum possemus de iur
dicique modo contra facere, vel venire. E
nostri successores dicenti, generalem renunciationem
non præsentes fuissent specialis, &c. In quorum om
præsentium filum, & testimonium præsentes
manu propria confectas, nostrijq; quo vtimur,
nostræ apostolicæ roborari. Datum, & actum
in sacristia Ecclesiæ maioris. Præsentibus Reu.m
Patre, & Domino, Domino Francisco Vrso Trul
nobilibus Zanino Zane ciue Taruisino, & alijs

grauissima tulit ideò sequẽti anno qui fuit 1420. præfectus D. Marcus Prior cum collectoribus Apostolicis in hunc modum concordauit, videlicet:

Petrus Benedicti canonicus, & Thesaurarius Ecclesiæ Tarusinæ, fructuum, prouentuum, censuum, decimarum, & aliorum quorumcunque iurium Cameræ Apostolicæ debitorum in Tarusina Diœcesi Apostolicus subcollector, nuncupatus. & singuli tam præsentibus, quàm futuris præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestræ notum facimus per præsentes, quod ad nos, nostrig, notitiam deducto, venerabilem virum Religiosum Dominum Marcum de Venetijs nuper in Priorem, seu Priorat um monasterij sanctorum Quadraginta Martyrum de propè Tarusio ordinis canonicorum regularium Beati Augustini fuisse autoritate apostolica pacificè assecutum. Nos eadem auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, cum eodem Domino fratre Marco Priore antedicto præsentem composuimus per nos fieri instantem, & instante, petente prorsus natione dicti Domini Marci Prioris, quæ vt iuris & moris est, in Camera Apostolica se infra annum futurum..... promisit, & soluere etiam obligauit. Considerato igitur guerrarum præsentialiter vigentium discrimine, & damno, quæ hos annos, vt plurimum fuere, tam ab inimicis, quam à nostris stipendiarijs illatis, & turbinibus, ac tempestatibus, & quantum dictum monasterium sit redditibus exinanitum, ac etiam attento, quòd sunt in dicto monasterio solito plures fratres, & canonici regulares vitam ducentes, & pauperrimam propter causas supradictas: Conuenimus, & composuimus cum eodem fratre Marco Priore, sicut ita super medijs fructibus primi anni Cameræ Apostolicæ antedictæ debitis pro dicto Priorat u in ducatorum viginti sex auri, quos tenore præsentium occasione præmissa ab eodem Domino Marco contentamur, confitemur, ac publicè recognoscimus nomine Cameræ prædictæ habuisse, & integraliter recepisse, sibiq, & suis hæredibus, posteris, & successoribus dictæ auctoritate Apostolica de ipsis ducatis viginti sex, sicut præmittitur, habitis, & receptis, & nobis datis, & realiter assignatis, & numeratis pro tali, & integra solutione, & satisfactione, annuata, seu priorum fructuum primi anni prædicti Priorat us plenariam quietationem, absolutionẽ, & liberationem omnimodam facientes, necnon renuntiantes expressè exceptioni non sic factæ compositionis, & nobis non datorum, & solutorum dictorum ducatorum 26. occasione prædicta, ac omnibus alijs, & singulis exceptionibus, tam iuris canonici, quam ciuilis, quibus prædicta, vel aliud prædictorum possemus de iure, vel de facto quomodolibet contra facere, vel venire. Et specialiter non dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit speciale, &c. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes nostras manu propria confectas, nostrig, quo vtimur, sigilli fecimus appositione roborari. Datum, & actum Tarusij in sacristia Ecclesiæ maioris. Præsentibus Reu.m Christo Patre, & Domino, Domino Francisco Vrso Trusinen. & nobili viro Zenino Zane ciue Tarusino, & alijs sub anno Dominicæ Natiuitatis 1420. indictione decima tertia, die penultimo Martij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Martini diuina prouidentia Papæ V. anno 3.

Ex tunc cœperunt dicti Frigdionarij monasterium cum Ecclesia instaurare, & canonicorum numerum augere. paulatimq; factum, vt vbi vix sex canonici cum magna temporalium bonorũ caritate degebant, viginti quinque satis abundãter alerentur: cui etiam ob laudabilis vitæ famã, per Summos Pontifices quædam alia beneficia fuerunt vnita, nam anno 1490. Innocentius VIII. Prioratum S. Mariæ Bethlehemiticum eiusdem ciuitatis ipsi monasterio Sanctorum Quadraginta Martyrum vniuit. datis literis Apostolicis eodem anno decimo tertio calendas Decemb. Dicebatur autem Prioratus S. Mariæ de Bethlehem, quòd esset membrum Ecclesiæ cathedralis Bethlehemiticæ in Palæstina, quæ erat canonicorum regularium, sicut lib. superiori cap. 41. dictum fuit. nam quemadmodum Ecclesia Dominici Sepulchri Ierosolymitana, ita etiam Bethlehemitica nonnullos Prioratus habebat in Italia, qui Palæstina ab Infidelibus occupata, partim Ordini militari S. Ioannis, partim alijs Ordinibus cesserunt, partim sunt commendati, quemadmodum hic de quo loquimur, quem tempore vnionis in commendam tenebat quidam Dominus Doymus, ex nobilibus de Valuasono Patriarchalis Ecclesiæ Aquileiensis Decanus. Rursus Clemens VII. anno 1530. dicto monasterio vniuit aliam Ecclesiam Parochialem sanctæ Agnetis intra ciuitatem, & datæ sunt literæ dictam vnionem continentes 13. calend. Septembris.

Cæterum in noua ciuitatis munitione monasterium antiquum euersum est & solo æquatum, & nouum, quod nunc supereſt, intra ciuitatem à canonicis nostris ædificatum, emptis fundis partim à Capitulo cathedrali, partim à monialibus S. Mariæ Ordinis D. Benedicti, cui nouam Ecclesiam adiecit ante paucos annos R. admodum P. D. Valerius de Beltramnijs nobilis Taruisinus, & loci Prior qui monasterio nunc præsidet, alijs etiam gradibus in nostra congregatione dignissimè functus. Ex hoc monasterio prodierũt Dominicus ille Taruisinus declamator celebris, & Theologus acutus, qui sub tempora Sixti IV. scripsit librum pro defensione canonici Ordinis contra nonnullos illum impugnantes. Hieronymus etiam Taruisinus omnigena eruditione clarissimus, qui septem vicibus electus fuit Rector Generalis nostræ congregationis, obijtq; Patauij circa annum 1490. quorum meminerunt laudabiliter Matthæus Bossus Veronensis in epistolis, Iacobus Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum sub anno 1407. Mauburnus in Venatorio, Ioannes Philippus Nouariensis in Chronica lib. 6. & alij.

III. Nouū Monast.

EOdem anno 1418. reformatum fuit monasterium S. Saluatoris in Suburbijs Brixiæ, posscentibus loci Præposito, & canonicis prout ex subiecto procuratorio in Frigdionarijs Cartophilacijs reperto liquet, videlicet:

In Christi nomine. Anno à Natiuitate eiusdem 1418. indict. 11. die 30. mensis Decembris in claustro monasterij, & Ecclesiæ S. Saluatoris sito in Suburbijs Brixiæ, præsentibus Rodelengo de Palazzo, Ioanne de Richardo Spectario, Antonio de Bononia Mezadro, & Gerardo de Verona Zerletto, ciuibus Brixiæ rogatis, & notis. Conuocato, & congregato Capitulo monasterij Conuentus, & Ecclesiæ suprascriptæ sancti Saluatoris, & infrascriptorum Dominorum canonicorum regularium Ordinis S. Augustini de mandato, & in præsentia venerabilis viri Domini Dumpni Gulielmi de Placentia Præpositi dicti monasterij, & Ecclesiæ sono campanæ more solito pro instrumentis peragendis, in quo quidem Capitulo aderant præfatus D. Præpositus, & infrascripti Domini canonici, videlicet Dumpni Antonius de Florentia, Marcus de Luca, Andreas de Venetijs, Nicolaus de Papia, & Stephanus de Florentia, repræsentantes, & facientes, vt asserunt, totum capitulum dicti monasterij, & Ecclesiæ, & ipsorum Dominorum Canonicorum professorum, & habentium vocem in Capitulo, præfati Domini Præpositus, & canonici, & capitulum per sese, ac nomine, & vice dicti monasterij, & Ecclesiæ S. Saluatoris non reuocando aliquos suos procuratores, & nuntios, sed potius confirmando. In communi concordia, omni modo, iure, via, forma, & causa, quib. melius potuerunt, & possunt, fecerunt, constituerunt, & ordinauerunt, & faciunt, constituunt, & ordinant Venerabilem virum Dominum Dumpnum Petrum de Padua Præpositū monasterij, & Ecclesiæ S. Leonardi Verona eiusdem Ordinis, & Regulæ absentem tanquam præsentem, ipsorum Dominorum Canonicorum Regularium monasterij, cōuentus, & Ecclesiæ S. Saluatoris verum, certum, & legitimum procuratorem, syndicum, œconomum, nuncij, & negotiorum gestorem, & prout melius esse, & dici potest, ad impetrandum, & obtinendū à Domino Summo Pontifice, quod locus, siue monasterium, & Ecclesia dicti S. Saluatoris Brixiæ vnitatur, & incorporetur, & annexum, & incorporatum sit cum omnibus suis rationibus, iuribus, actionibus, præsentibus, & futuris cum monasterijs S. Mariæ de Frigdionaria Lucanæ Diœcesis, & S. Leonardi de Verona dicti ordinis canonicorum regularium S. Augustini simul vnitis, & cum alijs locis, & monasterijs dictæ congregationis vnitis, & vniendis, ita quòd sint, & intelligantur dicti Domini Præpositus, & canonici præsentes, & futuri in dicto monasterio vnum esse corpus, & capitulum simul, & inuicem vnitum, & perpetuo incorporatum cum prædictis monasterijs dictæ congregationis S. Mariæ de Frisonaria, & S. Leonardi de Verona, & alijs præsentibus, & futuris. sic tamen, quod dicti D. canonici S. Saluatoris supra nominati perpetuis temporibus teneantur, & debeant se submittere vitæ vestigijs, moribus, & consuetudinibus, statutis, obseruantijs, & priuilegijs dictorum monasteriorum Lucæ, & Verona, & in omnibus, & per omnia se totaliter conformare. & tam in annua electione Rectorum, quàm in cæteris moribus, & consuetudinibus secundum formam, & tenorem priuilegiorum antedictorum locorum Lucæ, & Verona narratam, quam mores, cōsuetudines, & priuilegia, at que statuta antedictorum locorum acceptare, & sequi teneantur in omnibus, & per omnia, ita vt in nullo ab ipsorum canonicorum regularium Lucæ, & Verona, aliorumq; locorum dicta congregationis, & ordinis S. Mariæ prædicta, cum cuncta loca, & monasterijs vita laudabili, moribus, & consuetudinibus, ac obseruantia regulari, statutis, & priuilegijs vllatenus discrepent. dictusq; locus, & monasterium S. Saluatoris gaudere possit, & gaudeat omnibus etiam similibus gratijs, prærogatiuis, & libertatibus, exemptionibus, & immunitatibus dictorum locorum omnium, & monasteriorum Ecclesiasticis, & secularibus. Item & ad omnia alia faciendum, & impetrandum, quæ dicto Domino procuratori videbitur pro bono, & vtilitate, & tutela, & conseruatione loci prædicti, & ad gerendum, faciendum, & exercendum in prædicto, & circa ea omnia, & singula vtilia, necessaria, incumbentia, connexa, dependentia, & emergentia à prædicto, & quolibet eorum: etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, & grauiora forent præmissis, & quæ ipse Dominus canonici, & Capitulū facere, & exercere possent, si adessent, quæ hic haberi voluerunt pro specificatis. & ad substituendum, & faciendum loco sui vnum alium procuratorem, syndicum, & nuncium, vel plures ad prædicta, vel quodlibet eorū, si dicto D. procuratori, & syndico videbitur. quos sic substituendos, & sic constituendos ipsi Domini constituentes ex nūc faciunt, & constituūt, prout facit, & constituti erunt per dictum eorum procuratorem, & syndicū: & ad reuocandum substitutos si sibi videbitur. Dantes, concedentes, & mandantes præfati Domini constituentes prosc, & dicto nomine dicto præfato Domino procuratori, & syndico suo, & substituendis ab eo in prædictis omnibus, & singulis plenum, liberū, generale, & specialem mandatum, cum pleno, libero, generali, & speciali administratione, & potestate faciendi, & gerendi, vt supra. Promittentes per solemnē stipulationem mihi notario infrascripto, & publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice quorumcunq; interest, & interit, sese propterea firma, rata, & grata habituros, & obseruaturos, quæcunq; per dictum D. Procuratorem, & nuncium eorum gesta, facta, celebrata, & agitata erunt, & sicut agitabuntur: & in nullo cōtrauenturos, sub obligatione eorū, & omnium, & singulorū bonorū, & rerū dicti monasterij, & Ecclesiæ præsentū, & futurū.

Ego Antonius filius Thomasini de Catanei ciuis Brixiensis publicus Imperiali autoritate Notarius his omnibus adfui, & rogatus hanc cartam confeci, tradidi, & publicè subscripsi.

QVa reformatione absoluta præfatus D. Gu. IV.
lielmus Præpositus iuxta formam constitutionum Frigdionariæ Præpositurā resignauit, ac in eius locum electus D. Bassianus Mediolanensis. ipse verò D. Gulielmus natione Placentinus anno 1420. in Capitulo Generali Venetijs habito electus fuit Visitator totius congregationis.

Postea

Basilium in Capitulo Generali Bononiæ celebrato
anno 1422. D. Bassianus Mediolanensis Præpo-
situra cessit, & in eius locum ab ipso Capitulo c-
lectus Ven. P. D. Leo de Carate Mediolanensis.
Cuius publico instrumento rogato eodem an-
no die 12. mensis Maij per Philippum quondam
Stephani de Formaginis notarium publicum
Bononiensem, quod tale est:

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem
millesimo. 15. die 12. mensis Maij Pontificatus Domi-
ni Martini Papæ V. anno 5. venerabilis vir Dominus
Ioannes de Prioris de Mediolano Præpositus S. Salua-
toris monasterij Brixiæ, ordinis canonicorum regula-
rium S. Augustini de congregatione S. Mariæ de Friso-
nia Diœcesis Lucanæ, sponte, & ex certa scientia, &
omnibus debitis, purè, & sine aliqua fraude constitu-
it suum Syndicum, & Capitulo Generali de
Frigdionaria vulgariter nuncupato, dicti ordinis S. Au-
gustini, & venerabili Patre Domino Petro de Padua
dicti ordinis, & congregationis Rectore dignissimo, v-
niuersis, & capitulariter congregatis Ecclesiæ, si-
ue monasterio S. Ioannis in monte Bononiensi dicti ordi-
nis congregationis, eorum dicto Capitulo, & in ma-
nibus præfati D. Rectoris nomine dicti Capituli reci-
pienti, renunciauit Præpositurā dicti monasterij S. Sal-
uatoris nostri muros Brixiæ, & omni iuri quomodolo-
cumq; competenti, & competituro in eodem, vigore
cuiusdam, & prouisionis sibi factæ de eadem per dictum
Dominum nostrum Papam, seu alium vel alios quoni-
modo, & in forma renunciationis huiusmodi tradita,
& dicto dicto Capitulo vnum librum, & quoddam
pittacium, quæ habebat in manibus. volens, intendens, &
confitens, dictum Præpositum esse veritatem, & col-
legam cum aliis Prioratibus, & beneficijs dicti Ordi-
nis, & Congregationis, & quod ad prædictam Præpositu-
ram per Capitulum dicti ordinis, & congregationis elec-
tus, & præfatum annualis, ac regatur, & gubernetur,
prout & sicut eidem Capitulo concessum fuit per d-
ictum Dominum nostrum Papam Martinum in litera
confectis super inde confectis, & me notario infrascri-
pto, & scripta sub data Tiburi 2. Calendas
Septembris sui anno 4. & petijt idem Bassianus
præfatum, dictam renunciationem per eosdem Domini
fratres, & Capitulum admitti. Qui Dominus Re-
ctor, & Capitulum, vt supra congregati, visa dicta re-
nunciatione, & resignatione prædicta, dictam renun-
ciationem admisit, in quantum fit de iure admittenda,
& eumdem abipso renunciante iuramento. quod in renun-
ciatione huiusmodi dolus, fraus, aut simonia præmissa
nullatenus intercesserint. & successiue dicti canonici Re-
ctor, & Capitulum dicti Ordinis, & Congregationis S.
Mariæ de Frisonaria, vt supra, congregati in dicto mo-
nasterio S. Ioannis in monte Bononiensi capitulariter,
& diffinitiuè supra facta per dictum Dominum
Bassianum Præpositum dicti monasterij S. Saluatoris
nostri muros Brixiæ, ordinis, & congregationis prædi-
ctorum de dicta Præpositura, & omni iure in eadem
quomodolibet competenti, prout supra plenius con-
tinetur, & admissione dictæ renunciationis factæ au-

Postea in Capitulo Generali Bononiæ celebrato anno 1422. D. Bassianus Mediolanensis Præpositura cessit, & in eius locum ab ipso Capitulo electus Ven. P. D. Leo de Carate Mediolanensis. Constat publico instrumento rogato eodem anno die 12. mensis Maij per Philippum quondam Stephani de Formaglinis notarium publicum Bononiensem, quod tale est:

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem 1422. indict. 15. die 12. mensis Maij Pontificatus Domini Martini Papæ V. anno 5. venerabilis vir Dominus Bassianus de Priorib. de Mediolano Præpositus S. Saluatoris extra muros Brixiæ, ordinis canonicorum regularium S. Augustini de congregatione S. Mariæ de Frisonaria Diœcesis Lucanæ, sponte, & ex certa scientia, & animo deliberato, purè, & sine alicuius fraude constituit coram Ven. viris canonicis, & Capitulo Generali de Frisonaria vulgariter nuncupato, dicti ordinis S. Augustini, & venerabili Patre Domino Petro de Padua dicti ordinis, & congregationis Rectore dignissimo, vnanimiter, & capitulariter congregato in Ecclesia, siue monasterio S. Ioannis in monte Bononiensi dicti ordinis, & congregationis, coram dicto Capitulo, & in manibus præfati D. Rectoris nomine dicti Capituli recipientis, renunciauit Præposituræ dicti monasterij S. Saluatoris extra muros Brixiæ, & omni iuri quomodolibet sibi competenti, & competituro in eodem, vigore collationis, & prouisionis sibi factæ de eadem per dictum Dominum nostrum Papam, seu alium vel alios quouismodo, & in signum renunciationis huiusmodi tradidit, & dimisit dicto Capitulo vnum librum, & quoddam sigillum, quæ habebat in manibus. Volens, intendens, & consentiens, dictam Præposituram esse vnitam, & collegatam cum aliis Prioratibus, & beneficijs dicti Ordinis, & Congregationis, & quod ad prædictam Præposituram per Capitulum dicti ordinis, & congregationis eligatur Præpositus annualis, ac regatur, & gubernetur, prout & sicut idem Capitulo concessum fuit per dictum Dominum nostrum Papam Martinum in literis Apostolicis super inde confectis, à me notario infrascripto, visis & lectis, scriptis sub data Tiburi 2. Calendas Iulij Pontificatus sui anno 4. & petijt idem Bassianus præfatus, dictam renunciationem per eosdem Dominum Rectorem, & Capitulum admitti. Qui Dominus Rector, & Capitulum, vt supra congregati, visa dicta renunciatione, & resignatione prædicta, dictam renunciationem admisit, in quantum sit de iure admittenda, recepta ab ipso renunciante iuramento, quod in renunciatione huiusmodi dolus, fraus, aut simoniæ pravitas nullatenus intercedunt. & successiue dicti canonici Rector, & Capitulum dicti Ordinis, & Congregationis S. Mariæ de Frisonaria, vt supra, congregati in dicto monasterio S. Ioannis in monte Bononiensi capitulariter, post renunciationem supra factam per dictum Dominum Bassianum Præpositum dicti monasterij S. Saluatoris extra muros Brixiæ, ordinis, & congregationis prædictorum de dicta Præpositura, & omni iure in eadem sibi quomodolibet competenti, prout supra plenius continetur, & admissione dictæ renunciationis factæ autoritate dicti Capituli. Nolentes eandem Præposituram, & Ecclesiam ob Præpositi carentiam in spiritualibus, aut temporalibus læsionem aliquam pati, sperantes, quòd persona honesti viri Domini Leonis de Mediolano dicti Ordinis erit ipsi Præposituræ plurimum vtilis & profica, vnanimiter, & concorditer eundem Dominum Leonem præsentem, & humiliter acceptantem elegerunt, constituerunt, & deputauerunt, in Præpositum annualem dicti monasterij S. Saluatoris, cum potestate, & arbitrio aliis Prioribus, & Præpositis annualibus à dicto Capitulo constitutis solitis, & quæ facere consueuerunt Præpositi dictæ Ecclesiæ, & eis concessum est in dictis literis Apostolicis vnionis, & collegationis antedictæ concessionis dicto capitulo. Qui Dominus Leo immediatè postquam electus fuit ab ipso Capitulo in Præpositum antedictum, à dicto Rectore nomine dicti Capituli dante recepit librum, & sigillum in signum acceptationis huiusmodi Præposituræ, ac iurauit in manibus dicti Rectoris, Capituli nomine recipientis, se bonam, & legalem reddere rationem de ijs, quæ gubernabit, & administrabit, & ad eius manus peruenient de bonis dictæ Præposituræ dicto Capitulo. Mandans dicto Capitulum omnibus canonicis dicti monasterij, vt eundem Dominum Leonem in Præpositum annualem antedictum recipiant, & admittant, sibig, in cunctis licitis, & honestis pareant, & intendant, rogantq, me Philippum de Formaglinis notarium infrascriptum, vt de prædictis publicum conficiam instrumentum. Actum Bononiæ in monasterio S. Ioannis in monte Bononiensi ordinis, & congregationis antedictæ. Præsentibus Domino Thoma Zerardi de Lana mercatore Capituli S. Ioannis in monte, Dominoq, Ioanne de Zena Lauarolo dicti Capituli, & magistro Hilario quondam vici de Florentia tutore Capituli S. Luciæ, testibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Ego Philippus quondam Stephani de Formaglinis ciuis Bononiensis, publicus Imperialis, communis Bononiensis, ac Curiæ Episcopalis Bononiensis autoritate Notarius, suprascriptis renunciationi, electioni, & omnibus, & singulis, dum sic, vt præmittitur, agerentur, vna cum prænominatis testibus interfui, eaque rogatus scribere publicè scripsi, signoque meo consueto signaui in fidem præmissorum: Suprascriptum monasterium secundum communem valorem æstimatum fuit centum florenorum, prout in dicta Bulla collationis continetur.

Ferunt, Dominum Pandulphum de Malatestis Brixiæ, Ariminiq; tunc Dominum huius reformationis autorem præcipuum extitisse, quem constat monasterio, & canonicis reformatis multa bona largitum, & ad reparandas ædes ruinam minantes, adiumento non modico extitisse, nam ante reformationem fabricæ omnes monasterij ferè collapsæ, & illius prædia oppignorata, & inculta, vt vix ex illorum redditibus sex canonici sustentari possent: cum tamen post reformationē ex eorundem redditibus triginta facilè, & commodè ali possent.

V. DE istius monasterij antiquitate, ac dignitate nonnulla superiori libro ca. 25. sunt notata:

nam præter conuentum canonicorum Præpositus S. Saluatoris aliud collegium canonissarũ sibi subiectum regebat, vt ex Gregorij IX. priuilegio liquet. Porro post reformationem crescente in dies optima fama Religiosorũ dicti monasterij, meruit priuilegijs Pontificum, & Principum, accessioneque bonorum temporalium multipliciter augeri. ac in primis supradictus Dominus Pandulphus de Malatestis Brixiæ Dominus solemni cos priuilegio à solutionibus omniũ Datiorum, & alijs quibuscunque grauaminibus liberauit, sub Andrea Griti, Venetiarum Principe anno 1536. die 16. Septembr. indictione 10.

Deinde anno 1441. Eugenius IV. per suas literas cum plumbo monasterium S. Mariæ Magdalenæ propè Brixiam ordinis canonicorum regularium S. Augustini, quod tamen canonicis carebat, eidem cœnobio S. Saluatoris vniuit. Emanauerunt literæ Florentiæ 13. calend. Ianuarij. Postea dicto monasterio fuit vnitum aliud perantiquum monasterium canonicorum S. Georgij propè oppidum Montis clari Diœcesis Brixiensis. de cuius antiquitate constat per sequens priuilegium Cœlestini III. cuius exemplum nuper repertum, hic reddendum curaui, scilicet:

Cœlestinus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Morsano Præposito Ecclesiæ S. Georgij, quæ sita est in territorio Montis clari in loco, qui Mons Medianus dicitur, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum. Monet nos Apostolicæ Sedis, cui licet immeriti præsidemus, autoritas, vt de omnibus Ecclesijs pastoralem curam gerere debeamus, & ne prauorum hominum molestijs agitentur, eas Apostolico patrocinio communire. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam S. Georgij sitam in territorio montis clari in loco, qui dicitur mons Medianus, in qua diuino mancipati estis obsequio fœl. record. prædecessorum nostrorum Innocentij, Eugenij, & Vrbani Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Prædia ad eandem Ecclesiam pertinentia, quæ circa monasterium sita sunt, clausuram, & cum sedimine Ecclesiæ prædictæ. Nemus, Runcum, Molendina, cum pratis, & prædijs, omnes terras, quas habetis, & possidetis iuxta Ecclesiam. Terras quas habetis in Curte Carpenedoli, & Gatalt. Terras, quas habetis in Casali Paulo. Prata quoque, paludes, vineas, nemora, & decimas Noualium, quas habetis in Castello Vvifredo. Sancimus etiam, vt tam in ordinationibus, quam in fratrum susceptione, & in cæteris omnibus ab omni subiectione plebis montis clari omnino liberi maneatis. Excepto quod duodecim nummos Mediolanenses monetæ eidem plebi annuatim persoluetis, & in Sabbato magno Paschali vnum de fratribus vestris ad eandem plebem pro diuini officij celebratione destinabitis, si à plebanis clericis concorditer requisitum fuerit: atque pœnitentias publicas, si quando ante vos delatæ fuerint, cum consilio Archipresbyteri ipsius plebis ad maiorem Ecclesiam referetis: Reliquas verò, prout melius vobis diuina gratia inspirauerit, tribuetis. Decimas quoque, quas venerabilis frater noster Ioannes Brixiensis Episcopus in Curia de Lognano Ecclesiæ vestræ concessit, & scripto suo firmauit, ac vos eas iustè, & pacificè possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Sanè Noualium vestrorum, quæ propijs manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos, è sæculo fugientes liberos, & absolutos ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne vlli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem, fas sit absque Præpositi sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere: Discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. Apostolica quoque autoritate sancimus, ne quis vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, vel interdicti sententiam sine manifesta, & rationabili causa audeat promulgare: vel nouas, & indebitas exactiones vobis, aut hominibus vestris imponere. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito, vel quolibet eorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilij sanioris secundum Deum timorem, & B. Augustini regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ autoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc vestræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat: reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi

quatte-

quarum & his fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniãt. Amen, Amen. Perfice gressus meos in semitis tuis. Sanctus Petrus, sanctus Paulus, Cœlestinus Papa III. Ego Cœlestinus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Vbinus Albanensis Episcopus subscripsi. Ego Ioannes Prænestinus Episcopus subscripsi. Ego Petrus Portuensis Ecclesiæ S. Rufinæ Episcopus subscripsi. Ego Sanctæ Basilicæ duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Petrus tituli S. Cæciliæ presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Ioannes tituli S. Clementis Cardinalis Viterbiensis, & Tuscan. Episcopus subscripsi. Ego Guido presbyter Cardinalis tituli S Calixti subscripsi. Ego Hugo presbyter Cardin. Equitij subscripsi. Ego Ioannes tit. S. Stephani in Cœlio monte presb. Cardinalis subscripsi. Ego Gonfredus tit. S. Praxedis presb. Card. subscripsi. Ego Tuardus S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis tit. Eudoxiæ subscripsi. Ego Fidelis tituli S. Marcelli presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Ioannes tituli S. Priscæ presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Gregorius S. Martæ Porticu Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Gregorius S. Angeli Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Bobo S. Theodori Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Petrus S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis subscripsi. Datum Laterani per manum Cenij S. Luciæ in Orthea Diaconi Cardinalis D. Papæ Canonicj 4. Idus Novembr. indict. 13. Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo nonagesimo quarto, Pontificatus verò Domini Cœlestini Papæ III. anno quarto.

Postmodum anno Domini 1517. totum monasterium S. Saluatoris cum Ecclesia perpulchra, & magnificenter exornata, pro munimine ciuitatis à fundamẽtis est euersum: quam ob causam Præpositus cum canonicis intra ciuitatem se recepere, & in priuatis domibus vsque ad annum 1522. est morari coactus. quo anno, cum nulla esset amplius spes antiquum domicilium reædificandi, neque canonici locum aliquem intra ciuitatem haberent, vbi commodè sub regularibus institutis manerent aliud monasterium S. Fausti. ti ad sanguinem, vulgo S Afræd. ord. canonici, verum canonicis destitutum, & cuidam clerico seculari commendatum, eodem commendatario nomine Thoma de Caprcolis cedente, & Clem. VII. Romano Pontifice concedente, ad transferendum in illud, erigendumque monasterium subtit. S Saluatoris obtinuerunt, prout ex literis Apostolicis eod. an. 1523. prædie nonas Decemb. emanatis apparet. Egerunt de monasterio intra ciuitatem transferendo ante ann. circiter 60 testante Nicolao V. in suis literis ad Abbates de Leuco, & SS. Fausti, & Iouitæ, & S. Fausti minoris ann 1451. datis 4. nonas Martij. quibus Ecclesiam S. Nicolai Ord. Cluniacensis, ad effectũ erigendi, & transferendi propè illam monasteram, ipsis Præposito, & canonicis S. Saluatoris vnà præcepit: quia, vt inquit, d. monasterium S. Saluatoris causantibus guerris, & alijs sinistris euentibus, ab quibus temporibus citra, iam bis pro magna parte destructum, & dirutum fuerat. Verum qua de causa translatio effectum sortita non fuerit, mihi incompertum.

Postmodum anno 1561. prædicto monasterio sic translato ad Ecclesiam S. Fausti ni ad sanguinem, vnitum fuit aliud monasterium sub titulo Prioratus S. Dominici nuncupatum in ripis Bennaci, propè Salodium, vbi dicitur Tusculanum, quod erat prius ord. S. Dominici, deinde commendatum, exinde concessum monialibus S. Crucis in Iudaica Venetiarum ord. S. Benedicti, tandem ipsis monialibus, annua pensione sibi reseruata, consensum præbentibus, per Pium V ann. 1561. à monasterio S Crucis dismembratum, & monasterio S Saluatoris annexum, & perpetuò vnitum. Pensionem canonici S. Saluatoris ann. 1564. data certa summa pecuniarum redemerunt.

VI. MOnasterium verò S. Saluatoris ad prædictã Ecclesiam S. Fausti ni ad sanguinem translatum, extinctoque in ea tit. S. Fausti ni, & erecto tit. S. Saluatoris, totum à fundamentis cum prædicta Ecclesia in conspicuam formam, quæ nunc cernitur, fuit renouatum, primum lapidem iacie. te D. Petro de Castro Conegliani dignissimo d. monasterij Præposito, sed & vetustam Ecclesiam anno Domini 1580. Lateranenses canonici diruentes, intra decennium duplicem à fundamentis renouauerunt, superiorem videlicet, ac inferiorem, in quarum prima diuina officia diebus, ac noctibus decantantur, missæ celebrantur, & ad populum conciones habentur: in altera verò Sacramenta ministrantur, & cætera, quæ ad curã animarum spectant, exerceri consueuerunt, nam Ecclesia curam animarum amplissimam adiunctam habet.

Porro in dictis Ecclesijs thesaurus Reliquiarũ Sanctorum inæstimabilis seruatur: nam in superiori, sequentium Sanctorum corpora conduntur. videlicet in maiori altari corpora cum vase pleno sanguine SS. Martyrum Fausti ni, & Iouitæ Fratrum item corpus S. Fausti ni Episcopi. In altari S. Mariæ Magdalenæ Reliquiæ insignes SS Angelini, Alberti, Dominici, Angeli, Camilli, Roberti, Eusebij In altari S Afræ corpus eiusdẽ Virginis, & martyris In altari S. Augustini corpus S. Fœlicis Episcopi. In altari S. Latini corpus eiusdem S. Latini Episcopi. Istud est priuilegiatum pro animabus defunctorũ. In altari Assumptionis B Mariæ Virginis Reliquiæ insignes SS. Cõstantij, Cæsarij, Corradi, Barnabonis, Aimerij, Balthasaris, Calloceri, Bonfantis. In altari S. Apollonij Reliquiæ insignes SS. Valeriani, Valentini, Sapricij, Naimonis, Bonacursi, Bernardini, Iacobini, & carbones quibus exusti fuerunt S. Faustinus, & Iouita. In altari S. Elizabethæ Reliquiæ insignes Sanctorum Iosaphat, Cœlestini,

Maximi, Stephani, Angelini, Orieldæ, Paulini, Gentilis, Maximi, Benjamini.

In altari verò maiori Ecclesiæ inferioris, conduntur corpora SS. Calloceri, Martialis, & Seuerini. In dextero autem latere, ipsius altaris ad cornu Euangelij, est tumulatum corpus venerandæ matris Angelæ, virginum intra domesticos parietes vitam sanctimonialium agentium institutricis, quarum multitudo in eadem ciuitate reperitur: ibique sunt carceres, quibus SS. Martyres in custodia tenebantur. In altari verò, quod est à latere sinistro, & in cornu epistolæ, sunt Reliquiæ SS. Iulij, Verzeri, Vguzonis, Corradi, Duchi, Peregrini, Sigismūdi, Æmiliani, Syluani, Eustachij, Franciscini, Ottonis, Alexandri, Aluenti, & Henrici. Prædictæ omnes Reliquiæ sunt inuentæ in antiqua Ecclesia SS. Faustini, & Iouitæ ad sanguinem nuncupata, nam vbi tunc erat Ecclesia, & nunc etiam est renouata, sub persecutionibus Tyrannorum carceres Sanctorum fuerant, illustreque martyrium, in quo pro Christi fide plura Martyrum centena gloriosum sanguinem fuderunt, inter quos præclarissimi Martyres Faustinus & Iouita, quorum cadauera partim in puteū ibidem existentem proiecta, partim in Oratorio, ante aram D. Calocero dicatam fuerant tumulata. Inuenta sunt autem dicta corpora anno 1529. teste D. Iacobo monasterij canonico, qui inuentioni interfuit, publico notario cum testibus adstante, & dictæ inuentionis historiam texuit, quæ in Archiuis monasterij seruatur. meminit eiusdem inuentionis, ac etiam dictorū Martyrum, & SS. Petrus Galesinus in suo Martyrologio sub diebus 7. 12. & 16. Ianuarij, & sub die 2. Februarij: quippe quòd non vno, & eodem die omnes prædictæ Reliquiæ fuerunt inuentæ: ipsamque inuentionem in ann. 1529. refert; quæ post nouam templi structuram in singulis altaribus, vt in maiori veneratione haberentur, fuerūt decentius distributæ, ac locatæ. meminit eorundem Martyrum Marius Mutius in suo libro Historiæ Sanctorum Bergomi: nam illorum non nullos ciues Bergomenses fuisse contendit.

VII. Cæterum præter supradictas Sanctorum reliquias in altaribus locatas, adest in inferiori Ecclesia puteus, & supra illud altare, qui de Sanctorum Martyrum cadaueribus est plenus. horū nomina quædam in tabella sunt notata: quædam soli Deo, & Sanctis suis cognita. Nomina illorū, quæ ad nostram notitiam deuenerunt, ex tabella impressa Brixiæ anno 1618. & ad me transmissa sic accipe:

In medio Ecclesiæ inferiorū est puteus sub altari continens inter multa martyrum centena, infrascriptos, qui sunt: S. Bonifacius martyr. S. Æmilianus. S. Syluanus martyres ex nobili familia de Scaligeris Romanis. S. Aymo martyr cum carbonibus, cineribus eius, & carbonibus, cum quibus corpus eius combustum fuit. S. Bonacorsus. S. Bernardinus. S. Bernabus. S. Aimero. Prodocimus m. ex nob. fam. de Mazzis. S. Calocerus. S. Bonfantes. S. Maximus mar. ex nob. familia de Mazcagninis, nunc de Vgonis. S. Valerianus. S. Valentinus martyres, ex nobili familia de Brusatis. S. Celsus, S. Cæsar martyres, ex nobili familia de Martelengbis. S. Marinus. S. Stephanus martyres, ex nobili familia de Mariis. S. Felix. S. Gedeon martyres, ex nobili familia de Lauellongo. S. Constantius. S. Iulius martyres ex familia nobili de Alta foglia. S. Otto. S. Alexander martyres, ex nobili familia de Calinis. S. Aluentus. S. Henricus martyres ex nobili familia de Almeutis de Colonia Almannia. S. Eustachius m. ex nobili familia de Chizzolis. S. Corradus. S. Duchus. S. Peregrinus. S. Vguzonus m. fratres ex nobili familia de Duchis. S. Angelinus. S. Orielda. S. Gentilis. S. Paulinus, m. Maritus, Vxor, & duo filij, ex nobili familia de Barignanis. S. Faustinus, S. Iouita. S. Iacobinus m. ex nobili familia de Oldofredis. S. Barusaldus ex nobili familia de Mariis Iseroe. S. Spiritus m ex familia de Gratiasolis, qui Dnum Calcerum, aliosque supradictos transtulit. S. Constantius m. ex familia de Constantia de Alemannia. S. Ioannes m. ex familia nobili de Miliis. S. Corradus m. ex nobili familia de Bornatis. S. Balthasar m. ex nobili familia de Bonis. S. Beniaminus m. ex nobili familia de Bianzanis. S. Leonardus m. ex familia nobili de Griffis. S. Iustinianus m. ex nobili familia de Ranieris. S. Franciscinus m. ex nobili familia de Peschiris. S. Oliua m. ex nobili familia de Aldigeris. S. Samaritana m. S. Afra ancilla, sancta Dignamerita ex familia nobili de Lauellongo, cum duobus filijs martyribus. Ibi plures alij sancti m. existunt, quorum nomina, quòd extranei essent, scire non possunt, sunt que ante aram S. Caloceri, & sacrum sepulti.

Infrascripti sancti M. in vim certaminis ab Infidelibus, & Idololatris Brixianis martyrio sunt affecti, trucidatiq; ob eam maximè causam, quòd audacter, & sine vllo timore veram, sanctamq; Christi fidem confitentur, atque defenderent, & in Oratorio ante sancti Caloceri, & sociorum arcam sepulti sunt. sunt q; numero centum octoginta quatuor.

Sanctus Georgius ex nobili familia de Calimadis. S. Nazarus ex familia nobili de Consalonieris. S. Fredeghinus ex nobili familia de Bornatis. S. Faustinus ex familia nobili de Cremona. S. Paulus ex nobili familia de Aluentis. S. Mattia Staraffus. S. Ioannes ex nobili familia de Medicis. S. Orlandus ex nobili familia de Salis. S. Innocentius ex nobili familia d'Aste. S. Nicolinus ex nobili familia de Prouezis. S. Franciscus ex nobili familia de Vachis. sanctus Bertazolus ex nobili familia de Naui. sanctus Venturinus Bisticibus. sanctus Nicolaus ex nobili familia de Anselmis. S. Arbitrarius ex nob. fam. de Geroldis. S. Gaudphrius ex nobili familia de Nassinis. S. Ottauianus Montaninus. S. Bertolinus ex nobili familia de Aderis. S. Christophorus ex familia nobili de Ronco. S. Azinus ex nobili familia de Lanzonis. S. Bressanus ex nobili familia de Rabuscis. S. Pezzinus ex nobili familia de Bonuisis. S. Ottobonus ex nobili familia de Parma. S. Albertus ex nobil. familia de Ciuilis. S. Aco-

rum ex nob. familia de Gratacasolis. S. Franciscus ex nobili familia de Maluezzis. S. Laufrancus ex nobili familia de Paitonis. S. Iacominus ex nobili familia de Pilatis. S. Petrus ex nobili familia de Vgeris. S. Bonacursius ex nob. fam. de Compostis. S. Ioannius ex nobili familia de Sforzis. S. Venturinus ex nobilis familia de Soraghis. S. Caietanus ex nob. familia de Caietanis. S. Benedictus ex nobili familia de Bocchis. S. Nicolinus ex nobili familia de Mazzolis. S. Christophorus ex nobili familia de Baittis. S. Cominus ex nobili familia de Mazzanis. S. Cominus ex nobili familia de Sancto Gervasio. S. Oliverius ex nob. fam. de Bernardo. S. Virgilius ex nob. familia de Bernatis. S. Tonius ex nobili familia de Brozzo. S. Marsius ex nob. fam. d'Arigonis. S. Trama, & Biatta ex nobili familia de Palazzo. S. Mantenutus ex nobili fam. de Homis. S. Vincilius ex nobili familia de Persiis. S. Thomas ex nob. fam. de Filusellis. S. Orieldus ex nobili fam. de Arigonis. S. Pizinus ex nobili familia de Mazzis. S. Petrus ex nobili familia de Rozzis. S. Eustachius ex nobili familia de Vgozonis. S. Ferolinus ex nob. fam. de Sicibertis. S. Tratanus Piega Boschius. S. Girardus Arnellus. S. Ottebonus de Calino. S. Viscardus de Terzo. S. Milinus de Milys. S. Sartabenus de Zasalis. S. Girardus Portelus, sanctus Sansor de Porcelaghis. S. Nicolinus de Valsanis. S. Faustinus de Lograto. sanctus Bonhauus, & Matheus de Pocaral sanctus Ioannes Arifanius, & Simon de Cazzago. sanctus Bertazolus Golus. S. Ludouicus de Cozzis. S. Oliuerius de Fraschati. S. Alexandus de Azano. S. Cernuscus de Banottis, sanctus Iulianus de Moresbis. sanctus Ioannes de Gorlago. sanctus Laurentius de Bonis. sanctus Barnaba de Venado. S. Teuchertus de Asola. S. Iulius & Camillus de Nazaris. S. Ottebonus de Baucris Anus S. Sauinus, & Cyprianus. S. Cignolus de Valle renouata. S. Federicus Cauus. S. Melchior de Paito. S. Cominus de Bonettis. S. Angelanus, & Hieronymus de Sennis. S. Fipardus de Pacengolis. S. Ioannes de Borgnis. S. Luzachinus d' Alta fegia. S. Pasinus, & Aloisius de Rodengbis. S. Fracassus de Gambara. S. Iulianus presbyter de Castello. S. Ioseph de Bos. S. Alexander de Iorzis. S. Pedrettus de Scancio. S. Nicolinus de Gauaterys. S. Hieronymus de Castello de Couedis. S. Petronius de Bononia S. Ascanius de Trenzano. S. Andreas de Bonis. S. Benuenutus de Calzauegliis. S. Gotardinus de Cazzago. S. Achilles de Aduocatis de Bergomo. S. Agenorius Mantuanus. S. Lucius de Anuterus. S. Ioannes de Tauerio. S. Tebaldus de Brusatis. S. Bontempus de Tiberijs. S. Vgerius de Viganis. S. Albertus de Aluttis. S. Nicolaus de Petrocchis. S. Tonius de Allegris. S. Alphonsus de Marinariis. S. Benuenutus de Bellis. S. Christoforus de Guainerijs. S. Rizardus de Malfacinis. S. Lamphrancus de Calzauacha de Cremona. S. Ioannes de Panxaldis. S. Ludouicus Binetta. S. Cinus de Cinate. S. Arnoldus de Comendino. S. Verzina de Erissatis. S. Zanolinus de Seriatis. S. Amadeus Asiatus. S. Marcolinus Picinelli. S. Martinus Caprola. S. Antonius de S. Miniato de Hostiano. S. Lauterus de Pizanellis. S. Melchior de Durantis de Palazolo. S. Carlus de Baronis. S. Philippus de Rossis. S. Leander de Cigalis. S. Ioannes de Bulgaro. S. Petrus Paulus de Piano. S. Belasius de Balasis. S. Azinus de Adobatis. S. Santolinus de Saianis. S. Vgerius de Messanis. S. Tonius de Offlaga. S. Africanus de Bardellis. S. Petrus de Belosis. S. Aliottus de Cortesis. S. Petrus de Lottis. S. Alexander de Prouaglis de Cauriana. S. Aloysius de Prandonis. S. Ricarbonus de Paitono S. Ioannes de Robertis. S. Philippinus de Lodu. S. Bertazinus, & Bonomus de Lodu. S. Bontempus de Pilizono. S. Rizardinus Cataneus de Salo. S. Zerbinus de Scalvo. S. Fachinettus de Godoferis de Bagnolo. S. Amidanus de Amideis. S. Marchio Disamader. S. Pizzinus de Sarnego. S. Cominus de Ratueris. S. Paulus de Vstiano. S. Ioannes de Galeagnis. S. Tonius de Fortis. S. Philippus Mignianus. S. Federicus de Salis. S. Tulius de Maiandis. S. Pezzolus de Gniocchis. S. Iacominus de Chizzolis. S. Antonius Milanese. S. Luchinus de Brandonis. S. Iouita de Buschis. S. Folchus de Mazzis. S. Onuphrius Maluezzus de Bononia. S. Georgius de Prandonis. S. Cominus de Sachetis. S. Nicolaus de Feraudis. S. Gultelmus de Pregniacchis. Prior S. Petri, & Marcellini. S. Angelus de Mazzis S. Hieronymus de Pedrocchis. S. Fenarolus de Fenarolis de Tauernola Bergamaschus. S. Thadeus dictus Strigettus de Turre S. Baptista de Cenis. sanctus Emanuel de Consalonieris. sanctus Vgozonus Conte. sanctus Angelus de Mazzolis. sanctus Albertus de Faitis de Trenzano. sanctus Dominicus de Bargnanis. sanctus Angelus de Prouaglis de Cauriana. sanctus Camillus de Grilis. sanctus Rubertus, & Euschius de Perzis. sanctus Osattinus de Chizzolis.

Libet etiam hic loci subnectere, quod de prædictis Martyribus, & de monasterio antiquo Sanctorum Fausti ni, & Iouitæ ad sanguinem Ioan. Philippus noster in Chronica lib. 3. c. 32. ex autore Chronicæ Brixiensis scribit: *In Ecclesia*, inquit, *Sanctorum Faustini, & Iouitæ ad sanguinem in ciuitate Brixiensi, quæ nunc dicitur S. Afræ, viguit canonicus ordo. In ea siquidē stetit B. Dominicus, & ibi adhuc habetur sedes, & mensa, in qua ipse gloriosus studebat. qua cum maxima veneratione seruatur. mea etiā B. Gualla Ordinis Prædicatorum, & postea Brixiensis Episcopus, dum esset in Campanili, vidit animam B. Dominici in Cœlū ab Angelis deferri. ibi etiam sunt multa Sanctorum Martyrum corpora. Vnde cum esset R. D. Paulus de Bonotia canonicus regularis S. Augustini Præpositus Ecclesiæ Sanctorum Faustini, & Iouitæ ad sanguinem, Summus Pontifex scripsit illi vnam literam, vt dictus D. Paulus mitteret ei in scriptis nomina omnium martyrum, qui erant in dicta Ecclesia. Dictus D. Paulus, litera lecta, totus attonitus, & nesciens quomodo posset dare istam notam Summo Pontifici, afflatus à Spiritu sancto, perrexit ad S. Faustini Oratorium, & deuotè orauit ad Dominum, inspiratus, quòd deberet accipere tres pugillos Sabuli, quod erat in dicto Oratorio, & ponere in vno sudario candido, & mittere ad Summū Pontificem, & ita fecit. Pontifex autem cū accepisset illud Sabulum, aperuit sudarium, & non inuenit in illo, nisi bolletinos, in quib. erant scripta Martyrū nomina in litera, quæ videbatur scripta sanguine. Dictus Summ. Pont. accersiuit ad se D. Paulū, & multo honore eū decorauit.*

Item

Item Pontifex mandauit nomina doctorum martyrum scribi in Catalogo Sanctorum. Dictus Pontifex vocabatur Vrbanus. Hæc ex quadam Chronica Brixiensi. Postea hæc Ecclesia Domino concedente reformata fuit per canonicos nostros Lateranenses anno Dom. 1524. sub R. P. D. Ludouico Salodiense primo Præposito, & tertio reformatore.

VIII. DEmum istud monasterium viris tum generis, tum virtutis nobilitate illustribus semper floruit, & nunc etiam floret, inter quos recenseri meretur in primis Dominus Paulus Bononiensis Præpositus, de quo proximè dictum fuit. Dominus Constantinus Ruseonus Brixiensis, & vitæ integritate, & linguarum peritia conspicuus, qui inter alia ingenij sui monimenta scripsit Commentarium in Geneſim octo in partes diuisum. & de fide, & terminis humanæ cognitionis, & libertatis librum vnum. floruit circa annum 1550. Dominus Hippolitus Chizola genere nobilis, sed Religione longè nobilior, qui cũ esset Theologus acutissimus, & Concionator facundissimus, tum verbo, tum scripto nomen suum mirificè illustrauit. scripsit responsiones ad Vergerium librum vnum, Sermonum prædicabilium librum vnum. Obijt anno Incarnationis Dominicæ 1565. Ascanius Martinengus ex Comitibus de Aro prædicti Constantij discipulus, qui inter munera publica, & monasteriorum præfecturas, & totius congregationis regimen, quibus per multos annos fuit detentus, studium sacrarum literarum nullatenus omisit. quod testantur illius Commentarij sub titulo Glossæ magnæ in Geneſim duobus voluminibus comprehensi, quibus tamen disponendis plurimam operam contulit D. Cherubinus de Beterris nobilis Brixiensis, & eiusdem monasterij professus, & Abbas, de quo plura dicenda, quæ modò reticemus, quoniam Deo dante in viuis agit. Obijt autem præfectus Ascanius Martinengus anno 1598. cum triennio præcedẽte generalem totius congregationis præfecturam tenuisset. D. Iacobus Tribeschius vir multæ eruditionis, vt illius opera indicant, quæ partim typis edita, partim manuscripta in Bibliotheca ipsius monasterij seruantur.

Nec omittendus Ven. P. D. Iulius de Mauris, qui ob singularem integritatem pluribus vicibus in diuersis monasterijs Abbas designatus, etsi reluctans, & inuitus, tandem abdicato à se omni regimine, non sine sanctitatis opinione per aliquot annos in eodem cœnobio vixit. qui octogenario maior existens, diuinis tamen aderat, & nocturnis ac diurnis horis omnium primus semper indefessus intererat, ac si fuisset in iuuentute constitutus. Obijt Brixiæ anno 1621. huius boni viri mansuetudo, & charitas tunc potissimum eluxit, cum ipso Patauij existente in canonica S. Ioannis in Viridario, cuius præfecturam tenebat, quidam Diabolo suadente manus in eum violẽtas iniecit, vt clanculum in cubiculo præfocaret, idque superiores rescientes in delinquentem animaduertere voluissent, supplex illi veniam impetrauit, passus se nihil offensæ ab illo passum, vnde & absolutus fuit.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De reformatione monasteriorum S. Mariæ in Portu apud Rauennam, & S. Ioannis Baptistæ propè Castrum S. Angelin Episcopatu Ariminensi.

EOdem anno 1418. celebratũ I.
est primum Capitulum generale nostræ congregationis Bononiæ in monasterio S. Victoris, in quo electus fuit Rector generalis R. P. D. Ioannes de Ollandia. prius enim canonici Frigdionarij priscorum legibus, & institutis viuentes nullum generale capitulum coegerant, vel quòd licet reformati adhuc sub Episcoporum regimine, & potestate viuerent, vel quòd ipse Prior monasterij Frigdionarij totius congregationis esset caput, ad quem cum capitulo monasterij electio, & institutio Priorũ, seu Prælatorum aliorum monasteriorum spectabat. hoc autem anno quantum conijcere possum, facultatem congregandi capitulum, & constituendi Rectorem Generalem obtinuerunt: nam de huiusmodi facultate per sedem Apostolicam illis facta testatur Martinus V. in priuilegio inferius reddendo, quod incipit: *Sollicitat nobiscum pastoralis* cum inquit; *Præterea eadem autoritate statuimus, vt pro deductione, atque expeditiua determinatione causarum contingentium de tempore in tempus, & occurrentium de loco suis, de canonicorum gremio dictæ Religionis valeant vnum idoneum Rectorem nouum, vel conseruatorem, seu visitatorem principalem, prout eis visum fuerit, eligere, & creare iuxta formam de eorundem electione, & confirmatione Rectoris dictis ipsorum monasteriis aliàs ab Apostolica sede concessam.* Licet priuilegium, in quo prædicta concessio cõtinetur multo labore conquisitum, nullatenus potuerim inuenire.

ANno verò 1419. congregatum est rursus Ca- II.
pitulum generale in eodem monasterio S. Victoris, vbi electus in Rectorem Generalem D. Galdinus de Comitibus Bardi Placentinus, additique Visitatores D. Leo de Carate Mediolanensis, & D. Petrus de Rido Patauinus. Hoc autẽ anno inchoata est reformatio insignis monaste-

arti-

nouiate, ac dignitate quoniam lib. superiori cap. 2. & 47. plura tradidimus, nunc de sola reformatione dicemus. Hoc monasterium, quod ca-
ri caput præcipuæ congregationis, temporum
difficultatibus, & armatorũ excursionibus multa
dura grauissima non semel passum fuerat: ve-
rum in profundum omnium malorum cecidisse
illum fuit tẽpore schismatis anno 1378. inchoa-
to, quo miserum commẽdatum fuit euidam An-
glo presbytero Cardinali S. Potentianæ, quem
nullum demerita Gregorius XII. Cardinalatus
culo, & dignitate priuauit. hic namque lucris
studiosum deditus omnes illius ædes ruere per-
misit, & Ecclesiam canonicis destituit, & mona-
sterij bona vel alienauit, vel oppignorauit: tan-
demque instante D. Obizone Rauennæ Domi-
no sub Innocentio VIII monasterium in manu
Pontificis sponte resignauit, quod Pontifex
Petro Mini de Bagnacauallo canonico regulari
contulit, vt multipliciter in spiritualibus, & tem-
poralibus collapsum restitueret, & illius bona, iu
re tueretur. qui licet multa spopondisset, si-
mulque promiserit, quòd omnia fere bona monaste-
rij videlicet oppignorata, vel aquarum colluvi-
onibus suffocata, siue incuria, & ignauia, res
monasterij semper in peius vergere permisit, ad-
uersus numerus canonicorum ad vnum Priorem,
vt locum redigeretur quod cernentes Cives Ra-
uennates, ac in primis ipse Dominus Obizo,
quod quidem fouerunt eidem Priori, canoni-
cis Frigdionarios optimè tunc apud omnes au-
ctores, ad monasterium reformandum vocare,
quod & præstitit. mox vt reformatio perpetuæ
firmitatis robur obtineret, tam ipse Prior, quam
verbum Dominus Obizo per Martinum V. il-
lam celebrari supplices petierunt, nec mora ob-
tinuerunt, acceptis literis Apostolicis Ariminẽsi
Episcopo directis, per quas totius reformationis
onus illi committebat. quarũ vigore dictus
Episcopus anno 1420. Rauennã profectus, mo-
nasterium visitauit, & reformauit, & de prædictis
publicum instrumentum confici mandauit, cu-
ius exemplum hoc est:

I. *In Christi nomine Amen. Anno ab eiusdem Nativita-
te millesimo quadringentesimo decimo nono, indictione
tertia decima, tempore S. in Christo Patris, & D.
N. D. Martini diuina prouidentia Papæ V. & die vi-
gesimo octauo mensis Iulij. Vniuersis, & singulis præsens publicum in-
strumentum inspecturis pateat euidenter, quòd R. in
Christo P. & D. D. Hieronymus Dei, & Apostolicæ sedu
gratia Episcopus Ariminensis, in hac parte Commissa-
rius, & executor Apostolicus, receptis cũ debita reuerẽ-
tia literis sedis Apostolicæ, & S. D. N. prælibati bullis
plumbeis, & cordulis canapis more Romanæ Curiæ mu-
nitis, filoq; & earum tenore visis, inspectis, lectis, & di-
ligenter consideratis, quarũ tenor, & contenta sub-
sequitur. Martinus Episcopus seruus seruorũ Dei Ven.
fratri Hieronymo Ariminensi salutem & Apostolicã bene-
dictionem. Inter curas multiplices &c. Statim vũ Co-
mitatẽ se transtulit, & ibidẽ facta per-*

antiquitate, ac dignitate quoniam lib. superiori cap.21. & 47. plura tradidimus, nunc de sola reformatione dicemus. Hoc monasterium, quod erat caput præcipuæ congregationis, temporum difficultatibus, & armatorũ excursionibus multa damna grauissima non semel passum fuerat: verum in profundum omnium malorum cecidisse visum fuit tempore schismatis anno 1378. inchoati, quo nimirum commẽdatum fuit euidam Angelo presbytero Cardinali S. Potentianæ, quem obillius demerita Gregorius XII. Cardinalatus titulo, & dignitate priuauit. hic namque lucris sæculi solum deditus omnes illius ædes ruere permisit, & Ecclesiam canonicis destitui, & monasterij bona vel alienauit, vel oppignorauit: tandemque instante D. Obizone Rauennæ Domino, sub Innocentio VIII monasterium in manibus Pontificis sponte resignauit; quod Pontifex Petro Mini de Bagnacauallo canonico regulari contulit, vt multipliciter in spiritualibus, & temporalibus collapsum restitueret, & illius bona, iuraque tuererur. qui licet multa spopondisset, siue impotentia, quòd omnia fere bona monasterij vel essent oppignorata, vel aquarum colluuionibus suffocata, siue incuria, & ignauia, res monasterij semper in peius vergere permisit, adeò vt numerus canonicorum ad vnum Priorem, & socium redigeretur quod cernentes Ciues Rauennatenses, ac in primis ipse Dominus Obizo, primò quidem suaserunt eidem Priori, canonicos Frigionarios optime tunc apud omnes audientes, ad monasterium reformandum vocare, quod & præstitit mox vt reformatio perpetuæ firmitatis robur obtineret, tam ipse Prior, quam præfatus Dominus Obizo per Martinum V. illam cõfirmari supplices petierunt, nec mora obtinuerunt, acceptis literis Apostolicis Ariminẽsi Episcopo directis, per quas totius reformationis summam illis committebat. quarũ vigore dictus Episcopus anno 1420. Rauennã profectus, monasterium visitauit, & reformauit, & de prædictis publicum instrumentum confici mandauit, cuius exemplum hoc est:

III. IN Christi nomine Amen. Anno ab eiusdem Nativitate 1420. indict. 13. tempore S. in Christo Patris, & D. N. D. Martini diuina prouidentia Papæ V. & die 20. mensis Iulij. Vniuersis, & singulis præsens publicũ instrumentum inspecturis pateat euidenter, quòd R. in Christo P. & D. D. Hieronymus Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Ariminensis, in hac parte Commissarius, & executor Apostolicus, receptis cũ debita reuerentia literis sedis Apostolicæ, & S. D. N. prælibati bullatis plumbea ad cordulã canapis more Romanæ Curiæ munitis, plicis, & earum tenore visis, inspectis, lectis, & diligenter consideratis, quarũ tenor, & continentia subsequuntur. Martinus Episcopus seruus seruorũ Dei Ven. Fr. Hieronymo Ariminensi salutem & Apostolicam benedictionem. Inter curas multiplices &c. Statim cũ Comitiua sua ad Ciuitatẽ se transtulit, & ibidẽ facta pernostratione in domo mag. D. Opizonis de Polenta, in ipsa Ciuitate pro S. R. E. Vicario, sequenti die ad monasterium in Portu præfatũ distans ab ipsa ciuitate per tria milliaria, pro exequendis literis antedictis, accessit. quẽ mag. D. Isabeta eiusdem mag. D. consortes, ipso tunc ob necessariam causam absente, magnificus, & virginitus eius Ostasius de Polenta, ac mag. vir Iacobus quondam mag. militis D. Alumisij de Casalib. de Cortonio, nec non mag. D. Sorores, & filia eiusdem D. cum Comitiua eorũ, ac Ciuium multitudine copiosa, deuotè ad interessendum executioni ipsarum literarum, & dicti monasterij reformationi secuti sunt. cui quidem D. Episcopo, & executori Ven. P. Fr. Petrus de Rauenna dicti monasterij Prior cũ Cruce in manu, & cum monachis infrascriptis obuiam veniens, cantando: Ecce Sacerdos magnus. & eundem D. Episcopum, & executorem ad visitationẽ & reformationem dicti monasterij cum reuerentia magna recepit. qui D. Episcopus, & executor deosculata flexis genibus Cruce prædicta, cum præmonitis omnib. intrauit Ecclesiam, & cantata per ipsum D. Episcopum antiphona: Aue Regina Cœlorum, &c. & oratione B. Virginis Mariæ, videlicet, Concede nos famulos tuos, & cæt. tacitè, per infrascriptum D. Galdinũ solemniter missa, causam sui accessus in conspectu omnium præfatorum publicè significans, & exponens, literas antedictas patenter alta voce legi fecit per me Officinum notarium infrascriptum. deinde ipsis literis per eundem D. Episcopum, & executorẽ vulgariter expositis ad intelligentiam plenã astantium quorumcunq; ipsam visitationẽ, & reformationem in nomine sancta, & individuæ Trinitatis, & intemeratæ Virginis inchoauit. & videns, & considerãs monasterium in Portu præfatum, & eius domos, & ædificia quasi totaliter ruinata, & collapsa, à cultuq; diuino penitus destituta, & tanquam loca deserta ad reductum, & stabulum animalium conuersa, & redacta, & maxima reformatione, canonicorumq; copia, & subuentione necessaria indigere: & comperto, eius possessiones, & prædia multa, & penitus derelicta, & audita, & intellectu sub stricto examine ciuibus antedictis in certis nominatis, ac testimonio eorum, desiderio, comprehenso de ipsius monasterij reformatione, & reparatione, videns, ac manifestè cognoscens præsentem reformationem, & omnia in præsenti processu contenta profutura esse, & accommoda ipsi monasterio in Portu. primo & ante omnia ipsum monasterium reformãdo, & ipsi de canonicis prouidendo, cum vnicus tantum repertus fuerit cum ipso Priore oppressus senio, & debilitate grauatus, canonicos infra nominatos regulæ beati Augustini, & congregationis, & Religionis monasterij sanctæ Mariæ de Frisonaria præfati, præsentes, & coram præfato Domino Episcopo Commissario, & executore prædicto ante altare flexis genibus deuotè, & humiliter existentes in ipso monasterio, & ipsius monasterij in Portu, autoritate Apostolica præfata constituit, ac etiam deputauit, fulciens eos autoritate præfata, omnibus priuilegijs, quibus vti, & gaudere possent pro eis, & quibuslibet in dicto monasterio de Portu Domino pro tempore seruientes, ac sic dicto monasterio de Frisonaria sub huiusmodi remanerent obseruantia.

Decer-

Decernens insuper eadem autoritate debere deinceps obseruari in dicto monasterio in Portu futurù temporibus vniuersa, & singula, ritus, mores, obseruantias, consuetudines, ordinationes, & statuta in dicto monasterio de Frisonaria prostatu monastico hactenus vigere solita, statuens praterea, & ordinans autoritate prafata, quod postquam ipse Prior ab ipso Domino Episcopo, & executore exhortatus, propter eius debilitatem & senium, inductusq; pluries ad cedendum Prioratui pro bono, & vtilitate dicti monasterij, & nequaquam cedere volens, penitusq; recusans, postquam dicto monasterio in Portu presidere defierit, & tunc ex eu, qui primum illi per annum prafuerit, dicti monasterij in Portu bonorum regimini, & administrationi in manibus Conuentus ipsius monasterij, omni exceptione, & contradictione sublata cedere, & renuntiare libere debeat, & sit astrictus, & ab huiusmodi regimine ibidem, & administratione eo ipso absolutus penitus habeatur. liceatque Conuentui monasterij in Portu huiusmodi ad electionem alterius inibi procedere, seruatis aliàs dicti monasterij de Frisonaria statutis, & priuilegijs memoratis, & conspiciens, ac considerans prafatus Dominus Episcopus, & executor, dictum fratrem Petrum Priorem prafatum infirmitate grauatum, senioque confractum, & se benè (vt decet) verisimiliter habere posse nequaquam, & vtiliter circa curam, regimen, & gubernationem monasterij in Portu prafati, foreque necessarium super hoc prouidere ad ipsius monasterij, vt Conuentus eiusdem maiorem vtilitatem, & commodum, aduertensque circumspectionem, discretionem, & prudentiã venerabilis viri Domini Galdini infrascripti, vnius ex prafatis, & infrascriptis canonicis in ipso monasterio constitutis, eundem D. Galdinum presentem, & deuotè de consensu, & placito infrascriptorum aliorum suorũ confratrum, ac humiliter acceptantem, eidem Priori volenti, & liberè consentienti dedit autoritate prafata, & constituit coadiutorem cum plenaria potestate regendi, gubernandi, & administrandi dictum monasterium, & eius bona spiritualiter, & temporaliter, prout sibi videbitur expedire, tamen semper de consensu, & conscientia Prioris eiusdem. quæ quidem omnia, & singula sic acta, gesta, & executa mandauit idem D. Episcopus, & executor per prafatos Priorem, & canonicos sub indignatione Sedis Apostolicæ inuiolabiliter obseruari, reseruans sibi semper in prædictis, & circa prædicta, ac alia omnia, quæ conspexerit, ad correctionem, & reformationem dicti monasterij in Portu, & conuentus eiusdem fore vtilia, necessaria, seu quomodolibet opportuna, autoritatem, & potestatem sibi ab Apostolica sede concessas, & quibus virtute literarum prafatarum vti posset quomodolibet in prafatis. Demum D. Prior in sede ante altare collocatus, prædictos & infrascriptos canonicos, vt supra in dicto monasterio constitutos ad pacis osculum, tanquam dicti monasterij canonicos deuotè recepit, & ipsi genuflexi eundem reuerenter recognouerunt, & humiliter in Priorem cantantes alta voce: Te Deum laudamus, &c. De quibus omnibus sic vt supra gestis, & executis, idem D. Episc. & executor fieri mandauit per me Notarium infrascr. publicum instrumentù, sui, q; Pontificalis sigilli munimine robur atq; fidem quidem canonicorũ, vt supra constitutorum nomina sunt hæc, videlicet D. Galdinus de Bardù, D. Guielmus de Papia, D. Nicolaus de Alemannia, D. Antonius de Florentia, D. Ioannes de Brabantia, D. Bartholomeus de Crema, D. Iacobus de Venetijs, D. Paulinus de Vuentia, D. Leonardus de Bardu, D. Andreas de Venetijs, D. Nicolinus de Papia, D. Antonius de S. Archangelo, Frater Lucas de Alemannia Conuersus, & frater Antonius Conuersus de Venetijs.

Acta, & celebrata fuerunt hæc in monasterio in Portu prælibato Rauennatensis Diœcesis, ante prælectionem prædictorum mag. Dominorum, & virorum prænominatorum ibidem astantium. Presentibus egregijs illustribus Doctoribus D. Pacino de fraula, & D. Seuero de muratoribus, Magistro Paulo medico, Magistro Bonfilio grammatica professore, D. Bartholomeo de Parma, Antonio de Balbis, Alberto Gerundini, & aliorum complurium ciuium Rauennatensium multitudine copiosa: necnon Ven. viro D. D. Antonio de Bardis canonico Ariminensi, fratre Gregorio de B.... Ordinis Curia Arminen. & Gosuino Henrici Thentonio eiusdem D. Episcopi familiari, ac aliis teste hac de re vocato, habitu, & rogato. Et ego Officium situs quondam Magistri Iacobi de Cesena, ciuis Arimenensis, publicus Apostolica, & Imperiali autoritate notarius, & Iudex Ordinarius, & nunc notarius, & officialis prefati D. Episcopi, & eius Curie Episcopalis Ariminensis, rectum ad hæc notanda, & scribenda ab eodem D. Episcopo, & executore specialiter assumptus, & deputatus premissis omnibus, & singulis dum sic, vt premittuntur, agerentur, & fierent, interfui, eaque rogatus scribere, scripsi, & publicavi, signumque meum consuetum apposui, & in maiorem fidem, & testimonium premissorum, hoc instrumentum de prædictis D. Episcopi, & executoris mandato, sigilli pontificalis eiusdem appensione, ac munimine roboraui.

Meminit eiusdem reformationis eruditissimus Hieronymus de Rubeis in Historijs Rauennatensibus lib. 7. sub anno 1419. ita scribens: Canonici q, Lateranenses, quorum ab ipsis apostolum dictum institum ferunt, à Dunque Augustino Hipponensi Episcopo instauratum, deinde à Petro Pisano in Portuensi cœnobio ad Rauennatem, cum fere interisset, relatum, & absolutum vti memorauimus, Rauennam sed cœnobium illud Portuense contulere. Ad eam autem ob quorundam fidei commendatiũ, pestilentia, bello, aquarum eluuionibus eo deuenerat, vix vt duodecim viuere canonici possent: itaque Rauennatibus enixè à Martino V. Summo Pont. sice postulantibus, vt tanti cœnobij restitutione, & virorũ præstantissimorũ laboratione clarissimũ restituì, ac conseruari suberat. Arimenensi Pontifice Episcopo mandauit. vt è Frisonaria cœnobio huc adducerit canonicos, quod & factũ est primum, præfectus Prior fuit Galdinus Bardus Placentinus, cum eodem anno in Comitijs eius Ordinis Venetijs habitu præsidiam, etiam Generalem instituisset. fuit autem ab anno ab ortu Christi 1420.

Licet

Licet verò eo illo tempore disciplina canon
in Portuensi cœnobio, cum totius popu
Rauennatensis ingenti lætitia restituta, can
nibus inibi degentes summam or
rum temporalium bonorum inopiam sustin
bant, quòd, vt dictum est, omnia monasterij b
ta oppignorata essent, vel alienata, vel aquis pr
tantùd nihil eis defuit, quia Deum timeba
eodem in primis Rauennæ Domino cuncta
suppeditante illis conferente copiosè, donec monast
ijs bona recuperarentur. quibus recuperand
Ven. P. Dominus Galdinus Prior sedulus incu
debeatum illius potissimum labore. ac diligẽ
tiamer monasterij Prioratus, videlicet S. Ba
Bononiæ propè Mantuam. S. Margaritæ in ag
Florentiæ. S. Mariæ de Stradella propè Faenti
& S. Augustini in agro Foroliuiensi sunt nob
redacti. Demum hic Ven. P. verè fidelis, & pru
dens super familiam Domini constitutus, intr
paucos annos monasterij redditus taliter auxi
ut vix illis triginta canonici præter famulos con
tineri ali possent. quo cum deuentum esset
anno 1438. grassante in illis partibus epidimia
multi ex canonicis sunt consumpti, reliquos Ni
colaus Picininus Rauennam obsessurus, mona
sterium occupando, & militibus complendo, &
omnibus illius bona diripiendo fugauit, quam ob
causam ne malam capitis in membra deriuaret
Eugenius IV. eodem anno duos illius Prioratu
conuentuales S. Mariæ Charitatis Venetiarum
& S. Bartholomæi propè Mantuam ab eodẽ mo
nasterio perpetuo seiparauit. Ex quo Picinino ci
tra mitibus recedente, canonici ad illud reuer
sis omnibus bonis expoliatum reperientes, abla
torum restituunt, collapsa instaurant, & cœ
nobium in statum pristinum reponunt, cũ ecce
hostes nos circiter quadraginta Sixtus IV. bello
contra Venetos, qui Rauennatensem ciuitatem
vi subdiderant, excitato, Cœnobium Portuen
se cum propinquo classensi, & cum omnibus il
lorum bonis Patriarchæ Antiocheno Laurentio
Primiæ, qui erat nepos Pontificis commẽdauit,
anno 1483. Calendis Ianuarij. licet rebus cum Ve
netis compositis, & prædicto Patriarcha post bi
mestrem defuncto, monasterium Portuense cum
Priorata S. Crucis Cesennæ, qui illius erat mem
bum, omnibus mobilibus expoliatum iterum
ad nostros redierit.

Dicto autem anno 1483. Illustrissima & Reli
giosissima fœmina Domina Lucretia de Mala
testis Sigismundi filia & Alberti Estensis conth
oris, Cœnobium Portuense bonorum suorum
omnem instituit, per quam institutionem mul
ta præclara quæ sunt in agro Ariminensi, prope ca
strum Sabinianum, in loco, qui dicitur Gualdù,
monasterio accesserunt.

Anno verò 1495. præfectus fuit monasterio
Venerab. Pater D. Matthæus Bossius Veronẽsis,
qui vt erat vir sapiens, & prudentiæ singularis,

Lab. III.

IV. Licet verò ex illo tempore disciplina canonica in Portuensi cœnobio, cum totius populi Rauennatensis ingenti lætitia resloruisset, canonici nihilominus mihi degentes summam omnium temporalium bonorum inopiam sustinebant, quòd, vt dictum est, omnia monasterij bona oppignorata essent, vel alienata, vel aquis prælocata: sed nihil eis defuit, quia Deum timebant, eodem in primis Rauennæ Domino cuncta necessaria illis conferente copiosè, donec monasterij bona recuperarentur. quibus recuperandis Ven. P. Dominus Galdinus Prior sedulus incumbebat: nam illius potissimum labore, ac diligētia quatuor monasterij Prioratus, videlicet S. Bartholomæi propè Mantuam, S. Margaritæ in agro Ferrariensi, S. Mariæ de Stradella propè Faentiā, & S. Augustini in agro Foroliuiensi sunt nobis restituti. Demum hic Ven. P. verè fidelis, & prudens supra familiam Domini constitutus, intra paucos annos monasterij redditus taliter auxit, vt ex illis triginta canonici præter famulos conuenienter ali possent. quo cum deuentum esset, anno 1438. grassante in illis partibus epidimia, multi ex canonicis sunt consumpti. reliquos Nicolaus Picininus Rauennam obsessurus, monasterium occupando, & militibus complendo, & omnia illius bona diripiendo fugauit, quam ob causam ne malum capitis in membra deriuaret, Eugenius IV. eodem anno duos illius Prioratus conuentuales S. Mariæ Charitatis Venetiarum, & S. Bartholomæi propè Mantuam ab eodē monasterio perpetuo separauit. Ex quo Picinino cū suis militibus recedente, canonici ad illud reuersi, omnibus bonis expoliatum reperientes, ablata iterum restituunt, collapsa instaurant, & cœnobium in statum pristinum reponunt, cū ecce post annos circiter quadraginta Sixtus IV. bello contra Venetos, qui Rauennatensem ciuitatem sibi subdiderant, excitato, Cœnobium Portuense cum propinquo classensi, & cum omnibus illorum bonis Patriarchæ Antiocheno Laurentio nomine, qui erat nepos Pontificis commēdauit, anno 1483. Calendis Ianuarij, licet rebus cum Venetis compositis, & prædicto Patriarcha post biennium defuncto, monasterium Portuense cum Prioratu S. Crucis Cesennæ, qui illius erat membrum, omnibus mobilibus expoliatum iterum ad nostros redierit.

Dicto autem anno 1485. Illustrissima & Religiosissima fœmina Domina Lucretia de Malatestis Sigismundi filia & Alberti Estensis conthoralis, Cœnobium Portuense bonorum suorum hæredem instituit, per quam institutionem multa prædia quæ sunt in agro Ariminensi, prope castrum Sabinianum, in loco, qui dicitur Gualdū, monasterio accesserunt.

Anno verò 1495. præfectus fuit monasterio Venerab. Pater D. Matthæus Bossus Veronēsis, qui vt erat vir sapiens, & prudentiæ singularis, cernens monasterium in aperto discrimine constitutum, rapinisq; pro libito expositum, fundū satis amplum in loco, vbi dicebatur Casa maior, intra Ciuitatem pro nouo Cœnobio exstruendo comparauit: vbi sequenti anno Ven. Pater Dominus Syluanus Mauraceno Patricius Venetus, cum esset loci Prior, noui monasterij prima fundamenta iecit, in die solemni S. Mariæ ad Niues. ad quod anno 1503. Ven. Pater D. Hieronymus Contarenus Prior cum toto canonicorum collegio ex veteri Cœnobio transmigrauit, & in eo sedes locauit: quod exinde maximum accepit incrementum, exstructa miræ pulchritudinis; & magnitudinis Ecclesia sub inuocatione S. Mariæ in Portu, quæ ante triginta circiter annos fuit absoluta.

V. Istud monasterium multis priuilegijs per Romanos Pontifices, & Imperatores fuit munitum. Priuilegia Pontificum ferè omnia continentur in lib. Indultorum nostræ Congregationis.

Primum. Paschalis II. datum anno 1115. incipit: *Desiderium.* firmat ordinem canonicū in monasterio institutum. prohibet discessum à claustro sine licentia post factam professionem. dat licentiam suscipiendi clericos, & laicos ingredi volentes. confirmat bona acquisita, & legitimè acquirenda.

Secundum. eiusdem Paschalis II. datum anno 1118. Pontificatus sui anno 18. incipit: *Ad hoc Apostolicæ.* confirmat bona acquisita, & acquirenda. dat facultatem recipiendi clericos, & laicos, ordinationes clericorum, & consecrationes, oleum, chrisma, eligendi sepulturam.

Tertium. Honorij II. datum anno 1125. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* Suscipit canonicos cum monasterio, & omnibus illius bonis sub immediata tutela, & protectione Sedis Apostolicæ. confirmat bona acquisita, & imposterum acquirenda. liberat à grauaminibus extraordinarijs.

Quartum. Innocentij II. datum anno nono sui Pontificatus, videlicet anno 1139. incipit. *Iustis votis.* cōcordat cum priuilegio Alexandri IV. inferius ponendo.

Quintum. Cœlestini N. Datum Laterani 13. Calend. Maij Pontificatus sui anno primo. incipit: *Cum à nobis.* Prohibet, ne quis Priorē, vel Canonicos, aut ipsorum Ecclesiam audeat temeraria impietate molestare super his, quæ Ecclesiæ, aut illius obedientijs cuiuisquam vltima voluntate relinquuntur. Prohibet ne decimę possessionum ad mensam prædictorum canonicorū iustè pertinentes, alicuius insolentia perturbentur.

Sextum. Adriani IV. datū anno 1155. incipit: *Commissa.* concordat cum priuilegio Alexandri IV. infra reddendo.

Septimum. Alexādri N. Datum Laterani pridie Idus Februarij Pontificatus sui anno 3. dirigitur ad suffraganeos Ecclesiæ Rauennatensis,

Abbates, Priores, Decanos, & alios Ecclesiarum Prælatos, quos arguit, quòd monasterium Portuense in illius personis, & bonis à nonnullis malefactoribus iniurijs affici, & molestari permittant: quos iubet ipsi monasterio, & canonicis patrocinio defensionis adesse, malefactores per censuras Ecclesiasticas compescendo.

Octauum. Cœlestini III. datum anno 1196. incipit: *Commissa*. recenset bona monasterij, quæ confirmat. concordat cum priuilegio Alexandri IV.

Nonum. eiusdem Innocentij datum an. 1207. incipit: *Exhibita*. dat facultatem fructus prædiorũ monasterij aliunde collectos Rauennam transferendi sine solutione alicuius grausminis.

10. Innocentij IV. datum Lugduni 5. Idus Martij, Pontificatus sui anno 7. incipit: *Damna*. indulget, vt in Ecclesia Portuensi, vel membris eius canonici Portuenses cogi non possint ad alicuius receptionem, vel prouisionem alicuius pẽsionis, vel beneficij Ecclesiastici, per literas Apostolicas non facientes expressam mentionem huius priuilegij.

11. Innocentij IV. datum Lugduni 4. nonas Aprilis Pontificatus sui anno 5. incipit: *Petitionibus*. affirmat Ecclesiam Portuensem nullo medio ad Ecclesiam Romanam pertinere. dat facultatẽ reuocandi profugos ad claustra.

12. Eiusdem datum 16. Calend. Decembris anno 10. incipit: *Sacrosancta*. suscipit Ecclesiam cum omnibus bonis sub protectione S. Petri, & Sedis Apostolicæ.

13. Eiusdem datum Laterani anno 11. incipit: *Vt in dilectu*. concedit, vt ad recipiẽdum aliquem in canonicum in Ecclesia, vel eius membris cõpelli non possint, neque ad prouidendum alicui de pensionibus, vel Prioratibus, vel beneficijs ad Ecclesiam Portuensem spectantibus, etiam per literas Apostolicas, non facientes mentionem huius indulti.

VI. 14. ALexandri IV. quod per extensum hic ponitur, videlicet:

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Priori S. Mariæ in Portu Rauennatensi, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futurũ regularem vitam professũ in perpetuum. Commissa nobis Apostolicæ Sedis nos hortatur autoritas, vt locis pijs eius auxilium deuotione debita implorantibus, tutionis subsidium impendere debeamus: quia sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima, & iusta postulantium non est differenda petitio, eorum præsertim, qui cum honestate vitæ, & laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Deo deseruire. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam beatæ Mariæ in Portu Rauennatensi, in qua estis diuino obsequio mancipati, ad instar felicis mem. Innocentij, & Adriani prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & beati Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia iustè, & canonicè possidet, aut in futurũ concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu in alijs iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est, cum pertinentijs suis. quæcunq; à quondam Sipone Abbate monasterij S. Andreæ, & S. Mariæ de Certo ex partibus Istriæ per emphiteusim, ac etiam, quæ à Ceruiense, Cesenate, & Ariminensi Episcopo eidem Ecclesiæ rationabiliter concessa sunt. Aquæmolum vero cum fidimine, & adiacentijs suis extra portam sancti Laurentij Rauennatensis, vbi molendinum construi cœpit. & iuxta pontem, qui super aquam ante eandem portam fuentem consistere cernitur, in superiori, & exteriori parte eiusdem pontis, ad ius beati Petri pertinens, præterea rum nostrorum vestigijs inhærentes, vobis concedimus, sub censu vnius denarij Lucensis monetæ, à vestra Ecclesia nobis, nostrisq; successoribus annualiter persoluẽdo. & quæcunque à bonæ mem. Gualtero quondam Rauennatensi Archiepiscopo Ecclesia vestra diuina pietatis intuitu fuit collata, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & tu omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat etiam vobis clericos è seculo fugientes ad conuersionem in Congregationem vestram suscipere, absque alicuius Episcopi, vel Præpositi contradictione, siue molestia: sed & laicos de quibuscunque parochijs vestræ societati, ac disciplinæ ad conuersionem per vos ipsos adiungi, nisi forte aliquibus legalibus conditionibus censeantur obnoxij, nullus Episcopus vel Præpositus vobis interdicere audeat: Nulliq; fratrum liceat post factam apud vos professionẽ, de claustro, vel de domo vestra discedere absq; euidenti ratione, siue Prioris Ecclesiæ vestræ, aut absque communi licentia. Quod si quis ex laicis, vel clericis professus de claustro, vel de domo vestra discesserit, & commonitus, redire contempserit. Priori Ecclesiæ ipsius, qui pro tempore fuerit, ex apostolica autoritate sit facultas eum modis à suis officijs suspendere, & excommunicare. Suspensum verò, siue interdictum, vel excommunicatum nullus Episcoporum, Abbatumue suscipere, vel retinere præsumat. Quæ omnia autoritate Apostolica concedimus, quamdiu apud vos Canonicus Ordinis tenor Domino præstante viguerit. Præterea clericorum tonsuram in vestro loco regulariter per professionem volentium viuere, nostra concessione vobis facere liceat. Porrò clericorum vestrorum ordinationes, à quo malueritis Catholico Episcopo, suscipiendi licentiam habeatis, si quando Rauenna Episcopum non habuerit, vel si is, qui in ea fuerit, consiliterit, non esse Catholicum. Sanè fructuum vestrorum, quos vobis vestris laboribus, sumptibusq; colligitis, nullus Episcoporum, vel Episcopalium ministrorũ decimas à vobis exigere audeat.

sequitur.

Abbates quoque fructuum vestrorum liberas o
rum decretorum esse, vt eorum quis se illic sepelire de
uotionis, testatione, & extremæ voluntati, nisi for
excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publi
a vestris, nullus obsistat: Salua tamen iustitia illa
rum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora sumã
tur. Alias addentes statuimus, & ordinamus autori
tate præsentis priuilegij, vt præfata Ecclesia vestra cum
omnibus vobis constituta, ad se pertinentibus, ab o
ne vestrum donaria factione immunis, vt videlicet si
quis Archiepiscopum Rauennatensem, vel alium
quemlibet Episcopum, in cuius parochia aliquam Eccle
siam possessionem habetis, vel decedente Archiepis
copo iterum, vel Locis eiusdem Ecclesiæ ad Romanum
Pontificem, vel Imperatorem, cuiuslibet rei gratia, pro
fecturus erit, nullam vobis exactionem in argento,
aut aliquibus, aut aliquibus alijs stipendijs de eius
dem Ecclesiæ rebus facere audeant, seu ibidem hospi
tandi aliquod vnquam grauamen inferre. Præterea si
quando Ecclesiam, ciuem Rauennati, vel alterum Ciuita
tem, pro locorum hominum pro militibus, vel pro mu
nitione Ciuitatis, vel Castro collectam fecerint, iam di
ctam Ecclesiam vestram ab omni exactione nihilominus
immunem esse præcipimus. Decernimus ergo, vt nulli o
mnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè
perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, aut
aliquibus vexationibus fatigare: sed ea omnia integra
conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sus
tentatione concessa sunt, omnimodo vsibus profutura,
salua Sedis Apostolicæ autoritate. Si qua igitur impo
rum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ
constitutionis paginam sciens, contra eam venire tem
tauerit, secundò, tertiove commonita, si non satisfa
ctione congrua emendauerit, potestatis, honorisque sui
dignitate careat, reamque se diuino iudicio de perpe
tranquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore,
& sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu
Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ
vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta ser
uantibus sit pax Domini Iesu Christi quatenus & hic
fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum
iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum
Neapoli Calendis Iulij 1255.

15. Vrbani IV. datum anno 1262. incipit: *Commissæ*. Concordat cum priuilegio Alexandri, tantùm in facultate collata Priori tonsurandi clericos in illorum monasterio profiteri volẽtes. Erat enim mos in eodem monasterio, nullum ca
nonicum ad professionem admittendi, nisi prius per primam tonsuram clericatui initiatum, quod liberum etiam in antiquis monasterij constitu
tionibus.

16. Clementis V. datum Idibus Aprilis Pontificatus sui anno quarto. incipit: *Solet annuere*. Confirmat omnia priuilegia, immunitates, exẽ
tiones, indulgentias, & libertates ab exactoribus secularibus obtentas.

Adsunt etiam alia priuilegia Imperatorum Othonis IV. Friderici II. Henrici IV. & Lotharij

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De reformatione Monasteriorum S. Bartholomæi apud Mantuam, & S. Iacobi Celleuolanæ Diœcesis Comaclensis, & S. Lazari Ariminensis, & fundatione monasteriorum S. Lazari, & S. Ioannis Baptistæ Ferrariæ.

I. ANno 1420. coactum fuit Generale Capitulum Venetijs in monasterio Charitatis, vbi renunciatus fuit Rector Generalis R.P.D. Galdinus Placẽtinus, additis Visitatoribus D. Bassiano Mediolanensi, & D. Gulielmo Placentino, qui fuerat Præpositus S. Saluatoris Brixiæ ante reformationem, & cũ toto Conuentu in nostram Societatem transiuerat, qui postea vocatus est D. Paschasius.

Anno 1421. Patres nostri Generalem Synodum collegerunt Rauennæ in monasterio Portuensi, in qua Ven. P. Dominum Gulielmum de Placentia S. Saluatoris Brixiæ antea Præpositum, vt præmisimus, Rectorem Generalem elegerũt. eidemque duos socios Visitatores adiunxerunt, D. Galdinum de Placentia, & D. Petrum Ridum de Padua. Multa in ijs Comitijs pro forma reiminis totius Congregationis, & conseruandæ disciplinæ canonicæ vigore sunt decreta, quæ paucis immutatis, vel sublatis, vel additis, vsque ad nostra fere tempora inuiolabiliter sunt custodita, quibus vt robur perpetuæ firmitatis accederet, sequens diploma Pontificium à Martino V. receperunt, videlicet *Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, &c.* Reliquum in Bullario nuper edito.

Circa quod priuilegium aduertas primò figmentum esse, quod à nonnullis asseritur Martinum V. reliquias canonici ordinis ex alto ruentis primum in vnum collegisse, ac compegisse: licet enim decem, vel vndecim dicti ordinis monasteria inuicem vnita, & Frigdionariorum nuncupata pro maiori vnionis firmitate nouo decreto, vnum corpus, & vnam Congregationem esse voluerit, non obstante, quod illorum canonici diuersorum monasteriorum professi existerent, non tamen canonicos Italicos ille primus vniuit, sed vnitos priuilegio muniuit, quod ex lectione priuilegij satis liquet sine alia probatione. Sed neque omnes canonici ordinis in Italia reliquiæ per huiusmodi priuilegium sunt ad inuicẽ vnitæ; nam pleraque supererant Collegia canonicorum, necdum vnita, quæ postea successu temporis in Frigdionariorum societatem iuerunt, vt ex dicendis patebit.

Aduerte secundò falsum omnino esse, quod quidam aiunt, ante datum hoc priuilegium nullum Congregationis Frigdionariæ titulum extitisse, Martinumque Pontificem primum decem monasteria canonicorum inuicem compacta Congregationem Frigdionariam vocari præcepisse, cum ex lectione priuilegij contrarium habeas, videlicet Martinum V. canonicis Frigdionarijs nullum titulum indidisse, verum è contrario dicere, canonicos, de quibus in priuilegio loquitur, Frigdionarios vulgariter, siue de Frigdionaria fuisse nuncupatos.

Aduerte tertiò contra quosdam sciolos, nec propria scientes, nec aliena intelligentes, hoc non fuisse primum priuilegium per Romanos Pontifices Cõgregationi canonicorum Frigdionariorum tributum, eum in eodem priuilegio aliorum eidem Congregationi per Sedẽ Apostolicam indultorum, semel, ac iterum expressa mentio habeatur, primò illis verbis: *Iuxta formam de eorundem electione, & confirmatione Rectoris dictis eorum monasteriis aliàs à Sede Apostolica concessam.* Secundò cum subdit: *Officium, vel cuiusmodi Rectoris vel Conseruatoris &c. elapso anno ab eorum creatione ipso facto expires, secundum formam in eorum priuilegijs contentam, ac dictis eorum monasterijs, & locis ab Apostolica Sede concessis.* in hoc capitulo sic statutum lego: *Item statutum est, vt monasterium S. Andreæ de Litore Venetiarum non acceptetur, ne multiplicatio monasteriorum pariat confusionem in societate.*

II. ANno 1422. Capitulum Generale Bononiæ in monasterio S. Ioannis in monte. Rector Generalis R. P. D. Petrus de Rido Patauinus. Visitatores D. Leo Mediolanensis, & D. Paulus Cremonensis. In hoc Capitulo D. Franciscus Capello antiquus Prior monasterij Charitatis, & perpetuus, dictum Prioratũ in manibus Rectoris Generalis, & totius Capituli sponte resignauit, quem Capitulum in Priorem annualem iuxta formam Congregationis, iterum elegit. In hoc capitulo decretum & præceptum fuit, vt canonici nostri in omnibus Ecclesijs, cum diuina celebrarentur, portarent almutias, quæ in sacristia seruari debebant.

Anno 1423. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R.P.D. Petrus Patauinus. Visitatores D. Galdinus Placentinus. & D. Petrus Saluideus Patauinus.

Anno 1424. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R.P.D. Petrus Patauinus. Visitatores D. Gulielmus Placentinus, & D. Petrus Saluideus Patauinus. In hoc capitulo lectæ sunt

Hanc literæ Magnific. D. Caroli de Malatestis, qu
rogabat Patres accipere monasterium S. Lazar
prope Ariminum.

Hoc anno monasterium S. Bartholomæi pro
pe Mantuam, quod erat membrum monasteri
Congregationis Portuensis à Commendata
rijs oppugnatorum, diligentia R.P.D. Galdin
de Placentia per nostros fuit recuperatum, adu
rante potissimum præfato D. Opizone Polen
nno Domino Rauennæ, qui pro illo & pro cæ
teris Portuensis cœnobij Prioratibus, & prædij
creditoribus redimendis, qua suum fauoren
interponebat, qua pro canonicis fideiubebat. I
eodem verò monasterio statim octo canonic
fabrigmine Prioris annualis iuxta consuetudi
nem, & leges Congregationis fuerunt consti
tuti, quorum laudabilis, & sanctæ conuersatio
in fama excitati Mantuani, pluribus illud boni
temporalibus ditauerunt, & in meliorem for
mam successu temporis reflexerunt. habuit au
tem benefactorem insignem D. Iacobum de
Strozijs, cuius potissimum largitione in fabri
cis fuit reparatum. Quod anno Domini 1438.
Cœnobio Portuensi ab exercitu Philippi Me
diolanensium Ducis occupato, per Euge
nium IV. ab ipso monasterio Portuensi est dis
membratum, & ab omni subiectione, & obli
gatione ad illud perpetuò solutum, & tandem
anno 1566. per Pium V. Abbatiali dignitate de
coratum.

Habuit virum insignem D. Gregorium de Co
mamola Mantuanum, & Abbatem tum in dicto
monasterio, tum in altero S. Viti eiusdem Ciui
tatis, qui multa versibus, & soluta oratione scri
psit eleganter, quibus suum ingenium posteris
commendauit. Abbas S. Bartholomæi subiectum ha
bet præcipuum collegium canonissarum S. Ma
riæ vulgò de Cantelma nuncupatum intra ciui
tatem nostræ Congregationis.

III. EOdem quoque tempore Frigdionarij aliud
canonicorum regularium collegium vetu
stissimum, sed sua vetustate incuruatum, & pene
ruinosum aliqualiter restituerunt: illud autem fuit
antiquum monasterium S. Iacobi Celleuolanæ
in montibus Comitatus Comaclensis, prope
Lacum Rauennatum, de cuius vetustate, ac di
gnitate lib. superiori cap. 21. & 54. nonnulla scri
psi. Fuerat enim id collegium olim celeberri
mum, & congregationis trium, vel quatuor
collegiorum caput: Verum quod progressu tem
porum, & loci conditione paulatim desertum, &
in edificijs adeò collapsum, vt nullus in eo cano
nicus resideret, sed nec residere posset: erat enim
locus nemorosus, aquarum eluuionibus, & palu
dibus, & aëre corrupto inaccessibilis effectus. te
nebat tamen Prioratum vir Venerabilis, & pius
ex ordine canonicorũ regularium Blasius de No
ceto, ciuis Ferrariensis, Decretorũ Doctor, qui
veræ professione, & habitu, sed in primis animo

Sepulturaque sacrorum locorum vestrorum liberas omnino decernimus esse, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici vsurarij, nullus obsistat: Saluo tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora sumuntur. Adhæc addentes statuimus, & ordinamus autoritate præsentis priuilegij, vt præfata Ecclesia vestra cum omnibus rebus constituta, ad se pertinentibus, ab omni se extraordinaria factione immunis, vt videlicet si quando Archiepiscopum Rauennatensem, vel alium quemlibet Episcopum, in cuius parochia aliquam Ecclesiam, vel possessionem habetis, vel decedente Archiepiscopo, siue sede vacante, vel laicos eiusdem Ecclesiæ ad Romanum Pontificem, vel Imperatorem, cuiuslibet rei gratia, profectos contigerit, nullam vobis exactionem in argento, aut in equitaturis, aut aliquibus aliis stipendijs de eiusdem Ecclesiæ rebus facere audeant, seu ibidem hospitando aliquod vnquam grauamen inferre. Præterea si ingruente bello, ciues Rauennati, vel aliarum Ciuitatum, vel locorum hominum pro militibus, vel pro munenda Ciuitate, vel Castro collectam fecerint, iam dictam Ecclesiam vestram ab omni exactione nihilominus immunem esse præcipimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed ea omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, omnimodo vsibus profutura. Salua Sedis Apostolicæ autoritate. Si qua igitur imposterum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini Iesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Neapoli Calendis Iulij 1255.

15. Vrbani IV. datum anno 1262. incipit: Cum sicut. Concordat cum priuilegio Alexandri, maximè in facultate collata Priori tonsurandi clericos in illorum monasterio profiteri volentes. Erat enim mos in eodem monasterio, nullum canonicum ad professionem admittendi, nisi prius per primam tonsuram clericatui initiatum, quod habetur etiam in antiquis monasterij constitutionibus.

16. Clementis V. datum Idibus Aprilis Pontificatus sui anno quarto. incipit: Solet annuere. Confirmat omnia priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias, & libertates ab exactoribus secularibus obtentas.

Adsunt etiam alia priuilegia Imperatorum Othonis IV. Friderici II. Henrici IV. & Lotharij III. quibus monasterium cum omnibus illius membris, iuribus, & bonis sub tutela Imperatoriæ maiestatis suscipiunt, quæ forent hic ex integro exscribenda, nisi breuitati consuleremus.

VIII

Stud Cœnobium multorum virorum sanctitate, & eruditione clarissimorum domicilium & seminarium extitit. ex quibus fuerunt Ven. Petrus de Honestis monasterij Prior, & reformator, cuius opera sunt constitutiones per Paschalem II. probatæ, cuius sanctitatem vitæ exitus monstrauit, vt lib. superiori tradidimus. Item B. Vbaldus Episcopus Eugubinus in album Sanctorum relatus. Item Beatus Aldobrandus Forosempronienſium Episcopus, qui pro Beato colitur, cum officio de proprio. Et post reformationem Frigdonariam D. Vitalis Rauennas, singularis vir probitatis, & disciplinæ canonicæ reparator strenuus, qui multis officijs egregiè functus, magno sui desiderio relicto ad Dominum migrauit, plenus dierum, & bonorum operum anno 1566. Itē D. Celsus Mazinius Philosophus acutissimus, qui multa egregiè scripsit, & à Clemente VIII. Alexani Episcopo creatus cum illam Ecclesiam aliquot annis laudabiliter rexisset, illamq; sacris vestibus, & fabricis non parum locupletasset, in Domino quieuit an. 1610. Item D. Hercules de Monaldinis concionator celeberrimus, qui per annos 40. in præcipuis Italiæ ciuitatibus verbum Dei in summa frequentia populorum prædicauit. Obijt Faueatiæ, dum Conciones Quadragesimales ad populum haberet, anno Domini 1608.

Per idem tempus, nempe anno 1419. hortatore D. Carolo de Malatestis reformatum est à nostris monasterium S. Ioannis de Cereto prope Castrum S. Archangeli Comitatus Ariminensis, quod vulgo diceb̃atur Canonica, eratque antiquum monasterium canonicorum, sicut patet ex quodam priuilegio Martini V. dato Florentiæ anno 2. sui Pontificatus, incipit: *Licet graue*. quod seruatur in monasterio S. Marini de Arimino. Tenuerunt autem illud nostri Lateranenses seu Frigdionarij aliquot annis, vt colligitur ex alio priuilegio Martini V. dato anno 1421. quod incipit: *Sollicitudinis Pastoralis*. postea illud dimiserunt, quia regularis disciplina, & numerus conueniens canonicorum in eo teneri non posset: quam etiam ob causam alia plura sunt dimissa, de quibus in actis capitularibus mentio habetur. Istius autem fit mentio in actis Capituli 1420. quod tandem anno 1478. canonicis S. Saluatoris Bononiensis fuit vnitum.

tunc literæ Magnifici D. Caroli de Malatestis, qui rogabat Patres accipere monasterium S. Lazari prope Ariminum.

Hoc anno monasterium S. Bartholomæi prope Mantuam, quod erat membrum monasterij, & Congregationis Portuensis à Commendatarijs oppignoratum, diligentia R. P. D. Galdini de Placentia per nostros fuit recuperatum, adiuuante potissimum præfato D. Opizone Polentano Domino Rauennæ, qui pro illo & pro cæteris Portuensis cœnobij Prioratibus, & prædijs à creditoribus redimendis, qua suum fauorem interponebat, qua pro canonicis fideiubebat. In eodem verò monasterio statim octo canonici sub regimine Prioris annualis iuxta consuetudinem, & leges Congregationis fuerunt constituti, quorum laudabilis, & sanctæ conuersationis fama excitati Mantuani, pluribus illud bonis temporalibus ditauerunt, & in meliorem formam successu temporis refecerunt. habuit autem benefactorem insignem D. Iacobum de Strocijs, cuius potissimum largitione in fabricis fuit reparatum. Quod anno Domini 1438. Cœnobio Portuensi ab exercitu Philippi Mediolanensium Ducis occupato, per Eugenium IV. ab ipso monasterio Portuensi est dismembratum, & ab omni subiectione, & obligatione ad illud perpetuò solutum, & tandem anno 1566. per Pium V. Abbatiali dignitate decoratum.

Habuit virum insignem D. Gregorium de Comannis Mantuanum, & Abbatem tum in dicto monasterio, tum in altero S. Viti eiusdem Ciuitatis, qui multa versibus, & soluta oratione scripsit eleganter, quibus suum ingenium posteris est testatus. Abbas S. Bartholomæi subiectum habet præcipuum collegium canonissarum S. Mariæ vulgò de Cantelma nuncupatum intra ciuitatem nostræ Congregationis.

III. EOdem quoque tempore Frigdionarij aliud canonicorum regularium collegium vetustissimum, sed sua vetustate incuruatum, & pene diruta aliquatenus restituerunt: illud autem fuit antiquum monasterium S. Iacobi Celleuolanæ in nemoribus Comitatus Comaclensis, prope fines Rauennatum, de cuius vetustate, ac dignitate lib. superiori cap. 21. & 54. nonnulla scripsi. Fuerat enim id collegium olim celeberrimum, & congregationis trium, vel quatuor collegiorum caput: Verum quod progressu temporum, & loci conditione paulatim desertum, & in ædificijs adeò collapsum, vt nullus in eo canonicus resideret, sed nec residere posset: erat enim locus nemorosus, aquarum eluuionibus, & paludibus, & aere corrupto inaccessibilis effectus. tenebat tamen Prioratum vir Venerabilis, & pius ex ordine canonicorum regularium Blasius de Nouellis, ciuis Ferrariensis, Decretorum Doctor, qui vt erat professione, & habitu, sed in primis animo religiosus, & in veritate Deum timens, de canonica disciplina in illo restituenda non semel, nec segniter cogitabat: sed à proposito tum fabricæ totalis ruinæ, tum aquarum eluiones, & aeris insalubritas omnino deterrebant. difficultatem augebat, quod nullum alium locum id monasteriū habebat in ciuitatibus, aut etiam in comitatibus Ferrariæ, vel Comaclij, vbi seipsum cum suis canonicis colligeret. Verum illius bonæ voluntati Deus tandem occurrit, comperta enim fama canonicorum Frigdionariorū, de dicto monasterio illis tradendo, vt per eos reformaretur, secum cœpit impensius cogitare, consilioq; cum Nicolao Estensi Ferrariæ Marchione communicato, illum propositi sui adiutorem, quin & patronū, & promotorem habuit apud Sedem Apostolicā: nam illius precibus literę vnionis ab Illustrissimo D. Gabriele Gōdulmerio Bononiæ de latere Legato sunt impetratę, quas dedit eodē anno 1424. die vlt. Februarij, adiecta in eisdem literis conditione, vt quandoquidem locus Celleuolanæ ob causas narratas inhabitabilis fuerat effectus, ipsi Frigdionarij prope, vel intra ciuitatem Ferrariæ monasterium aliud erigerent, sub eodem titulo S. Iacobi Celleuolanæ, quod cum antiquo S. Iacobi diœcesis Comaclensis vnum, & idē esset, & per vnum, & eundem Priorem regeretur. Notāda etiam in literis illa verba: *Non obstante aliqua differentia eius, quæ nō est de substantia ordinis, in forma vestium, & colore vltrà habitum, & rochetum: cū situ eiusdem regulæ, & ordinis vos prædicti canonici, scilicet Frigdionarij, & Prior antedictus, ipsum locum, & Prioratum in melius commutando, ac de vobis canonicis prædictæ Congregationis reformando, vnimus, annectimus, & incorporamus, &c.* Ex quibus habes primò, ipsum Ven. Patrem D. Blasium Priorem fuisse verum canonicum regularem Ordinis S. Augustini professum, non Commendatarium. Secundò, antiquos S. Iacobi canonicos, & Frigdionarios reformatos essentialiter vnius, & eiusdem habitus, Ordinis, & Regulæ fuisse. Tertiò antiquos S. Iacobi canonicos in colore, vel forma vestimentorum, excepto rochetto, fuisse à Frigdionarijs aliqualiter diuersos. cuius autem coloris, aut formæ essent, diuinare non possum. hoc certum, quòd ad colorem attinet, vel totaliter nigrum, vel album, vel griseum, aut violaceū extitisse, ex constitutionibus Benedicti XII. in c. de Forma & honestate habitus &c. Obtulerat anno superiori prædictus D. Marchio Ferrariensis nostræ Congregationi monasterium S. Iuliani, missusq; ad illud D. Thadæus Papiensis, vt colligitur ex actis Capituli Generalis anni 1423.

IV. POrro ad nouum monasterium erigendum locum apprimè idoneum obtinuerūt in Ferrariæ suburbijs, qui erat Xenodochium leprosorum S. Lazari nuncupatum eodem Illustrissimo Nicolao Ferrariæ Principe, ac loci Patrono cedente, & pro canonicis apud Sedem Apostolicā

agente, acceptis literis ab eodem Cardinali Legato, datis Bononiæ die 17. Aprilis eiusdem anni 1424. Quæ omnia Martinus V. sequenti diplomate Pontificio sic firmauit:

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Antonio Episcopo Portuensi, salutem, & Apostolicam benedictionem. Regiminis vniuersalis Ecclesia, quanquam immeriti, disponente Domino præsidentes, curis peragimur assiduis, vt iuxta creditæ nobis dispensationis officium, subditorum quorumlibet, præsertim sub regulari obseruantia studio vacantium piæ vitæ, in quorum vtique prosperitate reficimur, iugi, quantum nobis ex alto concessum fuit, studio solicitudinis intendamus, & ijs, quæ pro diuini cultus, necnon Religionis incremento prouidè facta comperimus, vt illibata perfistant, libenter, cum à nobis petitur, Apostolici voluminis adijci munera firmitatem. Sanè pro parte dilectorum filiorum Rectoris maioris, & Capituli Generalis Ordinis S. Augustini de Congregatione B. Mariæ de Frisionaria Lucanen. Diœcesis nunc vpatorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim dilectus filius noster Gabriel tituli S. Clementis presbyter Cardinalis, tunc in ciuitate nostra Bononiensi, & nonnullis alijs partibus Apostolica Sedis Legatus, attentè considerans, quòd Prioratus S. Iacobi Celleuolanæ, dicti ordinis Comaclen. diœcesis, infra easdem partes consistens, in suis structuris, ac ædificijs collapsus, & religionis cultu destitutus existeret, illum qui Conventualis actu non esset, & ab aliquo monasterio, seu alio regulari loco non dependet, vtique cura non imminet animarum &c. Dilecto filio Blasio ipsius Priore id petente, ad regularem dicta Congregationis obseruantiam, autoritate legationis huiusmodi reduxit, & prafata Congregationi cura quoque præfati Rectoris secundum priuilegia, & consuetudines Congregationis subiecit eisdem, & subsequenter cum in Prioratu prædicto, vepote à ciuitate nostra Ferrariensi per triginta partium illarum milliaria, in remotioribus, & locis inhabitabilibus consistente, canonici Congregationis huiusmodi commodè residere non possent, nec aliquem aptum in districtu Ferrariensi pro eorum vsu, & habitatione locum haberent, ac dilectus filius nobilis vir Nicolaus Marchio Estensis, verus patronus Hospitalis Leprosorum S. Lazari prope muros eiusdem ciuitatis Ferrariensis apud Hospitale ipsum quoddam Oratorium, siue Ecclesiam habens, quod per laicos gubernari consueuit, & à triginta annis citra Leprosorum frequentia caruerit, ordinem, & obseruantiam præfatos instituisse summè desideraret, idem Cardinalis, & Rectoris, qui tunc erat ipsius Hospitalis, ad id accedente consensu, Hospitale præfatum, cuius centum, & quinquaginta, illius nomen penitus supprimendo, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Prioratui, cuius quingentorum florenorum auri fructus, redditus, & prouentus secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, pro vsu, & habitatione perpetuis Prioratus, & nonnullorum canonicorum Ordinis, & Congregationis huiusmodi autoritate prædicta vnitit, annexit, & incorporauit, ita quod liceret canonicis ordinis, & Congregationis eorundem per se, vel alium, seu alios loci, Hospitalis, inriumq; & pertinentiarum prædictis corporalem possessionem liberè autoritate propria apprehendere, & perpetuò retinere, inibiq; monasterium ordinis, & Congregationis eorundem sub vocabulo dicti S. Lazari Celleuolanæ construi, & ædificari facere pro eos, iuxta ipsorum ordinis, & Congregationis priuilegia, immunitates, gratias, exemptiones, & statuta tenendum, regendum, atque gubernandum. Statuens, & ordinans insuper Cardinalis prædictus, quod dicta S. Iacobi, & S. Lazari Celleuolanæ monasteria in loco huiusmodi insimul annexa, vnumque corpus consistentia, & ad eorum in spiritualibus, & temporalibus regimen, & gubernationem dumtaxat vnus annualis per huiusmodi Capitulum, iuxta eadem priuilegia, & statuta Prior deputetur. quodque per Priorem, & canonicos qui in huiusmodi construendo monasterio pro tempore residebunt, siue alios eorum nomine in suburbijs ciuitatis Ferrariensis eiusdem, vel alio, vbi commodius, habitari fieri poterit, pro huiusmodi receptando, & habendo inposis aliud hospitale sub vocabulo eiusdem S. Lazari construatur pariter, & ædificetur, prout in diuersis ipsius Cardinalis desuper confectis, eiusque sigillo munitis literis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dilectus filius Thadæus Bergomas canonicus ordinis, & Congregationis eorundem, in Priorem ipsius Prioratus per eosdem Rectorem, & Congregationem assumptus, siue deputatus vigore reductionis, concessionis, & subiectionis Prioratus, sic non vnionis, annexionis, & incorporationis prædictarum hospitalis huiusmodi possessionem apprehendere, illaq; ex tunc tenuerit, & possederit prout tenet, & possidet pro vsu, & habitatione præmissis: & quia dilectus filius Thomas de Brusamolinis de Bagnacabala, qui se gerit pro monasterij Priore S. Laurentij in Cæsaria extra muros Rauennatenses, per Priorem solitis gubernari dicti ordinis, contra iustitiam impediebat, & faciebat, quominus ipse Thadæus eundem Prioratum posset pacifice possidere, prædictus Thadæus causam, quam propterea contra dictum Thomam mouere intendebat, per nos tibi committi, & à te citationem ad partes decerni obtinuerit, nondum forsitan executioni demandatam, pro parte dictorum Rectoris, Capituli, Thadæi, & canonicorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt reductioni, concessioni, subiectioni, suppressioni, vnioni, annexioni, & incorporationi prædictis, prosperum fortiretur effectum firmiori, robur Apostolica confirmationis adijcere, & alias eis in præmissis opportuna prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dictos ordinem, & obseruantiam sinceris prosequimur affectibus, certamq; de præmissis notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, eiusdem tibi tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si & postquam vocatis Thoma prædicto, & alijs, qui fuerint euocandi, tibi de reductione, concessione, subiectione, suppressione, vnione, annexione, & incorporatione præfatis legitimè, ac per euentum huis huiusmodi Thomæ prædicto nullum in dicto Prioratu, vel ad illum no competere constiterit, reductione, concessione, subiectione, &

rum,

rum, suppressionem, vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac quæcunque inde secuta auctoritate Apostolica approbes, & confirmes; supplendo omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, & nihilominus, si quo fortè eo interueniente in eisdem, & aliquorundam, quæ plerunque, si duo ad idem vocentur longè diuersa loca fuisse vocabulo nuncuparentur, successores præsentium vocantes, & errores, Rectori, Capitulo, & Conuentui præfatis, quod ipsi construendo monasterio prædicto quodcunque aliud, quo appellari debeat, nomen imponere possint, eadem autoritate concedas. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus etiam, quòd ipsi Prior, & Fratres, qui in huiusmodi construendo monasterio pro tempore residebunt, domo hospitale (vt præferetur) construi, ædificariq; facere debent, ac etiam teneantur. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos 13. Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 10.

QVibus omnibus peractis, & per literas Apostolicas, vt præmissum roboratis, erectũ dicto eodem Leprosario suburbano peramplum, & satis nobile Collegium canonicorum, sub inuocatione sanctorum Iacobi, & Lazari, constitutum illo triginta canonici sub Priore annuato D. Thadæo Bergomensi: nam Ven. ille Prior D. Blasius de Nouellis in prædicta reformatione omnino, ac regimine dicti monasterij sese ipsum exuit, & liberè abdicauit, nulla pensione sibi de cura quin vt nostrorum obseruantias discederet, licentia cum illis manst. postea cum duobus ex his in ædem D. Hieronymi prope ciuitatem aliquantos duxit, in magna spiritus humilitate, & paupertate, canonicis S. Lazari victum illi per singulos mittentibus. tandem verò cum Eugenius IV. noster Frigidonarios Lateranum reuocasset, illeum secum adduxerunt, & in Lateranensi Basilica Pœnitentiarium constituerunt, quo eodem Eugenius ob illius vitæ sanctitatem & vitæ Præsulem designauit. qui cum suam Ecclesiam aliquot annis sanctissimè rexisset, anno 1475. spiritum suo Creatori reddidit, in eodem monasterio S. Lazari cum suis canonicis tumulatus.

Quo verò tempore monasterium S. Iacobi per Martinum V. nostræ Congregationi fuit vnitum, ac in eo D. Thadæus Bergomensis Prior constitutus, quidam Frater Thomas de Brusamolinis de Bagniacaballo, Prior S. Laurentij in Cæsaria prope Rauennam, contra dictum D. Thadæum, & totam Congregationem litẽ excitauit, eorundem monasterium S. Iacobi Celleuolanę ac eiusque canonicos spectare, nec prius conquieuit, donec ipsum quoque S. Laurentij cœnobium nostræ Congregationi fuit vnitum per Eugenium IV. vt suo loco dicemus.

Fuerunt nostri in ædem SS. Iacobi, & Lazari annos circiter octoginta, nimirum vsque ad annum 1505. quo in noua Vrbis ampliatione, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum, suppressionem, vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac quæcunque inde secuta aut ortam Apostolica approbes, & confirmes; supplendo omnes defectus, si qui forsit an intervenerint in eisdem, & ad firmandas, quæ plerunque, si duo ad invicem longè quam distantia loca simili vocabulo nuncupentur, succedere possent nonnulli, & errores, Rectori, Capitulo, & Canonicis præfatis, quod ipsi construendo monasterio prædicto quodcunque aliud, quo appellari debeat, vocabulum, siue nomen imponere possint, eadem auctoritate concedas. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus etiam, quòd ipsi Prior, & Fratres, qui in hunsmodi construendo monasterio pro tempore residebunt, aliud hospitale (vt præfertur) construi, ædificariq; facere debeant, ac etiam teneantur. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos 13. Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 10.

V. QVibus omnibus peractis, & per literas Apostolicas, vt præmissum roboratis, erectũ est in eodem Leprosario suburbano peramplum, & satis nobile Collegium canonicorum, sub invocatione sanctorum Iacobi & Lazari, constitutoque in illo triginta canonici sub Priore annuali D. Thadæo Bergomensi: nam Ven. ille Prior D. Blasius de Nouellis in prædicta reformatione omni iure, ac regimine dicti monasterij sese ipsum sponte, & liberè abdicauit, nulla pensione sibi reseruata, quin vt nostrorum obseruantias discere, biennio cum illis mansit, postea cum duobus socijs in æde D. Hieronymi prope ciuitatem aliquot annos duxit, in magna spiritus humilitate, & paupertate, canonicis S. Lazari victum illi per dies singulos mittentibus. tandem verò cum Eugenius IV. nostros Frigidonarios Lateranum reuocasset, illi eum secum adduxerunt, & in Lateranensi Basilica Pœnitentiarium constituerunt, quem idem Eugenius ob illius vitæ sanctitatem Adriæ Præsulem designauit. qui cum suam Ecclesiam aliquot annis sanctissimè rexisset, anno 1457. spiritum suo Creatori reddidit, in eodem monasterio S. Lazari cum suis canonicis tumulatus.

Quo verò tempore monasterium S. Iacobi per Martinum V. nostræ Congregationi fuit vnitum, ac in eo D. Thadæus Bergomensis Prior institutus, quidam Frater Thomas de Brusamolitis de Bagniacaballo, Prior S. Laurentij in Cæsarea prope Rauennam, contra dictum D. Thadæum, & totam Congregationem litẽ excitauit, contendens monasterium S. Iacobi Celleuolanę ad se, suosque canonicos spectare, nec prius contentio finẽ habuit, donec ipsum quoque S. Laurentij cœnobium nostræ Congregationi fuit vnitum per Eugenium IV. vt suo loco dicemus.

Steterunt nostri in æde SS. Iacobi, & Lazari per annos circiter octoginta, nimirum vsque ad annum 1505. quo in noua Vrbis ampliatione, & munitione, loco intra Ferrariam accepto, ac in eo templo magnificentissimo sub inuocatione S. Ioannis Præcursoris excitato cum monasterio, illuc canonicorum conuentum transtulerunt, quod tamen templum anno 1570. terræ motu diuturno, & horribili, qui totam Ciuitatem concussit, labefactauit, & multas ædes spectabiles deiecit, soluta contignatione, disruptisq; ferreis repagulis crassissimis, & fortissimis, totum penè cõcidit, sola superstite calcidica maiori, cum capite, & brachijs, quam crucem vocamus; quæ nunc reformata pro Ecclesia satis ampla deseruit.

Antiquo sancti Iacobi Cœnobio multa priuilegia indulserunt Romani Pontifices, præsertim Alexander III. Innocentius IV. & VI. Imperatores Otho IV. & V. quæ ad prolixitatem vitandam non refero, quibus monasterium sancti Ioannis Baptistæ, ad quod omnia illius bona sunt translata, nunc potitur. quod monasterium Pius V. anno 1566. Abbatiali dignitate ornauit.

Prædictum monasterium viros non paucos, sanctitate, & dignitate spectabiles habuit. Ex quibus fuerunt quatuor Episcopi, videlicet D. Blasius de Nouellis, antiquus Prior Celleuolanæ, postea Pœnitentiarius Lateranensis, & tandem Adrianus Episcopus, D. Titus ex eadem familia nobili de Nouellis, quem Paulus II. inuitum, & omnes excusationes prætexentem, eidem Adriano Episcopatui præfecit, obijtque anno 1471. D. Daniel de Arluniis, origine Cremonensis, qui pro Duce Borso in partibus Galliarum Legatione functus, post reditum Episcopus Foroliuiensis designatus, obijt Ferrariæ anno 1463. hi tres in Ecclesia sancti Lazari fuerunt tumulati, quorum memoria intra Ciuitatem translata in templo D. Ioannis Baptistæ ante aram maximam conspicitur. D. Desiderius Lilius vir multæ eruditionis, genere, & religione valdè nobilis, qui obijt in Campania Episcopus. D. Andreas Galeottus, ad quem Matthæus Bossus epistolam consolatoriam in obitu N. Parentis viri equestris, in ordine septuagesima octauam scribit. D. Thomas, & D. Bartholomæus Garzonij fratres de Bagnacauallo, qui multa suorum ingeniorum monumenta posteris reliquerunt.

VI. ANno 1425. Generale Capitulum Bononiæ in æde S. Victoris. Rector Generalis R. P. D. Paulus Veronensis. Visitatores D. Leo Mediolanensis, & D. Galdinus Placentinus. In hoc Capitulo facta est vnio charitatiua nostræ congregationis cum quibusdam monasterijs canonicorum regularium Alemanniæ, vt ex actis apparet. Anno 1426. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis R. P. D. Petrus Saluideus Patauinus. Visitatores D. Paulus Veronensis, & D. Petrus Patauinus. Anno 1427. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis

R.P.D.Bassianus Mediolanensis. Visitatores D. Leo de Carate Mediolanensis, & D. Galdinus Placentinus. In hoc Capitulo Patres nostri decreuerunt, dimittendam Ecclesiam S.Saluatoris Venetiarum, in qua per aliquod temporis spatium, instante D.Cardinale Gabriele de Gondulmerijs diuina peregerunt, tenuerunt tamen illam duobus annis sequentibus, prout apparet ex actis capitularibus. Anno 1428. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis idem D. Bassianus Mediolanensis. Visitatores D. Petrus Patauinus, & D. Antonius Florentinus. In hoc Capitulo lectæ sunt literæ Prioris sancti Frigdiani, petentis aliquos ex nostris ad suum monasterium reformandum. item literæ Capituli S. Augustini Nicosiæ, quod petebat in nostram societatem transire. Anno 1429. Generale Capitulum Frigdionariæ. Rector Generalis idē D. Bassianus tertiò confirmatus. Visitatores D. Petrus Saluideus Patauinus, & D. Galdinus Placentinus.

Anno 1430. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R.P.D. Petrus Saluideus Patauinus. Visitatores D. Antonius Florentinus, & D. Ioannes Venetus. Hoc anno Ven. Pater noster D. Bartholomæus de Columna, dum ex ciuitate Venetiarum in prouinciam montis Ferrati cum socio proficiscitur, apud Mantuam in monasterio S. Benedicti Ordinis eiusdem, & Congregationis S. Iustinæ nunc Cassinensis, febribus decubuit, & post aliquot dies spiritum Creatori reddidit octogenarius. cuius cadauer Venerandi Monachi in nouo sepulchro reconditum in magna semper veneratione habuerunt, tanquam vnius de numero Beatorum.

VII. HOc tempore, vel paulò ante canonici monasterij S. Lazari Apud Ariminum nostris Frigdionarijs sese adiunxerunt: Nam illius ab anno 1425. & deinceps in actis capitularibus mentio habetur, cuius monasterij vetustatem indicat priuilegium illius Priori, & canonicis sub B. Augustini Regula degentibus factum per Innocentium III. anno nono sui Pontificatus, & aliud Innocentij VI. datum Auenione, & alia instrumenta diuersorum contractuum innumera, quorum authentica in pergameno sunt Romæ in nostro archiuo S. Mariæ Pacis. Ex quibus etiam liquet, mansisse in dicto monasterio, licèt armatorum excursionibus, rapinis, & incendijs penè consumpto, Conuentum canonicorum sub regimine Prioris vsque in tempus reformationis Frigdionariæ, quam post reformatū Cœnobium Portuense apud Rauennam, illi quam libentissimè susceperunt, procurante præsertim Domino Carolo de Malatestis Ariminensium Domino, qui cum tota sua progenie multa bona nostræ Congregationi præstitit. Habeo instrumentum authenticum in pergameno Contractus hoc eodem anno 1430. Arimini celebrati, & rogati per Vrsicinum quondam Iacobi publicū notarium Ariminensem, per quod Ven. Pater D. Galdinus de Placentia Prior monasterij Portuēsis, & Syndicus, siue Procurator monasterij, & Conuentus S. Lazari de Tercio, quandam possessionem terræ sitam in Comitatu Ariminensi in Capella S. Laurentij in strata, cuidam nebili Ariminensi nomine Berto Manfredi de Roconibus in emphiteosim concessit, & alia posteriora. hoc monasterium post adeptum aliud S. Marini intra Ciuitatem, conuentu ad illud translato, cum omnibus illius bonis, & iuribus eidem fuit vnitum.

24 Monast.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De vnione ac reformatione Monasteriorum S. Benedicti, nunc S. Augustini Placentiæ, & S. Ioannis in Viridario Patauij.

ANno 1431. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. Pater D. Galdinus Placentinus. Visitatores D. Paulus Veronensis, & D. Leo Mediolanensis, hoc anno Martinus V. ex hac vita migrauit die 20. Februarij, & in eius locum die 3. Martij cōmunibus votis electus est D. Gabriel de Gondulmerijs, & Cardinalis Senensis, & Eugenius IV. nuncupatus, vir sanè religiosissimus, & probatæ integritatis, qui suasore D. Bartholomæo de Columna prima sui Ordinis cum Antonio Corario fundamenta iecerat. Hic canonicorum, & monachorum ordines impensè amauit, quibus reformandis, & augendis impensam operam nauauit, & nostram congregationem multis beneficijs fouit, & priuilegijs exornauit. nam initio statim sui Pontificatus cupiens Lateranensem Basilicam ad primum vitæ regularis institutum reducere, ad Rectorem Generalem congregationis pro quatuor canonicis misit, quibus consilio patefacto, ac dicentibus sibi nihil absque tuitius Capituli definitione decernere licere, apud se illos tenuit, ac duos illorum in eadem Lateranensi Basilica Pœnitentiarios statuit, D. Petrum de Rido Patauinum, & D. Guilelmum Placentinum, viros prudentes, & religiosissimos, quos tempore Capituli Generalis ad significandum illius desiderium reformandi prædictam Basilicam, ex nostris canonicis eidem Capitulo destinauit, verùm Patres per nuncios, & literas omnibus quibus potuerunt modis, præcipuè propter canonicorum tunc temporis paucitatem, à tam grauī

L

pondere

pondere habendo seipsos apud Pontificem excusauerunt, quod Pontifex ægrè tulit, nec tamen propositum suum omnino dereliquit. De hoc in actis Capituli Generalis anni 1432. sic scriptum inuenio: *Item propter locum S. Ioannis in Laterano per Dominum Eugenium, Dominum nostrum sanctissimum instanter oblatum definitum est, vt post octauum Rectoris Maioris differatur electio illius de nostra, qui ad præsentiam suam vt principalis ire debet, & si nullum erit remedium, ipsum acceptare auctoritate Capituli Generalis.* Eodem autem anno 6. Aprilis, & post suam assumptionem 34. ingressum Abbatiam S. Augustini Placentiæ olim S. Benedictinobis tributi, & nostræ congregationi vnitæ. fuerat olim ordinis D. Benedicti Cœnobium, à quo & nomen inditum: sed condente illorum temporum, vt alia plurima cœnobiorum, & monachorum Cœnobia, seculari commendatum, obtinebatque illud tunc in Commendam Branda Cardinalis ex familia Castiliona Mediolanensi, Placentinus Episcopus, quorum illius bona suo cuidam familiari locauit. Is conductor ex monasterio fecerat catabulum iumentorum: nam pro monachis, & Religiosis diuinis laudes canentibus, boues, & vaccas ad caseū colligendum inibi detinebat. dictus autem Cardinalis regente Illustrissimo D. Iuliano de Cæsarinis S.R.E. Cardinali, probante Papa Eugenio, monasterium nostris concessit, reseruata super illius fructibus annua pensione centum florenorū auream. Pontifex verò titulum & ordinem S. Benedicti perpetuò extinguens, ordinem actitulum canonicorum regularium S. Augustini erexit. Constant omnia literis eiusdem Eugenij Papæ quarti. Alberto de Ferrarijs, tunc Placentino Episcopo directis, & per D. Galdinum tunc Rectorem Generalem eidem præsentatis, quarum vigore præfatus Episcopus monasterium, extincto in eo titulo, & ordine S. Benedicti, & erecto ibi S. Augustini, ac instituto in illo ordine canonicorum regularium S. Augustini nostræ congregationis, cum omnibus illius bonis, & iuribus tradito D. Galdino Rectori, & per illum toti congregationi traditi, vniuit, & perpetuò incorporauit, adstantibus DD. Aurelio de Placentia, Antonio de Glussianis Mediolanensi, Christoforo de Placentia, Petro de Papia, Sebastiano de Florentia, & Gratiabono de Papia, omnibus vtriusque congregationis canonicis. rogato de præmissis omnibus instrumento per Corradum de Cremona publicum notarium Placentinum die 10. Septembris 1431.

POst quam vnionem Canonici nostri per nouem annos in dicto monasterio cum summa temporalium bonorum egestate vixerunt. postquam Commendatario vita functo, ab onere pensionis absoluti, ceperunt illius fabricas restituere, & prædia ad culturam redigere: multique iuuenes ingenuæ nobilitatis regularem habitum in

pondere subeundo seipsos apud Pontificem excusauerunt, quod Pontifex ægrè tulit, nec tamen propositum suum omnino dereliquit. De hoc in actis Capituli Generalis anni 1432. sic scriptum inueni: *Item propter locum S. Ioannis in Laterano nobis per Dominum Eugenium, Dominum nostrum Sanctissimum instanter oblatum definitum est, vt post electionem Rectoris Maioris differatur electio illius de nostris, qui ad præsentiam suam vt principalis ire debeat, & si nullum erit remedium, ipsum acceptare auctoritate Capituli Generalis.* Eodem autem anno die 8. Aprilis, & post suam assumptionem 34. insignem Abbatiam S. Augustini Placentiæ olim S. Benedicti nobis tributi, & nostræ congregationi vniuit. fuerat olim ordinis D. Benedicti Cœnobium, à quo & nomen inditum: sed conditione illorum temporum, vt alia plurima canonicorum, & monachorum Cœnobia, sæcularibus commendatum, obtinebatque illud tunc in Commendam Branda Cardinalis ex familia Castilionæa Mediolanensi, Placentinus Episcopus, qui eum illius bona suo cuidam familiari locauisset, conductor ex monasterio fecerat catabulum bestiarum: nam pro monachis, & Religiosis diuinas laudes canentibus, boues, & vaccas ad caseũ colligendum inibi detinebat. dictus autem Cardinalis rogante Illustrissimo D. Iuliano de Cæsarinis S.R.E. Cardinali, probante Papa Eugenio, monasterium nostris concessit, reseruata super illius fructibus annua pensione centum florenorũ aureorum. Pontifex verò titulum & ordinem S. Benedicti perpetuò extinguens, ordinem ac titulum canonicorum regularium S. Augustini erexit. Constant omnia literis eiusdem Eugenij Ven. fratri Alberto de Ferrarijs, tunc Placentino Episcopo directis, & per D. Galdinum tunc Rectorem Generalem eidem præfentatis, quarum vigore præfatus Episcopus monasterium, extincto in eo titulo, & ordine S. Benedicti, & erecto titulo S. Augustini, ac instituto in illo ordine canonicorum regularium S. Augustini nostræ congregationis, cum omnibus illius bonis, & iuribus prædicto D. Galdino Rectori, & per illum toti congregationi tradidit, vniuit, & perpetuò incorporauit, adstantibus DD. Aurelio de Placentia, Antonio de Giussianis Mediolanensi, Christophoro de Placentia, Petro de Papia, Sebastiano de Placentia, & Gratiabono de Papia, omnibus nostræ congregationis canonicis. rogato de prædictis omnibus instrumento per Corradum de Vesano publicum notarium Placentinum die 10. Septembris 1431.

II. POst quam vnionem Canonici nostri per nouem annos in dicto monasterio cum summa temporalium bonorum egestate vixerunt, post ex Commendatario vita functo, ab onere pensionis absoluti, cœperunt illius fabricas restituere, & prædia ad culturam redigere: multique iuuenes ingenuę nobilitatis regularem habitum in eo sumentes, magni viri singularis doctrinæ, spectatæque probitatis euaserunt, qui congregationem multipliciter ornauerunt, & auxerunt. Sed & summus Pontifex ob illorum laudabilis vitæ famam anno 1442. monasterium S. Petri de Domodei, sub titulo Prioratus, multis præbijs, & redditibus locupletatum, quod erat vetus regularium canonicorum domicilium, sed Conuentu canonicorum, propter frequentissimas, & ferè quotidianas armatorum excursiones omnino desolatum, ipsi monasterio S. Augustini cum omnibus illius redditibus, bonis, & iuribus vniuit: Cuius vnionis vigore magna bonorum accessio eidem monasterio facta est: siquidem Prioratus S. Petri antedictus decem, & octo millia perticarum terræ fructiferæ in suis bonis possidet, quorum, & aliorum bonorum accessione, quæ à fidelibus sponte fuerunt oblata, numerus canonicorum auctus, & nouum amplioris formæ monasterium cum Ecclesia pulcherrima exstructum, quæ intra nouam arcem nunc etiam visuntur.

Postmodum Placentina ciuitate sub ditione Pontificis redacta (prius enim fuerat sub imperio Ducum Mediolani) cum Paulus III. illam in Ducatum erexisset, & Aloysio Farnesio concessisset, is de munitione intrà Ciuitatem construenda cũ deliberasset, nostrum monasterium occupauit, & canonicos alias sibi sedes quærere coëgit, qui fundo intra Ciuitatem, vbi prius monasterium Monalium S. Mariæ de Nazareth, pecunia comparato triginta annorum spatio monasterium S. Augustini, quod nunc extat, cum illius Ecclesia totum à fundamentis excitauerunt, & absoluerunt, quod amplitudine, & pulchritudine nulli saltem ex Italicis concedit. Autor tam magnifici operis, qui primum iecit lapidem, & absoluit, Vener. Pater D. Marcus Antonius de Bagarottis Placentinus, loci Abbas, qui non semel generalem Præfecturam nostræ Congregationis, nec sine magna laude gessit. III.

ECclesia S. Augustini maximis thesauris spiritualibus indulgentiarum est ditata, quam visitantes, omnes indulgentias per Romanos Pontifices concessas, certis diebus Ecclesias S. Mariæ Pacis de Vrbe, S. Petri ad Aram Neapolis, S. Ansani Spoleti, S. Petri de Pado Cremonæ, S. Sebastiani Bugellæ, ac S. Mariæ Nouæ ciuitatis Astensis visitantibus, consequuntur. quam concessionem firmauerunt Pius V. anno 1571. & Gregorius XIII. anno 1576. Ostenduntur in eadem Ecclesia insignes aliquot Sanctorum Reliquiæ, inter quas numeratur caput S. Lazari fratris Mariæ & Marthæ, quem Dominus suscitauit, cum ampulla de sanguine ipsius Lazari Massilienfium Episcopi, & Martyris, quod ex ciuitate Massilia per fratrem Bonifacium Placentinum ordinis D. Augustini canonicum anno Domini 1185. die 27. Augusti Placentiam

trans-

translatum, & in Ecclesia S. Matthæi eiusdem Ordinis reconditum, cum alijs Sanctorum Reliquijs, deinde anno 1325. die 11. Maij per D. Ioannem, Priorem S. Matthæi eiusdem Ordinis repertum, sequens scriptura ex eodem loco accepta sic testatur:

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno Domini 1325. die 11. Maij. Ego D. Ioannes de Placentia Prior S. Matthæi Placentiæ ordinis S. Augustini C. R. inueni in dicta Ecclesia S. Matthæi prædicti multas Reliquias Sanctorum, vt infra patebit, in ollam terream ruptam, cum vno scripto de Sanctorum nominibus, in præsentia Pagani Cicorelli, & magistri Petri muratoris, & Antonij eius filij. Et post paucos dies sub silentio eas condidi, & reposui eas nocte in præsentia D. Andreæ Malpedu Notarij Placentini, & supradictorum testium in dicta Ecclesia S. Matthæi manu mea propria in Cassettam plumbeam, & hoc ad bonum finem. Et retinui foras ollo de dicto Reliquijs, cum vrceolo sanguinis S. Lazari quatriduanarij, Episcopi & Martyris. Et sic inueni scriptum per fratrem Bonifacium Ordinis nostri, qui eas translatauit in parte, & reposuit in dicta Ecclesia, prout infra tenor scripturæ, quem inueni, & talis est. Copia scripti vel Chronicæ:

In nomine Domini. Amen. Anno Domini nostri Iesu Christi ab Incarnatione 1185. die 27. Augusti. Ego frater Bonifacius de Placentia Ordinis D. Augustini translataui Reliquias S. Lazari quatriduanarij, Episcopi & fratris Mariæ Magdalenæ, ex parte Massiliæ, cum certis ossibus, & de sanguine eius, & reposui eas in Ecclesia S. Matthæi Placentini, necnon & Reliquias SS. Firmi, & Rustici, & S. Stephani prothomartyris, & de capillis Mariæ Magdalenæ, & de sepulchro Domini, & de velo S. Mariæ Virginis. Item inueni in dicta Ecclesia S. Matthæi prædicti alias Reliquias multas, quas omnes manu mea reposui, & sepelius eas in ollam terra cocta in dicta Ecclesia S. Matthæi prædicti, vt non tollerentur. Et hoc in præsentia fratris Augustini Astensis, & fratris Gregorij Papiensis, & fratris Victoris Mediolanensis, & D. Nicolai Dulcani, & D. Bartholomæi de Brachisortibus, & D. Antonij de Maluicinis, omnes testes, & præsentes, & cum promissione, quòd nullus debeat propalare, vbi sint, nec vbi posita fuerunt. & ista sunt nomina Sanctorum:

Caput cum certis membris, & de sanguine S. Lazari quatriduanarij Episcopi, & martyris, fratris Mariæ Magdalenæ, & Marthæ. Reliquiæ S. Firmi, pars capitis, & Rustici de ossibus eius. Reliquiæ S. Stephani prothomartyris. Reliquiæ S. Matthæi Apostoli, & Euangelistæ. Reliquiæ S. Blasij Episcopi, & martyris. Reliquiæ S. Georgij martyris. Reliquiæ S. Gaij martyris. De S. Dionysio Episcopo, & martyre. De S. Christophoro martyre. De S. Bartholomæo Apostolo. De S. Nicolao Episcopo, & Confessore. De S. Benedicto Abbate. De S. Cæcilia Virgine, & martyre. De SS. Hyppolito, & Cassiano. De S. Constantio martyre nodum vnum. De S. Diogenio martyre. De S. Aurelio Episcopo, & Confessore. De S. Iustina Virgine. De SS. Fabiano, & Sebastiano martyribus. De sanctis Cantionibus. De S. Laurentio martyre. De S. Sixto Pontifice, & martyre. De S. Andrea Apostolo. De S. Matthia Apostolo. De S. Barnaba Apostolo. De S. Augustino Episcopo, & Confessore. De sancto Iacobo, & Philippo Apostolis. De S. Agatha Virgine, & martyre. De S. Agnete Virgine, & mart. De S. Catharina Virgine, & mart. De capillis S. Mariæ Magdalenæ. De vestimentis Mariæ Virginis, & eius velo. De sepulchro Domini nostri Iesu Christi. De Cruce Domini in vna cruce parua argentea.

De istis nominibus Sanctorum non inueni scriptum separatum de ossibus in ossibus, sed solum de S. Lazari scilicet caput, & de manibus, membris, & de sanguine eius, necnon & parte capitis S. Firmi, & de capillis Mariæ Magdalenæ, & de sepulchro Domini, & de velo Virginis Mariæ. Ita inueni, & sic agnoui. Cætera vero non agnoui, nominibus separatis, sed in vnum sunt, & reposui vt supra.

Hæc omnia supradicta sic inueni, & ita scripsi, & memoriam feci, & sic instrumentum publicum facere feci, per supradictum Dominum Andream Malpedum notarium publicum Placentinum die 25. Maij 1325. de depositione sub silentio etiam me subscripsi, & vocaui. Ego D. Ioannes Placentinus Prior S. Matthæi prædictus manu propria, & similiter subscripsi.

Est autem Prioratus S. Matthæi membrũ antiquæ Congregationis S. Crucis Mortariensis, cuius in dicta Congregationis priuilegijs frequens mentio habetur, qui cum suo capite nostræ Lateranensi vnitus, nunc etiam per Priorem canonicum nostræ Congregationis regi consueuit. Fuerat olim Conuentualis, quantum ex scriptura prænarrata conijcio, quæ præter Priorem, trium canonicorum inibi degentium meminit, nunc autem conuentu caret.

IV. MOnasterio S. Petri Cæsæ Dei nonnulla priuilegia Summi Pontifices indulserunt, ac etiam Sereniſſimi Duces Mediolani, & Reges Galliarum, quibus monasterium cum personis, & omnibus illius bonis sub immediata protectione Sedis Apostolicæ receptum est, & exemptum ab omni onere salutionum, & exactionum tam pro se, quam pro famulis, & colonis, ac etiam locorum monasterij inquilinis. Sed inter cætera memoratu digna sunt, priuilegium Dominæ Bonæ Mediolani Ducissæ, & Ioannis Galeatij Mariæ Sfortiæ illius filij, datum anno 1477. die 6. Iunij, & aliud eiusdem Ioannis Galeatij, & Ludouici Mariæ illius fratris datum anno 1485. & aliud eorundem datum anno 1496. quibus Abbati, & canonicis S. Augustini conceditur omnimoda iurisdictio in personas existentes in dicto loco Cæsæ Dei, necnon etiam datium panis, & vini, & carnium, quæ in cauponis inter vtrumque flumen Cherium, & Regium erectis, vel in posterum erigendis vendi contigerit. eademque iurisdictio conceditur in locis Roureti, Sabbarij, & Roncorum, quæ loca Abbati, & dictis canonicis in feudum sunt concessa, quas omnes, & singulas cõcessiones suo diplomate confirmauit, & inno-

uauit Leo X. anno 1513. Pontificatus sui primo incipit: *Cum a nobis petitur.* In quo inter cætera confirmat iuxta formam priuilegiorum, quod personæ fictabiles, Massarij, Coloni, Partiarij, Brucientes dicti monasterij, & loci Cæsæ Dei, & locorum eidem spectantium Placentinæ Diœcesis, sint exempti à iurisdictione Iudicum Curiæ, & sui districtus quoad merum & mistũ imperium, & subsint immediatè iurisdictioni dicti monasterij, & loci Cæsæ Dei. Idem de bonis S. Prothasij, & Roureti disponit.

Huic monasterio adscribendi complures nostræ Congregationis Patres præcipui, quorum integrum Catalogum ab ijs, qui nunc loco prænominatis requisitum hactenus habere nõ potuimus de numero fuerunt D. Raphaël Placentinus, qui fuit Rector Generalis, & Prior Lateranensis. D. Theodorus Placentinus, quem Ioannes Philippus Nouarr. lib. 6. cap. 59. inter Beatos numerat. D. Calistus Placentinus, quem horum doctum, & pium, & inter Italicos Conditores sui temporis præcipuum vocat Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. 4. qui multa literis mandauit, de quibus inferius dicetur. Item D. Calixtus Placentinus vir religiosissimus, sibi austeritate vitæ manuetus, omnibus amabilis, qui obijt circa annum 1590 item D. Dionysius Placentinus, quem cum probabili sanctitatis opinione ex hac vita migrasse, testatus est concursus totius ciuitatis ad illius funus curandum, cui adfuere quinquaginta millia vtriusque sexus virorum, & mulierum interfuerunt, illius pedes, & manus certatim deosculantes, & vestimentorum cilicinas accipere volentes. obijt Ianuæ in monasterio S. Theodori anno 1612. item D. Paulus Melchiodus Concionator egregius, qui in præcipuis Italiæ vrbibus in summa frequentia auditorum vsque ad senectam, & senium Christi Euangelium prædicauit: erat enim non solum eloquentissimus, verum etiam Theologus eruditissimus, & morum vrbanitate iocundissimus. & alij multi forent recensendi, quos omitto, ne sim prolixus.

A Nno 1432. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis idem R. P. D. Galdinus: cui hoc anno tertius Visitator superadditus, videlicet D. Petrus Patauinus, D. Paulus Veronensis, & D. Sanctus Bononiensis, qui nomen sanctimoniæ magis virtute promeruit, quam ambitiosa titulos quæsiuerit. hic fuit vnus de antiquis canonicis, qui reformationi gratanter adhæserunt. In hoc Capitulo electus est primus Procurator nomine Congregationis apud Curiam Romanã D. Petrus de Rido Patauinus, occasione oblationis monasterij Lateranensis. Anno 1433. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis R. P. D. Thomas Cremonensis. Visitatores D. Orosius Mediolanensis, D. Sanctus Bononiensis, & D. Nicolaus Bononiensis. Hoc anno obijt D. Gal-

& innouauit Leo X. anno 1513. Pontificatus sui primo. incipit: *Cum a nobis petitur.* In quo inter cætera confirmat iuxta formam priuilegiorum, quod personæ fictabiles, Massarij, Coloni, Parciarij, Bracientes dicti monasterij, & loci Casæ Dei, & locorum eidem spectantium Placentinæ Diœcesis, sint exempti à iurisdictione Iudicum Ciuitatis, & sui districtus quoad merum & mistũ imperium, & subsint immediatè iurisdictioni prædicti monasterij, & loci Casæ Dei. Idem de feudis S. Prothasij, & Roueredi disponit.

Huic monasterio adscribendi complures nostræ Congregationis Patres præcipui, quorum integrum Catalogum ab ijs, qui nunc loco præsunt, sæpius requisitum hactenus habere nõ potui. horum de numero fuerunt D. Raphaël Placentinus, qui fuit Rector Generalis, & Prior Lateranensis. D. Theodorus Placentinus, quem Ioannes Philippus Nouarr. lib. 6. cap. 39. inter Beatos numerat. D. Calistus Placentinus, quem honestum doctum, & pium, & inter Italicos Concionatores sui temporis præcipuum vocat Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. 4. qui multa literis mandauit, de quibus inferius dicetur. Item D. Gaspar Placentinus vir religiosissimus, sibi austerus, alijs mansuetus, omnibus amabilis, qui obijt circa annum 1590. item D. Dionysius Placentinus, quem cum probabili sanctitatis opinione ex hac vita migrasse, testatus est concursus totius Ianuensis ciuitatis ad illius funus curandum, cui plusquam quinquaginta millia vtriusque sexus virorum, & mulierum interfuerunt, illius pedes, & manus certatim deosculantes, & vestimentorum scissuras accipere volentes. obijt Ianuæ in monasterio S. Theodori anno 1612. item D. Paulus Malchiodus Concionator egregius, qui in præcipuis Italiæ vrbibus in summa frequentia populorum vsque ad senectam, & senium Christi Euangelium prædicauit: erat enim non solum lepidissimus, verum etiam Theologus eruditissimus, & morum vrbanitate iocundissimus. & alij multi forent recensendi, quos omitto, ne sim prolixus.

V. ANno 1432. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis idem R. P. D. Galdinus: verum hoc anno tertius Visitator superadditus, videlicet D. Petrus Patauinus, D. Paulus Veronensis, & D. Sanctus Bononiensis, qui nomen Sancti magis virtute promeruit, quam ambitione alius quæsiuerit. hic fuit vnus de antiquis canonicis, qui reformationi gratanter adhæserunt. In hoc Capitulo electus est primus Procurator nomine Congregationis apud Curiam Romanã D. Petrus de Rido Patauinus, occasione oblationis monasterij Lateranensis. Anno 1433. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis R. P. D. Thomas Cremonẽsis. Visitatores D. Orosius Mediolanensis, D. Sanctus Bononiensis, & D. Nicolaus Bononiensis. Hoc anno obijt D. Galdinus Placentinus Rector Generalis, magnus Pater nostræ Congregationis.

Anno 1434. Generale Capit. ibid. Rector Generalis idem D. Thomas Cremonensis. Visitatores D. Leo Mediolanensis, D. Paulus Veronẽsis, & D. Nicolaus Bononien. qui erat de antiquis canonicis S. Ioannis in monte, sed ante illius reformationem nostris Frigdionarijs adhæserat in monast. S. Mariæ Charitatis Venetiarũ. Hoc anno Præpositus S. Agathæ Cremonæ, ac etiam ciues Cremonenses rogauerunt Capit. Generale. d. Ecclesiæ canonicis regularib. fere destitutæ regimen accipere, quod Capit. recusauit, rationabilibus ex causis, ex quibus in Capit. proximè præced. recusatũ fuit regimen S. Mariæ de Vado Ferrariæ. Anno 1435. Generale Capit. Ferrariæ. Rector Generalis idem D. Thom. Cremonensis. Visitatores D. Paulus Veronensis, D. Orosius Mediolanen. & D. Aurelius Placentinus. Hoc anno Eugenius generali Decreto promulgato statuit, ne nostri sine licentia expressa Superiorũ ad alios Ordines transirent, aut etiam ad alia monasteria eiusdẽ Ord. quæ non essent de nostra Congregatione, reuocando facultates nonnullis Prælatis alias à Sede Apost. concessas, dictos canonicos recipiendi sine licentia suorum Superiorum, præsertim Episcopo Recanatensi pro monast. S. Saluatoris Venetiarum. cuius decreti condendi causa extitit, quod Frigdionarij magno tũc desiderio ab Episcopis, & monasteriorum Prælatis, & Vniuersitatibus ad Ecclesias regendas etiam contra voluntatem Rectoris Generalis poscebantur, & recipiebantur vigore facultatum à Pontificibus obtentarum. quod in detrimentum Congregationis grauissimum cedebat: erat enim hæc ad canonicorum numerum, & disciplinæ vigorẽ imminuẽdum, via certissima, dum quisque sub hoc prætextu à suorum Superiorum obedientia, & correctione seipsum subtrahendi, & alios transitum faciendi, patentem ianuam habebat.

ANno 1436. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Nicolaus Bononiensis. Visitatores D. Paulus Veronensis, D. Sanctus Bononiensis, & D. Benedictus Placentinus. Hoc anno Patres nostri monasterium S. Ioannis Viridarianum Patauij reformauerũt. Fuerat olim ordinis S. Benedicti, cum alio monasterio Sanctimonialium eiusdem ordinis, cuius bona deficientibus in eo monialibus, vel ad alia monasteria translatis, cum monasterij bonis fuerunt confusa, cuiusque ruinæ retro Ecclesiam, vbi est hortus in latere Septentrionali, nunc etiam supersunt. Sed & monasterium monachorum progressu temporis monachis destitutum clericis secularibus fuit commendatum. tenebat autem illud in Commendam Antonius Corrarius S. R. E. Cardinalis, qui fuerat Gregorij XII nepos, qui quòd esset vir pius, & in veritate Deum timens, de illo reformando, & disciplina VI. 16 Ma nast.

mona-

monastica in eodem restituenda Ecpius consilium habuit. & primò quidem Ven. Monachos S. Benedicti, qui paulò ante in Cœnobio S. Iustinæ Patauino reformationem insignem fecerant, ad monasterium Viridarianum reformandum vocauit. quod cum renuissent, nonnullos ibi de nostris Frigdionarijs ad diuina officia recitanda, & sacra facienda constituit: quorum conuersatione Ciues Patauini plurimum ædificati, prædictum monasterium cum omnibus illius bonis, & pertinentijs nobis tradi, & perpetuò veniri, supplices à Commendatario petierunt: cui gratissimum fuit, à se delectos canonicos, ad illud Cœnobium perpetuò regendum obnixè adeo postulari: ac vt Patauini voti compotes essent, apud Pontificem egit. qui suppresso, & extincto inibi titulo, & Ordine, ac instituto S. Benedicti, canonicorum Augustinianorum Ordinem erexit, & instituit, & canonicis Frigdionarijs perpetuò habendum, & regendum concessit. Patent omnia literis Eugenianis hoc eodem anno sic datis:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Meditatio cordis nostri assidua inter cætera ad hoc vigilat, & intendit, vt monasteria, & alia loca Religionis titulo insignita, prout illa indigere conspicimus, ad operta prosperitatis lætitiam reducantur: & ne periculosa desolationis detrimenta incurrant, efficatius solicitudinis studium libenter apponimus, ac salubris prouisionis remedium, quantum cum Deo possumus, adhibemus. Cupientes igitur in Prioratu S. Ioannis in Viridaria Paduano, Ordinis S. Benedicti, quem propter incuriam, & malum regimen illum pro tempore obtinentium, Conuentu carentem, ac in ædificijs ruinosum, & pro parte collapsum, diuinoq; cultu penitus destitutum, Ven. frater noster Antonius Episcopus Ostiensis ex concessione, & dispensatione Sedis Apostolicæ in commendam obtinens, in locum magis necessarijs reparauit, & in eius Ecclesia, licet in monasterio S. Iustinæ Paduanæ dicti Ordinis per illius monachos regularis obseruantia teneatur, tamen de illis, qui in dicto Prioratu residentiam facere vellent, aliquos habere, & illos sub obseruantia degentes eadem dicti ordinis monachos habere non valens, per nonnullos canonicos regulares de Congregatione, siue Societate S. Mariæ de Frisonaria ordinis S. Augustini Lucanensis Diœcesis nuncupatos, sub regulari obseruantia Domino famulantes, fecit in diuinis officijs deseruiri, prout etiam facit de præsenti diuinum cultum ad gloriam, & honorem Omnipotentis Dei, & B. Virginis genitricis restaurari, & restauratum adaugeri, ordinem S. Benedicti huiusmodi, seu alium quemcunque erdinem, ac Prioralem dignitatem in Prioratu prædicto motu proprio, non ad alicuius nobis super hac oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia autoritate Apostolica supprimentes, & extinguentes, ac pro suppressis, & extinctis haberi volentes, eundem Ordinem S. Augustini, & canonicorum huiusmodi ad spiritualem complacentiam dicti Episcopi, ac dilectorum filiorum populi Paduani, & eorum animarum salutem, qui ad ordinem S. Augustini, & canonicos huiusmodi propter eorum merita, deuotionem videntur gerere singularem, in Prioratu eodem motu, scientia, & autoritate similibus erigimus, & creamus. Volentes, & autoritate prædicta decernentes, Prioratum ipsum per eosdem canonicos in regulari obseruantia sore perpetuo gubernandum. Et vt huiusmodi nostra voluntas sortiri robur valeat, & firmitatis vinculo solidetur, Prioratum prædictum, cuius fructus, redditus, & prouentus octingentorum florenorum auri secundum communem æstimationem valorem annuum, vt accepimus, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis monasterio S. Mariæ prædicto, & alijs monasterijs, Prioribus, & locis Societatis, siue Congregationis eiusdem ipsorum fructuum, reddituum, & prouentuum valorem annuum pro expresso habentes, Societati, & Congregationi huiusmodi, scientia, motu, & autoritate prædicta, perpetuo incorporamus, annectimus, & vnimus. Itaque Commendo huiusmodi per cessum, vel decessum dicti Episcopi, vel alio quouis modo cessante, licet eidem Ecclesiæ, siue Congregationi corporaliter possessionem Prioratus, iurium, & pertinentiarum prædictorum autoritate propria recipere, & perpetuò retinere, Diuinæque loci, vel alterius licentia super hoc minime requisita. Contradictores per censuram Ecclesiasticam à proposito compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus monasteriorum, Prioratuum, & Ordinum prædictorum quibuscunque contrarijs, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis, seu si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Prioratibus huiusmodi speciales, vel alias benignas Ecclesiasticis in illis partibus generales Sedis Apostolicæ, vel Legatorum literas impetrauerint: etiamsi per eas ad mentionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quas quidem literas, & processus habitos per eosdem ad prædictum Prioratum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quod executionem Prioratuum, vel beneficiorum aliorum prædictorum generari, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus cuiuscunque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Per prædicta autem, vel eorum aliquod Prioratum prædictum nolumus, nec intendimus dicto monasterio B. Mariæ subijcere, nec subiectum censeri, vel esse: sed ad effectum, quod ibi regularis obseruantia vigeat, & gratius in eo Altissimo reddatur obsequium, per ipsius monasterij canonicos, & Priores annis singulis iuxta ipsius monasterij consuetudinem eligendos, quos de ipsius Prioratus fructibus, redditibus, & prouentibus volumus sustentari. & dicta iuxta Ordinis S. Augustini statuta, & laudabilem monasterij prædicti consuetudinem posse disponere Priorali ipsum, eiusq; possessiones, & bona mobilia, & immobilia spiritualiter, & temporaliter regi volumus, & ordi-

gubernari. Volumus autem, quod dicti canonici in Prioratus prædictis in sufficienti numero iuxta ipsius Prioratus facultatu personaliter residere, ac diuinum cultum mirabiliter restaurare, offerendo Deo fructuum gratum, & salutarem animabus, ac alias ipsum Prioratum consuetum onera supportare, & quæ debentur Cameræ Apostolicæ, singulis viginti annis intra per soluere teneantur. Et vltimo insuper, quod per quascunque reuocationes, reuocationes, seu annullationes quarumcunque vnionum, incorporationum, annexionum, & appropriationum Prioratus prædicti S. Ioannis, seu quibusuis alijs nouitijs, Ecclesijs, siue locis Ecclesiasticis per nos, seu successores nostros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem, eiusue literas, seu constitutiones, voluntates, & ordinationes nostras, aut Pontificum eorundem in genere, vel in specie, sub quibuscunq; formis verborum, vel expressione de certo faciendis, nullum congregatio canonicorum huiusmodi, quin prædictarum ex concessarum super vnione, incorporatione, appropriatione, & donationibus huiusmodi literarum totalem, & plenarium vigorem habeat effectum, valeat, seu possit prætendi quo inferri. Ita vt nullæ literæ etiã post reuocationes, cassationes, & annullationes prædictas in suo robore permaneant, & pro tales debeant perinde in omnibus, & per omnia, ac quasi huiusmodi reuocatio, annullatio, & cassatio prædictarum emanasset, nisi duntaxat ex legitimis, & specialibus causis cõtingeret specialiter reuocari, & de illis, & earum tenoribus, concessionum, appropriationum, & donationum expedita, & expedienda literæ huiusmodi reuocationem, cassationem, & annullationum literis, & constitutionibus, & ordinationibus huiusmodi literis ad verbum inseretur, ac in eis particularis, expressa, & specialis de præfato Prioratu S. Ioannis, ac illius Congregatione mentio continetur. Et insuper ex nunc prout decernimus, & mane, si secus super his à quocunque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hãc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, unionis, incorporationis, annexionis, vnionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1436. octauo Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Licet verò in prædictis literis nulla fiat mentio pensionis eidem Cardinali Commendatario debitæ, constat nihilominus ex monasterij documentis authenticis, illum mediocratem prouentuum vitæ durante sibimet retinuisse, quam postea ad obitũ percepit, qui cõtigit anno 1445. Interim tamen cœperunt nostri monasterium, & Ecclesiam communibus impensis totius Cõgregationis reficere: nam Ecclesia, quæ tota à tunc temporis per nostros fuit renouata, quinquennio post obitum prædicti Cardinalis est absoluta, vt nobilissimo in Camera maioris fornicis, quam mediocrem mediocrem dicimus, notato liquet. Additum cinde clastrum prope Ecclesiam, vbi an-

gubernari. Volumus autem, quod dicti canonici in Priorata prædicto in sufficienti numero iuxta ipsius Prioratus facultates personaliter residere, ac diuinum cultum rite expletum restaurare, offerendo Deo fructum gratum, & salutarem animabus, ac alias ipsius Prioratus consueta onera supportare, & quæ debentur Cameræ Apostolicæ, singulis viginti annis iura persoluere teneãtur. Volumus insuper, quod per quascunque renouationes, cassationes, seu annullationes quarumcunque vnionum, incorporationum, annexionum, & appropriationum, de Prioratu prædicto S. Ioannis, seu quibusuis alijs monasterijs, Ecclesijs, siue locis Ecclesiasticis per nos, seu successores nostros Romanos Pontifices, aut eorum aliquē, etiam per litteras, seu constitutiones, voluntates, & ordinationes nostras, aut Pontificum eorundem in genere, vel in specie, sub quibusuis formis verborum, vel expressionibus de cætero faciendis, nullum congregatio canonicorum huiusmodi, quin prædictarum eis concessarum super vnione, incorporatione, appropriatione, & donatione huiusmodi literarum totalem, & plenarium vigor fortiatur effectum, valeat, seu possit præiudicium inferri. Sed huiusmodi literæ etiã post renouationes, cassationes, & annullationes prædictas in suo robore permaneant, & pro tempore esse debeant perinde in omnibus, & per omnia, ac si quod hui renouatio, annullatio, & cassatio prædictæ nullatenus emanassent, nisi duntaxat ex legitimis, & subsistentibus causis cõtingeret specialiter reuocari, & alias ipsarum unionum, concessionum, appropriationum, & donationum expeditæ, & expediendæ literæ huiusmodi in reuocationum, cassationum, & annullationum literis, & constitutionibus, & ordinationibus huiusmodi de verbo ad verbum inserentur, ac in eis particularis, expressa, & specialis de præfato Prioratu S. Ioannis, ac dicta Congregatione mentio contineretur. Et insuper ex nunc prout ex tunc decernimus, & mandamus, si secus super ijs à quocunque, quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hãc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, creationis, incorporationis, annexionis, vnionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1436. octauo Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Licet verò in prædictis literis nulla fiat mentio pensionis eidem Cardinali Commendatario reseruatæ, constat nihilominus ex monasterij documentis authenticis, illum medietatem prouentuum vita durante sibimet retinuisse, quam vsque ad obitũ percepit, qui cõtigit anno 1445. Interim tamen cœperunt nostri monasterium, & Ecclesiam communibus impensis totius Cõgregationis reficere: nam Ecclesia, quæ tota à fundamẽtis per nostros fuit renouata, quinquennio post obitum prædicti Cardinalis est absoluta, vt ex millesimo in Camera maioris fornicis, quam nunem medianam dicimus, notato liquet. Additum exinde clausirum prope Ecclesiam, vbi ante annos quadringentos erat Cupressus alta, & crassa, cuius nunc etiam stipes detruncatus cum radicibus in terra derelinquitur, quòd in antiquis instrumentis dicta Cupressus pro finibus ponatur: cuius rami ab annis circiter quinquaginta propter acris salubritatem excisi. Aliud verò clausirũ, quod maius dicitur post aliquot annos fertur per D. Albertum Veronensem loci Priorem exstructum. Cæterùm Bibliotheca Viridiana, quæ nũc etiam superest, ante aliquot annos, non solum aulæ magnitudine, & pulchritudine, verum etiam librorũ omnis ævi manuscriptorum, & selectorum numero inter cæteras Italicas summo in pretio est habita, licet nunc vel nostrorũ incuria, vel externorum iniuria multipliciter sit diminuta. Meminit illius Sixtus Senẽsis in sua Bibliotheca lib. 2. scribens, ab illa acceptum exemplum epistolæ D. Pauli ad Laodicenses, quod ibi ponit.

VII. Denique dictum monasterium progressu tẽporis in fabricis, & redditibus adeo est auctum, vt inter prima Collegia nostræ Congregationis numeretur, cui Sixtus IV. anno 1478. tertio nonas Februarij Plebaniam sanctorum Fœlicis, & Fortunati Castri Liminæ, diœcesis Patauinæ, & Clemens VII. Parochialem S. Michaelis loci Vaccarini, diœcesis Vicentinæ, cum illarum bonis, & redditibus donauerunt, quodque Pius V. anno 1566. Abbatiali dignitate decorauit. in quo semper floruit, & per Dei gratiam nunc floret amplissimum Canonicorum Collegium sub regulari obseruantia, literarum studijs, maximè Sacræ Theologiæ, & Canonici iuris incumbentium, qui ex alijs monasterijs studiorum causa, illuc mittuntur: ex quo præcipui nostræ congregationis magistri, ac prædicatores omni tempore prodierunt, præter illos, qui Religionis habitum in illo sumpserũt, ex quibus fuerunt D. Celsus Veronensis. D. Hieronymus Taruisinus, de quibus supra dictum fuit. D. Basilius Hispanus, qui fuit Doctor, & prædicator insignis, & pœnitentiarius in Ecclesia Lateranensi. D. Isaias Estẽsis, corpore paruus, sed mente grandis, & diuinarum Scripturarum notitia conspicuus, qui scripsit Commentarium in Cantica, cuius meminit Sixtus Senẽsis lib. 4 Bibliothecæ, in verbo Esaias Estensis. & alia plura. Obijtque Venetijs Prior Charitatis ann. 1505. D. Seraphinus Patauinus, cuius Epitaphium Matthæus Bossius epist. 47. sic describit: *Seraphinus noster sanctissimus amor, nostræque in Christo delitiæ, in quo virtutum omnium spes magna lucebat, repentino languore nobis surripitur, vt elapsus ab oculis magis, quam profectus à vita visus mihi equidem sit, in quo quisque nostrum haud paruam iacturam se fecisse arbitrari merito potest &c.* Serenus quoq; Patauinus vir doctus, & inter Poëtas suorum temporum non postremus, sed in rebus gerendis prudentissimus, qui nomine congregationis in Romana Curia multis annis Procurator

Generalis extitit, præsertim tempore Leonis X. cuius in gratiam optimè se insinuauerat, & pro congregatione multa obtinuit, & tandem Reuelli Episcopus est renunciatus.

Hoc monasterium plures habebat olim villas, & terras, quas iure feudi possidebat, & in quibus iurisdictionem temporalem exercebat, prout ex priuilegio Clementis IV. legitur, quod ad futurorum memoriam, & præsentium notitiam sic reddendum curaui, illud eiusmodi est, videlicet:

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori monasterij S. Ioannis de Viridaria, suisque fratribus tam præsentibus, quam futuris regulariter professis in præfato monasterio. Religiosam vitam eligentibus, Apostolicum conuenit adesse subsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ Religionis eneruet. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium S. Ioannis in Viridario Paduano, Abbatem perpetuum non habens, sed per Priorem gubernari solitum, in quo diuino estu obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum iuste, ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Viti cum pertinentijs suis, quam habetis in territorio Villæ Limina in ciuitate, & campania Paduana decimas, terras, possessiones, domos, sedimina, molendina, prata, & pascua cum omnibus pertinentijs eorundem, decimas, grangias, possessiones, terras, domos, sedimina, molendina, cum aquarum decursibus, pascua, piscationes, prata, & nemora cum pertinentijs suis, quæ in prædicta Villa Limina, & eius territorio obtinetis, nec non vassallos cum feudu, & iurisdictionem temporalem, quos habetis ibidem. decimas, domos, molendina, cum aquarum decursibus, terras, possessiones, sedimina, prata, nemora, & pascua, cum pertinentijs eorundem, quæ in Villa Vacarini, Perrioli, Tagisedi, & Trimignonis, & ipsarum territorijs habetis cum vasallis, & feudu, & iurisdictione temporali, quos monasterium vestrum in villis ipsis noscitur obtinere. decimas, domos, possessiones, sedimina, terras, prata, nemora, piscationes, obuenta, & pascua cum pertinentijs eorum sita in territorijs villarum, & villis, quæ Cordumeri, Bagnolis, sancti Georgij, Murelli, Teredi, Cambrosi, Saleti, Vmemesse, & Carbonariæ, quæ vulgariter nuncupantur vestris. Vassallos cum feudu, possessionibus, terras, domos, sedimina, prata, & pascua cum omnibus pertinentijs eorundem, quæ habetis in villa, & territorio Bertæ Valcæ. in territorijs Villarum Buconi vici Altichery, Nogarole, Feredi rui, & Fontanæ frigidæ, decimas, possessiones, terras, vineas, & nemora cum omnibus pertinentijs earundem. annuos redditus denariorum, frumenti, vini, olei, & quicquid iuris habetis in ciuitate, & Diœcesi Paduana. In Diœcesi Vicentina possessiones, terras, vineas, & nemora, sedimina, & obuenta cum pertinentijs suis, quæ in Villananti, & eius territorio obtinetis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis, in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in via, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis. Sanè Noualium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat vobis quoque clericos, vel laicos liberos, & absolutos à seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliquatenus. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem sine fine Primi sui licentia de eodem loco discedere, nisi arctioris Religionis obtenta: discedentem verò absque communes literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, locis vobis clausis ianuis, excluso excommunicato, & interdicto, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederint interdicto. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ord nationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipere Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit & si vobis voluerit sine prauitate exhibere. Vt liberum sit quoque, vt infra fines parochiæ vestræ, si cum habueritis, vobis sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro capellam, seu oratorium de nouo construere valeat, salua priuilegia Pontificum Romanorum, ad hæc non, & mitchi ordinationes ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decano, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis à vobis fieri omnino prohibemus. Sepulturam quoque in ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extrema voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi sint excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij, nullus obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas, obeunte verò te nunc eiusdem loci Priore, vel eorum quolibet successore nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel eorum maior pars consilij sanioris, si ad eos duxerint expedire Prioris electus, secundum Deum, & Beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Pasci quoque, & tranquillitati vestræ paterna imposterum solicitudine prouidere volentes, auctoritate

Apostol-

Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu pagorum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere, prauas consuetudines, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro concessas, aut non libertates, & exemptiones secularium dignitatum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus, quæ rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Saluis tamen Apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia, & in prædicto decimo moderatione Quæ igitur de hoc quæ igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, secunda, tertiaue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Viterbij per manum Magistri Michaelis de Tholosa S. R. E. Vicecancellarij. 11. calend. Ianuarij indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno 1267. Pontificatus verò D. Clementis Papæ IV. anno 3.

CAPVT DECIMVM NONVM.

De monasterijs S. Bartholomæi Feslano, & S. Petri de Pado Cremonæ per eosdem canonicos Frigdionarios reformatis.

Anno 1437. Generale Capitulum Rauennæ Rectore Generalis R. P. D. Nicolaus Bononiensis, Visitatores D. Sanctus Bononiensis, D. Simon Mediolanensis, & D. Benedictus Placentinus. hoc anno Eugenius IV. indulsit nostræ congregationi, ne nostri vltra priuilegium in libro Indultorum nostræ congregationis fol. 306.

Anno 1438. Capitulum Generale Venetijs in

A pellatione prohibemus, vt infra clausuras bonorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, sanguinem effundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere, prætera omnes libertates, immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones secularium dignitatum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus, quam rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablata aut retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Saluo sedis apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia, & in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Viterbij per manum Magistri Michaelis de Tholosa S. R. E. Vicecancellarij. 11. Calend. Ianuarij indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno 1267. Pontificatus verò D. Clementis Papæ IV. anno 3.

CAPVT DECIMVM NONVM.

De monasterijs S. Bartholomæi Fesulano, & S. Petri de Pado Cremonæ per eosdem canonicos Frigidonarios reformatis.

ANno 1437. Generale Capitulum Rauennæ Rectore Generalis R.P.D. Nicolaus Bononiensis. Visitatores D. Sanctus Bononiensis, D. Simon Mediolanensis, & D. Benedictus Placentinus. hoc anno Eugenius IV. indulsit nostræ congregationi, ne nostri canonici ad processiones triduanas cogi possent. Vide priuilegium in libro Indultorum nostræ congregationis fol. 306.

Anno 1438. Capitulum Generale Venetijs in monasterio D. Clementis. Rector Generalis D. Orosius Mediolan. Visitatores ijdem, qui fuerant anno proximè superiori. Hoc anno Nicolaus Picininus cum milite Ducis Mediolanensiũ Romandiolam inuadit, Portuense monasterium occupat, canonicos omnes fugat, & quarto post mense bonis omnibus expoliatum deserit, quare ne malum capitis in membra deriuaret, nostris, supplicantibus, Eugenius IV. Prioratus Conuentuales S. Mariæ Charitatis, & S. Bartholomæi Mantuanum, ab eodem Portuensi cœnobio seiungit, datis literis Apostolicis idibus Augusti. Eodem anno idem Eugenius Generale Concilium Ferrariæ cogit, quod sequenti anno Florentiam transfertur.

Anno 1439. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R.P.D. Nicolaus Bononiensis. Visitatores D. Simon Mediolanensis, & D. Paulus Veronensis, & D. Aurelius Placentinus. In actis huius Capituli sic scriptum inuenitur: *Postea vero die Martis 12. suprascripti mensis deliberatum est per Patres ac fratres in capitulo Generali consistentes, quod monasterium S. Ioannis in Laterano de Roma nobis oblatum per summum Pontificem Dominum Eugenium Papam IV. possit, & debeat acceptari. Immo acceptetur per nos ex obedientia: quoniã constat nobis, hanc eius esse voluntatem, sicut retulerunt nobis D. Benedictus de Placentia, & D. Baptista de Lucca missi ad præfatum summum Pontificem, cum redijssent ab eo ad Capitulum,* & infra. *D. Benedictus de Placentia electus est Prior S. Ioannis in Laterano.* Hoc anno Eugenius generalem Synodum Ferrariæ cœptam, ob epidimiam in partibus Ferrarienſium debacchantem, Florentiam transfert, vbi cum moraretur, vt erat vir sanctissimus, & regularis institutionis reparator zelantissimus multa virorum, & mulierum cœnobia ferè ad desolationem relaxata restituit, vel ex religiosis eorundem ordinũ, vel ex alijs ordinib. D. Antonino teste in Historia tit. 22. cap. 10. §. 8. ac inter cætera monasteriũ S. Bartholomæi Fesulanum Ordinis S. Benedicti satis nobile, sed partim Prælatorum incuria, partim ob alios sinistros euentus non solum conuẽtu monachorum penitus destitutum; sed ære alieno prægrauatum adeo, vt nulla spes esset amplius illud à creditoribus redimendi, nedum per monachos dicti Ordinis reformandi. quod animaduertens dictus Pontifex, ex proprio illius Abbate consentiente, nostris reformandum cõmisit, reseruata ipsi Abbati pro illius victu annua pensione florenorum octoginta, cum titulo Abbatiali quæ patent ex literis vnionis eodem anno datis, quarum hic est tenor:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Ad Ecclesiarum, & monasteriorum omnium statum salubriter, & prosperè dirigendum paterna solicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & vt illa ex eis, quæ deformationis

opprobrio subiacere noscuntur, debitæ reformationi beneficio gaudeant, gratæque in ipsis Deo plantaria surrogentur, opem & operam, quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces. Dudum siquidem nobis innotuit, prout etiam hodie innotescit, quòd monasterium S. Bartholomæi Ordinis S. Benedicti Fesulana Diœcesis, quod inter alia illarum partium monasteria satis notabile reputatur, cum sanctimonialium illius Prælatorum incuria, & negligentia, seu potius malo regimine, & aliis diuersis sinistris euentibus, per multa tempora non solum regularis obseruantia, ac conuentu caruit, sed etiam in diuinorum celebratione, & alias in spiritualibus, & temporalibus multiplicia sustinuit, prout etiam hodie in Religionis opprobrium, ac plurimorum perniciosum exemplum, sustinere dignoscitur defectus, damna pariter, & detrimenta. Quodque etiam dilectus filius Hugo præfati monasterij Abbas propter caventiam monachorum, & alia sinistra huiusmodi, ac etiam ex eo, quòd sicut ipse Abbas asserit, præfatum monasterium tamdudum dilecto filio Astorio Nicolai Gerardini giani, ciui Florentino in pluribus, & diuersis pecuniarum summis obligatum remanfit, & remanet, commodè, prout verisimiliter præsumitur, circa debitam ipsius monasterij reformationem intendere, & de summis prædictis integram præfato Astorio satisfactionem impendere non poterit, propter quæ dictum monasterium, nisi ei de opportuno super hoc prouideatur remedio, ad maiorem succedente tempore desolationem deueniet, & iacturam. Nos igitur deformationem monasterij huiusmodi, de qua non modicam suscipimus displicentiam, vlterius sofferre non valentes, & alias prout ex debito tenemur summi Pontificatus officij nobis ex alto commissi, illius indemnitati, ac statui, quantum cum Deo possumus, salubriter prouidere volentes, nec non sperantes, quòd dilecti filij canonici de congregatione B. Mariæ de Frisonaria, Ordinis
17 Mo nast. S. Augustini, qui sub illius regulari obseruantia degentes varijs hactenus multiplicarunt, prout in dies multiplicant, virtutum merito, præfatum monasterium in eisdem spiritualibus, & temporalibus, ad laudem, & gloriam Altissimi, ac Religionis augmentum multipliciter reformare, pluresque ex eis in illo conuentualiter sub huiusmodi obseruantia die, ac nocte diuina continuando officia, permanere, quodque ex eorum vita laudabili, & operibus fructuosis multi partim earundem fideles plures suarum animarum consolationes, & gaudia sentire debeant: ex præmissis, & aliis nobis notificationibus causis monasterium prædictum, cui cura imminet animarum, cum S. Saluatoris Vallisagnæ, nec non eiusdem S. Saluatoris extra muros Praten. dicti Ordinis, Pistoriensis Diœcesis Prioratibus, siue Ecclesijs, etiamsi membra seu manualia, aut de mensa præfati monasterij, vel ab illo dependentia, seu curata, aut habitu conuentuales existant, quorum quidem monasteriorum, ac Prioratuum, seu Ecclesiarum fructus, redditus, & prouentus ducentorum, & quinquaginta florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem, vt accepimus, non excedunt, cum eorum, & cuiuslibet ipsorum terris, professionibus, bonis, censibus, iuribus, & pertinentijs omnibus, & singulis, canonicis præsentibus, & futuris congregationis huiusmodi, per eos, per Priorem, ac iuxta eorum ritus, mores, consuetudines, & statuta, nec non Apostolicas eis concessas literas, & priuilegia tenendum, regendum, & etiam gubernandum, de Apostolicæ potestatis plenitudine, ipsius etiam Hugonis Abbatis ad hoc expresso accedente consensu, de quo nobis etiam per cedulam eius propria manu scriptam plena fides facta extitit, tenore præsentium perpetuò concedimus, donamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus: ac ex nunc in monasterijs, & Prioratibus prædictis S. Benedicti prorsus suppressimus, & extinguimus, nec non S. Augustini Ordinem huiusmodi plenariè instituimus, ac etiam omnes, & singulas literas, & causas inter Abbatem prædictum, & dilectos filios Stephanum de Prato presbyterum, & Michaelem de Arrighetis clericum dictæ Pistoriensis Diœcesis, & quoscunque alios tam coniunctim, quam diuisim in Romana Curia, seu extra eam, etiam ex commissionibus nostris, coram quibuscunque Iudicibus super Prioratibus, & Ecclesijs prædictis, vel eorum altero forsan pendentes, harum serie ad nos aduocantes, & penitus extinguentes: nec non literas quascunque per eos, vel alios quoscunque litium, & causarum, ac Prioratuum seu Ecclesiarum huiusmodi, & eorum rerum in præfati Abbatis manibus, seu alias coram notario publico, & fide digno testibus simul, vel successiue in dicta Curia, seu extra eam, sponte hactenus forsan facta resignationes, aut cessiones admittentes, omnes, & singulas Stephano, & Michaeli prædictis, vel quibuslibet personis cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, tam per nos, seu auctoritate literarum nostrarum, quam per dictum Abbatem, vel alios quoscunque de Prioratibus, seu Ecclesijs supradictis, aut eorum alicuius etiam hactenus forsan facta collationes, prouisiones, de plenitudine potestatis huiusmodi cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro nullis, & insectis haberi decernimus: ac quemlibet exinde ab ipsis Prioratibus, siue Ecclesijs, & eorum iuribus, si qua in illis habeant, ex nunc realiter amouemus, ipsis Abbati, Stephano, Michaeli, & alijs personis præfatis super huiusmodi Prioratibus, seu Ecclesijs perpetuum silentium imponendo; ita quod licet ex nunc congregationi canonicorum huiusmodi per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem monasterij, Prioratuum, seu Ecclesiarum, & aliorum concessorum prædictorum autoritate propria liberè apprehendere, & perpetuantinere, ac huiusmodi eorum fructus, reditus, & prouentus in monasterijs, ac congregationis, & Prioratuum prædictorum vsus, & vtilitatem conuertere, & exponere. Diœcesani loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minime requisita &c. Datum Florentiæ anno Dom. Incar. 1439. tertio idus Februarij, Pontificatus nostri anno 9.

CVi Abbatiæ sic reformatæ idē Pontifex anno 1442. D. Antonino referente monasterio S. Mariæ ad Nives, electis monialibus, quod minus honestè viuerent, vniuit, quod nunc etiam possidet. Postea magnus Cosmus totū comodū

cum

cum Ecclesia, quæ nunc sunt, à fundamentis extruxit, & perfecit, in quo opere plus sexaginta millia nummum aureorum expendit, excepta bibliotheca omnis generis librorum refertissima, quæ octo millibus aureorum illi stetit: ex qua libet D. Augustini de Gestis contra Pelagium acceperi, qui typis editi nuper prodierunt. Templi frontem, & subsellia, quæ Chorum dicimus, perficere post Cosmi obitum Laurētio Medicco, vt Matthæus Bossius epist. 85. ad Laurentium refert.

In Ecclesia D. Bartholomæi Fesulana Ioannes Medicæus Laurentij filius, qui postea fuit summus Pontifex Leo X. nuncupatus, insignia Cardinalatus à Matthæo Bosso loci Præsule recepit, eodem Matthæo teste in epistola nuncupatoria librorum ad eundem Ioannem Medicem, necnon in alia epistola 110. ad Archangelum Vicentinum. Conduntur autem in dicta Ecclesia insignes Reliquiæ Sanctorum, videlicet in Ara maxima, quam opere infecto ex varijs pretiosis lapidibus recens faciundam curauit R. P. D. Marcus Antonius Manettus à Massa Cortese loci Abbas, corpora Sanctorū Donati Scotigeni Episcopi Fesulanorum, Iulij Martyris, & aliorum quinque Martyrum, quorum nomina exciderunt. In Sacello S. Romuli primi Episcopi Fesulani, & Martyris à Petro Apostolo designati, quod solum superest ex vetusta Ecclesia, conditū est corpus eiusdem B. Romuli, est vetus illius Ecclesiæ traditio, quam testantur versus antiquissimi supra Sacelli ianuam excisi. Seruatur in eodem Sacello Salustoris nostri Crucifixi imago vetustissima in maxima veneratione semper habita, nec non etiam puteus sanguine sanctorum Martyrum plenus, quem cum S. Romulo, & post illius martyrium in confessione veræ fidei fudere. Legitur autem in antiquis illius Ecclesiæ monumentis, tempore magni Cosmi sublatum lapidem os putei claudentem per R. P. D. Timotheum Veronensem, qui postea fuit Archiepiscopus Ragusinus, & ab ipso magno Cosmo chirotheca per filum in puteum demissam: ac recenti sanguine madefactam retractam: cœlumq; nouum momento nubibus tectum, cœptaq; mirare figura, & audiri tonitrua horribilia, statimque chirotheca in puteum proiectam, & os putei clausum, & obsignatum, nec vltra referatum usque ad tempora Leonis X. qui cum per agrum Florentinum transiens, nec ciuitatem ingredi vellet, ad Abbatiam Fesulanam diuertisset, puteum aperiri iussit, ac in eum annulo demisso, illum similiter tinctum recenti sanguine retraxit; quod cernens, annulum in puteum proiecit, & os putei obstrui præcepit, nec amplius vsque in hodiernum diem fuit referatum.

Abbatia Fesulana tres habet Prioratus sibi subiectos, & annexos videlicet S. Saluatoris Vallisagnæ in Diœcesi Florētina, S. Saluatoris pro-

cum Ecclesia, quæ nunc sunt, à fundamentis exciuauit, & perfecit, in quo opere plus sexaginta millia nummum aureorum expendit, excepta Bibliotheca omnis generis librorum refertissima, quæ octo millibus aureorum illi stetit: ex qua libri D. Augustini de Gestis contra Pelagium accepti, qui typis editi nuper prodierunt. Templi frontem, & subsellia, quæ Chorum dicimus, perficiente post Cosmi obitum Laurētio Mediceo, et Matthæus Bossus epist. 85. ad Laurentium testatur.

In Ecclesia D. Bartholomei Fesulana Ioannes Medicæus Laurentij filius, qui postea fuit summus Pontifex Leo X. nuncupatus, insignia Cardinalatus à Matthæo Bosso loci Præsule recepit, eodem Matthæo teste in epistola nuncupatoria librorum ad eundem Ioannem Medicem, necnon in alia epistola 110. ad Archangelum Vicentinum. Conduntur autem in dicta Ecclesia insignes Reliquiæ Sanctorum, videlicet in Ara maxima, quam opere infecto ex varijs pretiosis lapidibus recens faciendam curauit R. P. D. Marcus Antonius Manettus à Massa Cortatiæ loci Abbas, corpora Sanctorū Donati Scoti Episcopi Fesularum, Iulij Martyris, & aliorum quinque Martyrum, quorum nomina exciderunt. In Sacello S. Romuli primi Episcopi Fesulani, & Martyris à Petro Apostolo designati, quod solum superest ex vetusta Ecclesia, conditū esse corpus eiusdem B. Romuli, est vetus illius Ecclesiæ traditio, quam testantur versus antiquissimi supra Sacelli ianuam excisi. Seruatur in eodem Sacello Saluatoris nostri Crucifixi imago vetustissima in maxima veneratione semper habita, nec non etiam puteus sanguine sanctorum Martyrum plenus, quem cum S. Romulo, & post illius martyrium in confessione veræ fidei fuderunt. Legitur autem in antiquis illius Ecclesiæ monimentis, tempore magni Cosmi sublatum lapidem os putei claudentem per R. P. D. Timotheum Veronensem, qui postea fuit Archiepiscopus Ragusinus, & ab ipso magno Cosmo chirothecam per filum in puteum demissam: ac recenti sanguine madefactam retractam: cœlumq; totum momento nubibus tectum, cœptaq; micare fulgura, & audiri tonitrua horribilia, statimque chirothecam in puteum proiectam, & os putei clausum, & obsignatum, nec vltra referatum vsque ad tempora Leonis X. qui cum per agrum Florentinum transiens, nec ciuitatem ingredi volens, ad Abbatiam Fesulanam diuertisset, puteum aperiri iussit, ac in eum annulo demisso, illum similiter tinctum recenti sanguine retraxit: quod cernens, annulum in puteum proiecit, & os putei obstrui præcepit, nec amplius vsque in hodiernum diem fuit referatum.

Abbatia Fesulana tres habet Prioratus sibi subiectos, & annexos videlicet S. Saluatoris Vallis Agnæ in Diœcesi Florētina, S. Saluatoris prope muros Pratenses in Episcopatu Pistoriensi, & S. Petri de Sopōrio, cum subiecta sibi Ecclesia S. Luciæ in Plebanatu sanctorum Hyppoliti, & Cassiani de Laterina Diœcesis Aretinæ, quem Prioratum instantibus ciuibus Aretinis nostræ congregationi donauit Iulius II. anno 1505. ad effectum erigendi in ea ciuitate collegium canonicorum nostri Ordinis, quod quia non fuit erectum, dictus Prioratus monasterio Fesulano per nostros fuit vnitus. Habet autem annexam curam animarum. Ex monasterio Fesulano prodierunt D. Franciscus de Saluiatis, qui fuit vir inculpatissimus, & disciplinæ canonicæ strenuissimus æmulator, & Abbas dicti monasterij. D. Augustinus de Strozzis, qui fuit vir magni consilij, & nobilitatem generis virtute superauit, Abbatiam Fesulanam dignissimè rexit, p ostea Hipponensis Episcopus designatus, vt ex monumentis illustrissimæ familiæ Strozziæ manuscriptis accepi: licēt de Episcopatu apud nostros Lateranenses nulla mentio, quod viderim, habeatur.

III. 18. Maii.

EOdem anno 1439. datum est nobis Abbatiale cœnobium S. Petri de Pado Cremonæ, inter omnia dictæ ciuitatis monasteria, tum antiquitate, tum Reliquijs Sanctorum & Priuilegijs Pontificum, & aliorum Principum præcipuum. nam de illius antiquitate supra quingentos, & forsan sexcentos annos constat priuilegio Alexandri II. Abbati monasterij sanctorum Petri, & Pauli concesso, anno sui Pontificatus 10. in quo narrantur illius fundatores, videlicet Ardingus filius Abbilonis, ciuis Cremonensis, & Edina illius vxor, qui statuerunt, vt monasterium cum omnibus ad illud pertinentibus sub B. Petri, & Ecclesiæ Romanæ tutela, & defensione consisteret in perpetuum, vt infra dicetur. Istud monasterium, in quo disciplina monastica per aliquot secula magna cum laude floruerat, tandem ob ministros euentus, & propter bella diuturna, quæ multas Insubrorum ciuitates attriuerunt, ad eam calamitatem venerat, vt vnus in eo monachus, & Abbas nomine Christophorus resideret, qui videns, se non posse, ob redditum tenuitatem, prædia creditoribus hypothecata redimere, & cœnobij fabricas labentes reparare, ac illius reformationi intendere, accersitis D. Thoma Cremonensi, qui fuerat Rector Generalis nostræ congregationis, & D. Lamphranco Cremonensi, qui erat apud nostros vir magni nominis, & autoritatis, mentis suæ arcanum illis patefecit, optare se, monasterium cum subiectis Prioratibus, & omnibus illius bonis nostræ congregationi concedere, si annuam pensionem florenorum quinquaginta, illius vita durante, persoluerent, & debita, quibus monasterium creditoribus fuerat oppignoratum. Qui illius voluntate perspecta, negotioque in Generalibus Comitijs tractato, & habito consensu ab eodem

Generali Capitulo, eius vice, ac nomine in dictã vnionem sub prædictis conditionibus consenserunt, obtentæque literæ Apostolicæ ab Eugenio IV. quibus ipsam vnionem admisit, probauit, & ita confirmauit:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam: Sedis apostolicæ prouidentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ Ecclesiæ, & monasteria omnia præsertim ad Romanam Ecclesiam nullo medio spectantia, desolationis opprobrio subijcientia debitæ reformationis beneficio gaudeant, ac sublatis ab eis siniſtris quibuslibet, grata illis Deo plantaria subrogentur, nec non eorum Prælatis, ne ob facultatum carentiam incommoda patiantur, de subuentionis auxilio prouidet opportuno. Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuersitatis canonicorum de congregatione B. Mariæ de Frisonaria, ac Christophori Abbatis monasterij sancti Petri de Pado Cremonæ eidem Ecclesiæ immediate subiecti S. Augustini, & sancti Benedicti Ordinum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd monasterium prædictum causantibus guerris, & alijs siniſtru euentibus, à pluribus annis citra non solum monachis, ac in suis structuru, & ædificijs desolatum, & diuino cultu diminutum fore dignoscitur: sed etiam illius possessiones, & bona mobilia, pro eorum maiori parte, alijs pignori data reperiuntur: quodque dictus Abbas proinde considerans, quod ex ipsius monasterij facultatibus, propter eorum exiguitatem, possessiones, & bona alienata recuperare, & sicut congrueret, & deceret, circa reparationem, ac reformationem huiusmodi intendere non posset: ac sperans, quod propter vitam laudabilem, & opera fructuosa canonicorum congregationis huiusmodi, qui à multis annis citra sub regulari obseruantia degentes variis, & diuersis multiplicarent virtutum meritis, necnon mediantibus suffragijs Christi fidelium, ab ipsos canonicos singularem deuotionem gerentium, recuperatio possessionum, & bonorum, reparatioque ædificiorum, nec non reformatio monasterij huiusmodi commodè fieri, ipsumque monasterium plura in spiritualibus, & temporalibus incrementa suscipere debeat. & ex præmisſu, & alijs pluribus rationabilibus causis, ad id animum actu suum mouentibus, præfatum monasterium, cui præesse dignoscitur, vniuersitati canonicorum huiusmodi, cum reseruatione, & pactis alijs, & conditionibus inferius annotatis, per sedem Apostolicam perpetuò concedi, & appropriare desiderat. Nos igitur desiderium Abbatis huiusmodi plurimum in Domino commendantes, & alias de deformatione monasterij, ac vita laudabili, & operibus canonicorum huiusmodi certam notitiam habentes: nec non prædicti monasterij statui, prout ex debito Pontificatus tenemur officij, cui disponente Domino præsidemus, prouidere volentes, ipsorum Abbatis, & vniuersitatis canonicorum in hac parte supplicationibus inclinati, monasterium prædictũ, cui cura imminet animarum, cuiusq; modernis temporibus octuaginta cum Ecclesijs, membris, possessionibus, bonis, ac alijs iuribus, & pertinentijs suis omnibus vniuersitati, & congregationi canonicorum huiusmodi præsentium, & futurorum per eos alias iuxta eorum ritus, mores, conjunctiones & statuta, ac eis concessa priuilegia tenendum, regendum, ac etiam gubernandum, ipsius Abbatis ad hoc expresso accedente consensu, perpetuo concedimus, donamus, applicamus, & appropriamus, nec non Parochiali Ecclesiam sancti Saluatoris Cremonæ, infra cuius Parochiæ metas, vt ipsi canonici asserunt, quindecim domus habitatæ non existunt, & cuius quatuor, nec non Parochialis Ecclesiæ sancti Pauli etiam Cremonæ, quæ membrum dicti monasterij existit, ollo florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus, secundùm communem æstimationem valorem annuum non excedunt, monasterio prædicto perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat ex nunc congregationi canonicorum huiusmodi per se vel alium, seu alios corporalem possessionem monasterij, Ecclesiarum, bonorum, membrorum, iuriumque & pertinentiarum prædictarum autoritate propria libere apprehendere, ipsumque monasterium etiam dicto Abbate in humanis agente, iuxta ritus, mores, consuetudines, statuta, & priuilegia prædicta, & per annualem Priorem regere, & gubernare, ac bona administrare, fructusque reditus, & prouentus huiusmodi in eorum, & dicti monasterij vsus, & vtilitatem conuertere, & exponere. Diuersi loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minimè requisita. Et nihilominus super fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi monasterij pensionem annuam quinquaginta florenorum simulum prædicto Abbati, quoad vixerit, aut donec Abbas eiusdem monasterij fuerit, vel Procuratori suo legitimo per congregationem canonicorum eorundem, quorum adid, & alia infrascripta etiam expressu accedit assensus, persoluendum, ac quandam possessionem decem, vel duodecim in loco Lecha di Stephani nuncupato Cremonensis Diœcesis, nec non medietatem vnius petiæ terræ trium iugerum mensura illarem, partium, in clausura Cremonensibus consistentes, ad dictum monasterium iure spectantes, per præfatum Abbatem ad huiusmodi vitam suam liberè tenenda, regenda, gubernanda, possidenda, & vsufructuanda eidem Abbati, ita quòd is post eius obitum, seu quando præfatus Abbas ipsum monasterij esse desierit, ad monasterium, & congregationem huiusmodi liberè reuertantur, autoritate prædicta reseruamus, constituimus, ac etiam assignamus &c. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1439. Octauo calendas Iulij, Pontificatus nostri anno nono.

IV. REbus verò in hunc modum compositis, ante omnia cœperunt canonici bona monasterij oppignorata communibus totius congregationis contributionibus redimere, & prædia quæ ferè omnia inculta manebant, ad culturam redigere, præsertim quæ ad Ecclesiam Parochialem S. Martini, nunc S. Mariæ Nouæ, loci Aquelongæ nuncupati, spectant. ex quibus tempore vnionis tredecim tantum Ducati per singulos annos percipiebantur, sed monasterio reddita breui tempore diligentia, & labore fratris Andreæ de Burgo sancti Donini Conuersi taliter melio-

rata, vt pro tredecim ducatis trecento singulos annos caperent. hic namque fidelis us, & prudens ad loci regimen designatus, mora excidit, agros ad culturam redegit, dor struit, colonos conduxit, quem alij po habitatis locum auxerunt adeo, vt nunc pro decim ducatis quatuor millia ex illius re bus annuatim capiamus, additis pulc dinibus in formam monasterij redactis, propter frequentes armatorum, & prædon excursiones, mœnibus fossis, & Euripis m nitis.

Monasterium quoque vetustum dirutum, nouum, quod nunc extat, à nostris totum ext ctum, & conueniens canonicorum numerus co constitutus, qui die, nocteque diuinis laud insistentes, & optimæ conuersationis odorem fundentes, ciuium oculos, & animos in se co uerunt: vnde plures primæ nobilitatis ado scentes in eo canonicorum nostræ congregati ne habitum sumere voluerunt, qui sanctitate, traditione congregationem nostram plurimu decorauerunt. Sed & priori Ecclesia diruta, n uam miræ pulchritudinis auro, & picturis exqu sitissimis ornatam erexerunt, qua terræ motu c lapsa, quæ nunc cernitur, longe pulchriorem, augustiorem restituerunt, in qua nihil non aur & Ecclesiis Sanctorum imaginibus tectum, & c natum inueniturs vt inter primas illius Prouinc ædes meritò ab omnibus habeatur. In q loquentes Sanctorum Reliquiæ cum summa v neratione seruantur, videlicet corpus B. M riæ Ægyptiacæ, cum capite B. Zosimi Abbati qui sacratissimo Dominici corporis Viatico i sum munitus, priusquam de corporis ergastul migraret. Capita S. Fœlicitatis martyris septem illius filiorum, & martyrum, quorum die 10. Iulij festum agitur, cum alijs multi in Sacello D. Mariæ Ægyptiacæ nuncupato re positæ.

V. ET quia mundi Saluator apud Marcum 10 dixerat: *Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, aut patrem, aut matrem, & filios, & agros &c.* hinc effectum, vt Patribus nostris in eodem monasterio contemptis seculi vanitatibus, voluptatibus, & diuitijs, in sancta simplicitate, & paupertate spiritus Deo famulantibus, monasterium à multis viris deuotis, & pijs, & in primis à Romanis Pontificibus attributione multorum bonorum temporalium non parum fuerit locupletatum. Nam Eugenius IV. anno 1442. calend. Augusti Præpositurum olim conuentualem Ordinis canonicorum regularium suburbanum S. Mariæ Vallis Viridis nuncupatam dicto monasterio cum omnibus illius bonis, & iuribus vnijt. Anno verò 1547. Paulus III. eidem mo-

meliorata, vt pro tredecim ducatis trecentos in singulos annos caperent. hic namque fidelis seruus, & prudens ad loci regimen designatus, nemora excidit, agros ad culturam redegit, domos extruxit, colonos conduxit. quem alij postea imitati locum auxerunt adeo, vt nunc pro tredecim ducatis quatuor millia ex illius redditibus annuatim capiamus, additis pulchris domibus in formam monasterij redactis, & propter frequentes armatorum, & prædonum excursiones, mœnibus fossis, & Eurippis munitis.

Monasterium quoque vetustum dirutum, & nouum, quod nunc extat, à nostris totum extructum, & conueniens canonicorum numerus in eo constitutus, qui die, nocteque diuinis laudib. insistentes, & optimæ conuersationis odorem effundentes, ciuium oculos, & animos in se conuerterunt: vnde plures primæ nobilitatis adolescentes in eo canonicorum nostræ congregationis habitum sumere voluerunt, qui sanctitate, & eruditione congregationem nostram plurimum decorauerunt. sed & priori Ecclesia diruta, nouam miræ pulchritudinis auro, & picturis exquisitissimis ornatam erexerunt, qua terræ motu dilapsa, quæ nunc cernitur, longe pulchriorem, & augustiorem restituerunt, in qua nihil non auro, & selectis Sanctorum imaginibus tectum, & ornatum inuenitur: vt intet primas illius Prouinciæ sacras ædes meritò ab omnibus habeatur. In qua sequentes Sanctorum Reliquiæ cum summa veneratione seruantur, videlicet corpus B. Mariæ Ægyptiacæ, cum capite B. Zosimi Abbatis, qui sacratissimo Dominici corporis Viatico illam muniuit, priusquam de corporis ergastulo commigraret. Capita S. Fœlicitatis martyris, & septem illius filiorum, & martyrum, quorum die 10. Iulij festum agitur, cum alijs multis in Sacello D. Mariæ Ægyptiacæ nuncupato repositæ.

V. ET quia mundi Saluator apud Marcum 10. dixerat: *Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, aut patrem, aut matrem, & filios, & agros &c.* hinc effectum, vt Patribus nostris in eodem monasterio contemptis seculi vanitatibus, voluptatibus, & diuitijs, in sancta simplicitate, & paupertate spiritus Deo famulantibus, monasterium à multis viris deuotis, & pijs, & in primis à Romanis Pōtificibus attributione multorum bonorum temporalium non parum fuerit locupletatum. Nam Eugenius IV. anno 1442. calend. Augusti Præpositurum olim conuentualem Ordinis canonicorum regularium suburbanam, S Mariæ Vallis Viridis nuncupatam dicto monasterio cum omnibus illius bonis, & iuribus vnitit. Anno verò 1547. Paulus III. eidem monasterio incorporauit Ecclesiam Parochialem, & Archipresbyteralem S. Iacobi Diœcesis Cremonensis, in qua sunt quatuor canonicatus, cum omnibus illius bonis, & iuribus, & in specie cum facultate Abbati S. Petri concessa conferendi omnes, & singulos canonicatus prædictos, cum onere soluendi monasterio Romano S. Mariæ Pacis ducatos centum quinquaginta auri de Camera per singulos annos in perpetuum, prout constat literis Apostolicis apud S. Petrum eodem anno 4. nonas Iulij confectis. Rursus anno 1562. Pius IV. Ecclesiam Parochialem Causerij Diœcesis Cremonensis, cum omnibus, & singulis eius bonis, & iuribus applicauit. Editæ sunt literæ Apostolicæ apud S. Petrum 4. Calend. Februarij. Item aliam Ecclesiam Parochialem S. Ioannis Baptistæ loci Vichizoli dictæ Diœcesis perp. tuò tradidit, & vniuit anno 1566. die 27. Iulij. Quapropter monasterium S. Petri sex Ecclesias Parochiales habet sibi vnitas, quæ per canonicos nostræ congregationis reguntur, vel per clericos seculares ad nutum Abbatis amouibiles. Prima est ipsa Ecclesia S. Petri, quæ est etiam Parochialis, & habet annexam Ecclesiam suburbanam S. Agnetis, in qua cogente necessitate personis, quæ sunt de Parochia S. Petri extra ciuitatem constitutis Sacramenta ministrari solent. Secunda est Ecclesia S. Pauli intra ciuitatem, quæ est antiquus dicti monasterij Prioratus. manet in ea Prior cum canonico, qui curam animarum exercet, cum altero socio. Tertia S. Mariæ Nouæ alias S. Martini loci Aquelongæ in Episcopatu Bergomensi, in qua similiter degit Vicarius cum Canonico curam animarum exercente, cum altero socio. Quarta S. Ioannis Baptistæ loci Vichizoli, vbi manet Vicarius cum altero canonico exercente curam animarum, & altero socio. Quinta S. Iacobi de Plebe, vbi manet Archipresbyter ex nostris canonicis, & socius eiusdem Ordinis. Sexta S. Michaëlis loci Causerij, vbi manet vnus canonicus.

VI. HVic monasterio multa priuilegia fuerunt indulta per Romanos Pontifices. Primum est Alexandri II. datum anno 10. sui Pontificatus incipit: *Quamuis ex consideratione.* meminit fundationis, & fundatorum dicti monasterij, quos dicit, monasterium cum omnibus illius bonis B. Petro, & Romanæ Ecclesiæ sub annuo canone duodecim denariorum Mediolanensium obtulisse. quod propterea sub immediata sedis Apostolicæ protectione recipit, & ab omni iure Episcopali, & aliorum quorumcunque liberat. prohibens quibuscunque monasterium, & illius personas, & bona inuadere, aut alio quouis modo perturbare, ac molestare.

Secundum Gregorij VII. cuius sit mentio in priuilegijs aliorum Pontificum: sed illius authenticum desideratur.

Tertium Paschalis II. datum anno 3. sui Pontificatus incipit: *Apostolicæ Sedis.* concordat cum priuilegio Cœlestini II. infra adducendo.

Quartum Calisti II. datum ann. 5. sui Pontificatus incipit: *Sicut iniusta postentibus nullus est &c.* concordat cum priuilegio Cœlestini II.

Quintum Innocentij II. datum anno 1139. incipit: *Suscepti regiminis.* concordat cum eodem priuilegio Cœlestini II.

Sextum Cœlestini II. quod hic sequitur videlicet:

Cœlestinus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Alberto Abbati monasterij S. Petri apud Cremonam, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Suscepti regiminis cura nos admonet pro Ecclesiarum statu paterna solicitudine cogitare, eosque contra prauorum hominū nequitias optatæ defensionis suffragio confouere, vt quemadmodum Patres in Dei populo dicimur, ita per Dei gratiam rerum effectibus comprobemur. Quocirca dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus Apostolica benignitate accommodatum assensum, & B. Petri monasterium, in quo diuina mancipati estis obsequio, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar prædecessorum nostrorum sanctæ record. Gregorij VII. Paschalis, Calixti, & Innocentij Romanorum Pontificum Apostolicæ sedis priuilegio communimus. statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut ei legitimis fidelium donationibus pertinent, quæcunq; etiam in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis annotanda. Cellam videlicet S. Pauli, capellam S. Mariæ, S. Michaelis, & S. Bassiani, decimas de Aqualonga, & de Castro veteri. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam elegerint. electus autem tantùm à Romano Pontifice consecretur. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes monachorum, vel clericorum eidem monasterio pertinentium à Diœcesano accipietis Episcopo. si quidem gratiam, atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, eaque gratis, & sine prauitate vobis voluerit exhibere: Alioquin catholicum, quem malueritis, liceat vobis adire Antistitem, & abeo confessionem sacram suscipere. De cætero nullus amplius Episcopus in eodem monasterio habeat potestatem nec excommunicandi, & interdicendi, aut Synodum vocādi, sicut à præfatis prædecessoribus nostris noscitur institutum. Sepulturam sanè eiusdem loci liberam omnino esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati quicunque se illic sepelirī deliberauerint, nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat. salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ. Ad indicium autem licitè à sede Apostolica perceptæ libertatis, duodecim denarios Mediolanensis monetæ nobis, nostrisq; successoribus annuis singulis persoluetis. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat iam dictum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. salua in omnibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginā sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honoris, sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat: atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Anno Dominicæ incarnationis 1143. Cœlestini Papæ II. anno 1.

Septimum Alexandri III. datum Prænestæ 17. calend. Augusti. deest annus, incipit: *Si quando.* cōfirmat præcedentia. Statuit, ministros locorum monasterij Abbati debitam obedientiam præstare, & subiectos esse oportere.

Octauum Lucij III. datum anno 4. sui Pontificatus, per quod inhærens vestigijs Adriani IV. & Cœlestini II. suorum prædecessorum, declarat capellam sancti Pauli in proprio solo monasterij esse fundatam, cum cimiterio, platea, domibus, & omnibus officinis, & circumstantijs. Et propterea decernit, Abbates in dicta capella habere liberam institutionem, & destitutionem, in monachis presbyteris, & clericis & conuersis, & personis alijs quibuscunque absque vicinorum, vel aliorum impedimento, seu contradictione, idque sub pœna excommunicationis præscribit forma monachos in dicta Ecclesia instituendi. Iubet, vt Episcopus officio suo cogat Parochianos, ne monachis per Abbatem sic constitutis aliquam inferant iniuriam, siue violentiam, prohibet ne de cætero Episcopus, & illius successores audeant impedire Abbatem, ne dictam Ecclesiam S. Pauli per suos clericos, vel monachos regat. statuit, vt in Parochia S. Pauli nullus Ecclesiam cōstruere possit, sine licentia Abbatis. saluo iure Romanæ Ecclesiæ.

Alia multa priuilegia dicto monasterio fecerunt Ludouicus Rex Francorum XII. & Duces Mediolani, quæ prætermittuntur, ne libri nimis oneremus.

VII. HAbuit autem prædictum monasterium post reformationem per nostros Frigidonarios factam viros aliquot sanctitate, dignitate, ac etiā eruditione conspicuos, inter quos fuerunt B. Fulgentius, quem Catalogus Episcoporum Cremo-

Cremonensium inter Beatos sic refert: *Beat Fulgentius Cremonensis Ordinis canonicorum regul num clarum habetur.* Obijt circa annum 1470. I Ioannes Iacobus Cremonensis, quē Ioannes Ph Episc. noster in Chronica li. 6. c. 33. virū moribu religiosissimum, ingenio sublimi, ac propemo diuino præditum, & sapientiæ plenum a pellasit. cui cum omnibus muneribus in nosti congregatione non semel functus esset, Deus i omnibus adesse, & benedicere visus est. Obi anno 1524. quo tempore supremam præfecturat congregationis gerebat. D. Sixtus de Rhen Cremonensis, S. Concilij Tridentini Prædicator & Theologus, diuinarum Scripturarum erudi tione singularis. postea Episcopus Carinulæ. qu cum gregem sibi commissum aliquot annis opti meritissit, non sine magna sanctitatis fama e hoc fragili ergastulo ad cœlestem patriam com migrauit. Item D. Matthæus Brumanus serenis simi Ducis Mantuani apud Sedem Apostolican Orator, primum Nicomediensis, deinde Mel phitanus Episcopus. Obijt anno 1596. Item Do minus Archangelus de Rubeis Theologus eru ditissimus, prout illius Commentaria in quatuor libras Sententiarum nuper edita testantur, Paulo V. Episcopus Carinulæ designatus. Obij anno 1618.

CAPVT VIGESIMVM.

De aliis quatuor Monasterijs S. Bartholomæi prope Vicentiā, Bartholomæi Pistorij, S. Laurentij in Cæsarea prope Rauennam, & S. Mariæ de Calena per eosdem Canonicos Frigidonarios reformatis.

ANno 1440. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Nicolaus Bononiensis, Visitatores D. Clemēs Papiensis, D. Dominicus Florentinus, & D. Martinus Bergomensis. hic apud Papienses pro Beato colitur. Anno 1441. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis idem D. Nicolaus. Visitatores D. Dominicus Florentinus. D. Martinus Bergomensis, & D. Sanctus Bononiensis.

Anno 1442. Generale Capitulū ibidem. Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placentin. Visitatores ijdem, excepto primo, pro quo suffe-

Cremonensium inter Beatos sic refert : *Beatus Fulgentius Cremonensis Ordinis canonicorum regularium clarus habetur.* Obijt circa annum 1470. D. Ioannes Iacobus Cremonensis, quē Ioannes Philippes noster in Chronica li. 6. c. 33. virū moribus religiosissimum, ingenio sublimi, ac propemodum diuino præditum, & sapientiæ plenum appellauit. cui cum omnibus muneribus in nostra congregatione non semel functus esset, Deus in omnibus adesse, & benedicere visus est. Obijt anno 1514. quo tempore supremam præfecturam congregationis gerebat. D. Sixtus de Rhenis Cremonensis, S. Concilij Tridentini Prædicator, & Theologus, diuinarum Scripturarum eruditione singularis. postea Episcopus Carinulæ. qui cum gregem sibi commissum aliquot annis optimè rexisset, non sine magna sanctitatis fama ex hoc fragili ergastulo ad cœlestem patriam commigrauit. Item D. Matthæus Brumanus serenissimi Ducis Mantuani apud Sedem Apostolicam Orator, primum Nicomediensis, deinde Melphitanus Episcopus. Obijt anno 1596. Item Dominus Archangelus de Rubeis Theologus eruditissimus, prout illius Commentaria in quatuor libros Sententiarum nuper edita testantur, à Paulo V. Episcopus Carinulæ designatus. Obijt anno 1618.

CAPVT VIGESIMVM.

De alijs quatuor Monasterijs S. Bartholomæi prope Vicentiā, Bartholomæi Pistorij, S. Laurentij in Casarea prope Rauennam, & S. Mariæ de Calena per eosdem Canonicos Frigdionarios reformatis.

ANno 1440. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Nicolaus Bononiensis, Visitatores D. Clemēs Papiensis, D. Dominicus Florentinus, & D. Martinus Bergomensis. hic apud Papienses pro Beato colitur. Anno 1441. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis idem D. Nicolaus. Visitatores D. Dominicus Florentinus. D. Martinus Bergomensis, & D. Sanctus Bononiensis.

Anno 1442. Generale Capitulū ibidem. Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placentin. Visitatores ijdem, excepto primo, pro quo suffectus D. Benedictus de Placentia. hoc autem anno Eugenius IV. pace composita Senas venit, Romam reuersurus, vbi propositi sui memor de Lateranensi Basilica per nostros reformanda literas Apostolicas ad Rectorem Generalem iterū direxit, iubens triginta duos canonicos Romam mitti, qui starent in Palatio Lateranensi, donec ipse Romam reuertens Lateranensem Basilicam ex illis reformaret: quam ob causam in Capitulo Generali electus fuit Prior S. Ioannis Lateranensis idem R. P. D. Aurelius tunc Rector Generalis Congregationis, & cum quatuor socijs Romam missus: sed intra paucos dies omnes ægritudine prægranati discesserunt. Anno 1443. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placētinus. Visitatores D. Orosius Mediolanensis, D. Benedictus Placentinus, & D. Nicolaus Bononiensis.

19. Monast.

Hoc eodem anno monasterium S. Bartholomæi Vicentiæ suburbanum, cum altero S. Marię de Pane in saceo, Vicētinæ Diœcesis, per nostros fuit reformatum, concedente R. D. Ermolao Barbaro Patricio Veneto, dicti monasterij commendatario, rogantibus ciuibus, & probante Papa Eugenio per suas literas Apostolicas, in hanc formam datas, videlicet:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Ecclesiarum, & monasteriorum omnium statum salubriter, & prosperè dirigendū, prout ex debito tenemur, summi Pontificatus officij nobis ex alto commissi, paterna solicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, ac ex eis illa præsertim spiritualium, & temporalium detrimentis subiacentia, ac regulari obseruantia destituta, per nostræ prouidentiæ ministerium debitæ reformationis beneficio gaudeant, quarumque in ipsis Deo plantaria surrogentur, opem & operam, quantum cum Deo possumus, efficaces impendimus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Ermolai Episcopi Tarusini petitio continebat, quod licet ipse olim, etiam ante suam ad Ecclesiam Tarusinam per nos factam promotionem, dum monasterium S. Bartholomæi Vicentini in Suburbio per Priorem gubernari solitum, ordinis S. Marci de Mantua, in Commendam obtineret, prout obtinet summo desiderio affectaret, quod in monasterio ipso debita obseruantia regularis, qua illud diu caruisse, & hodie carere dignoscitur, laudabiliter vigeret, nec non in suis structuris, & ædificijs obillius gubernatorū, qui hactenus fuerunt incuriam, & negligentiam multipliciter defectuosis, reparari, & alias benè, & vtiliter reformari deberet. Et licet quoad horum perfectionem adimplendam diligentiam, & operam possibiles impenderet, tamen tam propter carentiam religiosorum dicti Ordinis S. Marci sub obseruantia prædicta viuere volentium, quam etiā ex eo, quod redditus dicti monasterij vltra supportationē debitam onerum eidem superexistentes, alijsq; Ecclesiæ fructus ei prouenientes pro tempore, ad suū, & ipsius familiæ statū decenter tenendū minimè suppetebant, prout neque hodie suppetunt, desiderium suum huiusmodi adim-

adimplere requiuit. Et sicut eadē petitio subiungebat, si præfatum monasterium, cui monasterium de Pane in sacco dicti Ordinis Vicentinæ Diœcesis vigore aliarum litterarum nostrarum olim vnitum fuit, licet vnio ipsa nonduum suum fuerit sortita effectum, dilectis filijs canonicis de congregatione S. Mariæ de Frisonaria Ordinis S. Augustini, qui à multis citra temporibus sub regulari ipsius Ordinis S. Augustini obseruantia, & aliàs laudabiliter degentes, plura monasteria, & regularia loca reformasse noscuntur, perpetuo concederetur, ex hoc præfatum monasterium S. Bartholomæi plurima etiā ad laudē Dei, & gloriā diuini nominis, religionisq; propagationē, ac populi deuotionis augmentum in spiritualibus, & temporalibus susciperet incrementa: necnon etiam dilecti filij communitas & ciues Vicentini multiplicia suarū animarū consolationes, & gaudia sentire valerent. Quare pro parte electi, & communitatis, & ciuiū, nec nō congregationis præfatorū nobis fuit humiliter supplicatū, vt statui eiusdē monasterij S. Bartholomæi in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur religionē, & cultum huiusmodi nostris potissimè temporibus vbi locorū vigere, & augeri summis desiderijs affectantes, ac de præmissis ex plurium fide dignorum etiam notabilium, relatu certam noticiam habentes, necnon sperantes, quod ex vita laudabili, & fructuosis operibus congregationis canonicorum huiusmodi dictum monasterium multipliciter reformari, plurimaq; exinde vtilitates, & bona prouenire debeant: Huiusmodi supplicationibus inclinati, monasterium S. Bartholomæi prædictum, cuius trecentorum, & sexaginta cum vnito prædicto, cuius octoginta florenorum auri de Camera fructus, & redditus, & prouentus, secundum communem æstimationem, valorem annuū, vt ipsi canonici asserunt, non excedunt, ac omnibus aliis iuribus & pertinētijs suis congregationi prædictæ, nec non illius præsentibus, & futuris canonicis per eos iuxta ipsorū vitus, mores, statuta, consuetudines, ipsiſq; concessa priuilegia tenendum, regendum, ac etiam gubernandū autoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo concedimus, donamus, incorporamus, appropriamus, ac etiam assignamus, dictum Ordinem S. Marci in eodem penitus supprimentes, ac etiam extinguentes. Ita quod quam primū commendam electo factam huiusmodi per promotionē prædictam, & munus consecrationis eidem electo impendendum, ac adeptionem, possessionem pacificī regiminis, & administrationis bonorum dicti Tarusinæ Ecclesiæ, seu maioris partu eorum per ipsū electū autoritate nostra facturum, aut alias per cessum, vel decessum, seu aliam dimissionē præfati electi cessare, & expirare contigerit, & non antea, liceat Rectori pro tēpore existenti huiusmodi congregationi per se, vel alium, seu alios corporalem S. Bartholomæi iurisdictionem, & pertinentias, nec non alias iuxta formam ipsarum aliarum literarū votis prædicti autoritate propria libere apprehendere, ac illorum fructus, redditus, & prouētus præfatos in suos cas nostrosq; præsentiū, & futurorum, nec non S. Bartholomæi, & de Pane in sacco monasteriorum præfatorum, vsus, & vtilitatem perpetuo conuertere, & exponere. Diœcesani locis, & coniunctumque alterius super hac licētia minimè requisita. Et nihilominus, Priori & canonicis de congregatione huiusmodi in prædicto monasterio sancti Bartholomæi pro tempore existentibus, vt omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, indultis, & gratijs per nos, & præfatā sedem aliis dictæ congregationis monasterijs, Prioratibus, locis, Prioribus, & personis generaliter hactenus concessis, vtuntur pariter & gaudere autoritate Apostolica præfata harum serie de specialis gratia indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs, & literis Apostolicis, necnon sancti Bartholomæi, & de Pane in sacco, ac alterius monasterij, siue loci, & Ordinis sancti Marci præfatorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostræ donationis, incorporationis, appropriationis, assignationis, suppressionis, extinctionis, & contētionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrū an. Incarn. Dom. 1443. Idibus Ianuarij.

QVibus literis expeditis, nostrisq; in corporalem possessionē dictorū monasteriorum missis, totū monasterium cū Ecclesia S. Bartholomæi fuit renouatum: adiuuante in prima vice nobili Domino Bēpetro de Nanelmis Patricio Vicentino, & serenissimi Dominij Venetorum Collaterali, qui totam Ecclesiam suis sumptibus à fundamentis excitauit, & alia multa bona monasterio præstitit, cui Deus vicem rependere dignetur. cui monasterio Sixtus Quartus anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo nono Prioratum sanctæ Mariæ Æthyopissæ nuncupatum, tertio cernentes millario à Ciuitate distante adiunxit, cōfectis literis vnionis eodem anno subdie 5. Aprilis.

Fuit autem hoc monasterij post dictā reformationē multorum bonorū hominum plurimū, ex quibus recensendi, Primus beatus Blasius Vicentinus, qui nostram Ciuitatem, & monasterium Nouariæ suis Reliquijs decorauit, quem nota Ciuitas pro Beato colit & inter Beatos censit. Carolus à Basilica Petri Nouariensis Ecclesiæ Præsul in sua Nouaria, siue in descriptione Diœcesis Nouariensis. Obijt anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo nono. Secundus Venerabilis Pater Dominus Adeodatus Vicentinus Prædicator eloquentissimus, ad cuius conciones audiendas integræ Ciuitates cateruatim confluebant, qui licet sexto consectus, & morbo podagræ, & chiragræ membris omnibus captus, prædicationem vsque ad decrepitam nunquam intermisit, & sua prædicatione multos à seculi naufragio ad portum Religionis traxit. Hic Iesu Christi Saluatoris incunabula, & loca suæ sacratissimæ passionis inuisse cum Ve-

nerabili

nerabili Patre D. Cambio Bollo Mediolanensi, de quo supra dictum fuit. Tertius Dominus Eleutherius ex nobili familia de Leonicenis vir religiosissimus, & inter Poëtas suorum temporum clarus, vt libri de Passione Domini, de Assumptione B. Virginis, & alij versibus heroicis adhuc exarati testantur, quorum infra Catalogum reddemus. Quartus Dominus Desiderius ex nobili familia de Luscis, siue Luschis, qui scripsit librū de vita Beatæ Monicæ, & alia quædam, de quo Matthæus Bossus epistola quinquagesima quinta ad eundem ita scribit: *Ad carmen potissimum natus te genius in eo quidem poëmatum genere multum & commoditatis, & facilitatis contulit tibi, quando te peperit mater, effusse puerperio mensis decimo, laboque terribile. eo & ingenio fratres tui omnes, ipsetiam paucis cum literis genitor poëtat, vt pote.* Quintus Zacharias ex nobili famila de Lilijs Leonis Decimi Pontificis, propter egregias animi dotes, & morum suauitatem familiaris, qui illum Schafterum Episcopū creauit, quem Matheus Bossus ætate iam proiectum è seculo ad meliorem congregationē retraxerat, ipsomet tradente in epistola 112. ad prædictum Zachariam. Hic Dictionarium Geographum, & Cosmographum edidit, quod laudat Petrus Calcedonius in quadam epistola ad Marcum Antonium Sabellicum, vt infra dicemus. Sextus Dominus Cæsar de Calderarijs in Philosophicis, & Theologicis, nec non in sacris literis optimè versatus, qui edidit explanationes perpulchras in psalmum quinquagesimum, & in canticum Beatæ Virginis. Septimus Dominus Gabriel Inchinus, qui scripsit plura volumina sacrarum Conciouum, & vt alios multos omittam, quos commemorat Ioannes Philippus noster in Chronica libro sexto c. vigesimo secundo & vigesimo nono nostris diebus effulsit in hoc monasterio Venerabilis Pater Dominus Albertus de Altissimis, de quo Reuerendus Pater Frater Camillus Sanctangelo à Colurno in Ecclesia Vicentina Generalis Inquisitor, in approbatione libri de illius vita per Dominum Paulum Æmilium Saracenum reddita congregationis canonicum editi, sic testatur: *Frater Camillus de Sancto Angelo à Colurno Ordinis fratrum sancti Patris Dominici, sacræ Theologiæ Magister, & ab Apostolica sede Inquisitor Generalis in Inclytam Vicentinam specialiter delegatus, visa attestatione R. P. Fr. Spiriti de Mantua Ordinis eiusdem, ac viri sacræ Theologiæ Magistri, præsente opus editum per Admodum Reuerendum Patrem Dominum Paulum Æmilium Saracenum nobilem Vicentinum Prioratum sancti Victoris extra Bononiam, concedo imprimendum, in quo vita, mores, & alia continentur celebrimi viri D. Alberti de Altissimis ciuis Vicentini, almi Ordinis canonicorum Lateranensium regularium, cuius vitæ sanctimoniam, simplicitatem, rectitudinem, continentiam, mundi, & vanitatum eius contemptum, propriæ carnis neglectum, & totalē abdicationē abomni*

nerabili Patre D. Cambio Bolto Mediolanensi, de quo supra dictum fuit. Tertius Dominus Eleutherius ex nobili familia de Leonicenis vir eo ligiosissimus, & inter Poëtas suorum temporum clarus, vt libri de Passione Domini, de Assumptione B. Virginis, & alij versibus heroicis abillo exarati testantur, quorum infra Catalogum reddemus. Quartus Dominus Desiderius ex nobili familia de Luscis, siue Luschis, qui scripsit librũ de vita Beatæ Monicæ, & alia quædam, de quo Matthæus Bossus epistola quinquagesima quinta ad eundem ita scribit: *Ad carmen potissimum natura te genuit, in eo quidem poëmatum genere multum, & commoditatis, & facilitatis contulit tibi, quando te peperit mater, effluisse puerperio musas crediderim, labinaque terfisse eo & ingenio fratres tui omnes, ipse etiam pauxis cum literis genitor poëtat, vt potest.* Quintus Zacharias ex nobili famila de Lilijs Leonis Decimi Pontificis, propter egregias animi dotes, & morum suauitatem familiaris, qui illam Sebastiensem Episcopũ ercauit, quem Matheus Bossus ætate iam prouectum è seculo ad nostram congregationẽ retraxerat, ipsomet tradente in epistola 112. ad prædictum Zachariam. Hic Dictionarium Geographum, & Cosmographiam edidit, quod laudat Petrus Calcedonius in quadam epistola ad Marcum Antonium Sabellicum, vt infra dicemus. Sextus Dominus Cæsar de Calderarijs in Philosophicis, & Theologicis, nec non in sacris literis optimè versatus, qui edidit explanationes perpulchras in psalmum quinquagesimum, & in canticum Beatæ Virginis. Septimus Dominus Gabriel Inchinus, qui scripsit plura volumina sacrarum Concionum. & vt alios multos omittam, quos commemorat Ioannes Philippus noster in Chronica libro sexto c. vigesimo secundo & vigesimo nono. nostris diebus effulsit in hoc monasterio Venerabilis Pater Dominus Albertus de Altissimis, de quo Reuerendus Pater Frater Camillus Sanctangelus à Colurno in Ecclesia Vicentina Generalis Inquisitor, in approbatione libri de illius vita per Dominum Paulum Æmiliũ Saracenum nostræ congregationis canonicum editi, sic testatur: *Ego frater Camillus de Sanctis Angelis à Colurno Ordinis Prædicat. sanctæ Patris Dominici, sacræ Theologiæ Magister, & ab Apostolica sede Inquisitor Generalis in Ecclesiam Vicentinam specialiter delegatus, visa attestatione R. P. Fr. Spiritus de Mantua Ordinis eiusdem, ac etiam sacræ Theologiæ Magistri, præsens opus editum per admodum Reuerendum Patrem Dominum Paulum Æmilium Saracenum nobilem Vicentinum Priorem sancti Victoris extra Bononiam, concedo imprimendum, in quo vita, mores, & alia continentur celeberrimi viri D. Alberti de Altissimis ciuis Vicentini, almi Ordinis canonicorum Lateranensium regularium, eius vitæ sanctimoniam, simplicitatem, rectitudinem, continentiam, mundi, & vanitatum eius contemptum, propriæ carnis neglectum, & totalẽ abdicationẽ ab omni secult, non tantum voluptate, sed etiam solatio summa cum animi mei admiratione conspexeram, dum tanti viri, cæterorumq; venerabilium canonicorum, & consacerdotum eius amabili consuetudine donatus, aspectu eius pariter, & affatu singulariter oblectarer. Cæcus mihi quidem videbatur Christi seruus iste, & surdus, & mutus in omnibus, & ad omnia, præterquam in obsequium Creatoris sui, sine amore sine desiderio, sine timore, sine gaudio, sine ira nisi in ordine ad summum bonum. Nulla est vnquam videbatur inesse turbatio mentis, nullus mœror, afflictio nulla. tranquillitas insignis, eximia quies, placida semper facies. eius iucundus aspectus, sermo compositus, breuis locutio, modica verba, sed omni pietate referta. funeri eius cũ assisterẽ, vidi totius Vicentini populi fidelis, & ij copiam ingentẽ tam nobilium, quam popularium personarum, virorum pariter & fœminarum per integrum triduum concurrentium ad eximium corpus videndum, & amplectendum in loculo iacens, cui viuenti locus non fuerat extra monasterium, & qui seculi semper consortium deliuauerat in vita, a toto seculo quærebatur in morte. In quorum fidem &c. Datum Vicentiæ in ædibus S. Officij die nona Nouembris anno millesimo sexcentesimo vigesimo. frater Camillus Sanctus Angelus Inquisitor antedictus.* Hoc monasterium Abbatiali dignitate decorauit Pius V. anno Incarnationis Dominicæ 1566.

III. 20 Mens.

Dicto anno 1443. Eugenius IV. aliud monasterium Abbatiale S. Bartholomæi Ciuitatis Pistoriensis motu proprio nostris canonicis reformandum commisit, prout ex sequentibus ipsius literis apparet videlicet:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Romanus Pontifex, in quo potestatis plenitudo consistit, quique principalem Ecclesiarũ, ac monasteriorum omnium curam gerit, circa ea, quæ ipsorum directionem, & salubrem statum, ac diuinorum mihi augmentum concernunt, prout ex debito pastoralis officij diligenter intendit, & quod illa iubilatu ab eis similiter quemlibet debita reformationis beneficio gaudeant, gratasq; in eo Deo plantaria subrogentur, opem, & operam libenter impendit, vt etiam exinde Ecclesia, & monasterio ipsa salutis in temporalibus, & spiritualibus suscipiant incrementa. Dudum siquidem quondam Bartholomæo Abbate monasterij S. Bartholomæi Pistoriensis Ordinis S. Benedicti regiminis ipsius monasterij præsidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per Apostolicæ Sedis prouidentiam vtilem, & idoneam præsidere personam, prouisionis dicti monasterij ordinationi, & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reseruandã. Decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his aliquoquam quauis autoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque postmodum præfatum monasterium per obitum dicti Bartholomæi Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacauerit, & vacet ad præsens, & sicut accepimus, monasterium ipsum quamuis in Ecclesiæ ædificijs, ac facultatib. solemne, & notabile, ac in bono loco ciuitatis Pistoriensis sito existat, de memoria hominum regularis observantia destitutũ remanserit, prout

hodie

bodie etiam remanet, nec vltra quatuor monachos in eo continuò commorantes, quorum duo ætatis legitimæ non existunt, habere noscatur: ac dilectus filius Iohannes Farati alter duorum monachorum minorennium prædictorum sein Abbatem prædicti monasterij sic vacantis ab eisdem monachis, licet post, & contra reseruationem, & decretum prædicta, & de facto, nulla etiam super defectu ætatis huiusmodi ad id canonica dispensatione obtenta, electum fuisse prætendat. Nos statui dicti monasterij, de cuius prouisione nullus præter vos hac vice se intromittere potuit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis, vt illud per nostræ prouisionis ministerium prosperis gratuletur euentibus, ac spiritualium, & temporalium augmentum suscipiat, salubriter prouidere volentes, nec non electionem ipsam, & omnia inde secuta, vtpotè post, & contra reseruationem, & decretum huiusmodi de facto, vt præmittitur, attentata, irrita, prout erant, & inania reputantes; ac attendentes quod dilecti filij canonici de congregatione B. Mariæ de Frisonaria Ordinis S. Augustini à multis antea temporalibus in nunc, bonitate, & virtutibus multiplicati plura, & diuersa monasteria, & loca in partibus Italiæ consistentia, eis canonicè concessa, plurimum reformarunt, & in eis sub arcta, & regulari dicti Ordinis S. Augustini obseruantia viuere noscuntur, quod ex eorum multiplicatis virtutibus, & fructuosis operibus dictum monasterium summoperè reformari, ac exinde ciues pro tempore existentes dictæ ciuitatis multa suarum animarum consolationes, & gaudia, præsertim in Missis, & diuinis audiendis, ac confessionibus faciendis sentire debeant. motu proprio, non ad ipsorum canonicorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate monasterium S. Bartholomæi prædictum, cuius fructus, redditus, & prouentus quadringentorum, & quinquaginta florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem, valorem annuum, vt etiam accepimus, non excedant, siue pensionis, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque personæ, cum omnibus bonis, iuribus, & pertinentiis suis congregationi huiusmodi, ac vniuersis illius canonicis præsentibus, & futuris per eos per Priorem temporaneum ad id per ipsos pro tempore electum, ac alias iuxta ipsorum ritus, mores, statuta, consuetudines, & priuilegia eis concessa perpetuo, salua tamen infrascripta voluntate, tenendum, regendum, ac etiam gubernandum, autoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium, liberè concedimus, assignamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus: ita quod liceat ex nunc dilecto filio Rectori dictæ congregationis per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem monasterij, possessionum, bonorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum autoritate propria liberè apprehendere, ac sibi, necnon canonicis præsentibus, & futuris prædictis illam perpetuo retinere, fructusque, redditus, & prouentus prædictos in suos, & eiusdem monasterij vsus, ac vtilitatem conuertere, & exponere, Diœcesanis loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minimè requisita. Quodque etiam dictum monasterium, ac Prior, & canonici de Congregatione huiusmodi, qui in eo pro tempore permanserint, durante consistione prædicta, omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratijs per nos, & per præfatam sedem alijs dictæ Congregationis monasterijs, Prioratibus, & locis, eorumque pro tempore canonicis, & personis hactenus generaliter concessis, vti valeant pariter, & gaudere. Et nihilominus dilecto filio Abbati monasterij B. Mariæ Florentinen. dicti Ordinis S. Benedicti prædicti, & alijs, si qui forsan sint prædicti monasterij S. Bartholomæi, monachis, quorum omnium nomina, & cognomina, ac gradus, status, & conditiones præsentibus haberi volumus pro expressis, quod in monasterio S. Bartholomæi præfato sub habitu regulari canonicorum de Congregatione huiusmodi remanere, seu ad alia sancti Benedicti, aut alterum quem ordinum monasteria se transferre valeant, hoc tamen recedendi, nec non etiam pro pace, quiete, & concordia præfatorum canonicorum, & monachorum, singulis ex quatuor monachis prædictis de bonis, ac fructibus, redditibus monasterij huiusmodi singulas partes, ac annuas portiones, seu pensiones autoritate apostolica ipsis ad vitam ipsorum, seu ad certa tempora reseruandi, assignandi, & constituendi, ac omnes, & singulas expensas post obitum dicti Abbatis, tam pro funeralibus seu exequijs quam pro vestimentis familiarium, & dilectorum suorum, ac vel etiam in prosecutione, & defensione pretensi iuris dicti electi faciendi, & approbandi, aliaque omnia, & singula de quibus necessaria, & opportuna fuerint, & exequendi plenam, & liberam motu, & autoritate prædicta harum serie concedimus facultatem, & etiam pariformem, non obstantibus ordinationibus, & constitutionibus apostolicis, ac monasteriorum, & Ordinum S. Benedicti, & S. Augustini prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quacunque firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præterea cum nostra intentio vigeat, quod in prædicto monasterio obseruantia huiusmodi vigere debeat, volumus quod si, prædicti canonici obseruantiam in monasterio huiusmodi legitimo impedimento cessante, tenere desierint, & nisi legitimè moniti, & requisiti infra competentem eis desuper præfigendum terminum simili impedimento cessante, huiusmodi defectui supplerint, ac infra alium similem terminum similibus monitionibus, & requisitionibus precedentibus supplementum huiusmodi non fecerint, prædictum monasterium per monachos ordinis S. Benedicti huiusmodi, vt prius, regatur, & gubernetur, ac regi, & gubernari debeat. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, incorporationis, applicationis, appropriationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Senis anno Incarnationis Dominicæ 1443. decimo tertio calend. Septembr. Pont. nostri ann. 13.

Legi autem in quibusdam Chronicis hanc reformationem simile Pontifici R. P. D. Cyprianum Pistoriensem eiusdem Pontificis scriptore Apostolicum, Cancellariæ Præsidem, & Abbreuiatore de Parco maiori. Post quam reformationem semper in eo viguit regularis obseruantia, sicut etiam in præsentiarum viget: quod nouo dormitorio, & claustro cũ alijs officinis auctum fuit. Cui etiam Iulius Secundus anno 1504. Priorem S. Thomæ de sancto Matho nuncupatum Ordinis olim S. Guilelmi cum capella S. Francisci in dicto Prioratu erecta, cum omnibus illius bonis, & iuribus vniuit, datis literis apud S. Petrũ 4 idus Octobris.

M. Anno 1444 habita est congregatio Generalis Ferrariæ, in qua renunciatus fuit Rector Generalis R. P. D. Aurelius de Placentia. Visitatores D. Benedictus Placentinus, D. Dominicus Florentinus, & D. Martinus Bergomensis. Eodem quoque anno ad tollendam controuersiam inter nostram congregationem ex vna, & fratrem Thomã de Bagnacauallo monasterij S. Laurentij in Cæsarea foris Rauennam excitatam super vnione monasterij S. Iacobi Cellelocanæ nostræ congregationi facta, quod monasterium dictus Prior ad monasterium S. Laurentij spectare volebat, vtpote caput suæ congregationis, præcipuum monasterium S. Laurentij nostræ congregationi perpetuo incorporauit, & vnauit, licet vnio non ante annum 1447. suum integrum effectum fuerit sortita. quo anno Nicolaus Quintus nonis eam literis Apostolicis 17. calend. Aprilis emanatis firmauit. De hoc monasterio nonnulla diximus libro superiori cap. 21. & 14. circa ante annum quadringentesimum mentio habetur. ex Hieronymo Rubeo in Historia Rauennatensi lib. 2. sub anno 396. Tenuerant illud monachi D. Benedicti: sed disciplina monastica penitus collapsa, cum spes non esset amplius illam per monachos dicti Ordinis restaurandi, ann. 1268. Philippus Rauennatum Archiepiscopus Priori, & canonicis S. Iacobi Celleuolanæ Comachiensis Diœcesis magna sanctitatis fama pollentibus reformandum tradidit: qui vsque ad ann. 1444. siue ad 1447. illud tenuerunt. postmodum nostræ eõgregationi additũ, in quo conuentus canonicorum sub regimine Prioris manet vsque ad annũ millesimũ quingentesimũ quinquagesimũ tertiũ, quo, prætextu municiendæ ciuitatis, quod mœnib. nimis propinquũ viderentur, Iulius III. solo æquari iubet, lapidibus, & ligname vsum nouæ fabricæ S. Mariæ in Portu, quę tunc construebatur, indulto etiam Apostolico intra vrbẽ comportatis: exceptis templi columnis, quas Laurentius Honorij Imperatoris Cubicularius pretiosissimas, ad illud exornandum, ex Græcia comportari fecerat, quas Cardinalis Rauennæ tunc Legatus abstulit, & Romã misit. Bona monasterij canonicis Portuensibus cessere, qui sacellum intra Ecclesiam satis nobile S. Laurentio in Cæsarea nuncupatum erexerunt. De hoc monasterio plura Hieronymus Rubeus

Apostolicum, Cancellariæ Præsidem, & Abbreuiatorē de Parco maiori. Post quam reformationem semper in eo viguit regularis obseruantia, sicut etiam in præsentiarum viget: quod nouo dormitorio, & claustro cū alijs officinis auctum fuit. Cui etiam Iulius Secundus anno 1504. Prioratum S. Thomæ de sancto Matho nuncupatum Ordinis olim S. Guilielmi eum capella S. Francisci dicto Prioratu erecta, cum omnibus illius bonis, & iuribus vniuit, datis literis apud S. Petrū 2 idus Octobris.

IV. ANno 1444 habita est congregatio Generalis Ferrariæ, in qua renunciatus fuit Rector Generalis R. P. D. Aurelius de Placentia. Visitatores D. Benedictus Placentinus, D. Dominicus Florentinus, & D. Martinus Bergomensis. Eodem quoque anno ad tollendam controuersiam inter nostram congregationem ex vna, & fratrem Thomā de Bagnacauallo monasterij S. Laurentij in Cæsarea foris Rauennam excitatam super vnione monasterij S. Iacobi Cellemalanæ nostræ congregationi facta, quod monasterium dictus Prior ad monasterium S. Laurentij spectare volebat, vtpote caput suæ congregationis, prædictum monasterium S. Laurentij nostræ congregationi perpetuo incorporauit, & vnauit, licet vnio non ante annum 1447. suum integrum effectum fuerit sortita. quo anno Nicolaus Quintus nouis eam literis Apostolicis 17. calend. Aprilis emanatis firmauit. De hoc monasterio nonnulla diximus libro superiori cap. 21. & 14. cum ante annum quadringentesimum mentio habetur, ex Hieronymo Rubeo in Historia Rauennatensi lib. 2. sub anno 396. Tenuerant illud monachi D. Benedicti: sed disciplina monastica penitus collapsa, cum spes non esset amplius illam per monachos dicti Ordinis restaurandi, ann. 1268. Philippus Rauennatum Archiepiscopus Priori, & canonicis S. Iacobi Cellemalanæ Comaclensis Diœcesis magna sanctitatis fama pollentibus reformandum tradidit: qui vsque ad ann. 1444. siue ad 1447. illud tenuerunt. postmodum nostræ cōgregationi additū, in quo conuentus canonicorum sub regimine Prioris manſit vsque ad annū millesimū quingentesimū quinquagesimū tertiū, quo, prætextu muniendæ ciuitatis, quod mœnib. nimis propinquū videretur, Iulius III. solo æquari iubet, lapidibus, & lignis in vsum nouæ fabricæ S. Mariæ in Portu, quę tunc construebatur, indulto etiam Apostolico intra vrbē comportatis: exceptis templi columnis, quas Laurentius Honorij Imperatoris Cubicularius pretiosissimas, ad illud exornandum, ex Græcia comportari fecerat, quas Cardinalis Rauennæ tunc Legatus abstulit, & Romā misit. Bona monasterij canonicis Portuensibus cesserunt, qui sacellum intra Ecclesiam satis nobile S. Laurentio in Cæsarea nuncupatum erexerunt. De hoc monasterio plura Hieronymus Rubeus in Historia lib. 2. loco proximè allegato.

ANno millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis Reuerendus Pater Dominus Simon Mediolanensis. Visitatores Dominus Orosius Mediolanensis, Dominicus Florentinus, & Dominus Martinus Bergomensis. In cuius Capituli actis sic scriptum reperio: *Item ordinatū est, & plenissimè definitum, quod monasterium sancti Florentij de Perusio pluries propositum Congregationi nostræ nullatenus acceptetur, cum omnino inutile sit nostro statuto nostro.* Hoc anno Eugenius nobilem Abbatiam S. Mariæ de Calena propè Ciuitatem Vestanam, Diœcesis tamen Sipontinæ, olim membrum Abbatiæ Tremitanæ, sed ante plures annos dismembratam, monasterio Tremitano reddidit, & nostræ congregationi vniuit, datis literis vnionis apud S. Petrum 5. Nonas Martij. De cuius Abbatiæ dignitate, & antiquitate constat satis ex pluribus priuilegijs Romanorū Pontificum, & Regum vtriusque Siciliæ tū monasterio Tremitano, tum etiam ipsi Abbatiæ Calenatensi specialiter concessis: nam illius mentio habetur in priuilegio Nicolai II. Abbati Tremitano, & illius successoribus facto, & consequenter in alijs priuilegijs eidem monasterio Tremitano concessis. Extant etiam priuilegia summorum Pontificum Eugenij III. Abbati S. Mariæ de Calena, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum, quod incipit: *effectum.* Datum anno 1152. pontificatus sui anno octauo, per quod declarat, monasterium S. Mariæ de Calena immediatè spectare ad ius, & proprietatem Sanct. Rom. Ecclesię quod suscipit sub protectione Sedis Apostolicæ, confirmans bona adepta, & imposterū adipiscenda, quæ numerat. Decernit, Abbatem ibidem canonicè electum à Romano Pontifice debere benedici, non ab Archiepiscopo Sipontino, qui volebat Ecclesiam Calenatensem Sipontinæ subiectam esse, quod nulla ratione probabat: Electionē verò dicti Abbatis ad monasterij Capitulum spectare.

Item priuilegium Anastasij III. datum pontificatus illius anno primo.

Item Alexandri III. datum anno 1167. Pontificatus sui octauo.

Item Cœlestini III. datum anno 1193.

Item Innocētij III. datum anno 1208. qui prædictum Eugenij III priuilegium confirmant.

Legitur etiam donatio facta per Leonē Episcopum Sipontinum cum consensu totius Cleri monasterio Tremitano de prædicta Ecclesia S. Mariæ de Calena. Imperij Basilij, & Constantini anno 33. mense Iulij, Indictione sexta, qui fuit annus humanæ salutis 1008. in qua donatione ipsa Ecclesia Calenatensis liberatur ab omni seruitio præstando Ecclesiæ Sipontinæ.

Item priuilegium amplissimum Rogerij Primi Regis vtriusque Siciliæ factum prædicto monaste-

nasterio anno 1133. Indictione 12. quod à Guilielmo, item à Will. Siciliæ Regibus fuit confirmatum anno 1176. & ab alijs Regibus. per quod multa ei conceduntur, ac specialiter, vt nullus, præter Romanum Pontificem, aliquid ab eo, vel ex eius bonis exigere possit. numerat bona tunc per monasterium possessa. concedit, vt Abbas, & monachi habeant potestatem conferendi honores, & publica officia Vasallis in terris, & villis monasterio subiectis. Constat ex eodem priuilegio, totum territorium castri Pescharij, nunc vulgò Pescharci, exceptis portu, & arce, ad monasterium spectauisse: & sic consequenter multa illius bona, & iura fuisse à laicis occupata: nam progressu temporis dictum Cœnobium non solum multis bonis temporalibus, & iuribus fuit violenter spoliatum, sed ad tantam desolationem redactum, vt nullus amplius ibi monachus maneret, cum Eugenius IV. illud Tremitano Cœnobio restituit, & vniuit. Quod postea Sixtus V. iterum separauit, & in Abbatiam Conuentualem erexit. quam separationem, & erectionem Clemens VIII. anno 1594. confirmauit, & probauit per literas Apostolicas, quæ sunt Romæ in monasterio Pacis: licèt pauci canonici propter intolerabilem aëris intemperiè incolere illud possint. Abbas, & canonici dicti monasterij temporalem iurisdictionem exercent in pago, qui Sfilce nuncupatur. Iurisdictionis ambitus quatuor, & viginti milliaribus Italicis continetur. Hoc eodem anno propositum fuit in Capitulo Generali, an Abbatia S. Columbani ciuitatis Bobij, quæ sæpius nostræ Congregationi fuerat oblata, deberet acceptari, & resolutum, quod posset acceptari sub certis conditionibus, propter quas vnio forsan effectum suum non est assecuta.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De Lateranensi Basilica, & Congregatione per Eugenium IV. Ex Canonicis Frigdionarys reformata, & restituta.

I. ANnus iam circiter quinquagesimus supra centesimum agebatur, postea quam Bonifacius VIII. Lateranẽsem Basilicam, exactis Regularibus canonicis originarijs seculares subsstituerat, communibus monasterij bonis in particulares præbendas singulis canonicis distributis. cum ecce Beatissimus Pontifex Eugenius illius statum recogitãs & diuinum cultum in illa neglectum, vtpote Sacerdotibus, & Clericis destitutam, & consequenter populorum ad illam accedentium deuotionem satis frigescentem animaduertens, ad primæuum statum reducere, & terminos antiquos Patrum per Bonifacium (vt illius verbis vtar) translatos restituere decreuit. Quod qualiter gestum sit ex actis Capitularibus Congregationis, & etiam ab autore Sinebrono, qui omnium ferè gestorum testis oculatus, & præsentaneus, & Lateranensis Basilicæ Prior extitit, Aurelius Placentinus sæpe in hoc libro nominatus, fideliter acceptum hic reddendum curabo. Hic namque Beatus Pontifex cum adhuc Cardinalis existeret, in Ecclesia B. Pauli sibi commendata monasticum institutum, exactis monachis Cluniacensibus, per Cassinenses paulò antea Patauij in æde S. Iustinæ reformatos, & sanctitatis fama celebres annuente Martino V. reparauerat, & ad pristinum vigorem, ac splendorem reddiderat. Quam ob causam videns suum desiderium optimè adimpletum, & monachos perillum constitutos cum summa totius Vrbis ædificatione diebus, & noctibus diuinas laudes in ea persoluentes, & in summa districtione vitæ monasticæ degentes, exultabat vberius, & dictam Ecclesiam, & alias frequenter visitabat. Quadam autem die Lateranensem Basilicam ingressus, videns illam ornamentis spoliatam, ministris viduatam, & cultum diuinum prope neglectum, firmiter statuit, si Deus illi vires tribuisset, prædictam Basilicam ex canonicis regularibus, sicut fuerat antiquitus, reformare. quod consilium illius animo tam firmiter adhæsit, vt Pontifex renunciatus canonicos ex Frigdionarijs accersiri faceret, quibus suæ mentis arcanum de dicta Ecclesia per illos reformanda patefecit: quanquam ob causas superius narratas res sibi minus ad votum successisset: nam seditione Populi Romani contra Eugenium exorta, per flumen ad Ostia Tyberina, & inde Pisas trajectus coactus fuit. Postea Florentiam abijt, vbi per aliquod temporis spatium est commoratus. inde Bononiam, & Ferrariam profectus, iterum Florentiam est reuersus, vbi Generalem octauam Synodum absoluit, præsentibus Imperatore, & Patriarcha Constantinopolitanis. Tandem anno 1442. inter Italiæ Principes pace composita, prius quam ad Vrbẽ reuerteretur, Patribus nostris in Capitulo Generali Ferrariæ congregatis, canonicos triginta duos ad Lateranensem Ecclesiam reformandam Romam mittere præcepit, qui dicto parentes R. P. D. Aurelium Placentinum tunc Rectorem Generalem cum quatuor socijs, videlicet D. Philippo Vtinensi, & D. Gulielmo Alemanno, & D. Syluestro Alemanno, & D. Ioanne Ferrariensi, & Fr. Nicolao Conuerso ad Vrbem destinauerunt. qui Romam venientes in palatio Lateranensi commorantes, dũ

23. Maij.

mon-

monasterij fabricam disponunt, intra paucos dies omnes ægritudine corripiuntur, ac ex illa D. Philippo de Vtino sublato, reliqui ad alia congregationis monasteria reuertuntur. Quod Eugenius rescius, & in suo proposito persistens, anno sequenti, dum Senis moratur, ad Vrbem reuersurus, ad Generale Capitulum alias literas dirigit iubens, triginta canonicos cum Priore Romam destinari, qui D. Benedictum de Placentia, qui etiam erat Visitator in Priorem electum cum triginta canonicis Romam miserunt, quos Pontifex in eodem palatio Lateranensi recipi, donec monasterium absolueretur, & suis impensis necessaria illis ministrari præceperat, deputato eisdem S. Syluestri sacello, quod erat apud Sancta Sanctorum, vt in eo missas. officiaque diuina pro interim celebrarent. Id animaduertentes canonici seculares, qui tunc Lateranensem Saluatoris Basilicam tenebant, numero duodecim, compertaque Pontificis voluntate illos ejicendi, & loco illorum regulares canonicos ponendi, sesto die sanctissimæ Eucharistiæ, quo magnus ruricorum ad Vrbem est concursus, magna valida virorum agrestium, & plebeiorum agglomerata, nostros in patratio Lateranensi commorantes, & nihil tale suspicantes, post mensam inter gratiarum actiones adoriuntur, & fractis ianuis quosdam per fenestras fugere compellunt, alios captis, & malè habitis, totam illorum supellectilem, cum libris diripientes, quos superueniẽtes Conseruatores Populi Romani de manibus illorum eripuerunt, & ad palatium S. Petri deduxerunt. His Eugenio Senis adhuc moranti renũciatis, grauiter accepit, & Romam reuersus in Conspiratores animaduertit. Quod verò scribit Platina in Eugenio, Pontificem, vt omnia pacata muniret, Aloysium Patauinum S. Laurentij in Damaso presbyterum Cardinalem præmisisse, qui & canonicos regulares pulsis secularibus in Ecclesiam Lateranensem remisit: pulsi enim à presbyteris secularibus fuerant, dum contenderent, vtri Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, dum Litaniæ fiunt, ac supplicationes, pono errorem essi, & quæ Sede Pontificis per obitum Pauli II. vacante contigerunt, Platinam in Eugenij Pontificatum retulisse. nam quomodo canonici regulares cum secularibus contendere poterant, vtri Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, qui nondum ad Lateranensem Basilicam fuerant admissi, nec aliquod ius in dicta Basilica sibi quæsierant. Sed nec illud verum, Aloysium Cardinalem ante Pontificis aduentum canonicos regulares in eadem Basilica electis secularibus reposuisse; nam nostri ad sua monasteria protinus repedauerunt.

II. CÆterum dicto anno 1443. Eugenius sub finem Septembris Romam veniens, tertiò nostris iubet, vt Priorem cum alijs triginta ca-

monasterij fabricam disponunt, intra paucos dies omnes ægritudine corripiuntur, ac ex illa D. Philippo de Vtino sublato, reliqui ad alia congregationis monasteria reuertuntur. Quod Eugenius resciens, & in suo proposito persistens, anno sequenti, dum Senis moratur, ad Vrbem reuersurus, ad Generale Capitulum alias literas dirigit iubens, triginta canonicos cum Priore Romam destinari, qui D. Benedictum de Placentia, qui etiam erat Visitator in Priorem electum cum triginta canonicis Romam miserunt, quos Pontifex in eodem palatio Lateranensi recipi, donec monasterium absolueretur, & suis impensis necessaria illis ministrari præceperat, deputato eisdem S. Syluestri sacello, quod erat apud Sancta Sanctorum, vt in eo missas. officiaque diuina pro interim celebrarent. Id animaduertentes canonici seculares, qui tunc Lateranensem Saluatoris Basilicam tenebant, numero duodecim, compertâque Pontificis voluntate illos ejiciendi, & loco illorum regulares canonicos ponendi, festo die sanctissimæ Eucharistiæ, quo magnus rusticorum ad Vrbem est concursus, magna valida virorum agrestium, & plebeiorum agglomerata, nostros in palatio Lateranensi commorantes, & nihil tale suspicantes, post mensam inter gratiarum actiones adoriuntur, & fractis ianuis quosdam per fenestras fugere compellunt, alijs captis, & malè habitis, totam illorum supellectilem, cum libris diripientes, quos superuenientes Conseruatores Populi Romani de manibus illorum eripuerunt, & ad palatium S. Petri deduxerunt. His Eugenio Senis adhuc moranti renûciatis, grauiter accepit, & Romam reuersus in Conspiratores animaduertit. Quod verò scribit Platina in Eugenio, Pontificem, vt omnia pacata inueniret, Aloysium Patauinum S. Laurentij in Damaso presbyterum Cardinalem præmisisse, qui & canonicos regulares pulsis secularibus in Ecclesiam Lateranensem remisit: pulsi enim à presbyteris secularibus fuerant, dum contenditur, vtri Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, dum Litaniæ fiunt, ac supplicationes, puto errorem esse, & quæ Sede Pontificis per obitum Pauli II. vacante contigerunt, Platinam in Eugenij Pontificatum retulisse. nam quomodo canonici regulares cum secularibus contendere poterant, vtri Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, qui nondum ad Lateranensem Basilicam fuerant admissi, nec aliquod ius in dicta Basilica sibi quæsierant. Sed nec illud verum, Aloysium Cardinalem ante Pontificis aduentum canonicos regulares in eadem Basilica electis secularibus reposuisse: nam nostri ad sua monasteria protinus repedauerunt.

II. CÆterum dicto anno 1443. Eugenius sub finem Septembris Romam veniens, tertiò nostris iubet, vt Priorem cum alijs triginta canonicis quantocyus ad Vrbem mittant, quo illi nuncio accepto plurimum sunt animis consternati: putabant enim Pontificem ob difficultates iam compertas animum vel despondisse, vel saltem auertisse. ne tamen contumaces haberentur, in Generalibus Comitijs anni sequentis, qui fuit 1444. sic ab illis deliberatum lego. *Item deliberatum est, vt pro debito nostro obediatur voluntati, & exhortationi Sanctissimi Patris, & Domini Nostri Eugenij Papæ Quarti, qui vult, quod iterum reuertamur Romam ad monasterium sancti Ioannis in Laterano in præsenti mittantur quatuor Sacerdotes, & duo Conuersi ad necessaria præparanda, deinde tempore opportuno mittantur reliqui.* Pro cuius decreti obseruantia D. Nicolaum Bononiensem Priorem Lateranensem eligunt, designatis alijs triginta canonicis ad iter paratis, sed ipsum Priorem cum duobus tantum Fratribus cum literis excusatorijs ad Pontificem mittunt, cum omni summissione suam ipsorum impotentiam ad tam graue onus subeundum ostendentes, & à proposito desistere plurimum obsecrantes. quod audiens, contra illos exarduit, nec per triginta dies ad suam audientiam amplius admisit. Verum officijs Venerabilium Patrum D. Arsenij, & D. Cypriani monachorum sanctæ Iustinæ, ac D. Matthæi canonici sancti Georgij in Alega, qui erant Pontificis cubicularij, tandem placatus, quippe qui bona de nostris locuti sunt. significantes Conuentum canonicorum in Generali Capitulo iam designatum: sed timuisse illos, periculo tam manifesto seipsos exponere, Dominum Nicolaum Priorem, & socios accersiri fecit, scisitatusque, num Generale Capitulum Conuentum Romam mittendum ordinasset, ita factum reperit. Interim canonici seculares Laterani commorantes hoc audito, cum amicis Populum contra Pontificem erigere nituntur, asserentes, illum Romanos ab Ecclesia velle ejicere, vt forenses introducat ad asportandum capita Sanctorum Apostolorum. Quos Pontifex benignè satis allocutus, cum nec promissis, nec blanditijs flectere posset, tandem conuocato Consistorio Cardinalium propositum mentis suæ de Lateranensi Basilica per canonicos nostræ congregationis reformanda patefecit, quibusdam contradicentibus. Sed maior pars Consilium Pontificis probauit: quam ob causam expeditæ fuerunt literæ Apostolicæ, quibus munus visitandi canonicos seculares duobus S. R. E. Cardinalibus fuit demandatum, ij fuerunt D. Thomas Episcopus Bononiensis, qui postea fuit Summus Pontifex Nicolaus V. & D. Petrus Barbo Venetus tituli S. Marci, qui postea fuit Pontifex, & Paulus II. nuncupatus, qui dictos canonicos visitantes, cum omni priuatione dignos inuenissent, illi per Pontificem vocati, sponte in eius manibus suos canonicatus resignauerunt.

His peractis, Pontifex de consilio, & voluntate Cardinalium literas Apostolicas edidit in forma Bullarū, quibus Lateranensem Basilicā cū omnibus canonicatibus, beneficijs, capellis, bonis, & iuribus spiritualibus, & temporalibus canonicis regularibus nostræ cōgregationis perpetuo regendam tradidit, iuxta mores, & laudabiles consuetudines eiusdem congregationis, & omnes canonicos nostræ congregationis creauit canonicos eiusdem Basilicæ Lateranēsis, & ab illa canonicos Lateranenses deinceps vocari præcepit. Datæ sunt literæ Apostolicæ 4. Idus Ianuarij anno 1445. quæ in libro Indultorum nostræ congregationis legi possunt, quibus expeditis, missoque pro Conuentu canonicorum illos in possessionem dictæ Basilicæ corporalem misit. Primusque Prior, qui possessionem corporalem apprehendit fuit D. Benedictus de Placentia an. 1445. electus; nam D. Nicolaus eo anno electus Episcopus Bononiensis, obijt Lucæ in æde S. Frigdiani.

Rursus anno sequenti aliam Bullam condidit, qua nostros canonicos Frigdionarios ex compluribus authenticis documentis, & priuilegijs à se visis, de veris antiquis, & originarijs canonicis Lateranensibus existere, declarauit. & propterea nostram congregationem non amplius S. Mariæ de Frisonaria, sed Saluatoris Lateranensis perpetuis futuris temporibus appellari præcepit. quod ne quis per instantiam, & contra veritatem scribere suspicetur, præterquam quod inferius data opera monstrabitur, eiusdem Pontificis priuilegium hoc loco inserere opportunum iudicaui. quod eiusmodi est, videlicet:

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum ad sacratissimam venerandam Lateranensem Basilicam diuinitus oculos mentis nostræ, & inter innumeras curas pro commisso nobis Christiani populi salute desuper imminentes, nos ad contemplandam diuinæ, & admirabilis Ecclesiæ sanctitatem, celebritatem, & eminentiam religiosa meditatione conuertimus, tanta profecto sacri loci veneratione, & deuotione mouemur, ac deducimur, tanta in Deum exultatione perfundimur, & ad ineffabilia sacramenta, & tantarum virtutum admirationē diuinorum mysteriorum stupore afficimur, vt nullum Deo nostro acceptabilius holocaustum, & sanctis Pontificibus ministerium dignius Saluatori mundi credamus offerri, quam cœleste in terris habitaculum, locum sanctuarij, Ecclesiarum omnium clarissimum lumen, & speculum singulare, quod totum orbis miratur, & predicat, studiosius exornare, coluere, omni cura, & pietate decorare, honoris titulo singulariter sublimare, ac vt in ea maiestas Altissimi diebus, ac noctibus puris mentibus, & deuotis obsequijs colladatur, ac spirituali & temporali ornatu præclarè refulgeat, indefessam diligentiam adhibere: & quidquid virtutum Domino largiente donatur, in illius veneration consumere. Recolimus namque gloriosam huius sanctæ Basilicæ constructionē, quando à Christianissimo inclyta recordationis Constantino Augusto in honorem Saluatoris nostri mirę pulchritudinis extructam, ac fundatam, & suis opibus, ac priuilegijs ditatam legimus, postquam per beatæ memoriæ Syluestrum Papam (sicut per sanctos Apostolos Domino reuelante cognouit) renatus fuerat fonte baptismatis, ex quo Constantiniana extitit appellata, in mentem venit sacrati temporis grande priuilegium exte ownes Christiana fidei, & orthodoxæ Religionis Ecclesias; & postquā brachio Domini exercituū ex alto, & de persecutorib. parta victoria, eo loco primū in sublime se erexit vocabulum Christianum, & in sanctis altaribus latantibus populis splendens vexillum Crucis effulsit. Et profectò non immerito ex illius temporis memoria, & salutari infusione lætitia in Ecclesiu victorijs, & tranquillitate gloriantibus deuotis, lacrymæ nobis per ora distillant, & corporis, & spiritus lætitia in soum gaudio cor nostrum, & caro nostra exultant in Deum viuum, ponimus ante oculos Saluatoris nostri nomen in eo loco primum publicè veneratum, cuius gloria sacra Basilica extitit dedicata, quoniā virtutū Dom no desinentis operante labore datū est, Catholicæ Ecclesiæ construi, quod Imperialis iussio inhibuerat. insticuit diuinum locum apud sacrum Patriarchium nostrum, & celeberrimum Lateranī palatium, vbiq; Orbe Princeps, & iugū sanctorum Pontificum columnarum Christi successio habitauit, quo ex loco fidei orthodoxæ, & Christianæ dignitatis veritas à sancto Pontificibus veri Spiritus sancti organis toto orbe persuasit; qua in hoc extitit fundata principio, ac solidissimo, & sublimi fundamento. Contemplamur mirabilia opera Dei, & sanctificatum miraculū loorum, quē sanctus Syluester Christi sacerdos nouo sanctificationis, & chrismatis odore ante omnes Ecclesias diuino nomini dedicauit, quando imago Saluatoris nostri cunctis cernentibus visibiliter legitur apparuisse. quam deinde sacram Basilicam beatissimum Pontificem Gregorium multa operositate, & diligentia reformasse & sacratu manibus confirmasse, traditum est. tu mentem subit, quot martyres quot Pontifices, quot Sancti Dei, quot Christiani Principes sanctū locum casta mentis intentione calcauerint, quantos locus ipse genuerit, & non indignè; quanto Ecclesia Dei locis alijs præstantiores existunt, tanto hæc Sacrosancta Ecclesia illis omnibus est sublimior, & quidquid est in aliis sanctitatis, refertur ad caput, ad cuius dignitatem, & merita parum putamus omnē, quod dicitur. Cernimus fidelium populorum ad hunc locum superna illustratione concursum, & ingentem charitatis & deuotionis ardorem, quo de toto Orbe conueniunt, & locum celebrant innumeræ Christianorum turbæ. Solatia femina cognitum, & venerabilē sanctitate, & puritate fidei, & Religione Christiana se seruę minus religiosis habere existimant, nisi Saluatorem mundi in illo adorassent loco, vbi primū glorificatum eius nomē & Sac. Catholi. Religio exitit exaltata; & vnde cooperante Domino ad eius peruenit auditū, vbi Dei & Christi Ecclesia natalis, & adulta, martyrijs coronata. & per Religiosissimos Principes diuina clementia, potentia, & dignitas maior effecta. & vbi Romanum Imperium sub rogo Christi ob-

altaria

...ellum est, in eo sacratissimo orbis loco apostolorum ca-...pitaneum Christo regnantium venerabiliter requi-...escunt sanctitatis, & religionis est caput, vbi Salua-...torum apostolis mirabilia prædicatur, quorum alteri cœ-...lorum claues, alteri magisterium Ecclesiasticæ erudi-...tionis mouerit: vbi Christiani Duces exercitus, & po-...puli Dei per Euangelium genitores in præstantiori San-...ctorum corporum parte diuina mysteria, & habitacu-...la Saluatoris venerantur, & ornant. Sanctissimas, & ...venerandas Basilicas, & Christiani triumphi trophæa ...religionis, & præclara monumenta in eadem Vrbe ve-...neratæ gloriosa. vbi sanguinem fudere pro Christo ...martyres sacrorum corporum decore illustrantur. ap-...positis præterea huius sacræ Basilicæ Sanctorū me-...ritis, ac beatissimis martyrum Christi piè credimus spi-...ritalem omnem cruorem, & Sanctorum Christi fa-...miliarem esse cineribus, & ad locum sacrum Demo-...nes non posse. Hic angelorum præsidia, Sanctorum ...manes gratiam Saluatoris abundantius imparti, ...peculiarius Spiritus sancti adesse præsentium mini-...me dubitandum est, & locum illum esse quem de toto ...orbe Saluator elegerit (Sanctificauit enim tabernacu-...lum suum Altissimus) vbi munda sacrificia deuotorum ...mentium, orationes, sanctas laudes, ac Sanctorum suo-...rum triumphos modorum suauitatis accipere. Decet i-...gitur, tantæ sanctitatis est caput, vbi hærent terre-...strium, vbi est gratiæ magnitudo sacratissima, ho-...nestæ, & immaculatæ obsequia diuinæ maiestati cum ...omni sanctitate persolui, & munda sacrificia offerri di-...uino flatu. Hæc igitur pia, & sancta inspiratione ...Dei, & humi Dei zelo solliciti sacra tissimi Pontifices ...prædecessores nostri, illius secuti vestigia, cuius per secta, ...& ordinata sunt opera, postquam venerabilem locum ...populi Dei salute, & summi Regis gloria decorauerunt, ac tabernaculo Christi sacratissimo inenarrabilibus ...& incomprehensibilibus Indulgentijs, & diuinæ gratiæ ...largitate, & rem sionum exuberantia ornauerunt, ho-...norum prærogatiuis sublimarunt, & decorarunt titulis ...dignitatum: Dominum in terris familiam Clericorum, ...quæ regulam vitam ducerent, & ad exemplū nascen-...tis Ecclesiæ sanctam institutionem seruarent, quos ca-...nonicos regulares appellamus, & sacrum inter clericos, ...& mundi Christi viuendi modū in sacrata Basilica ...instituerunt, firmarunt, stexerunt, & perpetuo deputa-...runt. In prima in terris Ecclesia, & matris Sancta-...rum Apostolica providentia cura gerenda, qui primo-...rum Christianæ Religionis Clericorum normam, tradi-...tionem, & institutā sectantur. Huius profecto sacri or-...dinis, & sancti propositi, post sanctos apostolos, primum in almam primam Ecclesia Marcum Petri discipulum fuisse ...asserunt, & scribunt: ac gloriosum Doctor Augustinus ...Episcopus diuinæ regulæ & doctrina decoranit & sanctæ ...memoriæ Vbanus inSignis Martyr. & sanctissimus Pon-...tifex grauia decreti ordine reformauit: & Beatis-...simus Gregorius Augustino anglorum Episcopo veluti ...alterum sacrum in commisso sibi populo præcepit ...officium, & in Occidentis finibus ampliauit. His sunt pro-...fecta, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem imi-

aliam est, in eo sacratissimo orbis loco Apostolorum capita nunc cum Christo regnantium venerabiliter requiescunt: vbi sanctitatis, & religionis est caput, vbi Saluatorum Apostolis mirabilis prædicatur, quorum alteri cœlorum claues, alteri magisterium Ecclesiasticæ eruditionis commisit: vbi Christiani Duces exercitus, & populi Dei per Euangelium genitores in præstantiori Sanctorum corporum parte diuina mysteria, & habitaculum Saluatoris venerantur, & ornant. Sanctissimas, & venerandas Basilicas, & Christiani triumphi trophæa fulgentia, & præclara monumenta in eadem Vrbe vetustate protiosa Sacraria, quasi ex lateribus assistere voluerunt loca gloriosa, vbi sanguinem fudere pro Christo. quæ reliquo sacrorum corporum decore illustrantur. ipsos profecto parietes huius sacræ Basilicæ Sanctorũ meritis, ac huiusmodi martyrum Christi piè credimus spiritaliter emanare cruorem, & Sanctorum Christi sacra reliquias esse cineribus, & ad locum sacrum Dæmones contremiscere. Hic Angelorum præsidia, Sanctorum orationes gratiam Saluatoris abundantius impartiri, & peculiaritus Spiritus sancti adesse præsentiam minimè dubitandum est, & locum illum esse quem de toto Orbe Saluator elegerit (Sanctificauit enim tabernaculum suum Altissimus) vbi munda sacrificia deuotarum mentium, orationes, sanctas laudes, ac Sanctorum suorum triumphos in odorem suauitatis accipere. Decet igitur, vbi totius sanctitatis est caput, vbi hærent terrena cœlestibus, vbi est gratia magnitudo sacratissima, hostia, & immaculata obsequia diuinæ maiestati cum omni sanctitate persolui, & munda sacrificia offerri diuino conspectui. Hæc igitur pia, & sancta inspiratione ducti, & domus Dei zelo soliciti sacratissimi Pontifices prædecessores nostri, illius secuti vestigia, cuius per sectas, & ordinata sunt opera, postquam venerabilem locum pro populi Dei salute, & summi Regis gloria decorauerunt, at ex thesauro Christi sacratissimo inenarrabilibus & incomprehensibilibus Indulgentijs, & diuinæ gratiæ largitate, & remissionum exuberantia ornauerunt, bonorum priuilegijs sublimarunt, & decorarunt titulis dignitatum: Diuinam in terris familiam Clericorum, qui religiosam vitam ducerent, & ad exemplũ nascentu Ecclesiæ sanctam institutionem seruarent, quos canonicos regulares appellamus, & sacrum inter clericos, & ministros Christi viuendi modũ in sacrata Basilica instituerunt, firmarunt, erexerunt, & perpetuo deputarunt: vt hi prima in terris Ecclesia, & matris Sanctorum Apostolica prouidentia curam gererent, qui primorum Christianæ Religionis Clericorum normam, traditiones, & instituta sectantur. Huius profecto sacri ordinis, & sancti propositi, post sanctos Apostolos, primum in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor, & conditor: ac gloriosus Doctor Augustinus Episcopus diuinis regulis & doctrina decorauit & sancta memoria Vrbanus insignis Martyr. & sanctissimus Pontifex generalu decreti ordine reformauit: & Beatissimus Gregorius Augustino Anglorum Episcopo veluti plantationem sacram in commisso sibi populo præcepit institui, & in Occidentis finibus ampliauit. His sunt profectò, qui Sanctorum Patrum vitam probabilem imitantur, & Apostolorum instituta instinctu Spiritus S. renouant, qui ad exemplum illorum credentium conuenerunt in vnum, quibus erat cor vnum, & anima vna, qui Pastoribus suis iuxta Ecclesiasticas traditiones obediunt. Sicque hæc sancta, & placens Deo institutio antiquitus, & ab ipsis ferè primordijs obseruata, extitit, & sacram Basilicam per dicti ordinis clericos per longa tempora sanctè, & salubriter gubernatam fuisse certissima scientia, & veritate comperimus, & hoc euidentissimè attestantur innumerabilia documenta. Cũ autem hoc pium, & salutare institutum mundo in maligno posito, ex antiqua hostis inuidia fuerit perturbatum, & per fœtidæ record. Bonifacium Octauum prædecessorem nostrum quadam illius temporis malitia confideratione immutatum, & per ipsum Patrum termini contra diuina præcepta translati noscantur, & amotis Regularibus Canonicis secularium Clericorum, & Canonicorum fuerit dicta Ecclesia cura. & gubernationi commissa, & dignitatum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, & beneficiorum erectio, institutio, deputatio, & fundatio celebrata: certa etiam tunc expressa causis, quæ diuina clementia cum omnibus in illa immutatione narratis nostris temporibus omnino nunc cessant, & cessare amplius futuris temporibus Domino largiente speratur: & ex præfata immutatione sancta Basilica plurimum ab illa sancta institutione in sacro cultu, diuinis officijs, & sacrosanctis mysterijs, ac in spiritualibus, & temporalibus deformata, & passa fuerit detrimenta quamplurima: & vbi prius religio, & honestas cum bonorum temporalium vbertate florebat, vix saltem vestigium potuerit bonorum temporalium apparere, & habitaculum Domini quadam spirituali, & temporali squalleret solitudine. Nihil amplius nostræ menti, nostris affectibus, nostræq; saluti, & humeris immineret consilium, quam vt pristinum, sanctum, & diuinum opus, primam scilicet institutionem repetamus, Patrum terminos reponamus, & quasi tacenti manum porrigentes, sanctam Ecclesiam Lateranensem ad primæuum statum, & ordinem reducamus. Non profecto minoris existimamus mercedis, & meriti vitam hanc, & sanctam conuersationem primitiuæ Ecclesiæ, qua decalescente feruore fidelium iam penè defluxit, inspirante, & prosequente diuino Spiritu renouare, quam aliorum sacrorum ordinum Religiones amplissimè per diuinam misericordiam frequentes, & florentes eiusdem Spiritus perseuerantia custodire.

Nos igitur, qui licèt immeriti, B. Petri residemus in loco, & prout nobis diuina clementia posse, & scire donauerit, Romanæ Ecclesiæ sanctitati, honori, & gloriæ, & sub religione viuentium salutari propagationi, & ampliationi paternis studijs efficaciter intendimus, quique ante Apostolatum nostrum (vt conscientia nostra testis est Deus) dum adhuc essemus in minori officio constituti specialem ad hanc venerabilem Ecclesiam deuotionem gessimus, & continuè spirituali exultatione tecuimus cum Propheta: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ: & Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiuit, & defecit anima mea in atria Domini: Et post hæc ex

speciali Apostolatus officio huic Ecclesiæ nostræ existimus debitores, per quam datur, vt inuigilare, & præsse cæteris omnibus debeamus. Considerantes enim merito salutem expetere, qui Saluatorem toto corde venerantur: ac non dubitantes, quòd si religiosos paterna benignitate prosequamur, nostris opportunitatibus clementem Deum reperiemus. Post deliberationem prouidam, quam cum fratribus nostris diligenter habuimus, ad laudem omnipotentis Dei autoritate Apostolica, ex certa scientia, pro Ecclesiæ Dei, Catholicæ fidei, & Religionis Christianæ honore, & Saluatoris nostri gloria, & propublica vtilitate, & animarum salute, & dictæ Lateranensis Ecclesiæ statu, veneratione, commodo, & honore, præfatam sacrosanctam Basilicam ad primam institutionem, & primæuum statum reducimus, & reponimus.

Vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam ibi noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus in dicta venerabili Basilica vigeat, & inviolabiliter obseruetur. Ac decernimus, & ordinamus, & perpetua stabilitate firmamus, vt præfata Basilica per præfati ordinis clericos in perpetuum gubernetur. illam quoque dictorum regularium clericorum, & canonicorum curæ, gubernationi, administrationi, & plenissimæ dispositioni cum omnibus spiritualibus, & temporalibus bonis committimus, concedimus, & largimur. Sit ibi religiosorum clericorum sacer Conuentus, qui Angelicam in terris agentes vitam, in diuinis laudibus diebus, ac noctibus perseuerent: & nihil aliud cogitent, nisi quod ad Domini pertinet seruitutem, & in lege Domini indefessa meditatione versentur. Pariterq; autoritate Omnipotentis Dei, & ex Apostolicæ potestatis plenitudine seculares clericos & canonicos, ac eorum regimen, curam, gubernationem, & institutionem ex nunc ab eadem Basilica amouemus, & ex abundantiori Sedis Apostolicæ prouidentia tollimus, extinguimus, remouemus, ac supprimimus, illiusq; Ecclesia reginiuis seculares clericos, canonicos incapaces efficimus, & Bonifacij prædicti institutionem, ordinationem, immutationem, & renouationem, & cætera præmissa constituta qualibet, & decreta cum omnibus inde secutis, ac si præsentibus de verbo ad verbum inserta essent, cassamus, tollimus, reuocamus, & annullamus: & quascunque Ecclesiasticas dignitates, officia, canonicas prebendas, beneficia, capellas, siue altarium beneficia quomodocunque, & à quibuscunque etiam secularibus personis instituta, & per quoscunque etiam S.R. E. Cardinales regi consueta, & quidquid ex immutatione prædicta institutum, & subsecutum extitit, ex nunc suppriminus, abolemus, & extinguimus. necnon dignitatum, officiorum, prabendarum, beneficiorum, capellarũ, siue altarium prædictorum bona, iura, fructus, redditus, & prouentus ad commune patrimonium illius Basilicæ dicti regularibus canonicis in perpetuum deseruitura reducimus, appropriamus, & incoporamus. Præsentes quoque seculares canonicos, qui decem duntaxat numero supersttites existunt, ac clericos, & beneficiatos prædictos autoritate, potestate, & scientia memoratis, ex causis prædictis, & aliis multiplicibus, quas ex certa scientia nostra firmissima veritate compertas habemus, & discimus; à dicta Ecclesia, officijs, beneficijs, canonicis, prebendis, iuribus, & bonis prædictis amouemus, & nihil omnino iuris vllis futuris temporibus in prædictis habere volumus, autoritate & potestate Apostolica plenitudine, decernimus, & statuimus: largiente Domino circa eorum statum, & salubrem prouisionem, quantum à Deo datum fuerit, viriliter prouisuri.

Quia verò diuina misericordia sub regularium canonicorum proposito deuotas Deo plures familias, cœtus, consortia, congregationes, & Ordines habet Christiana religio, & sanctam conuersationem clementia Saluatoris nostri temporibus multiplicare dignata est, non in huius sancti operis institutione, & ad tanta rei magnitudinem ad Saluatorem nostrum direximus nostræ meditationis intuitum; & pie considerantes, & diuinis studijs reuoluentes, ad nouellam in vinea Domini plantationem, religiosam familiam Dei, congregationẽ de Frisonaria nuncupatam, qua sub eadem D. Augustini regula Altissimo militãtes, & sacram religionem, prout certè comperimus, deuota puritate seruantes, in ipsius regulæ vigore, & Ordinis disciplina Saluatoris passime famulantur, & Religioni dediti, in carne, non secundũ carnem viuẽtes, in gratiarum benedictionibus quotidie multiplices, & vberes fructus in agro Dominico Spiritu sancto ministrante afferre noscuntur, respeximus, & mentem nostram diuina inspiratione conuertimus.

Autoritate igitur Apostolica, scientia & potestate, prædictis ordinem, & congregationem prædictam in dicta Ecclesia constituimus, ponimus, erigimus, & deputamus: & sacrosanctam Basilicam cũ omnibus suis temporalibus, & spiritualibus bonis, mẽbris, iuribus, iurisdictionibus, priuilegijs, exemptionibus in perpetuum dictæ congregationi concedimus, committimus, & eorum curæ, & administrationi tribuimus, & donamus, & illi tenendam, possidendam, regendam, & gubernandam largimur, appropriamus, & incoporamus, donamus, & tradimus: vt sub præfata congregationis iure cuncta futuris temporibus permaneat. Ac statuimus, & decernimus, vt propria deinceps religio, & dicta Ecclesiæ Originalis ordo, & institutio habeatur, ac non vt omnia ea liberè, & propria autoritate accipere, & apprehendere, & fructus, ac prouentus in suam vtilitatem conuertere valeant, ex nostra permissione concedimus. Capitulum quoq; & Conuentũ, prout regulares canonici ante immutationem prædictã, & seculares post habuisse noscuntur, cum omnibus iuribus, & priuilegijs habeãt.

Decernimus præterea, ac statuimus, vt deinceps omnes dictæ congregationis Conuentus, & loca ab huiusmodi S. Basilicæ titulo, & totius congregationis capite nomen accipiant, & Salvatoris Congregatio appelletur, & singulos dictæ congregationis canonicos, vbicunque Domino seruientes, horum Basilicæ clericos, ministros, & Religiosos, ac de ipsius Capitulo gremio in omnibus iuribus, & priuilegijs censeri decernimus, ac ibidem summi Regis laudes, obseruationes, gratiarum actiones, & quotidianas preces, ac sacrificia pro Christiani populi, & Romanæ Ecclesiæ salute denues corde, & purissimis mentibus offerant.

Mona-

sterium insuper, & clausuram, quod apud dictam Ecclesiam pro tanta rei institutione, & Saluatoris roborare, ac nostra salute magnis expensis, oneribus, & anxietatibus fructuris à fundamentis ædificari fecimus, & in eo multa operositate consummatum est, eum eorum ipsius deputamus, concedimus, & dicta Basilicæ temporalia, presentia & futura dicta congregationi canonicis in perpetuum concedimus, & donamus, vt eorum ipsius in communi deseruiant. Viuant sub Priore more canonico ordine, salutarem religionem, & observantiam regulæ, vt sanctos decet, obseruent, copiose, & ordini congregationis conuentui, & sacro consortio, quorum nostris manibus ibidem introduximus, deseruiant, & diuinis obsequijs mancipentur, & seruiant prædictum regulam, & ipsius congregationis sacra more, & salubria statuta laudabiliter, & Deo iocundam conuersationem, & vitam agant.

Sicut omnes libertates, immunitates, exemptiones, dignitates, priuilegia à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris sive per Priuilegia, vel alias Indulgẽtias dictæ Lateranensis Capitulo, Conuentui, & ipsis simul, necnon dictæ congregationi de Frisonaria concessa sive à Regibus, Principibus, & aliis Christi fidelibus dicta præfata largitas, dictæ Ecclesiæ Lateranensis Capitulo, & Conuentui, & ipsis regularibus canonicis confirmamus, concedimus, donamus, & autoritate ipsius communimus. Statuentes Apostolica auctoritate, & per Saluatoris mundi misericordiam, & per ipsius eius Petri, & Pauli merita gloriosa, & sub districtionis ultione iudicij, vt nullus hominum eos inquietare turbare, vel impedire præsumat, vel prædicta ad Dei laudem, & gloriam instituta, stabilita, perpetua auctoritate firmata immutare, sed vt omnes roborare, tueri, & inuiolata seruare satagant à misericordissimo Deo, & Saluatore nostro benedictionis gratiam consequatur.

Nolentes, & eadem autoritate decernentes, quod si forsan aliquid contra præmissa, vel aliquid præmissorum per nos, vel Sedem Apostolicam in posterum concedendum, vel mutuari contingat, nisi de præsentibus literis ad verbum in literis huiusmodi mentio fieret specialis, illud, & quidquid secus factum fuerit, eisdem nostra propria, vel ex certa scientia, vel quibuscunque aliis fuerit emanauerit, irritum sit, & inane, nullamque ex hoc rei robur firmitatem. decernentes insuper ex nunc, nullius roboris, vel momenti, si secus à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum autem nos, qui semper istud in votis gessimus, & inter plurima, quæ pro Christianæ Catholicæ fidei, & Religionis honore, & ampliatione, & diuini cultus, & Religionis salutari propagatione, & Romanæ Ecclesiæ gloria per nos, licet immeritos, diuina clementia nostris temporibus operari dignatus fuit, hoc salutare opus, & sanctum reformationis nobis creditam, & reseruatam fuisse fundamentum, cura, & prouisionem, & cognoscimus, cura præmisse solicitudine, & efficacibus studijs intendentes, quibus salutaris seruor ne fundamenta dicti loci semper crescunt, per alias nostras literas sub Piscatoris Florentiæ 8. Idus Februarij Pontificatus no-

Monasterium insuper, & clausstrum, quod apud dictam Ecclesiam pro tanta rei institutione, & Saluatoris honore, ac nostra salute magnis expensis, oneribus, & amplissimis structuris à fundamentis adificari fecimus, & iam ferè multa operositate consummatum est, cum eorum vsibus deputamus, concedimus, & dictæ Basilicæ bona præfata, præsentia & futura dictæ congregationi canonicorum in perpetuum concedimus, & donamus, vt eorum vsibus in communi deseruiant. Viuant sub Priore suo in canonico ordine, salutarem religionem, & obseruantiam regulæ, vt sanctos decet, obseruent, copioso, & solerti congregationis conuentu, & sacro consortio, qualem iam nostri manibus ibidem introduximus, depastuntur, & diuinis obsequijs mancipamus, & secundum prædictam regulam, & ipsius congregationis sacros mores, & salubria instituta laudabilem, & Deo deuotam conuersationem, & vitam agant.

Necnon omnes libertates, immunitates, exemptiones, dignitates, priuilegia à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris siue per Priuilegia, vel alias Indulgentias Ecclesiæ Lateranensis Capitulo, Conuentui, & ipsis clericis, necnon dictæ congregationi de Erisonaria consessis, siue à Regibus, Principibus, & alijs Christi fidelibus Ecclesiæ præfatæ largitas, dictæ Ecclesiæ Lateranensi, & Capitulo, & Conuentui, & ipsis regularibus canonicis confirmamus, concedimus, donamus, & autoritate apostolica communimus. Statuentes Apostolica autoritate, & per Saluatoris mundi misericordiam, & per apostolorum Petri, & Pauli merita gloriosa, & sub huius obtestatione iudicij, vt nullus hominum eos inquietare, turbare, vel impedire præsumat, vel prædicta ad Dei laudem, & gloriam instituta, stabilita, perpetua autoritate firmata immutare, sed vt omnes roborare, custodire, & inuiolata seruare satagant à misericordissimo Deo, & Saluatore nostro benedictionis gratiam consequantur.

Ac volentes, & eadem autoritate decernentes, quod si forsan aliquid contra præmissa, vel aliquid præmissorum per nos, vel Sedem Apostolicam in posterum concedi, ordinari, vel immutari contingat, nisi de præsentibus de verbo ad verbum in literis huiusmodi mentio fieret specialis, illud, & quidquid secus factum fuerit, etiamsi motu proprio, vel ex certa scientia, vel quibuscunque aliis clausulis emanauerit, irritum sit, & inane, nullamque obtineat roboris firmitatem. decernentes insuper ex nunc, nullius roboris, vel momenti, si secus à quoquam quauis autoritate sciêter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum autem nos, qui semper istud in votis gessimus, & inter plurima, quæ pro Christianæ Catholicæ fidei, & religionis honore, & ampliatione, & diuini cultus, & Religionis salutari propagatione, & Romanæ Ecclesiæ gloria per nos, licet immeritos, diuina clementia nostris temporibus operari dignatus est, hoc salutare opus, & sanctæ reformationis nobis creditam, & reseruatam fuisse credimus, & cognouimus, circa præmissa solicitis, & efficacibus studijs intendentes, quibus salutaris seruor ex sancto desiderio semper creuit, per alias nostras literas sub Dat. Florentiæ 8. Idus Februarij Pontificatus nostri anno nono, dispositiones alias ordinauimus, & successiuè per alias literas nostras Dat. Romæ apud S. Petrum Calend. Maij Pontificatus nostri anno 14. & per alias literas sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum 4. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno 15. secundum quod expedire videbatur, plura circa hæc reformauimus, quarum vigore Altissimo concedente, quamplurima huic præsenti nostræ plenæ, & perfectæ ordinationi, & constitutioni, & dispositioni accommoda, & vtilia tam circa dictorum canonicorum regularium possessionem, quam administrationem, & plura alia tam per dictos canonicos, quam per alios de mandato nostro gesta, & facta fuit: illas omnes, cum omnibus inde secutis, quatenus huic nostræ præsenti ordinationi conueniunt, approbamus, & illu per hanc nostram plenioremq; & perfectiorem dispositionem adijcimus. In cæterù autem vel contrarijs, vel quæ huic minimè conuenirent, tollimus, & cassamus, & hanc plenam, & perfectam, & integrã, firmam, & illibatam ordinationem esse volumus, & decernimus. Non obstantibus dicti Bonifacij institutione, & immutatione prædictis quacunque firmitate &c. roboratis, ac priuilegijs per Sedem Apostolicam dictis secularibus canonicis beneficiatis, capitulo, dignitatibus, & officijs prædictis, vel ipsi Ecclesiæ quomodolibet concessis, & quocunque robore munitis, necnon alijs Apostolicis, & dictæ Ecclesiæ constitutionibus iuramento, vel alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, repositionis, constitutionis, ordinationis, firmationis, commissionis, concessionis, largitionis, amotionis, extinctionis, suppressionis, cassationis, renocationis, annullationis, abolitionis, appropriationis, incorporationis, institutionis, positionis, erectionis, deputationis, tributionis, donationis, confirmationis, cassationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli eius se nouerit incursurum. Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1446. decimo octauo Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno 16.

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Georgius tit. S. Anast. presbyter Cardinalis de Flisco manu propria subscripsi.

Ego B. Basilicæ SS. XII. Apostolorum presb. Card. Niceu. manu propria.

Ego Antonius tit. S. Chrysogoni presb. Cardin. manu propria.

Ego Io. tit. S. Laurentij in Lucina presb. Cardin. manu propria.

Ego G. tit. S. Martini in montibus presb. Cardin. subscripsi.

Ego Ioan. tit. S. Mariæ trans Tyberim presb. Card. manu propria.

Ego Ludouicus tit. S. Laurentij in Damaso presb. Card. Aquileg.

Ego Dominicus tit. S. Crucis in Ierusalem Cardin. Firmanus.

Ego Alphonsus tit. SS. Quatuor Coronatorum presb. Cardin.
Ego Henricus tit. S. Clementis presb. Card. Mediolan.
Ego Thomas tit. S. Susannæ presb. Cardin. manu propria.
Ego Io. tit. S. Sabinæ presb. Card. manu propria.
Ego Prosper S. Georgij ad Velum aureum S. R. E. Diacon. Card.
Ego Petrus S. Marianouæ S. R. E. Diacon. Card.
Ego Ioan. S. Angeli S. R. E. Diacon. Card.
Ego Franciscus Episcopus Portuen. manu propria.
Ego Io. Episcopus Prænestinus manu propria.

Hæc Eugenius, ex quibus meritò corrigenda quæ Iosephus Mozzagrugnus recens autor lib. 2. de rebus gestis canonicorum regularium fol. 45. pag. 2. scribit, in Bulla Eugeniana non contineri originem canonicorum Frigdionariorum, nec reduci siue restitui canonicos Frigdionarios ad Lateranensem Basilicam, sed totum ordinem canonicorum regularium in vniuersum, qui cũ esset in multas familias reformatus, in familia Frigdionaria introducitur in Ecclesiam Lateranensem. si enim de illorum origine non loquitur, quid illa Pontificis verba sonant: *Huius profecto sacri Ordinis, & sanctæ propositi post sanctos Apostolos primum in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor, & conditor? &c.* Dicet, loqui Pontificem de origine totius Ordinis in vniuersali, non de origine congregationis Frigdionariæ. At si sub ordine canonico in vniuersali non comprehenditur origo istius congregationis in particulari, cur dicit se velle, aut voluisse reducere canonicos Frigdionarios ad illam Ecclesiam, vt ipsam reduceret ad suum statum primæuum, & constitueret in ea clericos, qui erant ordo illius Ecclesiæ originalis? Dicet enim statim aliquis: hi Frigdionarij non sunt de illis originarijs clericis à D. Marco, siue à sanctis Apostolicis institutis, sed nuper in monasterio Frigdionario fuerunt instituti. Quare aut falsum dicit in verbis consequentibus, se velle reducere ad Lateranensem Basilicam illum ordinem, qui erat eiusdem Ecclesiæ primæuus, & originalis: aut de origine canonicorum Frigdionariorum agit in præcedentibus, cum dicit: *Huius profecto sacri Ordinis &c.* Deinde si non ipsi Frigdionarij ad Lateranensem Basilicam fuerunt reducti, ac illi restituti, quinam alij? an Germani, an Galli, Hispani, Hyberni? certum enim est aliquos fuisse restitutos, & nulli alij demonstrari possunt, præter Frigdionarios. Dicet restitutus est ordo canonicus in vniuersum. Sed quid est vniuersale sine singularibus? Certè actus ille restitutionis cum sit particularis, & practicus, circa aliquam particularem congregationem, non circa vniuersale abstractum exercitus fuit: & nulla alia congregatio, præter Frigdionariam, demonstratur, circa quam contigerit illum exerceri. Sed veritas huius assertionis ex dicendis in sequenti capite planior fiet.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Canonicos Frigdionarios Ecclesia Lateranensi per Eugenium restitutos fuisse verè, & propriè de antiquis Canonicis Regularibus Basilicæ Lateranensis, & per reformationem factam in Monasterio Frigdionario nullam nouam Congregationem fuisse institutam.

QVod non desint Autores, complura de nostra congregatione falsa, ficta, & fabulosa suis in libris exarantes, quæ licet ante centum annos, & amplius, coram nonnullis S. R. E. Cardinalibus maturè discussa, & reiecta, necnon in causa præcedentiæ inter nos, & Ven. Monachos congregationis Cassinensis coram alijs S. R. E. Cardinalibus per procuratores partis aduersæ millies allegata, inculcata, & ab eisdem Cardinalibus, immò à Summis Pontificibus paruipensa, contempta, & reiecta: nihilominus ex libris allegationum eiusdem partis aduersæ, aut verius ex apologijs, & famosis libellis Ambrosij Coriolani, Pauli Bergomensis, & similium diligentissimè collecta suis libris denuo inserere, & contra literas Apostolicas denuo in vulgus spargere non timent, asserentes, canonicos in monasterio Frigdionario reformatos non fuisse verè de illis antiquis canonicis Lateranensibus à B. Augustino, immò à sanctis Apostolis institutis, sed in ipsa reformatione Frigdionaria tramitem successionis ab antiquis canonicis deductum intercisum, nouamque congregationem ab antiqua Lateranensi longè diuersam per quendam Fratrem Iacobum Conuersum ordinis Prædicatorum Apostatam, & refugam institutam. Compellor hic loci, Lector Benevole, subsistere, tramitemque narrationis paululum intermittere, Scholastic um interim acturus, ostensurusque, si Diuis placet, in meridiana luce veritatem.

1

Quòd nimirũ in reformatione Frigdionaria nulla nua congregatio fuerit instituta, nec trames antiquæ canonicorũ vllatenus intercisus: sed canonici Frigdion-

refor-

...formatus, & Lateranæ per Eugenium restitutus exti...sse verè, & propriè de antiquis canonicis Lateranensibus Beati Gelasij, vel augustini, vel Apostolis institutis & exilio ...timata successione spiritualiter propagatis, & propterea nomen, ac titulum canonicorũ Lateranensium ipsis Frigdionarijs reformatis non tam in...dubitanter Romanorum Pontificum nuper concessum, quam vere successionis per eosdem Pontifices restitutum.

HAnc autem veritatem, quam nullus negare potest, nisi rei, de qua nunc agimus, ignarus, vel oculis liuore suffultus, triplici genere demonstrationum sic probo. primò quidem ratione, secundò autoritate Doctorum, & Historicorum, tertiò decretis, & definitionibus Romanorum Pontificum.

Prima ratio sumitur à loco reformationis, quæ sic deducitur. Canonici antiqui Frigdionarij ante reformationem erant de veris, & legitimis canonicis Lateranensibus, hoc assumptum probo dupliciter. primo quia veteres Frigdionarij erant de antiquis canonicis per B. Frigdianum institutis, vt suprac. 6. ostendimus: Canonici verò in Ecclesia Lucensi per B. Frigdianum instituti erant de canonicis Lateranensibus: nam ipse B. Frigdianus electus fuit Episcopus Lucensis ex canonico Lateranensi, qui ad Episcopatum electus canonicos regulariter viuentes more Lateranensium in Ecclesia Lucensi statim plantauit. secundò quia veteres Frigdionarij erant eiusdem processus instituti cum canonicis S. Frigdiani: nam vacante Prioratu monasterij æque suos Priores de gremio Capituli S. Frigdiani, vel alterius monasterij congregationis Frigdianæ, sicut ex suis canonicis eligebant, vt ex forma electionũ, quæ ante reformationem per illos sunt factæ, quarum supra cap. 7. meminimus, satis liquet. At Frigdiani canonicos cum antiquis Lateranensibus eosdem prorsus fuisse instituti, præter ea, quæ libro superiori cap. 45. & hoc eodem libro cap. 4. tradidimus, probabimus inferius ex compluribus literis Apostolicis. Subinfero nunc Minorem. Sed canonici reformati circa annũ 1401. in monasterio Frigdionario ijdem prorsus fuerunt, & sunt cum antiquis loci canonicis ante reformationem: nam constat, quidquid nonnulli grauiores murmurarent, canonicos regulares saltem ab Alexandro IV. vsque ad annum 1401. continuata successione in dicto monasterio mansisse, vti supra deductis patet, ac in eodem monasterio tempore reformationis quinque canonicos regulares fuisse, quorum vnus post reformationem nomine Frater Ioannes anno 1406. fuit Prior monasterij, vt patet per instrumentum institutionis primi Prioris Casoretani supra relatum. Ergo de primo ad vltimum canonici Frigdionarij reformati, fuerunt, & sunt verè de prima antiquis canonicis regularibus Lateranensibus, & non per solam indulgentiam Pontificis sic denominati.

reformatos, & Lateranj per Eugenium restitutos existere, & propriè de antiquis canonicis Lateranensibus à tempore Gelasij, vel Augustino, vel Apostolis institutis, & ex illis cõtinuata successione spiritualiter propagatos, & propterea nomen, ac titulum canonicorum Lateranensium ipsis Frigdionarijs reformatis non tam indulgentia Romanorum Pontificum nuper concessum, quam iure successionis per eosdem Pontifices restitutum.

II. HAnc autem veritatem, quam nullus negare potest, nisi rei, de qua nunc agimus, ignarus, vel oculis liuore suffultus, triplici genere demonstrationum sic probo. primò quidem ratione: secundò autoritate Doctorum, & Historicorum: tertiò decretis, & definitionibus Romanorum Pontificum.

Prima ratio sumitur à loco reformationis, quę sic deducitur. Canonici antiqui Frigdionarij ante reformationem erant de veris, & legitimis canonicis Lateranensibus, hoc assumptum probo dupliciter. primo quia veteres Frigdionarij erant de antiquis canonicis per B. Frigdianum institutis, vt suprà c. 6. ostendimus: Canonici verò in Ecclesia Lucensi per B. Frigdianum instituti erant de canonicis Lateranensibus: nam ipse B. Frigdianus factus fuit Episcopus Lucensis ex canonico Lateranensi, qui ad Episcopatum electus canonicos regulariter viuentes more Lateranensium in Ecclesia Lucensi statim plantauit. secundò quia veteres Frigdionarij erant eiusdem prorsus instituti cum canonicis S. Frigdiani: nam vacãte Prioratu monasterij æque suos Priores de gremio Capituli S. Frigdiani, vel alterius monasterij congregationis Frigdianæ, sicut ex suis canonicis eligebant, vt ex forma electionũ, quæ ante reformationem per illos sunt factæ, quarum supra cap. 7. meminimus, satis liquet. At S. Frigdiani canonicos cum antiquis Lateranensibus eiusdem prorsus fuisse instituti, præter ea, quæ libro superiori cap. 45. & hoc eodem libro cap. 4. tradidimus, probabimus inferius ex complurib⁹ literis Apostolicis. Subinfero nunc Minorem. Sed canonici reformati circa annũ 1401. in monasterio Frigdionario ijdem prorsus fuerunt, & sunt cum antiquis loci canonicis ante reformationem: nam constat, quidquid nonnulli grauiter murmurent, canonicos regulares saltem ab Alexandro IV. vsque ad annum 1401. continuata successione in dicto monasterio mansisse, vt ex supra deductis patet, ac in eodem monasterio tempore reformationis quinque canonicos superstites fuisse, quorum vnus post reformationem nomine Frater Ioannes anno 1406. fuit Prior monasterij, vt patet per instrumentum institutionis primi Prioris Casoretani supra relatum. Ergo de primo ad vltimum canonici Frigdionarij, reformati, fuerunt, & sunt verè de primis antiquis canonicis regularibus Lateranensibus, & non per solam indulgentiam Pontificis sic denominati.

III. Secunda ratio sumitur à conditionibus necessariò requisitis ad fundandam congregationem nouam. nam si canonici Frigdionarij non sunt de antiquis canonicis dicti monasterij, & consequenter de Lateranensibus, sed noua congregatio per Fratrem illum Iacobum instituta, & ab antiquis diuersa, vt nonnulli calumniantur. quæro à sic dicentibus, quanam autoritate prædictus Frater Iacobus id fecerit, an propria, an Romani Pontificis? Si propria. non ergo Religio, seu congregatio approbata, sed potius reprobata, & illius autor excommunicatus per Extrauagantem Ioannis XXII. quæ incipit: *Sancta Romana*. referente Panormitano in cap. finali, de Religiosis domibus, & Syluestro in verbo Excõmunicatio 9. num. 45. & ita etiam sentiunt prædicti autores, & Angelus in verbo Excommunicatio 7. casu 22. & Nauarrus in Manuali cap. 27. n. 127. licet contrarium quoad pœnam excõmunicationis sentiat Suarez in tomo de Censuris disp. 23. de excommunicatione sect. 4. num. 20. post Caietanum. Et quidquid sit de excommunicatione, certum est, Religionem propria autoritate institutam esse reprobatam cap. de Nimia. de Religiosis domibus. & cap. Religionum. eodẽ titulo lib. 6. Vt quid igitur congregationem reprobatam Romani Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes tot priuilegijs muniuerunt? Abbatijs, & alijs beneficijs, & bonis temporalibus ditauerunt? Si autem dicatur, publica Pontificis autoritate illam fuisse institutam proferatur nobis diploma Pontificis. nos enim illud nunquam vidimus. sed nec aliquis ex aduersarijs illud nobis monstrauit. Dicetur, congregationem ab illo Fr. Iacobo institutam, postea per Gregorium XII. probatam. Verùm ista Gregorij XII. probatio vbi est. & quibusnam literis continetur? nos enim duo, vel tria ad summum Priuilegia per hunc Sũmum Pontificem canonicis Frigdionarijs tributa legimus. Primum datum Romæ apud S. Petrũ pridie nonas Iulij Pontificatus sui anno primo, scilicet anno 1407. D. Benedicto Ariminensi suo antea familiari directum, per quod Prioratum S. Leonardi prope Veronam illi regendum committit, & reformandum. Secundum datum ibidẽ eodem anno 1407. per quod canonicos Frigdionarios liberat ab exactionibus & contributionibus. Tertium datum Lucæ 5. Calend. Maij Pontificatus sui anno secundo, directum Prioribus, & monasterijs S. Leonardi apud Veronam, & S. Mariæ de Frisonaria, in quibus congregationẽ, siue institutionem approbatam supponens, priuilegia, & beneficia canonicis Frigdionarijs sic institutis elargitur. de ipsa verò confirmatione, siue approbatione nec vnum verbum habet: nec aduersarij aliud Gregorij priuilegium proferũt. Quare quod de confirmatione congregationis Frigdionariæ facta per Gregorium XII. comminiscuntur, gratis asserunt, & gratis negari debet.

Tertia

IV. TErtia ratio sumitur ex tempore ipsius institutionis. nam qui dicunt, nos à prædicto Fratre Iacobo nuper institutos, fatentur dictam institutionem factam alij sub Gregorio XII. alij tempore Conc. Pisani, alij sub Ioanne XXIII. alij sub Martino V. quæ sententiarum varietas, & inconstantia sola sufficiens est, ad illarum falsitatem retegendam, cum nõ minus cũ seipsis more Philistinorũ, quam cum veritate pugnent. nam quomodo potuit hæc congregatio sub Greg. XII. vel tempore Concilij Pisani primitùs fuisse instituta, quam scripturis authenticis supra c. 10. redditis constat, ante Greg. XII. Pontificatum iam duo monasteria reformata obtinuisse, alterum S. Mariæ Frigdionarium, alterum S. Mariæ Casoreti prope Mediolanum?

Quarta ratio sumitur ab identitate professionis, & habitus. nam canonici Frigdionarij reformati conueniunt cum antiquis Frigdionarijs, & Lateranensibus in professione, & habitu, cum habitus antiquorum canonicorum fuerit vestis linea, quam sub cappa deferebant, à parte anteriori aperta, vt notatur in Clementina prima de electione. in verbo habitus, & fusè tradidimus lib. 2. cap. 8 & 69. quem constat esse habitum canonicorum in monasterio Frigdionario reformatorum. nam quod de scapulari nigro ab illo Fr. Iacobo assumpto & postea dimisso, vel in almutias conuerso Ioannes Baptista Signius, & Iosephus Mozzagrugnus Æsopi fabulã de cauda vulpeculæ renouantes, comminiscuntur, pace illorũ fabulæ sunt, & næniæ potius contemnendæ, quam ratione aliqua redarguendæ.

V. SEcundò principaliter probari potest hæc veritas autoritate, & suffragijs omnium doctorum, & Historicorum de hac re scribentium, paucissimis exceptis, partibus in causa formalibus existentibus. & in odium nostræ congregationis, potius quam in veritatis obsequium scribentib. qui nostros Frigdionarios de veris antiquis canonicis Lateranensibus esse fatentur, & pro talibus agnoscunt. & propterea primum locum inter omnes regularium ordines vltrò illis ac libentissimè concedunt. quorum primus sit B. Antoninus Archiepisc. Florentinus, qui nostræ reformationis initium optimè nouit, cum vixerit temporibus Martini V. Eugenij IV. & Nicolai V. & nonnullos ex nostris primis reformatorib. forsan vidit, & allocutus fuit. Hic enim in Summa Histor. par. 2. tit. 15. cap. 16. in fine sic ait: *Circa annos Domini 1080. vt refert Vincentius in Speculo Historiali lib. 26. cap 51. post Sigibertum tempore Gregorij VII. Papæ, & Henrici Imperatorij, cœpit reflorere in Ecclesia B. Quintini Belnacensis ordo canonicorum regularium, primum ab Apostolis, postea à B. Augustino Episcopo, & Doctore eximio regulariter institutus, sub Magistro Iuone venerabili eiusdẽ Ecclesiæ Præposito, postea Carnotensi Episcopo, qui post Isidorum fecit compilationem antiquam decretorum. In diuersis autem regionibus reperitur ordo, & modus viuendi dispersus, de quo etiam habetur in iure notatum, vt extra de Statu monachorum, & canonicorum regularium cap. Quod Dei timorem. De isto ordine fuerunt visi insignes viri, & Doctores, Hugo de Sancto Victore, & Riccardus de S. Victore, & Hugo de Foglieto, de quibus infra dicetur. Et cum in processu temporis esset satis collapsus, restituit ad vitam regularem circa annos Domini 1380. vt dicetur infra. & c. 23. §. 2. nam canonici regulares, qui dicuntur principium habuisse à Gemma Doctorũ D. Augustino, à regula sua relaxati erant, & deformati sed reformati à Domino mediantib. duobus viris sciẽtia, & vita præclaris. & iam dilatati sunt per Italiam in fratribus, & monasterijs, degentes in regulari obseruantia. & primus eorum locus fuit, & est prope Lucam, & dicitur Frisonaria, vnde congregatio illa, quæ sub vno capite gubernatur, dicitur de Frisonaria, & Abbatiam Fesulanam possidẽt. Et post eos quidã alij Religiosi ordinis Eremitarum segregãtes se ab ipso ordine, vt restitui voluerunt, sumpserunt statum, & habitũ canonicorũ regularium B. Augustini &c.* Hæc D. Antoninus, qui satis aperte indicat, reformationem Frigdionarium non fuisse nouam institutionem, sed antiqui ordinis canonici per B. Augustinum instituti, & per B. Iuonem reformati, ac iterum relaxati restitutionem factam, non per vnum Conuersum ordinis Prædicatorum Apostatam, vt quidam calumniantur, sed mediantibus duobus viris, scientia, & vita præclaris, de quibus supra dictum fuit, & infra dicetur.

Scio locum D. Antonini à recenti Scriptore Iosepho Mozzagrugno lib. 8 fol. 8. pag. 2. corruptum, dum ait. *Relaxatos postremo tempore generaliter canonicos regulares à sua regula testatur idem Archiepiscopus, cum postea intulit, reformatos mediantibus duobus viris sub binas congregationes has, nas debinc nones ordines compellauimus in propriũ locũ.* falsum enim est dicere D. Antoninum illos duos viros præclaros reformasse ordinem canonicorum sub binas congregationes: nam ille solũ dicit vnam congregationem de Frisonaria nuncupatam illos reformasse, vt legenti patebit. nã quod subdit: *Et post eos quidam alij Religiosi ordinis Eremitarum &c.* satis indicat, illos posteriores, qui ex Eremitis statum, & habitum canonicorum regularium assumpserunt, diuersos fuisse ab illis, per quos ordo canonicus mediantibus illis duobus viris præclaris fuit reformatus.

VI. SEcundus est Fr. Iacobus Philippus Bergomẽsis ordinis Eremitarum, autor Supplementi Chronicorum, qui licet in prioribus editionibus suorum librorum de hac ipsa congregatione, & de toto ordine canonicorum regularium multa falsa, & contumelioſa scripserit & in secunda editione anni 1502. alios errores addiderit: tamen in vltima recognitione, quam Supplementum Supplementi nuncupauit, impressa Venetijs anno 1506. admonitus præsertim

per

per literas ab Augustino Ticmenti, inter alia errata, quæ in dicto opere emendauit, quæ contra veritatem, & contra totum ordinem canonicum & specialiter contra nostram congregationem scripserat, de veritate certior factus lib. 14. sub anno 1407. sequentibus verbis sic retractauit.

Origo & procursus canonicorum regularium, eorũq; almæ nostræ vsq; tẽpora regularis obseruantiæ continuatio.

Ordo Canonicorum Regularium ab Apostolis primũ institutus, idemque à B. Augustino apud Hipponem Africæ vrbem diuinis institutionibus decoratus, refloruit variis postmodum temporum successibus in Hispania, Gallijs, reliquisq; per Orbẽ Regionibus, & per Italiam mirum in modum est profusius dilatatus. Sed apud Eugubium in Beluacensi Ecclesia sub magistro, sanctoque viro Ivone eiusdem Ecclesiæ Præposito ad pristinam eiusdem ordinis obseruantiam efflorere cœpit 22. Imperij Henrici Quarti anno. Testis est Sigibertus *in Chronicis, & Vincentius Historialis lib. Historiæ sua 26. cap. 51. Hanc veritatem sequitur, & refert Fasciculi temporum autor, & Venerabilis Antoninus Archiepiscopus Florentinus 2. suæ Chronicæ parte tit. 15. & cap. 16. quod incipit: Circa annos Domini MLXXX. Sciat etiam id colligi posse ex ipsius B. Augustini sermonibus de moribus, & communi vita clericorum. Quod & Romanorum Pontificum Canones, & Doctorum dictis certissima veritate testantur. Cæterum quoniam successum Italia, & apud cæteras quamplures nationes vary, temporum emergentibus casibus, idem ordo multipliciter à Domino sit reformatus, optimè testantur veratissima, & authentica librorũ testimonia. nã per sanctum virum Frigdianum Lucensem Episcopum, de qua magnum meminit Gregorius in Dialogorũ libro per Tusciam, & pernumerosam pene Italiam fuit sparsus, & auctus. In Anglia quoque per Augustinum Anglorum Episcopum iussu, & mandato beatissimi Gregorij institutus est, quod habetur in Decretis à Gratiano cap. Quia tua fraternitas 12. q. 1. In Gallijs etiam ante, & post longa tempora beati Hugonis, & Ruccardi de sancta Villota etenim in Italia vsque ad tempora Beati Damiani apud Rauennam primum in canonica S. Mariæ Portu, deinde per Italiam ab eo capite est diffusus. Ipse namque vir sanctus clara ex familia de Honestis Rauennæ natus, prius apud Auclanæ locum Eremiticam duxit vitam. Deinde Episcopus Ostiensis, & Cardinalis ordinatus tempore schismatis inter Cadolum Episcopum Parmensem, & Alexandrum II. pileo à se sponte abdicato, ad Canonicam præfatam se transtulit, ibique post multa præclara librorum edita opuscula, & patratu magnificè gesta eiusdem loci Prior sanctè, pieque in Domino quieuit. Extant vsque in præsentiarum constitutiones ab eo editæ de communi vita regularium clericorum, & Paschalis II. autoritate confirmatæ. Floruit idem ordo, & mirabiliter auctus tempore Benedicti XII. qui circa annos Domini 1342. ipsum ordinem priuilegijs, & constitutionibus ab ipso approbatis decorauit.*

Verum enimvero canonicum idem ordo in Hetruriæ regione florentissima agro Lucensi apud canonicam S. Mariæ in ade Frigdianæ sæcularis religionis successu à Domino est reparatus. de ipsa quidem Ordinis continuatione meminit idem Archiepiscopus Florentinus eodem tit. & cap. 33. §. etiam flores apparuerunt in terra nostra. nam vt idem testatur, & canonici regulares in loco prænominato olim ab illustri Mathilda Comitissa condito, duobus mediantibus viris eiusdem ordinis professis vita, & doctrina præclaris circa hæc tempora à Domino sunt reformati. & vsque hodie Abbatiam Fesulanam possident, sub vno capite, & congregatione degentes. Sed versus dicuntur canonici regulares D. Augustini, & congregationis Lateranensis S. Saluatoris de Vrbe. At qui fuerint præfati duo viri, authenticis scriptis, & certa veritate compertum habetur. hi videlicet exiterunt eiusdem sanctæ regularis obseruantiæ autores Dominus Leo de Carate, & Dominus Thadæus de Bonascio, seu secundum quosdam de Bagnascio Papien. canonici ambo regulares Cœnobij S. Petri Papiæ in Cælo aureo professi: & ipsi Venerabilis Patris Bartholomæi sacerdotis Dei præconis celeberrimi, ciuisq; Romani de Columna consilio, & hortatu ad præfatum locum se recipientes, sanctam reformationem sub regulari eiusdem ordinis obseruantia, & sub altissima paupertate Dei cooperante gratia fundarunt. Siquidem Leo, qui ante Leonardus dictus est, dum præfati Cœnobij S. Petri in Cælo aureo Prior existeret, & iuris canonici doctor eximius, vir sanctus, & quasi alter Elias Dei spiritu feruens, per omnia certe probatus, Zelo actioris vitæ ex præfato cœnobio ad eum locum reformandum, de consensu tamen Abbatis, & Conuentus gaudens se contulit. quod & publico super hoc instrumento, rogato manu Ioannis de Piscarijs Notarij, & ciuis Papiensis, eius exemplar vsque ad nostra tempora penes quendam ciuem Papiensem de Vecbijs repositum esse dignoscitur. Hunc itaque virum paulo ante præcesserat Venerab. sacerdos, & concanonicus eiusdem cœnobij S. Petri præfatus Dominus Thadæus, qui diuino numine afflatus, & præfati sacerdotis Bartholomæi sua, su anno Domini 1402. prius præfatam Frigdianæ canonicã Vicarius, & subinde Prior nõ multo post dicti D. Bartholomæi & præsidentis coadiutor incredibili prouidentia gubernauit: cuius non longè post Priorali administrationi prælibatus Dominus Leo successit anno salutis 1408. quo tẽpore idẽ Pater Leo Domni Vicentij Ianoti Prioris S. Frigdiani de Luca precatu nonnullos ex suis canonicis ad eiusdem Ecclesiæ reformationẽ concessit, vt habetur in Archiuis S. Frigdiani ex instrumento rogato manu ser. Raphaelis quondã Nicolai Benedicti de Luca. Igitur prænominati duo viri, quasi duo candelabra rutilantia, eam Congregationem vitæ postmodũ, & doctrinæ splendore mirabiliter illustrarunt. erat etiam apud Carthusiense cœnobium non longè ab eo Frigdianæ loco distans Prior Ven. Pater Nicolaus de Albergatis, Bononiensis, postea Cardinalis tit. S. Crucis ab Eugenio IV. creatus. hic cognito sanctorum virorum proposito, eum ad locum eos ipse perduxit: Siquidem eo in loco idem canonicus ordo per longa annorum tempora inde fuisse viguerat, quod & testantur eiusdem loci antiqua Pontificum priuilegia. non longe vero post contigit,

tigit, vt vna cum Pontifice Maximo Gregorio XII. Dominus Gabriel Gondulmerius postea Eugenius huius nominis IV. eiusdem Pontificis Gregorij ex sorore nepos Cardinalatus dum ad Lucensem Vrbem peruenisset, huius sancti propositi inclito comperto successu, singulari admodum lætitia gauisus est: nam dum antea Venetijs, & Patauij ad eiusdem sacras Bartholomæi Patris Conciones innumerabilis ferè populi concursus haberetur, quamplures vtriusque sexus ex Patritio Veneto sanguine iuuenes ad Christi suaue iugum conuertebantur, ex quorum numero idem Dominus Gabriel vnus erat, qui simul cum paucis Patricijs Venetis congregationi sancti Georgij de Alega mutuum dederat, hic itaque Dominus Gabriel eidem Patri Bartholomæo filialis charitate deuinctus, sancta illa societate mirificè oblectatus, illius insuper & loci patrocinio sponte suscepto, satis egit, vt locus ille sacer sub Sedis Apostolicæ protectione, Pontificisque autoritate, & priuilegijs amplissimis muniretur, hæc siquidem sancta Religio, eiusdemque ordinis reformatio, licet ab eo loco, vnde ipsius reformationis initium sumpserat, quandoque fuerit denominata: idem tamen Dominus Gabriel, postea Eugenius IV. initio Pontificatus Lateranensem Ecclesiam, in qua per longa annorum tempora præfatum ordinem canonicum, testantibus Pontificum priuilegijs, peruigilasse constat, ad pristinum eiusdem ordinis statum reducere volens, dicta congregationis canonicis accersitis, de consilio, & consensu Dominorum Cardinalium, certa scientia, motu proprio, & autoritate Apostolica eidem congregationi mox ipsum locum restituit: sicque incorporauit, vt deinceps præfata congregatio ab ipsa Ecclesia Lateranensi perpetuis futuris temporibus denominaretur, & dicta congregationis canonici de eiusdem Basilicæ capitulari gremio clerici censerentur, & essent. quod & idem fecit Nicolaus Quintus, sed & Sixtus Pontifex huius nominis Quartus speciali priuilegio, & decreto motu proprio voluit, & declarauit, vt ipsius congregationis canonici eodem quoque titulo perinde gaudeant, & perfruantur, ac si vt prius dictam Basilicam gubernarent. Cuius quidem ordinis nomen quum celeberrimum vbique locorum per totam Italiam prædicaretur, in eum clarissimis generis viri ingressi, eumque ordinem verbo, & exemplo, atque doctrina plurimū auxerunt, & conseruarunt: qui non minus probitate, moribus, cæteriquæ virtutum ornamentis, quam prosapia clarissimi extiterunt: quorum etiam doctrinis ipsa Religio aucta, & illustrata fuit. Præcipuos tamen Paulum Veronensem, & Timotheum eiusdem Pauli ex fratre nepotem diuinorum eloquiorum vehementissimos, atque eruditissimos Dei præcones existimo. Sed longè antea ab exordio dictæ congregationis habuit Ordo prædictus in primis Venerabilem D. Præfatum Bartholomæum Columnæ præconem celeberrimum, & eiusdem loci primatem Priorem habuit. insuper D. Iacobum Bergomensem de Aduogadris, in seculo Almericum, iurisque consultum peritissimum, qui & præfati Bartholomæi discipulus, non multo post dictæ reformationis initium ingressus, eam congregationem prædicando, moribus, vita, atque doctrinis plurimum decorauit. fuerunt quoque eiusdem D. Iacobi sub Patris Bartholomæi disciplina condiscipuli, & Religione socij, eruditissimi viri D. Petrus de Rido Patauinus Ciuis, & D. Nicolaus de Curte Papiensis, viri certè regiminis cura præstantes. Habuit & Titum Ferrariensem, Nicolaum, & Cyprianum Bononienses, Bassianum, & Simonem Mediolanenses, Philippum Vtinensem, Raphaelem Florentinum, Iacobum Foroliuiensem, Dominicum Tarusinum, Celsum, necnon Matthæum, & alterum itemorem Matthæum Veronēses, quorū primus cōplures edidit libellos, doctrina insignes aduersus canonici ordinis impugnatores, secundus elegantissimos à se libellos edites reliquit, tertius Philosophus acutissimus, & Theologus eruditissimus magno pretio Patauij habetur, vita sanctimonia, præcipuus. Habuit & Ioannem Vercellensem de Aduogadris, Adeodatum, & Blasium Vicentinos alterij, viros integerrimos, & in declamationibus prædicatores illustres, atque alios complures in omni doctrina, eloquentia, & sanctimonia percelebres.

Verum quia de Canonicorum Ordine supra lib. 2. aliquid cursim diximus, non abre pancabit, quæ sequuntur, post dicti libri impressionem ad nostram notitiam nuper allata, clariori comperta veritate subnectimus.

Canonicorum igitur Ordo regularium D. Augustini, à quibus directe, vt diximus præfata congregatio ciuitatur, & ab ipso Patre Augustino regularem sumpsit institutionem, nam, vt in dicta sermonibus de Communi vita Clericorum ad verbum habetur, Clericos intra Episcopi domum habere curauit, & communiter viuere secundum Apostolicam formam, quod viuit, in communi degere voluit. Quibus omnibus patuit, vnum in Deo sentire, & omnia in communi possidere. Et ibi inquit: Clericus duo professus est, scilicet sanctitatem, id est obedientiam, castitatem, & viuere in communi. Et vt tunicam lineam, & birrum, id est vestem desuper habitum, in communi gestarent: quia & ipse in communi acceperat. Vnde inquit: nemo det horum, aut tunicam lineam, nisi in communi, quia & in commune accepit. non decet hanc professionem, non decet hos canos &c. Ideo in sacris Canonibus regulares Latinè, qui & canonici à Canone Græcè appellantur, vt habetur de consecratione dist. 5. cap. in omnibus, vt clerici canonici canonicè viuant. glossa inquit: clerici canonici, id est canonici regulares. Et licet in habitu superiori varijs in locis diuersis reperiantur canonici: tamen, vt colligetur per Doctores in Capitulo. Deus qui. de Vita, & honestate Clericorum, diuersitas ista non diuersificat ipsum ordinem in specie penes habitum superiorem, siue in forma, siue in colore, cum habitus superior non sit de substantia professionis, sed habitus interior, scilicet tunica linea, quæ est propria, & legitimus canonicorum regularium habitus, & in eo proprie profitentur: ita enim pulchre notatur ex glossa Ioannis Andreæ in verbo habitus in Clement. prima de Electione. Et addit, quod varietas coloris in habitu superiori non causat diuersitatem ordinis seu religionis canonicorum. Sunt ergo omnes isti canonici, de quibus paulo superius diximus, vnius eiusdem ordinis, cum vno, quo habitu licet regulari, Augusti-

gustinianum profitentes, primum ab apostolum sumpserunt Ecclesiæ sunt instituti, & per Augustinum ad communem regulam quibus constitutionibus ad communem regulam rectificarent etiam colligitur ex præfatis sermonibus de Communi vita Clericorum, & constitutionibus Innocentij Romanorum Pontificum Benedictis XII. Gregorij IV. Nicolai V. & Sixti IV. & alijs authenticis scriptis & approbatis Testimonijs existentibus apud præfatam congregationis Lateranensis canonicos. Qui etiam canonicam S. Mariam Portu, Vercellis canonicam S. Andreæ, Mortarij canonicam S. Crucis, Verucis canonicam S. Mariæ de Charitate, montis Bellij canonicam S. Mariæ, & sancti Ioannis in monte, aliasque in pluribus locis ex longæui, & immemorabili tempore vsq; præfatas canonicas sub eiusdem ordinis primitiua institutione fundatas, in pristinum eiusdem ordinis, & Regularis observantiæ statum Romanorum Pontificum priuilegijs fauentibus restituerunt, ac sub eodem ordine continuatione reformarunt. Hæc omnia dictus Autor.

NOn me latet Ioſephum Mozzagrugnum lib. 2. fol. 3. pag. 2. & fol. 32. pag. 2. ſuo, & eorum nomine Auguſtino Ticinenſi imponere in hunc locum ab ipſo Ticinenſi, & à noſtris prædecommodo falſificatum, & deprauatum. Verùm ad impoſteram, & calumniam abſtergendam ſatis ſuperq; libri inſpectio ſufficere poteſt, qui non vbique tantum in loco, vbi de canonicis regularibus agitur, ſed aliis innumeris à principio vſque ad finem eſt recognitus, & caſtigatus: vt non tam vetera libri noua editio, quam caſtigatio meritò dici poſſit, quemadmodum ipſemet illius autor cum vocat in epiſtola nuncupatoria ad Reuerendiſſimum Antoniotum S. Praxedis presbyterum Cardinalem, ita ſcribens: Cum ſupplementum Chronarum mearum iam dudum à me multis laboribus, vtilitatibusque vigilijs elucubratum in Cibillo Reuerendiſſimæ ac ſapientiſſimæ Patet, & Domine, ſæpe, & ſæpiſſime incredibili voluptate, & animi ſuauitate perlegerem, deprehendi in eo plurima ſane mendoſa, pluriorq; atque ſane antiqua, quam vna memoratu dignißima deeſſe. quamobrem haud parum ſubtriſtis diu extiti. Verùm tandem cum meipſum collegiſſem, & rem mente diligentius volutaſſem, demum animo inconſulo, mea vetuſtate, ac mee tremula manus paruper oblitus, de ipſo numeſſure repercuſſionem conſtituí &c. Meminit eiuſdem retractationis Auguſtinus Ticinenſis in Propugnaculo parte 4. cap. 22. qui tamen liber Iacobo Philippo adhuc in viuis agēte ab ipſo Ticinenſi eſt editus, quæ ſi Mozzagrugnus, & ſui vidiſſent, non dubium eſt, quin ab impoſtura tam infigni calumnam retraxiſſent; ſed mea opinio certiſſima eſt, illos hanc vltimam Iacobi Philippi recognitionem nunquam vidiſſe.

TErtius teſtis eſt Raphaël Volaterranus in ſuis Commentarijs lib. 21. vbi de ſacro canonicorum ordine ſic ſcribit: Ordo autem canonicus ab Auguſtino, non tam inſtitutus, quam renouatus: ab Anſelmo in monte Syon exordium ſumpſit, qui poſt

augustinianum profitentes, primum ab Apostolis in prima Ecclesia sunt instituti, & per Augustinum regularibus constitutionibus ad communem regularem vitam restituti: vt etiam colligere ex prasatis sermonibus de Communi vita Clericorum, & constitutionibus, & decretis Romanorum Pontificum Benedicti XII. Eugenij IV. Nicolai V. & Sixti IV. & alijs authenticis scriptis, & approbatis Testimonijs existentibus apud prasatas congregationis Lateranensis canonicos. Qui etiam habuerunt canonicam S. Mariæ in Portu, Vercellis canonicam S. Andreæ, Mortarij canonicam S. Crucis. Venetijs canonicam S. Mariæ de Charitate, montis Bell, & Bononiæ canonicam S. Mariæ, & sancti Ioannis in monte, aliasq; in pluribus locis ex longæui, & immemorabili temporis vsu prasatas canonicas sub eiusdem ordinis primaria institutione fundatas, in pristinum eiusdem ordinis, & Regularis observantiæ statum Romanorum Pontificum priuilegijs fauentibus restituerunt, ac sub eiusdem ordinis continuatione reformarunt. Hæc omnia dictus Autor.

VII. NOn me latet Ioſephum Mozzagrugnum lib. 8. fol. 3. pag. 2. & fol. 32. pag. 2. ſuo, & ſuorum nomine Auguſtino Ticinenſi imponere, hunc locum ab ipſo Ticinenſi, & à noſtris pro commodo falſificatum, & deprauatum. Verùm ad impoſturam, & calumniam abſtergendam ſola ipſius libri inſpectio ſufficere poteſt, qui non vno tantum in loco, vbi de canonicis regularibus agitur, ſed alijs innumeris à principio vſque ad finem eſt recognitus, & caſtigatus: vt non tam veteris libri notia editio, quam caſtigatio meritò dici poſſit, quemadmodum ipſemet illius autor cum vocat in epiſtola nuncupatoria ad Reuerendiſſimum Antoniotum S. Praxedis presbyterum Cardinalem, ita ſcribens: *Cum ſupplementum Chronicarum mearum iam dudum à me multis laboribus, nonnullisque vigilijs elucubratum in Chrillo Reuerendiſſime ac ſapientiſſime Pater, & Domine, ſæpe, & ſæpius, eadem incredibili voluptate, & animi ſuauitate perlegerem, iudicis in eo plurima fore mendoſa, pluriora aque tam antiqua, quàm noua memoratu digniſſima deeſſe. quamobrem haud parum ſubtriſtis diu extiti. Verùm tandem cum meipſum collegiſſem, & rem mente diligentiùs volutaſſem, demum animo incenſus, meæ vetuſtati, ac meæ tremulæ manui parumper oblitus, de ipſo nouum ſtilum reperuſſionem conſtitui &c.* Meminit eiuſdem retractationis Auguſtinus Ticinenſis in Propugnaculo parte 4. cap. 22. qui tamen liber Iacobo Philippo adhuc in viuis agẽte ab ipſo Ticinenſi eſt editus, quæ ſi Mozzagrugnus, & ſui vidiſſent, non dubium eſt, quin ab impoſtura tam inſigni calamum retraxiſſent; ſed mea opinio certiſſima eſt, illos hanc vltimam Iacobi Philippi recognitionem nunquam vidiſſe.

VIII. TErtius teſtis eſt Raphaël Volaterranus in ſuis Commentarijs lib. 21. vbi de ſacro canonicorum ordine ſic ſcribit: *Ordo autem canonicus ab Auguſtino, non tam inſtitutus, quam renouatus: ab Apoſtolis in monte Syon exordium ſumpſit, qui poſt Aſcenſionem, vt ait ſanctus Thomas 2. 2. q. 88. de vitæ genere deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria vota coram Deo ſtatuere: qui ritus à ſucceſſoribus, clericisque omnibus diu diligentiſſimè ſeruatus, ſideque poſtea deferueſcente deſitus, nunc quoque in Eccleſia amplius quadraginta perſeuerat. amictus eſt linea tunica tantum veſti cuicunque ſuperaddita, quam Iacobus Apoſtolus Præſul Ieroſolymitanus primus ex more Leuitico, veterumq; ſacerdotum ſibi aſſumpſit. poſt eum Marcus Alexandriæ, poſteri verò diuerſis inter ſe factis conciliabulis alij alia ſimul cum lineis indumenta corripuere, ſtatutaque condidere. nouiſſime verò anno 1401. autore Leone de Carate ciue Mediolanenſe eiuſdem ordinis viro Cœnobium ſanctæ Mariæ de Friſonaria Lucana Diœceſeos reformantes, Frigdionariam nominauere. Congregationem poſtremò Lateranenſem Eugenius Quartus, poſtquam eam probaſſet, appellari mandauit, nam eam Baſilicam annos prope ſexcentos antea tenuerant, ex eaque quamplures Pontifices viri maximi prodiere &c.*

Quartus eſt Onuphrius in li. de Septem Vrbis Eccleſijs in Lateranenſi paginam 137. vbi ſic ait: *Permanſerunt autem Clerici ibi, qui Canonici vocati ſunt in communi Monachorum more viuentes, in Monaſterio Lateranenſi Baſilicæ adiecto annos plus minus DCCC. vſque ad Bonifacij Octani Pontificatum. qui circa annum Domini MCCC. eos canonicos clauſtrales monaſterio Lateranenſi exire ordinauit, & ſeculares clericos, qui canonici ſeculares vocantur, collocauit. ſingulisque ex redditibus Monaſterij ſingulas prebendas ſpeciatim conſtituit. Permanſerunt autem pacificè Lateranenſi canonici ſeculares vſque ad Eugenij IV. Papa tempora. Hic Pontifex cum fuiſſet ante Pontificatum canonicus Cœleſtini habitum, Monachiſmum, & vitam regularem maximè coluit, clericos ſeculares odio habens. Is exactis, & in ordinem omnino redactis canonicis ſecularibus, in Baſilicâ Lateranenſi canonicum regularis vitæ ordinem, quemadmodum antea fuerat, renouauit, in eamque eoſdem canonicos regulares, Friſonarios reformatos reduxit, clauſtrumque &c.* Idem clariùs teſtatur in Annotationibus ad Platinam, dicens canonicos per Eugenium IV. Lateranenſi reſtitutos eoſdem fuiſſe, cum ijs, quos primum in Eccleſia Lateranenſi Gelaſius Ilocauit. quod de identitate in ſpecie, non in individuo intelligas. Vide Annotationem in Gelaſio Primo.

IX. QVintus Emanuel Rodericus tomo 1. quæſtionum Regularium, quæſtione 3. articulo primo, & vbi hæc ad literam: *Reſpondeo dicendo, quod canonici regulares Ordinis S. Auguſtini dicti Lateranenſes, ab Apoſtolis primum, vt narrant Hiſtoriæ, traxerunt originem, prout narrat Hieronymus Plati, ſed poſtea à B. Auguſtino fuit talis congregatio regulariter ordinata cum quibus canonicis ipſe factus presbyter à B. Valerio ſecundum regulam ab Apoſtolis traditam aliquandiu vixit. qui cum poſt aliqua temporum ſpatia varias habuiſſet à laudabilibus viris reformationes, ſecundum illas varia ſortiti ſunt nomina. Inter alias prima fuit iſta congregatio Lateranenſis, quæ tamen*

fuit reformata in templo S. Mariæ Frigdionariæ propè ciuitatem Lucæ, anno 1407. à quodam clerico nobilissimo Romano, nomine Bartholomæo Illustrissimæ familiæ Columnæ, vnà cum quodam eius socio Iacobo de Anagadri, vtriusque iuris Doctore excellentissimo. Sed prius per octingentos annos vsque ad Bonifacium VIII. fuerunt in Ecclesia Lateranensi, à Gelasio primo discipulo B. Augustini semper viuentes. Ex qua Ecclesia licet impiorum pluries essent electi, ac iterum regressi, tandem sub Sixto IV. Summo Pontifice omninoadam ipsius possessionem amiserunt: non tamen titulum, & priuilegia, vt ipse idem Pontifex eis concesserit, vna cum monasterio S. Mariæ Pacis, in quo adhuc vsq Romæ perseuerant. sed est notandum quod alij sunt canonici regulares congregationis S. Saluatoris &c. Hæc ille.

Sextus, Syluester Maurolicus in Historia generali omnium Religionum, Mare Oceanum vocata, & lingua Italica cõscripta, vbi per sex integras paginas, & amplius hanc eandem veritatem pluribus testatur. quæ quoniam nimis longum foret exscribere, nunc locum indicasse sufficerit.

Septimus, Hieronimus à Sorbo in Compendio priuilegiorum, vbi testatur canonicos regulares dictos Lateranenses, ab Apostolis primam trahere originem, postea ab Augustino ordinatos regulariter.

Octauus, Laërtius Cherubinus in Bullario nuper edito ante Constitutionem secundam Paschalis Papæ II. ad quem remitto.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Decretis Summorum Pontificũ eadem veritas firmatur, & cauillationes Aduersariorum tolluntur.

I. PRobatur, quin etiam assertio capitis præcedentis apertissimis Summorum Pontificum testimonijs, & decretis. quorum primum est Gregorij Duodecimi qui sex annis post initium dictæ reformationis ad Summum Pontificatum est euectus, cuiusque familiaris fuerat vnus de primis dictæ reformationis autoribus, quem post S. Leonardi apud Veronam Priorem constituerat. is enim in quodam priuilegio Prioribus, & monasterijs S. Leonardi, & S. Mariæ de Frisonaria sic reformatis concesso 5. calend Maij, Pontificatus sui anno 2. quod incipit: *Pia nos excitat:* inter alia sic habet: *Quodq; vos omnib. & singulis priuilegijs, prærogatiuis gratijs, exemptionib. immunitatibus, & præeminentijs per eandem Sedem, aut alias quolitercunque vobis, & eisdẽ monasterijs dudum concessis perinde vti & gaudere valeatis, ac si vobis, & eis monasterijs communiter concessa fuissent, &c.* Sunt enim notanda verba illa: *Vobis, & monasterijs vestris concessis.* quia priuilegia per Romanos Põtifices Gregorij Prædecessores canonicis, & monasterio Frigdionario concessa, non aliter dici possunt concessa dictis canonicis, nisi quia canonici reformati, ad quos Gregorius priuilegium dirigit, erant de illis met, qui fuerãt in monasterio Frigdionario ante reformationem, non autem noua congregatio ab illis antiquis canonicis diuersa, alioqui dicere quidem potuisset: *Monasterijs vestrũ concessis*, non autem verè dixisset: *vobis concessis.*

Secundum est Martini Quinti in priuilegio ipsis canonicis facto anno 1421. pridie calend. Iulij: quod incipit: *Solicitudinis pastoralis.* Vbi hæc inter alia scribit: *Alijs autem ipsius Ordinis Constitutionibus, præsertim Benedicti Papæ Duodecimi predecessoris nostri minimè teneantur adstricti: quas mores, obseruantias, & consuetudines abundantiores habent illis &c.* Si Martinus Quintus dispensauit canonicos in monasterio Frigdionario reformatos a Constitutionibus Benedicti Duodecimi, planè suppositum, illos fuisse verè, & propriè de illis antiquis canonicis, de quibus Benedictus Duodecimus loquitur in suis literis Apostolicis, quibusque suas Constitutiones obseruandas præscribit, quos à sanctis Apostolis institutos, & à B. Augustino reformatos fatetur, alias cur dispensaremur à Constitutionibus dictis canonicis traditis, si de illis non essemus, quibus Constitutiones traditæ fuerunt? nam canonici S. Saluatoris de Bononia, Scopetini vulgariter nuncupati, nusquam ab istis Constitutionibus dispensati leguntur in tot priuilegijs per Gregorium XII. & successores illis factis: quia non sunt verè de antiquis canonicis, sed sub Gregorio XII. nuper instituti.

II. TErtium est Eugenij IV. in Bulla, per quam canonicos Frigdionarios reformatos Lateranj restituit. vbi cum plura in laudem sacri Ordinis dicat, hæc inter alia subiungit: *Profatam sacrosanctam Lateranensem Basilicam ad primam institutionem, & primæuum statum reducentes, ac reformantes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam ibi noscitur institutus perpetuis futuris temporibus in dicta Ecclesia vigeat, & inuiolabiliter obseruetur.* Censuit igitur, canonicos Frigdionarios fuisse verè de illis antiquis canonicis Lateranensibus, illius Basilicæ originarijs, vt illius verbis vtar, alioquin si fuissent nuper instituti, quanam ratione verè dici potuisset, Eugenium IV. illos in Lateranensi Basilica restituendo, ipsam Ecclesiam ad primam institutionem, & primæuum statum illius Basilicæ originarium

reduxisse?

roduxisset non me latent, quæ cõtra dictam Bullam per Antonium Massam Gallesium in causa præcedentiæ cum Reu. monachis Cassinensibus fuerunt inculcata, & millies iactitata. pro responsione sufficiat, illa omnino ab Illustrissimis Cardinalibus in causa deputatis, sæpius vsque ad fastidium audita, paruipensa nihilominus, contempta, & reiecta. quemadmodum etiam nos, ne actum agere videamur, nunc contemnimus, & sub silentio prætermittimus.

Quartum est Nicolai V. in priuilegio dato Calend. Ianuarij 1450. quod incipit: *Ex prouisione Sedis Apostolicæ.* per quod omnia contenta in prædictis priuilegijs Martini V. & Eugenij IV. ad tenorem nostræ congregationis probat, & confirmat.

Quintum Sixti IV. in priuilegio, quod incipit: *Dum ad vniuersos.* in quo sic habet: *Dum ad vniuersos Regulares Ordines, & loca iugi sanctimonie dicata, personasque voto Religionis adstrictas, pro iniuncto nobis apostolicæ seruitutis officio, crebris vigilijs, & indefessis studijs attendimus, ad illum præcipuè canonicorum regularium congregationis Lateranensis, ordinis S. Augustini eo libentius nostræ mentis oculos conuertimus, quo ordo ipse nascentis Ecclesiæ sanctis institutis, ac primorum Christianæ Religionis clericorũ normã, traditione, fundatus, & sacris institutis, ac diuinis regulis, eloquijsque præmunitus extitit, ab eiusque primæua fundatione variis virtutum meritis semper refloruit. quamobrem nonnulli Romani Pontifices predecessores nostri innumeris Religionem ipsam priuilegijs &c.* & in alio priuilegio, per quod Ecclesiã S. Mariæ Pacis eisdem canonicis Laterano exturbatis concedit, præmissa narratione, qualiter idem Pontifex Italia Pace donata, ex voto Ecclesiam, sub titulo B. Mariæ de Pace, proprijs sumptibus extruendam curauerat, ita subiungit: *Considerantes, inter alios Religiosos institutionem canonicorum regularium ordinis S. Augustini fore primariam, & ab ipso sanctissimo Ecclesiæ Doctore Augustino fundatam, & per longa secula viris probis, & literatis floruisse, nunquæ virtute pollentibus stabilitam, ad eos personam direximus intuitum. sperantes quod per canonicos congregationis Lateranensis dicti ordinis, sub regulari obseruantia degentes, templum Pacis memoratum in spiritualibus, & temporalibus Deo propitio salubria continuo susciperet incrementa.*

II. SExtus Pius IV. qui cum memoratam sæpius controuersiam inter nos, & monachos Cassinenses super iure præcedendi, tot annis exagitatam, dirimere constituisset, in motu proprio, qui habetur in Bullario inter Constitutiones dicti Pontificis, & est 95. in ordine, quam libro precedenti cap. 71. ex integro inseruimus, expresse fatetur compertum satis ex literis Apostolicis, diuersisque alijs documentis, rationibus, & probationibus, quod canonici regulares nostræ Lateranensis congregationis fuerunt, & sunt de illis clericis à S. Augustino, quin immò à sanctis Apostolis institutis. & propterea sententiauit, pronũciauit, & declarauit, eosdem canonicos tam iure antiquioris institutionis, quam dignitatis clericalis, monachos Cassinenses præcedere debuisse: ac debere. qui motus proprius, cum partibus sæpè auditis, & causa cognita, & plenè discussa emanauerit, non potest alicuius subreptionis, vel obreptionis notari. Videatur idem motus proprius loco citato.

Septimum est Pij V. in alio motu proprio anno 1570. 10. calend. Ianuarij emanato, per quod nostris canonicis primum, & superiorem locum tribuit inter omnes Regularium Ordines, ac immediatè post clericos seculares. incipit: *Cum ex Ordinum vniuersitate* & infra. *cum itaque sicut accepimus, dilecti filij vniuersi canonici regulares ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem S. Augustino eorum Reformatore iterum per viam reformationis mundo genitis, meritò prætendere possunt, se omnes personas Ecclesiasticas tam seculares, quam regulares in processionibus, & alijs actibus publicis precedere debere &c.*

QVæ omnia cum sint clara, & manifesta, vt potè à Romanis Pontificibus, etiam partibus in iudicio sæpius auditis, & causa inspecta, & diligenter examinata, & cognita, promulgata, nõ video, quanam ratione recentiores nonnulli seipsos à nota contemptus literarum Apostolicarũ tueri possint, easdem assertiones falsas, & sæpe sæpius reprobatas iterum in suis quinternionibus imprimentes, & diuulgantes, lites extinctas, consepultas, & in cineres solutas tumulo exturbãtes, & ab ouo, vt aiunt, reuocantes. præsertim quòd in patrocinium suarum assertionũ noui aliquid non afferant, sed solùm veteres cantilenas millies auditas, totiemque vicibus reiectas, & reprobatas. IV.

Nam quod primo loco nobis obijciunt, Eugenium IV. congregationẽ Frigdionariam nouellam in Ecclesia plantationem dicere, ijdem Illustrissimi Cardinales, & Summus Pontifex ne pili quidem fecerunt. quia vt eorundẽ Cardinalium verbis vtar formalibus, quæ in illorum relatione legi possunt in lib. Indultorum nostræ congregationis fol. 517. dictum Eugenij intelligitur de vltima plantatione propter reformationẽ canonici ordinis ab eisdem canonicis factam, non quòd nouus ordo fuerit institutus. Addo, non esse controuersiam an congregatio de Frisonaria ratione nouissimæ reformationis dicenda sit nouella plantatio. An non omnes filij sunt parentũ nouellę plantationes? an non omnes familiæ per nouellas plantationes propagantur, & seruãtur? vt etiam oliueta, vineæ, aliaque id genus omnia. quis de hoc ambigit? quod autem in dubium reuocari potest, hoc est, à quibus hæc nouella plantatio, & qualiter, & quonam in loco fuerit plantata, & propagata, num ab antiquis canonicis

regularibus Apostolicis, aut ab Eremitis, vel ab alijs alterius ordinis. An per traditionem antiqui habitus canonicorum, iuxta modum ab antiquis canonicis seruatum, an potius nouum institutum plantando, nouumque regularem habitum tribuendo an in æde canonicorum antiqua, vbi canonicum institutum adhuc vigeret, an potius in domo Eremitarum, aut etiam Canonicorum, sed ipsis canonicis iam destituta. Nos nostram congregationem, ratione reformationis Frigdionariæ, nouellam plantationem dicimus: sed ab antiquis canonicis monasterij Frigdionarij, & S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ plantatam, modo, & forma canonicis regularibus antiquis, & Lateranensibus consuetis, per traditionem antiqui habitus canonicorum, in monasterio perantiquo, in quo saltem ab annnis 150. scilicet ab Alexandro IV. vsque ad illud tempus institutum canonicorum Lateranensium continuato, & nunquam interciso tramite vigebat. Contra quod nostri calumniatores asserunt, nec probant.

V. SEd obijciunt secundo loco Martinum V. primum hanc congregationem instituisse, ante quem nullus adhuc extabat titulus, vel congregatio, & decem monasteria in vnum compingentem, mandasse à Frigdionaria dici, vt Basilius Sirenius in Scholio cuiusdam priuilegij notauit.

Respondeo, hæc omnia falsa esse, siue Basilius Sirenius dixerit, siue alius quispiam. quod enim Martinus V. hanc congregationem primus non instituerit, ostendunt decem, vel vndecim monasteria per Frigdionarios reformata, priusquam Martini priuilegium prodiret. quod etiam ante Martinum V. extaret titulus canonicorum Frigdionariorum, illa eiusdem Pontificis verba indicant, ex ipsomet priuilegio accepta, per quod aduersarij nostram institutionem factam arbitrantur: *Hinc est, quod nos dilectos filios S. Mariæ de Frigdionaria S. Leonardi de Verona, &c. Ordinis S. Augustini monasteriorum Priores, Præpositos, Rectores, Canonicos, & Conuentum de Frisonaria vulgariter nuncupatos, vt Deo quietius perpetuò famulari valeant &c.* multò magis falsum, Martinum V. mandasse cõgregationem à Frigdionaria dici. vbi enim, aut quibus verbis hoc mandauit? sed nec alius Pontifex præcepit à Frigdionaria dici. solum enim aiunt, nostros à Frisonaria vulgariter fuisse nuncupatos, & congregationem nostram dictam de Frisonaria: quod aliud est. Et esto dixisset Martinus V. nostram congregationem à se nuper institutam, quod nullatenus dixit, nihil prorsus officeret. duobus enim modis cogitare possumus, aliquam congregationem nuper institutã, vel per collectionem, & vnionem multorum collegiorum, quæ ab antiquo iam fuerant instituta, vt si modò ex collegijs canonicorum, quæ plura sunt in Regnis Poloniæ, & Boëmiæ vna congregatio per Pontificem, sub obedientia vnius Capitis constitueretur, quod nostros canonicos in Poloniæ Regno degentes nunc moliti, relatione fide digna percepi. vel nouos ordines, & noua monasteria cum nouis institutis plantando. primo modo aliqualiter admitti posset, nostram cõgregationem per Martinum V. primitus institutam, quod solũ Basilius Sirenius in Scholio præcitato intendit. non autem secundo modo, de quo solum controuersia nobis esse potest.

TErtiò obijciuntur nobis nostri Lateranẽses, qui conceptis verbis testantur, nos à fratre VI. Iacobo Bergomensi Ordinis Prædictorum institutos. Ita Ioannes Philippus Nouariensis in Chronica canonici ordinis lib. 3. cap. 1.

Respondeo, impostaram hanc esse, ad quam retegendam referam formalia verba Ioannis Philippi, non vitiata, neque detruncata: *Quartus, inquit, Conuersus per Ven. P. D. Bartholomæum fuit quidam eximius doctor vtriusque iuris Dominus Iacobus de Aduogadris de Bergomo, qui per multos annos legit iura in studio Paduano, qui relictis omnibus vanitatibus seculi, Ordinem Prædicatorum Venetijs intrauit, & Conuersus effectus est, quia bigamus erat: & videns obseruantiam dicti ordinis declinare, sæpe murmurabat, quorum negligentia Religionis mores euacuabatur. qui indigne reprehensionem ferentes, dictum fratrem Iacobum carceribus deputauerunt, multis iniurijs eum afficientes. qui Deo permittente de manibus dictorum fratrum liberatus est, & vna cum dicto P. D. Bartholomæo ad sedem Apostolicam accesserunt, & per Dominum Gregorium Papam XII. à dicto ordine, & à bigamia dispensatus vsque ad Diaconatum, accepto officio prædicandi, & habitu canonicorum regularium per manum dicti Domini Gregorij Papæ est effectus canonicus regularis. Accepta benedictione à Summo Pontifice, ambo Roma recesserunt, & ad Ciuitatem Lucanam venientes, & in ipsa dictus Dominus Iacobus cepit prædicare cum tanto feruore verbum Dei, quòd videbatur hominibus sanctum Paulum in terra venisse. Ipse igitur prædicante, & D. Bartholomæo confessiones audente, multos discipulos Domino cooperante congregauerunt in quodam monasterio pauperrimo extra dictam Ciuitatem Lucanam ad tria millia, vocato S. Mariæ de Frisonaria, in nemore existente, Episcopo Ciuitatis illum locum eis tradente. à quo monasterio cõgregato illorũ canonicorum vocata fuit per plures annos congregatio S. Mariæ de Frigdionaria. & sic cõgregatis illa canonicis regularibus per dictos Dominos Iacobum, & Bartholomæum assignato illis Domino Benedicto de Mediolano in Priorem, vale fecerunt eis.* Hæc Ioannes Philippus, in quibus licet multa euidenter falsa dixerit, ex quadam Chronica incerti autoris manuscripta, quæ apud nonnullos ex nostris vagatur accepta, quam ipse habeo, vt cum inquit, dictum Fratrem Iacobum dispensatum ab Ordine Prædicatorum per Gregorium XII. item dispensatum per eundem Pontificem ab irregularitate bigamiæ, item accepisse habitum canonicorum

nicorum regularium ab ipso Gregorio XII. iterũ cum inquit, post acceptum habitum à Gregorio Roma discessisse, Lucam venisse, & Frisonariæ canonicos congregare cœpisse, quæ omnia ex hactenus dictis falsitatis aperte redarguuntur, cum satis constet ante Gregorij Pontificatum Frigdionariam reformationem absolutam, ibique Fr Iacobum à Priore monasterj, & de licentia fratris Thomæ Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum, ab irregularitate bigamiæ per Bonifacium IX. dispensatum, habitum canonicorum regularium susceptisse: non tamen asserit hic autor, quòd illi gratis imponitur, dictum Fr. Iacobum nouam congregationem instituisse, illiusque autorem extitisse. immo contrarium manifestè innuit, cum dicit, prædictos Bartholomæum, & Fr. Iacobum multos canonicos ibidẽ congregare cœpisse. nam si congregauit discipulos, qui erãt canonici, nõ ipse nouã congregationẽ instituit, vt aduersarij gratis asserũt. multò minus dicit, monasterium Frigdionariũ ante reformationẽ fuisse canonicis destitutum, vel domum Eremitarum, vel primos autores dictæ reformationis Eremitas fuisse, vel Fr. Iacobum tempore Concilij Pisani canonicum habitum in monasterio S. Augustini Pisano ab illius Priore sumpsisse, quod illi fingunt. Addo errare hunc autorem, cum inquit, assignato illis Dño Benedicto de Mediolano in Priorem, nam inter primos dictæ reformationis autores nullus D. Benedictus de Mediolano recensetur, sed tantum D. Benedictus Ariminensis, qui anno 1404. electus est Prior, non à prædictis duobus virisse à toto Capitulo, & ab Episcopo confirmatus, vt tũc moris erat qui an. 1407. à Greg. XII. cuius antea fuerat familiaris, S. Leonardi apud Veronam Prior est renunciatus. Quare leuissimum est fundamẽtum in illius autoritate constitutum.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Quare Canonici Regul. in Ecclesia Lateran. vsq; ad Calistum III. præsiterint, & qualiter Fridericus III. Imperator habitum Canonicorũ Regularium de manibus Prioris Lateran. an dicta Basilica susceperit.

ANno 1446. quo posteriores Eugenij IV. literæ pro reformatione Basilicę Lateranensis emanauerunt, Patres nostri Generalem Synodum habuerunt Ferrariæ, in qua supradictus R. P. D. Simon Mediolanensis secundò in officio Rectoris Generalis est confirmatus, sed numerus Visitatorum auctus: nam electi sunt in eodem Capitulo quatuor Visitatores, videlicet D. Orosius Mediolanẽsis, D. Aurelius Placentinus, Dominicus Florentinus, & D. Martinus Bergomensis. in quibus comitijs comparuit nuncius missus cum literis à tota Ciuitate Vtinensi offerente se velle monasterium nostri Ordinis & cõgregationis ædificare, ac dotare, roganteq; Capitulum Generale, illud libenter acceptare. quare decretum est in eodem Capitulo, vt quatuor canonici ad dictam Ciuitatem mitterentur cum pleno mandato illud acceptandi aut dimittendi, prout nostris institutis expedire videretur. Hoc autem anno Eugenius ad mortem infirmatus tãdem ex hac luce migrat 7. calend. Februarij seq. ann. 1447. non autem 1446. vt Platina scribit. Extant enim Bullæ ab eodem Pontifice sequenti anno 1447 editæ, quæ in Bullario nuper edito legi possunt. Porro Pontificis ægritudine per Vrbem diuulgata, canonici seculares ad Lateranensem Basilicã accurrerunt, vt regulares eijcerent, quos Cardinales per Eustorgium Episcopum Beneuentanum & Vicecancellarium prohibuerunt promittẽtes illos post obitum Pontificis in pristinas dignitates restituere, & beneficia æqualentia tribuere, modo ne in populis tumultum excitarent. Eugenio verò defuncto, electus fuit in Pontificem Thomas Cardinalis Bononiensis, qui quod fuerat à Nicolao de Albergatis Episcopo Bononiensi, & Cardinali à pueritia in bonis moribus, & literis educatus Nicolaũ V. se nuncupari fecit. qui canonicos regulares in Ecclesia Lateranẽsi confirmauit, cui post Coronationem ad Lateranensem Basilicam cum tota curia de more proficiscenti Prior cum canonicis cum Cruce, thuribulo, clauibus Basilicæ, & bursa cum duodecim lapidibus pretiosis processionaliter obuiauerunt, & Prior nomine D. Benedictus de Placentia dicta bursa Pontificem præcinxit, claues tradidit, & in Sede, quæ erat ad maiorẽ portã eiusdẽ Basilicæ locauit, ac illius pedes cum omnibus canonicis est osculatus. qui surgens de Sede ad Sancta sanctorum iuit, quem illuc vsq; nostri canonici sunt comitati tandemque cum tota curia ad S. Petri palatium est reuersus. Quo in Pontificatu confirmato nonnulli Cardinales accedentes rogant, vt canonicos seculares in gradum pristinum restituere, & in Ecclesiam Lateranensem reducere velit, illamq; diuidere partim regularibus, partim verò secularibus tradendo, & pro secularibus canonicam apud Sancta sanctorum extruere, ac de præbendis æquiualentibus prioribus à se dimissis prouidere. qui postulatis annuens, dictos canonicos seculares in Consistorio Cardinalium hisce conditionibus restituit, vt in ijs, quæ ad Ecclesiam Lateranẽsem vel canonicos regulares, vel ad illorum beneficia spectarẽt, se nullatenus immiscerent, nec Chorũ

cum ipsis canonicis regularibus ingrederentur, quod aliquatenus seruauerunt. interim rogantes Pontificem apud Sancta sanctorum canonicam illis construere, & beneficijs dotare. Verum Pontifex illorum consilio de ejiciendis comperto, postulatis nullatenus acquieuit, sed quosdam illorum S. Petri canonicos constituit, alios S. Mariæ Maioris, alios Episcopos creauit, præter vnum tantum, qui cum quatuor beneficiatis ad custodiam Reliquiarum relictus fuerat, quibus Pontifex certam pecuniæ summam quotannis erogabat.

II. EOdem anno, qui fuit 1447. Generalia nostræ Congregationis Comitia, in ipsa Lateranensi Basilica fuerunt celebrata, in quibus R. P. D. Simon Mediolanensis Rector Generalis tertiò fuit prorogatus, additi Visitatores D. Thomas Cremonensis, D. Martinus Bergomensis, & D. Ioannes Baptista Lucensis, & D. Sebastianus Placentinus.

Anno verò 1448. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis D. Benedictus de Placentia, qui fuerat Prior Lateranensis. Visitatores D. Aurelius Placentinus, D. Simon Mediolanensis, D. Orosius Mediolanensis, & D. Martinus Bergomensis. Anno 1449. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis, & Visitatores anni præcedentis omnes prorogati, excepto D. Martino Bergomensi, cuius loco suffectus D. Clemes Papiensis. in actis istius Capituli sic legitur: *Item intelligatur reuocata facultas Rectoris Generalis, & sociorum acceptandi monasterium S. Petri in Calo Aureo Papiæ.*

Annus 1450. fuit annus Iubilæi. Capitulum Generale Ferrariæ. Rector Generalis, & Visitatores anni superioris omnes confirmati. Hoc autem anno Romæ tantus peregrinorum fuit concursus, vt singulo die hominum triginta millia ciuitatem ingrederentur, & amplius, totidem ex Vrbe successiuè recedentibus. vnde & contigit, vt quadam die ad Diui Petri Basilicam propter videndam Saluatoris nostri IESV CHRISTI imaginem, Veronicæ nuncupatam, tanta populi multitudo conflueret, vt ad pontem S. Angeli plusquam tercentum vtriusque sexus interirent, vel à multitudine conculcati, vel in profluentem delapsi. Quam ob causam Pontifex duo sacella in vtroque pontis capite fieri fecit, in quibus pro animabus defunctorum sacra fieri solebant. Hoc eodem anno mulctæ pecuniæ in Ecclesia Lateranensi sunt à fidelibus oblatæ, quarum medietatē nostri iussu Pontificis perceperunt, ex quibus Basilicam, quæ omnibus insignibus spoliata cū solis parietibus denudata remanserat, multipliciter ornauerunt. quidquid enim fuit pulchri, præter solos parietes, ipsi canonici regulares suis proprijs sumptibus refecerunt, videlicet organa noua, & optima, tabernaculum marmoreum pretiosis lapidibus insectum, & eleganter sculptum pro sanctissima Eucharistia seruanda, pallam magnam Altaris maioris ex crisoclauo pretiosissimam, octo capellas cum suis altaribus, oculos vitreos magnos in maiori naui, & alijs, duas Cruces alteram argenteam magnam, alteram cristallinam, plures calices, planetas, camisias, superpellicea, altaria insuper sancti Sebastiani, sanctæ Mariæ Magdalenæ, sancti Ioannis Baptistæ, & præsepis Domini elegantissimè fabricata, & alia multa, in quibus plusquam sex millia ducatorum auri de Camera impenderunt.

Sed & Reuerendissimus D. Antonius Cardinalis Portugallensis, qui apud S. Mariam supra Mineruam sepulturā sibi delegerat, tabulis mutatis in Ecclesia Lateranensi sacellum pulcherrimum cum suo sepulchro faciendum curauit, cui casale satis amplum ex testamento legauit.

III. ANno verò 1451. quo nostri Generalem Cōuentum habuerunt propè Mediolanum in monasterio Caforetano, in quo electi fuerunt Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placentinus, Visitatores D. Ioannes de Placentia, D. Dominicus de Florentia, D. Martinus de Bergamo, & D. Timotheus Veronensis, Fridericus III. Imperator cum vxore, quæ erat filia Regis Portugaliæ Romam venit, vt de manibus Pontificis Imperij coronam acciperet. qui die 22. Martij coronatus ad Lateranensem Ecclesiam profectus est, vt habitum canonicorum illius Ecclesiæ sumeret, & Lateranensis canonicus crearetur. Hac audita ille canonicus, qui vnus supererat ex canonicis dictæ Basilicæ secularibus, ante Imperatorem ad Ecclesiam Lateranensem præcucurrit. Imperatore autem ad S. Ioannem cum tota nobilitate Romanorum, & aulicis Pontificis accedente, & canonicis regularibus cum Cruce processionaliter obuiantibus, Imperator ante portam maiorē ex equo descendens, genibus flexis Crucem cristallinam sibi per D. Aurelium Priorem oblatam reuerenter osculatus est, statimque canonicus ille secularis comparuit, cottam manibus tenens, vt Imperatorem illam indueret, & Lateranensem canonicum crearet: contradicentibus verò canonicis regularibus, asserentibusque tale munus ad ipsum non spectare, ac repellentibus, cœpit statim clamare: Succurrite, succurrite Romam, vt sic in populo tumultum excitaret. Accurrentes autem Senator cum Conseruatoribus, & Vicecamerario, qui erat Archiepiscopus Mediolanensis, illum increpauerunt, vt taceret. ille autē multo magis vociferabatur, Succurrite Romani vestro Romano, vt seditionem excitaret. Idcirco tres D. Nicolaus de Portinarijs de Aquila Senator Romanus, & eques, pugnis illum inuasit, ac de Ecclesia proiecit. & ita canonici regulares medium Imperatorem accipientes: Te Deum laudamus cantantes, ad altare maius perduxerunt, quo ante ipsum altare maius genibus flexo D. Hilarione Ferrariense coronam illi de capite

leuante,

leuante D. Aurelius Prior cottam, siue superp
licium illum induit, & canonicum Lateranē
sem creauit, & dicta oratione pro Imperatore,
hoque illi vno ducato pro parte oblationum
distributionum illum tangente, quam Imper
tor reponi iussit, facta quoque per eundem I
peratorem oblatione duodecim ducatorum
super altare maius, ductus est ante altare ma
orbanz maioris, vbiin sede sedenti canonici
nes, Priore incipiente, illius pedem, manu
& faciem osculati sunt, & ita in canonicum La
ranensem acceperunt. His peractis intra mon
sterij claustrum, & cœnaculum de ductus fuit, v
erant mensæ lautissimæ omni genere ciboru
delicatæ, vbi Imperator cum Rege Hungar
cœnc pauco, & mille circiter viris cœnauit. D. D
lerio Bononiensi coram Imperatore, & proc
ribus organa pulsante, ac suauissimè concinent
in quo conuiuio duodecim epularum gene
fuerunt propinata. Postea Imperator de conu
uiolegens, & fratribus gratias agens, circa tert
horam noctis cum suo comitatu ad S. Petri p
latium sibi præparatum redijt. Altero autem d
Pontifex de tumultu per illum canonicum c
citro cerciorato, illum comprehendi iubet, q
aufugiens aliquot mensibus extra Romam d
morā. postea nonnullis Cardinalibus pro eo ro
gantibus, veniam obtinuit, omni dignitate pe
tato.

IV. DIcto verò Lateranensis, qui statim in Gen
ralibus comitijs renunciatus fuerat Rect
Generalis, sequentes literas totius rei gestæ ser
continentes sanctorum Bartholomæi Vicenti
& Ioannis in Viridario Patauij, & sanctæ Mari
Charitatis Venetiarum Prioribus in hanc fo
mam dedit:

*Venerabi in Christo Patres, salutem. Vigesima s
cundæ Martij Dominus Imperator Fridericus III. cu
maximo triumpho à Domino nostro Papa fuit corona
ta, & post coronationem venit cum Senatoribus, Ca
pitoniis, & Populo Romano, ac Principibus suæ orna
tu, & comitatu suo ad Ecclesiam Lateranensem, qui
cum omnes parati quinquaginta numero cum Crucibus
& Reliquijs ante Xenodochium Saluatoris obuiant
sibi, & nobis præcedentibus cantando, ad tres inferiore
scalas portæ eos duximus, & ante portam maiorem
descendens de equo Imperator, de manibus meis oscula
tus est Crucem nostrem cristallinam, resistentibus nobi
cum nostris antiquis, & paratis ad eum vestiendum cot
ta, & almutijs, & credandum eum canonicum Latera
nensem. Quibus ex parte Domini Pontificis præcipi
mus ne non impedirent se de aliquibus cæremonijs
facturum nobis volentibus obedire mandatis Domini nostri Pa
pæ, sed volentibus facere volentibus nobis, Senator ma
nu cum Conseruatoribus, & alijs officialibus Romani
nos expulserunt, & vnum audaciorem alijs percusser
pugnis, & calcibus, & nos pacificè duxerunt, reuerter
in medio nostrum Imperatorem vsque ad altare maius
Capitum Apostolorum. Et ipsum Imperatorem genuflē*

leuante. D. Aurelius Prior cottam, siue superpelliceum illum induit, & canonicum Lateranensem creauit, & dicta oratione pro Imperatore, datoque illi vno ducato pro parte oblationum, & distributionum illum tangente, quam Imperator reponi iussit, facta quoque per eundem Imperatorem oblatione duodecim ducatorum aurei super altare maius, ductus est ante altare maius tribunæ maioris, vbi in sede sedenti canonici omnes, Priore incipiente, illius pedem, manum, & faciem osculati sunt, & ita in canonicum Lateranensem acceperunt. His peractis intra monasterij claustrum, & cœnaculum deductus fuit, vbi erant mensæ lautissimæ omni genere ciborum instructæ, vbi Imperator cum Rege Hungariæ nunc puero, & mille circiter viris cœnauit. D. Desiderio Bononiensi coram Imperatore, & proceribus organa pulsante, ac suauissimè concinente. In quo conuiuio duodecim epularum genera fuerunt propinata. Postea Imperator de conuiuio surgens, & fratribus gratias agens, circa tertiã horam noctis cum suo comitatu ad S. Petri palatium sibi præparatum redijt. Altero autem die Pontifex de tumultu per illum canonicum excitato certioratus, illum comprehendi iubet, qui aufugiens aliquot mensibus extra Romam delituit. postea nonnullis Cardinalibus pro eo rogantibus, veniam obtinuit, omni dignitate priuatus.

IV. PRior verò Lateranensis, qui statim in Generalibus comitijs renunciatus fuerat Rector Generalis, sequentes literas totius rei gestæ seriẽ continentes sanctorum Bartholomæi Vicentiæ, & Ioannis in Viridario Patauij, & sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarum Prioribus in hanc formam dedit:

Venerandis in Christo Patres, salutem. Vigesima secunda Martij Dominus Imperator Fridericus III. cum maximo triumpho à Domino nostro Papa fuit coronatus, & post coronationem venit cum Senatoribus, Capitaneis, & Populo Romano, ac Principibus suæ curiæ, & exercitu suo ad Ecclesiam Lateranensem, quibus omnes parati quinquaginta numero cum Crucibus, & Baldachino ante Xenodochium Saluatoris obuiauimus, & nobis præcedentibus cantando, ad tres inferiores Ecclesiæ portas eos duximus, & ante portam maiorem descendens de equo Imperator, de manibus meis osculatus est Crucem nostram cristallinam, resistentibus nobis canonicis antiquis, & paratis ad eum vestiendum cotta, & almutijs, & ducendum eum canonicum Lateranensem. Quibus ex parte Domini Pontificis præcepi, quatenus non impedirent se de aliquibus cæremonijs, sed illa volentibus obedire mandatis Domini nostri Papæ, sed volentium facere volentibus nobis, Senator maior cum Conseruatoribus, & alijs officialibus Romanis eos expulserunt, & vnum audaciorem alijs percusserũt pugno, & calcibus, & nos pacificè duxerunt, tenentes in medio nostrum Imperatorem vsque ad altare maius Capitum Apostolorum. Et ipsum Imperatorem genuflẽtentem ante altare feci canonicum Lateranensem, imponendo ei cottam, siue superpelliceum, & birretum, dando ei vnum ducatum pro parte distributionis, & oblationum eum tangentium. qui alacri vultu eum recepit, & dedit eum secretario suo, dicens seruа, seruа hunc ducatum mihi. Deinde à dispensatore suo recepi duodecim ducatos, quos spontè obtulit in altari. Posthæc duximus eum ad sedem paratam in tribunali ante altare cantando: Da pacem Domine, & orationibus finitis ipso surgente, & stante in cathedra omnes nos recepimus eum in fratrem, & canonicum ad osculum pacis, osculando ei manum, & faciem. Hoc facto duximus eum cum Baronibus suis ad refectionum à ministris Domini Papa præparatum, & ornatum, & sedentibus omnibus in refectorio, claustris, & curijs, & per totam canonicam circa tria millia hominum, duodecim maneries ciborum comederunt, astantibus nobis in refectorio coram Imperatore, Baronibus, & Fratre suo, ac Rege paruo Hungariæ, & tribus Episcopis, cum eo comedẽtibus, sonantibus organis paruis à Domino Desiderio nostro, & cantante. Completo autem prandio tertia hora noctis, surgentibus omnibus, equos ascenderunt, nobis tangentibus, & osculantibus manum. Imperatore ipso dicente: Stateui con Dio, & gran mercede della cortesia me hauete fatta. *& sic vale fecerunt nobis: & sic remansimus in pace. Quare cum pertransierit per Ciuitates vestras, visitate eum tanquam canonicum nostrum, & petite priuilegia sua, si indigetis, significando, quod estis canonici Lateranenses. Scio namque quod perbenignè susipiet vos. Valete. Ex Canonica Lateranensi die 23. Maij 1452. D. Aurelius Prior Lateranensis.*

Videntes igitur Romani Lateranensem Basilicam per nostros canonicos decentissimè renouatam, & ornatam, & diuinum cultum in illa restitutum, & officia diuina diebus, ac noctibus deuotissimè ibidem celebrari, vehementer oblectari, & affectu deuotionis nostros prosequi cœperunt, exceptis paucis, qui dictæ Basilicæ redditibus inhiantes, ægrè ferebant, non posse præbendas suis filijs obtinere: quæ sola erat causa canonicos regulares odio habendi, ac etiam si potuissent, ab Ecclesia pellendi. in eo tamen loco morantes nostri canonici multa passi sunt, ac in grauissimas ægritudines ob insalubritatem aëris inciderunt, ex quibus intra paucos annos quinquaginta circiter canonici omnes viri notabiles, cum tredecim Conuersis obierunt, referente D. Aurelio Placentino monasterij Priore, ex cuius scriptis hanc historiam accepi.

***

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De monasterio S. Syluestri Castri montis Compatrum Tusculanæ Diœcesis nostris Canonicis per nobiles Annibaldenses de Molaria donato, & de Congregatione Mortariensi cum nostra Lateranensi per Nicolaum Pontificem vnita.

I. 2. Mo nast.

CVm nobiles Romani Lateranensem Basilicam per nostros optimè reformatam, & diuinum cultum in illa restitutum aspexissent, affectu peculiaris dilectionis, & beneficijs illos prosequi cœperunt. Inter quos anno 1448. vir magnificus, & pius D. Thebaldus filius magnifici viri D. Annibaldi de Annibaldis de Molaria (huius forsan erant domus cum turri, quas ad lxuam areæ Lateranensis versus Septentrionem habuisse nobiles Annibaldenses de Molaria, scribit Onuphrius lib. 1. de Ecclesia Lateranensi cap. 8.) pro se, & magnifico viro D. Matthia illius fratre, pro quo de rato promisit, accedens ad Venerabilem Ecclesiam Lateranensem, sponte obtulit D. Aurelio Priori, & Capitulo, & Societati canonicorum, & toti congregationi Lateranensi, alias de Frisonaria nuncupatæ, Ecclesiam sancti Syluestri propè Castrum montis Compatrum, Tusculanæ Diœcesis, quæ erat de iure patronatus dictæ familiæ de Annibaldensibus, siue de Molaria, cum omnibus illius bonis, iuribus, & pertinentijs in perpetuum, nonnullis adiectis conditionibus, quæ continentur, & exprimuntur in instrumento donationis, rogato in clausiro monasterij Lateranensis per Antonium Ludouici Romanum publicum notarium, præsentibus testibus Ioanne Alexij Speciario de Regione S. Angeli, Martino Cinquedenti de Regione Pontis, & Tartalia de Melbeco de Calabria, eodem anno 1448. indictione 11. die 1. Iunij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nicolai Papæ V. anno 2. Qui Pontifex eodem anno donationem prædictam suo diplomate firmauit, cuius vigore Prior, & canonici Lateranenses possessionē Ecclesiæ prædictæ corporalem assecuti, & fabricis instauratis, conuentum in ea canonicorum sub regimine Prioris statuerunt & domum Nouitiatus. Eidem Ecclesiæ, & Conuentui nonnullæ personæ piæ bona quædā immobilia donauerunt, ac inter cæteras Illustris. & Excell. Domina Imperialis de Columna Salernitani Principis cōiux, Romæ præfectissa, & Castri montis Compatrum tunc Domina, donauit territorium quoddam duorum rubiorum in loco, qui dicitur Monte Fenale; quæ donatio anno 1473. indictione sexta, die 19. Aprilis fuit rogata in eodem conuentu S. Syluestri per Sigismundum de Saxis de Neptuno, publicum notarium. Verum nostris Laterano ejectis post Sixtū IV. bona dicti monasterij paulatim declinare, ac deterioris in dies conditionis fieri cœperunt, ex quibus quòd pauciſſimi redditus experentur, vnus tantū canonicus, qui vocabatur Prior, per aliquod spatium temporis ibi mansit.

Postea Leone Decimo ad Pontificatum euecto, Hieronymus Vida Cremonensis ex congregatione Mantuana S. Marci ad nostros Lateranenses transiens, obtinuit à Rectore Generali Domino Valerio de Vicentia locum sibi concedi, donec opus de Vita Christi versibus heroicis exaratum, quod Christeidam nuncupauit, iam inchoatum absolueret. Quo obtento, statim à Leone X. dictum monasterium in titulum impetrauit, vnde lites inter illum & congregationem excitatæ. tandemque res in hunc modum inter partes composita, vt ipse Hieronymus Vida omni iuri, vel ex Rectoris Generalis concessione, vel ex Leonis X. & Adriani VI. literis, siue alio modo quæsito, vel prætenso ad fauorem congregationis cederet: congregatio verò Lateranensis in persona eiusdem Domini Hieronymi suam antiquam possessionem in dicto monasterio continuasse intelligeretur, & nihilominus eidem D. Hieronymo administrationem Ecclesiæ monasterij, & illius bonorum, eius vita durante, resiqueret, ita tamen, vt de illis nullatenus disponeret, sed ipso cedente, vel decedente statim Ecclesia cum monasterio, & omnibus illius bonis, & iuribus, sine alia declaratione ad congregationem reuerteretur & præfatus D. Hieronymus in signum subiectionis duas libras ceræ albæ quotannis in festo S. Syluestri Præposito S. Mariæ Pacis de Vrbe, tanquam Procuratori Generali Congregationis solueret. quam concordiam probauit, & firmauit Clemens VII. per literas Apostolicas emanatas anno 1524 die 17. calend. Aprilis, quæ literæ cum plumbo sunt Romæ in monasterio Pacis. Et nihilominus dicto Domino Hieronymo ad Episcoporum Albensem assumpto, & defuncto, Paulus III. anno 1541. dictum monasterium à nostra congregatione reparauit, accedente consensu Rectoris Generalis, & Definitorum, & pro illo Ecclesiam Parochialem S. Michaelis de Vulcedo. Præposituram nuncupatam, Cremonensis Diœcesis monasterio sanctæ Mariæ Pacis donauit, & vnit. datis literis Apostolicis, quarto Calendas Maij.

Hoc

HOc eodem anno Præpositura insignis S. Crucis Mortarij, quæ erat caput præcipuæ congregationis, cum omnibus suis membris nostræ congregationi per Summum Pontificem sic facta est vnita: Nam cum istud monasterium, de quo plura libro secundo cap. vigesimo sexto, & quadragesimo sexto, propter sinistros euentus, & propter bella, quæ Mediolanensem Ducatũ per multos annos turbauerant, multa damna grauissima cum tota congregatione pertulisset in spiritualibus, & temporalibus, tandem ad manus viri religiosissimi, & Deum timentis, nomine Fratris Raphaëlis Saluati de Alto monte, ex Calabria oriundi peruenit, qui cum prius esset Ordinis Fratrum Prædicatorum, & haberet germanum, Secretarium Domini Aloysij Sancti Severini, Capitanei Ducis Mediolanensis, & Domini Castri Mortarij, illo intercedente Præposituram obtinuit à Pontifice, & canonicorum regularium habitum suscepit. Hic prædicto Domino Aloysio fauente multa bona monasterij per laicos occupata, recuperauit: quã ob causam Oppidanorum odium grauissimum incurrit. Sed & Capitulum Generale totius Congregationis, cuius erat caput, pro reformanda disciplina canonica Dertonæ in S. Matthæi cœnobio congregauit. Verùm prædicto Aloysio Mortarij Domino vita functo, & fratre ipsius Præpositi ab oppidanis pulso, Castro etiam Mortarij à Francisci Sforiæ militibus occupato. Præpositus sibi timens, Mortario clam decessit, & primò Ianuam ad monasterij S. Theodori, quod erat membrum suæ congregationis; deinde Romam venit. Cupiens autem ad suum Ordinem, & Patriam reuerti, & timens, ne Præpositura, vt tunc in more positum erat, secularibus commendaretur, ei bene consulturus, Priorem Lateranensem conuenit, sumuque illi consilium de dicta Præpositura ad fauorem nostræ Congregationis sub annua pensione centum ducatorum resignanda, patefecit. Qui Prior Pontificem adijt, & dictam vnionem, & resignationem ad fauorem Congregationis admitti suppliciter postulauit; & ita monasterium cum omnibus suis membris, iuribus, & bonis per Nicolaum Quintum nostræ Congregationi fuit vnitum, vt patet ex literis Apostolicis, quas eodẽ anno sic dedit:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter cætera cordis nostri desiderata illud intensis desideramus affectibus, quod in Ecclesijs, & monasterijs singulis maiestas Altissimi in gratiarum benedictionibus continuè collaudetur; suique cultus, glorioso nominis amplietur, & ad horum promotionem ac etiam vt ipsa Ecclesia, & monasteria præsertim in spiritualibus, & temporalibus defectum patientia, per nostræ prouisionis ministerium, concedente Altissimo, debita reformationis beneficio gaudeant, ac in eis cum eorundẽ spiritualium, & tẽporalium incremento gratia Deo plantaria subrogentur, efficaciter, prout tenemur ex debito summi Pontificatus officij nobis desuper iniuncti, opem, & operam, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter adhibemus. Dudum siquidem omnes dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia cum cura, & sine cura apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane si secus super iis à quoquã quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque postmodum Præpositura monasterij S. Crucis Mortariensis Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecti, per Præpositum gubernari soliti, Ordinis S. Augustini Papiensis Diœcesis, per liberam resignationem dilecti filij Raphaëlis Saluati de Alto monte nuper ipsius monasterij Præpositi, de illa, quam tunc obtinebat, pro eo quia, vt asserebatur, post multos per eum in regimine dicti monasterij hactenus susceptos labores illius reformationi plenariæ iuxta sui cordis desiderium, nonnullis sinistris sibi desuper aduersantibus, vltertius commodè intendere nequibat, ac ex certis aliis rationabilibus causis ad id animum suum mouentibus, necnon bonum, & salubrem ipsius monasterij statum concernentibus causis, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, & apud sedem ipsam vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter nos hac vice disponere potuerit, sine reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis, ac etiam monasterij ipsum, sicut pro parte dilectorũ filiorum canonicorum de Congregatione Lateranensi, olim de Frisonaria nuncupata, dicti Ordinis, ac dicti Raphaëlis nobis nuper exhibita petitio continebat, reformatione non modica in spiritualibus, & temporalibus indigere noscatur. Nos semper illius salubri statui prouidere cupientes, nec non ad vitam laudabilem, ac virtutes, & merita eorundem canonicorum, qui à nonnullis citra temporibus plura in Italia consistentia partibus eis olim canonicè concessa, & temporibus concessionum huiusmodi non modicum deformata monasteria laudabiliter reformauerunt, nostræ considerationis intuitum dirigentes, ac sperantes, quod dictum monasterium ex eorum multiplicatis virtutibus, ac fructuosis operibus optatum reformationis huiusmodi, ad laudem, & gloriam diuini nominis, sacrique cultus, & religionis incrementum consequetur effectum. Ipsorum canonicorum in hac parte supplicationibus inclinati, monasterium prædictum, cuius fructus, redditus, & prouentus quingentorum florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedant, vt ipsi exponentes asserunt, etiamsi illi cura immineat animarum, cum omnibus, & singulis membris, possessionibus, bonis, annexis, & quibuscunque iuribus, & pertinentijs suis canonicis præsentibus, & futuris præfatæ Congregationis, nec non eidem Congregationi, per ipsos iuxta eorum ritus, mores, statuta, vsus, & consuetudines, nec non Apostolica ipsa concessa priuilegia administrari solitum eiusdem Congregationis monasteriorum in spiritualibus, & temporalibus, perpetuis futuris temporibus tenendum, regendum, & etiam gubernandum, etiam cum hoc, quod Prior mihi ab eadem Congregatione, seu illius au-

toritate pro tempore electus, seu deputatus absq; alicuius, seu electionis, seu deputationis huiusmodi Apostolicæ, vel Ordinariæ confirmationis adminiculo illud in eisdem spiritualibus, & temporalibus alias iuxta statuta, & consuetudines supradictæ regere, & gubernare liberè, & licitè possit, autoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali dono gratiæ, perpetuò, ac liberè concedimus, donamus, incorporamus, & appropriamus: ita quod liceat ex nunc Rectori eiusdem Congregationis per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem monasterij, membrorũ, possessionum, bonorum, iuriũ & pertinentiarum prædictarum, autoritate propria libere apprehendere, ac ex tunc in antea eidem Congregationi illud perpetuò retinere, eisque fructus, redditus, & proventus in suos, ac ipsius monasterij vsus, & vtilitates conuertere, & exponere, Diœcesani loci, & cuiuscunque alterius licentia super hoc minimè requisita. Præterea Priori, & canonicis pro tempore existentibus dicti monasterij, & omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, indultis & gratijs per nos, vel sedem Apostolicam alijs Congregationi huiusmodi monasterijs, atq; locis, eorũque pro tempore Prioribus, & canonicis hactenus generaliter concessis vti valeant pariter, & gaudere, autoritate prædicta harum serie indulgemus. Non obstantibus consuetudinibus, & ordinationibus, ac priuilegijs, & literis Apostolicis, necnon monasterij, & ordinis præfatorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, donationis, incorporationis, appropriationis, indulti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. Idibus Februarij, Pontificatus nostri anno 2.

III. QVibus literis acceptis prædictus Frater Raphaël ad suum ordinem redijt. Rector verò Generalis congregationis nomine Dominus Benedictus de Placentia Mortarium profectus est, vt monasterij possessionem corporalem apprehenderet. Verum à ministris Francisci Sfortiæ, qui Castrum tunc tenebat, repulsam passus, intercessione nobilis viri Domini Iacobi Antonij Marcelli Patricij Veneti, ipsius Sfortiæ compatris, & copiarum Veneticarũ prouisoris, tandem illam obtinuit: & propterea monasteriũ aliquot annis dictum fuit monasterium Domini Marcelli. Et quia monasteriũ, quod esset foris oppidum, præter Ecclesiam totum propter bella fuerat euersum, canonici intra oppidum in quibusdam ipsius monasterij domibus per aliquot dies manere coacti sũt, singulis diebus festiuis ad Ecclesiam ad diuina officia celebranda proficiscentes postea nouam Ecclesiam intra oppidum sub inuocatione S. Ioannis Præcursoris erexerunt, & monasterium emptis alijs domibus addiderunt.

Postea in Generali Capitulo decretũ fuit, vt antiquum monasterium apud veterem Ecclesiam S. Crucis extra oppidum reficeretur, cuius primus inceptor fuit D. Gregorius Mediolanensis Præpositus, quod deinde D. Aurelius Placentinus item Præpositus magna ex parte absoluit. Tandem bello sæuiente inter Carolum V. Imper. & Franciscum Regem Gallorum, monasteriũ cum Ecclesia per duos Romanos Pontifices Vrbanum II. & Innocentium Secundum conserata, totum à fundamentis fuit euersum, cuius nunc vix aliquod vestigium intueri licet: vnde nouum amplissimum intra oppidum ad instar monasterij S. Augustini Placentiæ fuit ædificatũ, licet nõdum omnibus numeris, vt aiunt, absolutũ. Ecclesiam addidit D. Michaël Papiensis monasterij Præpositus.

Etsi verò in literis vnionis expressum fuisset, omnia dicti monasterij, & Præpositure bona, iura & membra nostræ congregationi fuisse vnita, nihilominus ipsa vnio, quoad alia monasteria, quæ erant membra dictæ Præposituræ, non statim sui integrum effectum est assecuta, quod tempore vnionis essent vel à laicis occupata, vel cõmendata. Ideircò Nicolaus V. anno Incarnationis Dominicæ 1451. septimo calendas Augusti nouas literas dedit, quib. dicta monasteria, vtpote mẽbra dictæ Præposituræ S. crucis nostræ Congregationi denuo tradidit, & vniuit, reuocando expectatiuas, & vniones dictorum membrorũ quibusdam alijs monasterijs factas, quæ sunm plenũ & integrũ effectum non fuerant sortitæ, quibus tamen literis non obstantibus quædam de dictis monasterijs ad alios ordines transierunt: alia verò nouis literis Apostolicis impetratis nostræ Congregationi per speciales concessiones iterum sunt vnitæ, vt ex dicendis in sequentibus patebit.

IV. HOc monasterium tam ante reformationem quam post illam multi viri religiosi Deum timentes, sanctitatis fama celebres inhabitatione decorauerunt, inter quos fuerũt Venerandus ille D. Franciscbinus de Casali, quem ibi miraculis clarum obijsse, scribit Ioannes Philippus noster in chronica libro sexto cap. 40. & D. Ambrosius Mortariensis, de quo ibidem cap. 21. de quibus infra dicetur.

Multi quoque Pontifices suis priuilegijs illud muniuerunt, videlicet Innocentius II. Eugenius III. Alexander III. Vrbanus III. Cœlestinus III. Innocentius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Vrbanus VI. & Nicolaus V. quorum vigore Præpositus Mortariensis Pontificalibus vtitur, & primam tonsuram, & quatuor minores ordines suis clericis confert, à solutione decimarum de Noualibus, quæ monasterium suis impensis colit, ab exactionibus, decimis, & impositionibus est exemptus, quæ priuilegia omitto, quod in li-

bro

CAPVT VIGES

bero indultorum nostræ congregationis videl
positis, quibus alia addiderunt Imperatores Fr
dericus II. Carolus V. Ludouicus XII. Rex Ga
lorum, & alij Duces Mediolani.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De quatuor alijs Canonicorum Collegijs, videlicet S. Epiphanij Papiæ, S. Theodori Ianuæ, S. Mariæ Pediscryptæ Neapolis, & S. Mariæ de Martorano apud Parmam nostræ Congregationi per Nicolaum V. vnitis.

VIx biennium excesserat, post
quam nostri Lateranense
Præposituram S. Crucis Mor
tariensem in Papiensi Comi
tatu reformauerant, cum Pa
pienses illorum fama percep
ta, de Collegio canonicorum
dictæ congregationis intra Ciuitatem erigend
nasterium habuerunt, & quod mirum forsan vi
iam posset, idem Franciscus Sfortia Papiæ Co
mes, & Mediolani Dux, qui ante duos anno
Mariano illos prohibuerat, vt Papiam induce
rentur, suis literis Pontificem rogauit. Erat Pa
piæ templum antiquitate, & Sanctorum Reli
quijs venerandum, S. Epiphanij nuncupatum,
quod ferunt à S. Epiphanio ante annum huma
næ salutis 480. in honorem Dei, & Sanctorum
Martyrum Vincentij, & Gaudentij dedicatum.
Quo anno dicto Ven. Antistite corpore soluto,
illius cadauer in sepulchro marmoreo in eodem
templo conditum illi nomen dedit. Erat autem
in Ecclesia collegium trium vel quatuor cano
nicorum secularium, sub vno Præposito, qui et
iam curam animarum exercebat: tenebat verò
Præposituram venerandæ mem. D. Dominicus
de Costa cathedralis Archipresbyter, qui vt Me
diolanensium Duci, ac in primis suis ciuibus il
lum obsecrantibus rem gratam exhiberet, Præ
posituram, ad effectum erigendi in illa collegiũ
canonicorum nostræ congregationis, liberè in
manibus Nicolai V. Pontificis resignauit. resi
gnationem Pontifex ad supplicationes eorundẽ
Ducis Mediolanensis, & ciuium Papiensium ad
misit, & Ecclesiam, extinctis in ea Præpositura
cum canonicatibus secularibus, nostræ congre
gationi perpetuò regendam tradidit, & cum il
lius bonis, & iuribus vniuit, datis literis vnionis

bro Indultorum nostræ congregationis videri possint, quibus alia addiderunt Imperatores Fridericus II. Carolus V. Ludouicus XII. Rex Gallorum, & alij Duces Mediolani.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De quatuor alijs Canonicorum Collegijs, videlicet S. Epiphanij Papiæ, S. Theodori Ianuæ, S. Mariæ Pediscryptæ Neapolis, & S. Mariæ de Martorano apud Parmam nostræ Congregationi per Nicolaum V. vnitis.

VIx biennium excesserat, postquam nostri Lateranenses Præposituram S. Crucis Mortariensem in Papiensi Comitatu reformauerant, cum Papienses illorum fama perceptâ, de Collegio canonicorum nostræ congregationis intra Ciuitatem erigendo tractatum habuerunt, & quod mirum forsan videri posset, idem Franciscus Sfortia Papiæ Comes, & Mediolani Dux, qui ante duos annos Mortario illos prohibuerat, vt Papiam inducerentur, suis literis Pontificem rogauit. Erat Papiæ templum antiquitate, & Sanctorum Reliquijs venerandum, S. Epiphanij nuncupatum, quod frunt à S. Epiphanio ante annum humanæ salutis 480. in honorem Dei, & Sanctorum Martyrum Vincentij, & Gaudentij dedicatum. quo anno dicto Ven. Antistite corpore soluto, illius cadauer in sepulchro marmoreo in eodem templo conditum illi nomen dedit. Erat autem in Ecclesia collegium trium vel quatuor canonicorum secularium, sub vno Præposito, qui etiam curam animarum exercebat: tenebat verò Præposituram venerandæ mem. D. Dominicus de Costa cathedralis Archipresbyter, qui vt Mediolanensium Duci, ac in primis suis ciuibus illum obseruantibus rem gratam exhiberet, Præposituram, ad effectum erigendi in illa collegiũ canonicorum nostræ congregationis, libere in manibus Nicolai V. Pontificis resignauit. resignationem Pontifex ad supplicationes eorundẽ Ducis Mediolanensis, & ciuium Papiensium admisit, & Ecclesiam, extinctis in ea Præpositura cum canonicatibus secularibus, nostræ congregationi perpetuò regendam tradidit, & cum illius bonis, & iuribus vniuit, datis literis vnionis apud Fabrianum pridie calendas Augusti anno 1451. Pontificatus sui anno 4.

Verùm quia Præpositus negotium inscio Episcopo tractauerat, Episcopus Papiensis falsis suggestionibus egit apud Mediolani Ducem, & apud Pontificem, vt non obstante possessione per nostros iam apprehensa, Pontifex literas vnionis reuocaret. Verum Dux de rei veritate doctus, iterum Pontifici rescripsit, vt inter partes iustitiam faceret: qui statim priores literas confirmauit inuito Episcopo, qui iurauerat mitram potius amittere, quam nostros ibi loci permittere, quod & factum est, nam nostros de monasterio non eiecit, sed ex hac vita statim migrauit. Quod videns quidam vir nobilis, & religiosus nomine Dominus Antonius de Astulphis, qui nostrorum conuersatione plurimum solabatur, & multos de nostris canonicis familiares habuerat, medietatem vnius prædij, cuius redditus ad alendos nouem canonicos sufficiebant, monasterio donauit. Sed & ciues Papienses ad ædificandum monasterium multas eleemosynas contulerunt, quibus cœnobium satis nobile cum duobus claustris, & amplo cœnaculo fuit inchoatum, & anno 1476. absolutum, vbi decem & octo canonici sub Abbate regulariter viuunt. nam monasterium à Pio V. Abbatiali titulo fuit insignitũ, cuius Abbas subiectum habet collegium canonissarum nostræ congregationis S. Mariæ Iosaphatis, vulgo nuncupatum monasterium nouum.

II. COnduntur in Ecclesia S. Epiphanij corpora Sanctorum Epiphanij Episcopi Papiensis, Speciosæ Virginis, Liberatæ Virginis, Honoratæ Virginis, & Luminosæ Virginis, quæ Hyppolitus de Rubeis Episcopus Papiensis, qui postea fuit Cardinalis anno 1577. in ara per ipsum cõsecrata, cum lamina plumbea sequentem inscriptionem referente, condiderat: *Ego Hyppolitus de Rubeis consecraui altare hoc in honorem S. Epiphanij Episcopi Papiæ, & corpus eius Sancti cum corpore Virginis Speciosæ, & Liberatæ, & Reliquias sanctæ Honoratæ, & Luminosæ in eo inclusi.* Eædem Reliquiæ anno 1611. die prima Iulij ex vetusto in nouum altare sunt translatæ, in quarum translatione non solum prædicta lamina, sed aliæ quatuor antiquiores, quæ de prædictis reliquijs testentur, fuerunt adinuentæ. Conditur in eadem Ecclesia corpus B. Martini Bergomensis nostræ congregationis canonici, qui viuus, & mortuus miraculis claruisse narratur, qui anno Incarnationis Dominicæ 1478. deterrestri ad cœlestẽ patriam profectus, ibidem fuit tumulatus. Eius corpus post centum annos, videlicet 1579. die 4. Decemb. cũ notario, & testibus visitatum, repertum est integrum, & palpabile exceptis digitis manuum, & pedum, & antiori parte cranij in dextero latere, quod anno 1614. in decentiorem locum translatum in sinistro Ecclesiæ latere sub organo est collocatum,

cum

cum inscriptione: *Hic iacet corpus B. Martini Bergomensis canonici Regularis Lateranensis translatum die decima quarti Augusti. Obijt anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, die vigesimo quarta Augusti:* de hoc venerabili, & sancto viro quædam inferius dicemus.

Tumulatur in eadem Ecclesia Andreas Alciatus cum imagine, & epitaphio, quod tale est videlicet.

ANDREÆ ALCIATO MEDIOLANENSI IVRECONSVLTO, COMITI, PROTONOTARIO APOSTOLICO, CÆSAREOQVE SENATORI, QVI OMNIVM DOCTRINARVM ORDINEM ABSOLVIT, PRIMVS LEGVM STVDIA ANTIQVO RESTITVIT DECORI.

Prodijt ex eodem monasterio Augustinus de Nouellis Ticinensis, vir probitate, integritate, rerum gerendarum prudentia, & experientia, & omnigena eruditione nulli suorum temporum secundus: Fuit enim Theologus eruditissimus, diuinarum Scripturarum indagator acutissimus, verbi Dei Prædicator facundissimus, & æquè diligentissimus, & in Historijs versatissimus. sed præ cæteris vtriusque Iuris Canonici, ac Cæsarei Doctor singularis, cui vtinam alterum similem nostra Lateranēsis familia protulisset. qui omnibus gradibus honoris in eadem congregatione dignissimè functus, Bononiæ in monasterio S. Ioannis in monte, quod per plures annos laudabiliter rexerat, naturæ debitum soluit anno 1520. cuius operum catalogum inferius texemus.

III. EOdem anno 1451. Nicolaus V. nostræ congregationi vniuit Ecclesiam S. Mariæ de Martorano Parmensis Diœcesis, quæ antea erat canonicorum regularium Ordinis S. Augustini, quæ nunc monasterio S. Sepulchri Parmæ est vnita, confectæ sunt literæ vnionis 5. Idus Nouemb. eiusdem anni 1451.

27 Monast. Eodem anno frater Ioannes de Gattis Prior monasterij S. Theodori Ianuæ, quod erat membrum congregationis Mortariensis de illo reformando, & nostræ cōgregationi tradendo tractatum habuit cum Rectore Generali, ac cum illo Pontifici preces supplices porrexit pro confirmatione vnionis: etsi illud fuisset in Generali vnione monasterij S. Crucis Mortariensis, cuius erat membrum, generaliter comprehensum. cui supplicationi Pontifex libentissimus annuit, vt patet ex ipsius literis, quarum hic est tenor.

29 Monast. *Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Abbati S. Bartholomæi de Vossato Ianuensis Diœcesis, & S. Benigni, ac B. Mariæ de quarto extra muros Ianuenses per Priores solitorum gubernari monasteriorū Prioribus salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolica sedu prouidentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ status Prioratuum, & aliorum piorum locorum fœliciter dirigatur, ac votiuis, & prosperis successibus gratuletur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & canonicorum de congregatione S. Saluatoris Lateranensis petitio continebat, quod si Prioratus S. Theodori Ianuensis Ordinis S. Augustini canonicorum regularium eidem congregationi applicaretur, ac iuxta illius vtilitatem, statuta, & consuetudines tenerentur, Prioratus ipse in spiritualibus, & temporalibus multa commoda susciperet. Quare pro parte tam dictorum Rectoris, & canonicorū, quam dilecti filij Ioannis de Gattis Prioris dicti Prioratus asserentis, quod ipse applicationem prædictam multum desiderat, ad hoc vt ipse Prioratus reformetur debitè & ad obseruantiam reducatur, nobis fuit humiliter supplicatum, vt eundem Prioratum, qui conuentualis existit, & ad quem quis per electionem assumitur, & a monasterio de Mortario dicti Ordinis S. Augustini dependet, ac per illius canonicos gubernari consueuit, & in quo quatuor duntaxat canonici commorantur, eiusque fructus, redditus, & prouentus centum viginti quinque florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum, vt ipse Rector, & canonici asserunt, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem congregationi perpetuò applicare, & assignare, aliasque in præmisso opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum si, & postquam vocatis Priore, & Conuentu dicti monasterij per Priorem solitū gubernari, & alijs, qui fuerint euocandi, vobis de præmissis legitimè constiterit, eundem Prioratum cum omnibus iuribus, & pertinentijs supradictis eidem congregationi præfata autoritate nostra perpetuò applicare, & assignare curetis: ita quod cedente, vel decedente dicto Ioanne, seu alias Priore Prioratus ipsum quolibet diuertente, liceat eidem Rectori, & canonicis per se, vel alium, seu alios corporalem Prioratus, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum possessionem autoritate propria libere apprehendere, ac illius fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in suos, nec non congregationis, & Prioratus huiusmodi vsus, vtilitatemque conuertere, & perpetuo retinere, dictumque Prioratum iuxta statuta, & consuetudines huiusmodi regere, & gubernare, Diœcesani loci, & cuiuslibet alterius super hoc licentia minimè requisita. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus monasterij, Prioratus, & Ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquis super prouisionibus sibi faciendis de Prioratibus huiusmodi speciales, vel alias generales literas Apostolicas in illis partibus generales dictas sedis, vel Legatorum eius literas impetrauit etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet fit processum. quas quidem literas, ac processus habitos per eas, & per quæcunque inde secuta, ad prædictum Prioratum volumus non extendi. sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Prioratuum, aut beneficiorum aliorum prædictum generari, & quibus-**

quibus libet aliis priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. prouiso, quod propter applicationem, & assignationem prædictas, si fiant, Prioratus ipse eidem propterea non fraudetur obsequijs, & animarum cura, si qua illi immineat, nullatenus negligatur, sed illius onera consueta, nec non persona de præsenti in eodem degentes congruè supportentur. Et insuper ex nunc, irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quarto Idus Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Post quam vnionem monasterium per nostros fuit renouatum, & cœnaculum cum dormitorio versus Mare communibus expensis Cõgregationis ædificatum, curante potissimum Reuerendo Patre Domino Timotheo Veronensi Rectore Generali, cui monasterio idem Pontifex anno 1453. vniuit alium Prioratum S. Mariæ de Priano dictæ Congregationis Mortariensis, quem tenebat Fr. Bartholomæus de Nigro, qui cum prædicto Fr. Ioanne Priore S. Theodori vltimo Capitulo Generali dictæ Cõgregationis interfuerat. Datæ sunt literæ die 1. Ianuarij, anno Incarnationis Dominicæ 1453. quæ tamen vnio sub Nicolao V. suum effectum non est sortita, sed sub Calisto III. datis nouis literis anno 1457. decimoquinto calend. Decemb.

IV. Anno 1452. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis, & Visitatores anni præcedentis omnes confirmati. Hoc anno Alphonsus Rex Aragonum, & vtriusque Siciliæ ob peculiarem affectum dilectionis erga nostrum ordinem, venerabilem Ecclesiam S. Mariæ Neapolis, Pedisscryptæ nuncupatam nostræ congregationi regendam tradere cogitauit. quod vt effectet, quia Ecclesiam cuidam Clerico Parthenopeo nobili, Lancillotto nuncupato, fuerat commendata, prius à Pontifice liberam facultatem, in ea Collegium clericorum regularium, siue secularium, prout sibi placuisset, perpetuò instituendi, postulauit. nec mora impetrauit, acceptis literis in forma Breuis, datis apud sanctum Petrum 8. calend. Iulij anno 1452. Deinde anno Incarnationis Dominicæ 1453. ipsam Ecclesiam nostræ congregationi perpetuò tradidit, & donauit. quo anno Reuerendus Pater Dominus Aurelius Placentinus Rector Generalis Dominum Fabianum à Doliceto canonicum in monasterio Lateranensi residentem, cum procuratorio Neapolim ad capiendam actualem & corporalem possessionem transmisit, quem sequenti anno 1454. die 24. Decemb. Lupus Ximenes de Orrea, vtriusque Siciliæ Prorex in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ misit, prout constat authentico instrumento apprehensæ possessionis, cui prædictæ Nicolai V. literæ cum Procuratorio Rectoris Generalis, & literis Serenissimi Regis Alphonsi ad eundem Proregem datis Traiecti eodem anno 11. Decembris sunt insertæ.

De origine, & fundatione huius sacrosanctæ, & venerabilis Ecclesiæ, quæ à Reuerendo Patre Domino Hugone Beneuentano loci Priore accepi, hic referam. Anno 1353. regnantibus Ludouico, & Ioanna illius coniuge prima huius nominis, die 8. Septemb. gloriosa Virgo Deipara tribus personis tum loco, tum professione distãtibus apparuit, significans, gratum accepturam, si propè magnam cryptam, qua Puteolos itur, in loco qui Pes scriptæ dicitur, templum in Dei, & sui nominis honorem erigeretur. Primus fuit quidam monachus ex cœnobio S. Mariæ ad capellam, nomine Frater Benedictus, cui in aurora ex monasterio Puteolos ad balnea causa valetudinis euunti, cum esset propè locum vbi nunc templum erectum, Beata Virgo se visibilem exhibuit sub forma illa, quę in eodem templo nunc depicta conspicitur. Secundus fuit Beatus quidam Eremita Petrus nomine, qui cellam positam supra cryptam S. Mariæ de Litria nuncupatam incolebat. Tertius Sanctimonialis nomine Maria de Durazo, Regio sanguine procreata, quibus apparitionibus palam factis magnus illico factus est populi concursus, certatim eleemosynas in templi structuram conferentis, statimque templum magnificum, & cum primis nobile construitur, bonis dotatur, & clerici seculares ad diuina in eo peragenda ponuntur, qui vsque ad annum Incarnationis Dominicæ 1453. illud, quemadmodum præmissimus, tenuerunt. & quia temporalibus bonis iam cœperat aliquatenus abundare, in commendam conferri cœpit. locum deinde nostri Lateranenses acceperunt, vbi decem & octo canonici sub Priore laudabiliter degunt in monasterio, quod satis amplum, & pulchrum à nobis fuit ædificatum: propeque illud in cliuo montis, in quo magna crypta, P. Virgilij Maronis Latinorum Poëtarum Principis sepulchrum nunc etiam in hodiernum diem conspicitur.

***

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De reformatione antiquæ Canonicæ S. Petri ad aram Neapolis, & monasterij S. Gratiani Vercellarum per canonicos regulares Lateranenses facta.

I. ANno 1453. Capitulum Generale coactum est Bononiæ in Canonica D. Ioannis in mõte, ibiq; R. P. D. Aurelius Placentinus in officio Rectoris Generalis 3. anno prorogatus. Ied addit: Visitatores D. Clemẽs Papiẽsis D. Iulianus Cremonensis, D. Benedictus Bononiẽsis, & D. Petrus Venetus. In hoc Capitulo sunt editæ Constitutiones, quæ paucis additis, siue mutatis vsq; ad nouam compilationem anno 1618. factam, in vsu habitæ fuerunt, quæque suis locis in nouæ compilatione sunt additæ, vt conferenti patebit. Eas verò editas hoc eodem anno ex vlt. c. 3. part. euidenter liquet. est liber manuscriptus in Pergameno Romæ in monasterio Pacis.

30. Mo nast. Hoc ipso anno vetus D. Petri ad Aram prope Neapolim Abbatia canonicorum regularium intercessione Serenissimi Alphonsi Regis Neapolis, per Nicolaum V. nostræ congregationi Lateranensi fuit vnita. De cuius fundatione, & origine plura essent dicenda, nam hunc esse locum, vbi Petrus Apostolus ex Asia Romam veniens, primam Aram in Italia erexit, & sacrificium incruentum Dominici Corporis, & Sanguinis obtulit, & propterea S. Petri ad Aram loco nomen inditum, cuncta ciuitatis, & præsertim Ecclesiæ Neapolitanæ tabularia testantur, de qua re Baronius tom. 1. sub anno 44. num. 28. sic scribit: *De cæteris locis, ad quæ Petrus, Romam venturus, diuertit, nobilia in ijs remanserunt antiquitatis vestigia, sed traditione potius quam scriptura firmata: nam vt omittamus de singulis dicere, quæ nondum nobis explorata habentur, est Neapolis in Campania percelebri memoria, vbi idem Princeps Apostolorum cum Neapolim nauigio delatus esset vna cum suis, Missam celebrauit.* Ferunt itidem Sylvestrum I. Neapoli existentem, in eodem altari sacrum fecisse, & ingentissimis thesauris Indulgentiarum ditauisse, quod vsque in hodiernum hunc diem volunt existere, & cũctis causa deuotionis accedentibus cum maxima reuerentia monstratur, in quo præsertim pro animabus fidelium defunctorum, ob Indulgentias à Pontificibus tributas, sacrificium Dominici corporis, & sanguinis frequentatur.

NOn dubium, clericos canonicos & Apostolicos eidem Ecclesiæ, prout moris erat, ab initio deputatos, & rursus ab antiquissimo tempore clericos secundum B. Augustini regulam viuentes ibidem constitutos, testantibus id monasterij tabularijs antiquissimis. Extat in monasterio codex vetustus literis Longobardicis exaratus, totam rei seriem narrans, sed barbarismis adeo refertus, vt vix sensum legitimum ex verbis elicere possimus. referam nonnulla scitu digna, totidem verbis ex dicto libro accepta, sed additis quarundam vocum necessaria declaratione. inquit igitur: *Veniente Beatissimo Petro Principe Apostolorum de Antiochia anno Christi post̃ passionis nostræ*, puto decendum decimo: *& ibidem conuersa ad fidem ciuitate, & baptizata Candida, & constituto S. Asprenio dicta ciuitatis Episcopo, in loco pro sacrificijs Idolorum ædificauit altare, & in eo celebrauit orationẽ Dominicam in fractione panis secundum* supple quod *apparet per vnam marmoream*, id est, tabulam marmoream, *quæ est fauricata*, id est posita in fabrica vel ædificio, *ad dictum campanato* id est in turri cãpanaria, *& propter guerram fuit fractum ab ætate*, id est Hæreticis; *ita vt primus adificator monasterij fuit sanctus Petrus, & consecrator Ecclesiæ secundum*, supple quod *apparet per vnam marmoream, quæ manet cum literis græcis in altari maiori mirata ad dextrum. Deinceps readificator Ioannes presbyter Cardinalis Neapolitanus*: licet alius ab hoc fuit consecrata Ecclesia *sub eiusdem Petri vocabulo, & S. Candidæ eiusdem dinu. Porrò tempore illo, quo venit S. Petrus, dicta Ecclesia fuit dotata circum circa, quantum potest trahere per vnam balistam, & tempore Constantini, qui dedit multa bona, videlicet multa castella. Secundo apparet per priuilegia cum sigillo pendente doro. Et etiam nobiles, & Domine Neapolitani dederunt donu. Cæteri territoria, quæ sunt scripta in ventario* id est, inuentario, *Regis Carole Primi.* Hæc ibidem, quibus cum Caroli primi Regis mentio habeatur, facilè coniectari potest, quo tempore illius scripturæ autor illam scripserit, quod non ante annũ 1250. esse potest. Postea subditur in eodẽ libro, *quod anno tubilæi fecit in Ecclesia S. Petri ad Aram apertorium portã per vnum annum, quo tempore quante Indulgentiæ Romæ sunt per vnum annum, tanta in dicta Ecclesia, donec durat Iubilæum: & quod S. Petrus dedit Indulgentiam plenariam, qua visitantes Ecclesiam eius Dominus expellunt.* id est liberant, *vnam animam à pœnis Purgatorij. & est confirmatio Gregorij Papæ cum bulla pendente cũ sigillo doro.* sunt verba illius formalia. Adhuc recensentur plurimæ Indulgentiæ per Romanos Pontifices eandem Ecclesiam visitantibus concessæ. in eodẽ libro nominatur Abbatia nulli subiecta, nisi Romano Pontifici, inquit enim: *& est absens*, id est exempta, *& nõ potest illam capere nisi Summus Pontifex*: subdit, quod Abbas teneatur sub pœna excommunicationis in dicta Abbatia nõnullis diebus cantare Missas, & Vesperas in Pontificalibus cum mitra, & crocito, & quod liberè

II.

potest

potest ministrare omnia sacramenta in dicta Ecclesia, & circumcirca, quantum est iactus vnius balistæ. & recensentur ibidem bona monasterij immobilia, & mobilia valde pretiosa; & hæc omnia habentur in dicto libro Longobardico vetusto.

III. FVit verò Ioannes ille presbyter Cardinalis, cuius in dicto libro mentio habetur, patria Neapolitanus, cognomento de Pizutis, vel vt alij scribunt, Phizutis, professione canonicus regularis, etsi Baronius eum simpliciter clericum nominet: Qui cum Ecclesiam S. Petri cum monasterio vetustate collapsam, & bonis temporalibus denudatam aspexisset, affectu erga suum ordinē commotus, primo quidem Ecclesiam à fundamentis cum cœnobio restituit: deinde ampla dotebonorum temporalium attributa collegium canonicorum regulariter viuentium inibi reformauit, accito ex monasterio S. Victoris Parisiensi D. Nicolao, quem primo Priorem, deinde monasterij Abbatem constituit, prout sequentes Alexandri III. literæ prædicto Nicolao Priori directæ sic testantur.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei; Dilecto filio Nicolao Priori Ecclesiæ S. Petri ad Aram, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus tunc filius noster Ioannes tituli S. Anastasiæ presbyter Cardinalis Ecclesiam, in qua Prioratum habere dignoscitur, propriis sumptibus, Domino cooperante, construxerit, eamq; dotauerit satis bonis, dignum est, & conueniens, vt eiusdē Cardinalis obtentu in eo, quod salua honestate possumus, tibi prompto animo deferamus. Eapropter dilecte in Domino fili postulationibus prædicti Cardinalis annuentes benigniùs, & prosequentes nostri officij debitū, & clementia Sedis Apostolicæ duximus indulgendum, vt liceat tibi, & successoribus tuis eiusdem Ecclesiæ Prioribus, donec Abbas ibi fuerit institutus, canonicis, qui in præscripta Ecclesia habitum Religionis secundum Regulam B. Augustini recipere voluerint, Benedictionem, sicut moris est, exhibere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Ferent. 8. Calend. Ianuarij.

IV. IDem postea Nicolaus ex Priore Abbas creatus obijt anno 1190. vt Ticinensis in Dilucidario scribit. Monasterio sic per dictum Cardinalem reformato multa prædia, castella, & bona temporalia per nobiles Neapolitanos fuerant largita. Cui Pontifices, & vtriusque Siciliæ Reges multa priuilegia concesserunt, vt statim dicetur, in quo disciplina canonica per multos annos summa cū laude floruit, cuiusque regimen Diuo Thomæ Aquinati cum Archiepiscopatu Neapolitano legitur oblatum. Verùm conditione temporum, & causantibus guerris, & ob alios siniſtros euentus, cœnobium adeò insigne paulatim in spiritualibus, & temporalibus est collapsum. nam illius bona ferè omnia fuerant à laicis occupata, vel à Prælatis alienata, reliqua commendata. Tenebat illud in Commēdam hoc eodem anno 1453. quidam Rainaldus S.R.E. Cardinalis, & Episcopus Neapolitanus. quo tempore Serenissimus Rex Alphonsus illius statum valdè commiseratus, apud Nicolaum V. egit, vt nostræ congregationi Lateranēsi reformandum traderetur, & Ecclesia S. Mariæ Pediscryptæ, quam anno superiori Pōtifex ipsius Regis liberæ dispositioni cōmiserat, eidem S. Petri monasterio annecteretur, & subijceretur. Cui Pontifex annuens, literas vnionis Abbati S. Seuerini directas dedit hoc ipso anno Calendis Decembris emanatas. Cæterum dicta vnio viuente adhuc Cardinali Commendatario, quod ad D. Petri monasterium spectat, suum effectum non fuerat sortita. Interim verò Nicolao Pontifice vita functo Calistus III. qui illi in Pontificatu successerat, dictum monasterium tunc vacans per obitum præfati Cardinalis cuidam clerico Neapolitano illius nepoti commendauit, nulla tamen in literis Apostolicis de vnione per Nicolaum V. facta, mentione habita: quam ob causam per præfatum Serenissimum D. Alphonsum Regem Neapolis, & Rectorem Generalem congregationis eidem Pontifici expositō, quòd dictum monasterium iam nostræ congregationi fuerat vnitum, ad illorum preces Calistus literas reuocauit, quibus monasterium commēdauerat, & nouis literis Apostolicis datis apud S. Petrum, pridie Calen. Octobris anni 1457. dictā vnionem confirmauit, quæ ex tunc suum plenū, & integrum effectum fuit consecuta, & collegium canonicorum ibidem institutum, quod sub regimine Abbatis sub regulari obseruantia nunc etiam per Dei gratiam floret, vbi vigintiquinque canonici ad minus degunt, & nunc est domus Nouitiorum.

V. EX quo Collegio multos viros doctrina, & dignitate notabiles habuimus, inter quos primo loco recensendus ipse D. Ioannes Pizutus S. R. E. Cardinalis ab Adriano IV. item regulari canonico renunciatus, eiusdem monasterij reformator, & restaurator. Secundus D. Ioannes Baptista de Marfredonia, Philosophus, & Mathematicus suorum temporum nulli secundus, qui in Gymnasio Patauino per multos annos Philosophiam legit, tandem seculum relinquens in dicto monasterio canonicorum regularium habitum suscepit, & reliquum huius vitæ sanctissimè duxit. hic scripsit Commentarium in Sphæram, & Theoricam Planetarum. Tertius D. Ludouicus Maioranus ex Granina Episcopus Castelli maris, vir cultioris linguæ latinæ peritissimus, & Theologus eruditissimus. Hic scripsit orationem ad Patres Concilij Tridentini, & de vero Dei cultu libros tres sub titulo Clypei militantis Ecclesiæ. obijt anno 1570. Quartus D. Hyppolitus ex familia nobilissima de Caracciolis, decla-

mator celebris,cuius nomen , & laudes adhuc manẽt.editus est post illius obitũ liber variarum Concionum Italico sermone scriptus.alia plura morte præuentus in albeolis reliquit.Quintus D. Ludouicus Pauesius,Pauesij celebris Philosophi, cognomento Calabri,filius,Theologus acutus, & Scotici dogmatis propugnator indefessus,meusque olim in Theologia Magister,qui nonnulla opera Philosophica manuscripta reliquit, quæ in nostro S.Modesti monasterio Beneuentano puto conseruari.Sextus D.Honoratus de Robertis Iuuenatensis, qui scripsit Commentarios in totã Logicã valdè vtiles.obijt Patauij an. 1612.Illustrissimi Episcopi Patauini Vicarius. Septimus D.Inicus de Aualos Ischiæ Episcopus,qui adhuc viuit.Octauus D.Sigismundus ex inclinata prosapia de Gambecurtis Episcopus Thelesinus,qui similiter in viuis agit.& alij,quos silentio prætereo,quoniam adhuc viuunt.

VI. HVic monasterio , & illius Prioribus , siue Abbatibus,& canonicis multa priuilegia Romani Põtifices,& Reges vtriusq; Siciliæ cõcesserunt.Primum est Alex. III. Nicolao Priori directum,supra notatum.

Secundũ.Clemẽtis III. datũ Laterani quinto Calend.Decemb.Põtificatus sui anno primo,per quod confirmat sententiam latam à delegatis per Sedem Apostolicã inter Ecclesiã S.Petri ex vna, & Episcopum Puteolanũ ex altera, sũper Ecclesia S.Angeli mõtis Chrisi.incipit; *Qus ad sedanda.*

Tertium.HonoriiIII datũ 5.Calend. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio.per quod prohibet, ne bona monasterij in alios,quam canonicorum ibi seruientium vsus conuertantur.incipit:*Incumbit nobis.*

Quartum.Clementis VI.datũ Auenioni Calend.Ianuarij,Pontificatus sui anno octauo. incipit:*Pastoralis officij.*declarat,Ecclesiam nullo medio ad Ecclesiam Romanam pertinere. memiait Conuentus canonicorum ibi deseruientium.

Quintum. Nicolai V. erectum Abbati,&Cõuentui S.Petri ad Aram ordinis S. Augustini, datũ anno 1449.Põtificatus sui tertio. incipit; *Cum à nobis.*per quod confirmat prædictis,& per eos monasterio omnes immunitates,libertates,indulgentias,& exemptiones à secularibus exactionibus,per Romanos Pontifices suos prædecessores, &Reges vtriusque Sicilię,&alios Principes eidem monasterio indultas. Ex quo priuilegio vides.vsque ad illud tempus mansisse in Ecclesia D. Petri Conuentum canonicorũ, sub Abbate tamen Commendatario,licèt dicti Conuentus nulla fiat mentio in literis vnionis,quæ quadriennio post istud priuilegium sunt datæ.

Sextum.Clementis VII.datum anno 1526.Põtificatus sui anno tertio.incipit:*Exponi.*per quod Archiepiscopo Neapolitano committit facultatem aperiẽdi portam tẽpore Iubilæi , iuxta antiquam consuetudinem aperiri solitam , cum concessione Indulgentiarum, quæ tali tempore conceduntur,cum Iubilæum Romanum tam expirasset.ex quo vides, Iubilæum visitantibus dictam Ecclesiam concessum fuisse non eodem anno Iubilæi Romani, sed immediatè sequenti. Extat aliud simile priuilegium à Iulio III. anno 1551.emanatum. Adest etiam priuilegium amplissimum Greg XIII. pro celebrantibus Missas ad altare Diui Petri pro animabus defunctorum. Adsunt præterea priuilegia Regũ vtriusque Siciliæ, quæ in monasterij Archiuis seruantur.

Conditur in Ecclesia D. Petri corpus B. Candidæ Diui Petri discipulæ, cuius meminit Paulus Regius Vici Episcopus in vita S. Aspren primi Episcopi Neapolitani,& ex illo Baronius in notis ad Martyrologium die 4. Septembris, iuxta cuius tumulum fons exoritur,qui mẽ haustus,languoribus plurimis medetur.

VII. ANno 454. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R.P.D. Timotheus Veronensis magnus prædicator,qui fuit Archiepiscopus Ragusinus. Visitatores D. Aurelius Placentinus,D. Titus Ferrariensis, qui fuit Adriæ Episcopus, D.Celsus Veronensis,& D.Ioannes Baptista Lucensis.Hoc anno tractatum est de recuperanda Præpositura S.Gratiani Vercellarum quæ erat membrum monasterij,& congregationis S.Crucis Mortariensis.Verùm cum Amadeus Sabaudiæ Dux contra Eugenium IV.in schismate fuisset creatus,& Fœlix V.nuncupatus,qui dam Fr Iacobus de Sabaudia, canonicus tamen regularis, illam à prædicto Fœlice Papa, seu verius antipapa obtinuit, quem cum D. Sebastianus Mortariensis Præpositus tanquam sibi subditum visitare voluisset , illo sibi obedientiam præstare abnuente, Præpositus Mortariensis dictum Fr. Iacobum Præpositura priuauit, & D. Gabrieli de Vallesessia illam contulit, & in corporalem possessionem misit: additio eidem Conuentu canonicorum nostræ congregationis,cum magna totius Ciuitatis lætitia , & ædificatione, qui viderunt illud monasterium optimè reformatum. Cæterum dictus Fr. Iacobus Romam iuit,& Præpositum Mortariensem ad Sedẽ Apostolicam citare fecit , qui Romam profectus est, & post litigium duorum annorum dictus Fr. Iacobus epidimia interijt, & Fr. Antonius de Corpolino Sabaudus iura,& actiones,quæ dictus Fr. Iacobus in Præpositura prætendebat,ab Apostolica Sede impetrauit, & per annum cum Præposito Mortariensi litigauit. Quem tandem Cardinalis Rotomagensis, cuius erat familiaris, cum prædicto Præposito concordauit : & ita nostri post triennium pacificam possessionem adepti fuerunt,existente Rectore Generali D. Aurelio Placentino,in quo monasterio manserũt pacificè vsq; ad annum circiter 1480. quo tẽpore Sixtus IV. precibus Fr. Petri Vercellensis Episcopi Ordinis Fratrum Minorum , ipsum monasterium canoni-

canonicis regularibus abstulit,& bonis mensæ
Episcopali applicatis, fabricas Monialibus S. C
restituisse, in quibus nunc etiam degunt. q
tamen Episcopus, Onuphrio tradente in Six
IV. post biennium ex hac vita decessit , qui ne
dum annum ætatis vigesimum octauum exc
dubitur, licèt Onuphrius dicat fuisse Episcopu
Tauriensium.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

De reformatione Canonicarum S. Mariæ Montis belli Bononiensis, & S. Andreæ Vercellensis facta per eosdem Canonicos Regulares Lateranẽses

ANno 1455.Generale Capitulum Placentiæ.Rector Generalis , & Visitatores omnes qui fuerunt anno præcedẽti secundò in officijs prorogati. Hoc autẽ anno Nicolaus V optimus Pontifex , & de no
tra congregatione peroptimè meritus , die 24 Maij naturæ debitum soluit. Hunc subrogatu
fuit Alphonsus Borgia Valentinus, & Hispanus
qui Calixtum III. se fecit appellare.qui vt beneuo
lentiam quorundam Romanorum , quibus era
addictus, sibi conciliaret, canonicos regulares
benefactores ab Ecclesia Lateranensi electi , &
iuxta per Eugenium IV.abrogauit. & secularibus canonicis ipsam Ecclesiam restituit.Regulares autem canonici ad alia monasteria profecti
sunt, quorum nonnullos Alphonsus Rex Aragonum Neapolim acciuit , quos in monasterijs S
Petri, & S. Mariæ Pedisceryptæ locauit vsque ad
Paulum II. qui illos ad dictam Basilicam reuocauit.Hoc autem audientes Fridericus III. Imperator,& alij Principes, qui sciebant, Lateranense Ecclesiam,quę omnium Ecclesiarum est caput, & mater, sub canonicis secularibus penitus collapsam,& omnibus ornamentis.& redditibus nudatam per ipsos canonicos regulares ferè totã memoratam,non parùm sunt admirati. sed & ipsum Calixtum III. ferunt ante obitum de ipsa electione pœnituisse non modicum, ac doluisse, quam ab eadem ipse Fridericus Imperator datis literis ad Rectorem Generalem,& totam congregationem,cuius erat canonicus, nostros bono animo fore,& in Germaniam proficisci iubet,monasteria opulentissima non pauca eisdem largiturus. Veri Patres, Teutonici idiomatis expertes,plurimus Cæsari gratias agentes, in Germaniam ire obseruant. id ipsum & Serenissimus Alphonsus

canonicis regularibus abstulit, & bonis mensæ Episcopali applicatis, fabricas Monialibus S. Claræ concessit, in quibus nunc etiam degunt. qui tamen Episcopus, Onuphrio tradente in Sixto IV. post biennium ex hac vita decessit, qui necdum annum ætatis vigesimum octauum excedebat, licèt Onuphrius dicat fuisse Episcopum Tarusinum.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

De reformatione Canonicarum S. Mariæ Montis belli Bononiensis, & S. Andreæ Vercellensis facta per eosdem Canonicos Regulares Lateranēses.

ANno 1455. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis, & Visitatores omnes, qui fuerunt anno præcedēti, secundò in officijs prorogati. Hoc autē anno Nicolaus V. optimus Pontifex, & de nostra congregatione peroptimè meritus, die 24. Maij naturæ debitum soluit. Huic subrogatus fuit Alphonsus Borgia Valentinus, & Hispanus, qui Calistum III. se fecit appellare. qui vt beneuolentiam quorundam Romanorum, quibus erat addictus, sibi conciliaret, canonicos regulares benefactores ab Ecclesia Lateranensi eiecit, & illorum per Eugenium IV. abrogauit. & secularibus canonicis ipsam Ecclesiam restituit. Regularium autem canonici ad alia monasteria profecti sunt, quorum nonnullos Alphonsus Rex Aragonum Neapolim acciuit, quos in monasterijs S Petri, & S. Mariæ Pediscryptæ locauit vsque ad Paulum II. qui illos ad dictam Basilicam reuocauit. Hoc autem audientes Fridericus III. Imperator, & alij Principes, qui scribant, Lateranensem Ecclesiam, quę omnium Ecclesiarum est caput, & mater, sub canonicis secularibus penitus collapsam, & omnibus ornamentis, & redditibus nudatam per ipsos canonicos regulares ferè totā renouatam, non parū sunt admirati. sed & ipsum Calistum III. ferunt ante obitum de ipsa eiectione pœnituisse non modicum, ac doluisse. quam ob causam ipse Fridericus Imperator datis literis ad Rectorem Generalem, & totam congregationem, cuius erat canonicus, nostros bono animo iuuare, & in Germaniam proficisci iubet, monasteria opulentissima non pauca eisdem largiturus. Verū Patres, Teutonici idiomatis expertes, plurimas Cæsari gratias agentes, in Germaniam ire noluerunt. id ipsum & Serenissimus Alphonsus Aragoniorū Rex, & Ludouicus Sabaudię Dux, & Magnus Cosmus Medices, & Barbara Mantuę Marchionissa præstiterunt, qui multa bona nobis contulerunt, vt ex infra dicendis apparebit.

HOc eodem anno canonici regulares S. Mariæ Montis belli Comitatus Bononiensis, videntes, illorum monasterium secularibus cōmendatum, & se ad pauciſſimos redactos in nostram Societatem transire, & illorum monasteriū nostræ congregationi vniri à Sede Apostolica supplices petiuerunt, & obtinuerunt. De cuius Canonicæ antiquitate, & nobilitate breuiter aliquid dicturus, literas Consulum & Castri montis belli ad Innocentium III. ex primo libro Epistolarum eiusdem Pontificis fol. 24. acceptas præmittendas existimaui. II. 32 Monast.

Litera Consulum & Populi montis Belli de fidelitate Romanæ Ecclesiæ facienda.

Sanctissimo Patri, & Domino Innocentio Dei gratia Summo Pontifici Petrutius, Azzus, Sandonus & Henrigetus Consules montis Belli cum omni Populo ipsius Castri debitam fidelitatem, cum omni reuerentia. Ea nos vestræ Paternitati beatitudo ex temporum mutatione nouerit collegisse, quæ profecto vobis gaudium portant cum honore, dummodo ad ipsa clementer oculum elenare dignemini. In Archivo igitur Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reperimus ex maiorum memoria fore iam antiquatum, qualiter ad eius donationem Castrum nostrū peruenerit. & ideo non est opus insinuare, quod luce clarius constat, nec vnquam ab aliquo negari poterit, quod non fuerit de Comitatu Comitissæ Mathildæ: sed prævalente aduersus Ecclesiam Dei publica olim potestate dominationem suam in ipso Castro Ecclesia non valuit exercere. Nunc vero quia omnipotens Deus sic disposuit, vt tempore vestro filiorum dispersiones ad sinum Catholicæ matris reducat, Patris imperium per omnia seruaturi. Hinc est quod vnanimes vno voto omnes quærimus, & diligenter petimus dominium vestrum, vestræque Sanctitatis tanto deuotius fidelitatem facere cupimus, quanto indubitanter vos credimus spiritum Dei habere, atque ideo accepisse potestatem, vt omnia in statum rectitudinis vestra sapientia reducatis, facta in præsumptoribus vindicta, & ligatis in compedibus, qui contra Catholicam Romanam Ecclesiam ausi sunt minus iuste pugnare. Commendamus itaque misericordiæ vestræ Castrum, Ecclesias ipsius, Clerum, & omnem populum, rogantes cum omni humilitate, quatenus ad ista quæ postulamus, mora sublata respondere dignemini. Quod si placet de latere vestro mittere, cui vestra debeamus vice intendere, illius concordia sumus, & esse volumus, vt facta fidelitate vobis donationem Castri iuxta vestrum mandatum assignemus. ea videlicet ratione, vt cum omni integritate tam noua, quam vetera nostra intra seruentur illæsa, nec aliquando imminus nubis debeant, vel in parte aliquatenus commutari. Illud attendat Sanctitas vestra, quod pro fortitudine loci multi nobiscum confœderati cupiunt: sed nulli dare responsum volumus, donec à misericordia vestra nuncium recipiamus.

III. HInc videre possumus, illud impietum, quod Iob cap. 14. inquit: *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo: lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra cõsumitur.* nam mons supra quẽ ipsum castrum erat fundatũ, quod bellatorũ viribus, & multitudine, locíq; securitate per antonomasiam Mons Belli antiquitus dicebatur, cuius incolæ se cum suis copijs in Societatem Romanorum Pontificum offerebant, paulatim solutus, in profluentem illius radices allambentem totus fere cum Castro iam defluxit, solo monasterio superstite, cum octo vel decem domunculis rusticorum, in illius acumine seruatis. nec illud reticendum, quod ipse oculatus vidi, circa montem per loca vicina ad decem circiter milliaria, si quis terram ad tibiæ altitudinẽ effodiat, ingentem coclearum, ostrearum, testarum, cæterorumque id genus, quæ in mari nascuntur, miræ magnitudinis copiam inueniri adeo, vt mihi certissimè suaserim, stagnum ibi amplissimum aquæ, id genus insectorum gignentis, olim extitisse, quod ripis laxatis cum magna parte montium in flumen, & in mare defluxerit. Cæterum quod ad monasterij fundationem, & originem spectat, siue illud Castrũ olim fuerit de iure Illustrissimę Comitissæ Mathildis, seu per vim, seu alio modo captum, hoc certum esse videtur, ipsum monasterium à dicta Comitissa fundatum, & dotatum, & congregationi canonicorum S. Frigdiani Lucensis donatum: id enim ex antiquis monasterij priuilegijs, & documentis authenticis, quæ in illius Archiuis seruantur, palam habetur.

IV. QVantæ verò dignitatis esset Archipresbyteratus Bellianus (hic enim illius Canonicæ titulus) ex subiecto Gregorij VIII. priuilegio accipe, in quo Ecclesiæ parochiales ad monasterium spectantes, & Belliano Archipresbytero subditæ numerantur.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Acurso Archipresbytero Ecclesiæ B. Mariæ montis Belli, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Monet nos Apostolicæ Sedis autoritas, cui liget immeriti præsidemus, pro statu omnium Ecclesiarum prouida circumspectione satagere, & ne malignorum rapinis, vel molestijs exponantur, Apostolicum ipsis patrocinium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ montis Belli, in qua diuino estis obsequio mancipati, fulcris recordationis Eugenij, Alexandri, & Vrbani prædecessorũ nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsenti scripti priuilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deũ, & B. Augustini Regulam, atque institutionem Fratrum S. Frigdiani in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia præsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de Luparolo, Ecclesiam de Gauxano sicut ex sententia bonæ memoriæ Moysi Rauennatensis Archiep. vobis cum omnib. pertinentijs suis adiudicata est, Ecclesiam S. Iacobi, Eccles. de Montalogno, Ecclesiã S. Mariæ de Fagnano cum omnib. pertinentijs suis, Ecclesiã de Pontziano, Ecclesiam montis Giorgij, Ecclesiam de Cuciano, Ecclesiam de Ripa mallar, Ecclesiam S. Petri de Gauriniano cum omnib. pertinentijs, & possessionibus suis, Ecclesiam S. Eligij de Lauagnano, Ecclesias de monte S. Petri, Ecclesiam de Ruca, Ecclesias de Olueto, Ecclesiam S. Dominici de Braida, Ecclesiam de Crespellano, Ecclesiam S. Mariæ in Basilicula, Ecclesiam de Calcaria, Ecclesiam S. Nicolai de Rauealus cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Dominici de Campore maiore sicut vobis per prædictum Moysi adiudicata est, Ecclesiam S. Ioannis de Castello, Ecclesiam S. Pauli de Palude, sicut vobis à bonæ memoriæ Guidonis de Rheno, & Vbaldo tunc Romanæ Ecclesiæ subdiaconis, nunc vero Pisano Archiepiscopo per sententiam adiudicata est, Ecclesiam de Gauesseto, Ecclesiam de Pozola, Ecclesiam S. Mariæ de Prato Bonelli, sicut vobis per sententiam concessa est, Ecclesiam S. Ioannis de Canneto, Ecclesiam S. Columbani, Ecclesiam S. Martini, sicut vobis per sententiam adiudicata est, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Sancti Martini cum aliis Ecclesijs ad plebem ipsam pertinentibus, quodque habetis in Mozano, & in Calcaria, & iuxta S. Theodorum, & in Varaneto, & in Bazano, & in alijs locis. Sane nouales vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, seu de ipsis animalibus nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Ad hæc prohibemus, ne aliquis laicorum de terris, quas tuæ e proprietatis ad Ecclesiam vestram spectant, à vobis decimas vllatenus recipere, vel petere præsumat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis, vel interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, diuina officia celebrare. Adhæc adiungimus prædictis Alexandri prædecessoris nostri autoritate vobis Apostolica indulgentia, vt obeunte Archipresbytero, qui ibi pro tempore fuerit, de Collegio vestro, vel de alio regulari Conuentu, si ibi non fuerit idoneus inuentus, eligendi Archipresbyterum facultatem liberã habeatis quem cum electus fuerit Diœcesano Episcopo præsentetis, vt ipsius electionem confirmare debeat, quam absque iusta, & manifesta causa nullatenus sit ei licitum infirmare. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & absque vlla pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quod malueritis, Catholicum adire Antistitẽ qui vestra sua auto-

ritate, quod postulatur, indulgeat. Quæcunq
rum ecclesiarum Ecclesiarum, seu decimarum
alarum rerum per priuilegia, vel per concessiones
orum Episcoporum vobis indulta sunt, & co
sse per bonæ memoriæ Gerardum quam tam Bono
in Episcopum, præcipuè sicut in eius priuilegio con
ter, nihilominus vobis concedimus, & confirmamus.
gitur insuper, rationabiles q, consuetudines, & libe
tuis Ecclesia vestra hactenus obseruatas ratas h
ne, pari, perpetuò illibatas manere sancimus. P
ritus quisquis, ne liceat Bononiensibus Episcopis n
ipsi habita granatura vobis, vel Ecclesiæ vestræ in
ros, aut vos, vel eandem Ecclesiam illicitis exactio
gravare, sed Archipresbyteri vestri contentus obe
to, vnum à vobis, seu Archipresbytero ipso extorq
uramentum, sicut à sepedicto antecessore nostro
tandæ Pontificæ constat vobis indultum. Liceat et
nobis seruos, vel laicos liberos, & absolutos è seculo
pitum ad conuersionem recipere, & eos absque cont
ctione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne vlli f
ra monachorum posit factam professionem liceat ab
ibus sine licentia Archipresbyteri sui recedere:
cidentem verò sine literarum communium cautio
nolus aut at retinere. Sepulturam præterea locis ip
rum esse decernimus, vt eorũ deuotioni, & extre
n liceat, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fo
excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat: S
autem iniuria illorum Ecclesiarum, à quibus m
rum corpora assumuntur. Autoritate quoque A
hibita prohibemus, ne quis infra parochiam vestra
Oratorium, vel Ecclesiam construere sine vestra, & D
ipsius Episcopi autoritate præsumat. Saluis priuile
Romanorum Pontificum. Sententias insuper inter di
vel possessionis, quæ in Ecclesijs, vel clericos ad vos p
centes canonicè promulgauerit, de communi cons
si, aut maiorũ, & saniorũ partis Capituli, nullus s
congrua satisfactione relaxet. Decernimus ergo, vt n
omnem hominem liceat præfatam Ecclesiam temer
rum inde auferre, aut eius possessiones auferre, vel ablatas r
tinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigar
sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorũ g
gantur, et sustentatione concessa sunt, vsibus omni
modis profutura, salua Sedis Apostolicæ autoritate.
quisquis in futurum Ecclesiasticæ, secularisve perso
hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra ea
huic nostræ constitutioni pagnam sciens, contra ea
ctare temere tentauerit, secundo tertiove commoni
rit, satisfactionem suam congruam satisfactione correxerit, p
sua, honoris, & suæ careat dignitate, reamq; se diuin
reuisu existere de perpetrata iniquitate cognoscat, e
sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini R
dignetur nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extre
mo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis aute
eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostr
Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis ac
inueniant, Amen.

Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Gregorius Papa VIII
Dirige me Domine in veritate tua.
Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episc. subscripsi.

tua autoritate, quod postulatur, indulgeat. Quascunque enim exactionibus Ecclesiarum, seu decimarum, vel aliarum rerum per priuilegia, vel per concessionem Bonorum Episcoporum vobis indulta sunt, & concessa, & per bonæ memoriæ Gerardum quondam Bononiensem Episcopum, præcipuè sicut in eius priuilegio continetur, nobilissimum vobis concedimus, & confirmamus. Antiquas insuper, rationabiles, & consuetudines, & libertates in Ecclesia vestra hactenus obseruatas ratas habemus, easq; perpetuò illibatas manere sancimus. Prohibemus quoque, ne liceat Bononiensibus Episcopis noua, & indebita grauamina vobis, vel Ecclesiæ vestræ imponere, aut vos, vel eandem Ecclesiam illicitis exactionibus aggravare, sed Archipresbyteri vestri contentus obedientia, nullum à vobis, seu Archipresbytero ipso extorqueat sacramentum, sicut à sæpedicto antecessore nostro Alexandro Pontifice constat vobis indultum. Liceat etiam vobis clericos, vel laicos liberos, & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne vlli fratrum vestrorum post factam professionem liceat absque eius licentia Archipresbyteri sui recedere: discedentem verò sine literarum communium cautione nullus audeat retinere. Sepulturam præterea locipsius liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat: Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Autoritate quoque Apostolica prohibemus, ne quis infra parochiam vestram, Oratorium vel Ecclesiam construere sine vestra, & Diœcesani Episcopi autoritate præsumat. Saluis priuilegijs Romanorum Pontificum. Sententias insuper interdicti, vel suspensionis, quas in Ecclesias, vel clericos ad vos pertinentes canonicè promulgauerit, de communi consensu, aut maioris, & sanioris partis Capituli, nullus sine congrua satisfactione relaxet. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodo profutura, salua Sedis Apostolicæ autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo tertiòve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honoris, suiq; careat dignitate, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis accipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Gregorius Papa VIII. Dirige me Domine in veritate tua.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episc. subscripsi.

Ego Paulus Prænestinus Episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis Episcopus.

Ego Laborans presbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tyberim tit. Calixti.

Ego Mellor presbyter Cardin. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachi.

Ego Adelardus tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis.

Ego Iacynthus sanctæ Mariæ in Cosmedin Diacon. Cardin.

Ego Gratiosus sanctorum Cosmæ & Damiani Diacon. Cardin.

Ego Radulphus S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardin.

Datum Ferrariæ per manum Moysi Lateranensis canonici Vicegerentis Cancellarij 16. Calend. Decembris, Indictione 6. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVIII. Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ Octaui anno primo.

V. ET licet iniuria temporum, & hominũ multa damna grauissima in spiritualibus, & temporalibus passum fuerit, tamen Deo, & B. Virgine Dei genitrice monasterij tutelari protegentibus, canonicorum Conuentus nunquam in illo penitus defecit. Cum enim circa annum Domini 1455. dictum monasterium cuidam legum Doctori nomine Ioanni de Anania, qui erat Archidiaconus Ecclesiæ Bononiensis, commendatum existeret, qui non Dei, & Ecclesiæ seruitium, sed solos Ecclesiæ reditus curabat, canonici ad duos solos redacti, quorum alter Martinus Duzarelli, alter Laurentius Petri de Zapulino vocabatur, videntes monasterium in aperto discrimine cõstitutum, preces supplices Pontifici porrexerunt, vt illud cum suis bonis, & iuribus canonicis regularibus Lateranensibus traderet, ac illorũ congregationi perpetuò vniret, quod Pontifex præstitit datis literis, quæ hic sequuntur:

Calixtus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Vicario Ven. fratris nostri Episcopi Bononiensis in spiritualibus Generali, salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter curas multiplices, quibus occurrentium negotiorum varietatibus obsidemur, illam libenter amplectimur, per quam Regulares ordines, & eorum loca sancti sanctimoniæ dedita, prout congruere conspicimus, in spiritualibus, & temporalibus prosperitatis optata dirigantur euentu, ac personæ Ecclesiastica, præsertim literarum scientia praditæ, in earum opportunitatibus congruum suscipiant releuamen. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Martini Duzarelli de monte Bello, & Laurentij Petri de Zapulino canonicorum, Prioratus B. Mariæ de monte Bellio ordinis S. Augustini, Bononiensis diœcesis, petitio cõtinebat, quod numerus canonicorum regularium in dicto Prioratu, in quo dudum Prior, seu Archipresbyter, & decem, & aliquando plures, & quandoque pauciores canonici esse solebant, in tantum à triginta annis citra propter guerrarum discrimina, & alias multiplices afflictiones, quæ in patria Bononien. diuersimodè viguere, plurimũ

diminutus est, & in tantum decreuit, quod in eo non existunt, nec à quinque annis proximis præcedentibus fuerunt, nisi ipsi Martinus, & Laurentius: propter quod diuinus cultus ibidem continuo diminuitur, & populi deuotio plurimum tepescit in dies. vnde Martinus, & Laurentius supradicti Prioratum ipsum, & illius Ecclesiam quæ parochialis existit, reformari, & Capitulum, seu numerum canonicorum ex personis eiusdem ordinis obseruantiæ regularis, cum quibus possint ipsi Martinus, & Laurentius ad omnipotentis Dei laudem, & ipsorum animarum salutem fideliter peragere cursum tẽporalis vitæ suæ, & ex quorum salubribus monitis, & exemplis dicti loci populus ad maiorem deuotionem diuinæ maiestatis, & salutis suæ intentũ, & curã induci possit, augeri, & iugiter conseruari feruenter exoptent. Quare pro parte dictorum Martini, & Laurentij asserentium, quod fructus, redditus, & prouentus dicti Prioratus trecentorum florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatũ, vt Prioratum præditum cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis congregationi canonicorum regularium S. Saluatoris Lateranensis, olim S. Mariæ de Frisonaria Lucanæ diœcesis perpetuo applicare, incorporare, annectere, & vnire, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur certam notitiam de præmissis non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, per te ipsum, de præmissis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantijs vniuersis autoritate nostra diligenter informes: & si per informationẽ huiusmodi ita esse reperieris, Prioratum ipsum cũ omnib. iuribus, & pertinentijs supradictis eidem congregationi præfata autoritate perpetuò applices, incorpores, vnias, & annectas: ita quod cedente, vel decedente dilecto filio Ioanne de Anania Archidiacono Bononiensi, vtriusque iuris Doctore, qui Prioratum ipsum ex concessione Apostolica obtinet in Commendam, seu alias Prioratum ipsum prædictum quomodolibet dimittente, liceat Rectori, & canonicis huiusmodi congregationis per se, vel alium, seu alios corporalem Prioratus, iurisque, & pertinentiarum prædictorum possessionem propria autoritate apprehendere liberè, ac illius fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in suos, & dictæ cõgregationis vsus, vtilitatemque conuertere, & ipsum Prioratum perpetuò retinere, Diœcesani loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minimè requisita. & nihilominus si dictus Ioannes Commendæ sibi factæ huiusmodi ad effectum vnionis prædictæ in manibus tuis sponte, & liberè cedere voluerit, concessionem huiusmodi ab ipso Ioanne, vel Procuratore suo ad hoc ab eo specialiter constituto eadem autoritate nostra recipias, & admittas: eaque per te recepta, & admissa decernas ex tunc autoritate prædicta applicationem, vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi effectum sortitas fore: præfatoque Ioanni, ne propter cessionem eandem nimium dispendium patiatur, pensionem annuam, de qua rationabiliter reddiderit se contentum, super fructibus, redditibus, & prouentibus Prioratus huiusmodi, quod vixerit, vel Procuratori suo ad hoc ab eo specialè mandatum habenti, per Rectorem, & canonicos congregationis huiusmodi singulis annis, sub pœnis, & censuris ad id per te de consensu partium earundem statuendis, & imponendis, persoluendam conseruare, constituere, & assignare dicta autoritate procures, faciens ipsi Ioanni de pensione prædicta in extraneatarum, constitutionis, & assignationis earundem, si illa fecerit, tenorem integrè responderi: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Prioratus, Congregationis, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Prioratibus huiusmodi specialem, vel alias generalem Apostolicæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quo quidem literæ, & processus habitos per eosdem, & quicquid inde secutum ad dictum Prioratum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Prioratuum aut beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu à Rectori, & Canonicis prædictis, vel quibuslibet aliis communiter, vel diuisim à dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorum, seu quorum tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, quod propter applicationem, vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi, si fiant, & effectum sortiantur, præfatus Prioratus debitis non fraudetur obsequijs, & animarum cura in eo si qua illi immineat, non debitè negligatur, sed semper ibidem diuinus cultus vigeat, & certus Canonicorum numerus existat. & insuper ea nunc irrita decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1455. Idibus Nouembris Pontificatus nostri anno primo. S. de Spade. Io. de Cola Adrianus.

VI. QVarum literarũ vigore prædictus Ioannes de Catanea Bononiensis Archipresbyter comperta veritate narratorum, & constituta Commendatario super monasterij bonis annua pensione, illud cũ omnibus suis bonis, & iuribus nostræ congregationi vniuit, prout constat publico instrumento Bononiæ anno 1456 die 30. Ianuarij rogato per Rolandum quondam Alberti de Castellanis: & ita illi duo canonici in nostram

Societa-

Societatem trãseuntes, & de tuo Collegio, pr
optabant, ex canonicis sui Ordinis reparato p
mam gaudentes, cum nobiscum aliquot an
religiosissimè vixissent, in eodem monaste
peruenerunt, rebusq; monasterij deinceps in n
dem conuersis, conueniens canonicorũ num
rum, sub disciplina canonica viuentium, sem
mo manisit, & per Dei gratiam adhuc manet

Quod Beatissima Virgo Deipara sub illius
ordinis tutela positum esse, miraculis non sen
uolùit monstrare. primò namq; cum nocte q
dam Paulinus de monte Bello cum nonnul
ruficis montem ascendisset, vt monasterium
riperet, & Ecclesiæ ornamẽta socijs distribuer
ante iamam Ecclesiæ constitutus cœcus, & am
repente factus est. quod socij videntes, ante p
des canonicorum peccatum suum confitente
ueniam petierunt: sed ille infœlix nunquam an
plius visum recepit.

Anno etiam humanæ salutis 1527. in Vigil
Annunciationis gloriosæ Virginis, cui locus e
cum, Carolus Borbonius cum copijs Germano
rum ad radices montis subsistit, vt die sequen
ad monasterium diripiendum ascenderet: sed v
te Beatæ Virgini à canonicis, & alijs indigen
nunciato, eadem nocte tanta nix de Cœlo co
cidit, vt magna pars inimicorũ interierit, in pre
fatuendibus suffocata, cæteris fugientibus: cuiu
mi quotannis agitur memoria in eodem fest
Annunciationis.

ANno 1456. Generale Capitulum Casore
prope Mediolanum. Rector Generalis R. F
D. Timotheus Veronẽsis tertiò prorogatus. Vi
sitatores D. Titus Ferrariensis, D. Gaspar Bo
nonien sis, D. Ioannes Baptista Lucensis, & D
Pulcherpus Bergomensis.

Anno 1457. Generale Capitulum congrega
tum fuit ibidem, & electus in Rectorem Gene
ralem R. P. D. Aurelius de Placentia. Verum hoc
anno numerus Visitatorum fuit auctus ad decẽ,
qui fuerunt D. Martinus Bergomensis, D. Cle
mens Papiensis, D. Petrus Venetus, & D. Hiero
nymus Tarui sinus, D. Benedictus Bononiensis,
& D. Thomas Bononiensis, D. Timotheus Ve
netensis, & D. Peregrinus Placentinus, D. Philip
pus de Camerino, & D. Apollinaris Veronensis.

Anno 1458. Capitulum Generale Venetijs in
monasterio Charitatis. Rector Generalis idem
R. P. D. Aurelius secundò confirmatus. Visitato
res D. Orosius Mediolanensis, D. Martinus Ber
gomensis, D. Clemens Papiensis, & D. Hierony
mus Tarui sinus, D. Alexander Mediolanensis, &
D. Iulianus Cremonensis, D. Barnabas Vicenti
nus, & Philippus à Camerino. Hoc anno Calistus
III. ex hac vita sublatus est, & in eius locum Æ
neas Syluius ex familia Picolominea Senensi Car
dinalis electus die 20. Augusti, & Pius II. nuncu
patus, vt Platina scribit.

Anno 1459. quo Generale Capitulũ celebra-

Societatem trâseuntes, & de suo Collegio, prout optabant, ex canonicis sui Ordinis reparato plurimum gaudentes, cum nobiscum aliquot annis religiosissimè vixissent, in eodem monasterio quieuerunt, rebusq; monasterij deinceps in melius conuersis, conueniens canonicorũ numerus, sub disciplina canonica viuentium, semper in eo mansit, & per Dei gratiam adhuc manet.

Quod Beatissima Virgo Deipara sub illius peculiari tutela positum esse, miraculis non semel voluit monstrare. primò namq; cum nocte quidem Parulinus de monte Bello cum nonnullis rusticis montem ascendisset, vt monasterium diriperet, & Ecclesiæ ornamẽta socijs distribueret, ante ianuam Ecclesiæ constitutus cœcus, & amẽs repente factus est. quod socij videntes, ante pedes canonicorum peccatum suum confitentes, veniam petierunt: sed ille infœlix nunquam amplius visum recepit.

Anno etiam humanæ salutis 1527. in Vigilia Annunciationis gloriosæ Virginis, cui locus est sacer, Carolus Borbonius cum copijs Germanorum ad radices montis substitit, vt die sequenti ad monasterium diripiendum ascenderet: sed voto Beatæ Virgini à canonicis, & alijs indigenis nuncupato, eadem nocte tanta nix de Cœlo cecidit, vt magna pars inimicorũ interierit, in profluentibus suffocata, cæteris fugientibus: cuius rei quotannis agitur memoria in eodem festo Annunciationis.

VII. ANno 1456. Generale Capitulum Casoreti prope Mediolanum. Rector Generalis R.P. D. Timotheus Veronẽsis tertiò prorogatus. Visitatores D. Titus Ferrarien sis, D. Gaspar Bononiensis, D. Ioannes Baptista Lucensis, & D. Policarpus Bergomensis.

Anno 1457. Generale Capitulum congregatum fuit ibidem, & electus in Rectorem Generalem R.P.D. Aurelius de Placentia. Verum hoc anno numerus Visitatorum fuit auctus ad decẽ, qui fuerunt D. Martinus Bergomensis, D. Clemens Papiensis, D. Petrus Venetus, & D. Hieronymus Taruisinus, D. Benedictus Bononiensis, & D. Thomas Bononiensis, D. Timotheus Veronensis, & D. Peregrinus Placentinus, D. Philippos de Camerino, & D. Apollinaris Veronensis.

Anno 1458. Capitulum Generale Venetijs in monasterio Charitatis. Rector Generalis idem R.P.D. Aurelius secundò confirmatus. Visitatores D. Orosius Mediolanensis, D. Martinus Bergomensis, D. Clemens Papiensis. & D. Hieronymus Taruisinus, D. Alexander Mediolanensis, & D. Iulianus Cremonensis, D. Barnabas Vicentinus, & Philippus à Camerino. Hoc anno Calistus III. ex hac vita sublatus est, & in eius locum Æneas Syluius ex familia Picolomínea Senensi Cardinalis, electus die 20. Augusti, & Pius II. nuncupatus, vt Platina scribit.

Anno 1459. quo Generale Capitulũ celebratum est Ferrariæ, & idem D. Aurelius tertio in Præfectura Generali confirmatus, Visitatoribus ad quatuor iterum redactis. qui fuerunt D. Clemens Papiensis, D. Ioannes Baptista Lucensis, D. Gaspar Bononiensis, & D. Iulianus Cremonensis. Ludouicus Dux Sabaudiæ, Princepsque Pedemontium Cœnobium Abbatiale S. Andreę Vercellarum, quod Franciscus illius filius in Cõmendam obtinebat, amotis quibusdam canonicis regularibus Gallis, per nostrę congregationis canonicos reformandum à Pontifice impetrauit. Datis literis Apostolicis apud S. Petrum Calendis Maij eiusdem anni 1459. De cuius reformatione priusquam edisseram, de illius origine & fundatione aliquid dicere dignum iudicaui. Erat enim Cœnobium inter cætera prouinciæ Pedemontanæ præclarissimum, quod priscæ dignitatis nonnihil adhuc etiã retinet: cuius fundator fuit Illustris. & Reuerendis. D. Gualla de Bicheriis ex canonico regulari S. Petri in Cœlo aureo ab Innocentio III. Cardinalis creatus, vt Onuphrius in eundem Innocentium aduertit; quem cum Pontifex Legatum in Angliam ad componendas causas grauissimas misisset, Henricus III. Rex Anglorum in expiationem criminis in B. Thomam Cantuariensem sub Henrico II. admissi, quod Regibus Anglicanis necdum dimissum aiebat, magnam vim pecuniarum pro ædificando monasterio canonici Ordinis dedit. Ille in Italiam ad suam patriam reuersus cum nonnullis eiusdem glorioſi martyris reliquijs, in ciuitate Vercellarum monasterium Abbatiale cum propinquo Xenodochio, quorum vtrunque S. Andreæ Apostoli est vocatum, ædificauit, & Castris, Villis, redditibus, immunitatibus, & iuribus scudalibus opulentissimè ditauit, inter quæ erat castrum S. Germani, quod nunc in Marchionatum est erectum, vt ex priuilegio Gregorij IX. statim reddendo patebit, & pagus Constantiniana vocatus, quem dictus Cardinalis de prædictis pecunijs cum eodem Castro S. Germani emerat, & monasterio pro dote tribuerat. Ipse quin etiam Henricus III. Rex Angliæ dicto Cœnobio Ecclesiam sanctæ Mariæ de Costrotona in Anglia donauit, cuius redditus vsque ad Henricum VIII. sub quo Regnum à Romana Ecclesia defecit, dictum S. Andreæ Cœnobium percipiebat. fundatum fuit prædictum monasterium circa annum 1220. quo absoluto, Conuentus canonicorum secundum institutum S. Victoris Parisiẽsis, magna tunc laude celebris, in eo fuit constitutus, primusque illius Abbas Thomas ille Venerabilis S. Victoris canonicus, cuius opus est Commentarium in cœlestem D. Dionysij Hierarchiam, quod S. Victoris institutum vsque ad annum 1459. in eodem monasterio quadantenus perseuerauit, vnde inter Abbatias dictæ congregationis Victoriæ illud repositum inuenio ab Vrbano IV. in priuilegio ipsi monasterio facto

33. Monast.

facto Viterbij, Idibus Maij Pontificatus sui anno primo.

VIII. QVid verò prædictus Cardinalis pro monasterij dote contulerit, ex sequenti priuilegio Gregorij IX. Thomæ Abbati, & illius fratribus anno 1227. concesso sic accipe:

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Thomæ Abbati Ecclesiæ S. Andreæ Vercellensis, eiusque fratribus, tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam S. Andreæ Vercellensis, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in Ecclesia vestra institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones quæcunque bona eadem Ecclesia ex donatione dilecti filij nostri Gualle tituli sancti Martini presbyteri Cardinalis eiusdem Ecclesiæ fundatoris, vel alias in præsentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum ex testamento, vel donatione Cardinalis eiusdem, concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda. Locum ipsum, in quo prafata Ecclesia sita est, cum domibus omnibus, & pertinentijs suis. Castrum, & Villam S. Germani cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, domos, sedimina, terras, vineas, & possessiones omnes cum omnibus iuribus, & pertinentijs, quas in Carixianæ, & Veinen. Castris, Villis, & territorijs cum prædicto omnibus Ecclesiæ vestræ idem contulit Cardinalis. Hospitale, quod idem Cardinalis prope Ecclesiam vestram fundauit, & vestræ gubernationi, & prouisioni commisit, ita tamen, quod de possessionibus, & bonis ipsius mobilibus, & immobilibus per Cardinalem præfatum, vel quoscunque alios fideles collatis, vel conferendis eidem nihil vobis liceat alienare, minuere, occupare, seu vestris vsibus applicare: sed sola ipsius Hospitalis visitatione, & regulari correctione contenti, ministrum idoneum confratrum eiusdem Hospitalis consilio præfeciatis ibidem, qui bona pauperum fideliter administret, & generalem computationem reddat de omnibus ter in anno Abbati vestro, & fratribus Hospitalis eiusdem, ipsique Abbati præstet obedientiam, & reuerentiam cum omnibus alijs fratribus, & sororibus, ex quibus ipse minister nullum recipiat, sed per Abbatem eundem recipiantur nomine Hospitalis, quoties fuerit opportunum, cum ministri tamen, & omnium fratrum, vel maioris partis eiusdem Hospitalis consilio, & consensu. Capellam S. Andreæ sitam iuxta Ecclesiam vestram cum omnibus possessionibus, iuribus, & pertinentijs suis, exceptis possessionibus, quas idem Cardinalis dilis Hospitalis vsibus deputauit. Ecclesiam S. Andreæ de Christotonen. Helē. Diœcesis per Charissimum in Christo filium nostrum Henricum III. Regem Angliæ, & eius Consiliarios Ecclesia vestra tuitu Cardinalis prædicti in proprios vsus dicti loci, & Capituli sui assensu accedente, collatam; & postmodum autoritate Apostolica. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de hortis, & virgultis, & piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & absolutos à seculo fugientes ad conuersionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere: discedentem vero absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. quod si quis retinere forte præsumpserit, licitum vobis sit, in ipsos canonicos, vel conuersos Excommunicationis sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes, ne terras, seu quoslibet beneficiū Ecclesiæ vestræ collatum liceat alteri personæ dare, siue alio modo alienare absque consensu totius Capituli, vel maioris, & saniorispartis ipsius. Si quæ verò donationes, vel alienationes, aliter quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hæc etiam, prohibemus, ne aliquis canonicus siue conuersus, sub professione vestra domui adhæsus, sine consensu, & licentia Abbatis, & maioris partis vestri Capituli pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, vltra pretium Capitulo vestri prouidentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestræ vtilitatem. Quod si forte facere præsumpserit, non teneatur conuentus pro ijs aliquatenus respondere. Licitum præterea sit vobis in causis propriis suis cuiuslibet, siue criminalem contineant quæstionem, fratrum vestrorum testimonijs vti, ne pro defectu testium vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper autoritate Apostolica inhibemus, ne vllus Episcopus, vel alia qualibet persona ad Synodos, vel Conuentus, seu Capitula, nisi ad tractanda spiritualia vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia, vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel Conuentus aliquos publicos conuocandi, vobis contradicentibus, & inuitis, venire præsumat: nec regularem electionem Abbatis vestri impediat, aut de ea contra statuta vestri Ordinis se aliquatenus intromittat. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij saniorij secundum Deum, & B. Augustini regulam prouiderint eligendum. electus autem à vobis canonice in Abbatem, Diœcesano Episcopo semel, & iterum per fratres vestri Ordinis humiliter præsentatus, si ab eo confirmationem, & benedictionem non potuerit obtinere, ne Ecclesia vestra destituta consilio pereliteretur, ipsius, & loco Abbatis plenariè fungatur in ea tam in exterioribus prouidendis, quam interioribus corrigendis, donec aut interuentu vestro, aut præcepto Romani Pon-

ficio, aut Metropolitani confirmationem, & benedictionem obtineat. Porro nulla persona pro benedicendo Abbate, aut deducendo in sedem suam aliquid à vobis exigere, nullum etiam vestrum si exigatur, dare præsumat; quia & exigentem, & dantem nota, & periculum excommunicationis præmuniat. illud adijcientes, vt in recipiendis professionibus, quæ à benedicto, vel benedicendo Abbatibus exhibentur, ea sit Diœcesanæ forma, & expressione contentus, vt scilicet Abbates ipsi salua ordine suo, profiteri debeant, & contra statuta Ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Cum autem generale interdictum Terræ fuerit, liceat vobis clausis tamen, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, quem Catholicum fuerit, & communem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea voluerit vobis sine prauitate aliqua exhibere. alioqui liceat vobis, quemcunque malueritis, Catholicum adire Antistitem, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fretus autoritate vobis, quod postulatum impendat. Quod si sedes Diœcesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta à vicino Episcopo accipere libere, & absque contradictione possit. Sic tamen, vt ex hoc impositum proprio Episcopo nullum præiuditium generetur. Infirmos quoque visitatos, qui in extrema voluntate ad vos vel vestrum Hospitale se transferri, aut apud vos sepeliri deliberauerint, nullus impedire, seu res eorū legitimas deuenire præsumat, salua canonica iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Ob recitandas quoque secularium personarum frequentias earum sit vobis, saluo iure Diœcesani Episcopi, Oratoria in Grangis, & Curtibus vestris construere, & in ipsis vobis, & familiæ vestræ diuina officia, cum necesse fuerit celebrare, & ipsam familiā, nisi aliqui sint, qui in vicino propria habeant domicilia, ad confessionem, & communionem suscipere, sine iuris præiuditio alterius. Prohibemus insuper, vt nullus infra fines parochiæ vestræ sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro Capellam, seu Oratorium de nouo construere audeat: salua priuilegij Pontificum Romanorum. Admaiorem etiam Ordinis vestri reuerentiam, & regularis disciplinæ obseruantiam tibi fili Abbas, & successoribus tuis subiectos vestros ligandi, atque soluendi plenam concedimus facultatem. Districtius inhibentes, ne aliquis subditorum vestrorum in his, quæ ad disciplinam, & instituta Ordinis spectant, audeat prout statutum est in Lateranensi Concilio, appellare: sed si quis appellare tentauerit, nihilominus illi, quorum interest, regularem exerceant disciplinam. Abbatiæ nouas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis in vestris domibus, vel Hospitali omnino fieri prohibemus: ne alicui Archiepiscopo, Episcopo, Archidiacono, eorumve ministris liceat procurationes à vobis exigere, vel pro ipsis aliquid extorquere: Ita tamen, vt si expensis, quæ à Capellis Vercellen. fieri communiter debent, prorata possessionum, quas præfata Capella Sancti Andreæ ante fundationem Ecclesiæ vestræ habuit, cum requisitum fuerit, conferatur Episcopo, & Ecclesiæ Vercellen. tres libras cereæ annis singulis censu nomine persoluendo, secundum quod in instrumento concessionis sæpe dictæ Capellæ per Venerabilem fratrem nostrum Hugonem Episcopum, & Capitulum Vercellen. facta Cardinalis præscripto plenius continetur: contra cuius concessionis tenorem ne aliquid à dicto Episcopo, & Capitulo exigatur à vobis, autoritate Apostolica districtius inhibemus. pacis quoque, & tranquillitatis vestræ paterna imposterum solicitudine prouidere volentes, autoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu Grangiarum vestrarum vel Curtium nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ordini vestro concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua Sedis Apostolicæ autoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia, seruato moderamine prænotato. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Laterani per manum Magistri Senebaldi Auditoris literarum contradictarum D. Papæ, 3. Calend. Iunij, Indictione 15. Incarnationis Dominicæ anno 1227. Pontificatus vero D. Gregorij Papæ IX. anno primo. Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

IX. EX illo autem tempore viguit semper in dicto monasterio disciplina Regularis cū Dei laude, ac populorum ædificatione non modica, sub Abbatibus canonicis vsque ad annum 1440. quo tempore Illustrissimus Sabaudiæ Dux nostros canonicos ad illud reformandum accedere rogauit;

rogauit: duabus tamen adiectis conditionibus, quas nostri non admiserunt, nimirum vt loci Abbates essent perpetui, & congregatio ab illo monasterio denominaretur, vt patet ex actis Capituli Generalis anni 1439. Postea cum D. Bartholomæus de Musis loci Abbas, & regularis canonicus naturæ debitum soluisset, Fœlix V. in Schismate contra Eugenium Pontificem creatus illud Francisco Ludouici Sabaudiæ Ducis filio minori commendauit, quare cum vigor disciplinæ plurimum esset solutus, & canonici ad sex tantummodo redacti, piissimus Princeps cernēs cultum diuinum imminutum, & monasterij toti prouinciæ Venerabilis spendorem obscuratū, egit cum Rectore cōgregationis, vt viginti canonicos Lateranenses cum quinque Cōuersis sub regimine vnius Præpositi ad illud reformandum mitteret, cui Abbas Commendatarius monasterium cum Ecclesia, & fabricis antiquis ad clausurā spectātibus cederet, ac etiam pro canonicorum victu, & indumentis mille florenos aureos quotannis ex primis fructibus prædiorum Abbatiæ percipiendis tribueret, vel tot possessiones, quæ mille florenorum redditus præstarent. Bona quoque mobilia ad Ecclesiæ, & canonicorum vsum necessaria idem Abbas Commendatarius efficaciter suppleret. quibus ita compositis supplicatū est Pontifici, vt dictam reformationem autoritate Apostolica firmaret, ac monasterium nostræ congregationi reformandum præberet. Qui literas ad Archipresbyterum S. Mariæ loci Cherij hoc eodem anno 1459. Calendis Martij dedit, mādans, monasterium comperta veritate narratorum autoritate Apostolica nostræ congregationi sub prædictis conditionibus vniri: quarum literarum vigore dictus Archipresb. nostros ad monasteriū admisit, facta prioribus canonicis nobiscum si vellent, manendi potestate, vel extra claustra, designata illis annua pensione super bonis Abbatiæ pro alimentis.

Verum quod veteres canonici nec locum cedere, nec nobiscum vellent commorari, nonnullis etiam ex ciuibus, & ex Curialibus illis fauentibus, non admodum facilè fuit, illius possessionem obtinere, donec Ciuitatis Præfectus Serenissimo Duce iubente priores canonicos eiecit, & nostros ex monasterio S. Gratiani acceptos in corporalem possessionem misit. Postquam antedicto Sabaudiæ Duce vita functo, quidam Frater Augustinus de Lignana Ordinis Cisterciensis cum Abbatiam per resignationem prioris Abbatis obtinuisset, litē contra nostros suscitauit. Verum lis Deo volente nobis nō parum profuit, nam præfatus Augustinus certis pactis inuicem firmatis non solum iuri, quod in Præpositura prętendebat, omnino cessit, verum etiam Abbatiam ad fauorem nostræ congregationis resignauit, & & ita nostri totum monasterium cum Abbatia, & omnibus illius bonis, & iuribus, ac etiam priuilegijs Abbatum antiquorum pacifice obtinuerunt, huiusmodi resignationem probante, ac firmante Paulo II. per suas literas apud S. Petrum 6. nonas Octobris anno 1464. datas. non tamen omnia monasterij bona ad canonicos deuenerunt.

EX illo autem tempore vsque in præsens floruit semper in dicto monasterio regularis obseruantia, quod domus Nouitiorum fere semper esse consueuit, in quo ipse tirocynio peracto regularem professionem emisit ex quo semper viri sanctitate, & literis conspicui exierunt, inter quos, vt de multis paucos referam, primo loco recensendus idem Illustrissimus D. Gualla de Bicherijs, quem vtpote canonicum regularem, patria Vercellensem & Cœnobij fundatorem & dotatorem munificentissimum, tandemque vita functum in eodem monasterio tumulatum, inter illius canonicos quidni commemorem?

Secundus D. Thomas primus Abbas dicti monasterij ex S. Victoris Parisiensis Canonica acceptus, vir doctissimus æquè, vt religiosissimus, qui in D. Dionysij librum de Cœlesti Hierarchia Commentarium illud edidit, cuius cum tit. laude Sixtus Senensis in verbo Abbas Vercellensis meminit. qui Vercellis scholam Theologicam aperuit, & inter alios discipulos B. Antonium de Padua illuc à S. Francisco missum habuit. Obijt anno 1246. in sacello maiori turri Campanariæ propinquo tumulatus cum sequenti Epitaphio:

Bis tres viginti currebant mille ducenti
Anni, cum Thomas obijt Venerabilis Abbas
Primitus istius templi, summique pererti
Artibus in cunctis liberalibus, atque Magister
In Hierarchia, nunc arca claudiur ista,
Quem celebri fama vegetauit pagina sacra.

Tertius Papinianus eiusdem cœnobij canonicus, deinde Episcopus Parmensis, postea S. R. E. Bibliothecarius & Vicecancellarius sub Bonifacio VIII. & Clemente V. referente Onophrio lib. 3. de Ecclesia Lateranensi cap. 15. obijt anno 1325 tertio Calend. Maij.

Quartus D. Petrus de Vermine nonus Abbas in ordine, qui turrim maiorem Campanarium ædificandam curauit. Secēdum enim, Ecclesiam S. Andreæ omnibus Ecclesijs illis Prouinciæ, tum pulchritudine tū magnitudine præstare: tribusque turribus altissimis ornatam, quas tamen turribuna maior altitudine superat, quarum duæ in fronte ipsius Ecclesiæ sunt positæ, quæ marmore subuiridi, ac medij coloris inter viridem, & caruleum totæ constant. tertia verò cætera maior est hæc, de qua loquimur, in angulo brachij sinistri circa ann. 1400. per hunc Venerabilem Abbatem excitata. Et alij multi Abbates insignes, & venerabiles ante reformationem ipsi monasterio præfuerunt, quorum laudabiliter meminit Augustinus Ticinensis in Dilucidario parte 2. pag. mihi 34.

Post reformationem verò quinto loco nume-

randus

randus D. Matthæus Abbas Tremitanus, Tremitanam insulam muniuit, & in formam ci contra Turcas, & Pyratas munitissimæ re gij, cum bombardis, & fortissimis propugna is circa ann. 1500.

Sextus D. Philippus eiusdem monasteri Andreæ Abbas, qui omnibus gradibus in no congregatione non semel functus, plenus dic & bonorum operum in eodē monasterio qu in postannum 1500. de quo Ioannes Philip Nouariensis in Chronica multa scribit.

Septimus D. Camillus Beccius Casalensis n nasterij Abbas, & Rector Generalis, qui disci nam canonicam in nostra congregatione pl mum restituit à Clemente VIII. Aquensis E copus in Monte ferrato creatus, quam Eccles cum aliquot annis optimè rexisset, & cum dor bus Episcopalibus renouasset, anno 1620. in D mino quieuit.

Octauus D. Thomas à Liburno Canapiti eiusdem monasterij Abbas, postea Fossani Ep copus, obijt anno superiori 1622.

Nonus D. Petrus Franciscus Malettus nob lis Vercellensis eiusdem monasterij Abbas, d inde Visitator, & Rector Generalis congreg tionis, tandem Episcopus Niciensis in Prou cia, de quo plura non scribo, quoniam adh uit.

II. MOnasterio S. Andreæ plura priuilegia i dederunt Romani Pontifices, Gregori IX. vnum, Vrbanus IV. vnum, Nicolaus IV. vn Ioannes XXII. vnum, Iulius II. vnum quibus m nasterium cum omnibus illius bonis, & iurib cum Hospitali connexum sub immediata prot ctione Sedis Apostolicæ recipiunt, & alia conce dunt, quæ in priuilegio Gregorij IX. videri po sunt Sed & Fridericus II. anno 1226. insigne pr uilegium eidem concessit, quo illud cum omni bus eius bonis, castris, & villis sub defensio nem istis Imperialis recepit, & inter alia statuit ne contra illud non currat præscriptio nisi cente narię, quod priuilegium firmauit Henricus VI anno 1310. 12. Calend. Februarij, & Matthæus Vi comes pro Imperatore Gubernator status Me diolani, anno 1316. die 30. Ianuarij, quo priuilegio Hospitale gaudet, quod ex testamento Illustriss mi Cardinalis fundatoris erat subiectum regimi te canonicorum S. Andreæ. Verum Abbas, & canonici regimen illius cum parte bonorū mo nasterij ciuibus cesserunt.

Monasterium habet sibi subiectam Ecclesiam parochialem S. Lucæ intra Ciuitatem, & Ecclesi parochialem S. Mariæ terræ Constantianæ cum duobus Collegijs canonissarum nostræ congre gationis, quorum alterum est intra ciuitatem Vercellarum S. Mariæ Virginis Annunciatæ; al terum Taurini S. Crucis nuncupatum.

Cæterum in Ecclesia S. Andreæ seruatur mu ro quo S. Thomas Martyr fuit excerebratus.

randus D. Matthæus Abbas Tremitanus, qui Tremitanam insulam munuit, & in formam arcis contra Turcas, & Pyratas munitissimæ redegit, cum bombardis, & fortissimis propugnaculis circa ann. 1500.

Sextus D. Philippus eiusdem monasterij S. Andreæ Abbas, qui omnibus gradibus in nostra congregatione non semel functus, plenus dierũ, & bonorum operum in eodẽ monasterio quieuit post annum 1500. de quo Ioannes Philippus Nouariensis in Chronica multa scribit.

Septimus D. Camillus Beccius Casalensis monasterij Abbas, & Rector Generalis, qui disciplinam canonicam in nostra congregatione plurimum restituit à Clemente VIII. Aquensis Episcopus in Monte ferrato creatus, quam Ecclesiam cum aliquot annis optimè rexisset, & cum dominis Episcopalibus renouasset, anno 1620. in Domino quieuit.

Octauus D. Thomas à Liburno Canapitius eiusdem monasterij Abbas, postea Fossani Episcopus, obijt anno superiori 1622.

Nonus D. Petrus Franciscus Malettus nobilis Vercellensis eiusdem monasterij Abbas, deinde Visitator, & Rector Generalis congregationis, tandem Episcopus Nicensis in Prouincia, de quo plura non scribo, quoniam adhuc viuit.

II. Monasterio S. Andreæ plura priuilegia indulserunt Romani Pontifices, Gregorius IX. vnum, Vrbanus IV. vnum, Nicolaus IV. vnũ, Ioannes XXII. vnum, Iulius II vnum quibus monasterium cum omnibus illius bonis, & iuribus cum Hospitali connexum sub immediata protectione Sedis Apostolicæ recipiunt, & alia concedunt, quæ in priuilegio Gregorij IX. videri possunt. Sed & Fridericus II. anno 1226. insigne priuilegium eidem concessit, quo illud cum omnibus eius bonis, castris, & villis sub defensione maiestatis Imperialis recepit, & inter alia statuit, vt contra illud non currat præscriptio nisi centenaria, quod priuilegium firmauit Henricus VI. anno 1310. 12. Calend. Februarij, & Matthæus Vicecomes pro Imperatore Gubernator status Mediolani, anno 1316. die 30. Ianuarij, quo priuilegio Hospitale gaudet, quod ex testamento Illustrissimi Cardinalis fundatoris erat subiectum regimini canonicorum S. Andreæ. Verùm Abbas, & canonici regimen illius cum parte bonorũ monasterij ciuibus cesserunt.

Monasterium habet sibi subiectam Ecclesiam parochialem S. Lucæ intra Ciuitatem, & Ecclesiã parochialem S. Mariæ terræ Constantiaræ cum duobus Collegijs canonissarum nostræ congregationis, quorum alterum est intra ciuitatem Vercellarum S. Mariæ Virginis Annunciatæ; alterum Taurini S. Crucis nuncupatum.

Cæterùm in Ecclesia S. Andreæ seruatur mucro, quo S. Thomas Martyr fuit excerebratus.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

De reformatione quatuor Monasteriorum S. Viti Mantuæ, S. Sepulchri Parmæ, S. Michaelis discalceatorum apud Pisas, & Sanctæ Catharinæ siue S. Marci Firmani.

EOdem anno 1459. Illustrissima Domina Barbara Gonzaga Mantuæ Marchionissa videns monasterium S. Viti in Suburbio S. Georgij Mantuano, quod erat canonicorũ regularium ordinis S. Marci, ab obseruantia regulari valdè relaxatum, manebant enim in dicto monasterio duo tantum Canonici sub Priori cum duabus Canonissis eiusdẽ ordinis, male apud totam Ciuitatem audientes, obnixè Pontificem rogauit, vt dictis Canonicis, & Canonissis loco motis, monasterium Canonicis Lateranensibus reformandum committeret, cuius supplicationibus Pontifex inclinatus sequentes literas dedit pro dicti monasterij reformatione: I. 44 Monasterij.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Super gregem Dominicum nobis, licèt meritis insufficientibus, desuper creditum existentes, speculatoris officium in decore sacræ religionis, sub qua dilecti filij canonici, seu fratres congregationis S. Saluatoris ordinis S. Augustini mundanis abiectis illecebris, deuotum, & sedulum exhibent Domino famulatum, ingenti mentis exultatione reficimur, potissimè quod ipsi per gradus virtutum, & bonorum operum exercitium, necnon præclara sanctitatis merita procedentes, cæteros ad diuinæ maiestatis obsequium trahunt per exẽplum, vitam ducendo pijssimam, diuinisq; laudibus, ex quibus Altissimi gloria attollitur, accuratius assistendo. vnde dignè ducimus, religionem ipsam cum dignis laudibus exaltare, illamq; vbique dilatare, ac commoditatibus canonicorũ eiusdem congregationis, quantũ cum Deo possumus, salubriter prouidere, vt canonici ipsi in humilitatis spiritu viuentes pro salute fidelium vniuersorum Altissimum incessanter effl agitent. Cum itaque Prioratus S. Viti de Burgo, S. Georgij Mantuani ordinis S. Marci de Mantua sub regula S. Augustini per assecutionem Prioratu S. Marci huiusmodi Mantuani, eiusdem ordinis per dilectum filium Ludouicum tunc dicti Prioratus S. Viti, quem idem Ludouicus tunc obtinebat, autoritate Apostolica sacta vacauerit, & vacet ad præsens. Nos volentes dictum Prioratum S. Viti, etiamsi alias S. Ioannis Baptistæ nuncuparetur,

omnē regulari obseruantia deitutum reformare, ac de religionis zelo, & vitæ integritate canonicorum regularium dictæ congregationis S. Saluatoris Lateranensis plenissimè informati, Prioratum prædictum S. Viti sic vacantē, siue vt præmittitur, seu aliàs quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, vel per liberam resignationem dicti Ludouici, vel alterius, de illo in Romana Curia, aut extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, aut per fel. record. Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit: Execrabilis. vacet, etiamsi dignitas Conuentualis existat, & ad illam consueuerit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranensis Statuta Concilij ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta, idemque Prioratus specialiter, vel generaliter reseruatus existat, & super eo inter aliquos lu, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa. Motu proprio, non ad ipsius congregationis, vel alicuius alterius pro ea nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra vera liberalitate dictæ congregationi sancti Saluatoris autoritate Apostolica in perpetuum vnimus, annectimus, & incorporamus, ac Prioratalem dignitatem, conuentualem dependentiam, & ordinem sancti Marci in ipso Prioratu penitus, & omnino supprimimus, & extinguimus, ac suppressos, & extinctos fore, in eoque deinceps perpetuis futuris temporibus ordinem canonicorum regularium ordinis S. Augustini huiusmodi dictæ congregationis vigere debere decernimus, præfatumque Prioratum S. Viti in Prioratum dictæ congregationis erigimus, illumque quouis modo vacet, vel alium si quis sit, eius vacationis modum, & tam ipsius, quam etiam dictæ congregationis fructuum, reddituum, & prouentuum verum valorem annuum præsentibus pro expressis habentes, cum omnibus iuribus, pertinentijs suis canonicis congregationis huiusmodi, iuxta earum ritus, mores, statuta, consuetudines, ac eis cōcessa priuilegia ex nunc in antea tenendum, regendum, & etiā gubernandū perpetuò concedimus, & donamus. decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam, quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ita quod liceat ex nunc canonicis dictæ congregationis ad hoc per eorum Superiores legitimè deputatos, per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem Prioratus S. Viti, iuriumque & pertinentiarum prædictorum autoritate propria liberè, & licitè apprehendere, ac illius fructus, reddituū, & prouentus in ipsius, & canonicorum præsentium, & futurorum huiusmodi vsus, & vtilitatem perpetuò conuertere, diœcesani loci, & cuiuslibet alterius licentia super hoc minimè requisita. Et insuper Priori, & canonicis dictæ congregationis in dicto Prioratu pro tempore degentibus, eorumque seruientibus, & personis omnibus, & singulis, quæ aliis dictæ congregationis Prioratibus, locis, eorumque Prælatis, canonicis, & personis per nos, & Sedem Apostolicam generaliter concessa sunt, indulgentijs, & gratijs vti valeant, & gaudeant, eadem autoritate harum serie concedimus pariter, & indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac nostris, per quas inter cætera volumus, quod semper in vocandis ad partes, vocatis quorum interest: aliquam vnio non valeret, quodq; tam beneficij vnij quam vniendi verus valor exprimeretur, quibus hac vice specialiter, & expresè derogamus, nec non S. Viti, seu S. Ioannis Baptistæ, & aliorum Prioratuum, ac Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque, etiamsi de ipsis, eorumque totis tenoribus præsentibus habenda foret mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ vnionis, annexionis, incorporationis, suppressionis, extinctionis confirmationis, erectionis, concessionis, donationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Mantuæ anno Incarnationis Dominicæ 1459. Idibus Septembris Pontificatus nostri anno 2.

POst quarum literarum expeditionem ipse etiam Canonici Lateranenses non leuem in monasterij possessione obtinenda difficultatem fuse experti, quod Illustrissimum Dominum Petrum Balbum S.R. Ecclesiæ Cardinalem, & dicti Ordinis S. Marci Protectorem aduersarium acerrimum offendissent: qui etiam grauiter illis comminatus fuerat si locū acceptassent. Verum Domina Barbara Marchionissa in proposito perstiens illos introduxit, quibus ipse D. Petrus Cardinalis ad Pontificatum euectus, & Paulus II. nuncupatus non solùm nihil molestiæ intulit, verū potius intimè illos diligens, ad Lateranensem Basilicam, vnde pulsi fuerant, statim redxit, & multa bona illis præstitit. Domina verò Marchionissa totam Ecclesiam cum monasterio renouauit, quam sæpè visitans diuinis officijs intererat, & multas eleemosynas monasterio largiebatur. in quo conuentus canonicorum sub regimine Abbatis nunc vsque manet: nam monasterium dignitate Abbatiali per Pium V. fuit decoratum, qui Abbas habet sibi subiectum collegium canonissarum nostræ congregationis, quod dicitur S. Mariæ Virginis Annunciatæ.

ANno 1460. Generale Capitulum Ruennæ. Rector Generalis R.P.D Raphael Placentinus. Visitatores D. Florentinus Placentinus, D. Florentinus Placentinus, D. Bartholomæus Bergomensis, D. Benedictus Bononiensis, & D. Celsus Veronensis. Hoc autē an. Pius II. monasterium S. Sepulchri Parmæ cum altero monasterio S. Felicitæ propè dictā ciuitatem eidē vnito Ordinis canonicorum regularū S. Augustini, quod ad tantam desolationē deuenerat, vt vnus tantū Prior nomine D. Simō de Bardino in eodē monasterio tantum, nostræ congregationi reformandū, & perpetuo tenendum tradidit, per suas literas datas Pennedi Senensis Diœcesis 10. calend. Iulij

quod

quod monasterium postea per nostros a tunta
mentis in ampliorem formam est renouatum, &
a Pio V. Abbatiali titulo donatum, in quo con
uentus quindecim canonicorum iugiter manet
Habuit virum insignem D. Philippum Parmen
sem, quem ex Physico excellentissimo Mat
thæus Bossius Veronensis ad religionem traxit
vt patet ex eius epistolis 1. 2. 45. 48. & 77. a
eundem Philippum Parmensem datis.

Huic monasterio præter Ecclesiā sanctæ Ma
riæ de Mortarano, de qua supra cap. 16. dictum
fuit, & monasterium S. Fœliculæ ante reforma
tionem eidem vnitum, Sixtus IV. anno 1474. v
nauit alium Prioratū antiquum Ordinis canoni
corum regularium S. Hermanni Parmensis Dio
cesis, nunc vacantem per mortem illius vltimi
Priors nomine Ioannis de Arijs. Constat ex lite
rationis eodem anno 3. calend. Octob. ema
natis eidem amplissimum priuilegium concessit
Adrianus IV. anno 1158. Pontificatus sui 4. ad ex
emplar Eugenij III. sui prædecessoris, ex quo de
illius antiquitate ante annos circiter quingentos
constare potest. Eidem alia multa priuilegia in
dulserunt Duces Mediolani, & Reges Franco
rum, quæ concordant cum priuilegijs monaste
rij Catoretani, & S. Augustini Placentiæ. ideo o
mittuntur.

ANno 1461. Generale Capitulum Rauennæ.
Rector Generalis R. P. D. Hieronymus
Turinus. Visitatores D. Cyprianus Bononien.
D. Paulus Cremonensis, D. Archangelus Vicen
tinus, & D. Paulus Alexandrinus, qui fuerat Du
cis Mediolani Consiliarius.

Anno 1462. Generale Capitulum ibidem.
Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placentinus.
Visitatores D. Martinus Bergomensis, D. Iaco
bus Antonius Placentinus, D. Thadæus Vene
tus, & D. Iacobus Mediolanensis.

Anno 1463. Generale Capitulum ibidem
Rector Generalis R. P. D. Celsus Veronensis.
Visitatores D. Clemens Papiensis, D. Ioannes
Baptista Lucensis, D. Iulianus Cremonēsis, & D.
Philippus à Camerino. Hoc anno Pius II. inter
cæteros MM. Dominis Cosmo, & Petro Me
dices, Abbatiam sancti Michaelis Discalceato
rum apud Pisas, cedente R. P. D Ioanne de Al
ys Abbate, nostræ congregationi. quam præde
ti Magnifici Domini de Medicis multa vi pecu
niarum totam à fundamentis refecerunt, quibus
Deo vicem rependere dignetur. Datæ sunt lite
ræ vnionis eodem ano 16. calend. Aprilis Pō
tificatus sui anno 6.

Eodem anno ciues Firmani monasterium S.
Catharinæ, in quo tantum quatuor moniales
cum vna Abbatissa morabantur quæ erant Or
dinis D. Benedicti, & non benè apud Ciuitatem
residebant, à Summo Pontifice nostris Latera
nensibus tradi, cum alio monasterio S. Marci no
stri Ordinis, in quo propter incursus latronum,

quod monasterium poltea per nostros a fundamentis in ampliorem formam est renouatum, & a Pio V. Abbatiali titulo donatum, in quo conuentus quindecim canonicorum iugiter manet. Habuit virum insignem D. Philippum Parmensem, quem ex Physico excellentissimo Matthæus Bossus Veronensis ad religionem traxit, vt patet ex eius epistolis 1. 2. 45. 48. & 77. ad eundem Philippum Parmensem datis.

Huic monasterio præter Ecclesiã sanctæ Mariæ de Mortarano, de qua supra cap. 16. dictum fuit, & monasterium S. Fœliculæ ante reformationem eidem vnitum, Sixtus IV. anno 1474. vnauit aliam Prioratũ antiquum Ordinis canonicorum regularium S. Hermanni Parmensis Diœcesis, tunc vacantem per mortem illius vltimi Prioris nomine Ioannis de Arijs. Constat ex literis vnionis eodem anno 3. calend. Octob. emanatis. eidem amplissimum priuilegium concessit Adrianus IV. anno 1158. Pontificatus sui 4. ad exemplar Eugenij III. sui prædecessoris, ex quo de illius antiquitate ante annos circiter quingentos constare potest. Eidem alia multa priuilegia indulserunt Duces Mediolani, & Reges Francorum, quæ concordant cum priuilegijs monasterij Caloretani, & S. Augustini Placentiæ. ideo omittuntur.

ANno 1461. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Tarusinus. Visitatores D. Cyprianus Bononien. D. Paulus Cremonensis, D. Archangelus Vicentinus, & D. Paulus Alexandrinus, qui fuerat Dux Mediolani Consiliarius.

Anno 1462. Generale Capitulum ibidem. Rector Generalis R. P. D. Aurelius Placentinus. Visitatores D. Martinus Bergomensis, D. Iacobus Antonius Placentinus, D. Thadæus Venetus, & D. Iacobus Mediolanensis.

Anno 1463. Generale Capitulum ibidem Rector Generalis R. P. D. Celsus Veronensis. Visitatores D. Clemens Papiensis, D. Ioannes Baptista Lucensis, D. Iulianus Cremonẽsis, & D. Philippus à Camerino. Hoc anno Pius II. intercedentibus MM. Dominis Cosmo, & Petro Mediceis, Abbatiam sancti Michaëlis Discalceatorum apud Pisas, cedente R. P. D. Ioanne de Alcis Abbate, nostræ congregationi. quam prædicti Magnifici Domini de Medicis multa vi pecuniarum totam à fundamentis refecerunt, quibus Deus vicem rependere dignetur. Datæ sunt literæ literæ vnionis eodem ano 16. calend. Aprilis Põtificatus sui anno 6.

Eodem anno ciues Firmani monasterium S. Catharinæ, in quo tantum quatuor moniales cum vna Abbatissa morabantur, quæ erant Ordinis D. Benedicti, & non benè apud Ciuitatem audiebant, à Summo Pontifice nostris Lateranensibus tradi, cum alio monasterio S. Marci nostri Ordinis, in quo propter incursus latronum, & itrages bellorum paulo antè canonici defecerant, supplices obtinuerunt, acceptis literis Apostolicis ab eodem Pio Secundo, 3. calend. Iulij emanatis, in quibus Pontifex extincto in dicto monasterio titulo Abbatiali cum Ordine S. Benedicti, facultatem concedit erigendi in illo Cõuentum canonicorum regularium Ordinis S. Augustini & nostræ congregationis, sub inuocatione S. Marci, sub regimine vnius Prioris. Cui sic erecto vniuit antiquum monasterium S. Marci de Riuocellis, cum omnib. illius bonis, & iuribus, ita quod per cessum, vel decessũ Prioris, qui vn' supererat ex canonicis dicti monasterij, liceret canonicis S. Catharinæ, siue S. Marci corporalem illius possessionem, nullo alio requisito, per seipsos apprehendere. Quarum literarum vigore monialibus cum Abbatissa aliò translatis, monasterium nostris Lateranensibus fuit traditum, & reparatum, in quo numerus duodecim saltem canonicorum sub regimine Prioris degere consueuit, qui Prior. & conuentus priuilegijs Priori S. Marci de Riuocellis indultis gaudent. inter quæ illud est amplissimum, & meritò notandum, quod Alexãder III. sub hac forma verborum eidem concedit.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori monasterij sancti Marci de Riuocello, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religioni infringat. Eapropter dilectis in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium sancti Marci de Riuocello Firmanæ Diœcesis Abbatem proprium non habentem, sed per Priorem solitum gubernari, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam in eadem Ecclesia instituitus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea volumus (ad quod vestra meritis Religionis inducimur,) nam vos relictis omnibus huius labentis seculi pompis, & vanitatibus, sicut apertè cognouimus, diuinis operibus, & obsequijs deditis deuotum Deo impenditis famulatum, vnde cum ea ad vestræ petitionis instantiam committimus, & concedimus, & habere permittimus in perpetuum. Tibi, tuisque successoribus, vt in vestro monasterio Pontificali officio administrare possitis. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum iuste, ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est. cum omnibus pertinentijs suis. cũ terris, pratis,

vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis, in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas præsumat accipere. Clericos, vel laicos liberos, & absolutos à seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere facultatem liberam habeatis. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine Prioris sui licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere: sin autem à Priore vestro suscipietis. Prohibemus insuper, vt infra fines Parochiæ vestræ nullus sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro capellam, seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Adhæc nouas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque hominibus Ecclesiasticis, secularibusue personis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus vt eorum electioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici vsurarij, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones aduis Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra autoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel vestrum maior pars consilij saniorius secundum Deum, & B. Augustini regulam prouiderint eligendum. Pacis quoque, & tranquillitatis vestræ paternam imposterum solicitudine prouidere volentes, autoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatū monasterium temerè perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolicæ autoritate, & Diœcesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honoris, sui careat dignitate, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & sanguine Dei & Domini Redempt. nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autè eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum apud Vrbem Veterem per manum Magistri Michaëlis de Tolosa S. R. E. Vice cancellarij 3. nonas Iulij indict. 15. Incarnationis Dominicæ anno 1256. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ IV. anno 2.

Ego Simon S. Martini presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Andreas S. Praxedis presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Guilelmus S. Marci presbyter Cardinalis subscripsi.

Et Ego Frater Guido S. Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Iacobus S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Octauianus S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Iacobus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus Episcopus.

Ego Guido Sabinensis Episcopus.

Præter quod priuilegium scicdum, est monasterium sancti Marci de Riuocellis fuisse olim præcipuum, habuisseque sibi vnitum Xenodochium Leprosorum, & vtrunque priuilegijs amplissimis per Romanos Pontifices munitum, videlicet per Eugenium III. Anastasium IV. Alexandrum III. Vrbanum III. Honorium III. Ioannem XXII & Vrbanum VI. in quibus distincta mentio habetur tam Prioris, & Conuentus canonicorum, quam Magistri, & Hospitalis Leprosorum, & vtrunque vocatur Ordinis sancti Augustini, quæ longum nimis foret omnia distincte recensere.

V. DEbetur huic Collegio Venerandus ille, sanctissimusque canonicus, & verbi Dei præco feruidissimus, D. Seraphinus Firmanus, qui sancta prædicatione suum seculum illustrauit, & multos Deo est lucratus, cuius verba erant quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petras, cuius potissimum consilio, & suasione duæ clericorum

corum regularium congregationes fuerunt
stitutæ. Altera S. Pauli Decollati, à loco prin
illius institutionis Ecclesiæ S. Barnabæ Mec
molim canonicorum regularium, Barnabit
vulgo nuncupata: Altera Sacerdotum Boni
quæ in Ciuitate Rauennæ initium sumpsit.
mus circa annum Domini 1530. qui post v
laboces pro Dei gloria, & salute animarū e
lanos, variosq; libellos igne diuini amoris p
ad spiritualem ædificationem vtilissimos cō
Bononiæ in æde S. Ioannis in monte in pace
dormiuit, ante organum tumulatus, propè
chrum D. Petri Lucensis, qui ambo non sin
ma sanctitatis ex præsenti luce ad perpetuam
mamissibilem migrauerunt.

Prodijt ex eodem monasterio paucis ab
annis D. Ioannes Maria Collucius, cuius ing
vioidum, & acutum, & ad omnia promptis
cunctis erat nō solum admirationi, verum et
horrori: vix enim annos pueritiæ prætergres
Logicam, Philosophiam, & Sacram Theolog
in probè fuerat affectus, vt in arguendo, &
spondendo Philosophos, & Theologos in sci
ris consommatos fatigauerit in publicis disp
tionibus, quas in præcipuis ciuitatibus hab
verum Parcæ nobis illum inuiderunt: nam in
lonium à quodam nostri Ordinis Prælato c
abbatius, deinde in Italiam reuocatus, cum
diciano Patauium proficiscitur, extra Vicent
cum equo in profluentem delapsus, anno 16
aqua est præfocatus.

CAPVT TRIGESIMVM

De alijs quatuor monasterijs Marini Arimini, S. Mar Gratiarum Regij Lepidi, Maria de Gloria Anagniæ, S. Mariæ de Balneariain C labria nostræ Congregatio per Sedem Apostolicam nuntis.

ANno 1464. quo Genera
nostræ Congregationis c
mitia sunt habita Rauenn
ac in illis electi Rector Ge
ralis R. P. D. Raphaël Place
tinus. Visitatores D. Orosi
Mediolanensis, D. Florentius Placentinus,
Gaspar Bononiensis, & D. Ambrosius Mediol
nensis, Pius II. Anconam ad classem maritima
cum Duce Venetorum contra Turcas instaur
dam profectus, ibidem obijt die 16. Augusti, po

corum regularium congregationes fuerunt inſtitutæ. Altera S. Pauli Decollati, à loco primariæ illius inſtitutionis Eccleſiæ S. Barnabæ Mediolani olim canonicorum regularium, Barnabitarum vulgo nuncupata: Altera Sacer dotum Boni Ieſu, quæ in Ciuitate Rauennæ initium ſumpſit. Claruit circa annum Domini 1530. qui poſt varios labores pro Dei gloria, & ſalute animarũ exantlatos, variosq; libellos igne diuini amoris plenos ad ſpiritualem ædificationem vtiliſſimos editos, Bononiæ in æde S. Ioannis in monte in pace obdormiuit, ante organum tumulatus, propè ſepulchrum D. Petri Lucenſis, qui ambo non ſine fama ſanctitatis ex præſenti luce ad perpetuam, & inamiſſibilem migrauerunt.

Prodijt ex eodem monaſterio paucis abhinc annis D. Ioannes Maria Collucius, cuius ingeniũ viuidum, & acutum, & ad omnia promptiſſimũ cunctis erat nõ ſolum admirationi, verum etiam horrori: vix enim annos pueritiæ prætergreſſus, Logicam, Philoſophiam, & Sacram Theologiam ita probè fuerat aſſecutus, vt in arguendo, & reſpondendo Philoſophos, & Theologos in ſcientijs conſummatos fatigauerit in publicis diſputationibus, quas in præcipuis ciuitatibus habuit. verum Parcæ nobis illum inuiderunt: nam in Poloniam à quodam noſtri Ordinis Prælato clam abductus, deinde in Italiam reuocatus, cum Mediolano Patauium proficiſcitur, extra Vicentiam cum equo in profluentem delapſus, anno 1612. aquis eſt præfocatus.

CAPVT TRIGESIMVM.

De alijs quatuor monaſterijs S. Marini Arimini, S. Mariæ Gratiarum Regij Lepidi, S. Mariæ de Gloria Anagniæ, & S. Mariæ de Balnearia in Calabria noſtræ Congregationi per Sedem Apoſtolicam vnitis.

1. ANno 1464. quo Generalia noſtræ Congregationis comitia ſunt habita Rauennæ, ac in illis electi Rector Generalis R. P. D. Raphaël Placentinus. Viſitatores D. Oroſius Mediolanenſis, D. Florentius Placentinus, D. Gaſpar Bononienſis, & D. Ambroſius Mediolanenſis, Pius II. Aneonam ad claſſem maritimam cum Duce Venetorum contra Turcas inſtaurãdam profectus, ibidem obijt die 16. Auguſti. poſt cuius obitum Cardinales Romam reuerſi Petrũ Balbum Venetum Cardinalem pari conſenſu Pontificem elegerunt, qui Paulus II. eſt nuncupatus. Hic memor cuiuſdam appellationis tempore ſui Cardinalatus per noſtros interpoſitæ, ac etiam ob alias cauſas, & rationes, initio ſtatim ſui Pontificatus canonicos regulares Eccleſiæ Lateranenſi reſtituit, mandans Rectori Generali, Priorem cum triginta canonicis Romam mittere, qui congregatis Patribus, & fratribus omnes Romam adduxit, qui benignè à Pontifice ſuſcepti, proceſſione inſtructa ſociantibus nonnullis curialibus, cum magna multitudine populi Romani ad prædictam Eccleſiam redierunt; remanentibus nihilominus ibidem canonicis ſecularibus cum ſuis præbendis, quos Pontifex ad inuidiam declinandam, & benevolentiam noſtris conciliandam ad S. Sylueſtri Eccleſiam tranſtulit, donec ipſis cedentibus, vel decedentibus, præbendæ ac beneficia ad monaſterium canonicorum regularium rediret: quam ob cauſam nonnullis ex dictis canonicis ſecularib. & beneficiatis de præbendis, & beneficijs amplioribus in alijs Eccleſijs prouidit. Mandans nihilominus, ne canonicos regulares in Eccleſiæ regimine impedirent: quanquam iſtud eius conſilium non ad votum ſuccederet, quin immo maioris diſcordiæ inter canonicos regulares, & ſeculares fomitem miniſtraret, dum ſeculares munera regularium ſibi vſurpare multoties contenderent, vnde lites, & diſcordiæ frequentes, quæ adeo creuerunt, vt Paulo II. repentino interitu ex hac vita ſublato, quidam canonicus ſecularis facta manu valida ruſticorum ipſos canonicos regulares, nihil tale ſuſpicantes, violenter aggreſſus loco eiecerit, & omnia monaſterij bona ſatellitibus ſuis in prædam dederit. quod factum Onuphrius lib. de Septem Vrbis Eccleſijs in Lateranenſi pag. mihi 138. longius proſequitur, ad quem remitto.

II. HOc autem anno agente illuſtri, ac ſtrenuo viro, D. Sigiſmundo de Malateſtis filio Pãdulphi, Ariminenſium Domino, Paulus II. monaſterium S. Marini intra ciuitatem, quod erat olim monialium Ordinis S. Claræ, monialibus iam antea ad alia monaſteria translatis, noſtris canonicis in cœnobio ſemidiruto ſancti Lazari commorantibus tradidit, cum omnibus illius bonis, & iuribus, & noſtræ congregationi vniuit, reſeruata monialibus pro illarum victu ſuper monaſterij bonis annua penſione, illarum vita durante. Conceſſerant illud antea dictis canonicis in monaſterio S. Lazari degentibus Summi Pontifices Eugenius IV. anno 1443. & Nicolaus V. anno 1453. vt patet ex illorum bullis plumbeis, quæ ſunt Romæ in Archiuo noſtro Pacis, inſtantibus præſertim eodem D. Sigiſmundo de Malateſtis, & ciuibus Ariminenſibus, quod non ſolum monialibus fuiſſet deſtitutum, quæ

S. Mon. ap.

quæ ad tres, vel quatuor redactæ ad aliud eiusdē Ordinis cœnobium transierant, verum etiam armigerorū domicilium effectum, adeo in fabricis fuisset labefactatum, vt nisi aliquibus Religiosis reparandum concederetur, timendū esset, ne totum à fundamentis rueret. Verum concessiones prædictæ vsque ad tempora Pauli II. suum effectum non fuerant sortitæ, qui ad preces prædicti Sigismundi, ac etiam nostrorum canonicorum tandem illud nobis tradidit, confectis nouis bullis plumbeis sexto nonas Octobris 1464. totam rei seriem continentibus. Quibus obtentis, monasterium, quod rudis, indigestæque murorum vndique ruinam minitantium molis, potius quā cœnobij speciem præ se ferre videbatur, tam eleganter in fabricis fuit renouatum, additis peristilijs, triclinijs, & dormitorijs, vt inter præcipua collegia nostræ congregationis haberi possit, vbi collegium octodecim canonicorum ad minus manet, & nunc est domus Nouitiorum. Ecclesiam D. Ascanius de Martinengis loci Prior, qui postea fuit Rector Generalis elegantissimis picturis ornauit.

Monstratur in angulo clausti puteus, siue fons ad sancti Marini preces miraculo exortus. Prior S. Marini collegium canonissarum S. Sebastiani nostræ congregationis sibi subiectum habet.

III. ANno 1465. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronimus Taruisinus. Visitatores D. Timotheus Veronēsis, D. Augustinus Papiensis, D. Archangelus Vicentinus, & D. Paulus Alexandrinus. Hoc anno Pontifex indulsit, vt nostri in Capitulo Generali vnum ex canonicis eligere possent, qui acta dicti Capituli describeret, cuius scriptis fides in iudicio adhiberetur, ac si notarius publicus existeret. Emanauit priuilegium anno 1465. die 15. calendas Februarij.

Anno 1466. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Paulus Alexandrinus. Visitatores D. Franciscus Taruisinus, D. Seuerinus Mediolanensis, D. Iacobus Mediolanensis, & D. Iacobus Antonius Placentinus.

19 Maij 1468. Anno 1467. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gelsus Veronensis. Visitatores D. Bartholomæus Bergomensis, D. Ioannes Baptista Lucensis, D. Philippus à Camerino, & D. Iulianus Cremonensis. Hoc anno Reuerendiss. P. D. Philippus de Zobolis Regiensis, Abbas S. Prosperi Regij lepidi, & Episcopus Comaclensis Ecclesiam in Ciuitate Regij cum monasterio, & omnibus officinis, & calicibus, libris, vestibus, & alijs necessarijs sub titulo, & inuocatione B. Mariæ Virg. Gratiarū ædificauit. Qui at, tendens vitā laudabilē canonicorū Congregatio. nis Lateran. dictā Ecclesiā, & monasteriū in collegiū, & conuentū Canonicorū eiusdē congregationis erigi, & de bonis monast. S. Prosperi tot eidē possessiones applicari, quot ad ducētorum florenorum auri redditus præstandos sufficerēt, Pontificem rogauit. Cuius ae etiam Ducis Ferrariæ, nec nō ipsius Ciuitatis precibus sibi pro eādē causa porrectis Pontifex per annū annuere nullatenus voluit: Verum sequenti anno cū D. Celsus Veronensis Rector Generalis quidem vice Pontificem alloqueretur, præter spem assensum Pontificium obtinuit, acceptis sequentibus literis, Episcopo Anconitano, & Vicario Episcopi Bononiensis directis, videlicet:

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Antonio Episcopo Anconitano, in Ciuitate nostra Bononiensi residente, & dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Bononiensis in spiritualibus generali, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacrosanctæ Ecclesiæ, quam Deus suus sponsus Christus autor ipse pretatu, pia, ac salubria fidelium vota, quibus per cœnobiorum aliorumque piorum locorum fundationem regularis obseruantia propagatur, diuinique cultus splendor augmentum, ex Patris affectione prosequimur, & diuinis fauoribus confouemus, & vt optatum sortiantur effectum, & à loca spiritoribus admendo, opem, & operam efficaciter impartimur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Philippi de Zobolo Abbatis monasterij sancti Prosperi extra Regium, & Rectoris Generalis, ac vniuersorum canonicorum congregationis sancti Ioannis Lateranensis, sancti Benedicti, & sancti Augustini Ordinum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod postquam dictus Abbas præfatum monasterium, quod tempore prouisionis de persona sua illi facta collapsum, & in suis redditibus plus diminutum reperit, ad melius statum, maiorumque rerum opulentiam sua industriate duxerat, & redditibus plurimum adauxerat, ea vt illius communes redditus, qui quadringenti ducati tempore non valebant, ad mille florenos auri de Camera reducti essent, præfatus Abbas pia deuotione ductus, ac diuini cultus augmentum desiderans, in certo fundo dicti monasterij, ac de illius redditibus, & prouentibus vnam Ecclesiam in honorem, & sub inuocatione sanctæ Mariæ de Gratijs, cum claustro, domibus, officijs, ac magno horto pro vso monasterij Religiosorum aptis, structura valde pulchra, & sumptuosa à fundamentis de nouo construxit, ac illi sacrisque paramentis, calicibus, libris, alijsque ornamentis diuino cultui necessarijs decenter ornatam parauit, subtilique vt illud per nos in cœnobium erigeretur, & aliquibus personis Religiosis sub obseruantia regulari Domino militantibus concederetur. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, præfatus Abbas attendens exemplarem vitam, & laudabiles mores canonicorum dictæ congregationis, sub eadem obseruantia degentium, & laudum diuinarum prætonia, quæ in ipsorum monasterijs, atque locis altissimo Deo dic, noctuque cum magna populorū deuotione persoluuntur, summe desideret, Ecclesiam cum claustro, & ædificijs prædictum monasterium dicti Ordinis S. Augustini erigi, & canonicis congregationis prædictæ concedi, & in illo sub eadem obseruantia de-

gener-

...nem Altissimum sugiter benedicant, & cum monasterium erigendum huiusmodi nullos adhuc reddit...
...habeat, dictumque monasterium sancti Prosperi bene...
...dicente Domino satis affluat copia facultatum pro prædicti erigendi monasterij dote, & Religiosorum in eo degentium sustentatione desideret tot possessiones, & immobilia bona, quorum fructus, redditus, & prouentus, ...
...nu ducentos florenos similes valeant, annuatim ab ipso monasterio sancti Prosperi separari, & subtrahi, & eidem de nouo erigendo monasterio perpetuò applicari, pro parte tam Philippi Abbatis, quam Rectoru, & canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt Ecclesiam cum claustro, & ædificijs supradictis ...
...monasterium dicti Ordinis S. Augustini per Priorem temporalem iuxta ritus dicta congregationis regendum erigere, & pro eius dote à prædicto monasterio S. Prosperi vnam in Villa de Vignozario ducentarum, & aliam in Villa Domorum trecentarum ducentarum triginta, & in eodem loco quandam aliam sexaginta, nec non certa prata in loco, al Castellaro nuncupato, propè eamen viginquinque biolcharum mensuratum ad mulum ...
...strum patria, & medium partem pro indiuiso possessionis de Montergo, quam laborant filij Regi. in dicto loco in Diœcesi Regien. consistentia, & ad dictum monasterium sancti Prosperi legitimè pertinentia, perpetuo dandere, & segregare, illaque omnia, quorum fructus, redditus, & prouentus summam, seu valorem annuum ducentorum florenorum huiusmodi secundum communem æstimationem, vt asserunt, non transcendunt, eidem de nouo erigendo monasterio in dotem constituere, monasteriumque erigendum huiusmodi cum claustro, sacristia, magno horto, hortalitijs, viridarijs & alijs bonis præmissis dicta congregationi perpetuo concedere, & elargiri, ac alias super iis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuinum cultum, & eiusdem congregationis augmentum desideranter appetimus, de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, de qua in iis, & alijs fiducialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dilectis filijs conuentu dicti monasterij S. Prosperi, ac alijs, qui fuerint vocandi, de præmissis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantijs vniuersis autoritate nostra vos conuincam per vos ipsos diligenter informetis: & si per informationem huiusmodi ita esse repereritis, Ecclesiam cum claustro, & reliquis eius ædificijs supradictis in monasterium per vnum Priorem temporalem iuxta ritus, & consuetudines dicta congregationis regendum, & gubernandum dicta autoritate erigatis, ac in eo præfatum Ordinem S. Augustini, & regularem obseruantiam instituatis, nec non possessiones, & prata, ac medietatem partem alterius possessionis huiusmodi ab eodem monasterio S. Prosperi, eiusque dominio, proprietate, & possessione dicta autoritate perpetuo dividatis, separetis, & segregetis: illaque omnia cum omnibus iuribus, & pertinentijs eorundem præfato de nouo erigendo monasterio in dotem auctoritate præfata constituatis, & perpetuo assignetis. Et nihilominus si erectionem, institutionem, constitutionem, & assignationem prædictas vigore præsentium per vos fieri contigerit, vt præfertur monasterium de nouo erigendum huiusmodi cum Ecclesia, sacristia paramentis, calicibus, libris, aliisque ornamentis prædictis, nec non & supellectilibus eidem monasterio erigendo per dictum Abbatem dandis, & assignandis, & cum claustro magno, horto, & hortalitijs, viridarijs, ædificijs, aliisque officinis ad vsum ipsius monasterij per dictum Philippum Abbatem constructis hactenus, & imposterum construendis, nec non cum possessionibus, pratis, & bonis prædictis, aliisq; iuribus, & pertinentijs suis Rectori, & canonicis congregationis prædictæ, vt aliqui eorum ad hoc successiuè perpetuo deputandi in illo continuè sub eadem regulari obseruantia degant, & cum eorum Priore resideant, & diuinas inibi laudes debitè persoluant, per eos iuxta ritus, mores, & consuetudines dicta congregationis, ac priuilegia ipsis à Sede Apostolica concessa perpetuo tenendum, & per vnum Priorem temporalem huiusmodi regendum, & gubernandum eadem autoritate concedatis, & elargiamini, eosque in illius possessionem inducatis &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1467. 4. nonas Ianuarij. Pontificatus nostri anno 4.

V.

Et ita conuentus canonicorum in dicto monasterio fuit institutus, cui alendo, quòd redditus assignati minimè sufficerēt, Sixtus IV. aliam possessionem ad prædictum S. Prosperi cœnobium spectantem anno 1477. adiunxit, prout patet ex literis Apostolicis 12. calend. Maij confectis, cui deinde ciues Regienses alia plurima bona præstiterunt, præsertim illi de Zobolis, quorum memoria sit in benedictione, qui monasterium, & totam congregationem pluribus beneficijs prosecuti fuerunt. Monasterium Pius V. Abbatiali dignitate ornauit. Abbati verò subest collegium canonissarum nostræ congregationis, S. Petri martyris nuncupatum. Nunc autem monasterium est domus Nouitiorum.

IV.

ANno 1468. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Gaspar Bononiēsis. Visitatores D. Florentius Placentinus, D. Eusebius Corradus Mediolanensis, & D. Matthæus Veronensis, & D. Ambrosius Mediolanensis. Anno 1469. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Tarusinus. Visitatores D. Benedictus Bononiensis, D. Archangelus Vicentinus, D. Cambius Mediolanēsis, & D. Franciscus Mediolanensis. Hoc autem anno instante præfato D. Hieronymo Rectore Generali, Serenissimus Venetorum Dux ad fauorem Visitatorum nostræ congregationis sequentes literas dedit:

Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum &c. Vniuersis, & singulis Potestatibus Capitaneis, & Rectoribus, & Officialibus nostris præsentibus, & futuris Terrarum, Ciuitatum, Castrorum, & locorum nostrorū vbilibet constitutis, ad quos præsentes deuenerint, fidelibus, dilectis salutem, & dilectionis affectum. Cum Venerabilis Rector Generalis canonicarum regularium

congregationum Lateranensis Charitatis, causa visitationis locorum, & monasteriorum sui Ordinis sibi commissorum, ad loca nostra vobis commissa præsentialiter se transferat, vobis omnibus & singulis, ac vestrum cuilibet mandamus, quod dicto Rectori, sine eius nunciis circa exercitationem officij sui contra fratres, seu socios dictæ congregationis inobedientes, & delinquentes dare, daríque facere de bracchij vestri secularis, sicut duxerint requirendum, per modum quòd auxilio secularis regulare, & corrigere valeat dictos inobedientes, ad honorem Dei, & salutem animarum, sicut quemlibet vestrum facturum non dubitamus. Datum in nostro Ducali Palatio die 16. Iunij indictione secunda 1469.

40 & 41 Mo 65. Anno 1470. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. Pater D. Paulus Alexandrinus. Visitatores D. Seuerinus Mediolanensis, D. Bartholomeus Placentinus, D. Franciscus Tarusinus, & D. Iacobus Mediolanensis. Hoc autē anno Paulus II duo monasteria præcipua, alterū Abbatiale S. Mariæ de Gloria Diœcesis Anagninæ: alterum S. Mariæ de Balneraria, vulgo de la Bagnara, in Calabria Diœcesis Melitēsis, Priori, & canonicis Lateranensibus, ad reparandam in eis disciplinam, & institutionem canonicam, vt antea fuerat, concessit, & monasterio Lateranensi vniuit. Huius autem concessionis causa talis extitit: nam prædicta monasteria ex illorum fundatione erant Ordinis canonicorum regularium & Prioratus de la Bagnara, licet magnis redditibus, & quatuor oppidis ditatus, erat tamen membrum cœnobij Abbatialis S. Mariæ de Gloria. Contigerat verò vtrunque monasterium per hæc tempora duobus clericis secularibus esse commendatum. nam Abbatiam S. Mariæ de Gloria D. Petrus dell' Anguillara Protonotarius Apostolicus obtinebat: Prioratum vero della Bagnara clericus quidā, nomine Antonius de Sācta Fide. Lite verò inter vtrumque Commendatarium exorta super dicto Prioratu della Bagnara, vtroque illum sibi de iure vindicandum asserente, causa tandem ad fauorem dicti Protonotarij terminata, & declarato, Prioratum de Balneraria fuisse membrum Abbatiæ sanctæ Mariæ de Gloria, idem D. Petrus dell' Anguillara Protonotarius, & vtriusque monasterij Commendatarius cernens vtrumque penitus desolatum, & cultum diuinum in eis penitus extinctum, bonaque dilapidata, & ab illegitimis detentoribus occupata, vtrumque liberè, & sponte in manibus Pontificis resignauit, ad effectum, vt ordo canonicus in illis, vt prius fuerat, renouaretur, qui dictam Abbatiam cum Prioratu Priori, & monasterio Lateranensi, & toti congregationi reparandam, & reformandam tradidit, & vt nostri liberam expeditam, & omnibus impedimentis vacuam possessionē assequerentur, ad Ferdinandū vtriusque Siciliæ Regem literas statim subiungēdas dedit, qui Rex Henrico Filio, & in tota Sicilia citra Pharum Proregi scripsit, præcipiens, vt nostros in corporalem possessionem dicti Prioratus de Balneraria sine vllo impedimento, vel contradictione statim mitti debere.

V. Libet hic loci Serenissimi Regis Ferdinandi literas cum insertis Pauli Secundi rescribere ab authentico in Archiuo Pacis cum sigillis Regijs, licet corroso, reperto acceptas, illæ huiusmodi sunt:

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Ierusalem, & Hungariæ, Illustrissimo & Charissimo filio Henrico de Aragonia locum tenenti Generali in Prouincia Calabriæ paternos affectus, nec non illustribus, spectabilibus, magnificis, nobilibus, & egregijs viris Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarum Dominis, & Dominabus, & signanter Archiepiscopo Regino, vel eius Vicario, & Viceregi dicta Prouincie, Auditori Generali, Iustitiariis, Capitaneis, Commissariis, aliis dicentib. vniuersitatibus, & hominib. & cateris cuiuscuis status, gradus, cōditionis, potestatis, dignitatis, & officij existant, maioribus, & minoribus, presentibus & futuris, ad quos spectat, seu spectabit, & presentes inuenerint, Constitutis, & fidelibus nostris gratiā, & bonam voluntatem. Nuper nomine venerabilium in Christo Canonicorum regularium Basilicæ sancti Ioannis Lateranensis de Vrbe fuit Maiestati nostræ expositum reuerenter, quod superioribus temporibus tam vetus fuit, seu differentia inter Reuer. in Christo Petrum Protonotarium de Anguillaria, tunc Commendatarium sanctæ Mariæ de Gloria Anagninensis diœcesis ex vna parte, & Venerabilem Antonium Santafe, ex altera Commendatarium sanctæ Mariæ de Bagnara Cauensis Melitensis ex altera, vtroque asserente, dictum beneficium della Bagnara ad se spectare, delegataque esse in Vrbe dicta causa à Sede Apostolica, lata fuit prima sententia in fauorem dicti Petri Protonotarij, cuius vigore dicti beneficij fructus & pensiones posita fuerunt in sequestro vestri Archiepiscopi Regini, ex communi Reuerendissimi Cardinalis Rauennatis in dicta causa Commissarij, super quo sequestro nos literas executorias concessimus. Postea verò vtri, & canonicè lata fuerunt bina alia sententia, quarum vigore fuerunt iudicatam in dicta causa, & bene in fauorem dicti Petri Protonotarij contra dictum Antonium Santafe, qui condemnatus fuit in fructibus, & pensis. Quodque dictus Protonotarius considerans desolationem dicta Abbatia de Gloria, & Prioratus della Bagnara, in quibus penitus est extinctus cultus diuinus, cum dilapidatione, & vsurpatione bonorum suorum temporalium, cupiens ipsam Abbatiam, & Prioratum in melius reformari, illam cum omnibus pertinentijs suis cessit in manibus Sanctissimi Domini nostri: qui cupiens ipsam Abbatiam, & Prioratum reformari tam ad cultum diuinum, quam ad bonorum ipsorum temperationem, ex certa scientia de ipsa Abbatia, & Prioratu prouidit, & contulit, & concessit dilecto venerabilium canonico, vt ex

Fabio

Bullis Apostolicis nobis originaliter productis latius patet. Quodque præfatus Sanctissimus Dominus noster cupiens dictam Abbatiam ritè, & canonicè dictæ congregationi collatam cum omnibus membris suis ad regimen ipsorum pertinere, & vacuam, & expeditam possessionē tradi, & assignari præfatis canonicis, nobis scripsit per Breue Apostolicum, vt ipsius Prioratus de Bagnara mēbri, seue grantiæ præfatæ Abbatiæ possessionem tradi faceremus cum iuribus, & pertinēcijs suis, membris, & grantijs ab ipso Priorato dependentibus, iuxta literarum executatiorum tenorem alias concessarum per Serenissimum quondam memoriæ Alphonsum Regem patrem nostrum, nec non iuxta tenorem literarum executoriarum in fauorem præfati Protonotarij auctoritate Apostolica concessarum. Cuius quidem Breuis apostolici tenor talis est, videlicet: Serenissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Expirante nuper Commenda Abbatiæ sanctæ Mariæ de Gloria, ac Prioratus S. Mariæ de Balneataria Melitensis Diœcesis, qui ipsi Abbatiæ annexus est, per cessionem dilecti filij magistri Petri de Anguillaria notarij nostri, illarum tūc Commendatarij, in manibus nostris sponte factam. Nos cupientes ipsis Abbatiæ, ac Prioratui prout quod nobis incumbit officio, salubriter in Domino prouidere, ac reputantes animo, quatenus Religiosus zelus, quantaque rerum Ecclesiasticarum cura in dilecto filijs canonicis regularibus congregationis Basilicæ sancti Ioannis Lateranensis vigere soleat, motu proprio Abbatiam, Prioratumque huiusmodi sic vacantes congregationi ipsi cum omnibus membris, iuribus, & pertinentijs ipsorum inuicem vniuimus, & annexuimus, prout in literis Apostolicis desuper confectis latius continetur. vt sub ipsorum cura, atque regimine existe Domino, sicut confidimus, salubria in spiritualibus, & temporalibus suscipiant incrementa, & ad solitam obseruantiam reducantur. Quanquam itaq; persuasum habeamus Serenitatem tuam pro sua solita pietate, atque ..... habere exhortatione, quia tamen tum pro iustitiæ debito, tum pro ea Charitate, qua dictam Basilicam, Congregationemque prosequimur, plurimum cupimus, vt liberam, expeditamque Abbatiæ, & Prioratu, iuriumque, & pertinentiarum ipsorum canonici predicti possessionem assequantur, maiestatem tuam in Domino exhortamur, atque requirimus, velis omni fauore tuo, atque præsidio adesse dilecto filio Procuratori dictæ congregationis, qui nunc ea de causa ad ipsam maiestatem accedit, ita vt tuo præsidio, fauoreque fultus quam facillimè possessionem huiusmodi consequatur, & pacificus manuteneatur in ea iuxta seriem, & tenorem ipsarum literarum Apostolicarum, nec non quarundam literarum executorialium emanatarum in fauorem dicti Magistri Petri tunc Commendatarij, cuius claræ memoriæ Alphonsus genitor tuus suas etiam executoriales literas desuper dicitur concessisse, prout ab ipso Procuratore latius intelligere poterit Maiestas tua, erit hoc dignum laude, vt potè pium, ac iustis, ac tuæ gratissimum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die duodecima Decembris 1470. Pontificatus nostri anno septimo I. Dathus. Charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Siciliæ Regi Illustri. Post cuius Breuis exhibitionem & expositionem rerum prædictarum fuit per procuratores dictæ congregationis venerabiles Dominum Iuuenalem de Venetijs, & Dominum Angelum canonicum Squilacensem nobis humiliter supplicatum ..... rebus prædictis, & dispositione tam Bullarum, quam Breuis prædicti, & iuriū dictæ cōgregationis, vt Abbatia, & Prioratus prædicti in melius reformari possint, iuxta mentē Sedis Apostolicæ, & vt cultus in ipsis restituatur diuinus, & bona temporalia vsurpata diuersimode recuperentur, & diuino vsui dedicentur, vt iuri, & honestati consentaneum est ..... Apostolica mandata, literas executorias concedere, quibus possint, & valeant possessionem dicti Prioratus de la Bagnara cum omnibus suis membris, & iuribus vacuam, & expeditam obtinere, & consequi iuxta formam iuris, & dispositionem Bullarum suarum, & Apostolicarum literarū prædictarum, & iuxta tenorem literarum executoriarum aliàs a prefato Serenissimo Genitore nostro concessarum. Nos volentes cum Apostolicis mandatis nos reddere cōformes, & iuxta dispositionem iuris, & Apostolicorum mandatorum hac omnia suum effectum sortiri, Vobis filio nostro mentem nostram præsentibus declaramus. Vobis verò cæterū, ad quos spectat, seu spectabit, & præsentes deuenerint, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus ipsius Apostolicæ Bullæ, & literarum Sanctissimi Domini nostri, & executoriarum tam Apostolicarum, quam Regalium prædictarum tenoribus diligenter inspectis, cum illis vos conformes reddendo in omnibus, dicti Prioratus de la Bagnara possessionem vacuam, & expeditam cum vniuersis membris, & grantijs suis, iuribus, iurisdictionibus, & pertinentijs omnibus tam in spiritualibus, quam temporalibus, mobilibus, & immobilibus cuicunque præfatæ congregationi legitimo nuntio præsentium ostensori tradatis, & assignetis, tradi, & assignari faciatis, per quos decet, illicitos, & illegitimos quoscunque detentores, & occupatores, ac contumaces iuxta mandatorum Apostolicorum formam remouendo, & compescendo, iustitia mediante, ac de fructibus, iuribusq; omnib. ad ipsum Prioratum, & membra eius, iacgrantias spectantib. & pertinentib. dictis Procuratoribus, & Apostolicis Cōmissarijs, & delegatis adhæc assistēdo, & fauendo ope, opere, consilio, auxilio, fauore, & brachio opportunis iuxta dicta Apostolica mādata, & executorias literas, prout opus fuerit, & duxerint requirendū, & pro iustitia, & executione mandatorū Apostolicorū visum fuerit pro honore, & debito nostro de iustitia conuenire, & prout in talibus fieri per nos debet & fieri consueuit. Nec secus facietis, pro quanto vos sibi nobis obedire, vos vero cæteri gratiam nostram charam habetis, iramque, & indignationem, ac pœnam ducatorum mille cupitis non subire. In quorum fidem præsentes nostro pendenti sigillo munitas, & penes præsentantem post opportunam inspectionem singulis vicibus pro tutela remanseras fieri iussimus. Datum in Castello nouo Ciuitatis nostræ Neapolis, per magnificum virumque iuris Doctorem, & militem nostrum dilectum

Consilia-

Consiliarium Lucam Tuzolum Romanum, Locumtenentem spectabilis, & magnifici Honorati de Aragonia Caietani Fundorum Comitis, Regni huius Logotheta, & Protonotarij Collateralis Consiliarij fidelis nobis plurimum dilecti, die septimo mensis Ianuarij, indictionis quartæ, anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Rex Ferd. vidit Henricus Confessor, & Episcopus Policastrensis. Tenuerũt autem canonici regulares dictam **Abbatiam** de Gloria per aliquot annos, nimirum vsque ad annum millesimum quadringentesimum septuagesimum septimum, quo anno præerat illi Dominus Sylvester Vercellensis Procurator Generalis, sic enim in actis Capituli Generalis illius anni notatum inuenitur. Postea sponte dimissa cum Prioratu Balnearię vnita fuit Basilicæ Lateranensi.

Quantæ verò dignitatis, & antiquitatis esset Prioratus Balnearensis, & consequenter Abbatia sanctæ Mariæ de Gloria, cuius erat membrũ, comiici potest ex literis Innocentij III. ad Capitulum Ecclesiæ Balnearensis datis, quæ habentur in libro secundo epistolarum huius Pontificis fol. 361.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

Qualiter Sixtus IV. Canonicis Regularibus Laterano electis nomen ac titulum, & priuilegia Canonicorum Regularũ Lateranensium confirmauit, & alia nonnulla addidit.

I. ANno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, quo Generale Capitulũ nostræ congregationis habitum fuit Ferrariæ, & in eo electi Rouer. Pater Dominus Celsus Veronensis Rector Generalis, & Visitatores Dominus Raphaël Placentinus, Dominus Thomas Bononiensis, Dominus Philippus à Camerino, & Dominus Michaël Papiensis, Paulus II. Romanus Pontifex cum sedisset in Pontificatu annos sex, menses decem, dies viginti sex, inopinato interitu repente fuit ex præsenti vita sublatus, vt Platina scribit die vigesima quinta Iulij. Hæc autem repentina Pontificis defectio in causa extitit, vt quidam ex canonicis secularibus Lateranensibus facto agmine rusticorum, & plebeiorum, canonicos regulares Laterani commorantes, & nihil tale suspicantes aggressi, per vim eijcerent, & illorum bona diriperent, vt superius dictum fuit. Successit autem in Pontificatu Sixtus IV. antea Frater Franciscus de Ruere S. R. E. presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula, vir magni animi, & erga nostram congregationẽ liberalis, nam multa illi priuilegia concessit, qui ad Pontificatum euectus, cum preces supplices à canonicis regularibus accepisset, vt contra tot, & per vim, ac de facto expoliatis, Ecclesiam Lateranensem, quæ ab origine per tot secula fuerat canonicorum regularium, quam illi bonis omnibus, & ornamentis viduatam, & expoliatam propriis sumptibus semel, & iterum instaurauerant, reddere dignaretur, vel ob timorem Romanorum, à quibus parum abfuit, quin dom ex Palatio D. Petri Lateranum proficiscitur, lapidibus obrueretur, vt Onuphrius in illius vita testatur, siue ob alias causas, quas diligentius tractare non licet, canonicos quidem regulares restituere noluit, seculares verò in illa confirmauit, & cum sæpius de eadem reddenda interpellatus, sæpius verbis annuisset, nunquam tamen ad effectum perduxit.

II. COntulit tamen eisdem canonicis regularibus post aliquot annos Ecclesiam S. Mariæ Pacis, quam in solo Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ de Aquarenarijs ædificauerat, cui monasterium addidit Illustrissimus Oliuerius Carafa S. R. E. Cardinalis eorundem canonicorum Protector, ac etiam priuilegia quædam ampliissima dictus Pontifex nostræ Lateranensi congregationi concessit, per quorum primum, quod datũ fuit apud S. Petrum calend. Maij, anni 1472. canonicis nostris Laterano exactis nomen, & titulum, & omnia priuilegia canonicorum & cõgregationis Lateranensium confirmauit, & denuò concessit, illisque vti, ac potiri nos voluit, cuiquã si actu essemus de gremio Capituli Basilicæ Lateranensis. incipit, *Regimini vniuersalis Ecclesiæ &c.* & infra: *Cum autem propter præmissa à nonnullis posset renouari dubium, an per Calistũ, & eius literas nostræ huiusmodi nomen, & titulus congregationis Lateranensis, per prædictum Dominum Eugenium prædecessorem nostrum institutus, sublatus sit, ac prior titulus, & nomen videlicet congregationis S. Mariæ de Frisonaria in suo esse, & primo statu permaneat, & incœpti canonici S. Mariæ de Frisonaria, non congregationis Lateranensis nuncupari debeant, ipsumque propterea, & etiam expetauerint immunitates, gratias, priuilegia, & indulta eidem congregationi Lateranensi, tam per Eugenium, quam per alios prædecessores nostros concessa. Nos qui ad præfatam congregationem Lateranensem, cuius palmites in vinea Domini Sabaoth longè, latèque diffusi sunt, ac magnam populo Christiano afferunt consolationem, & deuotionem spiritualem, ingentem gerimus in visceribus charitatis affectum, ad omne ambiguitatis tollendum dubium, & vt eadem congregationis Lateranensis huiusmodi in pace dilectionis, & omnibus semotis molestijs, & turbationibus tuta sua Deo gloriosè reddere possint, Motu proprio, nõ ad*

ipsius

ipsius congregationis Lateranensis, vel alicuius illius canonici, vel alterius pro illis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate omnes, & singulos tam Eugenij, quoad institutionem congregationis, quam omnium, & singulorum priuilegiorum, immunitatum in eu contentorum, ac aliorum prædecessorum literas approbantes, & confirmantes, ex certa scientia, autoritate Apostolica decernimus, & declaramus tam per prædictas Calixti prædecessoru nostri, quã nostras literas, & inde secuta quæcunque eidem congregationi Lateranensi quoad institutionem, nec non immunitates, priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi tam per Eugenium, quam per alios prædecessores nostros dictæ congregationi Lateranensi, eiusque canonicis, & personis concessa, in nullo præjudicatum, seu derogatum fuisse, aut esse quoquo modo: & pro potiori cautela suffragio literas Eugenij huiusmodi in præsentibus, & tum latius, videlicet quoad institutionem congregationis, non priuilegia, immunitates, gratias, & indulta illis concessa, in quo erant, antequam à Calixto prædecessore, & etiam à nobis literæ huiusmodi emanarent, quomodolibet existebant, autoritate, & scientia similibus reponimus, restituimus, & plenarie reintegramus. Statuentes denuò, & etiam ordinantes, quod canonici prædicti perpetuis futuris temporibus non Beatæ Mariæ de Frisonaria, sed Lateranenses vbique ab omnibus vocentur, intitulentur, ac etiam nuncupentur. Calixti prædecessoris, atque nostris literis in suo pleno, & firmobore permansuris. Non obstantibus præmissis Calixti prædecessoris nostri præfati, ac nostris literis, quibus illa etiamsi de eis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, & in eis caueretur expresse, quod per huiusmodi generales clausulas eis non intelligeretur derogatum, præsentibus pro expressis habentes, quoad præmissa specialiter, & expresse motu, & scientia similibus derogamus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque nõ obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, institutionis, declarationis, repositionis, restitutionis, reintegrationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Calendis Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Secundum datum est apud S. Petrum die 30. Martij anno 1480. per quod titulos Abbatiales quorundam monasteriorum per nostros in ipsorum reformatione sublatos restituit, & à nostris restitui mandauit.

III. TErtium, quod vocatur Mare magnum, datum apud S. Petrum 10. calend. Septembr. anno salutis 1477. quod habetur in Bullario nuper edito Constitutione decima, inter Constitutiones istius Pontificis, quod hic sequitur.

Diploma S.D.N. Sixti Diuina prouidentia Papæ IV. quo Canonicis Regularibus Congregationis Saluatoris Lateranensis, etiam ipsa Basilica exactis, Titulum confirmat, & omnia prædecessorum priuilegia.

SIxtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum ad vniuersos regulares ordines, & loca ingo sanctimonia dedita, personasque voto religionis adstrictas pro iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis officio, crebris vigilijs, & indefesso studijs attendimus, ad illum præcipuè canonicorum regularium congregationis Lateranen. Ordinis S. Augustini, eo libentius nostræ mentis oculos conuertimus, quo ordo ipse in nascentis Ecclesiæ sanctæ institutione, ac primorum Christianæ Religionis clericorum norma, traditionibusque fundatus, & sacris institutis, ac diuinis regulis, eloquijsq; præmunitus exstitit, ab eiusque primæua fundatione variis virtutum meritis semper resplenduit; quamobrem non nulli Romani Pontifices prædecessores nostri innumeris Religionem ipsam priuilegijs, dignisq; bonorum titulis non immeritò decorarunt. vnde nos eorum ductis exemplo decet, vt congregationem ipsam Lateranensem in agro Dominico multiplices, & vberes sanctæ conuersationis fructus in dies afferentem, nostris etiam specialibus gratiarum muneribus muniamus, & ijs, quæ pro ipsius Ordinis, & congregationis laude, ac personarum vota sua sub suauissimo inibi exoluentium pace, & quiete processerunt, ne in contentionis scrupulum labantur, sed firma pariter, & illibata perstillant, nostri adytis amus muniminis firmitatem.

§. 1. Enarrat qualiter varia Canonicorum loca, in vnam Saluatoris Congregationem olim redacta.

DVdum siquidem felicis recordationis Martinus Papa V. prædecessor noster, dilectos filios tunc singulorum Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarũ, & Ecclesiarũ Ordinis S. Augustini Priores, Præpositos, Rectores, Canonicos, & Conuentus de Congregatione Saluatoris Lateranensis tunc de Frisonaria vulgariter nuncupatos, vt Deo quietius famulari valerẽt, gratiosis fauoribus prosequi volens, ad honorẽ Omnipotentis Dei, eiusq; Virginis Gloriosæ, ac B. Augustini Confessoris, pro Religionis incremẽto, quæ ex tunc in antea Priores, Præpositi, Rectores, Canonici, & Cõuentus præfati pro eorũ perpetua soliditate, ac conuersatione, quamquam diuersorum locorum, ac monasteriorũ professi existant, nihilominus vnum corpus, vnaq; Cõgregatio simul, & mutuè connexa censerentur, ac sub vna, & eadem lege, atque obseruantiæ regularis vnitate, morumq; conformitate, & eisdem consuetudinibus, priuilegijs, ordinationibus,

Statutis

Statutum subesſint, ac pro Religionis, & Congregationis huiuſmodi conſeruatione, augmento, & fœlici in domino obſeruantia vera, ſanctitatiſque ſucceſſu, pro celebrandis eorum Capitulis, eligendis Rectoribus locorum ipſorum, ac quam pluribus aliis monaſteriorum, & locorum prædictorum regimen, & gubernationē in ſpiritualibus concernentibus, acceptandisque, & recipiendis iuſto titulo locis, & monaſteriis tam factis, quam de nouo conſtruendis à quouisque Prælato Catholico, & Eccleſiaſtica perſona, nec non Rege, Principe, Duce, vel Barone, Dominio, vel Communitate, & quolibet alio Chriſti fideli, plura ſalubria ſtatuit, & ordinauit: ac voluit quod tam ſtatuta, & ordinationes prædictæ, quam cætera dicta priuilegia, conceſſiones, immunitates, & gratie, ſingulis antedictis monaſteriis, ac locis ipſius religionis & congregationis, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, Reges, Duces, Barones, Principes, Dominia, & Communitates cōceſſa, quæ omnia haberi voluit pro expreſſis, & in poſterum concedenda in omnibus & per omnia, ad vniuerſa & ſingula loca, monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, & Domos, eorumque perſonas, quæ tunc, procedente tempore ad huiuſmodi religionem, & congregationem, ac eoſdem canonicos reducta, & vnita eſſent, ſeu reduci, & vniri contingeret, cum illius & illorum ſuppoſitis vel vnitis, aut per eoſdem canonicè acquiſitis, & iuſto titulo acquirendis, vt præfertur extendi debere.

§. 2. Recenſet quod Eugenius Patriarchalem Saluatoris Baſilicam eis reſtituerit.

ET deinde piæ memoriæ Eugenius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter ſacroſanctam, & venerandam Baſilicam Lateranenſem ad primam inſtitutionem, primæuumque eius ſtatum, videlicet canonicorum regularium, ex certis tunc expreſſis cauſis, poſt deliberationem prouidam, quam cum Fratribus S. R. E. Cardinalibus habuit diligentem, pro Eccleſia Dei, & Catholica Fidei, Chriſtianæque Religionis honore, ac Saluatoris noſtri gloria, publicaque vtilitate, & ipſius Baſilica Lateranenſis ſtatu, veneratione, commodo, & honore reducens, ac reponens, vt ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam ibi noſcebatur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus in dicta Eccleſia vigeret, & inuiolabiter obſeruaretur, ordinem, & congregationem huiuſmodi in præfata Eccleſia inſtituit, & erexit, ac deputauit, dictamque Lateranenſem Baſilicam cum omnibus ſuis ſpiritualibus, & temporalibus bonis, membris, iuribus, iuriſdictionibus, priuilegiis & exemptionibus in perpetuum eidem Congregationi conceſſit, & commiſit, eorumque curæ, & adminiſtrationi tribuit, & donauit.

§. 3. Nomenque Congregationis Lateranenſis conceſſit.

ATque decreuit, & ſtatuit, vt omnes deinceps dictæ congregationis conuentus, & loca, ab huiuſmodi Sanctæ Baſilicæ Lateranen. titulo, & totius congregationis capite nomē acciperent; & Saluatoris congregatio appellaretur, ac ſingulos dictæ congregationis canonicos, vbique Domino ſeruientes, huius Baſilicæ clericos, & miniſtros, & religioſos, ac de ipſius Capituli gremio in omnibus iuribus, & priuilegiis cenſeri decreuit.

§. 4. Nicolaus V. idem approbauit, & declarauit.

ET ſucceſſiuè ſanctæ mem. Nicolaus Papa V. ſimiliter prædeceſſor noſter, tam Martini, quam Eugenij literas prædictas, nec non omnia, & ſingula in eis contenta, ac quæcunque ſecuta inde approbans, & confirmans; eaque pleno firmitatis robore ſubſiſtere, nec non perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere decernens, per quaſdam etiam ſuas conceſſit, & indulſit, omnibus & ſingulis Eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, locis, & perſonis vbicunque conſtitutis, & conſtituendis, præſentibus & futuris congregationi canonicorum huiuſmodi, vt illis emolumis in eorundem Martini, & Eugenij prædeceſſorū literis contentis, ac aliis exemptionib. priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratijs, & indultis, bonisq; & iuribus ſpiritualib. temporalib. conceſſis, & cōcedendis, quibus præfata Eccleſia noſtra Lateranen. & ab ea dependentia vtuntur, & gaudent, ſeu vti, & gaudere conſueuerunt, aut poterunt quomodolibet in futurum, Eccleſiæ, Monaſteria, Prioratus, Loca, & perſonæ huiuſmodi in omnibus & per omnia pariformiter, & abſque vlla differentia, perpetuò vti, & gaudere, libere & licitè poſſint.

§. 5. Caliſtus III. regimen dictæ Baſilicæ canonicis ſecularibus dedit.

POſtea vero eodem Nicolao prædeceſſore rebus humanis exempto, cum canonici dictæ congregationis, a præfata Eccleſia per nonnullos ciues Romanos fuiſſent electi, pia memoriæ Caliſtus Papa Tertius ſimiliter prædeceſſor noſter, etiā per alias ſuas literas ſtatuit, & ordinauit, quod canonici congregationis huiuſmodi ad curam, & gubernationē Eccleſiæ eiuſdem deſtinarent, & illam in poſterum per canonicos ſeculares regi, & gubernari debere.

§. 6. Paulus II. iterum dictam Baſilicam Congregationi reſtituit.

ET licet poſtmodum recolēdæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædeceſſor noſter, canonicos regulares, ac congregationē huiuſmodi, ad regimē & gubernationem prædictæ Eccleſiæ reſtituiſſet: nihilominus ex quoque de medio ſublato, canonici ſæcl. congregationi denuo ab eadem Eccleſia fuerunt amoti.

§. 7. Hic Pontifex ſecularibus canonicis iteratò dedit.

ATque ex ordinatione, & mandato noſtris directum, & ſtatutum fuit, quod eadem Eccleſia per dictos canonicos ſeculares de cætero regeretur, & gubernaretur.

§. 8. Nomen, & Titulum Congregationis Lateranen. confirmauit in alia Bulla, & modo iterum confirmat.

ET demum ne in dubium reuocari poſſet an ex Caliſti, & noſtris literis huiuſmodi, Nomen, & Titu-

lus ſan-

sue, seu intitulatio congregationu Lateranen. suppressa, & sublata essent, ac immunitates, gratiæ, priuilegia, & indulta, eidem congregationi Lateranen. tam per ipsum Eugenium, quam per alios Romanos Pontifices prædictos concessa, conferentur renouata, per nonnullas etiã alias literas nostras, omnes & singulas tã Eugenij quoad nomen, & intitulationem congregationu, quam omnium, & singulorum priuilegiorum, & immunitatum, aliorũ predecessorum literas approbantes, & confirmantes, decernimus & declaramus, tam per prædictas eiusdem predecessorũ Calixti, quam nostras priores literas, & indistincta quacunque præfata congregationi Lateranen. quoad nomen, & intitulationem prædictam, nec nõ immunitates, priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi, tã per Eugenium, quam per alios prædecessores prædictos, eidem congregationi, eiusq; canonicis, & personis cõcessa, in nullo preiudicatum, aut derogatum fuisse, aut esse quomodo: & propterea cautela suffragio, literas Eugenij prædicti prædecessoris, in pristinum, & eum statum, videlicet quoad nomen, & intitulationem congregationis, nec non immunitates, priuilegia, gratias, & indulta illis concessa, in quo erant, antequam à Calixto prædecessore præfato, & etiam à nobis literæ huiusmodi emanassent, & quomodolibet existebant: reposuimus, restituimus, & plenariè reintegrauimus, prout in singulis prædecessorum, & nostris literis prædictis respectiue, quarũ tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, & haberi volumus, prout inferius continetur.

§. 9. Denuò priuilegia omnia Pontificum. Principumque confirmat.

Nos qui congregationi huiusmodi, illiusq; monasteriis, ecclesijs, locis, & personis propter eorum laudabilem, & religiosam vitam, ac multiplices & vberes fructus, quos in vinea Domini (altissimo ministrãte) dare dignoscuntur, singulari deuotione afficimur: ipsos, & eorũ monasteria, ecclesias, atque loca etiam maioribus gratijs prosequi volentes; motu proprio, & nõ ad eorundem cuiuscunq; vel alicuius pro eis, nobis super hec oblata petitionis instantiã, sed de nostra mera liberalitate, & certa scientia, ac de nostra plenitudine potestatis, quascunque priuilegia, gratias, immunitates, libertates, & exemptiones, tã per prædictos, quam per alios Summos Pontifices prædecessores nostros, Romanosq; Imperatores, Reges, Principes, & alios Christi fideles, eidem congregationi eiusque membris, locis, Ecclesijs, monasterijs, & personis quomodolibet concessis, ac omnia, & singula in eis contenta, & quæcunque inde secuta, tenore præsentium confirmamus & approbamus, ac plenum robur, & firmitatem perpetuis futuris temporibus obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere volumus, atque decernimus.

§. 10. Exemptionem à quorumcunque iurisdictione, & subsidij, & exactionum præstatione concedit.

Attendentes autem quanta veneratione, & sanctimonia semper fuerit congregatio huiusmodi in Ecclesia Dei, & quantum plantatio sacra, norma Religionis Christianæ floruerit, ac propterea decet, quinimmo debitum reputantes, vt spiritalibus prærogatiuis gaudere, ac sub nostra, & eiusdem Sedis protectione militare, præcipuisq; honoribus, & gratijs extolli, & decorari debeat, Congregationem ipsam, illiusq; monasteria, Ecclesias, & loca qualibet, ac illorum canonicos, seu personas præsentes, & futuras, (vagabundis, & fugitiuis exceptis, aut aliter extra ordinem, seu congregationem ipsam, absque superiorum licentia commorantibus, quibus nolumus hec aliqualiter suffragari) à quorumcunq; prædicta Sedis Legatorum, ac eius Nuntiorum; Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcunque Iudicum, Ordinariorum, aut Extraordinariorum iurisdictione, potestate, auctoritate, dominio, visitatione, cura, ac caritatiui subsidij subuentione, & exactionum quorumcunque præstatione; nec non synodalibus, & alterius cuiuscunque congregationis, seu processionum euocationibus, motu, & scientia prædictis, penitus & omninò eximimus, ac totaliter liberamus, eamq; in tu, & protectionem B. Petri, ac Sedis eiusdem, & sub eorũ spiritali protectione, atq; nostra suscipimus.

§. 11. Sub protectione Sedis Apostolicæ recipit.

Ita quòd de cætero cum monasterijs, membris, Ecclesijs, locis, personis, & iuribus suis quibuscunq; eidem Sedi immediatè subiecta existat, & omnino esse censeatur: quodq; Legati, aut Nuntij prefati, seu locorum diœcesani, aut alij Ordinarij quicunque, vel alia quauis persone, quantacunque ampla præfulgeant dignitate, seu præeminentia in congregationem, canonicos, personas, monasteria, Ecclesias, membra, & loca prædicta, vtpote prorsus exempta, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, seu alias censuras, siue pœnas specialiter, vel generaliter eorũ auctoritate ordinaria promulgare, nec vllam aliam in monasteria, Ecclesias, personas, & loca huiusmodi præeminentiam, superioritatẽ, & iurisdictionẽ quomodolibet exercere possint, etiã ratione contractus, vel delicti seu rei de qua agetur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat. Decernentes ex nunc omnes & singulos processus, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, censuras, & pœnas, quas & quicquid contra congregationem, seu illius canonicos, monasteria, personas, Ecclesias, & loca, haberi, & fieri contigerit, seu etiam promulgari, irritos, & inanes, nullius que roboris, & momenti esse, ac pro nullo, & insectu haberi debere, etiam exemptione cõgregationis, quam tanquã notoriam, & manifestam haberi volumus, non aliter allegata, seu aliter de ea mentione facta.

§. 12. Exemptionem à superioritate aliorum concedit.

Præterea ne congregationem ipsam, & illius canonicos, per locorum ordinarios quauis occasione, vel causa, & præsertim ratione Parochialium Ecclesiarum, seu aliorum locorum dicta congregationis pro tempore, quibus cura animarum imminet molestari contingat, & huiusmodi pretextu in congregationem, & canonicos prædictos, aliquam superioritatẽ, seu dominium habere pretendant: ipsis quoq; concedimus, & indulgemus,

vt in Parochialibus Ecclesijs huiusmodi, possit congregatio ipsa, seu illius canonici prædicti, per se, aut per presbyteros seculares, vel regulares, sui aut cuiuslibet alterius ordinis, aliàs tamen habiles & idoneos, ad ipsorum nutum deputandos, & amouibiles, animarum curam prædictorum Parochianorum, Ecclesiarum Parochialium huiusmodi, liberè, & licitè exercere. Quodque ipsi Capellani dum curam huiusmodi gerent, ea libertate & exemptione fungantur, & vbique fruantur, ac si ex canonicis congregationis, & Ordinu extiterint.

§. 13. Canonici ordinentur per Episcopos absque alia examinatione.

ET quia eiusdem congregationis canonici, de locis ad loca illius sæpius transferuntur, propter quod perpetuam in certu, & determinatis dicta congregationi monasterijs, seu Ecclesijs, aut locis non habent mansionem; volumus atque concedimus, vt liceat eidem congregationi suos canonicos ad omnes, etiam sacros ordines promouendos; idoneos tamen, & iuxta conscientiam Prælatorum illius approbatos, quibuscunque maluerint catholicis Antistitibus, gratiam & communionẽ Apostolicæ sedi habentibus præsentare: ipsisq; Antistites præsentatos à suis Prælatis canonicos, sine vlla examinatione per eosdem Antistites facienda vel absque alia promissione, aut obligatione promouendorum canonicorum, ad ordines quoscunque etiam sacros promouere possint, ac debeant.

§. 14. Altari portatili Canonici vti possint.

PORrò vt congregatio ipsa circa celebrationem missarum etiam specialibus priuilegijs gaudeat, eidem pariter, & illius canonicis pro tempore concedimus, vt in ipsorum itineratione Altare portatile cum debita reuerentia, & honore habere, super quo tamen in locis cõgruu, & honestis missas, & alia diuina officia, etiam per vnam horam ante diem, & vsque ad horam nonam in ipsa itineratione, aut alias ad hoc causa subsistente celebrare, ac sacramenta Ecclesiastica ibidem recipere possint.

§. 15. Temporeque interdicti celebrare valeant.

ET vbi generale, seu in aliquo speciali loco interdictum fuerit in Ecclesijs suis, ac in altari portatili prædictis, & alijs quibuscunque locis honestis, huiusmodi missas, & alia diuina officia celebrare; ita tamen quod in locis Ecclesiastico interdicto suppositis debeant ianuis clausis, & excommunicatis expulsis, atque excluſis, non pulsatis campanis, & submissa voce eadem diuina celebrare, dum tamen ipsi Canonici causam non dederint interdicto, nec contingat id eisdem specialiter interdici, neque Ecclesiæ, & loca ipsa fuerint interdicta.

§. 16. Cum excommunicatis à iure conuersari.

ET cum excommunicatis dumtaxat à iure, non tamen pro talibus publicatis conuersari, dummodo in contemptum clauium non fiat.

§. 17. Sacramenta ministrare, & mortuos sepelire.

NEcnon omnibus, & singulis, qui in eorum, & dictæ congregationis existunt obsequijs, ac in ipsorum morãtur locis, cuncta ministrare Ecclesiastica sacramenta, & eos cum decedere contigerit, in Ecclesijs suis prædictis liberè, & licitè sepelire possint, ac valeant plenam licentiam concedimus, & facultatem.

§. 18. Exempti sint à solutione omnium præstationum & decimarum.

CÆterum, vt congregatio ipsa, & illius canonici, maioris immunitatis gratia fruantur, motu, scientia, & tenore similibus, volumus atq; decernimus, vt ad præstationem procurationum Legatorum dictæ Sedis, & Nunciorum ipsius, seu Diœcesanorum locorum, aut exactionum, vel collectionum, vel subsidiorum, vel prouisionum, aut onerum quorumcunque, nec etiam ad solutionem decimarum, quas Papales appellant, & quas Sedes Apostolica pro Christiana fidei defensione aut alijs imminentibus per sæpe necessitatibus imponit, minimè teneantur, neque obligati sint, etiam si per quoscunq; exemptos personis mandarentur, cum quibus, non derogatorijs, & fortioribus clausulis eos ab eadem solutione eximendo, censuras, & pœnas incurrere, nisi præsentibus de verbo ad verbum, & earum tenore inserto, & non per generales clausulas quicunque, & expressè derogetur, & ipsis omnimoda & indultus mentio fiat.

§. 19. Causas cognoscere, & similia facere non teneantur.

PRæterea vt eidem canonici cum maiori animi sui quiete, Altissimo exoluant vota sua prouidere volentes, statuimus & ordinamus, vt ipsi per literas eiusdem Sedis, aut Legatorum seu delegatorum ipsius id forsan concessas, aut de cætero sub quacunque verborum forma concedendas, à quoquam ad pecuniam colligendam, seu correctionis, aut visitationis officia, monasterijs vel Ecclesijs, siue quibuscunque personis imponendum, vel ad cognitiones causarum, citationes partium, & denunciationem sententiarum interdicti, & excommunicationis procedendum, aut curam Monialium, seu religiosarum quarumlibet personarum recipiendam minime cogi possint, nisi in huiusmodi literis de hoc indultu, ac congregationis, & Ordine prædictis expressa, vt præfertur, fiat mentio.

§. 20. Sepulturam in Cimiterijs liberam habeant

SEpulturam quoque in locis, cimiterijs, & in Ecclesijs dictæ congregationis concedimus, & eam liberam esse decernimus, ita quod deuotionis, & extremam eorum, qui in locis huiusmodi sepeliri voluerint, nullus obsistat; salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur.

§. 21. Canonicam portionem de libris, ornamentis, domibus, hortis, &c. tradere non teneantur.

STatuentes nihilominus, vt pro rebus, quæ in armamentis, libris, fabrica, luminaribus, ornamentis, seu

simo, trigesimo, trigesimo, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, aut pro victu, & sustentatione dictorum canonicorum, vel indumentis, necnon pro annuis censibus relinquendis, ad quorum solutionem aliqua Ecclesia, seu monasterium dictæ congregationi obligata noscũtur, vel de bonibus, prædijs, hortis, & bonis, alijsq; locis dictæ congregationi oppositis, quæ canonicis, & congregationibus huiusmodi relinquuntur, nulli teneantur canonicam portionẽ tradere. Ita tamẽ quod in reliquis cessibus, quum præfatis, in quibus quarta ipsa soluenda foret, lites, vel contentiones, si quæ essent inter canonicos præfatos, & locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum Rectores laudabiles & honesta in posterum obseruari debeãt. Prohibitis insuper omnibus, & singulis cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis, seu nobilitatis, & præeminentiæ fuerint, & quacunque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, ne in præmissis à congregatione, & canonicis huiusmodi, vel vltimarum volũtatum contentoribus, seu decedentium hæredibus, occasione eorum aliquid exigere, vel extorquere præsumant: & si forte per vos, vel Sedem prædictam de legatis piè dispositis, & relictis in genere, vel in specie, decima, vel alia pars quæcunq; alteri pia, vel non pia rei, ex quauis causa hactenus, & præsertim Ecclesiæ S. Petronij ciuitatis Bononien. concessa fuissent, aut in futurum concedi, fieri, aut dari, mandari contigerit: congregationi, & canonicis huiusmodi, & illorum Ecclesijs, monasterijs, & locis, & eis legata, atque relicta, aut alias in eorum fauorem exposita, ipsa in concessionibus, & mandatis huiusmodi minimè includi, seu comprehendi non debere de eorumdem, nisi de congregationis canonicis, & ordine prædictis, ac præsenti decreto, specialis ac specifica mentio fiat quæsitum.

§. 22. Præscriptio 60. annorum, & non alia contra Congregationem detur.

PORrò volumus, ac decernimus, quod contra congregationem, Ecclesias, monasteria, loca, res, bona, & iura præfata, tam præsentia, quam futura præscriptio non possit, nisi spatio 60. annorum cõtinuorum, quod quæ nulla alia, quam sexagenaria contra congregationem, canonicos, ac bona, & iura sua prædicta currat præscriptio. Cæsentes, annullantes, abrogantes, & penitus irritantes omnem aliam præscriptionẽ, quam congregatio ipsa, eiusue tutione Ecclesiarum, monasteriorum, locorum, rerum, bonorum, & iurium suorum huiusmodi quam alias forsitan incurrere cæpissent.

§. 23. Prælatorum Congregationis facultas dispensandi super irregularitate, &c.

VT autem Rector, & Visitatores, ac singuli Priores dictæ congregationis, & quilibet eorum in ipsorum absentia constituuntur, præsentes & futuri, qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt, amplioribus prærogatiuis, & indultis gaudeant, eis concedimus, vt eũ canonicis, monialibus, conuersis, & commissis eiusdem congregationis dispensatione indigentibus, siue priusquam intrauerint congregationem, & ordinẽ huiusmodi, siue post, excessum, quibus excesserint, & pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis sententias, à

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

septimo, vigesimo, trigesimo, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, aut pro victu, & sustentatione dictorum canonicorum, vel indumentis, necnon pro annuis censibus reddendis, ad quorum solutionem aliqua Ecclesia, seu monasteria dicta congregationi obligata nosc̃untur, vel de domibus, prædijs, hortis, & bonis, alijsq; locis dictæ congregationi opportunis, quæ canonicis, & congregationi huiusmodi relinquuntur, nulli teneantur canonicam portionẽ tradere. Ita tamẽ quod in reliquis casibus, quam in prædictis, in quibus quarta ipsa soluenda foret, soluere, vel conuentiones, si quæ essent inter canonicos præfatos, & locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum Rectores, laudabiles & honesta in posterum obseruari debeãt. Prohibitis insuper omnibus, & singulis cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis, seu nobilitatis, & præeminentiæ fuerint, & quacunque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, ne in præmissis à congregatione, & canonicis huiusmodi, vel vltimarum voluntatum executoribus, seu decedentium hæredibus, occasione eorundem aliquid exigere, vel extorquere præsumant: & si forte per eos, vel Sedem prædictam de legatis piè dispositis, & relictis in genere, vel in specie, decima, vel alia portio, seu quota alteri pia, vel non pia rei, ex quauis causa debeatur, & præsertim Ecclesiæ S. Petronij ciuitatis Bononien. concessa fuissent, aut in futurum concedi, seu solui, aut dari, mandari contigerit: congregationem, & canonicos huiusmodi, & illorum Ecclesias, monasteria, & loca, & eis legata, atque relicta, aut alias in eorum fauorem exposita, ipsa in concessionibus, & mandatis huiusmodi non includi, seu comprehendi non debere decernimus, nisi de congregatione canonicis, & ordine prædictis, ac præsentis decreto, specialis ac specifica mentio fuerit in eisdem.

§. 22. Præscriptio 60. annorum, & non alia contra Congregationem datur.

PRæterea volumus, ac decernimus, quod contra congregationem, Ecclesias, monasteria, loca, res, bona, & iura sua prædicta, tam præsentia, quam futura præscriptio non possit, nisi spatio 60. annorum cõtinuorum, quidquid nulla alia, quam exiguitatis contra congregationem, canonicos, ac bona, & iura sua prædicta currat præscriptio. Cassantes, annullantes, abrogantes, & penitus irritantes omnem aliam præscriptionẽ, quam congregatio ipsa, tam ratione Ecclesiarum, monasteriorum, locorum, rerum, bonorum, & iurium suorum huiusmodi, quam alias forsitan inuenire captassent.

§. 23. Prælatorum Congregationis facultas dispensandi super irregularitate, &c.

VT autem Rector, & Visitatores, ac singuli Priores dictæ congregationis, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur, præsentes & futuri, qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt, amplioribus prærogatiuis, & indultis gaudeant, eis concedimus, vt eis canonicis, nouitijs, conuersis, & commissis eiusdem congregationis dispensationem indigentibus, siue prius quam intrauerint congregationem, & ordinẽ huiusmodi, siue post, in casibus, quibus excesserint, & pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis sententia, à iure, vel ab homine, generaliter promulgatas incurrerint: Et huiusmodi sententijs innodati, aut in loca generali, aut speciali Ecclesiastico suppositis interdicto, diuina officia celebrantes, vel suscipientes ordinem sic ligati, notam irregularitatis similiter incurrissent: Et in omnibus alijs casibus, etiam & causa cuiuscunque simoniæ, qualitercunque generaliter, vel specialiter Sedi Apostolicæ reseruatis (exceptis dumtaxat Hæreticorum, relapsorum, schismaticorum, deferentium prohibita ad infideles, & literas Apostolicas falsificantium, quos omnino ad eandem Sedem remitti volumus) absolutionis, & dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiam valeant impartiri: Canonici vero & alij, quos pro tempore Rector generalis, Visitatores, & Priores prædicti, in proprios habuerint confessores, eisdẽ Rectori, Visitatoribus, & Prioribus, absolutionis, & dispensationis huiusmodi beneficium etiam cõcedere possint. Et vt canonicis dictæ congregationis omnis vagandi admatur occasio, & ne ipsi ad Sedem prædictam venendi, seu recurrendi vllam sumere valeant occasionem, Diffinitoribus Capitulo generalis dumtaxat eiusdem ordinis, cum quibusuis personis defectum natalium ex adulterio incestuoso, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem patientibus, necnon Rectori, & Visitatoribus cum ijs, qui ex quauis causa (præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, mutilationis membrorum irregulares fuerint) positis congregationem ipsam ingredi, & illam expresse professi fuerint perpetuo dispensandi, vt defectu, & irregularitatibus huiusmodi non obstantib. ad quoscunq; etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & ad quæcunque officia, administrationes, seu dignitates prædictæ congregationis, aut illius Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum recipi, & assumi, illaq; gerere, & exercere liberè, & licitè, & absque dispensatione dictæ Sedis quoties opus fuerit valeant licentiam, & facultatem similiter concedimus, & indulgemus.

§. 24. Canonici ad audiendas Confessiones, per Congreg. Superiores deputentur.

NEcnon vt ipsi canonici, alias tamen idonei per Superiores congregationis prædictæ, ac locorũ suorum pro tempore deputandi ad Confessiones omnium, & singulorum vtriusq; sexus liberè, & licitè tam in locis ipsorum canonicorum, quam extra audire, ac confessionibus huiusmodi pro commissis pœnitentiam posint iniungere salutarem, & eisdem confessionibus Eucharistiæ sacramentum, in Ecclesijs præfata congregationis liberè, & licitè similiter ministrare possint, præterquam in festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

§. 25. Facultas conuersandi cum Pyratis, &c.

ET cum, sicut accepimus, congregatio ipsa in Insula Tremitana, in mari Adriatico, in partibus Italiæ, propè promuntiam Apuliæ consistente, & longè à terra distante, insigne habeat monasterium, ad quod sæpius maritimi, & nauigantes, vt imbi portum recipiant, declinant, & nulla in dicta insula existat Ecclesia: præter ipsius monasterij Ecclesiam. Ne declinantes huiusmodi

Ecclesiasticis careant sacramentis, congregationi, & canonicis prædictis pariter concedimus ipsis declinantibus, ac seruitoribus, quos ad seruitium monasterij retinent, posint etiam in festo Resurrectionis, Eucharistia, & omnia alia Ecclesiastica sacramenta ministrare. Necnon cum pyratis, & cæteris excommunicatis humaniter cõuersari, ac eisdem in dicto loco victus necessaria exhibere; cum difficile admodum foret canonicis, & personis eiusdem loci, pyratas huiusmodi euitare, propter eorum sæpius, & dictorum canonicorum per illa partes transitũ, cum facilè admodum inuicem sæpe casualiter conueniant: & nisi ipsi canonici cum dictis pyratis humaniter agerent, ab eis multipliciter offendi possent, (dummodo dicti canonici non participent cum dictis pyratis, aut aliis excommunicatis in crimine, propter quod excommunicationis sententiam incurrerent.)

§. 26. Alienatio bonorum stabilium quando fit permissa.

CÆterum, vt congregatio, & canonici prædicti, vberiori facultate circa vtilitatem, & commodũ monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum suorum huiusmodi, ac illorum iurium gaudeant, Capitulo generali congregationis prædictæ, ac illius pro tempore Rectori maiori, per præsentes impertimur autoritatem, concedendi Præpositis, Abbatibus, Prioribus, & Capitulis Ecclesiarum, & monasteriorum, & locorum suorum, huiusmodi licentiam permutandi, seu alienandi, quoties opus fuerit, quæcunque bona immobilia congregationis prædictæ, ac illius monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum, pro ipsorum tamen euidenti vtilitate.

§. 27. Facultas eligendi Confessorem.

DEsium saluti animarum canonicorum prædictorum salubriter consulere volentes, eis pariter cõcedimus, vt liceat ipsis, & cuilibet ipsorum, nec non conuersis, commissu, & nouitijs suis præsentibus & futuris, in articulo mortis quemcunque presbyterum ex canonicis prædictæ congregationis, in casu verò necessitatis, alium presbyterum idoneum vel secularem, vel cuiusuis alterius ordinis regularem, in suũ eligere Confessorem, qui confessionibus huiusmodi diligenter auditis, pro commissu per eos criminibus, delictis, & peccatis in omnibus, & singulis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis casibus, debitam absolutionem, & plenariam omnium peccatorum suorum remissionem possit autoritate nostra impendere, & pœnitẽtiam iniungere salutarem: ita tamen quod quilibet ex confitentibus huiusmodi, postquam congregationem huiusmodi fuerit ingressus, & antequam ad articulũ mortis deueniat, teneatur si clericus, & vel presbyter fuerit, Septem Psalmos Pœnitentiales, si verò Conuersus, vel commissus quinquagies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem B. Mariæ Virginis, & singulis septimanis per vnum annum dunt taxat, pro conseruatione status Romanæ Ecclesiæ, legitimo tamen impedimento cessante dicere, & omittẽtes alia vice supplere teneãtur. & si interim aliquẽ post incæptam, & non perfectã pœnitentiam huiusmodi, ab hac luce migrare contigerit, ipsam nihilominus plenariam remissionem consequatur, dummodo intentionis fuerit illam, si superuixisset, perficiendi.

§. 28. Indulgentiarum concessio.

DEterampq; nostra liberalitatis erga dictam congregationem libertas extendere volentes, & in eo præsertim, vt canonici prædicti suarum animarum saluti magis consulere valeant, canonicis, conuersis, commissis, & nouitijs prædictis præsentibus, & futuris, qui in diebus, quibus stationes in nonnullis, tam intra, quã extra almam Vrbem Ecclesiis consistentibus existunt, quinq; altaria Ecclesiarum, monasteriorũ, seu locorum suorum, in quibus tunc eos morã trahere contigerit deuotè visitauerint, & Psalmũ Dauidis, Miserere. videlicet illum scientes: aly verò quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam, coram quinque altaribus huiusmodi, pro futuri status sanctæ Matris Ecclesiæ dixerint, eisdem concedimus indulgentias, perinde ac si dicti canonici, conuersi, commissi, & nouitij personaliter Ecclesias Vrbis prædictas visitassent: ita quod in defectu altarium, alia pia, & deuota loca ad visitationẽ huiusmodi, & alia præmissa faciendũ eligere possint, etiã si eos extra monasteria, & loca esse cõtigerit.

§. 29. Facultas recipiendi ad Ordinem etiam simpliciter vouentes Religionem arctiorem.

REpetentes autem animo quot, & quanta sint merita Religionis, & congregationis huiusmodi in Ecclesia Dei, & quantum inter alias polleat religiones, dignum propterea quin etiam debitum iudicamus, vt etiam excellentioribus prærogatiuis, & honoribus gaudere debeat, de illi potissimum, quæ ad illius ampliationẽ atque augmentum tendunt. Satuimus ergo, ac similiter ordinamus, vt omnes, qui votũ simpliciter ingrediendi aliquam aliam religionem, etiam arctiorem emiserint, ad congregationem, & ordinẽ prædictum, illorũq; professionem liberè & licitè ingredi inibi recipi, & admitti valeant.

§. 30. Et commutandi restitutiones debitas personis incertis.

ET quia forsan nonnulli congregationis, & ordinis huiusmodi habitum assumentes diuersis personis, quæ ignorari, & non reperiri possent in aliquibus rebus, seu bonis obnoxij essent, eisdem Rectori, Prioribus, aut eorum vices gerentibus concedimus, vt ipsorum singuli, in locis sibi commissis, bona ipsa in pios vsus liberè, ac licitè conuertere possint, prout secundum Deum melius viderint expedire.

§. 31. Prohibitio transeundi ad alios Ordines.

CVpientes vero congregationem eandem in salubri statu multiplicari, & conseruari, statuimus pariter, ac decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus ex dictis canonicis præsentibus, & futuris, transeat de aliquo congregationis, & ordinis huiusmodi monasterio, siue loco, ad aliquod aliud S. Benedicti in quo regularis non vigeat obseruantia, seu S. Augustini prædicti, vel alterius cuiuscunque ordinis, monasteri, si, siue mo-

sint monasteriorum, vigore cuiuscunque concessionis, literarum seu facultatum, etiam per Apostolicas literas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de voluntate, ac statuto huiusmodi mentionem, quibusuis personis, cuiuscunque gradus, status, & conditionis existant. Nec pretextu alicuius officij, etiam capellanatus cuiuscunq; Prælati, cuiuscunque status, & conditionis fuerint, etiamsi Patriarchali, vel Cardinalatus præfulgeant dignitate, & honore, sub quacunque expressione verborum, vel in specie concessus, aut forsan in posterum concedendus. Quodq; nullus alterius monasterij, siue loci Prælatus, aut alius quicunque in eo, aliquem canonicorum præsentium, & futurorum eorundem, in monasterio receptar, vel admittat, sub excõmunicationis pœna, quam tam recepti, quàm recipientes huiusmodi pro tẽpore ipso incurrant, si admoniti non destiterint, & quam ex nunc contra quemlibet transgressorem proferimus, & à quo à nullo alio, præterquã à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui possint, absque Reuerendi maioris, & alterius ex duobus Ordinis & congregationis huiusmodi Visitatoribus pro tempore existentibus licentia speciali. Decernẽtes irritum, & inane quidquid contra præmissa per quoscunque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 32. Communicatio gratiarum concessarum Congreg. S. Iustinæ.

CVmque acceperimus, & reipsa didicerimus, congregationem S. Iustinæ de Padua Ordinis S. Benedicti a nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quamplurimis dignissimis priuilegijs, indultis, & gratijs decoratam fuisse, & censeamus congregationem Lateranensem meritis, & virtutibus suis non minora promereri, maximè vbi quos par labor coniungit, pari quoque priuilegia contingere debent, eidem congregationi Lateranen. etiã concedimus, vt omnibus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, fauoribus, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus à Romanis Pontificib. prædecessoribus nostris, seu aliis eidem congregationi S. Iustinæ concessis, ipsa quoque congregatio Lateran. pariformiter potiri, & gaudere possit, & valeat absque vlla prorsus differentia, perinde ac si ea dictæ congregationi Lateranen. specialiter, & nominatim concessa fuissent, quorum tenores hic pro sufficienter expresso haberi volumus, & non secus ac si præsentibus de verbo ad verbum inserta forent, quæ ad ipsam congregationem Lateranensem extendi, ac illam pari modo comprehendere volumus, ac decernimus.

§. 33. Licentia prædicandi Verbum Dei.

QVodque ipsi canonici officio prædicandi Verbum Dei vti possint, quemadmodum Fratribus Prædicatorum, & Minorum ordinum per nos etiam, & dictos Romanos Pontifices concessum fuit.

§. 34. Dubia in prædictis oriunda in fauorem huius Ordinis interpretanda sunt.

VT autem tenores dictorum canonicorum à dubijs, quæ super præsentibus, aut alijs gratijs huiusmodi per nos, & prædecessores nostros, Imperatores, Reges, Principes, & alios prædictos concessis, & in posterum concedendis apud præfatos canonicos quomodolibet oriri possent releuentur, Volumus vt vbi in aliquo redderentur ancipites, seu dubij, secundum bonam aquitatẽ in fauorem salutis animarum suarum largissimè intelligantur, & interpretentur, non autem secundum iuris rigorem, vel doctorum opiniones, & subtilitates.

§. 35. Actus contrarij nil derogent.

ADijcientes vt si quando contigerit per aliquem, seu plures actus contra huiusmodi, vel quæcunque alia decreta, priuilegia, indulta, gratiæ, & immunitates præfatæ congregationi concessa, aut ipsorum aliquid, à quocunque, cuiuscunque conditionis, dignitatis, gradus, & status existat, ex negligentia, seu ignorantia præsentium, & futurorum, quibus ea concedentur, aut alia quauis causa aliter attentari, vel obseruari scienter, vel ignoranter; nullum tamẽ per hoc præiudicium decretis, indultis, gratijs, & immunitatibus præfatis generetur, sed illa suo vigore, & pleno robore firmata perpetuò permaneant.

§. 36. Clausulæ huius Bullæ præseruatiuæ.

POstremò cum contingat plerunque ex importunitate petentium, & negotiorum multitudine, ac suppressione veritatis, summos Pontifices fatigatos, & circumuentos, ea concedere, quibus alias nullatenus annuerent, autoritate præsentium statuimus, & ordinamus, quod quæcunque literæ Apostolicæ, etiam proprio motu confectæ, aut in futurum conficiendæ, etiã si in eis clausula, priuilegijs & indultis dictæ congregationi concessis, non obstantibus, & de quibus expressa mentio fieri debeant expresse contineatur, quæ obuient, & cõtrafaciant huic priuilegio præsenti, aut quibuslibet earũ particulis, nisi appareat euidentissimè, & apertissimè quod summus Pontifex, qui pro tempore fuerit huic indulto, vel alicui eius parti vellet per Apostolicas literas derogare, faciendo specialem mentionem de verbo ad verbũ, ex certa scientia de huiusmodi priuilegio, & ipsa congregatione, diuersis nominibus eam nominando, per hæc præcisè vocabula: congregationem, vnitatem, de obseruantia, alias de Frisonaria, nunc Lateranen. appellatã, causasq; legitimas allegauerit, cur bu obuiare intendat decretis, nullius sit roboris, vel momenti.

§. 37. Prohibitio contra impedientes.

DIstrictius inhibentes eisdem Ordinarijs locorũ, sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à diuinis, ac regiminis, & administrationis Ecclesiarũ suarum, Rectoribus vero parochialium Ecclesiarum, & quibusuis aliis personis, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis eorundẽ parochialium Ecclesiarũ, ac omnium aliorum bonorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent: necnon inhabilitationis ad illa, & alia obtinenda in posterum, pœnis, quas scientes contrafacientes eo ipso incurrere volumus. Ne ordinem, & congregationem canonicorum regularium huiusmodi, ac illius canonicos, Ecclesias, monasteria, & loca prædicta, præter ac contra tenorem, ac formam huius præsentis nostri indulti,

& aliarum conceſſionum, vt premittitur, congregationi prædictorum canonicorum regularium, ſeu Eccleſiæ, monaſterijs, membris, & locis ſuis prædictis ſalutarum quoquo modo inquietare, nec eos, aut teſtamentorum & vltimarum voluntatum executores, ac teſtantium hæredes, ſeu quoſcunque alios directè, vel indirectè ad ſolutionē alicuius quartæ parochialis, ſeu canonicæ, vel alterius portionis, ſiue oneris compellere quoquo pacto, vel præſertur, præſumant.

§. 38. Nemo apud Canonicos inuitos celebret.

STatuentes quoque, vt nullus inuitis canonicis huiuſmodi prorſus audeat in eorum Eccleſia, ſeu monaſterijs aliquod officium mortuorum, vel alia celebrari facere, etiam ſi apud eos corpora defunctorum ſepeliri contingat.

§. 39. Confeſſiones apud Canonicos non impediantur.

MAndantes inſuper expreſſe ipſis locorum Ordinarijs, ac Rectoribus parochialium Eccleſiarum, ne eorum parochianis, quod canonicis dictæ congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere, ſeu perſuadere præſumant, & nullatenus denegent miniſtrare huiuſmodi confitentibus eiſdem canonicis, quacunque eccleſiaſtica ſacramenta, dummodo aliqua canonica, & rationabilis cauſa non obſtet.

§. 40. Facultas Conſeruatorum eligendorum.

ET nihilominus vniuerſis, & ſingulis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica vbilibet conſtitutis, & alijs de iure communi habilibus, & idoneis ad cauſas audiendas, per has Apoſtolicas ſcripta mandamus, cū aliqui ex eiſdem perſonis pro parte eiuſdem congregationis Lateranenſis, ſeu Rectoris generalis, aut aliorum ex congregatione huiuſmodi, ad quos ſpectabit, fuerint requiſiti, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios præmiſſa vbi & quādo opus fuerit publicantes, ac eiſdem congregationi, & canonicis, illorumque Eccleſijs, monaſterijs, membris, & locis prædictis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant congregationē ipſam, illiusq; canonicos pacifica poſſeſſione priuilegiorū, & cōceſſionū huiuſmodi liberè gaudere. Non permittentes eos, ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prædictos, contra illorū tenores per Ordinarios, & Rectores parochialiū Eccleſiarū prædictos, ſeu alios quoſcunque indebitè moleſtari, aut eis grauamen, iniurias, atq; damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari, quominus dictæ congregationi ac illius canonicis prædictis in quibuſcunq; caſibus, ſeu cauſis tam Eccleſiaſticis, quam profanis, per eos coram dictis perſonis cuiuſuis qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis præeminentiæ, & ſtatus fuerint, etiā quacunq; mūdana, vel Eccleſiaſtica, aut Patriarchali præfulgeāt dignitate, ſine expreſſis ſummariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta, auctoritate Apoſtolica miniſtrēt iuſtitiā, denuntientq; palā, & publicē omnes, & ſingulos excommunicatos, quos eis cōſtiterit cenſuras, & alias pœnas incurriſſe, ac faciāt eos ab omnib. arctius cuitari, & vbique pro excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis nuntiari, & legitimis deſuper factis proceſſib. illos quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauent, ſeu aggrauari procurent, contradictores quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad præmiſſa, ſeu aliquid eorū, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

§. 41. Clauſulæ contrariorum derogatoriæ.

NOn obſtantibus conſtitutionibus ſæl. record. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, vt in illis vltra vnam dietam à ſine ſua diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitates, & Diœceſes, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alijs vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali, necnon quæ incipiuntur: Super cathedram Bonifacij, & Dudum Vienn. Concilij, ac Calixti Papæ III. etiam prædeceſſoris noſtri, & quorumcunq; aliorū Pontificum ſimiliter prædeceſſorum noſtrorū literis, forſan hiis noſtris contrarijs, ac etiā prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus, Eccleſiarumque, & locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque eiuſdem congregationis Lateranen. canonicos, & locorum Ordinarios, ſeu Rectores prædictos initis, & conclusis, ac hactenus obſeruatis, pactis, & conuentionibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;, quibus omnibus, ac ſi his de verbo ad verbū inſererentur, & derogatorias clauſulas in ſe cōtinerent præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, quo ad præmiſſa ſpecialiter, & expreſſe derogamus: Aut ſi Patriarchis, Epiſcopis, & Rectoribus præfatis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuerſim à Sede præfata indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extra loca ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri: & de cuius toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc ea, & quæcunque alia, quæ in futurum per nos, vel Sedem Apoſtolicam quomodolibet concedi, ſtatui, decerni, vel ordinari contigerit cōtra, vt præmittitur, eorūdem prædeceſſorum, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem, necnon ſi ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe decernimus, etiamſi motu, & ſcientia prædictis, & ſuper ſimilibus, ac fortioribus clauſulis ex-anata exiſterent, ſeu in futurum emanare contingeret.

§. 42. Fides habeatur harum tranſumptis.

ET quia difficile foret præſentes literas ad ſingulas prouincias, & loca, vbi neceſſe foret deſtinare, vo-

lumus & dicta autoritate decernimus, quod transumptis eorum manu notarij publici, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, vel alicuius Archiepiscopalis, seu Episcopalis, vel dictæ congregationis Lateranen. Rectoris generalis sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra, vbicunque exhibita, & ostensa erunt, fides adhibeatur, ac si ipsæ originales literæ forent exhibitæ, & ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, constitutionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, decreti, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, cassationis, annullationis, derogationis, irritationis, prolationis, adiectionis, inhibitionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum, Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1477. decimo Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

De fundatione Monasterij sanctæ Mariæ Gratiarum Nouariæ, ac vnione, & reformatione Monasteriorum S. Mariæ Nouæ Astæ, S. Mariæ de Castello Alexandriæ, S. Spiritus Bergomi, S. Antonij Conegliani, S. Bartholomæi Laudensis, & S. Mariæ de Præuallo Diœcesis Ianuensis.

ANno 1472. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Raphaël Placentinus. Visitatores D. Florentius Placentinus, D. Eusebius Mediolanensis, D Matthæus Veronensis, & D. Ambrosius Mediolanensis. Hoc autem anno Ciues Nouarienses animaduertentes nostram congregationem, quam peculiari veneratione prosequebantur, in Nouariensi Comitatu multa bona, & quædam etiam monasteria semidiruta possidere, nullum tamen tunc habuisse intra Ciuitatem, vel propeillam existere, vbi canonicorum Conuentus posset commorari, de monasterio intra Ciuitatem, vel in eius suburbijs erigendo consilium habuerunt. Et primò quidem, quod ex nonnullis scripturis in Archiuo nostro Romano inuentis accepi, cum Præposito S. Spiritus nomine D. Gaudentio de Testis ordinis canonicorum regularium, non tamen nostræ congregationis, vt suã Præpositurã ad effectum erigendi in illa collegium nostræ congregationis, (nam collegio saltem in actu erat tunc destituta) resignaret, tractatum habuerunt, quod cum minimè obtentũ esset, nomine totius Ciuitatis supplicatum est Põtifici pro facultate erigendi in suburbijs Ciuitatis monasterium, & vt eidem sic erecto pro canonicorum in eo degentium sustentatione vnirentur Præposituræ S. Mariæ de Aggere, & S. Stephani de Bornago, necnon Prioratus S. Iacobi de Strata Nouariensis diœcesis, & membra S. Crucis Mortariensis. Quorum supplicationibus Pontifex libentissimus annuens, pro eiusdẽ monasterij fundatione, & erectione, & Præpositurarum, & Prioratus prædictorum vnione literas Apostolicas dedit anno 1472. tertio Idus Februarij, Pontificatus sui primo. Quarum vigore statim cœptum monasterium cum Ecclesia sub inuocatione B. Mariæ Virginis de Gratijs, quod breui tempore, ciuibus opem ferentibus, in amplam, & satis elegantem formam fuit absolutum, & conuentus canonicorum sub regimine Prioris ibidem institutus, qui cum diuino adiutorio bono Christi odore fragrantes in diuinis laudibus, & bonis operibus nunc etiam ibidem perseuerant, vbi est domus Nouitiorum, in qua decem, & octo canonici præter Conuersos, & famulos degunt.

II. CVi monasterio ad canonicorum numerum, & diuinum cultum augendum Iulius II. anno 1511. antiquum nostri ordinis cœnobium S. Marthæ, quod à prædicto monasterio quatuor circiter stadijs est remotum, tunc canonicis destitutum, & clerico seculari nomine Nicolao Pinello commendatum, perpetuò vniuit. Constat per literas Apostolicas eodem anno, quarto Nonas Februarij datas.

Hoc monasterium incolatu, & sepultura duorum canonicorum nostræ congregationis, qui apud Nouarienses pro Beatis coluntur, plurimum fuit illustratum. Primus extitit D. Blasius Vicentinus, de quo supra ca. 20. dictum fuit. Secundus D Andreas de Domo Ossulæ diœcesis in finibus Sedunorum, de quo Ioannes Philippus noster in Chronica lib 6. c. vlt. & lib. 7 cap 2. plura memoratu digna refert, & nos infra loco magis commodo dicemus. Ex eodem monasterio prodijt Ven. P. D. Ioannes Augustinus Nouariensis canonicus miræ religiositatis, & incredibilis austeritatis, qui multos annos in cœnobio S. Andreæ Vercellensi summa cum ædificatione totius ciuitatis, quorum plurimis erat à sacris confessionibus, viuens, ibidem obijt, non sine sanctitatis opinione, vt à senioribus, qui illum viderant, dum in dicto monasterio tyrocinium agerem, sæpe sæpius audiui.

Habuit etiam hoc monasterium Ioannẽ Phi-

lippum Nouariensum, qui Canonicam canonici ordinis septem libris distinctam collegit, stylo quidem satis demisso, & dimissum, vtpote in qua maxima pars eorum, quæ de ordine canonicorum regularium in illa scribit, est minima pars eorum, quæ meritò desiderari possunt. in qua nonnullos historicos secutus ignaros, & illorum autoritate deceptus, quædam falsa, & apocrypha notauit. cui tamen omnes canonici regulares pro labore, & solicitudine in antiquis monumentis perquisitis, & conquirendis, & ex tenebris obliuionis ad lucē eruendis, multas gratias habere debent.

III. EOdem anno 1472. Vener. P. Frater Bartholomæus de Ferrarijs vltimus Prior S. Mariæ Nouæ Astæ ex congregatione S. Crucis Mortarien-
43. Mo nast. sis, ciuibus rogantibus, monasterium sponte in manibus summi Pontificis resignauit, vt conuentus canonicorum nostræ congregationis in eo poneretur, & per nostros reformaretur. Nam antiquis canonicis Mortarien sibus deficientibus ille vnus ibidem superstes erat. resignationem, & vnionem admittente Pontifice, cuius literas, ad summam totius Ciuitatis benevolentiam erga nostros perpetuò testandam, hic loci adnotare libet. sunt autem sequentes:

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei. Venerab. fratri Episcopo Astēn. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas ad ea libēter intendit, per quæ beneficijs Ecclesiasticis, ne debitis fraudentur obsequijs, & personis illa sponte resignantib. ne rerum grauentur inopia, vtiliter, & salubriter valeat prouideri. Cū itaque sicut accepimus, dilectus filius Ioannes Bartholomæus de Ferrarijs, Prior Prioratus B. Mariæ Nouæ Astēnsis, Ordinis S. Augustini Prioratum ipsum, quem obtinet, sponte & liberè resignare proponat, & vt exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Vniuersitatis Ciuium ciuitatis astēn. petitio continebat, canonici congregationis Lateranensis dicti Ordinis, ad quos propter eorum exemplarem vitam, & regularem obseruantiam, ac fructus vberes, quos incolæ locorum, in quibus canonici dicta congregationis versantur ex eorundem canonicorum consilijs, exhortationibus, & monitionibus, ad bene viuendum, ac frequenti, & assidua diuinorum celebratione consequuntur, incolæ dictæ Ciuitatis specialem gerunt deuotionis affectum, non habeant aliquem locum pro eorum habitatione in dicta Ciuitate. speciique verisimilis sit, quod si dictus Prioratus eidem congregationi annecteretur, vniretur, & incorporaretur, Rector, & canonici congregationis prædictæ Prioratum ipsum iuxta eorum ritus, & mores regerent & illum multipliciter reformarent sub regulari obseruantia dicti ordinis, diuinis ibidem vacando beneplacitis, cum incolarum prædictorum animarum salute, ac populi Astēn. mira consolatione, & deuotione. Fuerit quoq; pro parte Vniuersitatis, Rectoru, & congregationis prædictorum asserentiū, quod Prioratus prædicti fructus, redditus, & prouentus, centū, & quinquaginta florenorum auri de Camera, secundum valorem annuum, non excedunt, nobis humiliter supplicatum, vt Prioratum ipsum eidem congregationi perpetuo vnire, annectere, & incorporare, aliisque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, & ordinauimus, quòd petens beneficia Ecclesiastica alijs vnirj, teneretur exprimere verum valorem secundum communem æstimationem beneficij, cui vnio fieri petitur, alioqui vnio non valeret, quique de præmissis certam notitiam non habemus, votis dicti Ioannis Bartholomæi in hac parte fauorabiliter annuentes, ac sibi, ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiatur, de aliquo subuentionis auxilio prouidere, ac specialem gratiam facere volentes, ipsumque Ioannem Bartholomæum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quam occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes: necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica cum cura, vel sine cura, quæ ipse Ioannes Bartholomæus etiam ex quibusuis Apostolicis dispensationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quam sibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque, ac qualiacunque sint, illorum mensa dicta congregationis fructuum, reddituum, ac prouentuum vtros valores annuos, ac huiusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus ab eodem Bartholomæo, vel procuratore suo ad hoc ab eo specialiter constituto resignationem huiusmodi, si eam in tuis manibus sponte facere voluerit, vt præfertur, autoritate nostra hac vice dumtaxat recipias, & admittas, eaque per te recepta & admissa vocatis, quorum interest, de præmissis omnibus, & singulis nobis expositis, ac eorum circumstantijs vniuersis autoritate prædicta te diligenter informes: & si per informationem huiusmodi ita esse repereris, Prioratum prædictum, qui Conuentualis habitus, & non collatiuus, & à Præpositura S. Crucis Mortariensis ordinis, & congregationis prædictorum Papien. Diœcesis dependet, & per dicti ordinis canonicos obtineri consueuit, siue per resignationem huiusmodi tunc, siue alias quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per simplicem resignationem dicti Ioannis Bartholomæi, aut aliorum alterius de illo extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico, et testibus sponte factam, aut constitutionis felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit: Execrabilis, vel affectionu alterius beneficij Ecclesiastici, ordinaria autoritate collati, vacet, etiamsi tanto vacauerit, quod eius vacatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsique Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatus existat, & ad eum consueuerit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarū, ac super eo inter aliquos lis, cuius statum præsentibus habere volumus pro ex-

pres-

pressa, perleat in lecto, dum modo tempore
regimen non sit in eo alias alicui specialiter
bus, aut omnibus iuribus, & pertinentijs
gregationi per eos iuxta eorum ritus, & mores
regendi, & gubernandum, ita quod liceat ex
bet, & congregationi præfatæ per se, vel alium,
Prioratus, iuriumque & pertine
rum possessionem autoritate propri
prehendere, ac illius fructus, redditus,
eius huiusmodi in suos, & dicti Prioratus v
cumque conuertere, & perpetuo detinere,
alicuius aut alterius licentia super hoc
pressa, perpetuò vnire, annectere, & inco
Datum Romæ apud S. Petrum anno inc
Millesimo 1472. quinto Idus Iunij, Pontificatus n
nono.

Verum quia monasterij redditus erant
annis, & ex illis pensio annua florenorum
pagata antiquo Priori soluebatur, nostr
per aliquot annos in magna pauperta
runt, potius ex piorum eleemosynis,
in monasterij redditibus victitantes. Sed q
habuit Deum, breui multa bona receperu
dicto monasterio primum fuerunt vniti
prebyteratus S. Petri ad Neuias in Epis
Alberti & Prioratus S. Mariæ Magdalenæ
sis Astensis, qui erant membra monas
congregationis Mortariensis. Deinde Cl
VI. anno 1523. Decimo Calend. Februar
mus vnitit Abbatiam Suburbanam S
um Apostolorum Ordinis S. Benedicti,
dam Pontifex fuerat Abbas Commendat
tum est in minoribus constitutus, vt ille
tura vtriusq; dicit. & ita monasteriū boni
rum bus auctum in regulari obseruantia
mum viguit, sicut per Dei gratiam nunc
get, in quo duodecim ad minus canoni
Abbate degunt, nam Pius V. anno 1566
Abbatiali dignitate donauit.

Hoc monasterium magnis impensis ex
monibus pecunijs congregationis penè t
nouauit Reuerendiss. P. D. Camillus F
tus Rector Generalis, postea Episcopus A
Quod tamen in proxima Ciuitatis obs
per Ioannem Mendozeum Mediolani gu
rarum plurimum est labefactatum. Sub
tuit Abbatis Sanctæ Mariæ nouæ degit
tuerium canonissarum nostræ congre
ria, quod dicitur Sanctæ Mariæ A
ciæ.

ANno MCDLXXIII. Generale Capi
Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. F
tyrnus Tarusinus. Visitatores D. Ioann
centinus, D. Archangelus Vicentinus, D.
bius Mediolanensi, & D. Fœlicianus Sp
tus.

Anno MCDLXXIIII. Capitulum Ge
bidem. Rector Generalis R. P. D. Ca
Bossius Mediolanensis. Visitatores D. Paul

præfata, possideat in lecisa, dummodo tempore dationis præfatorum non sit in eo aliàs alicui specialiter ius quæsitum, rum omnibus iuribus, & pertinentijs suis congregationi per nos iuxta eorum ritus, & mores tenendū, regendū, & gubernandum, ita quod liceat ex tunc Rectori, & cōgregationi præfatis per se, vel alium seu alios temporalem Prioratus, iuriumque & pertinentiarum prædictorum possessionem autoritate propria libere apprehendere, ac illius fructus, redditus, & proventus huiusmodi in suos, & dicti Prioratus vsus, vtilitatemque conuertere, & perpetuo detinere, Diœcesano loci, ac cuiusl bet alterius licentia super hoc minimè requisita, perpetuò vnire, annectere, & incorporare, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1472. quinto Idus Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

Verum quia monasterij redditus erant valdè tenues, & ex illis pensio annua florenorum quinquaginta antiquo Priori soluebatur, nostri canonici per aliquot annos in magna paupertate illic viuerunt, potius ex piorum eleemosynis, quam ex monasterij redditibus victitantes. Sed quia timebant Deum, breui multa bona receperunt: nā dicto monasterio primum fuerunt vniti Archipresbyteratus S. Petri ad Neuias in Episcopatu Albensi, & Prioratus S. Mariæ Magdalenæ Diœcesis Albensis, qui erant membra monasterij & congregationis Mortariensis. Deinde Clemens VII. anno 1523. Decimo Calend. Februarij perpetuo vniuit Abbatiam Suburbanam Sanctorum Apostolorum Ordinis S. Benedicti, cuius idem Pontifex fuerat Abbas Commendatarius, dum esset in minoribus constitutus, vt illemet in literis vnionis dicit, & ita monasteriū bonis temporalibus auctum in regulari obseruantia plurimum viguit, sicut per Dei gratiam nunc etiam viget, in quo duodecim ad minus canonici sub Abbate degunt, nam Pius V. anno 1566. illud Abbatiali dignitate donauit.

Hoc monasterium magnis impensis ex communibus pecunijs congregationis penè totum renouauit Reuerendiss. P. D. Camillus Becius tunc Rector Generalis, postea Episcopus Aquēsis, quod tamen in proxima Ciuitatis obsidione per Ioannem Mendozeum Mediolani gubernatorem plurimum est labefactatum. Sub regimine Abbatis Sanctæ Mariæ nouæ degit monasterium canonissarum nostræ congregationis, quod dicitur Sanctæ Mariæ Annunciatæ. IV.

ANno MDCLXXIII. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Taruisinus. Visitatores D. Ioannes Placentinus, D. Archangelus Vicentinus, D. Cambius Mediolanensi, & D. Fœlicianus Spoletanus.

Anno MDCLXXIIII. Capitulum Generale ibidem. Rector Generalis R. P. D. Cambius Bossius Mediolanensis. Visitatores D. Paulus Alexandrinus, D. Seuerinus Mediolanensis, D. Franciscus Taruisinus, & D. Bartholomæus Placentinus. Hoc autem ano Præpositura S. Mariæ de Castello Alexandriæ, quæ erat membrum antiquæ congregationis Mortariensis, licet in generali vnione cum suo capite comprehensa, specialiter tamen nostræ congregationi per Sixtum IV. est vnita. In qua longe antea nostri canonici degebant, & quam D. Fulgetius Cremonensis à Præposito Mortariensi institutus in titulum tenebat, licet Sixtus IV. anno præcedenti 1473. illam prædicto D. Fulgentio, qui à tota Ciuitate tanquam Sanctus in veneratione habebatur, abstulisset, & cuidam D. Francisco de Ferrerijs nostræ congregationis canonico, illam in titulum contulisset, qui nihilominus titulum resignauit: & ita Pontifex illam congregationi perpetuò vniuit, & tunc Conuentus canonicorum sub regimine Præpositi est in illa constitutus. Cui monasterio, quod illius redditus admodum essent tenues, nec sufficerent ad victum canonicorum, & ad necessarias reparationes, alia nonnulla membra, & beneficia prædictæ congregationis Mortariensis fuerunt vnita Nam Sixtus IV. illi vniuit Prioratum S. Andreæ de Castelletto, prope Castrum S. Saluatoris, cum sibi annexa Ecclesia S. Siri. quam vnionē licet Theodorus frater Gulielmi Montisferrati Marchionis Diaconus Cardinalis quibusdam prætextibus impediuisset, & à Sede Apostolica dictum Prioratum in Commēdam obtinuisset, vnde inter illum ex vna, & Præpositum Mortariensem, ad quem collatio dicti Prioratus tam de iure, quam ex antiqua & approbata consuetudine spectabat controuersia exorta, nihilominus idem Cardinalis de bono iure Præpositi Mortariensis certior factus, Prioratui spontè cessit, & Pontifex datis nouis literis anno 1482. Calend. Februarij vnionē renouauit, quę suum integrum effectum est assecuta. Deinde anno 1511. tertio Nonas Nouembris Iulius II. dictæ Præpositurę adiecit Abbatiam Sancti Stephani de Secedio Diœcesis Aquensis, Monialium Ordinis Cisterciensis, eisdem Monialibus sponte cedentibus, tandemque dictæ Præpositurę fuit vnitus alius Prioratus S. Bartholomæi ciuitatis Alexandriæ, qui similiter erat membrum congregationis Mortariensis. & ita monasterio bonis temporalibus aucto quindecim canonici, exceptis Conuersis, & famulis in eo laudabiliter, & regulariter ad Dei laudem, & honorem degunt. 44 Mo nast.

ANno MCCCCLXXV. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuer. Pater Dñs Paulus Alexandrinus. Visitatores Dñs Celsus Veronensis, Dñs Philippus à Camerino, Dñs Michaël Papiensis, & Dñs Franciscus Mediolanensis. Hoc anno Serenissimo Duce Venetorum, & Ciuibus Bergomensibus instantibus nostri Lateranenses monasterium Sancti Spiritus in Sub- V. 45 Mo p ast

in Suburbio Ciuitatis, quod S. Antonij dicitur, reformandum, & in spiritualibus, & temporalibus multipliciter collapsum instaurandum acceperunt. Erat id monasterium Præpositura Conuentualis Ordinis S. Petri de Magella, vulgo Cœlestinorum, pro qua reformanda pro parte Sereniſſimi Ducis Petri Mocenigo, & Communitatis Ciuium Bergomenſium ſupplicatum eſt Pontifici, vt ablatis monachis Ordinem monachorum in eo extingueret, & Ordinem canonicorum regularium congregationis Lateranenſis inſtitueret, illudque noſtræ congregationi vniret, & noſtros autoritate Apoſtolica compelleret dictũ monaſteriũ ſuſcipere, & illud iuxta laudabiles cõſuetudines, obſeruãtias, & mores noſtræ congregationis reformare, ad quorum preces ſequentes literæ Apoſtolicæ totam rei ſeriem explicantes ſunt datæ.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Præpoſito Sancti Alexandri, & Andreæ de Ponte canonicis maioris Eccleſiæ Bergomenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, meritis licet inſufficientibus, diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, & cõtinua meditatione pulſamur, vt opĕ, & operam efficaces impendamus, quòd Eccleſiæ, monaſteria, & alia pia loca, illarumque perſonæ in pacis dulcedine, morũ ſanctimonia, religionis obſeruantia cum diuini cultus augmento, & Eccleſiaſtica diſciplina norma extirpatis vitijs, fœliciter valeant gubernari. Nuper ſiquidem dilectorum filiorũ Communitatis, & hominum Ciuitatis Bergomi clamoſa inſinuatione percepta, quòd dilecti filij modernus Prior, & Fratres domus, ſeu Prioratus S. Spiritus in Burgo S. Antonij Bergomenſis, Ordinis S. Petri Confeſſoris de Magella Cœleſtinorum nuncupatorum, & infra. Et ſicut eadem inſinuatio ſubiungebat, ſi Prior, & Fratres prædicti inde amouerentur, & Ordo prædictus inibi ſupprimeretur, & penitus extingueretur, ac canonici congregationis Lateranenſis Ordinis ſancti Auguſtini ad quos populus prædictus ſpecialem deuotionis affectum gerit, ibidem locarentur, firmam ſpem, fiduciamque concipientes, quod ex illorum laudabili vita, & conuerſatione, diuinorum aſſidua, & deuota celebratione, predicatione Verbi Dei, monitionibus, conſilijs, ac auctoritate conſuleretur: ſuccederetque exinde diuini cultus augmentum cum animarum ſalute, deuotionis incremento, & populi prædicti mira admodum conſolatione. Quare tam pro parte dilecti filij nobilis viri Petri Mocenigo Ducis Venetiarum, quam Communitatis, & hominum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur reformationi dicta domus, prout ex debito tenemur Paſtoralis officij, paternæ ſolicitudinis ſtudio intendentes, diſcretioni veſtræ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum ad dictam domum, ſiue Prioratum accedentes, & habentes ſolum Deum præ oculis, & ad ſalutem animarum dicta Ciuitatis Chriſti fidelium intendentes, modernum Priorem, & Fratres domus antedictæ, ipſamque domum tam in capite, quam in membris autoritate noſtra viſitetis, & ſi prædicta vera eſſe inueneritis, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus, Priorem, & prædictos fratres iuxta exceſſum, vel eorundem exigentiam, & regularia inſtituta dicti Ordinis de Magella puniatis, corrigatis, caſtigetis, ipſosque ad alias domus dicti ordinis, in quibus benenolos inuenerint receptores, eadem autoritate noſtra transferatis: Ordinem de Magella, ac dependentiam dicti Prioratus, ſi qua eſt, ſupprimatis penitus, & extinguatis. Et nihilominus ſi tranſlationem, ſuppreſſionem, & extinctionem huiuſmodi per vos figere præſentium fieri contigerit, vt præfertur, domum, ſeu Prioratum ipſum in Prioratum S. Auguſtini erigatis, illumque cuius fructus, redditus, & prouentus quadringentorum florenorum auri de Camera ſecundum communem eſtimationem valorẽ annuum, vt aſſeritur, non excedunt, Congregationi prædictæ, cuius fructuum, reddituum, & prouentuum verum valorem annuum præſentibus haberi volumus pro ex preſſo per eos iuxta illum vitus, & conſuetudines, ac regularia inſtituta dicti Ordinis S. Auguſtini perpetuis futuris temporibus tenẽdum, regendũ, & gubernandũ, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis dicta autoritate appropriare, applicare, annectere, & incorporare: necnon dilectos filios Rectorem, & Canonicos dictæ Congregationis, quod Prioratum reformatum huiuſmodi vt ſupra illumque iuxta ritus, & conſuetudines, inſtituta eiuſque præfata perpetuo regant, & gubernent, cogi, & compelli, ac alia circa hæc opportuna, & neceſſaria facere, & exequi eadem autoritate curetis. Contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuram, Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſeculari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac noſtris, illa præſertim, per quam duximus inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica alijs viri, tenerentur exprimere verum valorem ſecundum communem eſtimationem tam beneficij vacandi, quam illius, cui vniri paterent. aliaquis vnio non valeret, & ſemper in vnionibus committi fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, necnon monaſterij, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquis ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Prioratibus huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpecialis, vel generalis Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint, tamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet fit proceſſum, quæ quidem literæ, & proceſſus habitos per eaſdem ad ipſum Prioratum volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad executionem Prioratuum, ſeu beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quis

de qua, eiusque tota tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, quod Prior & Canonici dicti Prioratus de nouo erecti de quindecim annis in quindecim annos annatam, seu medios fructus ratione dicti Prioratus Camerae Apostolicae deinceps soluere teneantur. Et insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Dat. Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae 1471. 17. Calend. Februarij Pontificatus nostri anno quarto.

VI. VIgore prædictarum literarum eiectis monachis canonici regulares Lateranenses in prædictum monasterium vel reluctantes, & inuiti sunt introducti, quos monachi nonnullis literis Apostolicis ad Præpositos domorum Fratrum Humiliatorum impetratis eijcere tentauerunt: verum Lateranenses ad Sedem Apostolicam accedentes humiliter exponunt, se locum per vim, aut fraudem minimè adeptos, sed rogatos, & coactos illud pro viribus reformandum accepisse, cui reformationi tum in spiritualibus, tum etiam in temporalibus (erat enim monasterium in fabricis diruptum, & illius bona ferè omnia male distracta) impensissimè defudasse. Pontificem rogantes, vt illorum quieti, & saluti opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaretur. quibus intellectis, Pontifex per alias literas Archipresbytero, & Antonio Sonica canonico Bergomensi mandauit, quatenus constito de reformatione ritè, ac legitimè per nostros iuxta dispositionem priorum literarum facta, per sententiam inappellabilem aduersæ parti silentium perpetuum imponerent. Quibus Innocentius VIII. alias addit, mandans duobus maioris Ecclesiæ canonicis iustæ defensionis præsidio Lateranensibus contra dictos monachos adesse, inuocato etiam, si opus foret, auxilio brachij secularis. Quod illi videntes, tandem à molestijs desliterunt: & ita canonici monasterio reparando solicitius incumbentes, breui ad optimum statum adduxerunt: nam vbi propter loci paupertatem vix sex canonici degebant, nunc redditus pro decem, & octo, & amplius sufficiunt, exstructo satis amplo monasterio cum Ecclesia decenter ornata, in quo multi viri sanctitate, & omnigena linguarum, & scientiarum eruditione clarissimi floruerunt. Inter quos censendi primus, Dominus Ioannes Chrysostomus de Zanchis, vir singularis integritatis, & eruditionis, linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ notitia nulli suorum temporum secundus, qui Dictionarium trium linguarum Græcæ, & Latinæ, & Hebraicæ duobus ac viginti paruis tomis dispositum compilauit, quod morte præuentus absoluere non potuit. Vidi illud manuscriptum Bergomi in monasterio S. Spiritus tomis decem, & octo comprehensum anno 1619. cum illo anno in maiori Ecclesia Bergomensi S. Mariæ nuncupata Conciones Quadragesimales ad populum habuissem. hic omnibus gradibus honoris in nostra congregatione laudabiliter functus est, nec semel. Secundus, Dominus Basilius Zanchus dicti Ioannis Chrysostomi tum carne, tum religione, & professione germanus, qui politiores literas Græcas, & Latinas plurimum illustrauit. hic multa versibus, & soluta oratione scripta, sui præclarissimi ingenij monimenta posteris reliquit, de quibus suo loco dicendum. Huius opus sunt additiones ad Marium Nizolium Clarueruntcirca annum 1560. Tertius Dominus Valerianus Bergomensis senior, & prædictorum Chrysostomi, & Basilij Sinchronos, qui varia opuscula deuotissima edidit, De facilitate bene viuendi, de Septem Beatitudinibus, de Oratione Dominica, de Amore Dei. Valerianus alter Bergomens. qui multos Sermones scripsit ad varias materias accommodatos. Libet verò pro coronide historiæ dicti monasterij subnectere, quæ autor Historiæ Bergomensis Ecclesiæ, sub titulo Vineæ Bergomensis parte secunda, c. 85. de illo scribit: *Multi*, inquit, *dignissimi laboratores venerunt in vineam nostram anno Domini 1476. quando Canonici Regulares autoritate, & auxilio Illustrissimi Dominij Venetorum, & Reuerendissimi Dominus Ludouici Donati Episcopi huius nostrae vineae, nec non ope magnificae Reipublicae nostrae ingressi sunt in monasterium sancti Spiritus, electu Fratribus Coelestinis, in quo monasterio postmodum multi dignissimi floruerunt viri scientia, & sanctitate, tam ex Bergomensibus, quam ex alienis, & florent vsque in hodiernum diem, viuentes secundum Regulam Sanctissimi Patris Augustini, & constitutionibus Patrum eorum. Haec ex veteribus scripturis ipsius monasterij, in quo monasterio fuit primus Prior R. D. Baptista Venetus.*

VII. ANno 1476. Capitulum Generale Rauennę Rector Generalis R. P. D. Celsus Veronensis. Visitatores Dominus Florentius Placentinus, Dominus Raphaël Placentinus, Dominus Eusebius Mediolanensis, & D. Matthæus Veronēsis. Anno 1477. Capitulum Generale Regij Lepidi. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Taruisinus. Visitatores D. Archangelus Vicentinus, D. Ioannes Placentinus, D. Ambrosius Mediolanensis, & D. Archangelus Papiensis. Anno 1478. Generale Capitulum Rauennę. Rector Generalis D. Archangelus Placentinus. Visitatores D. Seuerinus Mediolanensis, D. Franciscus Taruisinus, D. Desiderius Vicentinus ex familia de Luscis, qui fuit Poëta celebris, & D. Bartholomæus Placentinus, qui obijt intra annum, & eius loco electus fuit D. Syluanus Venetus.

Anno 1479. Capitulum Generale Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Raphael Placentinus. Visitatores D. Philippus à Camerino, D. Michaël Papiensis, D. Franciscus de Applanis Mediolanensis, & D. Gregorius Placentinus. Hoc autem anno Venerab. Pater D. Gotardus de

Gobel-

46 Mo
nast.

Gobellis Prior monasterij sancti Antonij Castri Conegliani Ordinis canonicorum regularium S. Marci, suum perspiciens Ordinem fere ad nihilum redactum, & omnia illius collegia vel secularibus commendata, vel ad alios Ordines translata, cogitauit suum monasterium alicui congregationi viuens vnire, ne post illius obitum, sicut cætera, commendaretur, & ad omnimodam desolationem redigeretur, consilioque cum aliquot Ciuibus communicato, suasum est, vt illud nostræ congregationi vniret: quorum suasionibus ad Taruisinam Sanctorum Quadraginta Martyrum canonicam profectus, R. P. D. Hieronymum de Taruisio conueniens, qui paulo antea fuerat Rector Generalis, cum illo de monasterio ad fauorem congregationis in manibus Pontificis resignando, reseruata sibi pensione super illius fructibus, tractatum habuit, & ambo pariter procuratorem cum sufficientibus mandatis ad Romanam Curiam pro beneplacito Pontificis obtinendo legauerunt. Quorum votis Pontifex annuit, datis pro vnione literis Apostolicis decimo Calend. Aprilis anno 1479. Hoc monasterium, quantum ex antiquis illius monimentis aucupari licet, duplex erat, alterum videlicet canonicorum, & canonissarum alterum: sed deficientibus primo canonissis, ipsi tandem canonici omnes præter vnum Priorem defecerunt. Post vnionem verò ita per nostros fuit restitutum, vt semper in eo duodecim canonici ad minus sub regulari disciplina laudabiliter vixerint, quemadmodum nunc etiam per Dei gratiam viuunt. Ecclesia pulcherrima ab ipsis fundamentis renouata, cui reficiendæ piæ aliquot personæ manus adiutrices largissimas porrexerunt. Sustinuit autem dictus Vener. Prior propter huiusmodi resignationem à canonicis sui Ordinis molestias non leues propterquas illum Sixtus Quartus ab eorumdem omnimoda subiectione liberauit, & sub immediata protectione Sedis Apostolicæ recepit, per Breue speciale datum 10. Calend. Aprilis anni 1480. Ex hoc monasterio duos viros probatos, & inculpatissimæ vitæ profectos agnoui, D. Antonium, & D. Vitalem, quorum posterior erat Magister Nouitiorum, sub cuius disciplina meum ipse tyrocinium quinque annorum absolui. obijt Taruisij in monasterio sanctorum Quadraginta Martyrum, vbi etiam fuerat Prior anno 1609.

VIII ANno 1480. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R.P.D Celsus Veronensis. Visitatores D. Florentius Placentinus, D. Sabinus Mortarienſis, D. Cornelius Mediolanensis, & D. Matthæus Veronensis. Anno vero 1481. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis Reuer. P. D. Hieronymus Taruisinus. Visitatores D. Ioannes Placentinus, D. Ambrosius Mediolanensis, D. Columbinus Cremonensis, & D. Simon Mediolanensis.

Hoc autē anno Sixtus IV. ad preces Illustriss. D. Ioannis Galeatij Mediolani Ducis monasterium S. Barthplomæi prope ciuitatem Laudam ordinis Crucifer orum, illius Priore Ardicino de Zurlis sponte cedente, nostræ congregationi vniuit, reseruatis tamen eidem Priori omnibus fructibus dicti monasterij, eius vita durante, præter domos, & viridarium contiguum. Emanauerunt literæ vnionis apud S. Petrum Idib. Februarij 1481. quare nostri canonici ad illud accedentes, per aliquot annos ibidem in magna paupertate, vitæque probitate vixerunt: vbi quemadmodum in multis alijs locis illud impletum, quod primi nostræ reformationis autores à Deo precabantur, ne vnquam permitteret illos diuitijs abundare. Anno tamen sequenti ad preces eiusdem Ducis Mediolani Sixtus eidem monasterio adiunxit aliud cœnobium Sanctimonialium S. Mariæ de Riolo nuncupatum, Ordinis Cistercienſis, prope Ciuitatem, in quo tantum quatuor moniales cum Abbatissa degebant, eadem Abbatissa nomine Aloysina sponte cedente, & cum dictis monialibus aliò translata, extincto; in dicto monasterio cū Abbatiali dignitate Ordine Cistercienſi, & institutoin illo ordine canonicorum regularium congregationis Lateranensis, prout constat ex literis vnionis datis apud S. Petrum 8. Calend. Martij anno 1482. Primam S. Bartholomæi vnionem firmauit Alexander VI. 13. Calend. Iulij Pontificatus sui anno 5.

47 Mo
nast.

Permanserunt autem in dicto S Bartholomæi cœnobio Lateranenſes vsque ad annum 1540. quo prætextu muniendæ Ciuitatis, quòd mœnibus nimis foret propinquum, illud cum Ecclesia totum à fundamentis est dirutum: vnde canonici sese intra Ciuitatem recipientes, in priuatis domibus vsque ad annum 1545. cum non modicis incommodis manserunt, quo anno Venerabilis sacerdos Petrus de Maliochis Ecclesiā parochialem S. Romani, quam in titulum tenebat, in manibus Pauli III. Pontificis, ad effectum transferēdi in illam prædictum conuentum canonicorum S. Bartholomæi resignauit, cessionem, & translationem admittente, ac firmante dicto Pontifice 4. Idus Augusti, eiusdem anni 1545.

Hoc monasterium aliquot viros insignes protulit, ex quorum numero cēsendus R. P. D. Paulus Laudensis, qui fuit insignis Theologus, & cultioris linguæ Latinę peritissimus, quique omnibus gradibus honoris vsque ad Præfecturam Generalem in nostra congregatione laudabiliter functus est. Item D. Constantius Laudensis vtriusque Iuris Doctor, & Theologus, qui fuit Procurator Generalis totius congregationis in Romana Curia, nunc verò Præfecturā Generalē tenet Reuer. P. D. Cōstantinus Laudēsis, de cuius multifaria eruditione, vitæ integritate, prudentia, & benignitate omnibus cognita plura dicenda, quæ modò reticemus ne videamur assentari;

Hoc

Hoc eodem anno 1481. Sixtus Abbatiam S. Mariæ de Præsallo Ianuensis diœcesis, & Ordinis Cisterciensis cõmendatam, in qua per annos centum supra quinquaginta monachorum conuentus omnino defecerat, extinctis in illa titulo Abbatiæ, necnon etiam ordine monastico, nostræ congregationi contulit ad effectum, & cum potestate erigendi ex illius bonis in oppido Nouo diœcesis Dertonensis cœnobium sub titulo Abbatiæ, quod tamen non est erectum, & monasterij bona Abbatiæ S. Theodori Ianuensis vnita, emanauerunt autem literæ prædictæ vltimis 6. Calendis Nouembris.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

De reformatione antiquæ Canonicæ S. Mariæ montis Cretæ & fundatione monasterij S. Mariæ Pacis de Vrbe.

ANno 1482. quo Generale Capitulum congregatũ fuit Rauennæ, ac in eo electi Rector Generalis R. P. D. Seuerinus Mediolanensis, Visitatores D. Archangelus Vicentinus, D. Franciscus Taruisinus, D. Sylvanus Venetus, & D. Lucas Mediolanensis, reformatum est antiquum canonici Ordinis cœnobium S. Mariæ montis Cretæ, in diœcesi Casalensi Montisferrati, olim Vercellensi. est autem locus, vbi monasterium, mons inter Padum, Tanarum cæterorum dictæ prouinciæ altissimus. ad quem B. Eusebium Episcopũ Vercellensem & martyrem causa declinandæ persecutionis Arianorum se recepisse, Beatæque Virginis Dei genitricis imaginem à Luca Euangelista depictam, ex Oriente allatã, cò transtulisse, ac in paruo sacello extructo, quod S. Eusebij Oratorium nunc dicitur, locauisse, Vercellensis Ecclesiæ tabularia testantur. vbi postea Marchiones Montisferrati peramplam Ecclesiã ante annos quingentos exstruxerũt, & multis prædijs, villis, & castris cũ illorum temporali iurisdictione donatã ac dotatã canonicis regularibus Ord. S. Augustini sub regimine Prioris degentibus, antiquæ cuiusdam congregationis, cuius nomen obliteratum legere non potui, perpetuo regendum tradiderunt. Qui locum per aliquot secula tenuerũt, donec bellorum procellis ingruentibus, quibus illæ regiones non semel attritæ fuerant & crudeliter vastatæ, monasterium canonicis fugatis, bonis occupatis, iuribus, & iurisdictionibus ab illicitis detentoribus vsurpatis, ad tantam calamitatem est deductum, vt tempore Sixti IV. vnus in eo canonicus nomine Tobias, ex Ordine Seruitarũ ad canonicos translatus, solus resideret: quo tempore Gulielmus Marchio Montisferrati, qui loci patronus, vtpote ab illius parentibus fundati, putabatur, ordinẽ canonicum in illo extingui, & Seruorũ institui à Sede Apostolica impetrauit; quæ reformatio cum ad votũ minimè succesisset, neque fructus ex eadem intentus colligeretur, canonicum ordinem denuo restitui, & canonicis Lateranensibus tradi supplex à Pontifice impetrauit, acceptis literis Apostolicis, apud S. Petrum hoc anno Calendis Februarij datis, quarum vigore collegium ex canonicis nostræ congregationis ibidem fuit institutum, quod sub regulari obseruantia nunc etiam viget, ac floret.

Post huiusce modi reformationem tum propter diuinum cultum restitutum, tum ob frequentia miracula, & beneficia, quæ Omnipotens ad suæ Genitricis intercessionem patrare, tribuereque poscentibus dignatur, ingenti multitudine populorum vtriusque sextus ex finitimis ciuitatibus, prouincijs illuc causa deuotionis confluente, circa maiorem Ecclesiam, & monasterium quadraginta circiter sacella per montis ambitum & cliuum vsque ad summitatem sunt ædificata, quæ nonnulli Principes, inter quos Serenissimi Sabaudiæ, Mantuæq; Duces, finitimæque Ciuitates & Oppida singula singuli certatim exstruenda sibi delegerunt. vt non iam vnum monasterium, sed amplum oppidũ videri videatur. Conspiciuntur in illis imagines Beatissimæ Virginis Dei Genitricis ortum, & totum huius vitæ procursum ad viuum repræsentantes, opere statuario politissimè formatæ adeo, vt in illis præter spiritum nihil desiderari videatur. de quibus sacellis, necnon etiam de monasterij, & Ecclesiæ prima fundatione librũ edidit R. P. D. Michaël Angelus à Liburno, loci Vicarius, sublimis vir ingenij supra conditionem ætatis, in quo spes magna concidit, dum morte præuentus illud Quintilianum verificauit: Ingenia præcocia rarò ad maturitatem peruenire. Hoc monasterium propter loci reuerentiam, & populi concursum dignitate Abbatiali ante paucos annos fuit decoratum.

ANno 1483. Generale Capitulum Placentiæ. II.
Rector Generalis R. P. D. Archangelus Vicentinus. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Donatus Mediolanensis, D. Philippus à Camerino, & D. Philippus Vercellensis. Hoc anno Sixtus IV. Ecclesiam S. Mariæ Pacis de vrbe proprijs sumptibus fundatam canonicis regularibus Laterano pulsis donauit. Cuius erigendæ occasio hæc fuit: nam vbi templum S. Mariæ Pacis nunc visitur, erat antea Ecclesia parochialis S. Andreæ de Aquarenarijs nuncupata, & in illius porticu effigies beatissimæ Virginis Deiparæ, puerulum

49 Monast.

puerulum lefem inter brachia tenentis, in pariete depicta foris Ecclesiam, ante quam dum die quadam nequissimi aleatores ludūt, vnus illorum cæteris nequior, ob pecunias amissas, in horrendas blasphemias contra Deum, & sacram Virginem prorumpit, moxque diabolo instigante, ad tantam impietatem deuenit, vt primo taxillos in imaginem proijciat, mox pugione arrepto dictā imaginem semel, iterum, ter quaterque, scilicet, in pectore, in collo, in gena dextra, & in mento vulneret; vnde statim diuino miraculo sanguis recens, & viuus exiuit. Cuius rei & miraculi fama per Vrbem diuulgata, magnus ad dictam Ecclesiam vtriusque sexus fidelium concursus, & exinde preces ante imaginem fundi, beneficia deprecari luminaria accendi, vota suspendi, & multæ ante dictam imaginem oblationes fieri cœperunt. & quæ antea Ecclesia S. Andreæ dicebatur ob virtutes, quas Deus ad intercessionem beatæ Virginis frequenter operabatur, postmodum beatæ Mariæ de Virtutibus, siue de miraculis cœpit vocari. Et quoniam multæ in dicta Ecclesia fiebant oblationes, Rector ipsius Ecclesiæ nonnullos de suis parochianis viros pios, deuotos, & Deum timentes ipsius imaginis, & dictarum oblationum custodes designauit, quorum erat munus diligenter curare, vt Imago veneranda quam decentissimè teneretur, & oblationes non in alios vsus, quam in Dei cultum, & beatæ Virginis honorem conuerterentur, & missæ frequentes iuxta piam offerentium deuotionem celebrarentur. Ab istis mos laudabilis introductus, qui nunc etiam viget, vt diebus singulis sero ante venerandam imaginem adstantibus Clericis, & Laicis accensis luminaribus Antiphona in laudem Virginis pro tempore post absolutum diuinum officium recitari solita, quam deuotissimè cantaretur.

Porro cum tempore Sixti Quarti tota pene Italia bellorum tumultibus quateretur, & Dux Calabriæ ob negatum à Pontifice transitum ad ferendas suppetias Ferrariensium Duci contra Venetos Vrbem obsedisset, Sixtus ad dictam Ecclesiam beatæ Virginis de Virtutibus, alias sancti Andreæ de Aquarenarijs accedens, & preces pro pace totius Italiæ supplices ante Virginis imaginem fundens, votum vouit, si Deus per illius intercessionem Italiæ pacem largiretur, templum in honorem Dei sub titulo beatæ Mariæ Pacis erigere. Quapropter soluta Vrbis obsidione, paceque Italiæ reddita, in dicto loco, & in solo veteris Ecclesiæ sancti Andreæ templū magnificum non modicis sumptibus excitauit: cui dictam parochialem sancti Andreæ ab omni subiectione Cardinalis titularis sancti Laurentij in Damaso, & eiusdem Ecclesiæ S. Laurētij cui antea subdebatur, absolutā, & exemptā, constituitque in illa fonte baptismali, quem prius non habuerat, in perpetuum vniuit. Mox dictam miraculosam beatissimæ Virginis imaginem ex pariete præcisam in nouam Ecclesiam transtulit, & in loco decentissimo superaram maximam locauit. reliquum autem prioris Ecclesiæ funditus est euersum, & solo æquatum, quam ibi fuisse crediderim, vbi naui posterioris Ecclesiæ foris calcidicā, est fabricata. non tamen idem Pontifex, morte præuentus, Ecclesiam omnibus numeris absolutam reliquit: sed Innocentius Octauus Sixti successor multis illam impensis perfecit, & ornauit, cuius opus inter alia fuit versus aræ maioris ornamentum marmoreum elegantissimè insculptum, & deauratum, quod ipsam Virginis imaginem continebat, quod in maioris sacelli renouatione ad altare sanctissimi Crucifixi translatum est, & ibidem locatum.

Cæterum quia canonici regulares Laterano violenter pulsi, sa pius Pontificem interpellauerant, vt Lateranensem Basilicam eis restitueret, ipsam Ecclesiam sanctæ Mariæ Pacis illis tradidit, confirmatis titulo, ac priuilegijs canonicorum Lateranensium, addito insuper alio priuilegio amplissimo Præpositis, & canonicis in dicta Ecclesia mansuris, quod huiusmodi est: III.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris nostri, cuius in pace locus factus est, & cuius Angeli in eius ortu bona voluntatis hominibus in terra pacem nuntiarūt, quique à suis discipulis discessurus, & ad Patrem dextram in cælo ascensurus, pacem eis dedit, & reliquit, vices gerentes in terris, illa toto corde, & omni denique studio, ex quo superioribus, & assiduis orationibus apud gloriosissimam virginē eiusdem Redemptoris genitricem, cuius precibus populus Christianus adiuuatur, libenter prosequimur, per quæ pax, & concordia nutritur inter fideles, & cultus diuinus augetur. Cum itaque nuper suffragante diuina gratia maiorem, & saniorem partem Principum, & Dominorum Italiæ, inter quos magnum dissidium, cruentaq; bella vigebant, ad mutuam concordiam, & pacis desiderium per interessionem eiusdem Excellentissimæ Virginis, & apē Altissimi ad nostras preces effusis propitiantis, cum magna ferè totius Italiæ lætitia, & consolatione perduxissemus, & reliquos adducere cogitaremus, ante quandam imaginem Beatæ Virginis, quæ nonnullis miraculis de nouo coruscare cœperat. & à fidelibus frequentabatur, essemus orantes, & genibus flexis constituti, inspirante, vt pie credimus, diuina gratia, nobis visum incongruum, quod imago ipsa in quodam parua tabernaculo consisteret, prout tunc ad parietem eiusdem Ecclesiæ existebat. Itaque in eodem loco templum ad honorem altissimi, & Beatæ Virginis ædificandum vouimus, illudque ad perpetuam tam grandis muneris notæ, non humano consilio, sed diuina prouidentia magnam in parte concessi, sub celebri forma, nonoque ædificio fabricari fecimus, ac ipsum in honorem Virginis præfatæ nostris sumptibus à fundamentis erectum Deo dicauimus, & in memoriam huiusmodi pacis, & concordiæ Templū Pacis nuncupari voluimus, sperantes, quod per hoc

bei, & alia quamplura præclara templa, & præsertim, quæ in alma Vrbe, & extra à fundamentis propriis expensis nostris, & quidem magnis fundari, & instaurari fecimus, & vtinobis comite, cum aliis bonis operibus omnino perseuerare intendimus, Italia ipsa dulcedine pacis fructur, & in ea latabitur. Sed quia nihil actum esse videretur, nisi in eo diuinus cultus inducetur, & sub aliqua institutione regeretur, & gubernaretur: cōsiderantesque inter alios religiosos institutionem canonicorum regularium Ordinis B. Augustini forè primarium, & ab ipso sanctissimo Ecclesiæ Doctore Augustino fundatum, & per longa secula viris probis, & literarum scientia omni virtute pollentibus stabilitam, ad eos professum direximus intuitum, sperantes quod per canonicos congregationis Lateranensis dicti Ordinis subregulari obseruantia degentes templum Pacis memoratum in spiritualibus, & temporalibus Deo propitio sæpius cautius suscipiet incrementa. Igitur ad Omnipotentis Dei laudem, & honorem, vt populo Christiano pacem largiri, & in perpetuum stabilire dignetur, ipsiusque Genitrix Virginis gloriosæ Mariæ, & totius cœlestis exercitus, Motu proprio, non ad aliquorum instantiam, aut petitionem, sed de nostra mera voluntate Parochialem Ecclesiam sancti Andreæ de Vrbe, in cuius parœcia, seu portu dicta imago antea fuit, & cuius parœciæ, & fabricam dicti templi coaptari fecimus, si quid adhuc integrum in ea superest, promotori perfectionis operis demoliri, illiusque materiam, & lapides altarium in nouum templum transferri volentes, & illarum eadem templo ab omni superioritate, & visitatione, ac domino presbyteri Cardinalis tituli sancti Laurentij in Damaso pro tempore existentis autoritate apostolica, & ex certa nostra scientia, deque plenitudine potestatis eximentes, & totaliter liberantes, eiusque fructus, redditus, & prouentus cum omnibus oblationibus, quæ dictum pro dicto templo monasterio Ecclesiæ huiusmodi à fidelibus fiunt, seu eregantur præfato templo nostro Pacis per nos erecto, dilecto filio magistro Ludouico de Agnellis ipsius Ecclesiæ Rectore, notario nostro consentiente, ac omni iuri sibi in Ecclesia, & templo huiusmodi, seu ad eum quomodolibet spectanti, in manibus nostris hodie sponte, & liberè cedente, cessionemque huiusmodi admittentes, & applicantes, & approbantes, templum ipsum cum ipsius ambitu præsente, & futuro in monasterium congregationis, & ordinis prædictorum, cum vna Præpositura, quæ inibi digetur conuentualis sit, erigimus, creamus, & instituimus. Quoque Præpositus, & canonici pro tempore in monasterio, & congregatione huiusmodi existentes se commodius sustentare, & onera eidem monasterio pro tempore incumbentia facilius perferre valeant, Templum, & monasterium prædicta ab eius primæua erectione vacans, cum olim Ecclesia S. Andreæ prafata cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, nec non paramentis, sacralibus, & alijs rebus ad vsum diuinum deputatis, præfatis, & futuris congregationi Lateranensi canonicorum prædictorum, per eos iuxta eorum priuilegia, ritus, consuetudines, & regularia instituta regendum, & gubernandum scientia, autoritate, & potestate simulbus in perpetuum concedimus, damus, vnimus quoque, & annectimus, & incorporamus, atque appropriamus. Ita quod liceat dilecto filio Constantio de Mediolano eiusdem congregationis canonico, & pro ea in Romana Curia Procuratori generali, & quem ex nunc motu, scientia, & potestate prædictis in Præpositum Templi, ac monasterij vsque ad futurum Capitulum Generale per prædictam congregationem celebrandum deputamus ad hoc, ne interim Templum, & monasterium in temporalibus, & spiritualibus aliquod patiatur detrimentum, firma spe, fiduciaque conceptis, quod per ipsius Constantij laudabilia merita, & studium fructuosum Templum, & monasterium in eiusdem spiritualibus, & temporalibus plurima suscipiet incrementa per se, vel alium, seu alios templi, & monasterij, Ecclesiæq; olim S. Andreæ, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum corporalem possessionem propria autoritate apprehendere, & perpetuo retinere, & inibi habitare, & residere, dicti Cardinalis, seu cuius libet alterius licentia super hoc minimè requisita. Et insuper motu, scientia, & autoritate, ac potestate prædictis moderno Præposito, & canonicis, qui in dicto monasterio pro tempore habitauerint, quòd omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, libertatibus, & indultis tam à Sede Apostolica, quam à Legatis eiusdem, seu Romanis Pontificibus, seu pro talibus se gerentibus, aut Imperatoribus, Regibus, Principibus, Dominijs, & Potentatibus eis in genere, vel in specie concessis, & concedendis in dicto monasterio, & extra illud vti, & gaudere ipsique Præpositus dicta Præpositura, qui pro tempore fuerit, mitra, annulo, baculo, & alijs Pontificalibus insignijs etiam vti, nec non in dicto Pacis Templo, ac intra septa dicti monasterij benedictionem solemnem post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemnia, etiamsi in benedictione huiusmodi aliquis Antistes, Cardinalis, vel Sedis Apostolicæ Legatus præsens fuerit, elargiri liberè, ac licitè possit, & valeat. Sicuti recordationis Alexandri Papæ Quarti prædecessoris nostri, quæ incipit, Abbates, & alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & congregationis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus, motu, scientia, & autoritate prædictis concedimus pariter, & indulgemus. Proviso quod cura animarum olim dictæ Ecclesiæ sancti Andreæ propter erectionem huiusmodi nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera ante dicta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, erectionis, creationis, institutionis, concessionis, vnionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, deputationis, indulti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1483. 17. calend. Octobr. Pontificatus nostri anno decimotertio. Signata L. Crissus.

Sciendum tamen, licèt in hoc priuilegio Pōtifex monasterij canonicorum Lateranensium per illum erecti meminerit, nullum tamen monasterium, si de fabricis loquimur, Sixtum IV. iuxta templum Pacis prædictum erexisse: nam quod nunc cernitur, Oliuerius Caraffa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & congregationis canonicorum Lateranensium Protector optimè meritus à fundamentis erexit, vt ex inscriptione, quæ legitur in fascia peristiliorum apertè liquet. Quod monasterium anno MDIV. fuit absolutū cui prædictus Cardinalis suam Bibliothecam, & vineam extra portam Flaminiam, quam nunc etiam possidet, ex testamento legauit. sed nec vllos alios eidem monasterio redditus præter antiquos Ecclesiæ Parochialis sancti Andreæ prædictus Pontifex concessit, vt propter illorum tenuitatē necesse fuerit ab initio canonicos ibi degentes ex communibus contributionibus totius congregationis manuteneri, prout etiam in præsentiarum ex parte fieri solet. licèt redditibus ex piorum quorundam legatis, & oblationibus nonnihil auctis.

IV. NOuissimè verò Perillustris Dominus Gaspar Riualdus nobilis Romanus propter singularem affectum deuotionis, quem ad gloriosam Virginem Deiparam habebat, cernens Ecclesiam excipiendæ multitudini, ad ipsam cōfluenti, minus idoneam, nam maius altare, supra quod imago miraculosa Beatæ Virginis erat posita, mediam ferè calcidicam, quam Tribunam dicimus, occupabat, de sacello, in quo præfata Virginis imago decentius seruaretur, & consequenter Ecclesia liberanda, siue amplianda cogitauit: nec mora, consilio cum loci Abbate, Capitulóque canonicorum communicato, & ab eisdem facultate habita, nouum sacellum maius à fundamentis excitauit, quod anno Domini 1611. inchoatum intra quadriennium fuit absolutum, in quo extruendo, nec non pretiosissimis lapidibus, elegantissimisque picturis tum ditando, tum exornando, plus quindecim millia nummorum aureorum fertur impendisse: nam anno 1614. die secunda Iulij in festo Visitationis eiusdem Beatissimæ Virginis duodecim Illustrissimi Cardinales post dictum sacellum absolutum, & imaginem Beatæ Virginis in eo locatam, capellam solemnem in templo Pacis habuerunt, in qua Reuerendissimus Pater Dominus Ioannes Chrysostomus Neapolitanus loci Abbas Missam cū insignijs Pontificalibus solenniter cātauit, & iuxta formam priuilegij proximè recitati populo solēniter benedixit, coram eisdem Cardinalibus, & indulgentias concessit. Anno verò proximè præterito, qui fuit millesimus sex centesimus vigesimus secundus præfatus Dominus Gaspar Riualdus nouum altare maius in eodē sacello pretiosis lapidibus insectum, magni valoris, & mirę pulchritudinis fieri fecit, quod Reuerendissimus D. Antonius Diaz Episcopus Casertanus hoc anno 1623. die decima nona Martij in festo sancti Ioseph ad honorem Dei, & Beatæ Virginis, & sancti Iosephi illius Sponsi solemniter consecrauit.

CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

De fundatione Monasteriorum S. Crucis Cesennæ, S. Mariæ Passionis Mediolani, & S. Mariæ Lacrymarum Castri Triuij Diœcesis Spoletanæ.

ANno 1484. quo Generale Capitulum coactum fuit Placentiæ, acin illo renunciati Rector Generalis R. P. D. Raphaël de Placētia, Visitatores D. Florentius Placentinus, D. Celsus Veronensis, D. Eusebius Mediolanensis, & D. Isaias Estensis, Sixtus IV. Onuphrio referente die duodecima mensis Augusti ex hac vita migrauit. Cui Pontifici cum renunciatum esset, Ianuæ sanctimoniales à vitæ regularis obseruantia non parum deuiasse, ad illas reformandas Venerabilem Patrem Dominū Matthæum Bossum nostræ congregationis canonicum destinauit, qui multis laboribus etiam cum vitæ periculo dictæ reformationi incumbens, illam fœliciter ad Dei gloriam absoluit. Extant illius duæ epistolæ ad Sixtum Quartum, quæ totam rei seriem continent, suntque in ordine 42. & 43. Sub eodem Pontifice inter Venerādos Eremitas Augustinenses, & canonicos regulares Lateranenses lis oritur circa verum sanctissimi Patris Augustini habitum, & institutum, parte qualibet in suo sensu abundante, & decertāte. Scripsit Ambrosius Coriolanus librum ad Sixtum IV. quem Defensorium nuncupauit, cōtra quem Eusebius Corradus Mediolanensis auctoritatem Pontificis interpellauit, asserens librū multa falsa, & contumeliosa contra veritatem, & canonicum ordinem continere, petens illius lectionem interdici, donec per aliquos à Pontifice delegatos purgaretur, quod tum ipse Sixtus IV. tum Innocētius VIII. Sixti successor præstiterūt, extantq; de hac ipsa re in nostro Archiuo Romano rescripta Pontificum illorū manibus signata, quæ monstrabimus, cum eiusdem Eusebij libello ad Sixtum IV. & omnes Cardinales sui temporis, in quo breuiter multa errata in eodem libro Coriolani fuerunt adnotata. Libellus incipit; *In pauca conferam Pater Beatissime, ac Reuerendissimi* Principes

I.

Principes Cardinales Christianæ Orbis Domini, quæ diuo-
rio in libro, &c. quod forsan in causa extitit, vt Ioannes Trithemius in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum inter censendum libros Coriolani, dictum Defensorium omiserit, quod tamen ab illius autore in fronte aliorum suorum operum Romæ fuerat impressum, nec Trithemius ignorare potuit, qui Romanam impressionem viderat, & illius Controuersiæ in Iacobo Wimphelingio conceptis verbis meminit. Ipse autem Pontifex ad lites sedandas, & scandala tollenda promulgauit decretum, quod libro primo in præfatione Generali commemorauimus.

Sixto verò naturæ debitum soluente, Cardinales communibus suffragijs Ioannem Baptistam Cibo Ianuensem ex presbytero Cardinali sancti Laurentij in Lucina Pontificé elegerunt, die 29. Augusti, qui dictus est Innocentius Octauus, vir summæ virtutis, & prudentissimus, cunctis Principibus etiam Infidelibus charus. Hic Pontifex nostram congregationem amauit, & Templum Pacis à Sixto Quarto extructum absoluit, fenestris vitreis, iconibus, & picturis exquisitissimis ornauit. Hoc autem anno in Generalibus Comitijs nostri decreuerunt, si monasterium sanctæ Crucis Cesennæ, quod Sixtus IV. commendauerat, ad congregationem rediret, in illo Priorem, & Conuentum canonicorum, sicut in cæteris monasterijs instituerent; nam erat antea Prioratus manualis à Portuensi cœnobio pendens, quem eum dicto cœnobio Sixtus cuidam Patriarchæ Antiocheno suo familiari, ac etiá nepoti (quantum ex Onuphrio conijcio) commendauerat, quod, existente Rauenna sub Dominio Venetorum canonici Portuenses, vt cæteri dictæ ciuitatis viacti Pontificium interdictum minimè seruassent. qui Patriarcha illud per biennium tenuit, & illius, ac dicti Prioratus omnes redditus percepit, & vtrunque monasterium suppellectilibus priuauit. Verum elapso biennio, paceque inter Principes composita, & dicto Patriarcha repentino interitu sublato vtrunque monasterium nobis fuit restitutum: & ideo sequenti anno 1485. in Capitulo Generali electus fuit, & constitutus in dicto monasterio sanctæ Crucis Prior Conuentualis, sicut in cæteris collegijs, qui à Priore Portuensi nullatenus pederet. Postea cœptum est aliud monasterium extra Ciuitatem iuxta portam, quæ ab illo nunc dicitur sanctæ Crucis cum Ecclesia satis ampla, cui nonnulla bona monasterij Portuensis pro victu canonicorum in eo manentium fuerunt attributa, quod Pius Quintus in Abbatiam erexit anno 1566. monasterium vetus intra Ciuitatem adhuc manet.

II. Anno 1485. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Celsus Veronensis. Visitatores D. Hieronymus Taruisinus, D. Antonius de Monteferrato (hic fuit vir magnæ sanctitatis, & disciplinæ regularis zelantissimus instaurator, quem Ioannes Philippus noster in Chronica lib. 6. cap. 41. inter Beatos recenset. ex relatione multorum, qui illum viderant) D. Ioannes Placentinus, & D. Simon Mediolanensis. Hoc anno Reuerendissimus Dominus Daniel ex inclita prosapia de Biraghis, Apostolicus Protonotarius, in suo Viridario, & fundo existente in Parochia sancti Stephani in Brollio intra Ciuitatem Mediolani, iuxta portam Orientalē, vbi erat Oratorium paruum sub inuocatione sanctæ Mariæ de Passione, collegium canonicorum regularium nostræ congregationis sub titulo eiusdem Beatæ Mariæ de Passione, ac etiam sancti Augustini proprijs sumptibus fundauit, & dotauit, sicut testatur carta dictæ fundationis, & dotationis sub forma instrumenti publici, per notarium publicum nomine Donatum de la Turre, quondam Antonij, hoc ipso anno, die 22. Aprilis Mediolani rogata, & stipulata. Et licèt redditus dicti monasterij à principio pauci essent, tamen ob peculiarem ciuium Mediolanensium erga nostrum ordinem affectum, canonicæ disciplinæ vigorem, & rigorem iugiter in eodem monasterio seruatum, & laudabilis vitæ canonicorum in eo degentium famam, adeo in fabricis, & redditibus excreuit, vt modo cum primis collegijs & cœnobijs dictæ ciuitatis, sine alicuius iniuria sit merito comparandū: extructis nouo templo magnificentissimo cum calcidica, siue tribuna maiori cæterarum omnium dictæ ciuitatis pulcherrima, cum duplici claustro, cœnaculo, dormitorijs, hospitijs, deambulatorijs, triclinijs, cæterisque officinis elegantissimè dispositis, & absolutis, præsertim nouo claustro, quod totum ante paucos annos à fundamentis excitatum, & absolutum ipse vidi, labore potissimum, & solertia RR. Patrum DD. Celsi Dugnani, & Gabrielis Citadini dicti monasterij Abbatum. Cui monasterio Iulius II. anno 1506. addidit Abbatiam sancti Pauli de Mozano Placentinæ diœcesis, testantibus literis Apostolicis Bononiæ 10. calend. Martij datis. Ité Leo Decimus anno 1519. vniuit Prioratum sancti Michaëlis de Vulturio Mediolanensis diœcesis, cuius vnionis extant literæ Apostolicæ datæ apud sanctum Petrum 8. idus Septembris. quod tandem erectum est in Abbatiam per Pium Quintum anno 1566.

Et quoniam, vt præfati sumus, canonicæ disciplinæ vigor semper in illo fuit seruatus, inde factum, vt à primis temporibus suæ fundationis vsque in hunc diem viros præclari nominis multos semper habuerit, qui tum verbo, tum exemplo congregationem nostram, & sua tempora clariola reddiderunt: florentque nunc etiam Prædicatores celebres, & illustres, quos nō nomino, quoniam in viuis agunt, & alieno laudatore opus non habent.

III. ANno 1486. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R.P.D.Hieronymus Taruisinus. Visitatores D. Seuerinus Mediolanensis, D.Michaël Papiensis, D.Lucas Mediolanensis, & D.Syluanus Venetus. Anno 1487. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R. P. D. Seuerinus Mediolanensis, Visitatores D.Franciscus Taruisinus, D. Archangelus Vicentinus, D.Donatus Mediolanensis, & D. Philippus Vercellensis. Hoc anno Innocentius VIII. decretum congregationi salutiferum edidit contra canonicos, occultato vel dimisso habitu religionis, etiam sub prætextu beneficiorum secularium assequendorum, in habitu clericorum secularium per ciuitates vagantes, quod hic sequitur, videlicet à tergo: *Dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Procuratori Generali Congregationis Lateranensis canonicorum regularium sancti Augustini*: intus.

Innocentius Papa VII. dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Nuper nobis exponi fecisti, quod quamplures ex canonicis tua congregationis ex ea ad alios Ordines, seu similes, alterius tamẽ professionis, & dissimilis habitus, non tamen ob frugem melioris vitæ, & arctioris regulæ, seu observantiæ: sed pro ipsorũ ambitiosa cupiditate, & vt liberius inter seculares degãt, ac beneficia Ecclesiastica consequi valeant, tam temeritate propria, quam ex licentia & dispensatione Apostolica se transtulerunt, & in dies se transferunt: & quod grauius est, nonnulli cælato prædicti ordinis habitu, & occultato, per vrbes hinc inde, maximè per Romanam Curiam indecenter vagantur, non absque scandalo congregationis etiam in populo, suique honoris, & famæ diminutione. Quare humiliter, & deuotè supplicasti, vt dicta congregationi, illiusque super hoc statui opportune consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, qui congregationem ipsam propter vberes fructus, quos quotidie in vineæ Domini producit, semper dileximus, & attendentes, quod quilibet secundum Apostolum in ea vocatione permanere debet, in qua vocatus est, & propterea conseruationi dictæ congregationis, ac illius augmento, quantum cum Deo possumus, prouidere volentes, huiusmodi iustis supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium tibi, ac successoribus tuis procuratoribus eiusdem congregationis pro tempore existenti concedimus, committimus, atque mandamus, vt quoslibet ex prædictis canonicis, siue propria autoritate, siue ex dispensatione, aut licentia Apostolica sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, & concedenda, etiam ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, etiamsi illa assecuti fuerint, liceat ad congregationem reuocare, etiam sub pœnis, & censuris Ecclesiasticis, & cum auxilio brachij secularis, si opus fuerit, & huiusmodi vbilibet carceribus tradere: & quod ad id sub eisdem censuris reuocare possis, & valeas, dummodo ipsi canonici in arcto monasterio etiam sub arctiori, aut saltem æquali religione, & regula Deo famulantes, & orationibus vacantes non degant, quia qui spiritu Dei aguntur, legi minimè subiiciuntur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Maij 1487. Pontificatus nostri anno 3. Istud decretum innouauit Paulus Tertius anno 1539. die 16. Ianuarij. & ideo caueant canonici sine proprio habitu incedentes.

ANno 1488. Generale Capitulum Patauij. Rector Generalis R.P.D. Archangelus Vicentinus. Visitatores D. Eusebius Mediolanensis, D. Matthæus Veronensis, D. Isaias Estensis, & D. Augustin. Ticinensis. Hi omnes viri præclari. IV.

Anno 1489. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis R.P.D. Celsus Veronensis. Visitatores D. Ioannes Placentinus, D. Simon Mediolanensis, D. Germanus Vercellensis, & D. Eleutherius Vicentinus. Hic fuit Poeta celebris, qui multa opuscula versibus heroicis hexametris exarata in lucem edidit.

Anno 1490. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R.P.D. Hieronymus Taruisinus. Visitatores D. Lucas Mediolanensis, D. Michaël Papiensis, D. Angelus Placentinus, & D. Syluanus Venetus. Hoc anno Innocentius quasdam licentias tã à se, quam à suis prædecessoribus concessas nonnullis canonicis nostræ congregationis, vt pecunias priuatim habere, illisque priuatim frui possent, quod erat alienum à regularibus institutis, & in malum exemplum, & scandalum, & animarum periculum vergebat, cassauit & reuocauit, iubens, neminem pecunias sine licentia Capituli Generalis posse recipere, vel tenere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, prout habetur in literis ad Rectorem Generalem tunc, & pro tempore futurum directis, die 12. mensis Maij apud S. Petrum emanatis. Anno 1491. Generale Capitulum Ferrariæ. Rector Generalis R.P.D. Seuerinus Mediolanensis. Visitatores D. Donatus Mediolanensis, D. Philippus Vercellensis, D. Gabriel Vicentinus, & D. Augustinus Vercellensis.

Anno 1492. Generale Capitulum Patauij. Rector Generalis R.P.D. Archangelus Vicentinus. Visitatores D. Matthæus Veronensis, D. Isaias Estensis, D. Iustinianus Vicentinus, & D. Augustinus Ticinensis. Hoc anno Innocentius VIII. ex hac vita migrauit die 25. Iulij, & in eius locum electus Ludouicus Borgia Calisti Tertij ex sorore nepos, qui Alexander Sextus fuit appellatus. Anno 1493. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis R.P.D. Celsus Veronensis. Visitatores D. Ioannes Placentinus, D. Simon Mediolanensis, D. Hieronymus Mediolanensis, & D. Germanus Vercellensis.

ANno 1494. Generale Capitulũ Rauennæ. Rector Generalis R.P.D. Syluan' Venetus. Visitatores D. Angelus Placẽtinus, D. Lucas Mediolanẽsis, D. Constantius Mediolanensis, & D. Augustinus Taruisinus. Hoc anno in Episcopatu V.

Spole-

Spoletano propè oppidum Triuij magnum prodigium, & malorum Italiæ imminentiũ prognosticon apparuit. Erat propè oppidum sacellum quoddam in Triuio, siue in compitis, vt multis in locis fieri consuevit, vbi Beatissimæ Virginis imago in pariete depicta lachrymas fundere visa est, quod miraculum multi conspexerunt. Spargitur exinde rumor apud Oppidanos, postea ad propinquas ciuitates, tandemque Romam vsque attingit: vnde propterea populorum magnus concursus, conferuntur eleemosynæ, templumq; nobilibus magnitudinis, & miræ pulchritudinis ad Dei, & Beatæ Virginis honorem erigitur, sanctæ Mariæ de lachrymis nunc etiam vocatum. quo absoluto ciues Treuienses, comperta bona fama canonicorum nostræ congregationis, nobis illud monasterij ædificandi gratia tribuere cupiebant, quam ob causam D. Iacobum Cremonensem Procuratorem Generalẽ per illas partes iter facientem rogauerunt, vt locum ad monasteriũ construendum acciperet, omnia ad structuram necessaria pollicentes: qui proximo sequenti Capitulo Patribus illum accipere suasit, etsi locus paupertinus esset, nullosq; omnino habens reditus præter piorum eleemosynas, sed habituris bona plurima, si Deum timuissent, & Beatissimæ Virgini debitum seruitutis obsequium deuotè, & ex animo impendissent, prout monasterio Casoretano contigerat. loco à nostris acceptato cũ facultate ab Ordinario, ac etiam à Sede Apostolica obtenta, monasterium sub titulo Præposituræ apud dictam Ecclesiam erigendi, missus est ad dictum locum Ven. P. D. Syluanus Venetus, qui anno præcedenti fuerat Rector Generalis, cum decem canonicis, quos Treuienses cum gaudio susceperunt, & vt monasterium citius perficeretur, omnia illis ad victum, & vestitum necessaria per quinquennium tribuere promiserunt: & ita breui tempore monasterium satis pulchrum ibidem est ædificatum, in quo per multos annos mansit copiosus numerus canonicorum, in magna districtione viuentium, ad Dei laudem, & populorum ædificationem: cui nonnulli pietatis zelo excitati quædam prædia, & redditus donauerunt, præsertim Nobiles de Valentibus, qui apud dictam Ecclesiam sepulturam elegerunt, in qua nouissimè Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Erminius de Valentibus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Fauentinus fuit tumulatus. Verum ab aliquot annis numerus canonicorum ob redditus attenuatos fuit diminutus. Alexander Sextus anno 1501. 4. calendas Martij ad preces communitatis prædicto monasterio addidit Ecclesiam S. Ioannis de Platea, quæ erat in oppido Triuij.

VI. ANno 1495. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Seuerinus Mediolanensis. Visitatores D. Nicolaus Papiensis, D. Nicolaus Astensis, D. Philippus Vercellensis, & D. Gabriel Vicentinus. Anno 1496. Capitulum Generale Ferrariæ, Rector Generalis R. P. D. Philippus Vercellensis, Visitatores D. Matthæus Veronensis, D. Donatus Mediolanensis, D. Augustinus Papiensis, & D. Augustinus Vercellensis. Huic Capitulo, seu illius Vicario Generali, ac diffinitoribus Reuerendissimus Dominus Ioannes Electus Mutinensis Sanctissimi Domini nostri Alexandri Papæ Sexti Referendarius sequẽtes literas direxit: *Reuerendo in Christo Patribus D. Vicario Generali, ac Diffinitoribus Capituli Congregationis Lateranensis, mihi honorandis.* intus: *Reuerends in Christo Patres fratres obseruande salutem in Domino. Virtutum species, & profectus congregationis vestræ merita tanta me charitate, deuotione, erga P. V. deuinxere, vt quicquid ingenij, ac virium in me esse censetur, id totum honori, ac commodi vestri gratia, & excitare mihi gratissimum sit, & opportunitate occurrente exponere semper paratissimus sim. in hiis quippe omnibus, siue quæ priuatis, siue quæ publicis in rebus dictæ congregationi vestræ conducere videntur, portionem quandam habere, meque participem esse existimo. Quo fit, vt ea quæ nuper à Sanctissimo Domino nostro congregatio vestra consequi mea opera viuæ vocis oraculo optauit, à Beatitudine sua omni, qua potui diligentia obtinuerim, quæ sunt infrascripta videlicet, vt Prælati congregationis vestræ Lateranensis per alios Ordinis vestri professos tamen, verberari facere possint clericos, & commissos, seu Conuersos eiusdem congregationis causa correctionis, & regularis disciplinæ, quæ ipsi Prælati de iure tenentur manu propria, si possunt, verberare. Item ebs, qui sunt incorrigibiles, & rebelles, & omnino indisciplinabiles, qui multoties non corriguntur, eycere possint de congregatione, ablato saltem professionis habitu, ne suis malis moribus alios bonos inficiant, atque contaminent, vt similiter faciunt alij Ordines claustralium. Item vt canonici congregationis prædictæ, qui ex natura, vel alia ex causa vinum non bibunt, possint sine scrupulo post sumptionem sanguinis in Missa perfundere eum aqua simplici propter eorũ stomachos, qui vinum abhorrent, & eos aliquando ad vomitum excitat: & sic de cætero in quibuscunque, quæ honori, & vtilitati, & commodo dictæ congregationis esse cognouero, nunquam me defuturum reipsa cognoscetis. nec plura, nisi quod in orationibus vestris mei memoriam habere velitis. bene valete. Romæ 24. Aprilis 1496. Vester in omnibus, Ioannes Electus Mutinensis Sanctissimi Domini nostri Datarius, & Referendarius manu propria.* quæ literæ, quod ad electionem incorrigibilium attinet, vtinam à nostris, & ab omnibus regularibus bene institutis executioni demandarentur, non enim tanta mala regularium ordines in dies sustinerent.

VII. ANno 1497. Generale Capitulum Bononiæ. Rector Generalis R. P. D. Augustinus Ticinensis. Visitatores D. Celsus Veronensis, D. Germanus Vercellensis, D. Ioannes Maria Nouariensis, & D. Hieronymus Mediolanẽsis, sub quorum regimine referam, quæ dictus Augustinus

Ticinensis in sua Historia manuscripta, quæ Papiæ in Archiuo Diui Petri in cœlo aureo seruatur, accidisse verbis sequentibus sic describit: *Tempore Alexandri Sexti Pontificis, dum Romæ essem, nostri Ordinis Rector Generalis, ad pedes eiusdem Pontificis constitutus, assistentibus Cardinalibus, Neapolitano, Senensi, & Vrsino ego, vt canonici regulares in Lateranensi Basilica confirmarentur, remanentibus tamen ibidem secularibus canonicis, ita vt esset duplex distinctum collegium: ad se facturum Pontifex lubens pollicitus est, hac lege, vt assignatis canonicis regularibus certis prouentibus, auctoritate Apostolica interueniente, & publico instrumento in Capitulo Generali confirmato, quod dicti canonici regulares in posterum nullo vnquàm tempore per se, vel per alios agerent, vt dictis canonicis secularibus eorũ beneficia ablata acceptarent. quæ lance lege res effectum euenisset nisi obstitisset casus Cardinalis Vrsini, qui tam plurimos ciues Romanos, quam canonicos seculares ad id tam pium opus dispositos, capaceſque fecerat.* Hæc ille. Porro Cardinalis Vrsinus, teste Onuphrio, vocatus est Ioannes Baptista de Vrsinis, qui potissima causa fuerat vt Alexander Pontifex crearetur.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

De reformatione quatuor monasteriorum S. Georgij de Brinate, S. Mariæ de Frisa prope Lancianum, S. Mariæ de Crescentiaco apud Mediolanum, & S. Iuliani propè Spoletum.

I. ANno 1498 Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis D. Syluanus Venetus. Visitatores D. Angelus Placentinus, D. Isaias Estensis, D. Gabriel Mediolanensis, & D. Matthæus Vercellensis. Hoc anno Reuer. Dominus Antonius de Stangis nobilis Cremonensis, & Protonotarius Apostolicus, qui antiquam Præposituram S. Georgij, in loco Brinate nuncupato, ad ripas Ticini fluminis, diœcesis Mediolanensis, in commendam tenebat, sub certis conditionibus resignauit, vt suo Ordini, nostræque congregationi traderetur: quarum vna extitit, vt in dicta Præpositura conuentus quatuordecim canonicorum sub vno Priore constitueretur, quibus ipse Ecclesiam Parochialem cũ cura animarum, & quinquaginta perticis terræ adiacentis, nec non tertiam partem bonorũ immobilium dictæ Præpositurę pro victu canonicorum tribueret, cæteris illius bonis Præpositis Commendatarijs reseruatis, quam resignationẽ & concessionem probauit Alexander VI. per Bullas emanatas apud S. Petrum 6. Idus Ianuarij 1498. quarũ vigore conuentus septem canonicorum statim per nostros fuit institutus, sub D. Eusebio de Corradis Priore, qui primus dicti monasterij corporalem possessionem apprehendit; nam alij septem canonici omissi fuerant, donec monasterium ædificaretur, quod totum in ampliſſimam, & pulcherrimam formam à nostris est ædificatum, & Ecclesia similiter à fundamentis renouata. Postmodum anno 1511. idem Reuerendissimus D. Antonius Stanga Protonotarius, & Commendatarius totam Præposituram cum omnibus illius bonis, & iuribus ad fauorem nostræ congregationis sponte in manibus Pontificis resignauit, qui illam nostræ congregationi totaliter vniuit, adiecta conditione, vt numerus triginta canonicorum in illa iugiter maneret, datis literis apud sanctum Petrum 6. Idus Septembris eiusdem anni 1511. Pontificatus Iulij Secundi anno 8.

In hoc monasterio floruit vir magnæ probitatis, & pro sancto habitus Venerandus Pater Dominus Antonius de Glusianis Præpositus, de quo libro proximè præcedenti c. 49. dictum fuit. Ecclesiam quæ nunc extat, fundauit, & absoluit ante annos circiter triginta R. P. D. Desiderius Mediolanensis loci Præpositus.

II. ANno 1499. Generale Capitulum Patauij. Rector Generalis R. P. D. Gabriel Vicentinus. Visitatores D. Ioannes Placentinus. D. Martinus Mediolanensis, D. Andreas Mediolanensis, & D. Albertus Veronensis. In quo Capitulo Ven. P. D. Syluanus Venetus vir magni consilij, proposuit optimum sibi videri, si Abbatiam S. Mariæ de Frisa propè Lancianum, quæ erat mẽbrum monasterij Tremitani, Patres à dicto monasterio seiungerent, & proprium Abbatem cum conuentu canonicorum in illa statuerent: quod post aliqualem altercationem collatis tandem suffragijs obtinuit, & proprius Abbas more cæterorum monasteriorum in illa constitutus D. Ioannes Baptista de Cotignola. De cuius Abbatiæ fundatione, quæ in scriptis authenticis inueni, breuiter describam. Circa annum 1040. Illustris Comes Trasimundus Castri Frisæ nuncupati Dominus, quod est in Apprutio propè Lancianum, fundauit Abbatiam insignem in Castro Frisæ sub inuocatione S. Mariæ, quam de proprijs bonis dotatam monasterio Tremitano, & congregationi monachorum ibidem existenti donauit, pro redemptione animæ suæ, & Comitis Azoni sui parentis, & Dominæ Purpuræ suæ coniugis iam defunctæ, & Dominæ Antiochiæ alterius coniugis tunc viuentis, potestate per suos prædecessores obtenta à Luitprando Rege Longobardorum disponendi de suis bonis, & fundis in opera, & legata pia. Cui Abbatiæ præter libros, calices, & paramenta, donauit modios terræ

ducentos

ducentos triginta prope locum Feltrinum nuncupatum, & oppidum S. Ioannis cum molendinis, vineis, oliuetis, syluis, fabricis, & alijs rebus ibidem existentibus. Itē alios terræ modios sexaginta duos propè S. Martinum, & propè Fluuium Morum. Item alios modios terræ viginti vnum, quibus cohærebant territorium Ortonæ, Rinogatti, & Vallonis Vulpium, qui omnes cum territorio oppidi S. Ioannis faciunt modios 466. confectæ sunt tabulæ dictæ donationis an. 1044. die 5. Decembris Indictione 3.

Anno vero 1145. Indictione 8. die 8. mensis Septemb. Illustris Dominus Matthæus Rophini, Dominus Castri Frisæ, pro redemptione animæ suæ, & filiæ Dionysiæ nuper defunctæ, & in eodē monasterio sepultæ, remisit, & donauit eidem monasterio quoddam feudum, quod aspirebatur, fuisse prius Ecclesiæ S. Martini, quæ suffraganea ipsius Ecclesiæ S. Mariæ de Frisa, & illius membrum, & cella, confectis tabulis publicis, quæ per illum, & multos testes proprijs illorum manibus fuerunt firmatæ, quarum authenticum nuper ad manus meas tradente quodam clerico secuti deuenit, quod in Archiuo Romano Pacis est repositum in pluteo Scripturarum monasterij S. Mariæ de Frisa.

Rursus anno 1301. die 30. Octobris quædam mulier deuota nomine Soropace, filia Gilioni Spopetani, habitatrix Lanciani, donauit prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Frisa domum vnam cū horto existentem in ciuitate Lanciani prope Ecclesiam S. Antonij, tabulas conficiente Roberto de Casali Regio notario, quarum similiter authenticum à prædicto clerico mihi traditum ibidem locaui.

III. PRædictæ quoque Abbatiæ in priuilegijs per Leonem IX. & Nicolaum Secundum, & alios Abbati, & monasterio Tremitano factis mentio habetur, quæ cum eodem monasterio Tremitano per Gregorium XII. nostræ cōgregationi fuit vnita, cuius membrum extitit vsque ad hunc annum 1499. quo in Generalib. Comitijs proprius Abbas cum conuentu canonicorum fuit in in eadem constitutus. Postea verò tractatum fuit de monasterio intra Ciuitatem Lanciani construendo, quod Castrum Frisæ totum esset dirutum, & desolatum, obtentoque à ciuibus loco prope portam S. Claræ, nouam Ecclesiam, & monasterium sub titulo sanctæ Mariæ nouæ nostri construere cœperunt in quo quidem opere benefactorem insignem, & adiutorem strenuum nacti fuerunt Equitem Illustrem Dominum Dymnū de Riccijs, qui se filijs orbatum cernens, dictam Ecclesiam omnium bonorum suorum hæredem vniuersalem instituit, conditione adiecta, vt intra decennium Ecclesia sub titulo B. Mariæ de Miraculis ibidem construeretur, & absolueretur, quod præstitum fuit. Ipse verò D. Dymnus paulo post vita functus in monasterio fratrum Eremitarum in sepulchro, quo tibi viuens posuerat, fuit tumulatus. Obijt anno 1504. Eodem autem anno die 24. Ianuarij D. Lucas Nouariensis monasterij Abbas illius hæreditatem adiuit, in qua comprehendebatur Castrum Fossa cieca nuncupatum, cuius dominium obtinuit, & à Vassallis iuramentum fidelitatis sibi præstari fecit in Ecclesia sancti Donati, & fabricam Ecclesiæ accelerauit, quæ anno 1513. est absoluta, & eodem anno cōsecrata, prout testatur publicum instrumētum eodem anno die 22. Decembris rogatum per publicum tabellionem Tyberium Vitalem. Canonici vero regulares eidem Illustri Equiti Dymno grati animi monumentū ex albo marmore in Ecclesiæ pariete loco conspicuo cum sequenti epitaphio posuerunt.

Hæc Pia Templa facit.

DYMNO RICCIO, EQVITI AVRATO, STRENVO, FIDELI, PATRIÆ PROTECTORI HVIVSQVE SACRÆ ÆDIS ERECTORI, CANONICI REGVLARES INSVLÆ DIOMEDEÆ POSVERVNT, ANNO MDLVI.

Habuit etiam hoc monasterium insignes benefactores Ioannem Antonium Impaciatorē, Marcum Blancum, D. Gasparem Auentinum Lanciani Archipresbyterum, & vtriusque iuris Doctorem, qui dictā Ecclesiam suorū bonorum hæredem instituerunt. Vocata est autem Ecclesia sanctæ Mariæ Nouæ ad differentiam alterius antiquæ sanctæ Mariæ de Frisa.

IV. ANno MD. Capitulum Generale Patauij. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Mediolanensis. Visitatores D. Donatus Mediolanensis, D. Fœlix Cremonensis, D. Valerius Vicentinus, & D. Nicolaus Venetus. Anno 1501. Capitulum Generale Cremonæ. Rector Generalis R. P. D. Philippus Vercellensis. Visitatores D. Augustinus Ticinensis, D. Illuminatus Mediolanensis, D. Fulgentius Reginus, & D. Hieronymus Venetus. Anno 1502. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Augustinus Ticinensis. Visitatores D. Germanus Vercellensis, D. Desiderius Patauinus, D. Martinus Bergomensis, & D. Augustinus Mantuanus.

Hoc autem anno Illustriss. Dom. Fridericus Sanseuerinus S. Theodori Diaconus Cardinalis, qui Præpositurā insignē Ordinis canonicorum regularium S. Mariæ de Crescentiaco, multis aurcorum millibus in suis redditibus abūdantem, in Commendam tenebat, quæ licet olim esset caput congregationis, & curam animarum adiunctam haberet, ad eam nihilominus desolationem in spiritualibus deuenerat, vt vnus ibi canonicus cum nonnullis clericis mercede conductis ad sacra facienda solummodo resideret, cum R. P. D. Constantio Applano Procuratore Generali nostræ congregationis de conuentu

canoni-

canonicorum sub regimine vnius Prioris in eadē Præpositura ex nostris constituendo habuit tractatum, quibus monasterij fabricas, & curam animarum cum Ecclesia, & illius mobilibus, certoque terræ ambitu circa monasterium, paruaque summa pecuniarum pro victu, & alimentis canonicorum, siue pro mensa tribueret: ipsa tamen Præpositura cum cæteris omnibus iuribus, & bonis eidem Friderico, & futuris Commendatarijs reseruata. Conuentione inita supplicatū est Pontifici pro traditione, & vnione prædictæ mensæ Prioralis, obtentæque literæ Apostolicæ 4 idus Decemb. eiusdem anni 1502. Pontificatus Alexandri VI: anno vndecimo. ex quo tempore conuentus septem canonicorum sub regimine Prioris in dicto monasterio per nostros fuit constitutus, qui ex quindecim ferè aureorum millibus, qui ex dicti monasterij redditibus capiūtur vix necessaria percipiunt. ille autem canonicus nomine frater Albertus Mediolanensis, vsque ad mortem cum nostris in eodem monasterio manere voluit. De hoc monasterio, & de tota congregatione S. Mariæ de Crescentiaco dictum est lib. 2. cap. 26. & 49.

V. EOdem anno cœnobium Abbatiale S. Iuliani propè Spoletum, cum aliquot illius membris, & Ecclesijs Parochialibus illi subiectis, & annexis, instantibus ciuibus Spoletanis, nostræ Lateranensi congregationi fuit vnitum. Istud cœnobium, est vetustissimum, cuius fundatio B. Gregorij Papæ tempora præcedit; nā illius fundator fuit Ven. & sanctus Abbas nomine Isaac, qui venerat in Italiam de Syria, vt S. Gregorius lib. 3. Dialogorum cap. 14. scribit. Hic enim sanctus vir cum prioribus temporibus Gothorum ad Vrbem Spoletanam deuenisset, in monte vrbi imminente monasterium S. Iuliano Martyri nuncupatum excitauit, ac in eo familiam numerosam monachorum congregauit, non quidem ex D. Benedicti instituto, vt nonnulli asserunt. quomodo enim S. Benedicti discipulus, & alumnus esse potuit, qui teste D. Gregorio loco citato prioribus tēporibus Gothorū apud Spoletanos iam in veneratione habebatur? cum priora tempora Gothorum annum Christi 500. antecesserint, quo tempore S. Benedictus adhuc puer erat. Creuit autem sub sancto viro numerus monachorum, propter quod plura illi bona largita, pluraque monasteria, & cellæ sub eodem instituto, tanquam membra sub capite plantata, inter quæ monasterium S. Ansani Martyris intra Ciuitatem, vbi reliquiæ ipsius sancti viri Isaaci sunt tumulatæ. Porro autem cum Ordo D. Benedicti prope Cluniacum in Gallijs reformationem insignem accepisset, monachi Benedictinēses iuxta reformationem prædictam instituti S. Iuliani cœnobium obtinuerunt, post annum Christi millesimum, circa quod tempus ijdem Cluniacenses Ecclesiam S. Petri Perusinam vbi erat sedes Cathedralis cum collegio canonicorum regularium, ipsis canonicis cum Cathedrali intra Vrbem in æde Laurentio Martyri recens ædificata collocatis, obtinuerunt, & D. Benedicti cœnobium erexerunt sub Beato primo Abbate, quod illius monasterij tabularia testantur.

16 Monast.

Cæterum, quantæ olim dignitatis, & amplitudinis fuerit Diui Iuliani monasterium, ex Vrbani III. priuilegio sic accipe, quod ad instar alterius Alexandri III. fuit exemplatum.

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Abbati monasterij S. Iuliani de monte Spoletano, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Cum sinus ad curam, & regimen vniuersalis Ecclesiæ, licet immeriti, prouidentia superna dispositionis assumpti, si quando postulantur à nobis, quæ ad Ecclesiarum tuitionem pertineat, petentium desiderijs clementer nos conuenit condescendere, & vota effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium S. Iuliani de monte Spoletano, in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis memoriæ prædecessorum nostri Alexandri Romani Pontificis, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locū ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis, & possessionibus iuxta monasterium vestrum, qua certis limitibus distinguitur, scilicet à via iuxta Ecclesiam S. Petri foris portam, & vadit in montem, & deinde vsque ad Ticinum, & à Ticino per Fossatum Vallechiæ vsque ad Eremū Subelmi, & ab Eremo vsq; in finem Vallis cecæ, & deinde vsque ad Villam S. Antimi, & à Villa iuxta Syluam montis Luci, vsque ad memoratam Ecclesiam S. Petri. In territorio circa Ciuitatem terras, vineas. in Curte S. Briū terras. in Curte Castelli Lathaidi terras. in Curte Maccani terras. in Curte Iani, quæ est vocabulum Cisternæ, homines, & terras totam curtem seminiuæ, cum hominibus, terris, vineis, & syluis. in terra Arnulphi in vocabulo Semimas, & Mandræ homines, terras, syluas, & vineas. In Ciuitate Spoletana monasterium S. Isaac cum capellis, & pertinentijs suis, capellam S. Archangeli in eadem Ciuitate Ecclesiam S. Angeli de Rinoscio cum capellis, & pertinentijs suis, Eremum sanctæ Agnetis intra muros cum pertinentijs suis. Interamne capellam S. Cyriaci cum pertinentijs suis. Capellam S. Martini de Cesarbosa cum pertinentijs suis. Eremū S. Mariæ montis Iouis cum pertinentijs suis, capellam S. Antimi iuxta eandem

dem

dem montem. In Castello montis capellam sancti Agnelli cum pertinentijs suis. In Gauelle Hospitale S. Cathaldi cum pertinentijs suis. Apud Petram capellam S. Antimi cum pertinentijs suis, Ecclesiã S. Crucis de Aquasolama cum capellis, & hominibus, & cæteris pertinentijs suis. Ecclesiam sanctorum Apostolorum iuxta ciuitatem cum plebibus, capellis, & alijs pertinentijs suis. Hospitale S. Pauli de Quinto cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Campello cum capella, hominibus, & alijs pertinentijs suis. Monasterium S. Cypriani cum capellis, & hominibus, & alijs pertinentijs suis. Capellam S. Martini Vallis cum pertinentijs suis. Medietatẽ capellæ S. Laurentij de Martano cum pertinentijs suis. Capellam S. Andreæ de Fossano cum pertinentijs suis. Capellam S. Saluatoris de Cisterna cum pertinentijs suis. Capellam S. Andreæ de Semmine cum pertinentijs suis. Hospitale de Canallara cum pertinentijs suis. Monasterium Sancti Petri de Pilo ceruino cum capellis, & alijs pertinentijs suis. Plebem S. Antonij cũ capellis suis, & hominibus, & alijs pertinentijs suis. Ecclesiam S. Andreæ de Pollmonte cum capella, hominibus, & alijs pertinentijs suis. Canonicam S. Mariæ de Laurentio cum medietate plebis S. Stephani, & Castello, hominibus, & capellis, & alijs pertinentijs suis. Capellam S. Paulinæ eandem Ecclesiam. In Benania terras, & vineas. In Curte Crucigronu terras. In Petra aucta terram Episcopatu Assisinate, capellam S. Andreæ de Bracano cum pertinentijs suis. Monasterium S. Quirici cũ capellis, hominibus, & alijs pertinentijs suis. Ecclesiam S. Clementis cum capella, & alijs pertinentijs suis. In Episcopatu Tudertino monasterium S. Agnelli cum capellis, hominibus, & alijs pertinentijs suis. Monasterium S. Petri de Partalla cum capellis, hominibus, & alijs pertinentijs suis.

VI. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos, & seculares fugientes liberos, & absolutos, ad conuersionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. In Parochialibus autem Ecclesijs, quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere, & Episcopis præsentare, quibus fiduciam fuerint, Episcopi curas animarum committant, ita vt de Plebis cura Episcopis, vobis de temporalibus teneantur respondere. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, Ordinationes clericorum, vel monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & sine prauitate aliqua vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis, quemcunque maluerit is, Catholicum adire Antistitem, qui nostra fultus autoritate, quæ postulantur, indulgeat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. sepulturam quoque ipsius loci decernimus esse liberam, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati sint, vel interdicti, nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, secundum Deum, & B. Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolicæ autoritate, & Diœcesanorum Episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire præsumpserit, secundo, tertiòue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se existere diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Vrbanus Papa Tertius. Ad te Domine leuaui animam meam.

Ego Vrbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Theodorus Portuensis, & sanctæ Praxedis Episcopus.

Ego Henricus Albanensis Episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis, & Veletrensis Episcopus.

Ego Ioannes presbyter Cardinalis tituli S. Marci.

Ego Laborans presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ trans Tyberim de Colum.

Ego Pandulphus presbyter Cardinalis tit. duodecim Apostolorum.

Ego Albinus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ierusalem.

Ego Melior presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Ioannis & Pauli.

Ego Adelardus presbyter Cardinal. tit. S. Marcelli.

Ego Ardittio Diaconus Cardinalis tituli sancti Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Soffredus sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis.

Ego Petrus Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Adulphus S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardinalis.

Datum Veronæ per manum Trasimundi S.R.E. Notarij, 3 Idus Martij, indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno 1185. Pontificatus verò Domini Vrbani III. anno primo.

VII. PORro vt solet cunctæ res mortalium progressibus temporum labi & ruere, cœnobium adeo præcipuum, & locuples, & tot sanctorum hominum plantarium, paulatim conciderat, & ad ruinam omnimodam deuenerat, monachis ibi deficientibus, & bonis omnibus vel occupatis à laicis, vel clericis secularibus commendatis: in quo quidem per multos annos vsque ad annum 1502. perseuerauit, quo tempore illud in commendâ tenebat D. Hermodorus Melchioris clericus Spoletanus, qui ad preces vniuersitatis ciuium Spoleti commendam in manibus Alexandri VI. ad fauorem nostræ cõgregationis liberè resignauit. Pontifex verò prædictis ciuibus supplicantibus monasterium cum omnibus illius bonis, iuribus, turisdictionibus, & pertinentijs, extincto in eo instituto, & ordine S. Benedicti, & instituto inibi ordine canonicorum regularium S. Augustini, nostræ congregationi Lateranensi vnuit, simul cum collationibus omnium, & singularum Eccl. siarum, & beneficiorum, cum cura, & sine cura regularium, & secularium, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamcunque aliam dispositionẽ Abbatis dicti monasterij pro tempore existentis quomodolibet spectantium, datis literis Apostolicis apud S. Petrum 3. nonas Septembr. anni 1502. Pontificatus autem sui anno 11. quarum vigore Procurator Generalis nostræ congregationis Spoletum cum aliquot canonicis profectus, illius corporalem possessionẽ est assecutus. Cum autem conuentus canonicorum aliquot annis in eodem monasterio mansisset, quod in monte à Ciuitate satis remoto positum est, rogantibus ciuibus ad aliud monasteriũ intra Ciuitatem S. Ansani, vel S. Isaaci nuncupatum, quod est membrum prædicti monasterij S. Iuliani, vt ex priuilegio proximè recitato liquet, ipse canonicorum conuentus fuit translatus, & Abbas in eo constitutus, qui dicitur Abbas S. Ansani: cuius regimini præter nonnullas Parochiales, quę per dicti monasterij canonicos reguntur, subsunt etiam duo præcipua collegia canonissarum nostræ congregationis S. Matthæi, & S. Mariæ de Stella. Manente nihilominus Abbate S. Iuliani cum Parocho, nam Ecclesia S. Iuliani est etiam Parochialis.

In Ecclesia vero S. Ansani conduntur reliquiæ S. Isaaci monasterij S. Iuliani primi fundatoris, cuius vitam B. Gregorius lib. 3. Dialogorum cap. 14. describit, à quo prædicta Ecclesia S. Ansani dicitur etiam Ecclesia siue monasterium S. Isaaci, vt ex præfato Vrbani III. priuilegio apparet.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

De Venerabilis monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papiæ reformatione facta per Canonicos regulares Congregationis Lateranensis.

QVoniam de Venerabilis, & insignis monasterij D. Petri in Cœlo aureo Ciuitatis Papiæ fundatione, dignitate, priuilegijs, nec nõ de regularibus, qui illud à prima institutione vsque annum millesimum, & quingentesimum nostræ salutis tenuerunt, in calce primi libri sufficienter dictum fuit, nunc quod præsentis instituti, ac loci ratio postulat, ea prosequenda. quæ ad dicti monasterij reformationem factam per canonicos nostræ Lateranensis congregationis spectare videbuntur. Nam eũ de anno 1465 vltimo prædicti monasterij Abbate canonico regulari Stephano de Iudicibus nũcupato decedente, Paulus II. cuidam Cardinali Iacobo tit. S. Crysogoni monasterium commendasset, contra quàm Sanctiss. Pontifex speraverat, disciplina canonica paulatim relaxata, numeroque canonicorum imminuto, & cultu diuino propemodum neglecto, monasterium ad tantam relaxationem deuenerat, vt cum tempore Alexandri VI. Raphaël Riarius Cardinalis illud similiter in commendam accepisset, canonicorum ibi tunc degentium mores, & vitam pertæsus, de illo reformando, cultuque diuino in eodem restituendo statim cogitaret. Qui vt cogitatum ad effectum perduceret, ad canonicos regulares cõgregationis Lateranensis, de quorum vitæ integritate plurimum confidebat, quorum primi reformatores à prædicto monasterio originem traxerant, vt eorum introductione monasterium reformaretur, mentis aciem, & animum direxit, quibus anno 1496. in Generali Capitulo congregatis sequentes literas, ex illarum originali, quod adhuc in Archiuio nostro Romano seruatur, exscriptas in hunc modum direxit: *Reuerendi viri Rectori, & Capitulo congregationis generalis regularium canonicorum S. Augustini de Obseruantia Lateranensium, amicis nostris præcipuis, Raphaël S. Georgij Diaconus Cardinalis Dominus Papæ Camerarius. Religiosi viri, amici nostri præcipui salutem. Putamus, vos desiderare, vt congregatio vestra, sicut filij nouelle olim arum, multiplicet, & conuentualia loca ad regularem obseruantiam reducantur. nos proinde, quæ cura nostra sunt*

L. 17 Ad 1498.

a intermissa, nos minus studiose perquirimus. Habemus sub nostra commenda monasterium S. Petri in Cœlo aureo Papiensi, Ordinis Conuentualis S. Augustini, & cupimus sub laudabili regula vestra obseruantia reduci debere. & proinde vos hortamur, velitis vna cum aliis locis eiusdē vestræ obseruantiæ aggregare, itavt in eodē monasterio in tā celebri ciuitate cōsistato, & vbi corpus Venerandi S. Augustini humatum existit, ad deuotionem eius beatitudinis, & sanctitatis diuinus cultus augeatur, & perpetuo manuteneatur. Nos enim ad tam sanctum, & laudabile opus nihil omittemus, vnde id perficiatur, modo vos pariter nobiscum concurrere non postponatis. Expectamus itaque aliquem à vobis ad id quantocius destinandum, vt valeamus, & augmentum vestræ congregationis, & opus meritorium adimplere, & bene valere. ex Vrbe die 6. Aprilis 1496.

Quibus literis acceptis Generale Capitulum sic decreuit: *Respondeatur quod Reuerendiss. Dominationi suæ commensas gratias agimus pro oblatione quam fecit, & quod ad Dominationem suam Reuerendiss. aliquos ex nostris mittemus, qui negotium diligenter pertractent, & componant.* Missi deinde Romā nonnulli ex Patribus cum Procuratorio, cum quibus dictus Cardinalis maturo sæpius habito tractatu, ipsisque ad opus tam laudabile, ob reuerentiam præsertim sacrarum reliquiarum Beatissimi Patris Augustini dispositis, ac paratis, decreuit, supplicationem pro dicta reformatione sub certis pactis, & conditionibus inter ipsas partes initis, Pontifici porrigere, quam ipsemet porrexit, & illius signaturam à Papa obtinuit, & signatam cuidam sibi domestico quantocius executioni mandandam commisit: quam nihilominus executionem malitia illorum temporum, & occurrentia discrimina per aliquod temporis spatium tenuerunt, dum præfatus Cardinalis ab Vrbe recedens primò Papiam, deinde in Gallias proficiscitur, nec prius ad vrbem reuertitur, quàm Alexander VI. ex hac luce commigret. post cuius obitum illo Romam regresso cum Iuliano de Rauere, qui pariter in partibus Galliarum Alexandri VI. temporibus degebat, quem non multò post Cardinales Pontificem elegerunt, canonici Lateranenses prædicti Cardinalis voluntatem persequentem de prefato S. Petri monasterio per illos reformando perspectam habentes, accedente quoque consensu veterum canonicorum eiusdem monasterij. per publicum instrumentum anno 1500. ad id specialiter præstito, ad expeditionem Bullarum processerunt, quæ datæ fuerunt apud S. Petrū 6. Calend. Decemb. anno 1503. Pontificatus Iulij II. anno primo, in quibus dictæ supplicationis per Alexandrum VI. 4. Idus Iunij Pontificatus sui anno. 5. signatæ, mentio habetur.

II. QVibus nihilominus dicto anno 1503. vt præmittitur expeditis, non solùm illarum executio sex circiter annis fuit retardata; verùm etiam animus dicti Cardinalis, qui Fratrum Eremitarum Protector fuerat delignatus, in contrariam sententiam quodammodo mutatus: nonnullis suadentibus eandem reformationem non amplius ex canonicis Lateranensibus, sed ex Lucensibus S. Frigdiani acceptis perficere, quod tentatum est. accito ex dicto S. Frigdiani cœnobio Priore, qui in monasterio S. Petri Papiensi præesset, cui cum parum feeliciter susceptā prouincia succederet, relicto monasterio ad suam S. Frigdiani canonicam est regressus. Quare prædictus D. Cardinalis videns per S. Frigdiani Canonicos nō illud posse reformari, suo in dicto monasterio locū tenenti, & Syndico, nomine D. Petro de Bertolinis Foroliuiensi, Legum Doctori, & Ecclesiæ Pisanæ Præposito, per suas literas anno 1509. die 15. Ianuarij scriptas, in mandatis dedit, vt reformationem dicti monasterij per nostros Lateranenses secundum conuentiones alias inter partes initas & in Bullis expressas, quam citius perficere curaret qui D. Petrus accitis nostris canonicis, habito etiam nouo consensu à prisceis canonicis, qui se in nostram societatem libentissimè transituros pollicebantur, illam tandem ad Dei laudem, & Beatissimi Patris nostri honorem perfecit, & nostros vna cum antiquis canonicis sponte consentientibus, & libentissimè recipientibus, in corporalem possessionem deduxit & immisit eodem anno, die 3. Februarij quemadmodum ex subiecto instrumento publico apprehensæ per nostros possessionis apparet.

In nomine Domini amen. Anno à Natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo nono, indictione duodecima, die tertia mensis Februarij hora tertiarū, vel circa, in Ciuitate Papiæ, &c. in præsentia mei notarij, & testium, & aliorum infrascriptorum, de quibus infra. Cum sit, quod monasterium S. Petri in Cœlo aureo Papiæ ordinis canonicorum regularium S. Augustini Papiæ solitū sit gubernari, seu offici per Dominos canonicos regulares non obseruantes eiusdem ordinis, Reuerendiss. autem Dominus Raphael Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episc. Portuen. Cardinalis S. Georgij ad velum aureum, ac Sanctiss. D. N. D. Papæ Camerarius, & prædicti monasterij S. Petri in Cœlo aureo perpetuus Commendatarius, sic Deo inspirante, & Beatissimis suis Petro & Paulo Apostolis, sub quorum vocabulo ipsa Ecclesia prius fuit fundata, dehinc post miram translationem ad hanc Ecclesiam sanctissimi Corporis eiusdem sancti Augustini Doctoris celeberrimi, totius Ecclesiæ clarissimi luminis appellata extitit, & appellatur Ecclesia sancti Augustini: In mente reuoluens, quantum sanctum, gloriosumque, ac honorabile, & quantum honoris, & deuotionis augmentum, atrenta communi deuotione totius ferè Christianæ Religionis erga ipsum Sanctum, si ad huiusmodi infrascriptum laudabile opus, commutationis videlicet de Conuentuali ad obseruantiam reduceretur, profectò in maximum deuotionis, & etiam visitationis augmentum, nedum populo Papiensi, sed etiam aliis exterioribus

populu diuersarum mundi partium, non minorique, immo maiori desiderio, & affectione desiderant Reuerendi Patres Generalis, Presidentes Capituli Generalis, & vniuersa Congregatio S. Ioannis Lateranensis eiusdem Ordinis canonicorum regularium S. Augustini de obseruantia dicta congregationis Lateranensis, attento quodibi in ipsa Ecclesia S. Augustini sis nuncupata adsit illud sanctissimum corpus Beati Augustini Doctoris, ad ipsum monasterium peruenire, Deo, & Beatis Apostolis predictis, & predicto S. Augustino seruire, famulariique & religiosam vitam, & obseruantiam in eo monasterio ducere, in maximum Ecclesiæ, vt supra, deuotionis augmentum, & honorem ipsius Religionis, & congregationis, & animorum ipsorum Religiosorum ibi in diuinis deseruientium, & deputandorum communiter apud eos desideratam animi quietudinem. Et proinde ipse Reuerendissimus Dominus Commendatarius, & ipsi infrascripti Patres dicti Ordinis, & congregationis ad tractatum commutationis deuenissent, de qua infra, in effectu, vt etiam dicunt, apparere ex quibusdam listis Capitulorum alias factis, animo deliberato procedendi ad effectum ipsarum pactionum, & conuentionum, & etiam per instrumenta desuper confecta, licet hucusque propter varia impedimenta, & varios cursus temporum remanserit executio ipsorum imperfecta, seu suspensa, sub animo tamen in eadem dispositione deliberato. Nunc autem videntes, tempus esse acceptabile, & magnopere nobilium, & Ciuium dicta Ciuitatis, & etiam populi animos esse anxios, ad executionem, predictamque commutationem, & pactorum obseruationem, atque etiam introductionem ipsorum obseruantiorum canonicorum, ex eisdem rationibus, de quibus supra. Attendentesque etiam mentes Dominorum modernorum canonicorum adhuc astantium bene dispositas, ad libenter locum cedendum eisdem dominis obseruantibus. Cognoscentes affectionem ipsarum partium, & cupientes ipsorum omnium votis complacere, & morem gerere, vt dicunt, & protestantur. Scientesetiam, & attendentes literas pralibati Domini Commendatarij, & mentem ipsius declaratam per ipsas sic esse, ipsasque non posse ex plurib⁹ obseruantiam ipsam seruare, vel cum difficultate maxima; tanquam ad ipsum non assuetos, ac etiam attendentes, quod Domini Canonici professi monasterij Sancti Frigdiani eiusdem Ordinis, qui promiserant venire ad huiusmodi prouinciam, & residentiam, per Reuerendum Decretorum Doctorem Dominum Petrum de Bertolinis de Forlinio Archidiaconum Pisanum, ac prafati Reuerendissimi Domini Commendatarij Syndicum, & Locumtenentem, vt apparet per quamplures literas eiusdem Domini Reuerendiss. Domini Commendatarij eidem destinatas, & specialiter deputatum vocati, postquam venerunt, diuersis comminationibus perturbati, fugato primo eorum Priore, ipsi quoque perterriti in fugam sunt conuersi, in & pro executione, & obseruatione ipsarum literarum prafatus Reuerendissimus Dominus de Bertolinis de Forlinio Procurator, & Locumtenens antedictis pralibati Reuerendissimi Domini Commendatarij, & pro quo Reuerendissimo Commendatario ipse Dominus Petrus promisit, & promittit infrascriptis Dominis canonicis, presentibus, & posteris ibus, ac etiam mihi notario, vt publica persone, presentibus, & stipulantibus nomine dicta congregationis, necnon Venerabilis viri Domini, D. Antonius de Varisio Vicarius, Dominus Iacobus de Indicibus, D. Eustachius de Consalonerijs de Bedelodio, Dominus Gibus de Busseto, D. Franciscus de Linguardis, Dominus Bartholomeus de Papia, Dominus Petrus de Grassis, Dominus Dominicus de Souzino, omnes canonici professi hactenus residentes in dicto monasterio sancti Petri in Cœlo aureo, & quisibet ipsorum, & tam simul, quam diuisim, sponte, & ex certa scientia, & nullo iuris, vel facti errore dulti, & alias omni iure, via, modo, causa, & forma, quibus melius, & validius potuerunt, & possunt, interuentibus ibidem quibuscunque solemnitatibus debitis, & attendentes quod frustraficrent contractus, nisi exequerentur, posuerunt, & introduxerunt, ac ponunt, & introducunt Reuerendos Patres Dominos Dominum Hieronymum de Bossis Mediolanensem, abbatem Sancti Augustini de Placentia, alias S. Benedicti, Reuerendum Patrem Dominum Angelum Placentinum Prapositum S. Crucis de Mortara, Dominum D. Baptistam de Tertis Papiensem Prapositum Ecclesia Sancti Epiphanij Papia, Dominum D. Albinum Mortariensem, Dominum Hieronymum de Papia, Dominum Epiphanium Papiensem, Dominum Nicolaum de Becaria Papiensem, Dominum Archangelum Papiensem, Dominum Ioannem Antonium de Castronoueto, Dominum Timotheum Mediolanensem, Dominum Titum Placentinum, Dominum Alexium Papiensem, Dominum Bernardum de Castronoueto, Dominum Vbaldum Papiensem, Dominum Matheum Nouariensem, & fratrem Baptistam Mortariensem, omnes canonicos professos suprascripte congregationis, astantes, & acceptantes nomine, & vice iam dicta congregationis Lateranensis, ad & in tenutam, & corporalem possessionem dicti monasterij, respectu locorum refectorij, & clausti, ac officinarum dicti monasterij, qua solita erant teneri per dictos olim Dominos canonicos, excepto, & reseruato palatio, & sacramento de nouo constructo per prafatum Dominum D. Commendatarium hu⁹ proximo anno, ac etiam sacristia, & paramentorum, & eorum que sunt destinata ad vsum Ecclesie, seu altarium, & celebrationem diuinorum officiorum. Item & etiam ad tenutam, & possessionem Ecclesie, & Chori existentia à manu dextera, eundo ad altare maius dicte Ecclesie, iis modo, & forma, quibus, & prout tenebant, & tenebantur ipsi Domini olim canonici dicti monasterij hactenus residentes, & sub illo modo, & tenoribus, & de quibus in aliis instrumentis fit mentio, Saluo semper quibuscunque aliis iuribus, auctoritate, & superioritate ipsius Reuerendiss. Domini D. Commendatarij, quibus non intelligatur esse derogatum: sed ipse omnia reseruata, firma, & illibata remanere, facientes, & fecerunt ipsos Dominos D. Hieronymum, & alios, vt supra nominatos nomine, & vice dicte totius congrega-

tionis

eorum ire, & redire per meus, & extra dictum Refectorium, ostia, & fenestras claudēdo, & aperiendo, similiterque Ecclesia ostia, & portas aperiendo, & claudendo & in choro stando, & sedendo, dando etiam crucem existentem super altare, candelabra, & cornua altaris, & similiter respectu dictæ sacristiæ dando, & consignando etiam claues Ecclesiæ, & aliorum dicti Monasterij, & Refectorij, & etiam dando funes campanellæ Capitularis sitæ in dicto Refectorio, & similiter alterius existentis ad altare maius, & alia faciendo, quæ in talibus, & similibus introductionibus, & apprehensionibus similium possessionum fieri solent, & requiruntur tam de iure, quam de consuetudine, de quibus omnibus ipsi Dominis Petrus, dictique Domini D. Antonius Vicarius, & alij olim Canonici professi hactenus residentes in dicto monasterio, dictique etiam Reuerendus Dominus D. Hieronymus, & alij astantes de dicto ordine, & Congregatione Lateranensi nominibus, quibus prout supra singula singulis referendo congruē, hoc instrumentum mihi fieri iusserunt, & rogauerunt, præsentibus testibus magnifico & generoso viro Domino Ioanne Stephano de Riccijs, quondam magnifici, & clarissimi doctoris, & olim Ducalis Consiliarij Domini Ioannis Iacobi, & spectabili I.V. Doctore D. Francisco de Parona, quondam Dom. Ioannis Mariæ, ac Georgio de Parona filio quondam egregij causarum Oratorij Domini Bonifacij Notarij Papiensis, etiam adstantibus in præmissis omnibus contentis in dicto instrumento magnifico, & clarissimo iuris perito Domino Ioanne Antonio de Brunijs Assessi Referendario ciuitatis prædictæ Papiensis, ac magnifico & generoso viro Domino Scaramutia Vicecomite, quondam magnifici & strenui arcuarum ductoris D. Alexandri, spectabilibus I.V. Doctoribus D. Christophoro de Albaricijs quondam . . . Domino Rolando de Ferrarijs, quondam Domini Iacobi, Domino Bernardino de Albertucijs quondam Domini Francisci, Domino Francisco ex nobilibus de S. Nazario de la Ripa, filio Domini Ioannis Antonij, spectabili artiū & medicinæ Doctore Domino magistro Bernardo ex Capitaneis de Arzagho, quondam spectabilis Doctoris Domini magistri Iacobi, Domino Laurētio de Filibertis filio quondam D. Gasparis, magnifico D. Vrbano de Becaria quondam D. Francisci, necnon magnif. Equite aureato D. Francisco de Becaria quondam D. Ioannis, D. Nicolao de Belexemis quondam D. Ioannis Iacobi, Domino Ioanne Andrea ex Comitibus montis Sichalis filio, quondam Domini . . . . Domino Antonio Simone de Oltrana quondam Domini Florentini, Domino Valentino de Beccijs quondam Domini Georgij, & etiam astantibus quamplurimis alijs Ciuibus Papiensibus, quos omissi scribere, quia potius esset vacuum, & laboriosum scribere, quam necessarium. Ego Ioannes Iacobus de Caneuarijs filius quondā Dom. Gerardi, publicus Papiensis, Imperialique autoritate Notarius, hoc instrumentum supræscriptum mihi fieri iussum rogatus tradidi.

III. His gestis, cum nostri per octo menses in prædicti monasterij possessione pacifica māsissent, ecce nouę lites oriūtur, contendētibus V. Patribus Eremitis, qui vt lib. 1 in fine prēmisimus ad diuinum officium in Ecclesia D. Petri cum canonicis regularibus celebrandum per Ioannem XXII. fuerant admissi, dictos Lateranenses absque legitima facultate in præfato monasterio fuisse intrusos, ad quas lites sedandas Illustriss. Cardinalis monasterij Commendatarius, & ordinis Eremitarum Augustinensium Protector Antonium de Villa Lucensem suum Secretariū Papiam destinauit, qui cum lites componere, & occasiones discordiarum tollere iuxta mandatum sibi factum debuisset, canonicos S. Petri ad monasterium Eremitarum, vbi habitationem acceperat, prætextu componendarum litium arcersitos in quadā camera claudi fecit, & binos, & binos ad aliud monasteriū S. Epiphanij misit, & possessione monasterij S. Petri per vim, & de facto spoliauit. quod cum Ciues Papiēses resciuissent parū abfuit, quin tota Ciuitas in seditionem verteretur, quibus ad Ludouicum XII. Regem Galliarū, & per ea tempora Mediolani Ducem delatis, qui tunc in partibus Lombardiæ degebat, tres Senatores Regios Mediolano Papiam cum Regio Secretario, & Capitaneo Iustitiæ statim destinauit, quorum præsentia terrefactis aduersarijs canonici Lateranenses ad S. Petri monasterium illicò redeunt. sed & Regius Senatus ipsi Cardinali Raphaēli Riario, & alijs in Romana Curia degentibus, pro canonicis regularibus aduersus illorum impetitores literas grauissimas querelas continentes dedit quarum authentica cum alijs totam rei seriē continentibus seruantur Romæ in Archiuo monasterij Pacis.

IV. QVibus tamen literis acceptis memoratus Cardinalis Regio Senatui libere rescripsit, suæ nunquam intentionis fuisse, vt in illud monasterium prioribus canonicis amotis Lateranēses inducerentur, sed vnus, duoue tantū ad summum vndecunque accersirentur, qui veteres illos melioris vitæ institutionem instruerent, & docerent: quin immo præfatos Lateranenses, quos toties ad suscipiendam prouinciam reformationis literis, verbis, per se, & suos hortatus fuerat, ipso sciente, probante, iubente, in corporalem possessionem missos, & multis mēsibus pacificē stantes, cum totius ciuitatis Papiēsis, immò totius Prouinciæ, ac etiā Romanæ Curiæ lætitia, & gaudio non modico, prout præfatæ Regij Senatus, & multorum S.R.E. Cardinalium literæ testantur, siue vt sui mandatarij factum defenderet, siue vt nonnullis obsequeretur, qui canonicos Lateranēses non rectis oculis ibidem aspiciebant, omnibus, quibus potuit, modis, & vijs loco expellere curauit, grauissimis litibus cōtra illos excitatis. verum Deo in primis, & multis S.R.E. Cardinalibus, præsertim Neapolitano, Auxitano, & Albiensi, necnō Regio Senatu Mediolanensi iustam, & piam causam canonicorum protegentibus, & fouentibus, omnia tandem in

illorum profectum, & cõmodum cesserũt. nam memoratus Raphael Cardinalis S. Georgij cõmendam S. Petri in manibus Pontificis ad fauorem Cæsaris Patriarchæ Alexandrini resignauit, deinde post diuturnam litem septem annorum, cum præfatis canonicis ad huiusmodi concordiam deuenerunt, vt certa summa pecuniarum pro expensis, ac etiam redimendo Castro monasterij Cerenzago nuncupato, per dictos canonicos soluta, reseruatis Abbati Commẽdatario pro illius mensa Abbatiali Castro Ardirago cum possessionibus Zoë, & Pescaroli nuncupatis, alia omnia monasterij bona, iura, feuda, castra, villæ, prædia, census dictis canonicis in perpetuum cederent. quam concordiam, & transactionem Leo X. sequenti diplomate sic tandẽ probauit, & firmauit:

Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi de cunctis Orbis Ecclesijs, & monasterijs, prout ex iniuncti nobis, superna dispositione, pastoralis offi. ij debito soliciti, pro eorum, ac religiosarum personarum cuibi suaui religionis rigo Altissimo famulantium prospero, & salubri statu salubriter dirigendo cogit re teneamur, ad monasterium tamen S. Petri in Cœlo aureo Papiensis ordinis S. Augustini, in quo corpus eiusdem Sancti, quem magnus Dominus, & laudabilis valde de tenebris Gentium lumen Ecclesiæ suæ vocauit, & qui literarum diuinarum scientia, & admiranda vitæ sanctimonia pro Ecclesiastica dimicans fide, diabolicas Hæreticorum fraudes dissipauit, ac fundamenta eiecit, quibus Ecclesiæ Catholicæ ædificia veluti solidissimis columnis fulcita noscuntur, depositum existit, vbique ad sanctitatis suæ testimonium fons indeficientis aquæ, qui vsque in hodiernum effluens ostendit inexhaustibilem sapientiæ eius fontem, quo in exustione, & ardenti sorore peccatorum irrigauit sitientes, considerationis nostræ intuitum affectuosiori studio dirigere nos conuenit, vt per nostræ prouisionis remedium in ipso monasterio diuinus cultus etiam ad dicti Sancti honorem, ministrorumque numerus augeatur, regularis obseruantia disciplina floreſcat, animarum fidelium saluti, & personarum prædictarum, amotis ab eis litium asperitatibus, & contentionum turbationibus quibuslibet de necessarijs, sine quib. spiritualia diu perſistere non possunt, opportunè consulatur, personæque ipse diuinis obsequijs insistentes in quietu, & pacis dulcedine gratulentur, & ea, quæ propterea per prædecessores nostros Romanos Pontifices prouida ordinatione facta fuisse comperimus, vt per petuo eo firmius maneant, quo sapius fuerint Apostolica autoritate munita, approbare, & innouare, aliàsque desuper opportunè prouidere, prout in Domino conspicimus, salubriter expedire. Sane pro parte Ven. Fratri Raphaelis Episcopi Ostiensis, Camerarij nostri, & dilectorũ filiorum canonicorum Congregationis Lateranensis dicti ordinis regularis obseruantiæ petitio continebat, quod postquam aliàs sæl. record. Alexander Papa VI. prædecessor noster ex certis causis tunc expressis, ac dicti Raphaelis Episcopi, qui dictum monasterium ex concessione Apostolica in Commẽdã obtinebat, supplicationibus inclinatus monasterium prædictum, in quo corpus dicti Sancti etiam tunc reconditum erat, cum omnibus suis ædificijs, & clausuris, libris, calicibus, & alijs Ecclesiasticis, ornamẽtis inibi tunc existentibus, pro diuini cultus augmento, & fidelium deuotione ad illud, & animarum saluti manutentione, sub data videlicet quarto Idus Iunij, Pontificatus sui anno quarto dilectis filijs Canonicis præfatis per vnum Præpositum, & alios canonicos congregationis eiusdem in illud inducendos, iuxta eorum ritus, & mores ex tunc de cætero regendum, & gubernandum concesserat. Ipsorum; Præpositi, & canonicorum introducendorum mensæ Conuentuali pro eorum ac Præpositi, & canonicorum inibi pro tempore existentium subuentione, tantum ex bonis stabilibus dicti monasterij, quantum eorum fructus, redditus, & prouentus, ad tercentos ducatos auri secundum communem æstimationem valorem annuum ascenderent, & illum non excederent, dummodo dicti Raphaelis Episcopi accederet assensus, assignauerat, & appropriauerat, ac voluerat, quod in reliquis dicti monasterij bonis dictus Raphael Episcopus, & pro tempore existentes ipsius monasterij Abbates, vel Commendatarij plenũ, & liberam administrationem haberent: quodque Raphael Episcopus, aut pro tempore existens dicti monasterij Abbas, vel Commendatarius in Præpositum, ac Conuentum introducendos huiusmodi nullam potestatem, iurisdictionem, seu superioritatẽ habere, seu exercere posset, vel debeat, sed ipsi Præpositi, & Conuentus à dicto Raphaelis Episcopi, ac Abbatis, seu Commendatarij pro tempore existentis superioritate, iurisdictione, & potestate penitus exempti forent, statuerat, & ordinauerat, aliaque concesserat, prout in literis pie mem. Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri desuper confectis, cum idem Alexander prædecessor, antequam eius litera desuper confecerentur, sicut Domino placuit, rebus fuerit humanis exemptus, plenius continetur. Nonnullis casus emergentibus, aut aliquorum, seu temporis malignitate, vel alijs euentibus causantibus, orta inter Raphaelem Episcopum, ac Præpositum, canonicos, seu congregationem præfatos super dictorum bonorum possessione, & spolio, quæ dictus Raphael Episcopus asserebat ad se spectare, neque concessionis bonorũ huiusmodi canonicis & congregationi prædictis facte concessio se ipsosque Præpositum, canonicos, seu congregationem præfatos cõtra Iustitiam præfatũ Raphaelem Episcopum illa spoliasse, ac se opposuisse, & tunc opponere, impedireque, & impedire, & fecisse, & facere quominus Raphael Episcopus dicta bona pacifice possidere posset. Præpositus vero, ac canonici seu congregatio præfati dicta bona eidem monasterio fuisse concessa, & ad eorum mensam spectare asserebant, materiam quæstionis idem Iulius prædecessor quam dictus Raphael Episcopus contra Præpositum, canonicos, seu congregationem præfatos primo ad Raphaelis Episcopi, & quã deinde Præpositus, canonici, & congregatio prædicti contra Raphaelem Episcopum mouere intendebant, causa non obstante, quod ad Romanam Curiam legitimè deuoluta, & apud eam de iure ventilata, & tractanda, & finienda non essent, ad Præpositi canonicorum, & congregationis prædictorum instantiam

Dilecto

Dilecto filio nostro Dominico tituli S. Bartholomæi in insula presbytero Cardinali, tunc Episcopo Lucerin. & locum vnius ex causarum Palatij Apostolici Auditoribus de mandato suo tenenti, audiendam cõmisit, & fine debito terminãdam. Ipseque Dominicus Cardinalis tunc locum tenens præfatum in causis super spolio huiusmodi respective ad nonnullos actus citra tamen ipsarum conclusionem inter partes ipsas dicitur processisse. Cum autem litibus huiusmodi sic indecisis per septem annos, vel circa pendentibus, tam Raphael Episcopus, cui postmodum ex eo, quod commenda præfati monasterij, quod obtinebat vt præfertur, in manibus dicti Iulij prædecessoris sponte, & liberè cesserit, idemque Iulius prædecessor cessionem huiusmodi admittens, monasterium ipsum Venerabili fratri nostro, tunc suo Cæsari Patriarchæ Alexandrino, per eum, quo adiuuaret tenendum, regendum, & gubernandum comendauit, & singulos fructus, redditus, & prouentus ipsius monasterij, ac regressum, siue ingressum, aut accessum ad illud sub certo modo, & forma reseruauit, quo Præpositus, canonici, seu cõgregatio præfati cupientes litium anfractus succindere, laboribusque, & expensis parcere, scandalisque, quæ propterea oriri possent, obviare, ac mali exempli materiam sibilibus præfatis auferre, videlicet Ven. Raphael Episcopus, ac pro suo interesse Cæsar Patriarcha per seipsos, ac Præpositus, canonici, & congregatio prædicti per Serenum Pataninum Pacis Vrbis eorum Procuratorem cõstitutum, & Ambrosium de comitibus Albonensis Papiensis S. Crucis de Mortario monasterorum Præpositos, à dilecto filio modo tuo dictæ congregationis Rectore Generali eiusdem congregationis procuratore constituto specialiter substituto, dilectos filios, litibus, causis huiusmodi respective in manibus vestris sponte, & libere cesserint, vosque posteriores cessiones ipsas duxerimus admittendas, sicut exhibita nobis nuper pro parte Raphaelis Episcopi, Cæsarij Patriarchæ, Præpositi, canonicorum, & congregationis prædictorum petitio continebat, si Castro de Lardirago, quod ad dictum monasterium pertinet, eiusque Castri molendinis, aquis, aquæductibus, fluuis, pratis, nemoribus, pascuis ac possessione Roli, & Peschareti, ac omnibus alijs mobilibus, & immobilibus bonis eiusdem Castri pro Abbatibus, seu Commendatarijs huiusmodi perpetuò exemptis. Omnia alia Castra, & possessiones, & bona mobilia, & immobilia, tam ficta, quam feuda, siue liuella nuncupata, aut census, temporalia, vel perpetua cum omnibus ædificijs, etiam per Raphaelem Episcopum, & Cæsarem Patriarcham, vel eorum alterum auctu, seu restauratis, & aut de nouo constructis, tam intra, quam extra dictum monasterium, & illius clausuram, & in ciuitate Papiensi, ac alijs quibuscunque locis existentibus, ac omnibus iuribus, pertinentijs, & actionibus ad dictum monasterium spectantibus, & pertinentibus ab ipso monasterio dismembrarentur, & separarentur, ac mensæ præfatæ pro illius dote, siue fructibus, redditibus, & prouentibus, ita tamen, quod canonici congregationis huiusmodi numerum canonicorum in dicto monasterio vsque ad viginti quinque, qui in eo degant, & diuina celebrent, augere, & ad diuina celebranda cum alijs fratribus Eremitanis dicti Ordinis, modo, & forma, quibus alias inter se conuenerunt, seu conuenient, in omnibus, & per omnia conuenire teneantur, concederentur, & assignarentur, ex hoc profecto in dicto monasterio diuinus cultus susciperet incrementum, canonicique præfati in eo pro tempore degentes commodius diuinis insistere, & se sustentare valerent. Quare pro parte Raphelis Episcopi, Cæsarij Patriarchæ, & canonicorum, & congregationis huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum, vt literas præfatas, quoad concessionem canonicis, seu congregationi huiusmodi factam, & exemptionem eis concessam dumtaxat, approbare, confirmare, necnũ Castro de Lardrago cum omnibus, & singulis eius bonis prædictis dumtaxat exemptis, omnia Castra, possessiones, & bona, mobilia, & immobilia, tam ficta, quam feuda, siue liuella, aut census, temporalia, vel perpetua cum omnibus ædificijs, etiam per Raphaelem Episcopum, & Cæsarem Patriarcham, vel alterum eorum auctu, restauratis, & de nouo constructis, tam intra, quam extra dictum monasterium, & illius clausuram in ciuitate Papiensi, & alijs quibuscunque locis existentibus, ac iuribus, pertinentijs, & actionibus præfatis, ad ipsum monasterium spectantibus, & pertinentibus, ab ipso monasterio dismembrare, & separare, illaque omnia, & singula dictæ mensæ pro illius dote, seu fructibus, redditibus, & prouentibus perpetuo concedere, & assignare, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuinum cultum, & observantiã regularem vbique vigere, & augeri, ac monasteriorum religiosorum quorumlibet statui, personarumque in illis studio pietatis vacantium commoditatibus consuli intensis desiderijs affectamus, Cæsarem Patriarcham, ac canonicos congregationis huiusmodi, illisque singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, concessionumque Alexandri, & literarum Iulij prædecessorum, ac si de verbo ad verbũ præsentibus inserentur, tenores, litiumq; & causarum huiusmodi statum, ac Gerentes, quod etiam ad dictum monasterium pertinet, & aliorum Castrorum, & bonorum, possessionem, iurisdictionem, ædificiorum, & aliorum præfatæ mensæ concedendorum invocationes, designationes, confines, qualitates, veroque, necnon eorum, ac mensæ præfatæ secundum communem æstimationem valores annuos præsentibus pro expressis habentes, causasq; ipsas in statu, in quibus existunt, ad nos aduocãtes & lites ipsas penitus extinguentes, & super illis Raphaelis Episcopo, ac Cæsari Patriarchæ, necnon canonicis, & congregationi præfatis perpetuum silentium imponentes, literasq; præfatas, prout concessionem dicti monasterij, & bonorum eisdem canonicis, seu congregationi factam, & exemptionem præfatam eis concessam concernunt dumtaxat, confirmamus, approbamus, & innouamus, eisq; inuiolabiliter obseruari debere decernimus, omnesq; & singulos defectus ex defectu consensus

dicti Raphaelis Episcopi iuxta illarum tenorem præstãdi, qui postea forsan interuenerunt, supplemus. Et nihilominus Castro de Lardirago, eiusque Castri molendinis, aquis, aqueductibus, syluis, pratis, nemoribus, pascuis, ac possessione Zoë. ac Pescaroli, & omnibus aliis mobilibus, & immobilibus bonis eiusdem Castri pro Abbatibus, seu Commendatarijs, vt præfertur, exceptis, omnia alia Castra, ac possessiones, & bona mobilia, & immobilia, tam ficta, quam feuda, siue liuella nuncupata, aut censu, tempora alia, vel perpetua, cum omnibus ædificijs, etiam per Raphaelem Episcopum, & Cæsarem Patriarchã, vel eorum alterum auctu, seu restauratis, aut de nouo constructis, tam intra, quam extra dictum monasterium, & illius clausuram, & in ciuitate Papiensi, ac alijs quibuscunque locis existentibus, ac omnibus iuribus, pertinentijs, & actionibus, ad dictum monasterium spectantibus, & pertinentibus, quæ omnia, & singula, ac alia alias eidem mensæ, vt præfertur, concessa, exceptis Castri Gerenzazi fructibus, redditibus, & prouentibus, & nonnullis alijs eiusdem Castri Gerenzazi iuribus, Raphaelis Episcopo, & Cæsari Patriarchæ ad eorum vitam subiectis, modo, & forma reseruari concessis, & quod Castrum Gerenzazi in certum euentum cum bonis suis, à dicta mensa dimembratum, & separatum, & ad præfatum monasterium in terminis, in quibus antea erat reuersum esse, & ad illud spectare, & pertinere . . . . concessum extitit, septingentorum ducatorum auri simulium secundum communem æstimationem valorem annuum, vt canonici, & congregatio præfati asserunt, in simul non excedunt, ab ipso monasterio dimembramus, & separamus, ac mensæ præfatæ pro illius dote, siue fructibus, redditibus, & prouentibus, ita tamen, quod canonici, & congregatio huiusmodi numerum canonicorum in dicto monasterio vsque ad viginti quinque, qui in eo degant, & diuina celebrent, augere, & ad diuina celebranda cum alijs fratribus Eremitanis dicti Ordinis modo, & forma, quibus alias inter se conuenerunt, seu in posterum conuenient, in omnibus, & per omnia conuenire teneantur, autoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus, & assignamus. Non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac monasterij & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, quoque indultis, & literis Apostolicis illis concessis, confirmatis, & innouatis, quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, id importantes, mẽtio, seu alia expressio habenda foret, & in illis caueretur expresse quod eu non nisi sub certis inibi expressis modis, & formis, aut nullatenus derogari posset, illorũ tenores, ac si de verbo ad verbũ præsentibus inserentur, pro expressis habentes, illis alias in sio robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, aduocationis, extinctionis, impositionis, confirmationis, approbationis, innouationis, decreti, supplectionis, dimembrationis, separationis, concessionis, assignationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1517. pridie Calend. Martij, Pontificatus nostri anno 5. signatũ in angulo Didendes.

V. IGitur vigore prædictarum concordiæ, ac literarum Apostolicarum canonici Lateranenses liberam, expeditam, & quietam possessionem omnium iurium, bonorum, castrorum, & feudorum, quæ tunc monasterium habebat, excepeis castro Ardirago, & possessionibus Zoë, & Pescaroli ex tunc obtinuerunt, & in præsentiarum obtinent, omnibus monasterij feudatarijs, & vassallis, censuarijs, & liuellarijs monasterij Præpositũ & canonicos pro legitimis, & veris dominis agnoscentibus, & in vigilia Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli annuum canonem in signum subiectionis publicè in Ecclesia Diui Petri in Cœlo aureo eisdem Præposito, & canonicis soluentibus. Bona vero per Leonem X. Abbati cõmendatario reseruata Pius V. Collegio Papiæ à se instituto applicauit, extincto titulo Abbatiali quæ dictum Collegium nunc possidet.

Ecclesia Diui Petri in Cœlo aureo plures aliæ Ecclesias tum in Episcopatu Papiensi, tum alibi constitutas sibi subiectas habet. quæ vel per canonicos regulares, vel per clericos seculares per Præpositũ, & canonicos præsentãdos regũtur, quæque annuum canonem eidem soluunt in signum subiectionis, quarum Catalogus ex Põtificum, & Regum Longobardorum priuilegijs acceptus hic sequitur videlicet:

Ecclesia S. Andreæ in Citadella Papiæ, parochialis, & monasterio contigua, quæ regitur per vnum ex canonicis dicti monasterij. Ecclesia Sanctorum Naboris & Fœlicis terræ Luzani, parochialis: regitur per vnum canonicum regularem. Ecclesia parochialis S. Germani terræ Pauoni, cum Ecclesijs S. Mariæ Granicetæ, & S. Michaelis sibi vnitis; regitur quandoque per clericos seculares. Soluit monasterio annuum canonem librarum trium ceræ albæ. Ecclesia parochialis terræ Vilantij cum sibi subiectis, & vnitis Ecclesijs Hospitalis Galberæ, & S. Petri, & Pudẽtianiæ Castri Gerenzagi, quæ sunt de iure patronatus monasterij S. Petri. Hæ omnes in Episcopatu Papiensi.

In Episcopatu Mediolanensi Ecclesia S. Seuerini de Cresciano, Ecclesia S. Iulianæ de Carzana, Ecclesia S. Martini de Gerenzano.

In Episcopatu Nouocomensi Ecclesia sancti Augustini de Caruate, sanctæ Mariæ de Plumalco, siue de Saxo, sancti Petri de Laueno, quæ soluit annuum canonem trium librarum ceræ albæ.

In Epis-

In Episcopatu Laudensi Ecclesiæ S. Pet
Flombo, & S. Columbani.

In Episcopatu Placentino Ecclesiæ S. Ma
de Rozone, S. Zenonis de Vicobono, & S.
chani.

In Episcopatu Dertonensi Ecclesiæ S.
parochialis de Alpeplana, quæ soluit annuu
nonem vnius libræ piperis. Hospitale S. Bat
ianæ de Lamas, cum Ecclesia S. Michael
Insula soluunt annuum canonem librarum
rum specierum. Ecclesiæ S. Michaelis de Alp
bat S. Mariæ de Algrecia, quæ soluunt ann
canonem sex vnciarum specierum, & sex v
rum ceræ albæ.

In Episcopatibus Alexandrino, & Astens
delle S. Philippi & Iacobi, S. Blasij de Clau
Sanctarum Petri & Philippi loci Vuiglìæ, v
Goij, quæ soluit annuum canonem libra
quinque monetæ Mediolanensis, & libram
ceræ albæ.

In Episcopatibus Vercellensi, & Casalensi
delle S. Blasij de Pauonino, S. Petri de Poder
Castri Tridini, quæ soluit annuum canonem
lor vnius croci.

In Episcopatu Parmensi Ecclesia S. Mari
Cortre.

In Episcopatu Florentino Ecclesia S. Pet
Cælo aureo.

In Episcopatu Nouariensi in Ecclesia p
dicta S. Mariæ Vici Cameræ clericatus, qui
in annuum canonem libræ vnius ceræ albæ.

Ex prædictis Ecclesijs, quæ per nostros reg
tur, vel canonem soluunt, nunc etiam Eccles
is monasterium D. Petri, tanquam superio
agnoscunt aliæ vel ex consuetudine, vel ob
fectionem, vel alio titulo libertatẽ, vt arbitr
fructibus percipiendis, vt ipsi percripserunt.

Præter quas Clemens VII. anno 1524. se
Mediolanensis dicto monasterio addidit Priorat
S. Mariæ loci Carbonariæ, qui erat membr
antiquæ congregationis Mortariensis.

COmobium Diui Petri maximis & ampli
mis priuilegijs per Romanos Põtifices, I
peratores, & Reges Longobardorum fuit mu
tum, & decoratum, de quibus libro 1. in fine,
multis exemplauimus. Cæterum in Ecclesia
Petri conditur ingentissimus thesaurus Sac
rum Reliquiarum, ac in primis reuerendissim
corpus Beatissimi Patris nostri Augustini, o
thesauro longè pretiosius, quod per Regẽ L
grandum magno auri pondere ab infidelibus
demptum, & ex insula Sardiniæ Papiam ar
Domini 723 secundum magis communem
rentium translatum, in dicta Ecclesia in loco
cipuo, & conspicuo sunt repositum. Verum
timorem inimicorum, qui frequenter Insubri
deuastabant, ne raperetur, & ad externas prou
eas portaretur, per beatos Florentium, & B
tum canonicos regulares, & Sacrarum Reliqu

In Episcopatu Laudensi Ecclesiæ S. Petri de Flombo, & S. Columbani.

In Episcopatu Placentino Ecclesiæ S. Martini de Rozone, S. Zenonis de Vicobono, & S. Stephani.

In Episcopatu Dertonensi Ecclesiæ S. Petri parochialis de Alpeplana, quæ soluit annuum canonem vnius libræ piperis. Hospitale S. Bartholomæi de Lamas, cum Ecclesia S. Michaëlis de Insula soluunt annuum canonem librarum duarum specierum. Ecclesiæ S. Michaelis de Alpixella, & S. Mariæ de Algrecia, quæ soluunt annuum canonem sex vnciarum specierum, & sex vnciarum ceræ albæ.

In Episcopatibus Alexandrino, & Astensi Ecclesiæ S. Philippi & Iacobi, S. Blasij de Clausio, Sanctorum Petri & Philippi loci Vuigliæ, vulgo Guij, quæ soluit annuum canonem librarum quinque monetæ Mediolanensis, & libram vnã ceræ albæ.

In Episcopatibus Vercellensi, & Casalensi Ecclesiæ S. Blasij de Pauonino, S. Petri de Podenigo Castri Tridini, quæ soluit annuum canonem libræ vnius croci.

In Episcopatu Parmensi Ecclesia S. Mariæ de Ceorte.

In Episcopatu Florentino Ecclesia S. Petri in Cœlo aureo.

In Episcopatu Nouariensi in Ecclesia parochiali S. Mariæ Vici Cameræ clericatus, qui soluit annuum canonem libræ vnius ceræ albæ.

Ex prædictis Ecclesijs, quæ per nostros regun. tur, vel canonem soluunt, nunc etiam Ecclesiam, & monasterium D. Petri, tanquam superiorem agnoscunt: aliæ vel ex consuetudine, vel ob non solutionem, vel alio titulo libertatẽ, vt arbitror, sibi ipsis præscripserunt.

Præter quas Clemens VII. anno 1524. sexto Idus Aprilis dicto monasterio addidit Prioratum S. Mariæ loci Carbonariæ, qui erat membrum antiquæ congregationis Mortariensis.

VI. COenobium Diui Petri maximis & amplissimis priuilegijs per Romanos Põtifices, Imperatores, & Reges Longobardorum fuit munitum, & decoratum, de quibus libro 1. in fine, vbi multa exemplauimus. Cæterum in Ecclesia D. Petri conditur ingentissimus thesaurus Sacrarum Reliquiarum, ac in primis reuerendissimum corpus Beatissimi Patris nostri Augustini, omni thesauro longè pretiosius, quod per Regẽ Luitprandum magno auri pondere ab infidelibus redemptum, & ex insula Sardiniæ Papiam anno Domini 723. secundum magis communem sententiam translatum, in dicta Ecclesia in loco præcipuo, & conspicuo fuit repositum. Verum ob timorem inimicorum, qui frequenter Insubriam deuastabant, ne raperetur, & ad externas prouincias portaretur, per beatos Florentium, & Basilium canonicos regulares, & Sacrarum Reliquiarum custodes, in oratorio, siue sacello, quod est inter Ecclesiam, & monasterium subtus altare conditum, eodem oratorio validissimis cratibus ferreis, portis item ferreis, & repagulis munito, quæ nunc etiam extant, & visuntur: quo in loco per annos circiter quadraginta Sacra pignora quieuerunt. Verum ob insigne miraculum patratum concurrente nimia multitudine populorum, ob loci angustiam iterum loco motum, & in ampliorem, & commodiorem delatum, tandemque ob metũ, ne à Gallis, aut alijs furto, aut vi raptum extra Italiam portaretur, sub terra tumulis altè defossis cum Reliquijs S. Boëtij Seuerini in eadem Ecclesia quiescentibus absconditum, ante sacellum beatorum Basilij, & Florentij, quod nunc S. Apiani dicitur, sub cella Abbatis, & sub lapide signato. quam ob causam Galli Papiam ad Beatissimi Patris Reliquias venerandas accedentes, ante omnia inquirere solent, vbi sit cella Abbatis, & lapis signatus, quod ex antiqua traditione apud illos peruulgatum sit, sub eadem cella corpus S. Augustini repositum esse. quod quonam tempore acciderit, non vna est scribentium sententia. Sed si vera sunt, quæ Gulielmus Malbesburiensis, in lib. de Regibus Anglorum, & ex illo Baronius tomo secundo sub anno 1027. & alij comminiscuntur de brachio S. Augustini ab Egelnoto Cantuariæ Archiepiscopo Papiæ empto, & Conuentriam delato, necesse erit affirmare, non tempore Caroli magni occultatum, vt nonnulli autumant, sed longè postea, nempe circa annum 1100. quandoquidem ab illo tempore, ac deinceps in monasterij monimentis, quæ apud nos manent, nihil amplius de hoc scriptum inuenitur. Sed neque autor Chronicæ Brixiensis, quem recentiores sequuntur, de hoc decernit: sed solum inquit, illud ex arca leuatum sub terra fuisse absconditum, ob timorem Gallorum, qui non semel, nec solis temporibus Caroli magni in Italiam irruperunt.

Præter Reliquias verò B. Patris Augustini condita sunt in eadem Ecclesia sex corpora Sanctorum, quæ cum eisdem Reliquijs ex insula Sardiniæ Papiam fuerant translata, scilicet Beatorum Apiani Episcopi, Luxorij, Ciselli, Camerini martyrum, quæ in latere dextro Ecclesiæ in sacello, & altari sancto Apiano dicato sunt posita. testatur tabula marmorea in eodem altari anno Domini 1583. reposita. cum alia tabula plumbea vetusta, in antiqua ara cum dictis Reliquijs inuenta cum huiusmodi inscriptione, videlicet: *anno Domini MCIII. indictione 10. Calendu Maij recondita sunt in hoc loco ossa B. Apiani Episcopi, & Confessoris, & Beatorum Martyrum Luxorij, Ciselli, & Camerini, translata olim per Luitprandum Longobardorum Regem à partibus Sardiniæ, & allata in hoc monasterium, quod vocatur Cœlum aureum. D. Marcus Dei Leuita scripsit hoc Epitaphium. Allos Albertus.*

Beatorum item Martyrum Marci, & Robustiani, quæ in altari posito in latere sinistro Chori prope turrim campanariam eiusdem Martyribus dicato conduntur, quæ de anno 1568. ex vetusto altari in aliud recens conditum sunt translata. ac tandem corpus Beati Seuerini Boëtij Romę Senatoris, & martyris, de quo libro primo dictum fuit.

VII. PRæter Reliquias Sanctorum quiescit in eadem Ecclesia corpus pijssimi Regis Luithprandi illius restitutoris, & monasterij primi fundatoris, cuius erat sepulchrum marmoreũ, quatuor columnis subnixum in latere sinistro Ecclesiæ in pila siue parastata, quæ aream maiorem prope chorum sustinet, cum Epitaphio inscripto, quod sepulchro ante aliquot annos euerso, & cineribus Luitprandi ex Sacri Tridentini Concilij decretis sub terra defossis, quia perierat, ne perpetuò periret hoc loco restituendum curaui, sic:

Flauius hoc tumulo Luitprandus conditur, olim
Longobardorum Rex inclitus, acer in armis,
Et bello victor, Sutriumq́, Bononia firmant
Hoc, & Ariminum, necnon inuicta Spoleti
Mœnia, namque sibi hæc subiecit fortior armis.
Roma suæ vires iam pridem milite multo
Obsessa expauit, deinceps tremuere feroces
Vsque Saraceni, quos disp̃ulit impiger ipsos,
Cum premerent Gallos, Carolo poscente iuuari.
Vngerus à solo hoc aditum, Francus, & omnes
Vicini grata degebant pace per omnes.
Rege sub hoc fuisset, quod mirũ est sancta, frequentq́,
Religio, vt recolunt alpes, Ecclesia quarum
Hunc habuit vincente ipso, & prægrandia templa,
Quæ viuens struxit, quibus & famosus in Orbe
Semper, & æternum lustrabit sæcula cuncta,
Præcipuè Petro cœlesti hac sede locata
Clanigero, statuit cœlo quam prouidus aureo.
Augustinum vbi huc aliunde abductum eodem
Ab Rege, & cuius doctrina Ecclesia fulget.

Porrò in eadem parastata, siue pila, cui dictum sepulchrum nitebatur, est aliud Epitaphium antiquissimum, quod supra libro primo memorauimus in proxime narrata canonicorum electione abrasum, sed Regij Senatus mandato sic, vt prius fuerat, ad vnguem restitutum.

LVITPRANDVS LONGOBARDORVM REX INCLITVS OB DIVI AVGVSTINI TRANSLATVM CORPVS TEMPLVM HOC SIMVL, ET ABBATIALE COENOBIVM CANONICIS REGVLARIBVS CVM DOTE INSTAVRAVIT. ANNO SAL. 723.

Feruntin eiusdem Ecclesiæ vestibulo tumulatam præclarissimam matronam, & vatem, Boëtij Seuerini coniugem, Elpim nomine, Messana Siciliæ vrbe genitam, & Faustinæ Tertulli Romani Patricij, Sanctique Placidi matris sororem, quæ ob mariti amorem à Theodorico apud Ticinum relegati, patria relicta Papiam pergens, ibi defuncta est. cuius sepulchro sequens Epitaphiũ fuerat insculptum:

Elpis dicta fui Sicula regionis alumna,
Quam procul à Patria coniugis egit amor.
Quæ sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora,
Cumq́, viro solum spiritus vnus erat.
Lux mea non clausa est, tali remanente marito:
Maioriq́, animæ parte superstes ero.
Porticibusq́, sacris iam nunc peregrina quiesco,
Iudicio æterni testificata throni.
Nemo manus violet bustum, ne forte ingalu
Hæc iterum cupiat tangere membra cinis.

VIII. HAbeo autores, qui scribant ex R. S. Petri in Cœlo aureo canonicis ante prædictam reformationem prodijsse Anselmum, & Gualam de Bicheris S. R. E. presbyteros Cardinales, quod & Onuphrius, & Ciaconius in Vitis Pontificum confirmant, Gulielmum quoque Burdegalensium Archipræsulem, Landulphum Episcopum Astensem, Obertum, Bernardum, Laphrancum, Alphanum Papienses, Octauianum Sauonensem, & Modestum Abbatem montis Sion, vbi monasterium Abbatiale canonicorum antiquitus fuisse monstrauimus lib. 2. cap. 41. At post reformationem ex eodem Collegio accepimus R. Patrem D. Ambrosium ex Comitibus Albonensis, qui scripsit librum introductorium in Chaldaicam, Syriacam, atque Armenicam, & decem alias linguas, characterum differentium Alphabeta circiter quadraginta, & eorundem inuicem conformationem, cui paucos similes tot linguarum eruditione instructos Orbis nouit, quique primus in Gymnasio Bononiensi mandato Leonis X. linguarum Syriacæ, Chaldaicæque, scholam aperuit. tesse Genebrardo in Chronologia sub anno 1515 Ex eodem quoque habuimus Mareum Coriarium in omni genere disciplinarum doctissimum, qui multa edidit in Catalogo Scriptorum nostræ congregationis censenda, Ioannem Papiensem monasterij Præpositum, qui ipsius monasterij Chronicam magno labore collegit, cui multum debemus, Archangelum Pellissonum, & Theodosium ex Comitibus de Ronescalla loci Præpositos, & totius congregationis Rectores Generales, quorum posterior ipsum monasterium in fabricis multum locupletauit.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

De septem monasterijs sanctorũ Sebastiani Bugellæ, Ioannis Baptistæ Ancona, Modesti Beneuenti, Petri Aretini, Matthei Dertona, Trinitatis Mutinæ, Caterui Tolentinæ, partim nuper fundatis, partim nostræ congregationi coniunctis.

ANno 1503. congregatum fuit Capitulum Generale Placentiæ, in quo quidem electi fuerunt Rector Generalis R. P. D. Gabriel Vicentinus, & Visitatores D. Angelus Placentinus, D. Alexius Vercellen-

D. Iacobus Cremonensis, & D. Ioannes Ma- Nouariensis. Hoc autem anno Alexander VI. ius electus in Pontificatu annos vndecim, dies ctus sepultus est die 18. Augusti, vacauitq; Se- sedes dies postea die 22. Sept. Cardinales ele- runt in Pontificem Franciscum Picolomineũ nensem, qui Pius III. fuit appellatus: qui sedit Pontificatus viginti sex diebus, & fatis concel- is, totum locum die prima Nouemb. electus ardinalis de Rouere Sixti IV. nepos, & Cardi- lis Episcopus Ostiensis, & Iulius II. nũcupatus. Anno 1504. Capitulum Generale Placentiæ Rector Generalis R. P. D. Albertus Veronensis, Veronam D. Andreas Mediolanensis, D. Mar- in Venetus, D. Felix Cremonensis, & D. Ioan- in Maria Nouariensis. Hoc anno fundatum est monasterium S. Sebastiani oppidi Bogellæ, in E- piscopatu Vercellensi, per Illustrissimum D. Ste- phanum de Ferrerijs S. R. E. Cardinalem, & E- piscopum Vercellensem, filium Domini Seba- stiani de Ferrerijs nobilis Vercellensis equitis, & Christianissimi Regis Gallisrum in Ducatu Me- diolanensi consiliarij, quod de proprijs bonis à fundamentis excitauit, & dotauit, ad constituen- dum in illo collegium canonicorum nostræ cõ- gregationi ecti autoritate ordinaria vniuit Prio- ratum SS. Thomæ, & Bernardi de Campilio Valis Adurni fuæ Diœc. Et quia de validitate rectionis, institutionis, & vnionis prædictarum a quorum illis hasitabatur, Illustris, & strenuus e- ques D. Sebastianus memoratus omnium prædi- dictarum confirmationem à Sede Apostolica im- petrauit, accepis bullis hoc eodem anno Noni

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

De septem monasterijs sanctorũ Sebastiani Bugellæ, Ioannis Baptistæ Anconæ, Modesti Beneuenti, Petri Aretini, Matthæi Dertonæ, Trinitatis Mutinæ, Caterui Tolentini, partim nuper fundatis, partim nostræ congregationi vnitis.

ANno 1503. congregatum fuit Capitulum Generale Placentiæ, in quo quidem electi fuerunt Rector Generalis R. P. D. Gabriel Vicentinus, & Visitatores D. Angelus Placentinus, D. Alexius Vercellen-
sis, D. Iacobus Cremonensis, & D. Ioannes Maria Nouariẽsis. Hoc autem anno Alexander VI. cum sedisset in Pontificatu annos vndecim, dies octo, defunctus est die 18. Augusti, vacauitq; Sedes diebus 31. postea die 22. Sept. Cardinales elegerunt in Pontificem Franciscum Picolomineũ Senensem, qui Pius III. fuit appellatus: qui sedit in Pontificatu viginti sex diebus, & satis concessit, in cuius locum die prima Nouemb. electus fuit Iulianus de Ruuere Sixti IV. nepos, & Cardinalis Episcopus Ostiensis, & Iulius II. nũcupatus.

Anno 1504. Capitulum Generale Placentiæ Rector Generalis R. P. D. Albertus Veronensis. Visitatores D. Andreas Mediolanensis, D. Marcus Venetus, D. Fœlix Cremonensis, & D. Ioannes Maria Nouariensis. Hoc anno fundatum est monasterium S. Sebastiani oppidi Bugellæ, in Episcopatu Vercellensi, per Illustrissimum D. Stephanum de Ferrerijs S. R. E. Cardinalem, & Episcopum Vercellensem, filium Domini Sebastiani de Ferrerijs nobilis Vercellensis equitis, & Christianissimi Regis Galliarum in Ducatu Mediolanensi consiliarij, quod de proprijs bonis à fundamentis excitauit, & dotauit, ad constituendum in illo collegium canonicorum nostræ cõgregationis: cui autoritate ordinaria vniuit Priorat um SS. Thomæ, & Bernardi de Campilia Vallis Adurni suæ Diœc. Et quia de validitate erectionis, institutionis, & vnionis prædictarum à nonnullis hæsitabatur, Illustris, & strenuus eques D. Sebastianus memoratus omnium prædictorum confirmationem à Sede Apostolica impetrauit, acceptis bullis hoc eodem anno Nonis Aprilis emanatis, quarum vigore conuentus canonicorum sub regimine Præpositi in dicto monasterio fuit institutus: cui deinceps alia quædam beneficia regularia fuerunt attributa. Nam Leo X. eidem vniuit Prioratum S. Fidis, ordinis S. Benedicti, in Episcopatu Vercellensi, quod pendebat à monasterio S. Stephani Hipporegiẽsis, datis literis vnionis 13. Kalend. Iulij anni 1515. Deinde anno sequenti 1516. vndecimo Kalend. Ianuarij eidem monasterio vniuit alium Prioratum sancti Stephani, de Cella nuncupatum, in diœcesi Hipporegiensi, per resignationem Andreæ de Ferrerijs Præpositi Vercellensis, & fratris prædicti Cardinalis fundatoris. Rursus anno 1518. 9 Kalend. Nouembr. eidem vniuit Ecclesiam de Cella nuncupatam, loci Viueroni, Vercellensis diœcesi. ad effectum erigendi apud illam vnam domum, & aliquot canonicos in eadem constituendi. tandemque Pius V. anno 1566. 3. Kalend. Decembr. eidem adiunxit Ecclesiam parochialem sancti Martini loci Constantianæ, Vercellensis Diœcesi. Quarum omnium vnionum, & donationum sunt exempla, siue instrumenta authentica Romæ in monasterio Pacis.

Hoc monasterium domus nouitorum esse cõsueuerat, ex qua viri non pauci tum religione, tũ eruditione præclari exierunt. Habuit virum præ cæteris insignem, & disciplinæ regularis instauratorem zelantissimum, D. Gratianum Bugellen. qui non semel, nec segniter generalem nostræ congregationis præfecturam administrauit.

II. HOc eodem anno 1504. rogantibus Ciuibus Anconitanis, Reuerendiss. P. D. Io. Archiepiscopus Ragusinus, qui monasterium ordinis S. Benedicti propè muros Anconæ, S. Io. Baptistæ vulgò de Panoclaria, sed à multis annis monachis omnino destitutum, in commendam tenebat, sponte, ac liberè in manibus Pontificis resignauit, ad fauorem nostræ congreg. & ad effectum, vt in eo conuentus canonicorum regul. Later. erigeretur, dictam resignationem, vnionem, & erectionem eodem Pontifice probante per suas literas datas 3. Nonas Decemb. Pontificatus sui anno 2. Quod monasterium cum ab ipsis canonicis regul. ferè ab imis fundamentis totum fuisset renouatum, sub Paulo III. in Vrbis munitione funditus est euersum: vnde canonici intra priuatas domos in ciuitate constitutas sese recipere, & per aliquot annos cum magnis incommodis sub. sistere coacti sunt vsque ad annum 1546. quo Venerabilis sacerdos Iacobus de Bonarellis nobilis Anconitanus Ecclesiam parochialem S. Claudij, quam in titulum tenebat, ad effectum transferendi ad illam monasterium memoratum S. Io. Baptistæ, & constituendi in eadem conuentum canonicorum, resignauit, resignationem, & vnionem probante ipso Pontifice Paulo III. apud S. Marcum pridie Idus Maij anno 1546. quæ

Eccle-

Ecclesia nunc S. Ioan. Baptistæ dicitur, iuxta quã erectum est monasterium Abbatiale, S. Ioannis de Capite montis nuncupatum.

III. Dicto anno 1504. Iulius II. monasterium S. Matthæi Dertonæ, membrum antiquæ cõgregationis Mortariensis nostræ Lateranensi familiæ adiunxit, siue potius restituit: nam cum in generali vnione monasterij S. Crucis Mortariẽsis, & omnium illius membrorum anno Domini 1448. facta per Nicolaum V. illud etiam comprehensum fuisset, vt quo primum tempore vacare contigisset, in illo per Præpositum Mortariensem, vel per superiores nostræ congregationis. Prior & conuentus nostrorum canonicorum institueretur, nihilominus cum vacaret, quidam Clericus Mediolanensis, nomine Domicellus Glusianis, illud per subreptionem à Sede Apostolica impetrauerat, vnde inter illum, & D. Philippum Nouariensem nostræ congreg. canonicũ à Præposito Mortariensi canonicè institutum lis est exorta, & causa ad Pontificem delata: qui Prioratum, vtpotè membrum S. Crucis Mortariensis, cuiusque prouisio, institutio, & omnimoda dispositio, dum vacaret, ad Præpositum Mortariensem tam de iure, quam de antiqua, & approbata consuetudine spectabat, eidem monasterio, & congregationi perpetuò annexuit, incorporauit, & vniuit, editis nouis literis Apostolicis 15. Kal. Martij hoc anno 1564. de hoc monasterio dictũ est lib. 2. in congregat. Mortariensi: nã in eo fuit celebratum vltimum Generale Capitulum dictæ congregat. an. 1448.

60. Monast.

IV. Anno 1505. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis R.P.D. Hieronymus Mediolanensis ex nobili familia de Bossis. Visitatores D. Valerius Vicentinus, D. Isaias Estensis, D. Matthæus Vercellensis, & D. Fulgentius Regiẽsis. Hoc autem anno idem Iulius II. donauit nostræ congregationi Abbatiam S. Modesti in Ciuitate Beneuentana, quæ fuerat olim monasterium S. Benedicti, plures habens Ecclesias parochiales sibi subiectas, quarum collatio ad monasterij Abbatem spectabat, & in quarum Parochos, & Parochianos iurisdictionem ordinariam exercebat: sed conditione temporum per multos annos conuentu monachorum penitus destitutum, & secularibus commendatum, consequenterq; bona monasterij distracta, & iura multipliciter imminuta. Datæ sunt literæ vnionis apud S. Petrum 3. Kal. Maij, põtificatus Iulij II. an. 2. Porrò inter Ecclesias monasterio subiectas erat parochialis S. Io. de Vlmo, qua vacante cum super iure conferendi inter Archiepiscopum Beneuentanum, & monasterij Abbatem lis oriretur, Archiepiscopo contra iura monasterij eam conferre volente, memoratus Pontifex an. 1512. monasterio illam incorporauit, & perpetuò vniuit ea conditione, vt liceret Abbati sacerdotem regularem, siue secularem, ad nutum amouibilem, ad eius regimen constituere: literæ tamen non sub eodem Pontifice, sed sub illius successore Leone X. anno 1. sui pontificatus, videlicet 14. Kalend. Aprilis anni 1513. fuerunt expeditæ.

61. Monast.

Prædictum monasterium multis, ijsque amplissimis priuilegijs per summos Pontifices, Imperatores, Reges vtriusque Siciliæ, necnon etiam Episcopos Beneuentanos fuit decoratum, & insignitum, quorum sequentia sunt memoratu digna, videlicet. Primum, Azonis Archiepiscopi Beneuentani, & Sipontini, per quòd de consensu suorum canonicorum multas Ecclesias memorato monasterio S. Modesti largitur, quæ in priuilegio proprijs vocabulis explicantur, quas omnes cum suis facultatibus sub potestate, & regimine monasterij liberas constituit ab omni iurisdictione, & dominatione Archiepiscoporum, & presbyterorum Ecclesiæ Beneuentanæ, & notanda sunt verba, sic enim habet: *Sancimus amodo, & perpetuis deinceps temporibus, vt sint omni conditione Pontificalo dominationis persistant, nullique vnquam tempore quilibet nostrum successorum Præsulũ, seu presbyterorum, vel cuiuscunque gradus clericorum in eis dominandi licentiam habeat, vel censum aliquem aut redditum exigat, nulli quoque plebi, nullique alteri Ecclesiæ, nisi monasterio eis Prælato, eiusque Rectoribus cum integra suis rebus subditæ esse volumus, &c. Quã nostræ concessionis, ac libertatis immunitatem per nullum ex nostris remoueri successoribus, per Deum omnipotentem vnum, & trinum, eiusque sanctos adiuramus, pariter que auctoritate Saluatoris, qui nobis dixit, quæcunque ligaueritis super terram, ligata erunt & in cælis, &c.* Excommunicantur contrarium facientes. Authenticum huius priuilegij habetur in dicto monasterio, cum alio priuilegio Pandolphi, & Landolphi Longobardorum gentis Principum.

Secundum, est Cœlestini III. datũ anno 1195. quod incipit: *in eminenti.* in quo affirmat, monasterium ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere. concedit Abbati facultatem vocandi, quem voluerit Episcopum ad consecrandum Ecclesias monasterio subiectas, & ordinandum clericos, prohibet cuicunque Missas solemnes in illis, nisi inuitato ab Abbate, celebrare. itẽ cuicunque personæ Ecclesiasticæ, vel seculari in prefato monasterio conditionem quamlibet, vel nouam consuetudinem introducere. item prohibet Archiepiscopis, vel Episcopis Ecclesias monasterio subiectas, & sacerdotes, vel clericos earum interdicere, aut parochianos excommunicare. Confirmat priuilegia, iura, consuetudinesque monasterij. Concedit Abbatibus vsum mitræ, & baculi, &c.

Tertium, est declaratio quędam facta per Augustinum Spinulam S. R. E. Cardinalem anno 1532. Pontificatus Clementis VII. anno 9. quod monasterium S. Modesti non possit cogi ad soluen-

decimas pro beneficijs monasterio
quæ sunt in dominio Regio Neapolis,
imponuntur decimæ in Regno Neapo-

Olem anno 1505. Ciues Aretini in Tuscia
singularem affectum deuotionis, quem
ad canonicos nostræ congregationis,
illorum vitam exemplarem, & laudabi-
ingredientes in eorum ciuitate collegium no-
ædificari, supplicauerunt Pontifici, vt
S. Petri de Soporio loci Casæ nouæ
& Diœc. Aretinæ, cum annexa Eccle-
Hippolyti, & Cassiani de Laterina, dictæ
Abbatia de Agnano pendentem nostræ
gationi vniret, donec monasterium in di-
struere construeretur, quo extructo dictus
eidem conferetur vnitus, quod obti-
accepeis literis vnionis eodem an. 1505.
Februarij.

Anno 1506. Generale Capitulum Cremonæ.
Generalis R.P.D. Valerius Vicentinus.
D. Augustinus Papiensis, D. Philip-
Ecclesiensis, D. Gabriel Mediolanensis, &
Marinus Bergomensi. Anno 1507. Capitu-
Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P.
Angelus Placentinus. Visitatores D. Gabriel
Venetus, D. Hieronymus Venetus, D. Con-
tinus Mediolanensis, & D. Alexius Vercel-
sis.

Oc anno ad contemplationem Ciuitatis
Teleminatis in Piceno Pontifex conces-
nostræ congregationi Præpositurã insignem S
Cosmi dictæ Ciuitatis, Reliquijs Beatorum Ca
mi Martyris, Septimiæ illius coniugis, & Bas
Martyris ciusdem Caterui discipuli decoratam,
mante annos quadringentos tenebant mo-
sub cultu S. Benedicti videturque fuisse mẽ-
Abbatiæ S. Saluatoris in Episcopatu Rea-
quarum cõijcio ex quodam instrumento
sancti Bonis 600. Prouinarum (mensuræ agro-
, quasi id est) terræ in Esino Episcopatu factæ
habuerũt, & monachos S. Saluator. dictæ Præ-
S. Caterui anno 1062. rogato per Bono-
publicum notarium sed quæ conditione,
ueniendine temporum clericis secularibus
commendata, manentibus nihilominus
monachis nonnullis ad sacra facienda, pro
rum victu pauca bona immobilia, redditum
ducatorum quindecim per singulos
monachos perbendia, fuerant assignata: nam re-
ad victum necessaria pauperes monachi ve
monasticis capellis in eadem Præpositura pe
quidam laicos institutis, vel ex bonis patrimo
suis, vel ex alijs modis sibi quæritare cogo
bant. Obtinebat eo tẽpore commendã Ioanne
Sanctis clericus ex familia nobili de Rutilonib
Ciuitatis. Hic ciuibus rogantib. Præpositu
in manibus Põtificis resignauit, vt in
quibusdam nostræ congregationis erigeretur

solutendum decimas pro beneficijs monasterio vnitis, quæ sunt in dominio Regio Neapolis, quando imponuntur decimæ in Regno Neapolitano.

V. EOdem anno 1505. Ciues Aretini in Tuscia ob singularem affectum deuotionis, quem gerebant ad canonicos nostræ congregationis, propter illorum vitam exemplarem, & laudabilem cupientes in eorum ciuitate collegium nostri ordinis ædificari, supplicauerunt Pontifici, vt Prioratum S. Petri de Soporio loci Casæ nouæ nuncupati, & Dioec. Aretinæ, cum annexa Ecclesia S. Hyppoliti, & Cassiani de Laterina, dictæ Dioec. ab Abbatia de Agnano pendentem nostræ congregationi vniret, donec monasterium in dicta ciuitate construeretur, quo extructo dictus Prioratus eidem censeretur vnitus, quod obtinuerant acceptis literis vnionis eodem an. 1505. 7. Idus Februarij.

Anno 1506. Generale Capitulum Cremonæ. Rector Generalis R.P.D. Valerius Vicentinus. Visitatores D. Augustinus Papiensis, D. Philippus Vercellensis, D. Gabriel Mediolanensis, & D. Martinus Bergomensi. Anno 1507. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D Angelus Placentinus. Visitatores D. Gabriel Vicentinus, D. Hieronymus Venetus, D. Constantinus Mediolanensis, & D. Alexius Vercellensis.

VI. HOc anno ad contemplationem Ciuitatis Tolentinatis in Piceno Pontifex concessit nostræ congregationi Præposituram insignem S. Caterui dictæ Ciuitatis, Reliquijs Beatorum Caterui Martyris, Septimiæ illius coniugis, & Bassi Martyris eiusdem Caterui discipuli decoratam, quam ante annos quadringentos tenebant monachi ordinis S. Benedicti videturque fuisse membrum Abbatiæ S. Saluatoris in Episcopatu Reatino, quantum cõijcio ex quodam instrumento concessionis 600. Prouinarum (mensuræ agrorũ genus id est) terræ in Esino Episcopatu factæ per Abbatẽ, & monachos S. Saluator. dictæ Præposituræ S. Caterui anno 1062. rogato per Bonomium publicum notarium sed quæ conditione, & vicissitudine temporum clericis secularibus fuerat commendata, manentibus nihilominus in ea monachis nonnullis ad sacra facienda, pro quorum victu pauca bona immobilia, redditum annuum ducatorum quindecim per singulos monachos præbentia, fuerant assignata: nam reliqua ad victum necessaria pauperes monachi vel ex nonnullis capellis in eadem Præpositura per quosdam laicos institutis, vel ex bonis patrimonialibus, vel ex alijs modis sibi quæritare cogebãtur. Obtinebat eo tẽpore commendã Ioannes Baptista clericus ex familia nobili de Rutilonib. dictæ Ciuitatis. Hic ciuibus rogantib. Præpositurã liberè in manibus Põtificis resignauit, vt in ea collegium nostræ congregationis erigeretur, cuius votis & Ciuium, ac etiam Rectoris Generalis Pontifex annuens, canonicis Lateranensibus reformandam, & perpetuo habendam concessit, & illorum congregationi vniuit cum omnibus illius bonis, & iuribus, eodem anno 1507. Idib. Octob. facta monachis facultate manendi extra claustrum in locis decentibus, & sub regulari habitu, & pro illorum victu legata, capellanias, & alia beneficia vel bona patrimonialia obtinendi, reseruatis eisdem, bonis pro illorum mẽsa prius assignatis vita durante, quæ omnia ex literis Apostolicis patent. Et ita extincto in memorata Præpositura ordine monastico collegium canonicorum sub regimine Præpositi cum communi ciuium lætitia fuit institutum: qui pro Ecclesiæ, & fabricarum monasterij refectione, quæ omnes labebantur, duo millia florenorum auri spoponderunt, quibus adiutoribus Ecclesia S. Caterui in nobiliorem formam renouata fuit, & monasterium aliqualiter instauratum.

VII. HÆc vero Præpositura curam animarum amplissimam adiunctam habet, quæ duas fere ex tribus partibus Parochianorum Ciuitatis cõprehendit, nec non etiam aliam Ecclesiam S. Luciæ nuncupatam in eadem Ciuitate. Pertinent etiam in eandem Præpositurã sexcentæ pluuinæ terræ memoratæ in Episcopatu Esino, quas ciues quidam Esini à monasterio in Emphyteosim acceperant super lis grauissima inter Præpositum & canonicos S. Caterui ex vna, & Communitatem Esinam, quæ illas sibi vendicauerat, ex altera sub anni 525. fuit excitata, quæ post varios amphractus, & post tres sententias conformes in Rota Romana ad fauorem canonicorum latas anno 1600. sic est composita, vt Esini nouas inuestituras à Præposito, & canonicis S Caterui peterent, singulis 29. annis innouandas, & annuum Canonem certæ quantitatis frumenti soluerent, cum alijs clausulis conditionibus, & pactis, quæ instrumento tractationis codẽ anno Romæ vigesima septima Augusti rogato per..... videri possunt.

In Ecclesia S. Caterui tria Sanctorum corpora honorificè tumulantur. primum S. Caterui Martyris Patricij Romani, de genere Præfectorum, secundum S. Septimiæ illius coniugis, quæ Virgo mansit. tertium S. Bassi Martyris, qui cum esset cœcus à Natiuitate per Beatum Caterium ex peregrinatione Ierosolymitana redeuntem, & per Daunos iter facientem dupliciter illuminatus, pro fide Christi martyrium consummauit. hæc tria corpora condita sunt in arca marmorea, qua anno 1455. reserata, caput Beati Caterui extractum, in theca argentea fuit repositum, vt diebus festis solemnioribus exponeretur.

VIII. HOc eodem anno 1506. curante Alphonso primo Ferrariæ Duce cõcessus fuit congregationi Lateranen. Prioratus antiquus canonicorum

64 Mo nast.

rum regularium S. Trinitatis, in Suburbijs Mutinæ testantibus literis Apostolicis datis sexto calend. Ianuarij Pontificatus Iulij II. anno quarto. De quo monasterio Reuerendissimus Dom. Gaspar Silingardus Mutinensis Episcopus in Historia Ecclesiæ Mutinensis, in Vita Alberti de Buschetis Mutinensis Episcopi, sic testatur. *Anno 1260. Ædem sacratissimæ Trinitatis è vico Saluceti amotam, in vicum Albereti transtulit, erectamque canonicis regularibus sub institutis S. Augustini degentibus assignauit:* Hæc ille, qui cũ dicat, dictam Ecclesiam ab illius erectione canonicis Augustinianis assignatam, & nihilominus in Bullis vnionis dicti monasterij cum congregatione Lateranensi illud monasterium antea canonicorum ordinis D. Marci nuncupetur, alterum è duobus asserendum, aut Historicum ordinem canonicorum regularium Augustinianorum cum ordine D. Marci confudisse: aut dictum monasterium progressu temporis ad manus canonicorum D. Marci deuenisse, vtvt fuerit, illud tẽpore vnionis, & longè antea canonicis destitutum, clericis secularibus fuerat commendatum, quod in commendam habebat clericus quidam Casalensis nomine Andreas de Papalardis, qui ad fauorem canonicorum regularium Lateranensium illud resignauit, reseruata sibi pensione annua florenorum auri 450. quæ super bonis S. Ioannis in monte Bononiæ, & S. Augustini Placentiæ fuit assignata in quo monasterio sequenti anno, qui fuit 1507. canonicorum nostræ congregationis conuentus fuit constitutus, siue restitutus. qui ad annum vsque 1530. in eo duravit, illo autem anno prætextu muniendę ciuitatis monasterium cum Ecclesia, & omnibus illius fabricis in eodem loco existentibus fuit euersum, & canonici ad ciuitatem migrare coacti. quos egregius, & nobilis D. Ioannes Franciscus de Molzis intra domesticos lares per aliquod temporis spatium receptos multis beneficijs, vna cum religiosissima fœmina Domina Catharina illius coniuge cumulauit. Quo anno Ecclesiam Parochialem B. Mariæ de Asseribus intra ciuitatem, ad construendum prope illam monasterium sub inuocatione Sanctissimæ Trinitatis obtinuerunt, dictam Ecclesiam resignante Venerab. Sacerdote Domino Thoma de Zuffis Rectore, & resignationem probante Clemente VII. 8. Idus Martij eiusdem anni 1530. Pontificatus sui anno 6. propeque monasterium amplissimum à fundamentis erexerunt, licet temporum difficultatibus nondum cunctis ex partibus absolutum. Cuius primus fundator fuit R. P. D. Illuminatus de Volpinis Mutinensis loci Prior, qui etiam fuit Visitator nostræ congregationis, qui primum lapidem posuit anno MDXXXXV. adiuuantibus cæteris monasterijs, vt tunc in vsu apud nostros positum fuerat. hic fuit optimus Prælatus, de dicto monasterio, & de tota congregatione ob vitæ inculpatissimæ integritatem, & singularem in rebus gerendis prudentiam, & dexteritatem optimè meritus. Ecclesiam fundauit, & absoluit R. P. D. Angelus de Banderis Mutinensis, monasterij Abbas (nam per Pium V. anno 1566. Abbatiali dignitate fuit decoratum) vir religiosissimus, & verè simplex, humilitatis, & paupertatis Apostolicæ singularis amator, cuius vtinam plures similes in diebus nostris videremus.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

De fundatione Præpositurę S. Vbaldi propè Ciuitatem Eugubinam.

ANno 1508. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Gabriel Vicentinus. Visitatores D. Germanus Vercellensis, D. Andreas Mediolanen. D. Ioan. Maria Nouarien. & D. Marcus Venetus. Anno 1509. Capitulum Generale Bononiæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Bossius Mediolanensis. Visitatores D. Gabriel Placentinus, D. Ioannes Iacobus Cremonensis, D. Matthæus Vercellensis, & D. Fulgentius Regiensis. Anno 1510. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Valerius Vicentinus. Visitatores D. Franciscus Placentinus, D. Augustinus Papiensis, D. Gabriel Mediolanensis, & D. Gaspar Vercellensis. Anno 1511. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Angelus Placentinus, Visitatores D. Io. Ant. Placentinus, D. Donatus Mediolanen. D. Germanus Vercellensis, & D. Ioannes Maria Nouariensis. Hic annus memoria dignus extitit ob fundationem Præpositurę, ac monasterij in honorem S. Vbaldi Episcopi Eugubini, & canonici regularis, in cliuo mõtis eidem Ciuitati Eugubinæ imminentis, in quo loco iam ab annis quadringentis, & amplius, sacratissima illius pignora miraculis coruscant. Huius autem collegij fundationem, & institutionem explicaturi, paulò altius ob sancti viri reuerentiam, & honorem, ipsam narrationem exordiemur. Nam cum Beatissimus Præsul Vbaldus Eugubinus Episcopus ex canonico regulari, & Priore Cathedralis Eugubinæ SS. Mariani, & Iacobi, post acceptas in Pontuensi apud Rauennam cœnobio constitutiones per Paschalem II. probatas, & per ven. Petrum de Honestis compilatas, post reformatum, & instauratum in eadem Ecclesia Eugubina cœnobium

64 Mo nast.

stitutum propè collapsum, necnon prædictas constitutiones inter canonicos vsui demandatas, ad Pontificalis dignitatis gratiam euectus, post huius vitæ sanctissimum decursum, & multa miracula patrata, de terreni corporis ergastulo ad cœlestis regni gloriam commigrasset, sacris reliquijs per Episcopos Calliensem, & Perusinum, qui ad illius funus curandum accurrerant, ritu solemni Ecclesiæ in Arca sanctorum Mariani, & Iacobi tumulatis, ipsoque per Cœlestinum Tertium curante R. P. Bentiuolio Eugubino Episcopo anno 1192. inter Sanctos relato, idem Episcopas illius corpus, quod per annos triginta quatuor in dicto Sanctorum Mariani, & Iacobi sepulchro iacuerat, anno 1194. integrum, illæsum, & palbabile repertum, in montem, ad cuius radices ipsa ciuitas paulatim consurgit, in oratorio illius nomini erecto transferendum curauit: ad quem locum ob innumera beneficia, & miracula, quæ Deus ad famuli sui preces ad salutem gentium assiduè operatur, confluunt cateruatim populi innumeri non solum ex propinquis ciuitatibus, verum etiam ex alijs remotissimis Italiæ prouincijs, & externis etiam regionibus vndequaque. Huius sancti viri gesta quamplures autores literis mandauerunt, quorum tamen præcipui fuerunt B. Thebaldus ipsius Vbaldi Sinchronus, conterraneus, & in Episcopatu primus successor in vita ipsius sancti Vbaldi, quam ad Fridericum I. Imperatorem destinauit, necnon Ven. Pr. D. Iordanus Canonicæ Castellanæ tunc regularis, Prior, ex quibus D. Augustinus Ticinensis, & D. Stephanus Cremonensis, tandemq; D. Carolus Vicentinus nunc loci Præpositus aceperunt.

II. His itaque de Beato Vbaldo præmissis, quod ad Ecclesiam, & monasterium nunc attinet, ipsa Beati Vbaldi Ecclesia ex tempore translationis sacrarum reliquiarum vsque ad annum 1512. neque collegialis, neque parochialis fuerat, nec vllos habens redditus agrorum, aut aliarum quarumcunque rerum, sed sola sacrorum pignorum præsentia, & populorum deuotione celebris, in qua frequentes à fidelibus oblationes, & eleemosynæ fiebant, quæ ad summam centum circiter ducatorum per annos singulos ascendere solebant: quas Episcopus, & canonici cathedrales ex quadam consuetudine, ac forsan præter intentionem offerentium, qui ex illis diuini cultus augmentum, & loci ornatum prætendebant, inter se diuidere consueuerant. Nam de porrigentibus manus adiutrices ad dictam Ecclesiam instaurandam, & de frequentia miraculorum ad Beati viri preces in eadem patratorum sequentes Sixti IV. literæ anno septimo sui Pontificatus emanatæ sic testantur, licet quoad indulgentias porrigentibus manus adiutrices concessas, generali quodam decreto per Pium V. abrogatæ.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei. vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ante thronum Diuinæ Maiestatis fideles Christi sanctorum pijs adiuti suffragijs, ad illorum celebranda festiua solemnia eo feruentius debent incitari, quo talium patronorum fulciti præsidijs potiora retributionis præmia valeant promereri. Vnde nos more pastoris vigilis oues nostræ curæ cõmissas, quas cupimus in suprema patria collocari, ad eorundem sanctorum libenter trahimus obsequia, vt ipsos in conspectu Domini deuota veneratione collaudent. Cupientes igitur, vt Ecclesia B. Vbaldi confessoris Eugubina, ad quam, vt accepimus, propter diuersa miracula, qua Saluator noster meritis, & intercessione ipsius Beati Vbaldi ibidem operari dignatus est, & operatur in dies, ex diuersis circumvicinorũ, & aliorum locorum partibus populi multitudo confluere solita est, congruis frequentetur honoribus, ac fideles Christi eo libentius deuotionis causa confluant ad eandem, & pro illius structurarum, adificiorum, & ornamentorum Ecclesiasticorum instauratione, conseruatione, & augmento manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberius consperxerint se refectos. de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, vndecunque etiam venientibus, qui Ecclesiam Beati Vbaldi huiusmodi in dicta eius festiuitate à primis Vesperis vsque ad secundas Vesperas inclusiuè visitauerint annuatim, ac ad præmissa manus porrexerint adiutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer concedimus, & elargimur. Et nihilominus, vt tunc visitantes ipsi conscientiæ pacem, & animarum salutem Deo propitio facilius consequi valeant, Venerabili Fratri Leonardo Grisomoderno, qui Secretarius noster existit, ac pro tempore existenti Episcopo Eugubino, vel in eius in spiritualibus Vicario Generali idoneos presbyteros seculares, & ordinum quorumcunque regulares, de quibus, & quot sibi videbitur, qui visitantium, & confiteri volentium, vndecumque sint, tunc confessiones audire, illasq; diligenter audituvota quæcunque, si quæ emiserint in alia pietatis opera commutare, & eis pro commissis per eos excessibus, delictis, & peccatis, dummodo illa, ac vota huiusmodi talia non fuerint, propter quæ Sedes Apostolica esset meritò consulenda, debitam absolutionem in forma Ecclesiæ impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere valeant, in confessores autoritate nostra deputandi, harum serie concedimus facultatem. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque: præsentibus perpetuò valituris.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1478. 3. nonas Iunij, Pontificatus nostri anno 7. Gratis de mandato Domini Papæ N. de Gottifredis, G. de Fuentes, L. Grisus, G. Gallettus.

III. CVm autem sub Pontificatu Iulij II. Franciscus de Ruuere Dux Vrbinatum, & Pontificis ex fratre nepos ob admissum homicidium

in Franciscum Cardinalem Alidosium, spontè fuisset in Castro S. Angeli cõstitutus, & Pontifex morbo repentino correptus à medicis desperatus, Elizabetha memorati Francisci Conthoralis, & Eleonora socrus, eidem Francisco timentes votum vouerunt, si Deus Pontificem incolumem reddidisset, apud Ecclesiam S. Vbaldi Collegium canonicorum regul. Lateranen. erigere, & de bonis proprijs pro conuenienti canonicorum numero ibidem statuendo dotare. quapropter à Pontifice, sanitati restituto, facultatem præfatum collegium, siue monasterium erigendi, & conuentum canonicorum in eo statuendi, supplices petierunt, ac etiam obtinuerunt: nam ad illorum preces idem Pontifex sequentes literas dedit, tum ipsum erigendi monasterij facultatem, tum etiam causas erectionis declarantes:

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Antonio de Vrbano canonico Ecclesiæ Vrbinatensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ deuotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Franciscus dela Ruuere Dux, & dilecta in Christo filia nobilis mulieres Elizabeth Feltria de Gonzaga ipsius Francisci Conthoralis, ac Eleonora de Ruuere, etiam de Gonzaga Ducissa Vrbini ad nos & Romanam gerunt Ecclesiam, promeretur, vt eorum pijs desiderijs, illis præsertim, quæ diuini cultus augmentum, Religionis propagationem conficiunt, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Francisci Ducis, & Elizabeth, & Eleonoræ Ducissarum prædictarum petitio continebat: Quod cum superioribus diebus nos graui, & periculosa premeremur infirmitate, ipsi Dux, & Ducissa nostram incolumitatem summoperè desiderantes, ob singularem deuotionem, quam ad Beatum Vbaldum Episcopum, & confessorem, qui dum in humanis ageret, Ordinem S. Augustini canonicorum regularium professus erat, & cuius corpus pluribus miraculis fulgens in quadam Ecclesia, seu Oratorio extra Ciuitatem Eugubinam in temporali dominio ipsius Ducis sita, seu sito reconditum existit, vt valetudinem recuperaremus, vouerunt & promiserunt, Ecclesiam S. Vbaldi, seu Oratorium, vt dictum corpus maiori deuotione veneraretur, de licentia nostra electu, & deputatu ad hoc aliquibus probatæ & exemplaris vitæ Religiosis eidem Ecclesiæ Sancti Vbaldi in diuinis deseruituris, ampliare, ac decorare, ac de bonis eis à Deo collatis competenter dotare: cupiuntque votum prædictum adimplere, & apud eandem Ecclesiam S. Vbaldi vnum monasterium dicti ordinis congregationis Lateranensis, & in illo vnam Præposituram pro vno Præposito, & canonicis eorundem ordinis, & congregationis inibi in diuinis deseruituris erigi, & instituj. Quare pro parte tam Franciscæ Ducis, qui gentium armorum ad nostram, & dictæ Romanæ Ecclesiæ stipendia militantium Generalis Capitaneus, & secundum carnem nepos noster existit, & Ducissarum prædictarum, quam dilectorum filiorum vniuersorum ciuium, & habitatorum dictæ Ciuitatis, asserentium, dictam Ecclesiam S. Vbaldi nullos alios reditus, siue alia bona immobilia, præter certas eleemosynas quas Christi fideles illarum partium ad ipsam Ecclesiam S. Vbaldi confluentes pro illius conseruatione piè erogant, & quas Venerabilis frater noster modernus Episcopus, & dilectus filij Capitulum Eugubinum, contra voluntatem illas erogantium, vt verisimiliter creditur, inter se diuidunt, habere, ac dictum Episcopum à dicta Ciuitate absentem existere, & Capitulum præfatum ex eleemosynis huiusmodi vltra summam duodecim ducatorum auri annuatim non percipere, nobis fuit humiliter supplicatum, vt apud dictam Ecclesiam sancti Vbaldi vnum monasterium Ordinis, & congregationis prædictorum per Præpositum annualem, iuxta eorundem ordinis, & congregationis regularia instituta regendum, & gubernandum, & in eo vnam Præposituram pro vno Præposito, & Canonicis dictorum ordinis, & congregationis inibi in decenti numero, iuxta prouidam ordinationem per easdem Ducissas cum consilio dictorum Capituli, & aliquorum probarum virorum dicti ordinis professorum faciendam, instituendam, cum campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, hortis, & hortalitijs, ac alijs officinis necessarijs, sub inuocatione eiusdem sancti Vbaldi, ad Dei laudem, & gloriam, & ipsius sancti Vbaldi honorem, & reuerentiam erigere, & instituere, ac illi sic erecto pro eius dote omnia, & singula bona mobilia, & immobilia per easdem Ducissas, & alios Christi fideles hactenus concessa, & in posterum concedenda perpetuò applicare, & appropriare, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuini cultus augmentum, & religionis dilatationem, nostris potissimè temporibus, sincerè desideramus affectibus, Ducem, & Ducissas, ac ciues, & habitatores præfatos, & eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus apud dictam Ecclesiam sancti Vbaldi vnum monasterium ordinis, & congregationis prædictorum per Præpositum annualem iuxta regularia instituta prædicta, vt præfertur regendum, & gubernandum, & in eo vnam Præposituram cum campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, hortis hortalitijs, & alijs officinis necessarijs prouiso, & habitatione perpetua vnius Præpositi, canonicorum dictorum ordinis, & congregationis inibi in decenti numero iuxta prouidam ordinationem præfatarum Ducissarum, cum consilio dictorum capituli, & aliquorum eiusdem ordinis professorum, vt præfertur, faciendam, instituendam sub dicta inuocatione si ad hoc dictorum Capituli, expressus accesserit assensus erigere, & instituere, ac illi sic erecto omnia & singula mobilia, & immobilia

bona

Duca per Ducissas & alios Christi fideles præfatos, vt præfertur, concessa, & concedenda perpetuis applicare, & appropriare; ac quod de cætero perpetuis futuris temporibus eleemosynæ, & aliæ piæ suffragia Ecclesiæ monasterij huiusmodi per Christi fideles largienda, in reparationem, manutentionem, & conseruationem monasterij & Ecclesiæ prædictorum, necnon sustentationem canonicorum, & aliarum personarum in eo pro tempore degentium conuerti debeant, nec desuper per Episcopum Eugubinum pro tempore existentem, aut Capitulum præfatos, seu quoscunque alios, quauis auctoritate fungentes impediri possint, statuere, & ordinare autoritate nostra procures. Nos enim eidem monasterio, postquam erectum fuerit, vt præfertur, ac Præposito, canonicis, & aliis personis in eo pro tempore degentibus, vt omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, peregrinis, exemptionibus, fauoribus, & indultis, quibus alia monasteria, ac Præpositi, canonici, & aliæ personæ eorundem ordinis, & congregationis in genere, vel specie vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, potiri, & gaudere possint, autoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali gratia indulgemus. non parochiali Ecclesia, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinu, & congregationis prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, decimo Calend. Augusti, Pontificatus nostri anno nono.

IV. SEd præter literas Pontificias, dum huius monasterij fundationem diligentius perquisitam, alias literas offendi in nostro Archiuo Romano Pacis prædictarum Ducissarum, cuidam Cardinali pro dicta facultate impetrãda directas, quæ quoniam rei gestæ seriem, & ordinem abũdantius explicant, non importunè addendas existimaui. sunt autem huiusmodi:

Reuerendiss. & clementiss. Domine. Extra Ciuitatem nostram Eugubinam Ecclesia est sub vocabulo S. Vbaldi, non collegiata, neque parochialis, sed potius oratorij tantum omninò redditibus agrorum, aut domorum, vel alicuius stabilis proprietatis: sed famosa deuotione populorum, & ob id frequens eleemosynis, quæ cõmuniter ascendere dicuntur ad summam centum ducatorum, & percipiuntur ab Episcopatu, cuius iurisdictionis est dicta Ecclesia, seu oratorium, ex antiqua consuetudine, & sortasse aliqua pars ipsarum eleemosynarum peruenit ad manus canonicorum Ecclesiæ cathedralis Eugubinæ, præter intentionem eorum, qui manus porrigunt adiutrices, quorum animus esset, vt eleemosynæ suæ conuerterentur in augmentum cultus diuini, & ornamentum loci. Ex parte dictarum eleemosynarum mercede conducuntur, qui in diuinis seruiunt prædictæ Ecclesiæ, siue oratorio, in quo requiescit venerabile corpus S. Vbaldi Episcopi Eugubini, celebre virtutibus, miraculis, & deuotione non solum apud Eugubinos, sed apud omnes circumiacentes populos, & prouincias: quamuis prædictum corpus minus reuerenter, religioseque habeatur, quam pro ipsius sanctitate, & populorum deuotione, vtpotè quod gubernetur per manus mercenariorum, & à possessoribus dictæ Ecclesiæ nihil quæratur, nisi lucrum, neglecto cultu diuino, qui pro loci sanctimonia frequentissimus ibidem & diligentissimus esse deberet. Quæ res etsi molesta esset vniuersæ Ciuitati Eugubinæ, tamen hactenus tolerata est: quoniam Deus nullum adhuc caput, & amorem reformationis dictæ Ecclesiæ excitauerat. nunc verò indignitate rei, ac loci sanctimonia, & deuotione erga sanctum Vbaldum, zeloque religionis, & maxime vicino periculo Sanctissimi D. N. permotæ, voto vouimus, Deo dante, fruitur, ac redditus stabiles eidem Ecclesiæ applicare, & procurare, quantum in nobis erit, vt in ea per Sedem Apostolicam instituantur Religiosi bene probati, & exemplaris vitæ, qui locum reforment, & ibidem cum Dei honore, religionis, & diuini cultus incremento, & condigna præfati corporis veneratione diuinis seruiant. Inter cæteras autem religiones peculiari deuotione motæ delegimus venerabilem congregationem Lateranensium canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini, virorum optime, & exemplaris vitæ, quos in dicta Ecclesia institui optamus, tum ob ipsorum probitatem, & laudabilem vitam, tum quia existimamus, præfatam congregationem Dino Vbaldo seriè gratiorem: quoniam dum in humanis ageret, ante dignitatem Episcopalem canonicus fuerit regularis, in Portuensi ipsorum monasterio apud Rauennam educatus, & ex monasterio canonicorum regularium pariter assumptus fuerit ad gradum Episcopalem. Vt autem res effectum suum commodius, & cum omni satisfactione sortiatur, quæsiuimus ab moderno Episcopo Eugubino consensum huius reformationis, & nouæ canonicorum institutionis, qui perfecta rei honestate, & diuini cultus augmento inde proueniente, insuper considerans probitatem instituendæ religionis, & ornamentum Ciuitatis nostræ Eugubinæ inde secuturum, additamento huius insignis religionis libentissimè assensum est, paratusque est cedere ad effectum huius reformationis, & institutionis dictorum canonicorum, omni iuri, & actioni, & iurisdictioni sibi quomodolibet in dicta Ecclesia competenti.

Insuper explorare voluimus super hac re voluntatem Ciuitatis Eugubinæ, remque proponi fecimus in publico Ciuitatis Consilio, in quo omnes communi omnium consensu, ne vno quidem discrepante, rem laudauerunt, comprobauerunt, perficique petierunt, cum magna erga nos gratiarum actione, qua talem prouinciam sumeremus, vt videretur S. Vbaldus in corde omnium Eugubinorum causam suam agere, affirmantibus omnibus, nihil vnquam apud Eugubinos tanto consensu publicè decretum fuisse, vt apparet per copiam supplicationis dictæ Ciuitatis inclusam. Confirmato igitur animo nostro consensu Episcopi, & Ciuitatis, decreuimus rem accelerare, ne Dino Vbaldo seriores gratiæ, compotes voti effecta, pro salute Sanctiss. D. N. agere videremur. Nostra

itaque intentionis est, vt dicta Ecclesia monasterium ædificari procurare, honestosque redditus rerum stabilium pro sustentatione religiosorum, qui ibi Deo seruient, quamprimum nobis commodum erit, & quam citius fieri poterit, eidem applicare. Verum, vt securæ esse possimus, quòd perpetuis temporibus non deficiat cultus diuinus in dicta Ecclesia instituendus, & quod reddituum per nos, vel alias personas applicandi præfatæ Ecclesiæ, non distrahantur, sicuti hactenus distracta sunt eleemosynæ eiusdem loci, sed conuertantur in vsum, & sustentationem religiosorum, qui Deo ibidem seruient, & ornamentum, structuramque loci. Supplicamus primum, vt dicta Ecclesia, si fieri poterit, in monasterium ordinis canonicorum regularium S. Augustini erigatur: quod si aliquibus rationibus impetrari non posset, petimus erigi in Præposituram, quod est canonicis regularibus consuetum: vel saltem in Prioratum, quod vltimo loco relinquatur, in euentum quod Præpositura, quod non credimus, etiam non obtineatur. Deinde vt Ecclesia S. Vbaldi in monasterium, vel Præposituram, aut Prioratũ sic erecta tenore eorundem literarum cum omnibus iuribus, & pertinentijs, ac fructibus, & omnibus redditibus tam præsentibus, quam futuris per nos, & quascunque alias personas dictæ Ecclesiæ donandis vniatur de præsenti per Sedem Apostolicam, & perpetuo incorporetur Venerabili Congregationi Lateranensi canonicorum regularium ordinis S. Augustini, per ipsos regenda, gubernanda, & administranda in spiritualibus, & temporalibus iuxta morem, & consuetudinem aliorum monasteriorum, Præpositurarum, & Prioratuum, ac quorumcunque beneficiorum eidem congregationi perpetuo vnitorum.

Interim autem, donec applicatio fiat, dictorum reddituum, quam vt supra diximus, facere promittimus, quam citius fieri poterit, pollicemur, ac promittimus sustentare ex nostris propriis redditibus in omnibus rebus necessarijs, & præfatæ religioni consuetis, prædictos canonicos de præsenti in dicta Ecclesia deputandos, qui præsint faciendæ fabricæ, & instaurando cultui diuino. Et vt magis securæ simus, quod intentio nostra in omnibus impleatur, ne forte in hoc principio reformationis propter mutationem Priorum, & Rectorum apud dictam congregationem consuetam aliquid fiat, quod mẽti, & animo nostro penitus non respondeat: sed vt in dies magis ad hoc laudabile opus accendamur, confisi de probitate, & virtutibus, ac singulari in nos benevolentia Ven. Patris Domini Hyppoliti Ferrariensis canonici prædictæ congregationis, petimus, & supplicamus, ipsum Dominum Hyppolitum in literis Apostolicis desuper expediendis declarari perpetuum Abbatem, siue Præpositum, aut Priorem, vel Rectorem ad ipsius vitam Ecclesiæ S. Vbaldi sic reformandæ, & vniendæ, cum hoc, quod in omnibus alijs rebus subiectus sit constitutionibus, ordinationibus, consuetudinibus, visitationi, vitæ, & moribus dictæ congregationis, eatque singulis annis ad Capitulum Generale præfatæ congregat. & in eo accipiat socios, & conuentũ more cæterorum Rectorũ, quod à nobis petitur ad commodum, & beneficium præfatæ congr. ne forte per mutationem Rectorum in aliquo offendatur, aut retardetur hæc nostra erga ipsam congr. intentio, & dispositio. Post mortem verò ipsius D. Hyppoliti contenta sumus, vt in dicta Ecclesia, & monasterio fiant Priores annui, & mutabiles, ad arbitrium Capituli Generalis dictæ congregationis iuxta consuetudinem in alijs eorum locis obseruari solitam, & ita expressè decernatur per literas Apostolicas desuper expediendas.

PRædictis itaque literis Apostolicis obtentis, accedente insuper expresso consensu Episcopi, & Capituli Eugubini, ad quos Ecclesia spectabat, missus est anno sequenti à Rectore Generali Ven. Pater D. Hyppolitus Ferrariensis eũ quinque alijs canonicis, qui nomine congregationis ipsius Ecclesiæ corporalem possessionem apprehendit: & tunc monasterium pro loco satis amplum, & pulchrum ædificari cœptum, quod partim dictarum Ducissarum largitionibus, partim piorum eleemosynis post aliquot annos absolutum quidem fuit: cæterũ vix aliquot redditibus dotatum, præter Ecclesiam parochialem S. Martini cum annexa S. Mariæ de Margilla, quam ad preces ipsorum Francisci Ducis, & Ducissarum cum illius bonis, & iuribus Leo X. anno 1513. & Pontificatus sui primo, 3. Idus Augusti prædicto monasterio sic erecto vniuit. Quocirca monasterium præter piorum oblationes pauciſſimos habet prouentus: & ita pauci canonici in eo degũt, qui de communibus contributionibus congregationis ob sancti rei curentiam frequenter aluntur.

Corpus S. Vbaldi in arca marmorea super arã maximam ferreis cratibus, & repagulis fortissimis, obserrata custoditur, ex omni parte integrũ, & palpabile, quod ipse testis oculatus, Deo concedente, vidi, & palpaui. Huius autem Sancti virtus in fugandis nequam spiritibus ab obsessis potissimum elucet.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

De vnione Venerabilis Canonicæ S. Frigdiani Lucensis, & decem Prioratuum illi subiectorum cum cõgregatione Lateranensi.

ANno 1513. quo generalia nostræ congregationis Comitia sunt habita Placentiæ, ac in eis electi Rector Generalis R. P. D. Hieron. Mediolanensis, & Visitatores D. Fulgentius Regiẽsis, D. Gregorius Mortariensis, D. Ioannes Iacobus Cremonẽsis, & D. Timotheus Papiẽsis.

Iulius

Iulius II. ex hac vita migrat, die 21. Februarij, & in eius locum eligitur Io. Mediceus Cardinalis, qui Leo X. est nuncupatus, qui de manibus Matthæi Bossi tunc Abbatis Fesulani Cardinalatus insignia susceperat, vt supra cap. 11. præmissimus. Hic Pontifex Generale Concilium Lateranense sub Iulio II. inchoatum prosecutus absoluit an. 1517. cui Concilio interfuit ex canonicis nostræ congr. R. P. D. Theseus Ambrosius Papiensis, ex Comitibus Albonesij, quê Albonesij Regulum vocat Genebrardus in Chronologia sub anno 1515. Hic iubente Cardinali S. Crucis in Ierusalem Missam, siue Liturgiã Chaldæorũ Latinam reddidit, quam Concilio admisit, & Chaldæis in Concilio præsentib. celebrãdam permisit; neque enim prius id eis concedere voluit, quam intellexisset, quibusnam verbis, ac ritibus sacrum munus perficerent. Idem Leone Pontifice præciente Eliam filium Abrami Petri Antiocheni, & Maronitarum Patriarchæ Nuntium linguam latinam docendum suscepit in canonica S. Mariæ Pacis, ex eodem Autore in suo libro Introductorio in linguam Chaldaicam, Syriacam, & Armenicam pag. 14. & 78. Hoc eodem annno Leo X. indulsit vt monasteria existentia in locis extra ciuitates, & oppida minus tutis, & à ciuitatibus, & habitatione hominum remotis, intra ciuitates & oppida transferre possent, remanente aliquo canonico in antiquis monasterijs ad curam animarum exercendam, & qui eisdem in Diuinis deseruirent. datæ sunt literæ Apostolicæ die 24. Septembris anni 1513. quarum exemplum habetur in Archiuo Pacis Romæ in quodam libro antiquo, cuius est titulus. *Registrum Bullarum, & Quittantiarum incœptarum anno 1507.*

Anno 1514. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Valerius Vicentinus. Visitatores D. Franciscus Placentinus, D. Gabriel Mediolanensis, D. Gaspar Vercellensis, & D. Augustinus Ticinensis. Anno 1515. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Albertus Veronensis. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Ioannes Maria Vercellensis, D. Michaël Vicentinus, & D. Seuerinus Mediolanensis. Anno 1516. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Germanus Vercellensis. Visitatores D. Ioanes Maria Nouariensis, D. Theodorus Placentinus. hic fuit vir singularis probitatis, D. Gaspar Mediolanensis, & D. Agapitus Vicentinus.

II. Anno 1517. Generale Capitulum Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Franciscus Placentinus. Visitatores D. Ioannes Iacobus Cremonensis, D. Timotheus Papiensis, D. Petrus Martyr Mediolanensis, & D. Ludouicus Salodiensis Hoc anno Prior, & canonici S. Frigdiani Lucensis, videntes ipsorum congregationem numero monasteriorum, & canonicorum, & tã in spiritualibus, quam in temporalibus valdè inclinatam, timentes ne monasterium cum suis membris, deficiente disciplina regulari, vel secularibus commendaretur, vel ad alios ordines trãsiret, quod quibusdam præcipuis collegijs dictæ congregationis ante aliquot annos iam contigerat, vt S. Martini Senarum, S. Saluatoris, S. Cyri, & S. Marci in Episcopatu Fetrariensi: vel tandem in Canonicam secularem conuerteretur, quod alteri monasterio insigni S. Michaëlis dictæ Ciuitatis Lucensis tunc contigerat, quem Leo X. ex monasterio canonicorum regularium ordinis S. Augustini in canonicam secularem mutauerat, dictum S. Frigdiani monasterium cum sibi subiectis, & annexis Prioratibus, qui per eosdem canonicos regebantur, vnanimes nostræ Lateranẽsi tradere, & in nostram Societatem sub certis quibusdam conditionibus inter partes firmatis, vnire decreuerunt, quarum vna extitit, vt Ven. P. D. Gerardus monasterij Prior vita durante dignitatem, & titulũ Prioratus retineret. Secũda vt numerus viginti octo canonicorum, computatis antiquis loci canonicis, per nostros Lateranenses in eodem monasterio suppleretur, ita vt deficientibus antiquis recentes ex Lateranensibus adderentur. Tertia vt Lateranenses ad dictum monasterium accedentes non solum in habitu interno qui in vtrisque idem erat, verum etiam in externo prædictis antiquis canonicis in omnibus, & per omnia seipsos conformarent & similiter Prior ex Lateranensibus eidem antiquo S. Frigdiani Priori subrogandus, habitum Priorum antiquorum assumeret, videlicet cappam Episcopalem, cum Annulo, Mitra, & Baculo, & Missas, ac Vesperas diebus solitis in Pontificalibus celebraret, & populo solemniter benediceret, secundũ antiqua priuilegia Priorum S. Frigdiani. Quarta, vt quibus antiquis canonicis mint. mẽ placuisset in Lateranensium Societate manere, in locis decentibus, vel in alijs membris monasterij extra illud degere concederetur, quibus certa pensio annua super bonis non solũ S. Frigdiani, sed etiam aliorum monasteriorum congregationis Lateranensis constitueretur. Et aliæ, quę leguntur in literis vnionis, quibus Leo X. præfatum monasterium cum omnibus illius membris, iuribus, priuilegijs, & pertinentijs eidem Lateranensi congregationi vniuit, sub prædictis conditionibus inter partes firmatis, quæ literæ hoc an. 1517. tertio Idus Octobris sunt datæ apud Cornetum. In quibus quidem literis specialiter notanda sunt illa verba, quæ de habitu per Priorem, & canonicos Lateranenses, in dicto monasterio commorantes ferendo sic præceptiuè disponũt. *Quodq; tam moderni monasterij S. Frigdiani, quam eiusdem congregationis canonici in monasterio huiusmodi residentes, in habitu proprio, absque cappino, etiã in Ecclesia, Choro, Refectorio, & Capitulo, ac alijs locis publicis dicti monasterij, & extra monasterium, quando processionaliter incedẽt, cum superpelliceo, seu cotta,*

& cappatio supra cappar, seu mantellor, in ordine clericali, cum etiam in aliys literis Apostolicis expressum fuerit, quod essentialiter sint clerici, & inter se conformiter incedere: necnon Priores in dicto monasterio post obitum ipsius Gerardi per dictam congregationem pro tempore deputandi, quamdiu ibidem residerint, illum, quem dictus Gerardus, & alij eiusdem monasterij Priores prædecessores habitum gestare consueuerant, videlicet cappam, seu mantellum Episcopalem cum cappatio, gestare debeant, annuloque, baculo, & Mitra Pontificalibus solitis diebus celebrando, etiam populo benedicendo, vti possint, &c.

III. PORro in dicta vnione sequentes Prioratus antiquæ congregationis S. Frigdiani tanquam illius membra cum suo capite nostræ Lateranensi familiæ sunt vniti. Primus ipse Prioratus S. Frigdianis conuentualis, & Parochialis, caput totius congregationis, cuius Prior in multis authenticis scripturis vocatur Prior Generalis totius congregationis S. Frigdiani, qui tempore dictæ vnionis erat Ven. Pr. D. Gerardus de Cagnolis.

Secundus Prioratus S. Frigdiani de Sacris in Ciuitate Bononiensi, qui antiquitus erat conuentualis, in quo residebant studentes dictæ congregat. qui Bononiam mittebantur, causa studiorum: nunc autem nullus ibi residet. illum tũc tenebat D. Io. Antonius de Palanzano.

Tertius S. Saluatoris in Mustiolo, siue Mustolio in Ciuitate Lucana, in quo manebat Prior manualis nomine D. Leonardus Petri, cum quatuor canonicis, sicut etiam nunc resident. estque Prioratus parochialis.

Quartus S. Leonardi de Burgis muratis intra eandem Ciuitatem parochialis, quem tenebat D. Benedictus Baptistæ, vbi nunc etiam manet vnus canonicus.

Quintus SS. Quirici, & Iulitæ Castri Casij in Episcopatu Bononiensi, parochialis, vbi manebat Prior nomine D. Deodatus de Luchesinis. manet nunc etiam Prior manualis cum duobus canonicis.

Sextus SS. Stephani, & Laurentij in eodem Castro Casij, quem regebat D. Philippus Blasij. nunc manet ibi vnus canonicus, & quandoque regitur per clericos seculares, estque parochialis.

Septimus S. Andreæ de Carana parochialis, & conuentualis, antiquus, vt patet ex literis Eugenij III. Priori, & Fratribus dicti monasterij directis, quem tempore vnionis tenebat D. Martinus de Castigliono, vbi nunc etiam manet Prior cum duobus canonicis, qui Ordinariam iurisdictionẽ in clericos, & laicos oppidi, & vallis Corrariæ, tanquam Vicarius Prioris S. Frigdiani Lucensis exercet.

Octauus S. Bartholomæi de Colonata parochialis, quem regebat D. Franciscus de Virgulet̃a; nunc regitur per clericos seculares.

Nonus S. Petri de Auentia, quem tenebat D. Blasius Antonij de Mutina, & est parochialis: regitur nunc per canonicos, vel sacerdotes seculares ad beneplacitum Prioris S. Frigdiani, sicut etiam præcedens.

Decimus S. Michaëlis de Gragnano parochialis, quem regebat Matthæus Franchi de S. Terentio. nunc similiter regitur per clericos regulares, vel seculares ad beneplacitum Prioris S. Frigdiani.

Vndecimus S. Mariæ Magdalenæ oppidi Castri Franchi, qui olim erat formale monasterium, vt ex literis collationum, & alijs supra hoc libro c. 7. relatis liquet, cuius Prior vocabatur D. Marcus. nunc manet in eo Vicarius nomine Prioris S. Frigdiani. Qui omnes Prioratus illorum Prioribus sponte, ac liberè consentientibus memoratæ congregationi Lateranensi fuerunt vniti, non solum in genere, sed etiam in specie, & sub proprijs vocabulis, & nominibus expressis in literis vnionis eiusdem.

IV. DE monasterio S. Frigdiani necnon etiam de tota congregatione, singulisque illius monasterijs ex instituto multa in 2. libro, ca. 45. tradidimus, Longum autem nimis, & laboriosum esset omnes viros illustres ex illo profectos sigillatim percensere. Nam præter Beatum Frigdianum Lucensem Antistitem, & illius primum fundatorem, ex collegio S. Frigdiani prodijt in primis Lucius II. Romanus Pontifex, quem Onuphrius S. Lateranensis Basilicæ canonicum fuisse testatur, quod nostram sententiam non infirmat, sed potius multo magis confirmat, cum S. Frigdiani canonici ijdem essent, qui & Lateranenses, ipsiq; Lateranenses ex S. Frigdiani capitulo potissimum accepti, vt diplomatibus Pontificijs in sequenti capite probarum relinquemus, & supra lib. 2. c. 45. & in hoc 3. lib. c. 4. non semel monuimus. Quod etiam de illius canonica professione in monasterio Bononiensi Rhenano recentiores nonnulli scribunt, infra c. 52. apocryphum ostendemus. Prodierunt etiam quinque dignissimi S. R. E. Cardinales videlicet: primus D. Vbaldus de Caccianemicis eiusdem Lucij II. nepos, & presbyter Cardinalis S. Crucis in Ierusalem ab Eugenio III. creatus. hunc falsò quidam monasterio S. Mariæ Rhenano adscribere nituntur. quomodo enim id verum esse potest, cum ipse Lucius II. Eugenij prædecessor immediatus Cardinalem S. Crucis in Ierusalem non nisi ex illius, vel S. Frigdiani capitulo sumendum statuisset. Secundus D. Hieronymus ex canonico S. Frigdiani Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ per Alexandrum III. ordinatus, qui fuit vir magnæ autoritatis, & singularis probitatis. Tertius D. Arduinus ex canonico S. Frigdiani Diaconus S. Mariæ Nouæ ab eodem Alexandro III. creatus. Quartus D. Bernardus ex canonico sancti Frigdiani creatus Diaconus S. Mariæ Nouæ à Clemente III. Quintus D. Leo de Brancaleonibus

Romanus

Romanus ex canonico S. Frigdiani Diaconus S. Luciæ, deinde presbyter Cardinalis S. Crucis in Ierusalem creatus ab Innocentio III. & alij multi, quorum nomen excidit cum, vt dictum fuit, per multos annos Cardinales S. Crucis & S. Mariæ Nouæ non nisi ex S. Frigdiani Capitulo assumerentur. Ex eodem quoque Collegio accepti fuerunt D. Hieronymus Prior, quem Innocentius III. licet inuitum, & excusationes prætendentem, Aretinum Episcopum ordinauit, cuius virtutem idem Innocentius in quadam epistola ad canonicos S. Frigdiani testatur. Item D. Rayne rius eiusdem monasterij S. Frigdiani Prior, & S.R.E. Vicecancellarius sub Honorio III. quem idem Pontifex Patriarchã Antiochenũ creauit, teste Onuphrio in Chronica. hic ille est Patriarcha, quem tacito eius nomine, scribit Cæsar Frãciotus in sæpius allegata Historia de sacris Imaginibus, & Ecclesijs Lucensibus in Ecclesia S. Frigdiani, aram in Sacello S. Catharinæ anno 1220 sacrasse. multique alij Priores dicti monasterij viri præclari, & celebres fuerunt. vt patet ex literis præsertim summorum Pontificum iuxta rerum, ac temporum exigentias ad illos datis, de quibus sequenti capite dicemus.

Post reformationem vero floruerunt ex canonicis S. Frigdiani D. Petrus Lucensis, qui paulo ante vnionem ad nostros transierat, vir magnæ virtutis & sanctitatis, & verbi Dei prædicator mirificus, de quo ne nostra cõmendare videamur, proferam testimonium alienum, ex autore Historiæ Ecclesiæ Bergomẽsis sub titulo Vineæ partesecunda, cap. 113. sic testante: *Nec prætermittendum est ille Reuerend. Dom. Petrus Lucensis canonicus regularis, operarius de hac vinea benemeritus, qui anno Domini 1520. maximo feruore toto tempore Quadragesimæ dignissimas habuit conciones vsque ad Octauam Paschæ, quo die interdicta fuerunt omnes huius ciuitatis Ecclesiæ à diuinis officijs, quæ interdictio duravit vsque ad decimum quartum Decembris, quo die liberata fuerunt. Sequenti autem die Dominico post Octauam Paschæ ipse Reuerend. Domin. Petrus vltimam suam concionem habuit in Plateola sita ante eadem sanctæ Trinitatis & sancti Spiritus in Suburbio S. Antonij, in qua concione præsentibus quatuor Reuerendissimis Episcopis, videlicet Reuerendissimo Dom. Lipomano electo Bergomensi, Reuerendissimo Dom. Gabriele Bononiensi Archiepiscopo Barensi, Reuerendiss. Dom. Bartholomæo à Sonica Episcopo Iustinopolitano, Reuerendissimo Dom. Abbate Tasso Episcopo Macseratensi, & Recanatensi innumerabilique virorum, mulierumque multitudine, multa prædixit euentura mala, cum particularia, tum etiam generalia, videlicet mortem multorum violentam, pestem, famem, bellum, quæ omnia, sicut prædixerat, euenerunt.* Hæc ille qui testis narratorum auritus, & oculatus fuit. Obijt autem Bononiæ in Ecclesia sancti Ioannis in monte ante organum tumulatus, tum à nostris, tum ab externis pro Beato habitus. Cui proximè subiungendus D. Riccardus ex eisdem antiquis canonicis Frigdianis ad nostros Lateranenses profectus, & memorati D. Petri contemporaneus, corpore quidem paruus, sed virtute maximus, in scientijs diuinis, & humanis apprimè instructus, in disputando prõptissimus, & acutissimus: sed vitæ integritate singularis, & inter declamatores suorum temporum fœlicissimus, quem Ciuitates simul certatim petebant, vt opus fuisset ex vno plures facere. Fuit autem Franciſco Secundo, & vltimo Mediolanensium Duci charissimus. obijt Vercellis circa annum 1530. de vtroque scribit Ioannes Philippus noster in Chronica lib. 6 cap. 24. & sequenti. Nec omittendus alter D. Petrus iunior, ingenio acutus, & omnibus artibus liberalibus optimæ exceltus, sed Theologus in primis eruditus, qui cum aliquot annis faceram Theologiam in scholis professus fuisset, factus Prior S. Frigdiani paulò post moritur Lucæ anno 1611.

V

IN Ecclesia S. Frigdiani, quam ab illo fundatam, & tribus Leuitis Stephano Vincentio, & Laurentio dicatam, Lucensium Ecclesiarum tabularia testantur, reperitur altare per Beatum Frigdianum eisdem tribus Leuitis consecratum, superque illud ingens lapis ab eodem D. Frigdiano miraculo intra Ciuitatem adductus. Ecclesiam autem Eugenius Tertius, ob singularem illius erga sanctum Frigdianum deuotionem, propijs manibus consecrauit, quod in quadam epistola ad sancti Frigdiani Priorem directa fatetur. Cæterum in eadem Ecclesia custoditur pars tituli, qui sacratissimæ Cruci viuificæ fuerat suprapositus; à canonicis Frigdianis ex Ecclesia sanctæ Crucis in Ierusalem de Vrbe, tunc inibi degentibus, acceptus. quod ex scripturis authenticis tum in dicta Ecclesia sanctæ Crucis de Vrbe, tum in monasterio sancti Frigdiani repertis constare, dicit Cæsar Franciotus in Libro de Sacris Imaginibus, & Ecclesijs Lucensibus, in Ecclesia, & conuentu sancti Frigdiani. Vidi ego titulum Romæ, & obseruaui illius aliquam partem fuisse in angulo præcisam.

Sunt præterea in dicta Ecclesia sequentes reuerendissimæ Sanctorum Reliquiæ, videlicet de capillis Beatissimæ Virginis Dei Genetricis. Corpus S. Frigdiani Episcopi Lucensis, & canonicorum regularium Lateranensium in dicta Ciuitate primi institutoris, quod à Beato Ioanne Lucensi Episcopo, & canonico regulari miraculosè repertum, anno salutis octingentesimo in altari eidem Sancto Frigdiano à se consecrato primo fuerat repositum: anno vero 1566. cum alijs sanctorum reliquijs ad altare maius est translatum, ac in eo decentius locatum. Corpus sancti Cassij Narnienſis Episcopi, & confessoris Corpus Sanctæ Faustæ Virginis, & martyris. Corpus sancti Riccardi Regis Anglorum, & confessoris

cum Sacello eidem Sancto erecto, cuius meminerunt Martyrologium Romanum sub die 7. Februarij, & Surius qui eius vitam scribit tomo primo, sub eodem die. Corpus B. Citæ, vel Sitæ Virginis, de qua in dicta Ecclesia officium fieri consueuit. Corpus B. Ioannis primi Episcopi Lucensis qui S. Frigdiani corpus miraculose inuenit. Corpus Beati Corradi Episcopi Lucensis. Capita sanctorum Martyrum Ioannis & Pauli. Capita duarũ ex vndecim millibus Virginibus. Caput S. Pantaleonis Martyris, S. Vrsulæ custodis. Et de ossibus sanctorum Apostolorũ Petri, & Pauli, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Simonis, & Thadæi, cum mandibula, & dentibus S. Laurentij Martyris, & alijs innumeris reliquijs Sanctorũ, quarum tabulã memoratus Pater Cæsar Franciottus in libro allegato describit.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

De Priuilegijs Canonicæ S. Frigdiani per Romanos Pontifices collatis.

I. PRiuilegia monasterio, siue canonicis S. Frigdiani per Romanos Pontifices collata tam multa sunt, vt in illis per extensum, & ex integro recensendis, magnum nos volumen conficere oporteret. præter plurimas literas Apostolicas, vel Prioribus, & canonicis S. Frigdiani, vel eorum causa alijs personis per summos Pontifices directas. nam vt liberè dixerim absque alicuius iniuria, nullum aliud collegium canonicorum reperi, tot priuilegijs munitum, & decoratum. Verum ne in tenebris obliuionis omnino deliteſcant, tum breuitati, tum etiam vtilitati consulentes, per compendium sic reddere decreuimus, vt tamen nonnulla, quæ maioris momenti esse videbuntur, ex integro, fideliterque referamus.

Primum igitur priuilegium est Alexandri Papæ huius nominis II. qui fuit canonicus regularis & Episcopus Lucensis, datum 3. Idus Octob. Pontificatus sui anno 7. incipit: *Quoties à nostrũ filio.* per quod Ecclesiam S. Frigdiani cum omnibus illius bonis sub patrocinio, & defensione Sedis Apostolicæ susceipit, & sub pœna anathematis præcipit, ne qua persona Ecclesiastica, vel secularis aliquam eidem Ecclesiæ præsumat inferre violentiam.

Secundum Paschalis II. Rothoni Præposito, & illius fratribus directum, datum Lucæ per manum Ioannis S. R. E. Diaconi Cardinalis 5. Calend. Nouembr. Pontificatus sui anno 6. incipit: *Desiderium, quod ad.* vitæ regularis institutum ibidem plantatum confirmat, prohibens professos sine licentia è clausſro recedere. Ecclesiam, & illius bona sub immediata Sedis Apostolicæ protectione recipit, decimas à Parochianis accipere concedit, statuit, vt Præpositus de gremio Capituli eligatur, & vt nullus bona monasterij auferre, vel minuere præsumat, sub pœna anathematis, si secundò, aut tertiò monitus non satisfecerit.

Tertium eiusdem Paschalis II. dictis Rothoni Præposito, & canonicis. datum Laterani per manum memorati Ioann. Diaconi Cardinalis, & Bibliothecarij 9 Calend. Iulij, Pontificatus sui an. 7. incipit: *Desiderium.* confirmat præcedens, addés facultatem accipiendi Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium, & ordinationes clericorum à quocunque alio Episcopo Catholico, si Episcopus Lucensis dare noluerit. prohibens Episcopo Lucano Ecclesiam S. Frigdiani interdicto supponere, vel illius clericos excommunicare, nisi in quibusdam casibus, præcedente ij monitione, ac etiam illorum contemptu: concedés canonicis S. Frigdiani facere fontem Baptismalem iuxta illorum antiquam consuetudinem in vigilia Paschæ, & Pentecostes: prohibens secularibus, intra clausſrum hospitari, & generaliter omnibus, & singulis monasterium perturbare, illius bona auferre, vel ablata retinere, vel minuere, aut molestare, idque sub pœna excommunicationis.

Quartum eiusdem Paschalis prædictis Rotho. ni Præposito, & Fratribus. Datum Laterani per manum eiusdem Ioannis Diaconi Cardinalis Nonis Martij, Pontificatus sui anno 9. incipit: *Religiosis desiderijs.* confirmat præcedentia, addit facultatem recipiendi clericos seculares ad vitam regularem transire volentes post petitam à suis Episcopis licentiam.

II. QVintum Gelasij II. Attoni Præposito, & illius fratribus. Datum Pisis per manum Crisogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis 6. Kalend. Octobr. Pontificatus sui anno primo, incipit: *Decente nos Apostolo.* confirmat concessa per Paschalem Secũdum, prohibet, ne canonici sancti Martini vigore certi priuilegij possint aliquam molestiam inferre canonicis S. Frigdiani. Concedit, ne possint compelli ire ad processiones publicas, exceptis triduanis ante rogationes. Item vt nullus possit parochianos S. Frigdiani excommunicare, nisi pro delicto publico, neque etiam ad pœnitentiam admittere, neque mortuos ex dicta parochia sine licentia Præpositi & canonicorum S. Frigdiani sepelire. item ne canonici maioris Ecclesiæ Chrisma, & oleum infirmorum illis auferre præsumant, aut prohibeant clericos monasterij ordinari sub pœna excommunicationis.

Sextum Calisti II. eisdem Attoni Præposito, & fratribus. Datum Laterani per manum Almerici 7. Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno 6. incipit: *Quæ salubri moderamine.* confirmat præcedentia,

liberat

CAPVT QV

liberat monasterium ab omnibus collectis exactionibus, siue insultibus, concedit fa cum excommunicandi canonicos à clausſr latera recedentes, & ad illa reuocandi ec aliarum Ecclesiam transierunt, si à religion mire deuiuerint. Confirmat eisdem Ca de Morigiano per Alexandrum II. ipsi cessum.

Septimum Honorij II. eisdem Attoni, tribus. Datum Laterani per manum Alm pontificatus sui anno 4. incipit: *ad hoc vnia* confirmat præcedentia Pontificum priu vtensce nominatim omnia bona monaſte

Quorum Innocentij II. eisdem Atto fratribus. Datum Astæ per manum A xiij 16. Kal. Maij pontificatus sui anno 3. i *Quoniam fore vera cultu religionis.* confirmat p dentia addit iudicium, quod eiusdem loci per se, vel eum sanioris partis consilio ratio haer de aliquo ipsorum fratrum fecerit, n posse retractare, vel immutare.

Nonum eiusdem Innocentij prædictis fratribus, Datum Nonantulæ per m Almerici 3. Nonas Octob. eiusdem anni, in *Quemadmodum ea.* confirmat eis Ecclesiam tanensis in Episcopatu Ferrarien si per La rum Episcopum eis concessam, cum om illius bonis, & iuribus, & priuilegijs munit.

10. Eiusdem Innocentij prædictis Atto fratribus, Datum Pisis per manum Alm 5. Nonas Aprilis, Pontificatus sui anno *Incipit: Officij nostri.* per quod Ecclesiam, & priale S. Ioannis de Capite Burgi Lucanæ c ni à nonnullis pijs viris fundatam, ipsis P & canonicis perpetuò habendam, & tenet eas dixit, quandiu apud illos canonica in ea viguisset, in qua Ecclesia concedentibus fratribus, & canonicis, nunc est fundatum Col rum canonicorũ nostri ordinis, & cõgregati

11. Eiusdem Innocentij prædictis Atton fratribus, Datum Pisis per manum Almeric Kalend. Iunij, eodem anno. incipit: *Officij n* cuit monachos S. Georgij, in parochi Frigdiane manum mittentes, quam monas tuere restituendam decernit: prohibens tactis sepelire parochianos S. Frigdiani sic cessia canonicorum.

12. Eiusdem Innocentij Hieronymo Prio fratribus (hic Hieronymus fuit postea Epi pus Aretinus) datum Romæ per manum A Idus Kalendis Nouemb. Pontificatus sui an incipit: *In Apostolicæ.* confirmat præcedenti concedit eisdem Ecclesiam S. Pantaleonis reformandum in ea Religionem.

13. Eiusdem Innocentij prædictis Hier nus Prior, & fratribus, Datum Laterani per num Almerici 2. Calend. Maij, Pontificat anno 2. incipit: *ad hoc vniuersalis.* per quod Ecclesiam parochialem S. Saluatoris in Mist

liberat monasterium ab omnibus collectis, siue exactionibus, siue insultibus, concedit facultatem excommunicandi canonicos à claustris sine licentia recedentes, & ad illa reuocandi eos, qui ad aliam Ecclesiam transierunt, si à religionis tramite deuiauerint. Confirmat eisdem Capellam de Mutigliano per Alexandrum II. ipsis concessam.

Septimum Honorij II. eisdem Attoni, & fratribus, Datum Laterani per manum Almerici, pontificatus sui anno 4. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* confirmat præcedentia Pontificum priuilegia. recenset nominatim omnia bona monasterij.

II. OCtauum Innocentij II. eisdem Attoni, & fratribus. Datum Astæ per manum Almerici 16. Kal. Maij pontificatus sui anno 3. incipit: *Quoniam sine veræ cultu religionis.* confirmat præcedentia. addit iudicium, quod eiusdem loci Prior per se, vel cum sanioris partis consilio rationabiliter de aliquo ipsorum fratrum fecerit, nullum posse retractare, vel immutare.

Nonum eiusdem Innocentij prædictis Attoni, & fratribus, Datum Nonantulæ per manum Almerici 3. Nonas Octob. eiusdem anni, incipit: *Quæ à nobis.* confirmat eis Ecclesiam S. Saluatoris in Episcopatu Ferrariensi per Landulphum Episcopum eis concessam, cum omnibus illius bonis, & iuribus, & priuilegijs munit.

10. Eiusdem Innocentij prædictis Attoni, & fratribus, Datum Pisis per manum Almerici, 2. Nonas Aprilis, Pontificatus sui anno sexto. incipit: *Officij nostri.* per quod Ecclesiam, & Hospitale S. Ioannis de Capite Burgi Lucanæ ciuitatis à nonnullis pijs viris fundatam, ipsis Priori, & canonicis perpetuò habendam, & tenendam tradidit, quandiu apud illos canonica institutio viguisset, in qua Ecclesia concedentibus ipsis Priori, & canonicis, nunc est fundatum Collegium canonissarũ nostri ordinis, & cõgregationis.

11. Eiusdem Innocentij prædictis Attoni, & fratribus, Datum Pisis per manum Almerici 12. Kalend. Iunij, eodem anno. incipit: *Officij nostri.* coërcet monachos S. Georgij, in parochiam S Frigdiani manum mittentes, quam monasterio integre restituendam decernit: prohibens monachis sepelire parochianos S. Frigdiani sine licentia canonicorum.

12. Eiusdem Innocentij Hieronymo Priori, & fratribus (hic Hieronymus fuit postea Episcopus Aretinus) datum Romæ per manum Almerici Kalendis Nouemb. Pontificatus sui anno 8. incipit: *In Apostolicæ.* confirmat præcedentia, & concedit eisdem Ecclesiam S. Pantaleonis, ad reformandum in ea Religionem.

13. Eiusdem Innocentij prædictis Hieronymo Priori, & fratribus, Datum Laterani per manum Almerici 2. Calend. Maij, Pontificatus sui anno 2. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* per quod Ecclesiam parochialem S. Saluatoris in Mustiolo Lucanæ ciuitatis illis perpetuo regendam tradit, sub annuo canone duodecim denariorum Lucensium Sedi Apostolicæ in signum subiectionis soluendorum.

14. COelestini II. Petro Priori, & fratribus, VI.
Datum Laterani per manum Gerardi, 4. Idus Ianuarij, Pontificatus sui anno 1. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* concedit, vt Diaconus Cardinalis tituli S. Mariæ Nouæ non nisi de gremio capituli S. Frigdiani eligatur.

15. Eiusdem Cœlestini prædictis Petro, & fratribus. Datum Laterani per manum Gerardi, 5. Idus Decemb. Pontificatus sui anno 1. incipit: *Quoniam sine veræ.* confirmat præcedentia priuilegia concessa per Romanos Pontifices antecessores.

16. Lucij II. qui fuit canonicus dicti monasterij, eisdem Petro Priori & fratribus, Datum Romæ per manum Roberti &c. 16. Calend. Maij, Pontificatus sui anno 1. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* confirmat statutum Cœlestini, vt Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, non nisi de gremio capituli S. Frigdiani eligatur.

17. Eugenij III. prædictis Petro Priori, & fratribus, Datum apud ciuitatem Castellanam per manum Roberti, 3. Idus Aprilis, Pontificatus sui an. 1. incipit: *Quoniam sine veræ.* omnia præcedentium Pontificum priuilegia in vnum conflata confirmat, & omnes Ecclesias, & bona S. Frigdiani numerat, & sub protectione Sedis Apostolicæ recipit. est priuilegium amplissimum.

18. Eiusdem Pontificis prædictis Petro Priori, & fratribus, Datum vt supra Nonis Aprilis, eodem anno. incipit: *Ad hoc vniuersalis.* Confirmat statututum Cœlestini, vt Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ non eligatur, nisi de gremio capituli S. Frigdiani.

19. EIusdem Pontificis prædictis Petro, & fra- V.
tribus, Datum Ferentini per manum Bosonis, 6. Idus Maij, Pontificatus sui anno 7. incipit: *Quæ à fratribus nostris.* Confirmat donationem factam à Gotefredo Lunensi Episcopo eidem monasterio, & canonicis de Ecclesia parochiali S. Andreæ de Carraria, cum Capellis, Hospitali, & alijs Ecclesijs dicti Oppidi, & Vallis. pro cuius priuilegij ampliori intelligentia ponitur hic eiusdem Episcopi donatio, primò facta Alberto Archipresbytero sub sequenti verborum forma.

Gotefredus Lunensis Ecclesiæ humilis seruus, Alberto Archipresbytero Plebis S. Andreæ de Carraria. Fraternitatis tuæ petitioni humanissimè gratanter cõdescendimus: Petu namque, & indefinenter flagitas, quatenus plebs de Carraria ad vnitatem redacta, indiuisa perpetuo remaneat, & Clerici, qui ibidem pro tempore fuerint, in communi vita permaneant, & diuinæ Maiestati seruire se studeant. Quod quia ratio omnino postulat, nobis admodum placet, & per hanc priuilegij paginam nostra autoritate firmamus, Capellas insuper

omnes,

omnes, quacunque sunt, vel in antea fuerunt in territorio supradictæ plebis S. Andreæ, ordinationi tuæ, tuorumque successorum, quos pro tempore in eadem Ecclesia S. Andreæ Lunensis Ecclesia ordinauerit, omnibus modis cõmittimus: & vt nulla persona in aliqua de ipsis Capellis, absque tua, tuorumq; successorũ ordinatione potestatem habere præsumat, omnino prohibemus. Omnia etiam quæcunque siue in terris, siue in vineis, siue in alijs arboribus, seu in decimis, & quibuscunque rebus, quocunque titulo iam dictæ plebi iustè sunt, vel in antea fuerunt acquisita, tibi, tuisque successoribus præsentis priuilegij autoritate perpetuò possidenda sancimus. Si qua igitur Ecclesiastica secularisue persona contra huius priuilegij paginam temerè venire præsumpserit, & secundò, tertiòue commonita congruæ satisfactione non emendauerit, anathematis gladio se deputatum agnoscat. Cunctis autem eiusdem Ecclesiæ iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmium æternæ pacis inueniant. Amen. Actum in Synodo habita in Ecclesia S. Andreæ de Serzana, anno Domini 1127. iij. Nonas Iunij, Indictione 15.

Ego Gotefredus Episcopus propria manu subscripsi.
Ego Hugo Lunensis Archipresbyter subscripsi.
Ego Pastor S. Lunensis Ecclesiæ Præpositus subscripsi.
Ego Gregorius S. Lunensis Ecclesiæ cantor subscripsi.

Originale est Romæ in Archiuo Pacis, ex quo fideliter excepi.

Subiungitur deinde alia donatio prædictæ plebis, & omnium Capellarum, iurium, & bonorum ad illam spectantium facta per suprædictum Episcopum Lunensem Petro Priori S. Frigdiani Lucensis, & illius fratribus sic:

In Christi nomine. Breue recordationis, qualiter prope Castellum Melia, iuxta flumen, quod dicitur Magra, præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, Gotefredus Dei gratia Lunensis ciuitatis Episcopus dedit, & supposuit Ecclesiam, & plebem S. Andreæ de Carraria Ecclesiæ, & Canonicæ, & decretis S. Frigdiani, cum Capellis suis, cum Hospitali montis Furculi, & cum Capellis suis, videlicet S. Sixti, & S. Brantatij, & cum omnibus suis pertinentijs, & cum Hospitali S. Leonardi de Padule cum omnibus suis pertinentijs, cum viginti iugeris terræ in eodem Padule, & cum duobus iugeris terræ in loco Lauandario, & cum sex iugeris terræ in loco Broilo, cum Casseto, quod est iuxta plebem, & cum terra, quæ est iuxta plebem, quæ fuit feudum Silemani, cum villa, quæ dicitur Plaula, cum omni suo iure, & plaite, & districto. Item concessit, vt omnes homines modo habitantes in terris prædictæ plebis, aut qui in antea venerint ad habitandum de alia terra in terram suprædictæ plebis, vel qui venerint de terris suprædicti Episcopi cum eius consensu, vel suorum successorum ad habitandum in terris suprædictæ plebis, quas modo habet, vel in antea habuerit, sint liberi, & absoluti à iurisdictione prædicti Episcopi, vel suorum successorum. Et insuper suprascriptus Gotefredus Episcopus promisit obseruare omnia suprascripta per se, & suos successores Rectores suprædictæ Ecclesiæ, & Canonicis S. Frigdiani ad pœnam librarum centum optimi argenti. Hæc acta sunt præsentia Oliuerij, diuina gratia presbyteri, & Capellani suprædicti Episcopi, & Veltri de Corsaria quondam Guielmi, Genetij quondam Rolandi, Vrdicioni quondam Arcardi, Guidi, & Gulielmi Germanorum quondam Rolandi, Iusti quondam Guidi. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo primo, 3. Nonas Decembris, Indictione 15. supradicti homines ibi fuere. Henricus Notarius Domini Imperatoris hiis interfuit, & per commandamentum prædicti Episcopi Gotefredi memoriæ causa descripsit.

Authenticum originale prædictæ donationis cum originali confirmationis factæ per Eugenium III. fuit productum Lucæ in Curia Episcopali coram Domino Vicario in spiritualibus Reuerendiss. D. Gulielmi Episcopi Lucensis anno Domini 1346. Indictione 14. die 16. mensis Ianuarij, per D. Ioannem de Pisis Priorem claustralem Capituli, & Conuentus S. Frigdiani, & autoritate prædicti D. Vicarij exemplatum, productum, & collationatum cum dicto originali, cui subscriptione Notariorum, videlicet Ioannis quondam Francisci de Flammis, Betti filij Ser Castilionis quondam Betti de Cornia, ciuium Lucensium, & Iacobi Finuccij de Sancto Miniate publicorum Imperiali autoritate Notariorũ, & per eundem Dominum Vicarium, nomine Ioannem Martronis, canonicum Lucensem subscriptum, cum decreti interpositione, sigilli appositione, cæterisque solemnitatibus opportunis ad fidem in iudicio faciendam, cuius exemplum seruatur Romæ in Archiuo Pacis.

20. PRiuilegium est Adriani IV. Vernæ Priori, & fratribus, Datum Laterani 9. Calend. Iunij, Pontificatus sui anno 1. incipit: *Inuenti nobis*. Decernit, vt nullus in parochia S. Frigdiani, & alijs eidem subiectis nouas Ecclesias sine Prioris, & canonicorum consensu audeat ædificare. VI.

21. Anastasij IV. Rainerio Priori S. Andreæ de Carraria, & illius fratribus &c. Datum Laterani per manum Rolandi Cardinalis 15. Calend. Iunij, Pontificatus sui anno 1. 1154. incipit: *Religiosis vota annuere &c.* Confirmat donationem factam per Gotefredum Episcopum Lunensem Priori, & Capitulo S. Frigdiani de Ecclesia prædicta S. Andreæ de Carraria, cum illius iuribus, Capellis, & pertinentijs, quas nominatim exprimit.

22. Eiusdem Anastasij Lamphranco Priori S. Frigdiani & illius fratribus, Datum Laterani per manum Rolandi, 3. Idus Iunij, Pontificatus sui anno 1. 1154. incipit: *Officij nostri nos hortatur*. omnia præcedentia Romanorum Pontificum Paschalis, Gelasij, Calisti, Honorij, Innocentij, Cœlestini, & Eugenij priuilegia Priori, & canonicis S. Frigdiani concessa, in vnum collecta confirmat, & omnes Monasterij Ecclesias, & bona, quæ proprijs nominibus in priuilegio sunt expressa,

similiter

similiter confirmat. huius, & proximè præcedẽtis originalia cum bullis plumbeis sunt Romæ in Archiuo Pacis, quæ vidi.

25. Alexandri III. Vernæ Priori, & illius fratribus. Datum Anagniæ per manum Hermãni 12. Calend. Ianuarij, Pontificatus sui anno 1. incipit: *Ad hæc vniuersalis.* Confirmat statutum de Cardinali Diacono S. Mariæ Nouæ ex Capitulo S. Frigdiani eligendo.

24. Eiusdem Alexandri prædictis Fratribus, Datum Terracinæ Pontificatus sui anno 2. incipit: *Religiosam vitam, &c.* Confirmat omnia priuilegia suorum prædecessorum.

25. Gregorij VIII. Datũ Laterani anno 1187. incipit: *Religiosam.* inhærens vestigijs prædecessorum Ecclesiam S. Frigdiani cum omnibus illius membris, & bonis sub immediata Sedis Apostolicæ protectione recipit, & priuilegia eidem collata confirmat.

VII. 26. CLemens III. Priori, & fratribus Ecclesiæ S. Frigdiani, Datũ Laterani anno 1188. Pontificatus sui 1. incipit: *Religiosam vitam eligentibus.* meminit omnium priuilegiorum Romanorum Pontificum supra nominatorum, & etiã alterius Vrbani III. & omnium Ecclesiarum, & bonorũ eiusdem Ecclesiæ, & monasterij S. Frigdiani, quæ confirmat, addens hæc verba: *Ad hæc præsentium autoritate statuimus, vt nulli liceat in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, nisi de speciali mandato Romani Pontificis, vel Legati ab eius Latere destinati. Parochianos etiam vestros inuita, & inconsulta vobis excommunicationi subijcere, nisi forte publico crimine teneantur, & eorum à vobis fuerit neglecta correctio, vel ad pœnitentiam, seu sepulturam admittere, aut etiam vngere, dum vestram potuerint præsentiam obtinere, nullus præsumat: sed vos hac omnia præter alicuius infestationem huius sanctæ Sedis freti autoritate peragere.* & infra: *nulla quietem vestram processionum, & Litaniarum, vel sepulturarum extra vestram parochiam contra vestram consuetudinem perturbet indictio.* Quod etiam habetur in priuilegio Anastasij IV.

27. Cœlestini III. datum anno 1191. Pontificatus sui primo. incipit: *Religiosam vitam.* concordat cum proximè præcedenti.

28. Honorij III. Raynerio Priori, & S. R. E. Vicecancellario, eiusque fratribus, datum Laterani 16. Calend. Februarij, Pontificatus sui anno 1. incipit: *Eanobis.* Corrigit quandam sententiam arbitrariam inter Ecclesiam S. Martini, & S. Frigdiani ad fauorem S. Frigdiani, statuit, vt tres tantum canonici ad arbitrium Prioris deputandi ad Ecclesiam S. Martini certis diebus conueniant.

29. Gregorij IX. Priori, & fratribus S. Frigdiani, datum anno 1227. Põtificatus sui 1. incipit: *Religiosam.* Confirmat præcedentia.

30. Innocentij IV. datum anno 9. sui Pontificatus. incipit: *Religiosam.* per omnia simile præcedenti.

31. Alexandri IV. datum Anagniæ 10. Calend. Nouemb. Pontificatus sui anno 1. incipit: *Cum fulcit recordationis.* declarat, Ecclesiam S. Frigdiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio spectare, & decernit constitutionem Innocentij IV. illius prædecessoris, quòd exempti ratione delicti, & contractus possint coram locorum Ordinarijs conueniri, non inferre præiudicium priuilegijs canonicorum S. Frigdiani.

32. VRbani VI. datum 19. Iunij 1384. est bulla Conseruatoriæ contra quosdam Mendicantes. VIII

33. Eiusdem Vrbani, quo Prioribus S. Frigdiani concedit vsum Pontificalium, quod est huiusmodi: *Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Conuentui monasterij S. Frigdiani Lucani, per Priorem soliti gubernari, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinenti, Ordinis S. Augustini. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Expositit vestra deuotionis sinceritas, & Religionis promeretur honestas, vt tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam monasterium vestrum dignis honoribus attollamus. Hinc est, quòd nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt tu fili Prior, & successores tui Priores dicti monasterij, qui fuerint pro tẽpore, mitra, annulo, & baculo pastorali, ac alijs insignijs Pontificalibus liberè possitis vti, ac in dicto monasterio, & alijs sibi subiectis Ecclesijs benedictionem solemnem post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemnia populis in eisdem Ecclesijs conuenientibus ad diuina, dummodo aliquis Antistes, vel Sedis Apostolicæ Legatus præsens non fuerit, elargiri possitis: Fulcis record. Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri, qua incipit:* Abbates. *& alijs quibuscunque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, vobis, & ijsdem successoribus autoritate Apostolica, de speciali gratia tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Ianuæ Idibus Februarij, Pontificatus nostri anno 3.*

34. BOnifacij IX. quod quia maximi est momẽti, totum hic ponitur, videlicet: IX.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Capitulo Ecclesiæ S. Frigdiani Lucani, Ordinis S. Augustini. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Sub Religionis habitu vacantibus studio piæ vitæ ita debemus esse propitij, quod eos defendamus à noxijs, & in eorum laudabili proposito confirmemus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus grato concurrentes assensu, vos, & Ecclesiam vestram, in qua estis diuino obsequio mancipati, cum Ecclesijs, ac Capellis, ac membris vestris, & eidẽ Ecclesiæ subiectis, & annexis, & dictarũ Ecclesiarum Rectores, ac ibidẽ degentes, & seruientes cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter

possideris, & in futurum præstante Domino iustu modo poteritis adipisci, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & Ecclesias, Capellas, Rectores, seruientes, & bona prædicta, quæ hac habere volumus per nomina, vocabula, confines, valores, & diœceses pro sufficienter expressis, cum iuribus, & pertinentijs eorundē, ab omni iure, iurisdictione, dominio, & potestate, visitatione, & correctione, ac lege diœcesana, necnon statutu, & consuetudinibus Synodalibus Episcopi Lucani, & quorumlibet aliorum locorum Ordinariorum in causis ciuilibus, & criminalibus, atque mistis, ac decimarum realium, & personalium, portionumque canonicorum pro funeralibus sepeliendis in eisdem, tam Episcopis, & alijs Ordinarijs, quam parochialibus Ecclesijs debitarū, & debendarum solutionibus, & præstationibus de Apostolicæ plenitudine potestatis, tenore præsentium eximimus, & in perpetuum liberamus. Non obstantibus fœl. record. Ioannis Papæ xxij. prædecessoris nostri, qua cauetur, quod omnis quicunque exemptus possit de delictu, & contractibus coram locorum Ordinarijs conueniri, vel alijs constitutionibus Apostolicis per quemcunque nostrorum Prædecessorum, siue Legatorum eorum, siue Sedis Apostolicæ in contrarium editis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ susceptionis, exemptionis, & liberationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, 8. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

35. Eiusdem Bonifacij IX. datum Romæ 5. Calend. Aprilis, Pontificatus sui anno 2. eisdem Priori, & fratribus S. Frigdiani, incipit: *Pro singulorum.* contra canonicos à claustris sine licentia discedentes, & à Sede Apostolica procurātes beneficia dicti monasterij, quæ erant manualia, & per canonicos ad nutum Prioris, & Capituli amouibiles regi consueuerant, statuens, vt nullus dicta beneficia, vel membra à Sede Apostolica, vel illius Legatis impetrare auderet, nisi de hoc priuilegio mentio specialis habeatur. & quod canonici extra clausira degentes, etiam in Capellanos Sedis Apostolicæ recepti, subiaceant correctioni Prioris, & possint ad clausira reuocari.

36. Eiusdem Bonifacij IX. per quod confirmat priuilegium factum Priori S. Frigdiani ab Vrbano VI. vtendi Pontificalibus. sic: *Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Priori Ecclesiæ S. Frigdiani Lucani, Ordinis S. Augustini salutē, & Apostolicam benedictionem. Sacra Religionis, in qua mundanis abdicatis illecebris virtutum Domino in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum famulatum impendis, promeretur honestas, vt illa tibi liberaliter concedamus, per quæ Christifideles ad complacendum ei, facilius inducat. Oblata siquidem nobis nuper pro tui parte petitio continebat, quod dudum fœlicis recordationis Vrbanus Papa VI. Prædecessor noster tibi gratiosè concessit, quod Prior dictæ Ecclesiæ, qui foret pro tempore, missarum solemnia, & alia diuina officia liberè, & licitè posset Pontificaliter celebrare. Tuque propterea, vt ad dicta officia eò libentius conflaat maior populi multitudo, quo vberius dono cœlestis gratiæ confluxerint fœlefellos, nobis humiliter supplicasti, vt in fine dictorum missæ, & officiorum solemnium concedendi auctoritate nostra ipsis assistentibus aliqualem Indulgentiam facultatem elargiri, de benignitate Apostolicæ dignaremur. Nosque cupientes reddere Domino populum acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Priori præfatæ Ecclesiæ pro tempore existenti, dum missam, & alia diuina officia in Pontificalibus celebrabit, in fine dictorum missæ, & officiorum vniuersis, & singulis Christi fidelibus prædictis astantibus, relaxandi quadraginta dies de iunctis eis pœnitentijs, de Apostolicæ plenitudine potestatis facultatem plenariam tenore præsentium elargimur. Tibique potestatem populo prædicto astanti concedimus nuntiari faciendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, octauo Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 11.*

37. Eiusdem Bonifacij IX. datū anno 1400. incipit: *Militanti Ecclesiæ, &c.* est confirmatio facultatis eligendi Conseruatorem.

38. Alexandri V. datum Pisis 9. Calend. Nouembr. Pontificatus sui anno primo. incipit: *Sincera deuotionis affectus.* per quod exemptiones à iurisdictione Ordinatiorum per Alexandrū IV. & Bonifacium IX. Priori, & canonicis Sacerdotibus, & Rectoribus, Clericis, & seruientibus Ecclesiæ S. Frigdiani, & alijs Ecclesijs, & membris eiusdem S. Frigdiani concessas, denuò roborat, dicta priuilegia de verbo ad verbum inserendo, & autoritate Apostolica innouando, & muniendo, cuius exemplum in pergameno scriptum anno Domini 1415. in quodam Consilio Excellentiss. I. V. D. Domini Stephani Ioannis de Bonacursis de Florentia, vidi Romæ in Archiuio Pacis.

39. Leonis X. datum Corneti anno 1417. tertio Idus Octob. Pontificatus sui anno quinto. incipit: *Ex supernæ maiestatis.* per quod Ecclesiam S. Frigdiani eum decem illius Priorstibus congregationi canonicorum Regularium Lateranensium in perpetuum vniuit, vt cap. præcedenti dictum fuit.

40. Pij V. datum Romæ apud S. Petrum, die 26. Septembr. 1568. Pontificatus sui anno 3. incipit: *Decet Romanum Pontificem.* per quod canonicis S. Martini interdicit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis beneficiorum, ne de cætero in Pentecostes, & S. Frigdiani solemnitatum diebus, ad Ecclesiam S. Frigdiani ad celebrandum in ea missas, vel alia diuina officia accedere audeant, vel alijs modis Priorem S. Frigdiani, & illius canonicos in celebratione

tione diuinorum impedire quouis prætextu, & causa, vel occasione, etiam antiquissimæ consuetudinis &c.

X. Alia sunt priuilegia peculiaribus locis, & mẽbris dicti monasterij seu congregationis S. Frigdiani cõcessa, præsertim monasterijs S. Martini Senarum, S. Bartholomæi de Scalocchio Vulterranæ diœcesis, S. Saluatoris Ferrariensis &c. quæ omitto, quoniam ad alios transierunt.

Porrò vigore dictorum priuilegiorum, & aliorum, & consuetudinis antiquæ Prior S. Frigdiani in sua parochia ordinariam iurisdictionem exercebat. quod probant processus authentici per dictum Priorem in causis matrimonialibus formati, & sententiæ ab eodem latæ, quas Sedes Apostolica tanquam à Iudice legitimo, & competenti latas probauit: de qua re sunt scripturæ authenticæ in pergameno, anno 1258. rogatæ, in Archiuio Pacis Romæ, quas vidi. rursus vigore prædictorum priuilegiorum, & ex antiqua consuetudine, ac etiam decreto Leonis X. in bulla vnionis Prior S. Frigdiani publicè in Ecclesia, vel Ecclesijs sibi subiectis incedit in habitu Episcopali, cum cappa scilicet Episcopali, & annulo, & in festis diebus missas in Pontificalibus celebrat, & populo solemniter benedicit, idque ad libitum, cum nullus dies particularis eidem sit præscriptus. Cumque de anno 1595. Lucensis Episcopus prædictum habitum eidem auferre studuisset, Illustrissimi Cardinales S. Congregationis super negotijs S. Rituum, visis literis eiusdem Leonis X. & de antiqua consuetudine certiores facti, eidem Episcopo silentiũ imposuerunt, prout constat ex literis per sacram congregationem eidem Episcopo directis die 17. Ianuarij 1595. ac etiam ex decreto eiusdem Sacræ Congregationis anno 1618. die 18. Augusti sub hac forma verborum sic emanato: *Priorem S. Frigdiani Lucensis Congregationis Lateranensis prædictum posse vti Cappa Episcopali, cum Cappucio iuxta priuilegium sæpius recordationis Leonis Papæ X. coloris tamen nigri, censuit Sacrorum Rituum Congregatio die sabbathi 18. Augusti 1618.*

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

Summorum nonnullorum Pontificum literæ ad Priorem, & Canonicos S. Frigdiani, vel eorum causa ad alias personas datæ per summam referũtur.

I. Præter supradicta Romanorũ Pontificum priuilegia, & alia Imperatorum, Regum, & Principum memorata S. Frigdiani monasterio concessa, quæ breuitati consulentes omittimus, reperitur in eodem monasterio liber vetustus membranaceus, in quo Epistolæ Romanorum Pontificum circiter septuaginta descriptæ leguntur, vel ad Priores, & canonicos S. Frigdiani, vel eorũ intuitu ad Episcopos Lucenses, & alios datæ: quę quoniam non solum ad dicti monasterij, verum etiam ad totius Ordinis canonici dignitatem ostendendam magnoperè conducunt, illas saltem per summam, siue compendium hic subnectere decreui. harum Prima est Paschalis Secundi, quæ Rothoni Præposito, & eius Fratribus dirigitur, in qua inter alia hæc habet: *Qui vos pro B. Petri patrocinio persequuntur, non vos, sed Romanam Ecclesiam persequuntur.*

Secunda eiusdem Ioanni Castellanæ ciuitatis Episcopo, & illius canonicis directa, in qua Rothonem S. Frigdiani Priorem vocat Venerabilẽ fratrem, & dictę Castellanæ Ecclesiæ Visitatorem constituit, præcipiens, in dispositione vitæ canonicæ illi tanquam sibi obediri: nam illa Ecclesia tunc erat regularis.

3. Eiusdem Rothoni Priori, qua testatur, se Lucano Episcopo scripsisse, ac etiam per Episcopum Reginum illum rogasse, vt erga S. Frigdiani canonicos tam in ordinibus, quam in alijs mitius ageret. meminit Ecclesiæ S. Floridi Castellanæ, per se, & suos visitandæ.

4. Eidem Rothoni, qua de illius negligentia in Ecclesia S. Floridi visitanda, & reformanda conqueritur.

5. Parochianis S. Frigdiani, qua de donis Ecclesiæ S. Frigdiani collatis, & obedientia illius canonicis exhibita gratias agit, & bona spiritualia eisdem precatur.

6. Canonicis S. Martini, in qua de iniurijs canonicis S. Frigdiani irrogatis grauiter queritur, quas proprias reputat, subdens: *Licet graue, & intolerabile nobis visum fuerit: tamen quia prædicti Fratres nos pro vobis rogauerunt, & pacem vobiscum se habere dixerunt, hoc totum vobis condonamus.*

7. Rothoni Priori, & Fratribus cæteris, in qua ostendit vitæ regularis institutum in primitiua Ecclesia ortum habuisse ab Apostolis, & hoc institutum à D. Augustino suis regulis informatũ, & Deo largiente à prædictis Fratribus susceptum per voti emissionem, non posse sine reatu præuaricationis dimitti, quod declarat exemplo vxoris Lothi, & ideo approbat excommunicationem per eos latam in quendam, qui post factam professionem relinquens susceptam vitam è claustro discesserat.

8. Lucano Episcopo, queritur grauiter, quod S. Frigdiani canonicos, viros religiosos, susceptos sub protectione Sedis Apostolicæ inquietari permittat. meminit Capellæ S. Michaelis ad ius sancti Frigdiani spectantis, quam à quodam ipsius Episcopi plebano indebitè destructam præcipit intra certum tempus reædificari, & consecrari.

9. Eidem Episcopo, & canonicis S. Martini, per quam de beneuolentia,& pace cum canonicis S. Frigdiani plurimum gaudet,subdens: *Quod enim illis impendistis, vobis ipsis tribuistis: vestri enim filij, & fratres sunt, & illorum bonum vestrum est. si vestra charitate fouentur.*

10. Ad dilectos filios S. Frigdiani canonicos, qua testatur, illorum bonam famam non solum in Tuscia, sed etiam in vlterioribus partibus diuulgatam. Monēs, vt quò ditiores in bonis temporalibus à Deo sibi ministratis inueniuntur, eo sint humiliores,& Deo seruiendo promptiores: *Nemo enim*, inquit, *adeò bonus est, qui non possit per Dei gratiam, quandiu in mundo viuitur, ad meliora, proficere.*

11. Canonicis Lucanæ Ecclesiæ, qua illis plurimum gaudet: *Quandoquidem, inquit, in parochia vestra (scilicet in Ecclesia S. Frigdiani) illa conuersationis Apostolicæ primordia restoruere.* Hinc eosdem ad beneuolentiam, & honorem erga dictos S. Frigdiani canonicos hortatur, & vt eis nullam molestiam inferant, nec per alios illatam sustineant: *Quod enim, inquit, bonorū, & reuerentiæ illu impendistis, nobis adscribimus.* Prohibet insuper excommunicare parochianos S. Frigdiani, vel excommunicatos absoluere præter canonicorum S. Frigdiani voluntatem. meminit Conuersi fugitiui excōmunicati, & per Lucanum Archipresbyterum absoluti, de quo sic ait: *In Apostasia enim permanens, dum absolui creditur, amplius ligatus est.*

12. Episcopo Lucano, qua illi religiosos viros canonicos S. Frigdiani commendat, vt diligat, adiuuet, honoret, & defendat.

13. Parochianis S. Frigdiani, quos tanquam benefactores canonicorum laudat, & in operibus charitatis perseuerantes esse iubet.

14. Priori, & Fratribus S. Frigdiani, qua oppressos, & afflictos ad patientiam hortatur, & monet tum autoritate, tum ratione cum quodā sacrilego,& Ecclesiarum raptore, pauperumque oppressore non debere vllo modo communicare.

15. Dilecto filio Priori S. Frigdiani, significans illius se aduentum desiderare, mandansque, vt quam primum ad se proficiscatur,& causam dilationis reddat.

16. Dilectis filijs canonicis S. Frigdiani, qua illorum consilium laudat de duobus Fratribus ad Priorem missis, vtpotè symbolo perfectæ charitatis: quos tamen reprehendit, quod Priorem apud Pontificem commorantem reducere curabant, vel alium eligendi facultatem quærebant: *Quia, inquit, Prior vester quasi nobiscum sit, à vobis tamen non recessit.*

17. Ad dilectos, filios canonicos seu laicos, qua miris modis extollit charitatem, ad quam illos hortatur.

18. Priori S. Frigdiani, qua significat, optare se scandala resecari, & de emergentibus admoneri: *Quia, inquit, nos per nos ipsos vbique esse, aut omnia propriis oculis cernere non valemus.* commendat seipsum orationibus Prioris.

19. Parochianis S. Frigdiani, qua decimas, & oblationes præfatæ Ecclesiæ subtrahentes damnat, præcipiens ablata restituere, & ad satisfactionem debita humilitate peruenire: declarat, ratum se habiturum sententiam per Priorem, & canonicos in eos latam.

20. Elasij II. Priori, & Fratribus S. Frigdiani directa, qua Priorem Ecclesiæ Lateranensis illis commendat: *Quatenus, inquit, domus vestra cum Lateranensi cooperante Domino in dilectione, & sanctitatis semper vnitate permaneat.* seipsum deniq; & labores suos illorum orationibus committit. II.

21. Calisti II. ad Clerum,& Populum Lucensem rogat,& præcipit, vt S. Frigdiani Fratres vexari ab aliquibus non permittant.

22. Eiusdem, Priori, & Fratribus S. Frigdiani, qua illis suum consilium,& fratrum suorum Episcoporum, & Cardinalium de canonicis regularibus ad Ecclesiam Lateranensem reducendis, in qua olim positi fuerant, manifestat, quia post obitum Paschalis II. persecutione cogente loco cesserant,& pro huiusmodi reductione auxilium & fauorem dicti Prioris postulat.

23. Eiusdem, Priori, & Fratribus S. Frigdiani meminit cuiusdam canonici, nomine Blasij, ex Ecclesia Lateranensi ad illos missi, quem Pontifex illis commendat.

24. Eiusdem ad prædictos Priorem, & Fratres in qua meminit Vrsi Prioris Lateranensis, qui mala valetudine grauatus de licentia Pontificis ad illos redibat, quem illis cupit fore commendatum. Iubet tres de Fratribus ad se mittere, quorum vnus nouerit alijs præesse, alij vero cæteros Fratres dulci moralitate & religione studeant reformare.

25. Honorij II. ad canonicos S. Frigdiani. Postulat de prædictis, siue de commorantibus in illorum obedientijs aliquem mitti, qui regat Ecclesiam Lateranensem, mandans vocatum ad hoc munus absque resistentia obedire. nam Prior, & Fratres Sancti Frigdiani hoc onus recusabant. III.

26. Eiusdem Honorij ad Priorem, & Fratres prædictos. meminit cuiusdam sententiæ latæ ab Episcopo Lucensi inter Ecclesiam S. Frigdiani, & Hospitale Altipassus, pro sylua de Colle Sacci, quam laudat.

27. Eiusdem Honorij ad eosdem, quos ad perseuerātiam in bonis operibus hortatur, & postulat eorum orationibus adiuuari.

28. Eiusdem Honorij ad Clerum, Consules, & populum Pistoriensem, in qua meminit Ecclesiæ S. Petri per Pistoriensem Episcopum constructæ, necnon Religiosorum, quos Episcopus pro seruitio eiusdem Ecclesiæ in illa cōstituerat;

mandans

mandans ad opus perficiendum opem, & consilium præbere.

29. Eiusdem Honorij vniuersis S. Frigdiani parochianis, quibus gratias agit pro benevolentia erga Priorem, & Fratres; rogans, ne declinent ab illorum dilectione.

30. Eiusdem Honorij ad Episcopum Lucensem, qua illi commendat Priorem, & Ecclesiam S. Frigdiani, subdens: *Idem enim locus specialiter sub B. Petri tutela, & protectione consistit: & non decesse ei nos possumus, nec debemus.*

31. Eiusdem Honorij ad Episcopum, & canonicos Ecclesiæ Lucensis, qua illis commendat Priorem, & Ecclesiam S. Frigdiani, vt illis concedatur, in die Paschæ missam solenniter celebrare, & idem Prior eodem die, & duobus sequentibus cum vno aut duobus Fratribus suscipiatur cum illis ad celebrandum diuina officia, mandat controuersiam ortam inter canonicos S. Frigdiani, & S. Angeli per Episcopum terminari.

IV. 32. INnocentij II. ad Priorem, & Fratres S. Frigdiani meminit persecutionis Petri Leonis contra illum excitatæ, quærit illorum orationibus adiuuari: *Quatenus*, inquit, *nauem Petri, quæ modo inter procellas fluctuat, ad portum salutis profusis precibus reducatis.*

33. Eiusdem Innocentij ad vniuersos Clericos, & Laicos ciuitatis Lucensis, in qua ostendit, Ecclesiam S. Frigdiani simul, & Fratres in summa veneratione haberi, etiam apud vniuersas exteras nationes, quam Ecclesiam commendat præfatæ Vniuersitati, præsertim quoad hospitalitatem.

34. Eiusdem Innocentij ad Priorem S. Frigdiani, qua decernit, vt si qui fuerint in sua parochia criminosi, Prior adeat Episcopum, vel Archipresbyterum, vt secundum Censuram Ecclesiasticam pœnitentiam eis iniungat, quod si noluerint, Prior autoritate Apostolica illis pœnitentiam iniungat.

35. Eiusdem Innocentij ad Episcopum, & canonicos Lucenses, mandat, vt Fratribus S. Frigdiani contra monachos S. Georgij, contemnentes interdictum Apostolicum iustitiã faciat, quos excommunicationi supponit.

36. Eiusdem Innocentij ad Archidiaconum, & Archipresbyterum Lucenses, meminit donationis à se factæ Priori, & fratribus S. Frigdiani de Ecclesia S. Pantaleonis, mandat prædictis, ne super huiusmodi concessione aliquam molestiam per se, vel per alios illis inferre audeant.

37. Eiusdem Innocentij ad quosdam canonicos S. Martini, est eiusdem tenoris, vt præcedens, quidam enim canonici dictæ donationi reluctabantur.

38. Eiusdem Innocentij ad Archidiaconũ, & Archipresbyterum Lucenses, qua mandat nonnullos canonicos S. Martini dictæ donationi resistentes, si non desisterint, ab officijs suspendere.

39. Eiusdem Innocentij ad prædictos, mãdat, vt non patiantur vllam inferri molestiam Priori, & Fratribus S. Frigdiani occasione iuramentorum, quæ potius in pernitiem, quàm in salutem Ecclesiæ S. Pantaleonis facta esse dicebantur.

40. Eiusdem Innocentij Plebano de Massa, & vniuersis Capellanis dictæ plebis, quibus notificat donationem factam de prædicta Ecclesia S. Pantaleonis, mandans, admoneri populum, ne aliquam molestiam Priori, & Fratribus S. Frigdiani pro tali donatione inferre audeant, & contra facientes tanquam excommunicatos caueri, donec resipiscant.

41. Eiusdem Innocentij ad Consules Lucenses, cum quibus queritur, quod permitterẽt prædictos Priorem, & Fratres S. Frigdiani molestari occasione prædictæ donationis: mandans, ne in posterum id amplius permittant, sed potiùs eisdem Priori, & Fratribus auxilium præstent.

42. Eiusdem Innocentij Capellanõ Ecclesiæ S. Laurentij, cui mandat Priori, & Fratribus S. Frigdiani obedire, vtpote quibus ab ipso Ecclesia S. Pantaleonis fuerit commissa.

43. Eiusdem Innocentij ad nonnullos Presbyteros, quibus præcipit obseruare iniuncta, ratione præfatæ donationis: nec manere in dicta Ecclesia, siue in aliquo loco ad eam pertinente, absque prædictorum Prioris, & Fratrum licentia, sub pœna interdicti contra facientibus.

44. Priori, & Fratribus prædictis, qua ostẽdit molestiã accepisse vexationem, quam passi fuerant, pro dicta Ecclesia S. Pantaleonis, subdens se commisisse Archidiacono, & Archipresbytero Lucensibus, suspendere ab officio contumaciter aduersantes.

45. Eiusdem Innocentij canonicis S. Frigdiani, quibus condolet de morte Attonis Prioris, cuius substractione sibi cum canonicis maiora consilia sint substracta, dicit illius vitam coram Deo, & hominibus laudabilem extitisse, congaudet de electione Hieronymi Prioris vnanimiter per illos facta in hac epistola multa desunt.

46. Eiusdem Innocentij meminit translationis Reliquiarum S. Riccardi. nõ potest bene legi.

47. Eiusdem Innocentij ad Archidiaconum Lucensem, mãdat quosdam presbyteros in Ecclesia S. Saluatoris Priori S. Frigdiani nolentes obedire, ab officio remouere, & etiam à beneficio, donec pareant.

48. Eiusdem Innocentij Signoreto Presbytero, & socijs, quibus præcipit obedire Priori S. Frigdiani, & eius Fratribus pro Ecclesia S. Saluatoris illis concessa, cum omnibus suis appendicijs.

49. Priori, & canonicis S. Angeli in Foro, prohibet prædictos, & eorum Parochianos vexare canonicos S. Frigdiani occasione prædictæ Ecclesiæ S. Saluatoris: *solicitè*, inquit, *precauentes, ne in pœna illu sitis consortes, quibus in maleficio estu consentientes,*

sentientes: faciunt enim procul dubio culpam habet, & qui quod potest corrigere, negligit emendare.

50. Eiusdem Innocentij Hieronymo Priori, cui electo Episcopo Aretinæ Ecclesiæ mandat obedire, & suscipere regimen, ad quod Domino disponente, vocatus fuerat.

51. Eiusdem Innocentij ad canonicos S. Frigdiani, quos monet, vt Hieronymo Priore in Episcopum electo, de alio prouideãt, & vt in tali prouisione modum seruent, & eligendi conditiones attendant: *Vnanimes*, inquit, *sitis, & non sint in vobis schismata, sed Spiritus sancti gratia inuocata idoneam religiosam. & discretam personam vobis in Patrem, & Priorem eligatis, per cuius prudentiam, & solicitudinẽ Ecclesia vestra præstante Domino gratum suscipiat incrementum.*

52. Eiusdem Innocentij Priori, & Fratribus S. Frigdiani. Congaudet super electione Prioris, vtpotè personæ sapientis, & honestæ, quem monet, tanquam Patrem affectione præcipua diligere & honorare, & tanquam animarum suarum custodi obedientiam, & reuerentiam exhibere. monet etiam Priorem illius officij: *Commissum*, inquit, *tibi regimen, & curam ipsius Ecclesiæ cum ea discretione, & solicitudine administrare studeas, vt regularis vitæ obseruantia ibidem ad honorem Dei, & animarum salutem conseruetur, & ipsa Ecclesia tam tẽporaliter, quam spiritualiter sub tuo regimine, præstante Domino, augeatur.*

53. Eiusdem Innocentij ad prædictos, quorum vitæ sanctitatem commendat, & hortatur ad perseuerantiam. Ostendit, se illorum Ecclesiæ, & personarum curam, & solicitudinem præcipuam gerere: *Nos autem*, ait, *personas, & locũ vestrum in Domino Charitate diligimus, & in omnibus secundum Deum iuuare, & manutenere volumus.*

54. Eugenij III. ad Priorem, & Fratres S. Frigdiani, quibus significat suam electionem ad Pontificatum, apud quos petit pro tanto regimine in eorum orationibus specialiter commendatum haberi.

55. Eiusdem ad Episcopum Lucensem, queritur, mandatum suorum prædecessorum Pontificum super Ecclesia S. Saluatoris per Priorem, & Fratres S. Angeli non fuisse obseruatum. præcipit Episcopo, vt illud faciat obseruari, sub pœna excommunicationis, & interdicti.

56. Eiusdem Eugenij ad Episcopum Lucensem, qua canonicos S. Frigdiani in Ecclesiam S. Pantaleonis, quæ erat quorundam clericorum, introducit, & Episcopo mandat, canonicos defendere, & in aduersantes pertinaciter sententiã excommunicationis promulgare.

57. Eiusdẽ Eugenij ad prædictũ Episcopum, qua de illius negligentia in introducẽdo canonicos S. Frigdiani in dictã Ecclesiam conqueritur. præscribit tẽpus introductionis, cũ potestate suspendẽdi ab officio, & beneficio clericos, & interdicendi ab ingressu Ecclesiæ laicos impedientes.

58. Eiusdem Eugenij prædicto Episcopo. Ratam habet excommunicationem de ipsius mandato promulgatam contra insultum facientes in canonicos S. Frigdiani, & illis aduersantes.

59. Eiusdem Eugenij ad Consules Lucenses. continet idem, quod in præcedenti.

60. Eiusdem Eugenij Priori, & Fratribus S. Frigdiani, quos monet de censuris inflictis monachis S. Georgij occasione iniuriarum, & molestiarum eisdem canonicis illatis pro Ecclesia S. Pantaleonis.

61. Ad Abbatẽ, & monachos S. Georgij, qua repetit sententiam Innocentij pro Fratribus S. Frigdiani super Ecclesia S. Pantaleonis, cuius Parochiam Abbas, & monachi sibi vsurpabant.

62. Eiusdem Eugenij ad vniuersos Christi fideles, in qua meminit consecrationis Ecclesiæ S. Frigdiani per ipsum Eugenium proprijs manibus factæ, ob reuerentiam corporis S. Frigdiani, quod ibi seruatur, & Indulgentiarum quadraginta dierum concessarum visitantibus dictam Ecclesiam in die consecrationis, vel intra illius octauas.

63. Eiusdem Eugenij ad Priorem S. Frigdiani, cuius præsentiam postulat pro reformatione S. Mariæ nouæ, cui Priori dictæ Ecclesiæ dispositio commissa fuerat.

64. ANastasij IV. ad Episcopum, & canonicos Lucenses, quibus mirificè commendat vitam canonicorum S. Frigdiani, quorum conuersatione testatur homines plurimum proficere; quorum Ecclesiam affirmat per suos antecessores fuisse specialiter dilectam, sicut specialem filiam, eiusdem affectus se in illã profitetur, subdens, ita charos ipsius loci fratres habere, vt qui eos offenderit, Romanam Ecclesiam offendat, & qui tetigerit, pupillam sui oculi tangat. dolet de iniurijs nonnullorum ex Parochianis in dictos canonicos, qui impetu frangentes portas Ecclesiæ S. Saluatoris de Mustolio, simul personas clericorum inhonestè tractare voluerunt. dolet de canonicis, qui talem iniuriam neglexerunt. mandat Episcopo, quatenus congregato cœtu Ecclesiæ in die solemni, candelis accensis, principales huius malitiæ vinculo excõmunicationis astringat, & alios durè corripiat, & ad satisfactionem venire compellat. V.

65. Eiusdem Anastasij ad Episcopum Lucensem, qua committit, ne permittat, clericos S. Pantaleonis procedere in electione Prioris Ecclesiæ, sine consensu, & volũtate canonicorum S. Frigdiani, nec ipse in tali electione procedat, hoc ẽnim effet auferre ius, quod dicti canonici in eadem electione habere noscuntur.

66. ALexandri Tertij ad Archipresbyterum, & canonicos Ecclesiæ Lucensis, quos reprehendit, asserentes publicè corpus S. Frigdiani existere in eorum Ecclesia, vtpotè detrahẽtes Eugenio suo prædecessori, qui præsentibus VI.

dictis

dictis canonicis, Episcopo, & vniuersa pene Ciuitate Corpus B. Frigdiani proprijs manibus cõtrectauit, & in altari, quod ipsemet dedicauit, fecit recondi. statuens, ne de cætero tale quid ampliùs dicant, neue more solito festum S. Frigdiani solemnius celebrent, & prohibeant clericis, vel laicis visitare Ecclesiam S. Frigdiani more solito in præcipuis solemnitatibus: sed in his ita canonicos S. Frigdiani iura, & honores suos seruare permittant, vt non habeant viterius aduersus ipsos materiam querendi. addit, se Priori, & canonicis S. Frigdiani in mãdatis dedisse, vt in die dedicationis Ecclesiæ Lucanæ festum B. Abrahæ nullatenus celebreat, sed alio die magis congruo.

67. Eiusdem Alexandri ad Priorem, & canonicos S. Frigdiani. statuit, vt si quando canonici Lucenses à se falsa suggestione impetrauerint, quæ priuilegijs illorum ab Apostolica Sede indultis derogare noscãtur, ea ipsis nullum possint præiudicium generare.

68. Eiusdem Alexandri ad dispensatores rerũ cuiusdam Cardinalis, per quam abrogat Legatũ prædicti Cardinalis, quo libros nepoti suo legauerat; *Quia*, inquit, *ipse se, & sua iampridem S. Frigdiani Ecclesiæ tradiderat, libros quos habebat, inconsulto Priore, & Fratribus alij dare non potuit*, & mandat, vt libri, quos habebat, quando factus est canonicus, & Ecclesiæ obtulit, & alij, qui postmodum ei de præscripta Ecclesia missi sunt, memorato Priori, contradictione, & excusatione cessante, cum integritate reddantur.

69. Lucij Secundi Priori, & Fratribus S. Frigdiani. statuit, vt non teneantur ad insolita grauamina imposita Ecclesiæ S. Martini Senensis ab illius Priore, præfato Priore, & Fratribus S. Frigdiani inconsultis.

70. Eiusdem Lucij Secundi, in qua tandem nihil memoratu dignum continetur. Alia plurima memoria dignissima extabant in Archiuis dictæ Ecclesiæ S. Frigdiani, quæ anno 1596. incendio perierunt.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

De fundatione monasteriorum S. Mariæ Gratiarum Castri Vineolæ, S. Mariæ ad Parietem propè Ciuitatem Nolanam, & S. Benedicti Cremæ.

SVb Pontificatu Beatissimi Patris Leonis Papæ Decimi fundatũ fuit monasterium canonicorum nostræ congregationis propè Castrum Vineolæ, in Episcopatu Mutinensi, largitione, munificentiaque Illustr. & R. adm. D. Iacobi de Murenis nobilis Mutinensis, & Mutinensis Ecclesiæ Præpositi, qui sub finem vitæ suæ omnium suorum bonorum hæredes instituit monasterium, & canonicos sanctissimæ Trinitatis Mutinæ, totamque congregationem canonicorum regularium Lateranensium, adiecta conditione, vt infra tres annos, à die mortis illius computandos, in palatio, seu viridario, quod ille habebat propè dictum Castrum Vineolæ, monasterium, & Ecclesiam sub inuocatione, siue titulo Assumptionis Beatissimæ Virginis erigere deberent, ac in eo Præpositum vnà cum quatuor canonicis, & duobus Conuersis, perpetuò ibidem mansuros, constituere, qui iuxta mores, obseruantias, & laudabiles consuetudines dictæ congregationis gratũ Deo famulitium exhiberent. Confectæ sunt tabulæ Vineolæ in domo residentiæ, & solitæ habitationis eiusdem Domini testatoris, quæ posita erat extra Castrum, propè foucam in loco nuncupato, Villa Moreniana, anno Domini 1513. indictione prima, die quinta mensis Septembr. per Beltramolum filium quondam præstantissimi viri Domini Antonij de Balbis de Laude, nũcupati de Catanets, de Vignola, publicum notarium, præsentibus Illustri, & potente Domino D. Vgutione de Contrarijs quondam magnifici Domini Antonij de Contrarijs de Ferraria, insigni, & generoso Equite, & Comite Vineolæ, nec non Ven. P. D. fratre Baptista quondam D. Balthasaris de Cortesijs, de Mutina, Ord. S. Francisci de Obseruantia. Ven. P. D. fratre Dionysio quondam Antonij de Bressanis, de Casali maiori, eiusdem Ordinis, Dom. Alphonso quondã Ludouici Paulucij de Ferraria Secretario præfati Illustris Comitis Vgutionis, eximio artium Doctore D. Nicolao quondam N. de Montagnana, de Ferraria Medico Vineolæ, Dom. Sebastiano quondam Ioannis de Cauazuris presbytero Mutinensi, & Ioanne Iacobo filio Vincentij de Rossettis de Coregio clerico. Quo quidem Domino testatore vita functo, Prior monasterij Trinitatis Mutinæ suo, & suorum canonicorum, & totius congregationis Lateranensis nomine, illius hæreditatem corporaliter adiuit, statimque monasterium cum Ecclesia sub titulo Assumptionis Beatissimæ Virginis in eodem Palatio, & viridario ædificauit, & Patres nostræ congregationis vnum Præpositum cum quatuor canonicis, & duobus Conuersis iuxta dispositionem prædicti Domini testatoris ibidem posuerunt, primusque loci Præpositus fuit Ven. P. D. Augustinus de Bononia.

Manserunt autem in eodem monasterio Præpositus, & canonici præfati vsque ad annũ 1557. quo Domini de Contrarijs, dicti Castri Marchiones ad illud muniendũ monasterium cũ alijs multis ædificijs, & Burgis Castro adiacentibus, euerterunt. Ex quo tempore dicti Præpositus, &

canonici empto quodam prædio cum domibus non longè à dicto Castro, quod Podium dicitur, memoratum monasterium ad illud transtulerũt, extructis nouis fabricis, cum Ecclesia, diciturque monasterium S. Mariæ Gratiarum, vulgo il Poggio, vbi nunc Præpositus cum aliquot canonicis degit

II. ANno 1518. Generale Capitulum congregatum fuit Rauennæ. Rector Generalis R.P. D. Valerius Vicentinus. Visitatores D. Desiderius Mediolanensis, D. Gaspar Vercellensis, D. Gabriel Veronensis, D. Thomas Cremonensis. Anno 1519. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Albertus Veronensis. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Ioannes Maria Vercellensis, D. Seuerinus Mediolanensis, Dñs Michael Vicentinus.

III. HOc eodem anno, vel paulo ante illud fundatum est monasterium nostri Ordinis, & congregationis S. Mariæ ad Parietem prope Ciuitatem Nolanam, quod antea fuerat parua Ecclesia B. Virgini Dei Genitrici nuncupata, cuius imago in pariete picta cum aliquot miraculis coruscare cœpisset, prædicta Ecclesia, quam Illustris Comes Nolanus de Iurepatronatus ipsius esse affirmabat, quique ad hoc specialem & liberum suum assensum præstitit, per R.P.D. Vicarium Episcopi Nolani, potestate ordinaria fuit collata D. Leonardo de Verona, nostræ congregationis canonico, qui vigore dictæ collationis, siue concessionis illius corporalem possessionem apprehendit, nullos certos reditus habentis, post quam apprehensionem nostri canonici apud illam sub regulari obseruantia degentes, Deoque ac illius Beatissimæ Virgini Genitrici debitum seruitutis obsequium deuotè impendentes, paulatim monasterium erexerunt. quod populi cernentes, affectu quodam peculiari deuotionis, & dilectionis, tum Ecclesiam, tum etiam canonicos prosequentes, multas eleemosynas conferre cœperunt, quibus primum Ecclesia in amplam, & elegantissimam formam fuit renouata, calicibus, paramentis, & ornamentis Ecclesiasticis locupletata: deinde monasterium aliquot prædijs dotatum, ex quorum redditibus octo, vel decem canonici, exceptis Conuersis, alumtur, qui Deo, & beatæ Virgini sub disciplina canonica sub regimine vnius Prioris ibidem famulantur. Ecclesia propter miraculosam ipsius Virginis imaginem in summa veneratione habetur, ad quam diebus solemnibus, in honorem ipsius Beatissimæ Virginis dicatis, innumerabilium vtriusque sexus personarum fit concursus. Cæterùm canonici Lateranenses, vt prædicta donatio maius firmitatis robur obtineret, illam per Sedem Apostolicam confirmari supplices petierunt, illorum votis annuente Leone X. anno Incarnationis Dominicæ 1519. pridie Idus Aprilis, Pontificatus sui anno 7.

68 Mo nast.

Hoc etiam anno memoratus Pontifex Prioratum S. Benedicti, in oppido Cremensi, tunc Placentinæ diœcesis, eiusdem Ordinis S. Benedicti, & Parochialem, quem Reuerendis. D. Aluysius Tassus Episcopus Recanatensis in commendam obtinebat, & in quo nullus actu monachus degebat, eodem Episcopo ad fauorem nostræ congregationis illum in manibus Papæ ipse te resignante, extincto in illo instituto, & Ordine S. Benedicti, & erecto Ordine canonicorum regularium Lateranensium, nostræ congregationi in perpetuum vniuit, & donauit, reseruata ipsi Domino Aluysio Comendatario certa pensione, conditione adiecta, vt post illius ex hac vita decessum in dicto monasterio viginti saltem canonici iugiter manerent, prout testatur Bullæ vnionis hoc eodem anno 17. calend. Aprilis emanatæ. Hoc monasterium paucis ab hinc annis in Abbatiam erexit Paulus V. qui præter Parochiã Vrbanam quatuor alias rurales sibi subditas habet, per canonicos dicti monasterij regi cõsueuerũt.

68 Mo nast.

Eodem anno cum Pontifex Zachariam Lilium Vicentinum nostræ congregationis canonicum ad Episcopatum euexisset, dubitatum est à nonnullis an canonici regulares ad Episcopatum prouecti, habitum cæterorum Episcoporum qui ex clericis secularibus assumuntur, ferre deberent, quibusdam contradicentibus, præsertim Magistro Cæremoniarũ Paride Grasso, quam ob causam edidit Zacharias Ferrerius Iure consultus clarissimus librum de proprio & vero habitu canonicorũ regularium, in quo doctissimè, solidissimèque probauit, canonicos regulares ad Episcopatum, & Cardinalatum euectos, habitu canonicorum, & cæterorum clericorum secularium, qui ad gradus similes assumuntur, legitimè vti posse, qui liber habetur in volumine Priuilegiorũ nostrę Lateranensis Congregationis pag. 436. & sequentibus. incipit. *Audiui pridie narrantibus plerisque.* quam sententiam Leo Decimus, publico generalique decreto promulgato probauit, quod habetur in nouo Bullario inter Bullas huius Pontificis, constitutione 34. & confirmat nouum Cæremoniale Romanum.

IV. HOc etiam anno memoratus Pontifex, cum antea in Concilio Lateranensi priuilegia quædam mendicantium, instantibus Episcopis, & Parochis limitasset, ac moderatus fuisset, ac deinde moderationem, & limitationem huiusmodi ad aliorum quorumcunque Ordinum, etiam non mendicantium priuilegia extendisset, quæ limitatio, seu moderatio habetur inter illius Cõstitutiones vigesimasecũda in ordine, incipit, *Dum intra mentu, &c.* nouis literis Rectori Generali, Visitatoribus, cæterisque canonicis nostrę cõgregationis directis, quę incipiunt: *Decet Romanum Pontificem:* ipsam congregationem, cum omnibus, & singulis eiusdem canonicis à

præfata moderatione seu limitatione penitus
nis habentur literæ in lib. Indultorũ pag. 4
Anno 1520. coactum fuit Generale Capit
Montarij, in quo quidem electus fuit Rector
neralis R. P. D. Ioannes Iacobus Cremonen
sitatoris Visitatoribus D. Raphaele Placentino
Cosmo Mediolanensi, D. Zacharia Nouari
& D. Iosepho Veronensi. Anno 1521. Capitu
Generale Rauennæ. Rector Generalis R.
Valerius Vicentinus. Visitatores D. Ludou
Salodiensis, D. Timotheus Papiensis, D. Pe
Martyr Mediolanensis, D. Petrus Cremone
Hic anno Leo X. Romanus Pontifex ante
annos de Medicis Patre Laurentio, matre C
in Vrsina progenitus, clarissimarum prosap
nobile germen, quarum splendorem virtute
dignitate auxit, qui sacrorum cultum resti
Deum coluit, religionem, & pietatem amauit
fidem incorruptam seruauit, bonas artes
rarum studia replantauit, literatos non so
uerbo, & lingua dilexit, sed opere, & veritate
rit, & moribus cumulauit, qui Italiam
conauit, & seculum aurcum reuexit, bonis
Italiæque mœrentibus ex hac vita fuit subl
die 21. Decembris, ætatis suæ anno 45.
tabilisset in Pontificatu annos 8. menses
dies 21.

CAPVT QVADR
GESIMVM TERTIVM.

De fundatione monasteriorum Petri Gatinaria, S. Steph Citadella Vercellensis Diœ sis, & S. Iuliani Imolæ.

ANno 1522. Sede Apostol
per obitum Leonis Dec
vacante electus fuit in Ro
num Pontificẽ Adrianus
die 9. Ianuarij, quem alij fe
patria Traiectensem, alij v
Italum, ex oppido Salodiensi, apud lacum Be
cum exorum, sed à puero in Hollandiam pr
sum, & Hollandinum propterea reputatũ. H
autem anno Generalia nostræ congregatio
Comitiis sunt habita Rauennæ, ac in illis el
Rector Generalis R. P. D. Desiderius Medi
pensis. Visitatores D. Gaspar Vercellensis, D
Thomas Cremonensis, D. Gabriel Veroner
& D. Franciscus Vicentinus.

Anno 1523. idem Adrianus Sextus ex hac
migrauit, die 14. Septembris, in cuius locum
tus est Iulius de Medicis presbyter Cardi
die 19. Nouembris, qui Clemens Septimus
nuncupatus. Eodem autem anno Generale C

præfata moderatione seu limitatione penitus exemit. habentur literæ in lib. Indultorũ pag. 478

Anno 1520. coactum fuit Generale Capitulũ Mortarij, in quo quidem electus fuit Rector Generalis R. P. D. Ioannes Iacobus Cremonensis, additis Visitatoribus D. Raphaele Placentino, D. Cosmo Mediolanensi, D. Zacharia Novarien si, & D. Iosepho Veronensi. Anno 1521. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Valerius Vicentinus. Visitatores D. Ludouicus Salodiensis, D. Timotheus Papiensis, D. Petrus Martyr Mediolanensis, D. Petrus Cremonensis. Hoc anno Leo X. Romanus Pontifex antea Ioannes de Medicis Patre Laurentio, matre Clarice Vrsina progenitus, clarissimarum prosapiarũ nobile germen, quarum splendorem virtute, & dignitate auxit, qui sacrorum cultum restituit, Diuos coluit, religionem, & pietatem amauit, iustitiam incorruptam seruauit, bonas artes coluit, literarum studia replantauit, literatos non solum verbo, & lingua dilexit, sed opere, & veritate fouit, & muneribus cumulauit, qui Italiam pace donauit, & seculum aureum reuexit, bonis quibusque mœrentibus ex hac vita fuit sublatus die 21. Decembris, ætatis suæ anno 45. cum sedisset in Pontificatu annos 8. menses 8. & dies 21.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

De fundatione monasteriorum S. Petri Gatinariæ, S. Stephani Citadellæ Vercellensis Diœcesis, & S. Iuliani Imolæ.

ANno 1522. Sede Apostolica per obitum Leonis Decimi vacante electus fuit in Romanum Pontificẽ Adrianus VI. die 9. Ianuarij, quem alij ferũt patria Traiectensem, alij verò Italum, ex oppido Salodiensi, apud lacum Benacum exortum, sed à puero in Hollandiam profectum, & Hollandinum propterea reputatũ. Hoc autem anno Generalia nostræ congregationis Comitia sunt habita Rauennæ, ac in illis electi Rector Generalis R. P. D. Desiderius Mediolanensis. Visitatores D. Gaspar Vercellensis, Dom. Thomas Cremonensis, D. Gabriel Veronensis, & D. Franciscus Vicentinus.

Anno 1523. idem Adrianus Sextus ex hac vita migrauit, die 14. Septembris, in cuius locum electus est Iulius de Medicis presbyter Cardinalis die 19. Nouembris, qui Clemens Septimus fuit nuncupatus. Eodem autem anno Generale Capitulum habitum fuit Placentiæ. Rector Generalis electus R. P. D. Albertus Veronensis. Visitatores D. Raphaël Placentinus, D. Archangelus Papiensis, D. Gabriel de Gatinaria (hic erat frater Illustrissimi Cardinalis Mercurini, magni Cancellarij Caroli Quinti Imperatoris) & D. Michaël Vicentinus.

Anno 1524. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Ioannes Iacobus Cremonensis. Visitatores D. Raphaël Placentinus. D. Cosmas Mediolanensis, D. Ioseph Cremonẽsis, & D. Valerianus Bergomensis. Hoc anno Clemens VII. insigne priuilegium immunitatis monasterio Tremitano à suis prædecessoribus Sixto IV. Innocentio Octauo. Leone Decimo concessum, confirmauit, die vltima Martij. Eodem anno dictus Põtifex statutum fecit, ne personæ cuiusuis sexus, vel ætatis, & conditionis monasteria canonissarum nostræ congregationis, etiam vigore facultatum à Sede Apostolica obtentarum ingrederentur, exceptis medicis, Cœmentarijs, &c. & de licentia existentium pro tempore Rectorum Generalium, idque sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ. quod statutum habetur in lib. Indultorum nostræ congregationis pag. 481.

Anno 1525. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Raphaël Placentinus. Visitatores D. Ludouicus Salodiensis, D. Ioannes Ludouicus Mediolanensis, D. Agapitus Vicentinus, & D. Petrus Cremonensis. Anno 1526. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Thomas Cremonensis. Visitatores D. Archangelus Mediolanẽsis, D. Angelus Vercellensis, D. Frãciscus Vicentinus, & D. Gabriel Veronensis. Anno 1527. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Archangelus Papiensis. Visitatores D. Michaël Vicentinus, D. Gregorius Placentinus, D. Gabriel à Gatinaria, & D. Ambrosius Bergomensis. Hoc anno in Vigilia Annunciationis B. Virginis cum Carolus Borbonius cum copijs Germanorum ad radices montis Belliani constitisset, vt die sequenti ad monasterium diripiendum ascenderet, nocte sequenti tanta nix cum imbribus de cœlo cecidit, vt milites ferè omnes in aquis fuerint præfocati, cæteris fuga sibi consulentibus, cuius rei memoria quotannis agitur ab Indigenis in eodem festo Annunciationis, vt supra c. 28. dictum fuit. qui Carolus sub fide contra fidem datam Romam cũ exercitu Imperatoris contendens, Vrbem cœpit, & deprædatus fuit, & Pontificem intra molem Adrianam receptum obsedit.

Anno 1528. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Michaël Vicentinus. Visitatores D. Ioseph Veronensis, D. Lucas Novarien sis. D. Valerius Placentinus, & D. Ioannes Franciscus Mediolanensis. Anno 1529. Capitulũ Generale Bononiæ. Rector Generalis R. P. D.

Ludouicus Salodiensis. Visitatores D. Agapitus Vicentinus, D. Desiderius Ianuensis, D. Petrus Cremonensis, & D. Ludouicus Mediolanensis. Anno 1530. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Archangelus Papiensis. Visitatores D. Archangelus Mediolanensis, D. Angelus Vercellensis, D. Franciscus Vicentinus, & D. Hieronymus Cremonensis.

II. ANno 1531. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gabriel à Gatinaria. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Eugenius Veronensis, D. Valerianus Bergomensis, & D. Dionysius Mediolanensis. Anno 1532. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Ioseph Veronensis, hic fuit vir miræ probitatis, & probatæ religiositatis, & sæpiùs instaurator. Visitatores D. Lucas Nouariensis, D. Valerius Placentinus. D. Ioannes Franciscus Mediolanensis, & Ioannes Baptista Mutinensis. Anno 1533. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Agapitus Vicentinus. Visitatores D. Ludouicus Salodiensis, D. Ioannes Ludouicus Mediolanensis, Dom. Petrus Cremonensis, & Dom. Desiderius Ianuensis.

Anno 1534. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Archangelus Papiensis. Visitatores D. Angelus Vercellensis, D. Franciscus Vicentinus, D. Clemens Venetus, & D. Valerianus Bergomensis. Hoc autem anno Clemes Papa Septimus ex hac vita migrauit die 25. Septembris, cuius loco Alexander Farnesius S. R. Ecclesiæ Cardinalis Episcopus Ostiensis communibus votis est electus die 13. Octobris, & Paulus Tertius nuncupatus.

70 Mo nast. Hoc eodem anno fundatum est monasterium sub titulo Præposituræ S. Petri de Gatinaria in Episcopatu Vercellensi, munificentia, & donatione Illustrissimi Domini D. Mercurini de Arboreo Caroli V. Imperatoris olim Magni Cancellarij, sanctæque Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis tituli S. Ioannis ante portam Latinã, fratris Illustris D. Comitis Gatinariæ. Cuius fundationis series in authẽticis dicti monasterij monimentis sic habetur. Præfatus Illustrissimus Dominus Mercurius Cardinalis per suum vltimũ testamentum rogatum per Dominum Ioannem de Cumalunga publicum notarium, & S. Cæsareæ maiestatis Secretarium, mandauit, in oppido Gatinariæ, in Ecclesia Parochiali S. Petri constituì, & erigi collegium canonicorum regularium Ordinis sancti Augustini, & nostræ Lateranensis congregationis sub titulo Præposituræ, in quo nouem canonici de redditibus ipsius Illustrissimi Domini fundatoris alendi, & manutenendi sub regulari disciplina iugiter manerent: quos tamen de domo Arborea, vel de illius affinibus esse voluit, & ad electionem Illustris Domini Comitis Gatinariæ illius fratris, & successorum in eodem collegio deputari, cui ius patronatus eligendi, nominandi, & præsentandi Præpositum, & canonicos in eodem collegio statuẽdos, in perpetuum reseruauit. Mandauit etiam, ex suis bonis alterum collegium institui nouem puerorum de domo Arborea, vel de illius affinibus, qui per septem annos in Grammatica, & arte scribendi per aliquem Scholarum Magistrum, & Rectorem docerentur. Quorum omniũ præmissorum executorem testamentarium vnicum, & insolidum R. P. D. Gabrielem de Gatinaria nostræ congregationis canonicum, & illius fratrem, tunc S. Andreæ Vercellarum Abbatem deputauit. qui tamen in illius voluntate quoad omnia implenda difficultates insuperabiles offendit, tum quòd non reperirentur de familia Arborea tot canonici regulares, qui prædictum collegium possent complere, nec essent alij canonici, qui vellent recedere à congregatione, & subijci Iuri patronatus præfati Domini Comitis Gatinariæ: tum etiam quod Reuerendiss. D. Gulielmus de Gatinaria Episcopus Nicomedien sis, & Ecclesiæ sancti Petri Gatinariæ Plebanus nollet prædictæ Ecclesiæ renuntiare, nisi ad fauorem canonicorum nostræ congregationis, neque homines cõmunitatis Gatinariæ vellent, memoratum Dominum Comitem in eadem Ecclesia ius patronatus habere. Propter quas, & alias quamplures difficultates memorati D. Gabriel Abbas sancti Andreæ, & D. Comes Gatinariæ suprædicti Domini Cardinalis fratres, vt illius voluntas, quoad fieri posset, ad effectum deduceretur. anno Domini 1534. indictione 3. die 7. mensis Nouembris ad sequentes conuentiones, saluo Sedis Apostolicæ beneplacito, deuenerunt, primò vt Dominus Comes omni iuri patronatus cederet, quod in præfata Ecclesia, vel in illius Præposito, & canonicis nominandis, præsentandis, seu eligendis prætenderet, sed illorum electio, præsentatio, & nominatio post primam vicem, pro qua spectaret ad præfatum D. Gabrielem Abbatem, & executorem, deinceps spectaret ad congregationem canonicorum regularium Lateranensis, siue ad illius Generale Capitulum in perpetuum. Secundò quòd præter nouem canonicos ad diuina in eodem collegio peragenda deputandos, loco trium puerorum in altero collegio instituẽdorum, acciperentur tres alij Religiosi de dicta congregatione, prout magis expedire videretur, pro quorum manutentione stipendia, quæ pro tribus pueris alendis tribuenda essent eidem collegio canonicorum tribuerentur, rogato instrumento concordiæ, & conuentionum in oppido Gatinariæ, in palatio eiusdem Illustris Comitis Gatinariæ, die, & anno proximè notatis, per Dominum Ioannem Dionysium de Mandello publicum notarium, & ciuem Vercellensem.

III. QVibus conuentionibus initis Reuer. Presbyter Damianus de Viecomitibus Rector Ecclesiæ Parochialis loci Palestri, qui in Ecclesia

sancti

S. Petri memorata clericatum obtinebat, ad quē clericatum spectabat fundus prope Ecclesiam, in quo monasterium exstruendum erat, anno Domini 1534. indictione 7. die 14. mensis Ianuarij prædictum clericatum, ad effectum erigendi in illius fundo monasterium, in manibus Reuerendiss. D. Augustini de Ferrerijs Vercellensis Episcopi resignauit, eodem Episcopo resignationem acceptante, & probante, quam die decimasexta eiusdem mensis, & anni Venerabiles canonici, & Capitulum Ecclesiæ Vercellensis firmauerunt, rogato instrumento per eandem Dominum Dionysium de Mandello, in Sacristia magna Ecclesiæ S. Eusebij Vercellensis, die, mense, & anno supradictis: in quo de erectione ipsius Ecclesiæ S. Petri in Præpositurā Ordinis canonicorum regularium S. Augustini, ad effectum construendi, & instituendi iuxta illa monasterium, & collegium canonicorum per Sedem Apostolicam facta ad instantiam memorati Illustrissimi Cardinalis tunc viuentis, expressa, & specifica mentio habetur: & ex tunc, quia vt præmittitur, Ecclesia in Præpositurā, & collegium canonicorum regularium per Sedem Apostolicam iam fuerat erecta, idem Ven. P. D. Gabriel executor testamentarius monasterium satis pulchrum, & nobile construendum curauit, & absoluit, constituto in eodem primo Præposito Domino Theophilo de Gatinaria cum canonicorum collegio, redditibus iuxta piam mentem testatoris satis pro loci conditione dotato. Quod Illustrissimi Comites Gatinariæ multis beneficijs fouerunt, & singulari affectu dilectionis pro ea, quæ summa est Illustrissimæ familiæ Arboreæ in Religiosos pietas, sunt prosequuti, & nunc etiam prosequuntur. sed & D. Gulielmus quondam Ioannis de Gulielmis, ex nobilibus de Gatinaria ipsum monasteriū an. 1552. omniū suorum bonorum vniuersalem hæredē instituit.

Ex quo viri nōnulli cum primis celebres prodierunt, videlicet memoratus D. Gabriel ex Cōmitibus de Gatinaria, prædicti Illustrissimi Cardinalis frater, & monasterij fundator, vir probatus, & optimus, qui pluribus nostræ congregationis collegijs præfectus, publicis etiam muneribus Visitatoris, & Rectoris Generalis totius congregationis semel, secundò, & tertiò dignissimè functus, tandem anno 1547. dum esset Rector Generalis, ad æterna præmia laborum suorum, vt pie creditur, capessenda migrauit, Mantuæ in monasterio nostro S. Bartholomæi tumulatus. Item D. Valerius à Gatinaria Theologus, & prædicator facundus, & celebris, qui pluribus annis in præcipuis Ecclesijs in summa populorum frequentia conciones Quadragesimales cum habuisset, & multa monasteria optimè rexisset, anno 1581. Mediolani obijt in monast. S. Mariæ de Passione, quo ānō erat Abbas S. Mariæ Nouæ Astæ, generalesq; nostræ congreg. visitationes perageret. Item D. Theodosius Gatinarensis de Badinis, prædicti Valerij nepos, qui pluribus annis S. Theologiam est professus, inter præcipuos sui temporis Prædicatores Italicos meritò recensendus: nam & Romæ in Basilica D. Petri, & Mediolani in Metropolitana, Ianuæ, Neapolis, Taurini, alijsque insignioribus Vrbibus tempore Quadragesimæ prædicauit, Serenissimo Sabaudiæ Duci Carolo Emanueli valdè charus, qui illum in Episcopum Saluciarum à Paulo V. postulauerat, verum conditione temporū votum effectus non æquauit. Obijt Vicentiæ anno 1611. Abbas S. Mariæ Nouæ Astæ, cum triennio proximè lapso fuisset electus Visitator congregationis.

IV. ANno 1535. Capitul im Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Gabriel à Gatinaria. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Eugenius Veronensis, D. Dionysius Mediolanensis, & D. Valerianus Bergomensis. Anno 1536. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Franciscus Mediolanensis. Visitatores D. Ioseph Veronensis, D. Lucas Nouariensis, D. Valerius Placentinus, & D. Michael à Mordano.

71 Monast.

Hoc autem anno Illustriss. & Reuerendiss. D. Bonifacius de Ferreriis S. R. E. Cardinalis Episcopus Sabinensis, qui cœnobium Abbatiale S. Stephani de Citadella in Ciuitate Vercellarum Ordinis S. Benedicti, olim insigne, sed tunc satis collapsum, in commendam obtinuerat, illiusq; titulum D. Petro Francisco nepoti reseruatis sibi fructibus, vita durante, resignauerat, de monasterio canonicorum nostræ congregationis in eodem cœnobio erigendo sub regimine Præpositi, manente titulo Abbatiali pro Commendatario, deliberauit, & pro huiusmodi erectione Summo Pontifici Paulo III. supplicauit, & amotis nonnullis monachis, qui in dicto monasterio, sine clausura tamen, & à regulari disciplina plurimum relaxati degebant, collegium quatuordecim canonicorum, cum vno Præposito in eodem cœnobio statuit, quibus præter Ecclesiam, & monasterij fabricas, & hortos adiacentes, membrum quoddam Abbatiæ, Lachellis nuncupatum, cum omnibus illius possessionibus, mansis, dificijs, & iuribus ab ipsa Abbatia dismembratum perpetuò tribuit pro victu, & mensa conuentuali canonicorum, quæ constant ex Bullis Pontificijs Pauli III. datis apud S. Petrum 3. Idus Aprilis anni 1536. & pontificatus sui anno 2. Verum cum propter bella, & alia impedimenta fructus dicti membri minimè pro quatuordecim canonicis alendis sufficerent, nec prędia possent ad culturā redigi, numerus canonicorū ad octo fuit reductus, cōcessione ipsiusmet Pontificis facta pridie nonas Septēbris an. 1541. pōtificatus sui an. 6. Postea cū ab an. 1550. & deinceps Præpositus, & canonici ad cōtributiones hospitū militum

militum (quippe quod monasterium esset in arce constitutum) & ad onera militaria cogerentur, numerus canonicorum rursus imminutus, & ad tres solos redactus demum tumultibus bellorum crescentibus, & multis cladibus, ruinis, & miserijs ingruentibus, Præpositus, & canonici loco excedere coacti, & à militibus pulsi, qui monasterium profanatum in ipsorum hospitium, & armamentarium conuerterunt. Ecclesia verò iussu Principum diruta, & solo æquata, & ipsum monasterium militibus arcem custodientibus traditum & dirutum, præter ea, quæ illorum vsibus deseruirent: vnde memorati Præpositus, & canonici ad beneuolos receptatores perrexerunt. Porrò cum Abbatiam S. Stephani Illustriss. D. Guido Ferrerius Vercellensis Episcopus, & S. R. E. Cardinalis in commendam obtinuisset, is Præpositum, & canonicos dicti monasterij, qui interim in alio eiusdem congregationis collegio S. Andreæ morabantur, etiam bonis temporalibus per Sedem Apostolicam ipsis attributis exspoliare cogitauit, contra quos litem coram Nũtio Sedis Apostolicæ Taurini commorante ann. 1574. inchoauit, quæ ad annum vsque ad 1580. est protracta, quo tempore idem D. Cardinalis, qui aliam Abbatiam S. Iusti Seusiæ ordinis S. Benedicti in commendam obtinebat, nonnullis monachis ibidem degentibus, ad aliud eiusdem ordinis monasterium S. Michaëlis, eidem Cardinali commendatum, translatis, Præpositum cum collegio canonicorum in dicta Abbatia S. Iusti reposuit, certis quibusdam redditibus pro illorum mensa conuentuali designatis, eisdem canonicis, omnibus iuribus, quæ in sancti Stephani Præpositura prætendebant, vicissim cedentibus, de qua re infra, cum de prædicto S. Iusti monasterio agemus, sermo iterum redibit.

V. ANno 1537. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Franciscus Vicentinus. Visitatores D. Ludouicus Salodiensis, D. Ioannes Ludouicus Mediolanensis, D. Ioannes Baptista Cremonésis, & D. Theophilus Vercellensis.

Anno 1538. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Ludouicus Salodiensis. Visitatores D. Vbaldus Papiensis, D. Ioannes Iacobus Mediolanensis, D. Leonardus Venetus, & D. Columbinus Cremonensis. In eodem Capitulo communibus votis decretum fuit, vt si fieri posset, regimen canonissarum S. Ioannis Lucensis omnino dimitteretur, quod cum non facile posset obtineri, Prior S. Frigdiani cum toto Capitulo quasdam domos, & alia bona eisdem canonissis donauerunt, sub certis conditionibus, & reseruato eidem Prioti, & Capitulo antiquo iure, quod habebat in Ecclesiam S. Ioannini, sub quibus tandem conditionibus renunciatio regiminis dictarum canonissarum per Sedem Apostolicam eodem anno fuit admissa.

Anno 1539. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Gabriel à Gatinaria. Visitatores D. Gregorius Placentinus, D. Eugenius Vercellensis, D. Valerianus Bergomensis, D. Dionysius Mediolanensis. Hoc anno fundatum est monasterium S. Vbaldi siue S. Iuliani ad Forum Scillæ, quod nunc dicitur Imola. Obtinuerant prius nostri canonici apud S. Iuliani parochialem palatium, in quo paruo sacello extructo in honorem S. Vbaldi, pauci canonici degebant, ex paucis quibusdam redditibus vtcunque victitantes. Cum autem præfatam S. Iuliani parochialem, quæ de iure patronatus Dominorum Galeatij, & Alexandri de Bonmercatis ciuium Imolentium asserebatur, quidam Ven. Sacerdos nomine Matthæus de Cornazanis in titulum obtineret, is dictam parochialem in manibus Vicelegati Bononiensis, & totius exarchatus Rauennæ, habentis ab Illustriss. Legato speciale mandatum, resignauit. Qui quidem D. Vicelegatus, accedente consensu Patronorũ, ipsam Ecclesiam S. Iuliani canonicis in dicto Palatio, & oratorio S. Vbaldi commorantibus perpetuò concessit, ad effectum erigendi ex prædictis Ecclesia, & palatio monasterium canonici ordinis nostræ congregationis, quæ vnio, & monasterij erectio, vt perpetuæ robur firmitatis haberet, auctoritate Apostolica fuit probata, & confirmata per Paulum III. vt ex bullis datis apud S. Petrum anno Domini 1539. 4. Idus Martij, Pontificatus sui anno 5. & Venerabili Episcopo Imolensi directis, liquet. Hoc monasterium protulit Theologum insignem Vener. Patrem D. Valerianum Zampetrium eiusdem monasterij Præpositum, & meum in Sacra Theologia Magistrum, de quo multa prætereo, quoniam adhuc viuit propè octogenarius.

Hoc eodem anno Paulus III. omnia priuilegia canonicis regularibus Lateranensibus per Romanos Pontifices illius prædecessoris concessa firmauit nouo diplomate, dato apud S. Petrum die 16. Augusti Pontificatus sui anno 5. incipit: *Cum alias felicis recordationis, &c.* Quod ad scrupulos amputandos alio diplomate anno 1541. die 23. Aprilis emanato, declarauit. vtrumque habetur in libro Indultorum nostræ congregationis pag. 487. & seq.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.

De ijs, quæ in nostra Lateranensi Congregatione ab anno 1540. vsq; ad an. 1559. contigerunt.

I ANno 1540. coacta fuit Generalis Synodus nostrorum canonicorum in canonica Portuensi in Ciuitate Rauennæ, in qua renũciatus est Rector Generalis R. P. D. Franciscus Mediolanensis, additiq; Visitatores D Lucas Nouariensis, D. Ioseph Veronensis. D. Valerianus Placentinus, & D. Petrus Martyr Florentinus. Anno 1541. Generale Capitulum Cremonæ. Rector Generalis R. P. D. Franciscus Vicentinus. Visitatores D Ioannes Ludouicus Mediolanensis, D. Ioannes Baptista Cremonensis, D. Ioannes Augustinus Vercellensis, & D. Thomas Brixiensis. Anno 1542. Capitulum Generale congregatum est Mantuæ, in quo electus fuit in Rectorem Generalem R. P. D. Archangelus Papiensis, & Visitatores D. Nicolaus Cremonensis, D. Syluanus Venetus, D. Constantius Mediolanensis & D Timotheus Veronensis. Causa verò Generalis Capituli in eadem Ciuitate Mantuana cogendi hæc fuit. Nam Illustriss. D. Cardinali Nicolao de Flisco Protectore vita functo, designatus fuit Protector congregationis Illustriss. D. Cardinalis Hercules Gonzaga, qui vt erat Princeps religiosissimus, & perfectus ipsius congregationis amator, cum nouitates quasdam à nonnullis in congregationem inuectas, minusque proficuas deprehendisset, ne spinæ in rhamnum crescentes altius radices figerent, refodiendas, & conuellendas iudicauit. Quod antea idem Pontifex efficere studuerat. per quoddam suum decretũ, pro congregationis reformatione promulgatum, cuius tamen exemplum multa diligentia conquisitum nullatenus inueni.

Anno 1543. Capitulum Generale Placentiæ. Rector Generalis R. P. D. Ioseph Veronẽsis. Visitatores D. Angelus Vercellẽsis, D. Thomas Placentinus, D. Raphaël Bergomensis, & D. Cyprianus Mediolanensis. Anno 1544. Capitulum Generale Cremonę Rector Generalis R. P. D. Thomas Placentinus. Visitatores D. Clemens Nouariensis, D. Vitalis Rauennas (hic fuit vir inculpatissimus & canonicæ disciplinæ zelator feruidus) D. Gregorius Venetus, & D. Eugenius à Carauaggio. Anno 1545. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerend. P. D. Valerianus Bergomensis. Visitatores D. Cherubinus Vercellensis, D. Matthæus Mediolanensis, D. Fœlix Cramonensis, & D. Fœlix Vicentinus.

II. ANno 1546. congregatus fuit Generalis conuentus nostræ congregationis Cremonæ, ibique renunciatus Rector Generalis R. P. D. Pacificus Placentinus, & Visitatores designati D. Franciscus Vicentinus, D Columbinus Cremonensis; D Liberalis Taruisinus, & D. Angelus Gabriel Papiensis. In quo quidem Capitulo, siue conuentu cum Dominus Noster Paulus III. aliquos ex canonicis nostræ congregationis viros doctos, pios, & graues ad sacrum Generale Concilium Tridentinum mittere iussisset, electi fuerunt ad tale munus obeundũ D. Riccardus Vercellensis Abbas S. Mariæ de Præuallo, & D. Sixtus de Rhenis Cremonensis Abbas S. Bartholomæi Pistorij, & alius, cuius nomen excidit, quorũ primus aduersa valetudine grauatus ipsum Concilium absolutum non vidit: alter verò eiusdem Sacri Concilij Prædicator designatus, postmodũ Carinulensis Episcopus est renunciatus. Extant literæ dicti Pontificis ad Illustriss. Herculẽ Gonzagam Protectorem ea de causa datæ, in quibus etiam de studijs literarum, quæ negligentia Prælatorum languescere incipiebant, in singulis monasterijs congregationis per eundem Illustriss. Protectorem sedulò restituendis, etiam per suspensionem à Prælaturis, & alias grauiores pœnas cauetur.

Verum quia controuersia de præcedentia inter canonicos Lateranenses, & monachos Cassinenses iam à temporibus Sixti IV. exorta, inter Prælatos vtriusque congregationis in eodem Cõcilio existentes repullulauit, prout etiam Pius IV. in motu proprio testatur, quam tandem controuersiam penitus terminauit, idem Paulus III. ad fauorem Prælatorum nostræ congregationis in eodem Concilio degentium literas sequentes dedit, videlicet à tergo:

Dilectis filijs Rectori Generali, & Visitatoribus congregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini canonicorum regularium: intus verò: *Paulus Papa III. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum cupientes, vt quæ in sacro Oecumenico Concilio Tridentino in dies differenda, & ventilanda occurrebant, per viros ætate graues, & moribus probatos, ac literarum scientia præditos tractarentur, & ventilarentur, dilecto filio nostro Herculi S. Mariæ Nouæ Diacono Cardinali de Mantua nuncupato, qui officio Protectoris congregationis vestræ apud nos fungitur, per alias nostras in forma Breuis literas commisimus, & mandauimus, quatenus vnà cum tunc Rectore Generali, & Visitatoribus dictæ congregationis duos, aut tres ex congregatione vestra Prælatos, in sacra literarum eruditos, aliasque bona vitæ, & conuersationis, qui nomine ipsius congregationis ad dictum Concilium accederent, & quæ nobis pro defensione Catholicæ fidei, & Reipublicæ Christianæ facienda occurrerent, quantum in se foret,*

facerent,

facerent, & exequerentur, deligeret: & quod ad Concilium ipsum properarent, cum effectu faceret, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem sicut nobis nuper exponi fecistis, tam dictus Hercules Cardinalis, quàm vos mandatis nostris parendo, tres Prælatos ex eadem congregatione ad dictum Concilium transmiseritis, & alios successu temporis transmissuri sitis, nobis humiliter supplicari fecistis, vt modernum, & alijs per vos in futurum ex eadem congregatione pro dicto Concilio deligendu Prælatis, in sessionibus, processionibus, & alijs actibus publicis locum solitum, & ante alios, quos vos de iure, vel consuetudine præcedere consueritis, assignare, ac cum eisdem Prælatis, vt vltra Prælaturam eis pro tempore concessam, etiam alium Prioratum, seu Præposituram, vel aliam dignitatem obtinere possint, dispensare, aliasque vestro, & eorum statui in præmissis opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur vestræ, & Prælatorum ad præmissa pro tempore deputatorum tranquillitati, & commoditati consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem modernu, & alijs per vos in futurum ex eadem congregatione pro dicto Concilio deligendu seu constituendis Prælatu in sessionibus, processionibus, & alijs actibus publicis locum solitum, & ante alios, quos vos de iure, vel consuetudine præcedere consueritis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium assignamus, & per Præsidentes eiusdem Concilij, ac alios, ad quos id spectat, assignari mandamus; & cum eisdem Prælatis, vt cum Prælaturas eis ad hoc per vos, seu alias pro tempore concessa, cuiusuis qualitatis existat, alium Prioratum, seu Præposituram, vel aliam dignitatem, quem, vel quam ante Prælaturam huiusmodi obtinuerint, seu post eandem Prælaturam alias canonicè assecuti fuerint, quarumcunque qualitatum, quas præsentibus haberi volumus pro expressis, existat, donec in eodem Concilio residerint, seu eorum deputationis tempus duraverit, in simul retinere libere, & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis, de speciali dono gratiæ dispensamus. Non obstantibus Generalis Concilij, & quibusuis alijs etiam conciliaribus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinis, & congregationis prædictorum, nec non monasteriorum, & aliorum regularium locorum, quorum seu in quibus Prælatura, Prioratus, Præposituræ, & dignitates huiusmodi fuerint, seu à quibus illos, & illas dependere contigerit, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis quomodolibet concessis, ac etiã iteratis vicibus approbatis, & innouatis, stateisque contrarijs quibuscunque. Prouiso quod Prælaturæ, Prioratus, Præposituræ, & aliæ dignitates huiusmodi, debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum cura in eis si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed eorum congruè supportentur onera consueta Datum, &c.

Quibus tamen literis dicta controuersia finè nullatenus accepit: vnde causam intelliges ob quam licet sacro Concilio Oecumenico nostri præsentes fuerint, nullus tamen in Catalogo illorum, qui eidem Concilio subscripserunt, legitur notatus.

Anno 1547. congregatum fuit Capitulũ Generale Rauennæ, in quo electus fuit Rector Generalis R. P. D. Gabriel Gatinarensis, qui Mantuæ obijt, & pro illo fuit electus R. P. D. Raphael Bergomensis. Visitatores D. Hieronymus Brixiensis, D. Dionysius Mediolanensis, D. Cherubinus Nouariensis, D. Illuminatus Mutinensis. In quo quidem Capitulo ad exonerandum monasterium S. Mariæ in Portu Rauennæ à debito trium millium aureorum cum diuersis personis in Romana Curia contracto, pro totidem pecuniis Cameræ Apostolicæ ab eisdem personis, nomine dicti monasterij solutis, statutum fuit, reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ, vt possessiones, domus, & alia bona dicti monasterij existentia in Ciuitate, districtu, & territorio Senogalliensi traderentur Priori, & monasterio, siue conuentui S. Mariæ Charitatis Venetiarum in perpetuum, pacto, & declaratione adiectis, vt Prior, & canonici, siue conuentus S. Mariæ Charitatis dictam summam trium millium aureorum cum illius interesse intra annum creditoribus in Romana Curia degentibus persoluerent, & conobium Portuense à debito, quod illius occasione contraxerat, penitus, & omnino releuarent, & liberarent, confecto publico instrumento eodẽ anno Rauennæ in monasterio Portuensi, in aula Generalis Capituli, die 12. mensis Maij, rogato per D. Hieronymum quondam Iustiniani à Portu Ciuem, & publicum notarium Rauennatensem. quam traditionem, siue transactionem, & releuationem Paulus III. per suas literas Apostolicas eodẽ anno 1547. septimo Calend. Decemb. emanatas, confirmauit, eisque robur perpetuæ firmitatis adiecit

Anno 1548. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gregorius Venetus. Visitatores D. Eugenius Veronensis, D. Valerius Placentinus, D. Gratianus Vercellensis, & D. Eugenius à Carauagio. Anno 1549. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Columbinus Cremonensis. Visitatores D. Cherubinus Vercellensis, D. Constantius Mediolanensis, D. Gaspar Bononiensis, & D. Angelus Vicentinus. Hoc anno Paulus III. cum sedisset in Pontificatu annis 15. diebus 28. naturæ debitum soluit, die 10. Nouembr. Vacauit Sedes mensibus 2. & diebus 29.

ANno 1550. qui fuit annus magni Iubilæi, Ioannes Maria de Monte Aretinus ex Cardinali Episcopo Prænestino Summus Pontifex fuit renunciatus die 7. Februarij, & Iulius III. nuncupatus, quo anno Generalis Synodus nostræ congregationis fuit habita Rauennæ, ac in illa re- III.

nuntiati

nuntiati Rector Generalis R. P. D. Conſt
Mediolanensis. Visitatores D. Franciscus
tinus, D. Felix Cremonensis, D. Liberali
lensis, & D. Marcus Antonius de Bagaro
communis, qui S. Augustini canonicam Plac
fundauit, & absoluit. Hoc eodem anno Iul
die 4. Maij omnia priuilegia per Romano
rebus nostræ congregationi concessa nou
lugio confirmauit, cum Indulgentijs, ac
priuilegia per Reges, Duces, Barones,
cipes, & Comites, & alios Dominos t
tantam in genere, quam in specie concef
betur in lib. Indultorum nostræ congreg
795-494.

Anno 1551. Generale Capitulum Rau
Rector Generalis R. P. D. Franciscus Vic
Visitatores D. Ioseph Veronensis, D. Dio
Mediolanensis, D. Gabriel Nouariensis,
Angelus Gabriel Papiensis. Anno 1552. Ge
le Capitulum Rauennæ. Rector Generalis
D. Gratianus de Bugella. Visitatores D. Gr
Venetus, D. Paulus Placentinus, D. Vitali
mensis, & D. Eugenius à Carauagio. In quo
dem Capitulo Constitutio quædam salube
pro fide Catholicæ puritate seruanda, fui
indigeta, quam Iulius III. sequentibus literi
sunt:

Iulius Papa Tertius. Dilecti filij salutem, &
tionem benedictionem. Exponi nobis fecistis, quod
conseruandam, quantum in vobis est, puritate
pone Christiana in vestro Capitulo Generali no
celebrato inter alia statuistis, & ordinastis, quo
quoque vestræ congregationis canonicus hæretica
maximi Lutheranas assertiones pertinaciter affe
constiterit (si ad id consensus Sedis Apostolicæ ac
eiusdem perpetuò deputaretur. Si verò eas non
tauerit, sed alio quouis modo, aut prætextu affe
una quandam in alio Capitulo Generali edita
tionem vestram incipientem: Si quis autu
tolo puniretur, & quicunque vobis subditus
deferentem audiret, nec id Superioribus suis re
ret, tanquam criminis particeps carceri ad ar
municaretur: & quod ad probationem præmiss
dos, aut tres fide digni testes sufficerent. quodqu
ratissima super præmissis indicandi potestas esset
pro tempore existentem Rectorem Generalem,
tum ex Visitatoribus ex congregatione huius
aut duos, siue eodem Rectore, Visitatores, vel in
absentia duos probos viros: & vltrius eligere
quatuor Iudices à dicta Sede confirmandi, qui pl
super præmissis iuxta canonicas sanctiones inqu
di, & culpabiles repertos, ad eorum custodiam
cum vnacum arbitrandi haberent: sententia tamen d
tione, & illius executio penes Rectorem Generale
Visitatores præfatos, cum vno, vel duobus ex I
his duobus remaneret: teneretur vnà cum eidem Recto
Visitatores iuxta canonicas sanctiones duntaxat
cum. Quodque verbi Dei ex congregatione vestra
nuntiatores, qui in suis totius Quadragesimæ prædic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

numiati Rector Generalis R. P. D. Constantius Mediolanensis. Visitatores D. Franciscus Vicentinus, D. Fœlix Cremonensis, D. Liberalis Tarvisinus, & D. Marcus Antonius de Bagarotis Placentinus, qui S. Augustini canonicam Placentinã fundauit, & absoluit. Hoc eodem anno Iulius III. die 2. Maij omnia priuilegia per Romanos Pontifices nostræ congregationi concessa nouo priuilegio confirmauit, cum Indulgentijs, ac etiam priuilegia per Reges, Duces, Barones, Principes, & Comites, & alios Dominos temporales, tam in genere, quam in specie concessa. habetur in lib. Indultorum nostræ congregationis pag. 494.

Anno 1551. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Franciscus Vicẽtinus. Visitatores D. Ioseph Veronensis, D. Dionysius Mediolanensis, D. Gabriel Nouariensis, & D. Angelus Gabriel Papiensis. Anno 1552. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gratianus de Bugella. Visitatores D. Gregor. Venetus, D. Paulus Placentinus, D. Vitalis Rauennas, & D. Eugenius à Carauagio. In quo quidem Capitulo Constitutio quædam salubernimã profidei Catholicæ puritate seruanda, fuit promulgata, quam Iulius III. sequentibus literis probauit:

Iulius Papa Tertius. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecistis, quod vos ad conseruandum, quantum in vobis est, puritatem Religionis Christianæ in vestro Capitulo Generali nouissimè celebrato inter alia statuistis, & ordinastis, quod quicunque vestræ congregationis canonicus hæreticas, & maximè Lutheranas assertiones pertinaciter assereret, carceri, vel (si ad id consensus Sedis Apostolicæ adesset) triremi perpetuò deputaretur. Si verò eas non pertinaciter, sed alio quouis modo, aut prætextu assereret, iuxta quandam in alio Capitulo Generali editam ordinationem vestram incipientem: Si quis nutu, vel verbo puniretur, & quicunque vobis subditus talem assertionum audiret, nec id Superioribus suis reuelaret, tanquam criminis particeps carceri ad annum nunciparetur: & quod ad probationem præmissorum duo, aut tres fide digni testes sufficerent. quodque plenissima super præmissis iudicandi potestas esset penes pro tempore existentem Rectorem Generalem, & vnum ex Visitatoribus ex congregatione huiusmodi, aut duos, sine eodem Rectore, Visitatores, vel in eorum absentia duos probos viros: & vlterius eligerentur quatuor Iudices à dicta Sede confirmandi, qui plenam super præmissis iuxta canonicas sanctiones inquirendi, & culpabiles repertos, ad eorum custodiam tantum incarcerandi haberent: sententia tamen definitiua, & illius executio penes Rectorem Generalem, vel Visitatores præfatos, cum vno, vel duobus ex Iudicibus dicti remaneret: teneretur quæ idem Rector, & Visitatores iuxta canonicas sanctiones duntaxat iudicare. Quodque verbi Dei ex congregatione vestra Concionatores, qui in suis totius Quadragesimæ prædicationibus assertiones Catholicas, & Ecclesiasticas, videlicet suffragiorum mortuorum, & Purgatorij, ac Indulgentiarum, & potestatis summi Pontificis, nec non Eucharistiæ, & Confessionis, & venerationis Sanctorum, nec non necessitatis operum contra id, quod ab hæreticis tenetur, non inferrent, tanquam de hæresi suspecti punirentur, prout in instrumento seu alio documento publico desuper confecto plenius dicitur contineri. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt statutis, & ordinationibus vestris prædictis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui religionem eandem obseruare, & augere totis viribus procuramus, supplicationibus huiusmodi inclinati, statuta, & ordinationes vestras prædicta, prout illa concernunt omnia, & singula in instrumento, seu documento huiusmodi contenta, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, Apostolica autoritate tenore præsentium, ex certa scientia approbamus, & confirmamus, ac illis plenum, & perpetuum firmitatis robur adijcimus. supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ea omnia, & singula suos plenarios effectus sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinis, & congregationis prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscunq; tenoribus, ac formis & etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, aliisque etiam insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis quomodolibet concessis approbatis, & innouatis. Quibusque omnibus, eorum tenorem ac formam præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3. Ianuarij 1552. Pontificatus nostri anno 3.

Prædictas literas cum facultate, Iudicibus per Generale Capitulum deputandis attributa, confirmauit Paulus IV. alio priuilegio, quod in eodem libro pag. 502. legi potest, quę cum alijs multis ad hoc spectantibus omittõ, quoniam dictæ facultates per noua Romanorum Pontificum decreta sunt abrogatæ.

IV.

Anno 1553. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gaspar Bononiensis. Visitatores D. Cherubinus Vercellensis, D. Columbinus Cremonensis, D. Angelus Vicentinus, & D. Theodorus Laudẽsis. Anno 1554. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Marcus Antonius Placentinus. Visitatores D. Franciscus Vicentinus, D. Constantius Mediolanensis, D. Fœlix Cremonensis, & D. Ioannes Chrysostomus Bergomensis. Anno 1555. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Brixiensis. Visitatores D. Franciscus Papiensis, D. Gregorius Venetus,

D. Raymundus Nouariensis, & D. Gabriel Mediolanensis. In eodem Capitulo decretum fuit, regimen canonissarum S. Mariæ Ciuitatis Ferrariæ legitimas ob causas fore dimittendum, si tamen Excellentissimo Duci Ferrariæ placuisset, qui noluit per nostros dictum regimen dimitti. In eodem Capitulo in vim Augustinianæ regulæ, & facultatis ab Alexandro VI. anno 1496. nostræ congregationi factæ quidam incorrigibiles, & pestilentes omnibus probâtibus de nostra societate sunt proiecti, quod vtinam à posteris esset obseruatum. & alia plura spiritualem, ac temporalem totius congregationis profectum, & commodum promouentia fuerunt saluberrimè decreta; Hoc eodem anno obijt Iulius III. die 23. Martij, in cuius locum Marcellus II. ex presbytero Cardinali S. Crucis in Ierusalem fuit subrogatus die 19. Aprilis, qui duodecim tantum diebus vixit in Pontificatu, & die 1. Maij naturæ debitum soluit.

Marcello verò sublato die 25. eiusdem mensis Ioannes Petrus Carafa ex Cardinali Episcopo Ostiensi Summus Pontifex est renunciatus, & Paulus IV. nuncupatus.

V. ANno 1556. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gregorius Venetus. Visitatores D. Gratianus à Bugella. D. Eugenius à Carauagio, D. Vitalis Rauennas, & D. Cherubinus Placentinus. Hoc anno Domini oppidi Messerani in Episcopatu Vercellensi obtulerunt congregationi monasterium S. Benigni, positum in illorum ditione, mandatumque per Capitulũ Generale Abbati S. Andreæ Vercellarum, & Præposito S. Sebastiani Bugellæ, ad illud videndum accedere, & cum Dominis Marchionibus de numero Sacerdotum in eodem monasterio manutenendo, prouentibusque pro alendis canonicis tractare. quod tandem, omnibus diligenter inspectis, accipere noluerunt.

Anno 1557. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Columbinus Cremonensis. Visitatores D. Gaspar Bononiensis, D. Cherubinus Vercellensis, D. Theodorus Laudensis, D. Angelus Vicentinus. In quo Capitulo ad viam ambitioni, quæ omnium malorum in regularium cœtibus est mater, præcludendam ita statutum reperio: *Igitur innouantes cæteras ordinationes huiusque factas, & præsertim illam, quæ incipit:* Quicunque conuictus fuerit, &c. *contra procurantes fauores per literas Principum, & potestatum secularium, præsenti Constitutione decernimus, quod quicunque recurrerit ad Principes, & potestates seculares, siue Ecclesiasticas, vel alio modo, vel medio externo procurauerit obtinere Prælaturas, seu dignitatem aliquam, si eam non habet, vel habere meliorem, careat & priuetur non solum ea dignitate, seu Prælatura, quam habet, per decennium, sed etiam suffragio, & voce activa, & passiua per decennium.*

VI. ANno 1558. Capitulum Generale congregatum fuit Rauennæ, in quo electus Rector Generalis R. P. D. Constantius Mediolanensis. Visitatores D. Marcus Antonius Placentinus, D. Liberalis Taruisinus, D. Fœlix Vicentinus, & D. Sigismundus Cremonensis, & in eodem Capitulo prædium, Inuruni nuncupatum, quod erat de iure monasterij S. Mariæ Casoreti, ab eodem monasterio dismembratum, & separatum, canonicæ S. Augustini, siue S. Mariæ Passionis fuit applicatum, & vnitum, pariterq; pars bonorũ Præposituræ S. Georgij de Brinate ab illo dismembrata, eidem canonicæ fuit vnita, quæ dismembrationes, & vniones non solum autoritate Capituli Generalis, verum etiam per Sedem Apostolicam fuerunt probatæ, & confirmatæ, prout in actis eiusdem Capituli continetur. Eodem anno allatæ sunt ex partibus Hispaniarum literæ Capitulo Generali directæ, quibus petebatur, vt Ven. P. D. Franciscum de Ayala canonicum regularem nostri Ordinis professum, qui iam per aliquot annos in Insulis Indiarum nuper inuentis Infidelibus conuertendis operam dabat, tam in dictis Insulis inuentis, quam in inuenienda alijs Vicarium Generalem nomine canonicorũ nostri Ordinis, & congregationis constitueremus, cum potestate monasteria nostri Ordinis tam virorũ, quam mulierum erigendi, & vt viros probos, ac religiosos de licentia suorum Superiorum illuc causa prædicandi Euangelium profectos recipere, congregare, & gubernare posset. testantur literæ illo anno scriptæ, quæ Romæ in nostro Archiuo Pacis fuerunt inuentæ.

Anno 1559. quo Paulus IV. Romanus Pontifex, vir planè sanctissimus, ex hac vita ad cœlestẽ Patriam migrauit die 18. mensis Augusti, & post quatuor mensium interregnum die 26. Decemb. electus fuit in Pontificem Ioannes Angelus Mediceus ex presbytero Cardinali S. Priscæ, qui Pius IV. fuit nuncupatus, Capitulum Generale coactum fuit Rauennæ, vbi electi Rector Generalis R. P. D. Raphaël Bergomensis, qui tamen integrum annum sui regiminis morte præuentus nõ absoluit, quamobrem in eius locum subrogatus fuit R. P. D. Ioannes Chrysostomus Bergomensis, vir omnigena linguarum, præsertim Hebraïcæ, Chaldaicæ, Græcæ, & Latinæ, scientia conspicuus. Visitatores verò fuerunt D. Hieronymus Brixiensis, D. Franciscus Papiensis, D. Gabriel Mediolanensis, & D. Regulus Nouariensis. In hoc Capitulo inter alia illius saluberrima decreta, sic ad verbum legitur statutum: *Hunus Generalu nostræ Synodi autoritate decretum est, & firmiter statutum sit, quod de cætero in vnoquoque monasteriorum nostrorum, vbi morantur duodecim canonici, quilibet Prior teneatur habere vnum Lectorem, vel canonicum, vel secularem, qui legat lectionem eius canonici.*

CAPVT QVADRA
GESIMVM QVINTVM.

*De fundatione Abbatiæ S. Ste
phani de Ponticulo diœcesi
Bononiensis, & aliys in nostra
Lateranensi Cõgregatione ab
anno 1560. vsque ad ann. 1580
contingentibus.*

ANno 1560. Generalis Synodus nostræ congregationis c habita Rauennæ, in qua elect Rector quidem Generalis R. P. D. Gratianus de Bugell Visitatores verò D. Eugeniu Carauagio, D. Vitalis Rauennas D. Celsus Pla & D. Paulus Venetus. Anno 1561. Ge rale Capitulum Rauennæ. Rector Generali R. P. D. Paulus Venetus. Visitatores D. Cherubi nus de S. Germano, D. Columbinus Cremonen sis, D. Theodorus Laudensis, & D. Calistus Vi centinus. Et quia Patres nostri statim ab initi informationis pluribus in Comitijs firmiter sta uerant, regimen sanctimonialium nullo mod decipere, ad quod tamen accipiendum pluribu locis, vel Ordinariorum, vel Principum im portunitate, vel etiam Pontificum autoritate cum comminatione censurarum fuerant adacti quod suffragante Innocentius VIII. in suis literis ac Rectorum, & canonicos nostræ congregationis quæ habentur in lib. Indultorum pag. 372. hoc anno Rector Generalis, cernens huiusmodi re gimen difficile, & quod multa incommoda af ferre nostræ congregationi, Summum Pontifi cem adiit, preces supplices porrigens, vt con gregationem ab illo onere subleuare dignaretur. Quibus votis annuere noluit, sed tamen, vt sus ceptum regimen tum ipse, tum illius successores melius, & facilius ad Dei omnipotentis laudem, & diuini nominis incremẽtum exercere possent, sequentes literas in forma Breuis dedit, videlicet Siluestro Dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Rectori Generali canonicorum regularium Ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis. intus: Pius Papa IV. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Piæ, quæ ad Religionis cultum, personarumque vobis subiectarum bonum, ac salubre regimen, & translationem quietem tendere dignoscuntur, melius, ac facilius ad Dei omnipotentis laudem, & diuini nominis incrementum gerere, & exercere valeas, tibi etiam in hac parte nobis humiliter porrecta supplicationibus inclinati, tibi, vt de cætero perpetuum futuris temporibus quotiescunque aliquæ moniales cuiusuis monasterij tibi,

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.

De fundatione Abbatiæ S. Stephani de Ponticulo diœcesis Bononiensis, & alijs in nostra Lateranensi Cõgregatione ab anno 1560. vsque ad ann. 1580. contingentibus.

ANno 1560. Generalis Synodus nostræ congregationis est habita Rauennæ, in qua electi Rector quidem Generalis R. P. D. Gratianus de Bugella. Visitatores verò D. Eugenius à Caruagio, D. Vitalis Rauennas D. Celsus Placentinus, & D. Paulus Venetus. Anno 1561. Generale Capitulum Rauennæ, Rector Generalis R. P. D. Paulus Venetus. Visitatores D. Cherubinus de S. Germano, D. Columbinus Cremonensis, D. Theodorus Laudensis, & D. Calistus Vicentinus. Et quia Patres nostri statim ab initio reformationis pluribus in Comitijs firmiter statuerant, regimen sanctimonialium nullo modo suscipere, ad quod tamen accipiendum pluribus in locis, vel Ordinariorum, vel Principum importunitate, vel etiam Pontificum autoritate, cum comminatione censurarum fuerant adacti, quod testatur Innocentius VIII. in suis literis ad Rectorem, & canonicos nostræ congregationis, quæ habentur in lib. Indultorum pag. 372. hoc anno Rector Generalis, cernens huiusmodi regimen difficile, & quod multa incommoda afferret nostræ congregationi, Summum Pontificem adiit, precesque supplices porrigens, vt congregationem ab illo onere subleuare dignaretur. Qui illius votis annuere noluit, sed tamen, vt susceptum regimen tum ipse, tum illius successores melius, & facilius ad Dei omnipotentis laudem, & diuini nominis incremẽtum exercere possent, sequentes literas in forma Breuis dedit, videlicet à tergo: *Dilecto filio modarno, & pro tempore existenti Rectori Generali canonicorum regularium Ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis.* intus: *Pius Papa IV. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt ea, quæ ad Religionis cultum, personarumque tibi subiectarum bonum, ac salubre regimen, & tranquillam quietem tendere dignoscuntur, melius, ac facilius ad Dei omnipotentis laudem, & diuini nominis incrementum gerere, & exercere valeas, tuis etiam in hac parte nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, tibi, vt de cætero perpetuum futuris temporibus quotiescunque aliquæ moniales cuiuscunque monasterij tibi, & eidem tuæ congregationi subiectæ ordinationib. statutis, ac mandatis per te pro illarum fœlici gubernio, & vitæ regularis obseruantia hactenus editis, & in posterũ edendis parere, & obedire recusauerint, seu contempserint, tu, Diffinitorum tamen Capituli Generalis eiusdem congregationis tempore ipsius Capituli expresso ad id accedente consensu, gubernio, & administratione, curaque audiendi confessiones dictarum monialium, vobis, vt præfertur, obedire recusantium vos liberare, atque exonerare, ac illarum gubernium, administrationem, & curam huiusmodi locorum Ordinarijs totaliter dimittere, & relaxare liberè, & licitè possitis, autoritate Apostolicæ, tenore præsentium licentiam concedimus, & facultatem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Nouembr. 1561. Pontificatus nostri anno 2.*

Aliud etiam amplissimum priuilegium ab eodem Pontifice ad excessus illorum corrigendos, qui forent de nostra congregatione, prædictus Rector Generalis impetrauit, huius, qui sequitur tenoris: *Dilecto filio Rectori Generali canonicorum regularium.* intus: *Pius Papa IV. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut nos non sine animi nostri displicentia accepimus, nonnullos canonicos, & alias personas regulares Ordinis S. Augustini, congregationis Lateranensis aliquando à rectitudinis tramite deuiare, &c. Nos ad quos talibus, ne deteriora parturiant, debitam adhibere diligentiam pertinet, super his prouidendum esse censentes, discretioni tuæ, de cuius, & infrascriptorum Diffinitorum fiducia in Domino plurimum confidimus, & pro tempore existenti Rectori Generali dicti Ordinis, vt quoscunque dicti Ordinis canonicos, & personas errantes, vel delinquentes, ac irregularitatem contrahentes, tempore Capituli per vos celebrari solti vna cum octo Diffinitoribus eiusdem Ordinis per te, & ipsius Ordinis canonicos ipso tempore deputatis ad te euocandi, & eos iuxta illorum excessus, errores, & crimina per te, & eosdem Diffinitores, nemine eorum discrepante, corrigendi, puniendi, & mulctandi, nec non in rebelles, & inobedientes, excommunicationis, & irregularitatis, ac aliàs sententias, censuras, & pœnas promulgandi, facta illorum, qui, si in seculo essent, vltimo supplicio damnarentur, prius degradatione, si suprascripto Rectori ordinis, & octo Diffinitoribus incorrigibiles visi fuerint, aut sine graui scandalo diutius sustineri in religione non posse diiudicauerint, illos perpetuò vel ad tempus ad tremens mittendi, & condemnandi, eosque in manus executoris secularium consignandi, ac contra non parentes, seu inobedientes declarationem incursus censurarum, ac pœnarum huiusmodi, illarumq; aggrauationem, ac alias, prout necessarium fuerit, donec paruerint, procedendi, omniaq; & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, quacunque appellatione remota, Apostolica autoritate tenore præsentium liberam licentiam, & facultatem concedimus, tibique pariter indulgemus. Non obstantibus &c. Datum Romæ sub annulo Piscatoris die 28. Iunij 1561. Pontificatus nostri anno 2.*

II. ANno 1562. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Marcus Antonius Placentinus. Visitatores D. Cõstantius Mediolanensis, D. Fœlix Vicentinus, D. Sigismũdus Cremonensis, quo ante expletum annum defuncto, electus fuit D. Raphaël Cremonensis, anno sequenti 1563. die 2. Februarij Romæ, & D. Hyppolitus Brixiensis, (hic fuit vir doctissimus, vt in Catalogo scriptorum nostræ congregationis dicetur.) In hoc Capitulo vigore facultatis anno præterito per Sedem Apostolicam nobis factæ statutum fuit, vt monasteria Monialium ciuitatis Nouariæ, & Ferrariæ curæ, & regimini Ordinariorum dimitterentur, & ita de alijs, quæ constitutionibus salutaribus in Generalibus Capitulis promulgandis subijci nollent, generaliter decretum fuit.

Anno 1563. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Hieronymus Brixiensis. Visitatores D. Ioannes Chrysostomus Bergomensis, D. Franciscus Papiensis, D. Gabriel Mediolanensis, & D. Secundus Nouariensis. In actis istius Capituli sic scriptum inuenio: *Imponitur Abbati ad Aram, vt cantet Missas secundum ordinem anni præteriti Pontificales iuxta præceptum Apostolicum.* per quod firmatur id, quod de præcepto Apostolico Abbati S. Petri ad Aram Neapolis facto de Missis cum mitra, & alijs insignibus Pontificalibus certis diebus cantandis tradidimus supra cap. 27.

Anno 1564. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis R. P. D. Gregorius Venetus. Visitatores D. Gratianus de Bugella, D. Vitalis Rauennas, D. Desiderius Mediolanensis, & D. Laurentius Placentinus. Hic autem annus Dei Omnipotentis gratia, & Sanctiss. D. N. Pij IV. benignitate, prouidentiaq; toti congregationi fœlix, faustissimusq; fuit expeditione, decisioneque longissimæ, æquè, vt grauissimæ cõtrouersiæ per Ven. Monachos Cassinenses à temporibus Sixti IV. contra nostram congregationem super iure præcedendi in processionibus, & alijs actibus publicis excitatæ, & coram diuersis Iudicibus, etiã in Palatij Apostolici Auditorio sæpius ventilatæ, tandemque in sacro Concilio Oecumenico Tridentino inter congregationum Abbates renouatæ. Nam Beatissimus Pontifex grauiter admodum ferens, huiusmodi controuersias inter religiosas personas, præsertim reformatas diutius exagitari, & propterea illas omni ratione submouendas, publicæque Religionum tranquillitati, reconciliationi, & mutuæ dilectioni consulere necessarium forè dijudicans, primum quidem motu proprio dictas controuersias, siue lites, & causas coram quibuscunque Iudicibus in quibusuis instantijs indecisas pendentes, ab eisdem iudicibus ad se aduocauit, illasque tribus S. R. E. Illustrissimis Cardinalibus Ioanni Michaeli Saraceno tituli S. Anastasiæ, Ioanni Baptistæ Cicadæ tituli S. Clementis, & Bernardino Scotto Presbyteris Cardinalibus audiendas, cognoscendas, & decidendas per quandam motus proprij schedulam, deinde verò per aliud rescriptum eisdẽ Cardinalibus audiendas tantum, sibique referendas commisit. postea cum prædicti Cardinales partibus in contradictorio sæpius auditis, dubijsque emergentibus sæpius discussis, & plenè resolutis sua vota eidem Sanctissimo retulissent, idẽ Pius IV. decreto fatali, & inappellabili sententiauit, & iudicauit, Abbates, Prælatos, & canonicos nostræ congregationis in processionibus, & in omnibus alijs actibus publicis, & priuatis ipsos R. Monachos Cassinenses præcedere debuisse, ac debere. De quibus quoniam lib. 2. cap. 71. diffusè tractauimus, vbi etiam Pontificium Decretum cũ motu proprio ab eodem Pontifice ob eandem causam emanato reddidimus, ad illum locum Lectores benevolos remitto. Ab hoc anno Rectores Generales cœperunt etiam vocari Reuerendissimi, quia omnes deinceps fuerunt etiam Abbates.

III. ANno 1565. Generale Capitulum celebratum fuit Rauennæ, in quo electi fuerunt Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Columbinus Cremonensis. Visitatores verò D. Archangelus Bononiensis D. Calistus Vicentinus, D. Georgius Vercellensis, & D. Gaspar Mediolanensis, & in eodem capitulo Patres decreuerunt, quendam canonicum incorrigibilem de nostra Societate ad normam Augustinianæ Regulæ proijci debere. vt hinc videas documentum salubertimum Sanctissimi Patris nostri de incorrigibilibus eijciendis, autoritate Apostolica firmatum, in nostra congregatione semper vsui demandũ. Hoc autem anno memoratus Pontifex nostræ cõgregationi indulsit, vt in cubiculis infirmorum tam virorum, quam mulierum, qui ob infirmitatem à cubiculis exire non possunt, missæ super altari portatili decenter præparato celebrari possint, testantibus eius literis in forma Breuis satis apud S. Petrum die 18. Maij. Qui cum sedisset in Pontificatu annis quinque, mensibus vndecim, diebus quindecim, hoc eodem anno mense Decembr. die 10. viam vniuersæ carnis est ingressus.

Huic Pontifici re & nomine verè Pio, nostra congregatio tantum debet, quantum alteri nunquam magis. nam ipsam congregationem impẽsissimè dilexit, controuersiam grauissimam nonaginta circiter annis inter RR. Monachos, & nostros, magnis dispendijs exagitatam, ad fauorẽ nostræ congregationis ipse tandem diremit, priuilegijs, & beneficijs cõpluribus nos cumulauit, sexdecim Præposituras siue Prioratus nostræ cõgregationis in Abbatias erexit, licèt sub illius Põtificatu super huiusmodi erectione literæ Apostolicæ minimè fuissent expeditæ. sed sub Pio V. illi' successore, vt in sequentib. dicemus. Et quod caput cæterorum est, ipse nostros canonicos ad

Latera-

Lateranensem Basilicam reducere summopo
ostendit, quod & præstitisset, nisi negotium à n
fuisset aut neglectum, aut ad veteres disco
sicum canonicis secularibus cauendas, diff
rentiam: de qua negligentia Superiores n
stræ congregationis non semel, nec leuiter o
gauit. cuius rei fidem faciunt literæ prædict
dictionis nondum tamen expeditæ, cum co
rentionibus inter partes initis, & Conuent
pradem Lateranensi Basilica designato, qu
ad rei memoriam seruantur in Archiuo Roma
in S. Mariæ de Pace, quæ omnia vidi. Quam o
ndam iussissimè in Comitijs Generalibus fa
mum fuit, vt quotannis illius Anniuersarium i
ibus nostris monasteriis solemniter agere
ur, vt constat etiam ex prima parte nostrarur
nstitutionum typis editarum cap. 18.

Anno 1566. quo Generalis Synodus nostra
congregationis est habita Rauennæ, ac in illa e
ctus Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Gas
ar Mediolanensis. Visitatores D. Marcus An
nius Placentinus, D. Fœlix Vicentinus, D. Ra
ael Cremonensis, & D. Cyprianus Brixiensis.
ie Ianuarij electus fuit in Romanum Pontifi
em Michael Ghislerius S. R. E. Cardinalis, Epi
scopo mox in Regalis in Principatu Pedemon
um, & Pius V. vocatus, vir certè pius, & sanctiss
mus, qui eodem anno erectionem sexdecim mo
asteriorum nostræ congregationis in Abbatias
nam habitam firmauit, & Bullas Apostolicas con
ri mandauit, quæ editæ sunt eodem anno apud
Petrum 16 Calend. Februarii. multas indul
rias, immunitates, & exemptiones tum omni
us Regularibus, tum specialiter nostris canoni
is Lateranensibus concessit, licet postea per suos
uccessores vel reuocatas, vel limitatas. Idẽ quo
que Pontifex de Sanctis nostri Ordinis, quorum
ibus centus diebus in nostra congregatione re
ari consueuerunt, decretum condidit, necnon
cum de loco, qui nostris canonicis in proces
ionibus, & alijs actibus publicis, & priuatis
debetur, quod vide supra lib. 2. cap. 71.

Hoc eodem anno in prædicto Capitulo Ge
erali commissa fuit Patribus Visitatoribus au
toritas tradidi charitatiuam vnionem cum Ve
erabili congregatione canonicorum regulari
m nostri Ordinis Colimbricensi, quæ est in Re
no Lusitano, quæ multa cum laude sanctitatis
n illis Regionibus floret.

Anno 1567. Capitulum Generale Rauennæ.
Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Fœlix
Vicentinus. Visitatores D. Hieronymus Brixien
sis, D. Philippus Nouariensis, D. Angelus Papien
sis, & D. Valerius Mediolanensis. Anno 1568.
Capitulũ Generale Rauennæ. Rector Genera
lis Reuerendissimus P. D. Gratianus de Bugella.
Visitatores D. Clemens Mediolanensis, D. Basi
lius Brixiensis, D. Laurentius Placentinus, & D.
Dionysius Venetus. In hoc autem capitulo fa-

Lateranensem Basilicam reducere summoperè optauit, quod & præstitisset, nisi negotium à nostris fuisset aut neglectum, aut ad veteres discordias cum canonicis secularibus cauendas, dissimulatum: de qua negligentia Superiores nostræ congregationis non semel, nec leuiter obiurgauit. cuius rei fidem faciunt literæ prædictæ reductionis nondum tamen expeditæ, cum conuentionibus inter partes initis, & Conuentu pro eadem Lateranensi Basilica designato, quæ ad rei memoriam seruantur in Archiuo Romano S. Mariæ de Pace, quæ omnia vidi. Quam ob causam iustissimè in Comitijs Generalibus statutum fuit, vt quotannis illius Anniuersarium in omnibus nostris monasteriis solemniter ageretur, vt constat etiam ex prima parte nostrarum constitutionum typis editarum cap. 18.

Anno 1566. quo Generalis Synodus nostræ congregationis est habita Rauennæ, ac in illa electi Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Gaspar Mediolanensis. Visitatores D. Marcus Antonius Placentinus, D. Fœlix Vicentinus, D. Raphael Cremonensis, & D. Cyprianus Brixiensis, die 7. Ianuarij electus fuit in Romanum Pontificem Michael Ghislerius S. R. E. Cardinalis, Episcopus montis Regalis in Principatu Pedemontano, & Pius V. vocatus, vir certè pius, & sanctissimus, qui eodem anno erectionem sexdecim monasteriorum nostræ congregationis in Abbatias antea factam firmauit, & Bullas Apostolicas confici mandauit, quæ editæ sunt eodem anno apud S. Petrum 16. Calend. Februarij. multas indulgentias, immunitates, & exemptiones tum omnibus Regularibus, tum specialiter nostris canonicis Lateranensibus concessit, licet postea per suos successores vel reuocatas, vel limitatas. Idé quoque Pontifex de Sanctis nostri Ordinis, quorum officia certis diebus in nostra congregatione recitari consueuerunt, decretum condidit, necnon etiam de loco, qui nostris canonicis in processionibus, & alijs actibus publicis, & priuatis debetur, quod vide supra lib. 2. cap. 71.

Hoc eodem anno in prædicto Capitulo Generali commissa fuit Patribus Visitatoribus autoritas tractãdi charitatiuam vnionem cum Venerabili congregatione canonicorum regularium nostri Ordinis Colimbricensi, quæ est in Regno Lusitano, quæ multa cum laude sanctitatis in illis Regionibus floret.

IV. Anno 1567. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Fœlix Vicentinus. Visitatores D. Hieronymus Brixiensis, D. Philippus Nouariensis, D. Angelus Papiensis, & D. Valerius Mediolanensis. Anno 1568. Capitulũ Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendissimus P. D. Gratianus de Bugella. Visitatores D. Clemens Mediolanensis, D. Basilius Brixiensis. D. Laurentius Placentinus, & D. Timotheus Venetus. In hoc autem capitulo facta est facultas Domnæ Gabrielæ canonissæ monasterii S. Mariæ Gratiarum Ferrarien sis, vulgo Mortarij nuncupati, eundi ad reformandum, siue instituendum monasterium canonissarum S. Augustini, nostri Ordinis, quod est in Castro, Lugo appellato.

Hoc anno fundatum est Abbatiale Cœnobium S. Stephani loci Ponticuli in Episcopatu Bononiẽsi, cuius fundationis primordia hæc fuerunt. Ecclesia S. Stephani Ponticuli erat parochialis, & plebania, quam in titulum obtinebat R. presbyter D. Marcus Iulianus de Bagnara, qui ob singularem affectum dilectionis erga nostrã congregationem, de monasterio nostrorum canonicorum apud illam erigendo sæpius cogitauit. tandemque consilio eum Patribus communicato, Ecclesiam ad hunc effectum in manibus Summi Pontifici Pij V. sponte, ac liberè resignauit, qui prædictam Ecclesiam in Abbatiam erexit ac in illa Ordinem S. Augustini Canonicorum regularium nostræ Societatis instituit, nostræq; congregationi perpetuo vniuit, & incorporauit. Expeditę fuerũt Bullę vnionis ãn. 1568. 10. Calend Ianuarij, Pontificatus Pij V. anno 3. In quibus sunt nonnulla verba diligenter notanda, videlicet: *Ita quod liceat eisdem Abbati, & Diffinitoribus corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ per se vel alium, seu alios propria autoritate, absque iudicij alicuius ministerio libere apprehendere, & perpetuo retinere. eiusdemque Ecclesiæ fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in suos, ac monasterij, & Ecclesiæ huiusmodi vsus, & vtilitatem cõuertere: necnon ipsi Ecclesiæ per vnum ex dictis congregationis canonicis ad eorundem Abbatis, & Definitorum nutum ponendum, & amouendum deseruiri, illiusque parochianorum animarum curam exercere facere, Diœcesani loci, vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita, etiam perpetuo concedimus, & assignamus. necnon loci Ordinario, & quibuslibet aliis etiam inferioribus collatoribus, ad quos dicta Ecclesiæ collatio, & alia dispositio quomodolibet spectat, & pertinet, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœnæ arbitrio nostro imponendæ, ne eosdem Abbatem, & congregationem, quominus præmissis omnibus pacificè frui, & gaudere possint, impedire, molestare, vel perturbare quoquo modo audeant, vel præsumant districtius inhibemus &c.* Harum igitur literarum vigore dicta parochialis in Abbatiam nostræ cõgregationis hoc anno fuit erecta, & in illa Abbas cum canonicis iuxta consuetudines nostræ Societatis institutus, qui per Dei gratiam in eadem perseuerat. 75 Mo nast.

Notandum etiam circa supradictas literas, ab hoc tempore nostræ Societatis Rectores in literis Apostolicis fere semper Abbates Generales nuncupari, qui mos sub initio Pontificatus Pij V. post erectionem sexdecim monasteriorũ in Abbatias inoleuit.

Anno 1569. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerẽdiss. P. D. Archãgelus

Bononiensis. Visitatores D. Columbinus Cremonensis, D. Angelus Gabriel Papiensis, D. Calistus Vicentinus, & D. Georgius Vercellensis. Hoc anno R. D. Leander Lana nobilis Brixiensis Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ parochialem oppidi Desenzani, ad ripas Benaci inter Brixiam, & Veronam, ad fauorem nostræ Societatis, vt in ea collegium canonicorum nostri Ordinis institueretur, in manibus Summi Pontificis resignauit, qui illam in collegium nostræ congregationis erectam eidem perpetuò habendam, & tenendam vniuit. Verùm in illius possessione adipiscenda oppidanos aduersarios, nescio quibus de causis nostri habuerũt: vnde lis excitata, quæ vsq; adeò deferbuit, vt Pontifex duodecim communitatis dicti oppidi Consiliarios anathemate percusserit, & totum Oppidum interdicto Ecclesiastico suppoſuerit, quod Patres nostri cernentes exemplo Beatissimi Patris nostri Augustini, qui nonnũquam bona illius Ecclesiæ tradita, & legitimè quæsita pro pace seruanda vel respuebat, vel reddebat, dictam parochialem in manibus Pontificis resignauerunt, quorum precibus idem Pontifex memoratos Consiliarios à censura excommunicationis absolui fecit, & interdictum abstulit, vt ex authenticis documentis in Archiuo Pacis pro teste seruatis liquet.

V. ANno 1570. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerẽdiss. P. D. Marcus Antonius Placentinus. Visitatores D. Paulus Laudensis, D. Desiderius Mediolanensis, D. Sixtus Cremonensis (hic fuit Prædicator, & Theologus Sacri Concilij Tridentini, & Episcopus Catinularum.) D. Adeodatus Bergomensis, & Dominus Columbinus Bononiẽsis. Anno 1571. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuer. P. D. Hieronymus Brixiensis. Visitatores D. Iustinianus Veronensis, D. Desiderius Mediolanensis, D. Angelus Papiensis, & D. Archangelus Placentinus. In hoc autem Capitulo data est facultas Reuerendiss. Rectori siue Abbati Generali, & Procuratori Generali pro congregatione in Romana Curia degenti, vt accedente beneplacito Sedis Apostolicæ, Tremitanam arcem cum toto beneficio, aut aliquibus illius membris permutare possent, aut alienare, propter onera grauissima, & dispẽdia in supportabilia, quæ illius causa tota congregatio sustinere cogebatur, quod vtinam executioni fuisset mandatum.

Anno 1572. quo Generalis Conuentus nostræ congregationis est habitus Rauennæ, ac in illo renunciati Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Calistus Vicentinus, Visitatores D. Gratianus Bugellanus, D. Clemens Mediolanensis, D. Basilius Brixiensis, & D. Michaël Angelus Nouariensis (obijt verò D. Basilius, & eius loco electus fuit D. Cyprianus Brixiensis die 22. Decembr.) Sanctissimus Pontifex Pius V. ex hac fragili vita ad æternam, & immarcescibilem, vt pie credere fas est, migrauit die 1. Maij. In cuius locum Gregorius XIII. antea Hugo Boncompagnus presbyter Cardinalis tituli S. Sixti magno totius Ecclesiæ emolumento fuit electus die 13. eiusdem mensis, & in die Pentecostes 25. eiusdem mensis coronatus.

Anno 1573. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Raphaël Cremonensis. Visitatores D. Archangelus Bononiensis, D. Georgius Vercellensis, D. Marcus Papiensis, & D. Cornelius Vicetinus. Anno 1574. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Paulus Laudensis. Visitatores D. Eusebius Cremonensis, D. Gabriel Venetus (hic fuit declamator omnium Italicorum sui temporis facilè Princeps, qui multa typis edidit, cuiusque memoria nunc etiam viget, obijtque Episcopus Clodiensis) D. Laurentius Placentinus, & D. Laurus Brixiensis. Anno 1575. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Theodosius Placentinus. Visitatores D. Hieronymus Brixiensis, D. Desiderius Mediolanensis, D. Ludouicus à Grauina, qui fuit Episcopus Castelli maris, & D. Gaspar Bononiensis.

VI. ANno 1576. ob Epidimiam, quæ nonnullas Italiæ ciuitates inuaserat, Capitulum Generale more, ac tempore consuetis celebrari non potuit: sed ex Apostolica dispensatione mense Iunio die 30. facta fuit quædam congregatio Romæ in canonica S. Mariæ Pacis, cui Rector Generalis cum quatuor Visitatoribus anni præcedentis, & decem Abbatibus, duobusque monasteriorum Procuratoribus, qui socij capitulares apud nostros vocantur, interfuerunt, per quos ex Apostolico priuilegio electi fuerunt in Rectorẽ Generalem Reuerendiss. P. D. Georgius Vedanus Vercellensis, qui postea fuit Abbas S. Andreæ Vercellarum, in cuius manibus ipse solemniter iuxta ritum nostræ congregationis meam professionem Regularem emisi. Visitatores verò D. Gabriel Mediolanensis, D. Cyprianus Brixiensis, D. Michaël Angelus Nouariensis & D. Petrus Franciscus Veronensis. dictus tamen D. Michaël Angelus Nouariensis integrum annum sui regiminis, à quibusdam latronibus interfectus, non explcuit, cuius vicem suppleuit D. Theodorus Nouariensis.

Anno 1577. habitum fuit Generale Capituli Rauennæ, die 28. Aprilis inchoatum, in quo peste in nonnullis præcipuis ciuitatibus Italiæ, præsertim Venetijs, & Mediolani sciuente, non omnes Abbates, & Prælati votum in Comitijs Generalibus habentes, nec Procuratores monasteriorum, socij capitulares nuncupati, conuenerũt: nam ex Prælatis solum viginti quinque, ex socijs verò capitularibus solũ nouem adesse potuerunt. Verũ Rector Generalis hunc defectum præuidens,

dens, ne acta Capituli ob maioris partis vocalium absentiam inualiditatis, siue etiam nullitatis notarentur, illum ante a præcauit, obtentis literis Apostolicis, datis 18. Martij, quibus facultas Capitulum vltra tempus consuetum differendi, & per eos, qui eidem Capitulo interesse potuissent, illud absoluendi, & omnia tractandi, quæ in pleno Capitulo tractari, & perfici consueuerunt, eidem fuit attributa. quarum literarum vigore Generale Capitulum, vt præmittitur, Rauennæ fuit cõgregatum, ac in eo electi Rector Generalis Reu. P. D. Archangelus Bononiensis, & Visitatores D. Raphael Cremonensis, D. Cornelius Viectinus, D. Hugo Vercellensis, & D. Marcus Papiensis.

Anno 1578. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Gabriel Flãma Venetus. Visitatores D. Eusebius Cremonẽsis, D. Paulus Laudensis, D. Adeodatus Bergomensis, & D. Archangelus Placentinus. In hoc Capitulo productæ sunt literæ Prioris S. Ioannis de Nicia Pisarum prope Alexandriam, quibus dictum Prioratum, vtpote membrum antiquæ congregationis Mortariensis, quæ per Sedem Apostolicam cum omnibus illius membris nostræ fuerat vnita, nobis reddere proponebat certis conditionibus, quas Patres admittere noluerunt, & propterea dictus Prioratus nondum congregationi fuit restitutus.

Anno 1579. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Cyprianus Brixiensis, qui annum sui regiminis non explebat: sed illo defuncto electus fuit Reuerendiss. P. D. Hieronymus Brixiensis de Calinis. Visitatores verò D. Theodosius Placentinus, D. Desiderius Mediolanensis, D. Ludouicus de Grauina & D. Gaspar Bononiensis. ad hoc Capitulum allatæ sunt literæ Serenissimi Ducis Mantuæ, quibus nostræ congregationi suam collegiatam S. Barbaræ Mantuæ, quæ est capella Ducalis, offerebat. quibus publicè lectis sic Patres nostri decreuerunt: *Fiat mandatum R. P. Generali, & R. P. D. Theodosio Placentino Visitatori, vt possint cum Serenissimo Mantuæ Duce negotium acceptandi Ecclesiam S. Barbaræ tractare, capitula quæcunque sint, acceptare, modificare, omniaque alia perficere, quæ necessaria erunt ad istud negotium terminandum: & quidquid ab eis determinatum, & contractum fuerit, à toto Generali Capitulo pro rato, & confirmato habeatur:* Verum in causæ conclusione propter quasdam conditiones, quibus dicti Commissarij congregationem subijcere noluerunt, visum fuit, dictam Ecclesiã nullatenus acceptare.

Anno 1580. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Petrus Fraciscus Veronensis. Visitatores D. Georgius Vercellensis. D. Gabriel Mediolanensis. D. Laurus Brixiensis, & D. Ludouicus Nouariensis.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

De tribus Præpositis S. Pastoris Reatini, S. Iusti Secusiæ, & S. Stephani Dertonæ, & nonnullis, quæ ab anno 1581. vsque ad 1600. in Congregatione nostra contigerunt.

ANno 1581. in nostra congregatione memoria dignus extitit, quoniam in illo forma regiminis totius cõgregationis siue publici, siue priuati penitus fuit immutata. Nam Rector siue Abbas Generalis, & Visitatores, qui annuales tantum erant, quique anno illorum regiminis absoluto, in ordinem redigebantur, vsque ad integrum triennium sunt prorogati. Similiter Abbates, Priores, cæterique monasteriorum Prælati, qui triennales tantum erant, facti sunt perpetui, adiecta nihilominus conditione, vt triennio regiminis in vno monasterio absoluto ad aliud transferrentur, ne more Prælatorum fiduciariorum, quos Commendatarios dicimus, dominia monasteriorum sibi vendicarent. Sed & Capitulum Generale, quod singulis annis cogi consueuerat, nonnisi de triennio in triennium cœpit congregari. Multaque alia circa regimen tum publicum, tum priuatum, & præsertim circa conditiones eligendorum in Generalibus huius anni comitijs decreta, quæ Gregorius XIII. probauit per suas literas in forma Breuis, Illustriss. D. Marco Antonio Columnæ congregationis Protectori directas, quæ in actis Capituli Generalis anni præsentis leguntur. Hoc igitur anno congregatum fuit Capitulum Generale in monasterio S. Mariæ Pacis de Vrbe, præsidente in eo Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Cardinali Marco Antonio de Columna nostræ congregationis Protectore clementissimo, vigore literarum Apostolicarum in forma Breuis, die 8. Aprilis eiusdem anni datarum. In quo quidem capitulo electi fuerunt Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Theodorus Placentinus. Visitatores D. Archangelus Bononiensis, D. Calistus Vicentinus, D. Valerius à Gatinaria, & D. Syluester Cremonensis. In eodem autem capitulo noua quædam statuta fuerunt promulgata, quæ tum ab eodem Illustriss. Protectore autoritate Apostolica sibi facta, tum à Sixto V. anno 1588 peralias literas in forma Breuis eidem Illustrissimo Cardinali Protectori directas, quæ in actis Capi-

tuli Generalis eodem anno celebrati leguntur, sunt confirmata. inter alia verò decretum est, vt quandoquidem Generale Capitulum nonnisi de triennio in triennium foret celebrandũ, duobus annis intermedijs loco Capituli Generalis congregatio Rectoris Generalis, & Visitatorum, & aliquot Prælatorum ex senioribus haberetur, quam nostri Dietam dicunt. quod pro intelligẽtia dicendorũ in sequentibus monuisse sit satis.

Cæterum hoc anno Gregorius XIII. eodem Illustrissimo Cardinali Protectore instante, Præposituram conuentualẽ S. Pastoris in agro Reatino Societati nostræ vniuit. nam idem Illustriss. Cardinalis duas Abbatias, alteram S. Sophiæ ciuitatis Beneuentanæ, alteram verò S. Pastoris in commendam obtinebat, in quarum prima Præposituram conuentualem canonicorum nostræ congregationis per Sedem Apostolicam erigendam curauit, nonnullis redditibus pro mensa canonicorum designatis, quam nostri per integrũ triennium, designato in illa Præposito Venerab. P.D. Paulo Placentino insigni Theologo tenuerunt, testãtibus actis capitularibus annorũ 1578. & duorum sequentium. Verùm cum propter nõnullas causas locus minus commodè à nostris teneretur, haberent etiam in eadem ciuitate satis amplam Abbatiam S. Modesti, dictam Præposituram sponte reliquerunt. Quibus idem D. Cardinalis dedit aliam Præposituram S. Pastoris in Agro Reatino, constituto in illa Præposito, & conuentu canonicorum, dismembratisq; nonnullis prædijs ab Abbatia, eidemque Præpositurę pro mensa canonicorum applicatis: nam monasterium S. Pastoris vetus erat Abbatia Ordinis Cistercien sis ante annos quadringẽtos fundata per Illustriss. Comites Marsorum, & Nahartium, qui nunc de Castello nuncupantur. non tamen in loco, vbi nunc est, sed propè lacum in colle iuxta castrum Riuodutri, nuncupatum, præfuitq; illi S. Balduinus filius Berardi Comitis Marsorum, ad quem sunt literæ S. Bernardi. Verum ob aëris insalubritatem ex priori loco in eum, vbi nunc est, anno Domini 1255. sub Alexandro IV. translata, prout ex inscriptione constat, quæ in tabula marmorea, in eius clausto posita iuxta portam Ecclesiæ conspicitur. ipsa verò Abbatia, seu illius bona sunt commendata. Literæ institutionis, & erectionis dictæ Præpositurę anno 1580. Idibus Decembris sunt datæ; sed hoc anno Præpositus in loco fuit institutus Ven. P.D. Ioseph Veronẽsis, vir optimus, qui multis alijs monasterijs magno illorum emolumento spirituali, ac temporali dignissimè præfuit. nunc autem scaio confectus in canonica S. Leonardi apud Veronam adhuc viuit.

II. HOc eodem anno Gregor. XIII. Præpositurã S. Iusti Secusiæ, nullius diœcesis, sed prouinciæ Taurinensis, nostræ congregationi concessit. nam cum Illustrissimus D. Guido Ferrerius S.R.E. Cardinalis, qui Abbatiam S. Stephani de Citadella Vercellarum in commendam obtinebat, monasterio S. Stephani, in quo Præpositus cum collegio quatuordecim canonicorum nostrę cõgregationis per Paulum III. fuerat institutus, attributis eidem conuentui certis prædijs pro mẽsa conuentuali, per ministros Sereniss. Ducis Sabaudiæ prætextu arcis muniendæ destructo, item contra nostros super bonis dictæ Præpositurę mouisset, eaque per aliquod temporis spatiũ fuisset exagitata, demum sic fuit composita, vt alteram Præposituram in Abbatia S. Iusti Secusij, quam similiter in commendam habebat, cũ collegio canonicorum erigeret; quod hoc ipso anno effecit, amotis nonnullis monachis ibidẽ degentibus, & ad aliud monasterium S. Michaëlis de Cluſa sibi etiam commendatum translatis, designatisque pro conuentu canonicorum certis redditibus, quam erectionem, & institutionem Pontifex autoritate Apostolica firmauit Tusculi Idibus Iunij anni 1581. cuius primus Præpositus fuit Ven. P.D. Ioseph Vercellensis, vigetque nũc etiam collegium canonicorum sub regulari obseruantia. De istius verò monasterij fundatione, sacrisque Reliquijs in Ecclesia S. Iusti per Marchiones Secusię reconditis plura Baronius tomo II. sub Anno 1027. num. 10. & sequentibus ex Glabro Monacho, & Iacobus Philipp' in Supplemento Chronicarum lib. 12. sub anno 985. vbi quod inquit, dictum monasterium Ordini S. Benedicti à Montis errati Marchionibus ædificatum, non sic accipiendum, vt ab initio monachis fuerit traditum, contrarium enim constat ex donatione Oddonis Marchionis, & illius coniugis Adelaidis, & filiorum canonicæ S. Laurentij de Plebe martyrum circa annum 1057. factæ sic: *Ego Oddo, & vxor mea Adelaidis, & filij mei Petrus, & Amadeus, & filia mea hanc donationem facimus ad clericos, qui in eodem loco (scilicet S. Laurentij) regulariter viuunt.* In instrumento præterea super quadã controuersia inter Ecclesiam S Iusti, & Ecclesiam S. Laurentij anno 1149. rogato Regulares S. Iusti non vocantur monachi. Sed nec Glaber, qui fuit in dicto monasterio eo tempore, quo casus ille accidit, quem ex ipso Baronius loco proximè citato memorat, absolutè audet affirmare Regulares tunc inibi degentes monachos fuisse, sed sub disiunctione sic inquit: *Nocte denique insecuta visa sunt à quibusdam monachorum, seu aliorum Religiosorum monstruosa in eadem Ecclesia phantasmata*, planè indicans, Religiosos qui dictam Ecclesiam per illud tempus tenebant, quos ratione professionis Regularis monachos appellant, propriè alterius instituti à monastico sticiè sumpto extitisse. Postea vero loco canonicorum regularium S. Laurentij D. Benedicti monachi successerunt circa annum 1198. nam eo anno 1198. in quadam controuersia inter S. Mariæ Maioris, & S. Iusti Ecclesias exorta,

D. Bene-

74 Acto nost.

75 Mo nast.

D.Benedicti monachi vocantur, & ita deinceps vsque ad annum 1581. quo monachis excedentibus iterum canonici successerunt.

Conditur autem in Ecclesiâ S. Iusti in primis corpus S.Iusti martyris, non illius, qui Puer sub Diocletiano apud Bellouacum passus fuerat, de quo Martyrologium Romanum die 18. Octobris, & ibi Baronius post Bedam, Mombritium, Surium, & alios ibi relatos, vt Glaber à Baronio tomo II. sub eodem anno 1027. irrelatus scribit: sed S.Iusti martyris, & monachi S. Laurentij nũc de plebe Martyrum vocati, circa tempora Leonis I. à Vandalis illac pertransseuntibus cum alijs pluribus tum monachis, tum Laicis pro fide Catholica interfecti, vt eiusdem Ecclesiæ S.Laurẽtij tabularia vetustissima, & etiam alterius Ecclesiæ monachorum de Noualesia nuncupatæ Breuiaria testantur. Quare corrigẽdum etiam, quod de monastica S.Iusti sub regula D.Benedicti professione nonnulli per errorem scribunt, cũ temporibus S.Iusti B. Benedictus nondum natus esset. Corpus insuper B.Hugonis Episcopi Lugdunensis in eadem Ecclesia seruatur, & S.Mauri Abbatis S.Benedicti discipuli, cũ brachio S. Remigij Abbatis, & brachio S. Antonij, & alijs Sanctorum Reliquijs, nec desunt, qui affirment corpus B.Stephani Protomartyris in eadem Ecclesia reperiri, ex quibusdam Reliquijs cum chirographo vetustissimis characteribus Romanis exarato, alijsque indicijs, & antiquis monumentis rectens in quodam altari vetustissimo repertis, quibus quoniam Breuiarium Romanum, & traditio apud Romanos constantissima contradicit, de hoc aliquid affirmare non audeo.

III. Anno 1582. habita fuit congregatio Rectoris Generalis, & Visitatorum Anconæ in monasterio S.Ioannis Baptistæ, vbi R. P. D. Archangelus Bononiensis ob grauem senectutem officio Visitatoratus renuntiauit, & in eius locũ electus est R. D. Petrus Bononiensis Theologus insignis. Anno verò sequenti 1583. eadem congregatio fuit habita Mantuæ in canonica S.Bartholomæi.

Anno 1584. congregatum fuit Capitulũ Generale Rauennæ, ibique designatus Rector Generalis Reuerendiss. P.D.Petrus Franciscus Veronensis, & Visitatores D. Desiderius Mediolanensis, D.Ascanius Brixiẽsis, D.Hyppolitus Placentinus, & D.Matthæus Cremonensis, qui fuit Episcopus Melphitanus, & Orator Serenissimi Ducis Mantuæ apud Pontificem. Anno 1585. habita fuit congregatio Romæ, quo anno Gregorius XIII. defunctus est die 10. Aprilis. die vero 24. eiusdem mensis Fœlix Perettus S. R. E. Cardinalis tituli S.Hieronymi Sclauorum Pontifex est renunciatus, & Sixtus V. nuncupatus. Anno 1586. congregatio est habita Romæ. Anno 1587. eadem congregatio similiter habita fuit Romæ: nam cum eodem anno deberet Generale Capitulum congregari, ex dispensatione Pontificia dilatum fuit in annum proximè sequentem. in eadem verò congregatione cum R. P. D. Matthæus Cremonensis factus esset Episcopus Nicomediensis, & Mantuæ suffraganeus, eius loco fuit electus quartus Visitator P.D.Andreas Cremonensis.

Anno 1588. congregata fuit Generalis Synodus nostrorum canonicorum Rauennæ, in qua electus fuit in Rectorem, seu Abbatem Generalem Reuerendiss.P.D. Camillus Becius Casalensis, vir optimus, & verè Pater nostræ congregationis, qui disciplinam canonicam nutantem restituit, & firmauit: qui postea fuit Episcopus Aquensis in prouincia Montisferrati, additi quoque Visitatores D. Constantius Laudensis, D. Aurelius Veronensis, D.Iacobus Venetus, & D. Sigismundus Placentinus. In qua Synodo constitutiones Romæ in Capitulo anno 1581. celebrato editæ iterum sunt confirmatæ, & promulgatæ. Vtinam executioni demandãtæ. hoc certum, in prima Constitutione cautum, vt Vicarius siue Rector Generalis statim iurare deberet illas obseruare, & obseruari facere, quod à tunc electo Rectore Generali præstitum in actis huius Capituli reperitur.

Hoc anno fundata est Præpositura S.Stephani Dertonæ, cuius initia hæc fuerunt: Pius V. ex Boscho Alexandriæ oppido cum esset adhuc laicus D. Seraphinum de Boscho nostræ congregationis canonicum familiarem, & cũ tota domo sua (erat enim inter oppidanos honestissimis parentibus natus) benefactorem habuit, quem semper in Cardinalatu, & Pontificatu dilexit, & inter suos familiares beneficiorum memor retinuit, dignitatesque non semel obtulit, quas ille recusauit. multas etiam pecunias in opera pia dispensandas contulit, ex quibus ille prius Oratorium quoddam in dicto oppido ad erigendum in eo collegium canonicorum propria autoritate erexit, quod Patres nullatenus probauerunt. Postea cum Pius V. in monasterio S.Stephani Dertonæ, Ordinis S.Benedicti monasticum ordinem penitus extinxisset, & monasterij bona alteri monasterio sanctæ Crucis in dicto oppido Boscho, seu prope illud ab eodem Pontifice exstructo applicauisset, fabricas verò, & Ecclesiam S.Stephani Episcopo & canonicis cathedralibus, quorum Ecclesiæ suadente tutela ciuitatis paulò ante fuerat destructa, concessisset, nouæ cathedrali ædificatæ cum domibus canonicorum, ijdem canonici Dertonenses fabricas dictæ Ecclesiæ S.Stephani, ad effectum erigendi in illis, & ex illis collegiũ nostræ Societatis pretio mille aureorum vendiderunt, quam venditionem, & traditionẽ probauerat ante hunc annum Gregorius XIII. testantibus eius literis ad Vicarium, & Archipresbyterũ Alexandrinos anno 1578. die 13. Nouembris emanatis: licèt non ante hunc annum conuentus

76 Monast.

cano-

canonicorum, neque Præpositus in dicta Ecclesia fuerit institutus. Quod monasterium prædictus D. Seraphinus ex pecunijs largitate Pontificia sibi collatis satis abundanter dotauit.

Ecclesiam S. Stephani ferunt antiquissimum templum ante Saluatoris Nostri IESV CHRISTI aduentum Idolis erectum, in cuius noua ampliatione, & instauratione anno 1621. facta Reliquiæ S. Innocentij V. eiusdé ciuitatis Episcopi in arca marmorea candidissima cum cineribus Quintij, Patritij Romani eius genitoris ob Domini Nostri IESV CHRISTI fidem illic cum tota sua familia relegati in altero sarcophago marmoreo sepositis sunt inuentæ die 24. mensis Martij, quæ postea in eadem Ecclesia honorificentius repositæ fuerunt.

IV. ANno 1589. habita fuit congregatio Rauennæ die 30. mensis Aprilis, & similiter anno 1590. quo anno Sixtus V. Pōtifex verè Maximus naturæ debitum soluit die 27. Augusti. die verò 15. Septembr. renunciatus est summus Pontifex Ioannes Baptista Castagna presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli, qui Vrbanus VII. fuit appellatus. quo post tredecim dies defuncto electus est post duorum mensium interregnum Nicolaus Sfondratus presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ, dictus Gregorius XIV. die 15. Decemb. qui sedit in pontificatu menses 10. & dies 10.

Anno 1591. Generale Capitulum coactū fuit Cremonæ, in quo præfatus Reuerendiss. D. Camillus Rector Generalis autoritate Apostolica pro triennio immediatè sequenti in eodem regimine Generalatus fuit prorogatus: sed Visitatores in ordinem redacti, pro quibus alij quatuor per vota totius Capituli de more fuerunt electi, videlicet D. Calistus Vicentinus, D. Antonius Rauennas, D. Theodosius Papiensis, & D. Riccardus Mediolanensis. In eodem verò Capitulo multa fuerunt salubriter decreta, inter quæ renouata vetus Constitutio, vt illegitimi ad habitum canonicorum nostræ congregationis nullatenus admitti possint. quæ Constitutio per totum Capitulum discussa fuit diligenter, & obtenta.

Hoc autem anno Gregor. XIV. die 15 Octobris ex hac vita migrauit, & in eius locum suffectus est Innocentius IX. antea Ioannes Baptista de Fachinettis nuncupatus, die 29. Octob. qui obijt die 30. Decemb. eisdem anni. Sequenti verò anno 1592. die 31. Ianuarij euectus fuit ad pōtificatum Hyppolitus Cardinalis Aldobrandinus, qui Clementem VIII. se fecit appellare. Hic Regularium ordinibus reformandis, & ad prima cuiusque instituta reuocandis operam impendit, cuius rei causa multa statuta edidit, sed & cōgregationem quandam Prælatorum secularium pro reformandis regularibus instituit, per quam quia contra quod Sanctiss. Pontifex sperauerat, potius ijdem regulares ab illorum institutis abducebantur, Paulus V. illius in pontificatu successor illam abrogauit. Eodem autem anno congregatio fuit habita Rauennæ die 3. mensis Maij, in qua prædicta Clementis VIII. decreta pro reformatione regularium edita sunt promulgata, & alia insuper addita. postmodum verò R. P. D. Calistus Vicentinus primus, Visitator vita functus est, in cuius locū anno sequēti 1593. die 2. Feb. suffectus fuit D. Angelus Mutinensis, quo similiter anno die 16. Maij congregatio est habita Rauennæ, in qua lectæ sunt literæ Illustriss. D. Cardinalis Colōnæ Protectoris, quibus de optima Serenissi. Ducis Mantuæ erga nostram congregationem propēsione, voluntateq; conferendi nobis supra memoratam Ecclesiam collegiatam, & capellā Ducalem S. Barbaræ, Patres ibidem cōgregatos certiores reddebat, præcipiens aliquos cum mandatis, & facultate dictam Ecclesiam acceptandi, ad eundem Serenissimum destinari.

ANno 1594. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Ascanius Martinēgus Brixiensis. Visitatores D. Hyppolitus Placentinus, D. Theophilus Bergomensis, D. Secundus Nouariensis, & D. Frigidianus Cremonensis. Anno 1595. congregatio fuit habita Bononiæ. Anno verò sequenti 1596. eadem congregatio fuit habita Patauij Caterū sub hoc regimine triennali nihil memoria dignum in nostra congregatione gestum fuisse reperio, nisi quod omnes canonici nostræ cōgregationis antiquum vsum deferendi almutias de panno nigro super Rochettum, cum in Ecclesia diuina intererant, resumpserunt, qui nihilominus post aliquot annos paulatim obsolenit, nescio quibus de causis, cum sit habitus antiquus canonicorum regularium tum à Benedicto XII. in constitutionibus pro reformatione canonicorum regularium editis, tum ab ipsis exordijs nostræ reformationis omnibus nostris canonicis præscriptus. V.

Anno 1597. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Theodosius Papiensis ex Comitibus de Roueſcalla. Visitatores D. Petrus Bononiensis, D. Aurelius Veronensis, qui ante annum expletum obijt, eidemq; suffectus D. Benedictus Veronensis, D. Celsus Mediolanensis, & D. Constantinus Vercellensis, qui similiter post vnum annum obijt, & eius loco electus fuit D. Constantius Laudensis. Sub hoc verò regimine quædam sunt immutata: nam in prima congregatione anno sequenti 1598. Cremonæ celebrata Clemens VIII. accepto, quod in quodam Capitulo Generali Abbatiæ, Præposituræ, Prioratus, & aliæ Prælaturæ inter quasdam nationes fuissent distributæ, nonnullis septem, alijs quatuor, vel paucioribus assignatis (quod tamen in actis Capitulorum Generalium, quæ ad manus meas deuenerunt, nullatenus inueni) per suas literas in forma Breuis Rectori Generali directas diuisionem sine distributionē huiusmodi

penitus cassauit,& perpetuo reuocauit,& annullauit statuens Abbatias, Præposituras, ac cæteras Prælaturas personis quarumcunque nationum, meritorum cuiusq; ratione habita deinceps conferri debere, præcipiens propterea ipsi Rectori Generali,vt in eadem congregatione Dicta nuncupata,dictis literis Apostolicis solemniter publicatis, pro illarum executione ante omnia omnes Abbates, Priores, Præpositos, & Prælatos ab illorum Prælaturis absolueret, ac reuocaret, ac deinde dictas Prælaturas personis tantum dignis, & ad eas obtinendas idoneis, sine aliqua limitatione,vel exceptione conferret: & ita in posterum perpetuis futuris temporibus fieri mandauit, quod tunc ab illo, & deinceps ab alijs fuit postea obseruatum, prædictis literis Apostolicis, quæ anno 1598. die 27. Martij fuerant datæ, inter acta dictæ congregationis siue Dietæ registratis. Hoc eodem anno Reuerendiss. P. D. Camillus Beccius,qui per sex annos fuerat Rector Generalis nostræ congregationis, Episcopus Aquensis per Clementem Papa VIII. fuit renunciatus.

Anno verò 1599. habita fuit congregatio, Dieta nuncupata, Rauennæ die 8. Aprilis, post quam congregationem eodem anno obtentum fuit decretum à Clemente VIII. Confirmatum, vt Rector Generalis, & Visitatores nostræ congregationis, qui antea Prælaturas monasteriorũ durante illorum officio tenebant, in posterum, quandiu in eisdem officijs permanerent, ab ipsis Prælaturis essent absoluti. quod decretum anno sequenti ante congregatum Generale Capitulũ fuit promulgatum, & deinceps executioni demandatum.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

Deijs, quæ in nostra Congregatione ab anno MDC. vsque in hunc annum MDCXXIII. quo ista scribimus, acciderunt, & de fundatione Præposituræ S. Caroli loci Menasii.

1 ANno 1600. congregatum fuit Generale Capitulum Rauennæ, in quo renunciati sunt Rector Generalis Reuerendiss. P.D. Seraphinus Rauennas, D. Hieronymus à Riccaldono Casalensis, D. Archangelus Seuerinus Neapolitanus Cõcionator celebris, & D. Frigdianus Lucensis. Ex hoc autem tempore vsque in hodiernum diem multa in nostra congregatione sunt immutata, dum quisque in suo sensu cupit abundare. Et in primis cum eodem anno in mẽse Septembri Rector ipse Generalis cum Visitatoribus, Procuratore Generali, præcipuisq; nonnullis Societatis nostræ Patribus Arimini in Canonica nostra S. Marini fuissent pro grauissimis negotijs congregati, omnes quotquot prædictæ congregationi interfuerunt intra paucos dies vel obierunt, vel grauiter cum vitæ periculo ægrotauerunt, ex quibus defuncti duo Visitatores, Procurator Generalis in Curia Romana, & Reuerendiss. P. D. Ascanus Martinengus, qui ambo Generalem totius congregationis præfecturam duobus triennijs immediatè præcedentibus obtinuerant. Visitatores, qui ex hac vita tunc excesserunt, fuerunt D. Hieronymus à Riccaldono & D Frigdianus Lucensis. quorum loco suffecti D. Petrus Franciscus Malettus Vercellensis, & D. Constantinus Cremonensis eodem anno. Sequenti verò anno 1601. post habitam congregationem Rauẽnæ Rector ipse Generalis Romam profectus, inopinato interitu fuit ex hac vita repentè sublatus, in cuius locum suffectus est eodẽ anno Reuerendiss. P. D. Seraphinus Rauennas ex primo Visitatore, non tamen in Capitulo Generali, nec iuxta formam à S. Concilio Tridentino præscriptam, sed more antiquo nostræ congregationis, obtenta facultate à Sede Apostolica, qui vix ad Generalatum euectus, Romam statim contendit, & vt Prælaturæ, quæ in congregatione Prælatis, illorum vita durante conferri consueuerant, triennales fierent, & Prælati post expletum triennium illorum regiminis in ordinem redigerentur, à Pontifice impetrauit; idq; in cõgregatione statim sequente, quæ habita fuit Rauennæ anno 1602. executioni mandauit, vnde vis obedientiæ, & Prælatorum reuerentia penitus eneruata, & ferè conculcata.

II. ANno 1603. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Celsus Dugnanus Mediolanensis Prædicator celebris. Visitatores D. Aurelius Imolensis, D. Secundus Nouariensis, D. Columbinus Bergomensis, & D. Michaël Papiensis. Verum post primam congregationem, quæ sequenti anno 1604. fuit habita Arimini, D. Aurelius vita functus est, & eius loco electus D. Iacobus Bononiensis. Anno 1605 congregatio est habita Patauij, quo anno Clemens VIII. die 4. Martij ex hac vita migrauit, & in eius locum electus Alexander Medicæus S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Florentinus, qui Leo XI. fuit appellatus. qui cum sedisset in pontificatu diebus 27. magno suo desiderio bonis omnibus relicto naturæ debitum soluit, die 27. Aprilis. postea die 26. Maij in festo S. Vbaldi Episcopi Eugubini, & canonici regularis euectus fuit ad Papatum Paulus V. Burghesius antea Camillus, qui S. Vbaldum in Breuiario Romano reponi, ac illius officium sub

ritu

situ simplici recitati mandauit.

Anno 1606. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P.D. Petrus Bononiensis, Theologus quidem præstantissimus, & ob multos labores pro congregatione exantlatos de illa optimè meritus, verùm tunc octogenario maior, & senio confectus, & idcirco suo muneri peragendo parùm idoneus. Visitatores D. Petrus Andreas Alexandrinus, D. Theodosius à Gatinaria Theologus & Prædicator insignis, D. Petrus Venetus, qui paulò post decessit, & in eius locum subrogatus D. Valerius Taruisinus, & D. Matthæus Lucensis. Hoc autem anno tempore ipsius Generalis Capituli Paulus V. totum Dominium Venetorum generali interdicto suppossuit, ob quod monasteria nostræ congregationis in eodem dominio posita grauissima discrimina tulerunt. Eodem anno diuisio nostræ congregationis in quinque prouincias à nonnullis sua quærentibus apud Sedem Apostolicam, contra primam illius institutam est procurata, & obtenta. nam Sanctiss. Patres nostræ reformationis, & congregationis parentes, & primi autores canonicorum collegia, quæ ab inuicem diuisa labebantur, in vnum colligentes ex pluribus familijs, & congregationibus vnam familiam, & congregationem effecerunt, quam propterea Romani Pontifices congregationem canonicorum regularium de vnitate in suis literis Apostolicis nonnunquam appellare consueuerunt, pro cuius vnionis, seu vnitatis perpetua soliditate, conseruationeq; statuerunt, vt omnes & singuli dictæ cõgregationis canonici, quanquam diuersorum monasteriorũ, & locorum professi, nihilominus vnum corpus, & vna congregatio inuicem vnita, siue connexa censerentur, ac sub vna, & eadem lege, obseruantiæq; regularis vnitate, morumq; conformitate, & eisdem consuetudinibus, priuilegijs, & ordinationibus, ac statutis subessent; omnes etiam, & singulos canonicos licèt in diuersis monasterijs, & locis professos, ab eorundem monasteriorum, siue locorum Prioribus, siue Præpositis, & Rectoribus absoluentes, illorum locorũ canonicos reputari voluerunt, ad quos per eorum legitimos Superiores fuissent ex obedientia destinati. quam vnitatem ex septingentis circiter canonicorum collegijs, quæ antea in Italia fuerant, quæ amplexata fuerunt, & seruauerunt, seruata sunt, cætera deleta, quorum ne vestigium quidem manet super terram. Emanauerunt autem literæ Apostolicæ, diuisionem istam confirmantes hoc eodem anno 1606. die 30. Decembr. Anno vero 1607. congregatio fuit habita Rauennæ, & anno sequenti 1608 Mediolani in Canonica S. Mariæ de Passione, sed nihil gestum, quod memoria dignũ censeri possit.

III. ANno 1609. Capitulum Generale fuit congregatum Rauennæ, cui Illustriss. D. Cardinalis Platus congregationis Protector interfuit, qui speciali facultate à Paulo V. impetrata eidem Capitulo præsse voluit, in quo electus fuit in Rectorem Generalem Reuerendiss. P. D. Archãgelus Mediolanensis ex Procuratore Generali in Romana Curia, qui proximè dictam congregationis diuisionem procurauerat. Verum integrum annum in regimine non impleuit, Florentiæ mortuus, dum ad congregationem, Dictam vocatam, Bononiam semiuiuus proficiscebatur. Visitatores in eodem Capitulo renunciati fuerũt D. Athanasius Placentinus, D. Cherubinus Brixiensis, D. Ioannes Chrysostomus Neapolitanus, & D. Hieronymus Fanensis. Rectore verò Generali vita functo congregatio sequentis anni 1610. non amplius Bononiæ fuit habita, sed Romam per Illustrissimum Protectorem reuocata, ad quã non omnes accesserunt, ad quos vigore statutorum, ac etiam de iure noui Rectoris electio spectabat, sed Illustriss. Protector impetrato rescripto Apostolico absentium numerum ita supplet, vt pro illa vice ad paucos, qui eidem congregationi aderant, electio deuolueretur. quamobrem in eadem congregatione renũciatus Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Ioannes Chrysostomus Neapolitanus, vnus ex Visitatoribus, vir prudens, & eruditus, & illo gradu dignissimus. In cuius locum pro Visitatore suffectus D. Constantius Cremonensis. Anno verò 1611. congregatio habita Vicentiæ in canonica D. Bartholomæi, postea D. Constantio Cremonensi ante expletum annum vita functo, in eius locum pro quarto Visitatore electus D. Placidus Cremonensis.

Anno 1612. Generale Capitulum Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiss. P. D. Seraphinus Rauennas. Visitatores D. Celsus Meditolanensis, D. Antonius Cremensis, D. Marcus Antonius Ianuensis, & D. Petrus Franciscus Vercellensis. In hoc capitulo decretum est, vt antiquæ ordinis constitutiones ante sacrum Concilium Tridentinum editæ, ob nonnulla dicti Concilij, & alia Pontificum decreta post illarum impressionem emanata, corrigerentur, & denuò imprimerentur: illarum tamen correctione prius in eodem Capitulo diligenter discussa, & probata. Eodem anno 1612. fundatum est monasterium S. Caroli in oppido Menasij dioec. Nouocomensis, largitione Illust. D. Cinthij de Caluis nobilis Nouocomensis & D. Catharinæ coniugis, qui illud omnium suorum bonorum hæredem instituerunt. Ecclesiam canonici erexerunt, ac in eodem monasterio canonicorum conuentus sub regimine Præpositi constitutus.

Anno sequenti 1613. congregatio habita Rauennæ. postquam D. Antonio Cremensi vita functo, in eius locum subrogatus D. Seraphinus Cremensis. Anno autem 1614. eadem congregatio est habita Romæ in canonica S. Mariæ de Pace.

Anno

CAPVT QVADR

ANno 1615. Capitulum Generale Rauc
Rector Generalis Reuerendiss. P.D. F
Franciscus Vercellensis, qui nunc est Episc
Nicix in Prouincia. Visitatores D. Ioãnes C
Sclomus Neapolitanus, D. Hyppolitus B
ensis, D. Benedictus Veronensis, & D. C
in Nouariensis. In hoc Capitulo publicata
runt quædam Pauli V. literæ, quibus iuxta
sionem congregationis in quinque prou
lectio Rectoris Generalis, & Procuratoris
Generalis per turnum, vt aiunt, fieri iubet
dis, quæ in eisdem literis ad calcem consti
num recens editarum impressis videri pos
denos sequenti 1616. congregatio habita F
tatis in canonica S. Io. Baptistæ. An. 1617. ea
congregatio habita Bononiæ, quo anno D
nasticas Veronen. Visitator dum munus vi
tionis peragereret, Regij Lepidi ex hac vita
cessit.

Anno 1618. Capitulum Generale Rauen
Rector Generalis Reu. P. D. Seraphinus Cre
tis Visitatores D. Marcus Antonius Florenti
D. Hieronymus Fanensis, D. Constantinus L
lensis, & D. Policarpus Casalensis. in hoc C
multo rectificatio Constitutionum iterum est p
posita, & per Capitulum Generale nonnullis
mutata, & eodem anno perfecta, licet condi
ne præsentium temporum non omni ex p
desiderata. Anno sequenti 1619. Patres congr
sionem habuerunt Bononiæ, similiterque al
anno 1620.

Anno 1621. Capitulum Generale Rauer
in quo electus Rector Generalis Reuer. Pate
multiplaribus nominibus colendus D. Const
tinus Laudensis, cuius multifariam eruditione
rum integritatem, & in rebus gerendis prud
rum clementiam, & dexteritatem, quod tota
tremensis familia optimè perspectam habeat,
no per se vendibili suspensam hederam non i
mus. Visitatores D. Petrus Franciscus Malet
Vercellensis, qui paulò post à Gregorio XV.
piscopus Niciensis est renunciatus. quam ob ca
tem, in eius locum electus D. Thomas Taurin
lis ex clarissima familia Prouana, Sacræ Theol
gæ, diuinarum literarum, & Iuris Pontificij n
ma pertitissimus & morum candore conspicu
quem veporè meum olim condiscipulum ama
dilectam, nunc vero Præsulem dignissimum h
moris, amoris, & veritatis gratia sic decuit non
tare D. Athanasius Neapolitanus, D. Ascani
Veronensis, qui multis annis in nostra cong
Theologiæ fuit Lector emeritus, & priuileg
doctoratus, & D. Laurus Ariminensis. Hoc aute
anno Paulus V. Pont. Max. & Optimus, & Reg
tissimus patens pijssimus, & clementissimus ex h
ra fuit subhatus die 28. Ianuarij, & in eius
cum electus Gregorius XV. die nona Februar
Anno vero 1622. Patres congregationem habu
runt Bononiæ. Demum hoc anno 1623. quo il

Lib. III.

IV. ANno 1615. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reuerendiſſ. P.D. Petrus Franciſcus Vercellenſis, qui nunc eſt Epiſcopus Niciæ in Prouincia. Viſitatores D. Ioãnes Chryſoſtomus Neapolitanus, D. Hyppolitus Bononienſis, D. Benedictus Veronenſis, & D. Camillus Nouarienſis. In hoc Capitulo publicatæ fuerunt quædam Pauli V. literæ, quibus iuxta diuiſionem congregationis in quinque prouincias electio Rectoris Generalis, & Procuratoris item Generalis per turnum, vt aiunt, fieri iubetur, & alia, quæ in eiſdem literis ad calcem conſtitutionum recens editarum impreſſis videri poſſunt. Anno ſequenti 1616. congregatio habita Ferrariæ in canonica S. Io. Baptiſtæ. An. 1617. eadem congregatio habita Bononiæ, quo anno D. Benedictus Veronen. Viſitator dum munus viſitationis perageret, Regij Lepidi ex hac vita deceſſit.

Anno 1618. Capitulum Generale Rauennæ. Rector Generalis Reu. P. D. Seraphinus Cremẽſis. Viſitatores D. Marcus Antonius Florentinus, D. Hieronymus Fanenſis, D. Conſtantinus Laudenſis, & D. Policarpus Caſalenſis. in hoc Capitulo reformatio Conſtitutionum iterum eſt propoſita, & per Capitulum Generale nonnullis demandata, & eodem anno perfecta, licet conditione præſentium temporum non omni ex parte abſoluta. Anno ſequenti 1619. Patres congregationem habuerunt Bononiæ, ſimiliterque altero anno 1620.

Anno 1621. Capitulum Generale Rauennæ. in quo electus Rector Generalis Reuer. Pater, & mihi pluribus nominibus colendus D. Conſtantinus Laudenſis, cuius multifariam eruditionem, vitæ integritatem, & in rebus gerendis prudentiam, clementiam, & dexteritatem, quod tota Lateranenſis familia optimè perſpectam habeat, vino per ſe vendibili ſuſpenſam hederam non impono. Viſitatores D. Petrus Franciſcus Malettus Vercellenſis, qui paulò poſt à Gregorio XV. Epiſcopus Niciẽnſis eſt renunciatus. quam ob cauſam, in eius locum electus D. Thomas Taurinẽſis ex clariſſima familia Prouana, Sacræ Theologiæ, diuinarum literarum, & Iuris Pontificij notitia peritiſſimus, & morum candore conſpicuus, quem vtpotè meum olim diſcipulum amantiſſimum, nunc vero Præſulem dignißimum honoris, amoris, & veritatis gratia ſic decuit nominare. D. Athanaſius Neapolitanus, D. Aſcanius Veronenſis, qui multis annis in noſtra cong. S. Theologiæ fuit Lector emeritus, & priuilegio decoratus, & D. Laurus Ariminenſis. Hoc autem anno Paulus V. Pont. Max. & Optimus, & Regularium parens pißimus, & clementißimus ex hac vita fuit ſubhatus die 28. Ianuarij, & in eius locum electus Gregorius XV. die nona Februarij. Anno vero 1622. Patres congregationem habuerunt Bononiæ. Demum hoc anno 1623. quo iſta ſcribo, eadem congregatio fuit habita Ferrariæ, quo anno die 8. Iulij Gregorius XV. vita functus eſt, & die 6. Auguſti in feſto Transfigurationis Saluatoris Noſtri IESV CHRISTI Illuſtriſſ. Cardinalis Maphæus Barberinus ex Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ communi, & ingenti totius populi Chriſtiani lætitia, & emolumento vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, & Pontifex renunciatus eſt, & Vrbanus VIII. appellatus, quem Dominus conſeruet, & viuificet, & Beatum ita faciat in terra, vt ad vitam vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

Omnium, & ſingulorum Lateranenſis familiæ Cœnobiorum Synopſis ex præcedentibus collecta.

COngregationis canonicorũ regularium Lateranenſium in Italia 124. ſunt monaſteria, quorum aliqua Conuentum ſiue Collegium habent canonicorum, quædam verò conuentu carent, & alijs collegium habentibus ſunt vnita. Rurſus quædam antiqua erant canonicorum regularium Cœnobia ante reformationem Frigdonariam: alia verò aliorum ordinum per Sedem Apoſtolicã nobis vnita. Rurſus ex antiquis collegijs canonicorum regularium, quæ ad noſtram congregationem tranſierunt, quædam habebant actu cõuentum, ſiu ẽ collegium canonicorum, qui in ipſa vnione tranſierunt in noſtram Societatem: alia verò canonicis erant penitus deſtituta. Dicemus primò de monaſterijs conuentum canonicorum habentibus. ſecundò de non habentibus, ſed alijs collegium habentibus vnitis, tertiò de antiquis collegijs canonicorum, quæ in noſtram Societatem tranſierunt. Monaſteria noſtræ congregationis, quæ conuentum habent, vel aliàs habuerunt, hæc ſunt:

Primum. S. Mariæ de Friſonaria in Epiſcopatu Lucenſi. Prioratus, in quo noſtra reformatio primam originem accepit. de quo ſupra cap. 6. à S. Frigdiano fundatum; à Mathilde Comitiſſa reparatum, & ab Equite Marcoaldo de Malpilis Lucenſi ſub Alexandro IV. renouatum, tandemque à noſtris Lateranenſibus anno 1511. reſtitutum:

2. S. Mariæ loci Caſoreti prope Mediolanum. Abbatia. quod vir nobilis Petrus de Tantijs anno 1405 fundauit. Vide ſupra hoc lib. cap. 10.

3. S. Leonardi prope Veronam. Abbatia. antiquum collegium canonicorum regularium tẽporibus Gregorij IX. erectum, & per Gregorium XII. anno 1407. noſtræ congregationi vnitum. vide ſupra cap. 11.

4. S. Mariæ Charitatis Venetiarum. Abbatia. antiquum collegium canonicorum regularium circa annum 1122. ſub Caliſto II. per Marcum Iulianum clericum fundatum, & ſub eodem Gregorio XII. anno 1409. eidem noſtræ congregationi vnitum. vide ſupra cap. 12.

5. S. Mariæ Tremitanæ in inſulis Diomedeis. Abbatia inſignis, & olim caput monaſticæ congregationis primò Ordinis D. Benedicti, poſtea Ciſtercienſis, de cuius antiquitate conſtat ante annum 1030. poſtea per Gregorium XII. anno 1412. noſtrę congregationi vnitum, de quo ſupra cap. 13.

6. S. Victoris prope Bononiam. Prioratus. antiquum collegium canonicorum regularium, de cuius antiquitate conſtat ante annos octingentos, anno 1415. noſtris Frigdionarijs à canonicis S. Ioannis in monte conceſſum, nunc autem cõuentu caret. vide ſupra cap. 14.

7. S. Ioannis in monte Bononiæ. Abbatia. Vetus canonicorum regularium collegium ante annos 1000 fundatum, in quo Deo diſponente canonica diſciplina ſemper viguit, quemadmodũ & nunc viget. anno 1417. noſtris vnitum. vide eodem cap. 14.

8. Sanctorum Quadraginta Martyrum Tarviſij. Prioratus. Vetus collegium canonicorum congregationis S. Frigdiani Lucenſis. nobis conceſſum 1418. vide ſupra cap. 15.

9. S. Saluatoris Brixiæ. Abbatia, antiquũ collegium canonicorum, eodem anno 1418. noſtris conceſſum. vide ibid.

10. S. Mariæ in Portu apud Rauennam. Abbatia. inſigne collegium canonicorum, & caput antiquę congregationis Portuenſis, de quo dictũ eſt lib. 2. cap. 47. quod anno 1420. per noſtros fuit reformatum. vide ſupra cap. 16.

11. S. Ioannis Baptiſtæ de Cereto propè caſtrũ S. Archangeli in Epiſcopatu Ariminenſi, vulgata Canonica nuncupatum. Prioratus, & conuentus canonicorum. eodem anno curante D. Carolo de Malateſtis nobis conceſſum, ſed poſt aliquot annos dimiſſum, vide cap. 16.

12. S. Bartholomæi prope Mantuam. Abbatia. olim membrum antiquæ congregationis Portuenſis, cum ſuo capite dicto anno 1420. nobis vnitum. vide cap. 17.

13. S. Iacobi Cellæ Volanæ, quod erat antiquũ collegium canonicorum regularium, & caput paruæ cõgregationis: ſed temporum iniuria collapſum prope Ferrariam ad monaſterium S. Lazari, tandem intra ciuitatem ad Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ translatum. Abbatia. quod per noſtros Lateranenſes fuit reformatũ anno 1424. vide eodem cap 17.

14. S. Lazari de tertio prope Ariminum. Prioratus. vetus collegium canonicorum, de cuius antiquitate conſtat ante Innocentium III. quod circa annum 1420. in noſtram Societatem tranſiuit, de quo vide eodem cap. 17. porro poſt aliquot annos obtento in ciuitate monaſterio S. Marini conuentus canonicorum ad illud fuit translatus.

15. S. Auguſtini Placentiæ, antea S. Benedicti. Abbatia. quod noſtris conceſſit Eugenius IV. anno 1431. vide cap. 18.

16. S. Ioannis in Viridario Patauij. Abbatia. quod reſignante Illuſtriſſ. D. Cardinali Antonio Corario Eugenius IV. noſtris conceſſit anno 1436. vide ibidem.

17. S. Bartholomæi Feſulanum. Abbatia. per eundem Eugenium IV. anno 1439. noſtræ congregationi vnitum, quod magnus Coſmus cum Eccleſia, & Bibliotheca totum à fundamentis reſtituit. vide cap. 19.

18. S. Petri de Pado Cremonæ. Abbatia. per eundem Eugenium IV. eodem anno nobis conceſſum. vide ibidem.

19. S. Bartholomæi in Suburbio Vicentiæ. Abbatia. erat collegium canonicorum Ordinis D. Marci, quod nobis conceſſit idem Eugenius IV. anno 1443. vide cap. 10.

20. S. Bartholomæi Piſtorij. Abbatia. eodem anno 1443. ab eodem Eugenio IV. conceſſum. vide ibidem.

21. S. Laurentij in Cęſarea prope Rauennam. Prioratus. vetus canonicorum collegium noſtræ congregationi vnitum anno 1444. quod habuit conuentum vſque ad annum 1550. quo tempore prætextu muniendæ ciuitatis fuit euerſum, & illius bona Portuenſi cœnobio applicata. vide ibidem.

22. S. Mariæ Calenæ in Epiſcopatu Sipontino. Abbatia. per eundem Eugenium IV. anno 1445. eidem congregationi vnitum. vide ibidem.

23. Sacroſancta Lateranenſis Baſilica. Prioratus. ad quam Eugenius IV. in initio ſui pontificatus noſtros canonicos vocauerat. ſed Bullæ vnionis non ante annum 1445. datæ leguntur, vide ſupra cap. 21.

24. S. Sylueſtri prope oppidum montis Compatrum in Epiſcopatu Tuſculano. Prioratus. à nobilibus Annibaldenſibus ſiue de Molaria anno 1448. noſtræ congregationi donatum, quod anno 1541. fuit dimiſſum, & eius loco accepta Eccleſia S. Michaëlis de Vultedo Præpoſitura nuncupata in Epiſcopatu Cremonenſi. vide ſupra cap. 25.

25. S. Crucis Mortarienſis Præpoſitura inſignis, & caput congregationis anno Dom. 1080. fundata: anno vero 1448. noſtræ congregationi vnita,

uita, de qua dictum eſt lib. 2. ca. 46. & noc
cap. 25.

26. S. Epiphanij Papiæ. Abbatia. vetus
gata canonicorum ſecularium, ſed in regul
nuata, & noſtræ congregationi conceſſa p
colaum V. inſtante Excellẽtiſſimo Duce M
lani anno 1451. vide ſupra cap. 26.

27. S. Theodori Ianuæ. Abbatia. anti
monaſterium congregationis Mortarienſi
per generalem vniſionem anno 1448. facta
per ſpecialem conceſſionem ſub anno 1451.
nitum. vide ibidem, & lib. 2. in congrega
Mortarienſi.

28. S. Mariæ de Martorano apud Parr
Prioratus, antiqua Eccleſia canonici ordini
dum anno 1451. conceſſa, poſtea monaſte
Sepulchri Parmenſi vnita. vide ſupra c. 26.

29. S. Mariæ Pediſcryptæ Neapolis. Pri
tus Eccleſia anno 1353. fundata & 1453. con
ſione Sereniſſimi Alphonſi Regis Neapolis
bi donata, de cuius fundatione dictum eſt c
to 26.

30. S. Petri ad Aram Neapolis. antiquiſ
canonici ordinis Abbatia: ſed anno 1453. eo
Sereniſſimo Rege Alphonſo, qui facultates
ſa diſponendi, prout etiam de Eccleſia S. M
Pediſcryptæ à Sede Apoſtolica impetrauerat
cente, & iubente per noſtros reformata.
cap. 27.

31. S. Gratiani Vercellarum. Prioratus.
quum monaſterium congregationis Morta
in canonicis Lateranenſibus vnitum anno
quod poſtea illis abſtulit Sixtus IV. anno 1
vide c. 27.

32. S. Mariæ montis belli. Archipresbyt
tuæ inſigne collegium antiquæ congregation
Frigdiani, quod noſtræ congregationi vniuit
ſtus III. anno 1455. dicti collegij canonicis
ſicantibus. vide cap. 28.

33. S. Andreæ Vercellarum. Illuſtris Abba
congregationis Victorinæ, anno 1224. vel ci
per Illuſtriſſimum Guallam de Bicherijs S. R.
Cardinalem ex canonico regulari fundata;
anno 1459. inſtante Sereniſſimo Sabaudiæ D
Ludouico noſtræ congregationi Lateranenſi
nita. vide cap. 28.

34. S. Viti Mantuæ. Abbatia. collegium
nonicorum Ordinis S. Marci, ſed petente Il
ſtriſſ. D. Barbara Gonzaga Mantuæ Marchion
ſa, & concedente Pio II. per noſtros Lateranen
anno 1459. reformatum. vide cap. 29.

35. S. Sepulchri Parmæ. Abbatia. cum v
nebili S. Feliculæ extra Parmam; quæ à fun
tione ſuæ collegia canonicorum regularia
per noſtros anno 1460. reſtitutum. vide cod
cap. 29.

36. S. Michaëlis diſcalceatorum apud Piſ
Abbatia inſtantibus Magnificis Coſmo, & Pet

vnita, de qua dictum est lib. 2. ca. 46. & hoc 5. lib. cap. 25.

26. S. Epiphanij Papiæ. Abbatia. vetus collegiata canonicorum secularium, sed in regularem mutata, & nostræ congregationi concessa per Nicolaum V. instante Excellētissimo Duce Mediolani anno 1451. vide supra cap. 26.

27. S. Theodori Ianuæ. Abbatia. antiquum monasterium congregationis Mortariensis, tum per generalem vnionem anno 1448. factam, tū per specialem concessionem sub anno 1451. nobis vnitum. vide ibidem, & lib. 2. in congregatione Mortariensi.

28. S. Mariæ de Martorano apud Parmam. Prioratus. antiqua Ecclesia canonici ordinis eodem anno 1451. concessa, postea monasterio S. Sepulchri Parmensi vnita. vide supra c. 26.

29. S. Mariæ Pediscryptæ Neapolis. Prioratus. Ecclesia anno 1353. fundata & 1453. concessione Serenissimi Alphonsi Regis Neapolis nobis donata, de cuius fundatione dictum est capite 26.

30. S. Petri ad Aram Neapolis. antiquissima canonici ordinis Abbatia; sed anno 1453. eodem Serenissimo Rege Alphonso, qui facultatem de illa disponendi, prout etiam de Ecclesia S. Mariæ Pediscryptæ à Sede Apostolica impetrauerat, cōcedente, & iubente per nostros reformata. vide cap. 27.

31. S. Gratiani Vercellarum. Prioratus. antiquum monasterium congregationis Mortariensis, canonicis Lateranensibus vnitum anno 1453. quod postea illis abstulit Sixtus IV. anno 1480. vide c. 27.

32. S. Mariæ montis belli. Archipresbyteratus. insigne collegium antiquæ congregationis S. Frigidiani, quod nostræ congregationi vniuit Calistus III. anno 1455. dicti collegij canonicis supplicantibus. vide cap. 28.

33. S. Andreæ Vercellarum. Illustris Abbatiæ congregationis Victorinæ, anno 1224. vel circa per Illustrissimum Guallam de Bicherijs S. R. E. Cardinalem ex canonico regulari fundata: sed anno 1459. instante Serenissimo Sabaudiæ Duce Ludouico nostræ congregationi Lateranensi vnita. vide cap. 28.

34. S. Viti Mantuæ. Abbatia. collegium canonicorum Ordinis S. Marci, sed petente Illustriss. D. Barbara Gonzaga Mantuæ Marchionissa, & concedente Pio II. per nostros Lateranenses anno 1459. reformatum. vide cap. 29.

35. S. Sepulchri Parmæ. Abbatia. cum vnitis sibi S. Fœliculæ extra Parmam, quæ à fundatione sunt collegia canonicorum regularium, per nostros anno 1460. restitutum. vide eodem cap. 29.

36. S. Michaelis discalceatorum apud Pisas. Abbatia, instantibus Magnificis Cosmo, & Petro Medicæis nobis concessum anno 1463. vide eodem cap. 29.

37. S. Catharinæ Firmi. Prioratus. cum vnito sibi monasterio S. Marci, vetusto, & insigni canonici ordinis Cœnobio, instantibus ciuibus Firmanis nobis traditum anno 1463. vide eodem cap. 29.

38. S. Marini Ariminensis. Prioratus. quod obtentum fuit anno 1464. intercessione Illustrissimi D. Sigismundi de Malatestis Domini Arimenensium. vide cap. 30.

39. S. Mariæ Gratiarum Regij Lepidi. Abbatia. ex fundatione, & dotatione, concessioneque Reuerendiss. Patris D. Philippi de Zobolis Episcopi Comaelensis, facta anno 1467. vide eodem cap 30.

40. S. Mariæ de Gloria in Episcopatu Anagnino insignis, & vetustissima canonici ordinis Abbatia.

41. S. Mariæ de Balneraria, vulgo della Bagnara in Episcopatu Miletensi in Calabria. Prioratus. similiter collegium canonicorum regulariū. quæ duo monasteria Reuerendiss. D. Petrus de Anguillaria Apostolicus Protonotarius Priori Lateranensi, & tōti congregationi resignauerat, probante Paulo II. vt in eis canonica disciplina restitueretur. Verum Sixtus IV. cum Ecclesia Lateranensi etiam illa nobis abstulit, & canonicis secularibus donauit. vide eodem cap. 30.

42. S. Mariæ Gratiarum Nouariæ. Prioratus. anno 1472. à canonicis nostræ congregationis fundatum. vide cap. 32.

43. S. Mariæ nouæ Astæ. Abbatia. membrum antiquæ congregationis Mortariensis, vnitum anno 1448. & speciali concessione 1472. vide ibidem.

44. S. Mariæ de Castello Alexandriæ. Præpositura. similiter membrum S. Crucis Mortariensis, in generali vnione comprehensum, sed hoc anno iterum vnitum. vide ibidem.

45. S. Spiritus Bergomi suburbanum. Abbatia. instante Serenissimo Duce Venetorum cum vniuersitate ciuium Bergomi, anno 1475. per canonicos Lateranenses reformatum, de quo vide ibidem.

46. S. Antonij castri Conegliani in Episcopatu Cenetensi. Prioratus. Collegium antiquum canonicorum Ordinis S. Marci nostris concessum anno 1479. vide ibid.

47. S. Bartholomæi Laudæ. Prioratus. ad instantiam Excellētissimi Ducis Mediolani nostræ congregationi anno 1481. attributum: sed anno 1545. intra ciuitatem ad Ecclesiam parochialem S. Romani translatum. vide ibidem.

48. S. Mariæ de Præuallo in Episcopatu Ianuensi. Abbatia anno 1481. ea cōditione attributum, vt Abbatia ad castrum Nouium in Dertonensi Episcopatu transferretur. vide ibidem.

49. S. Mariæ montis Cretæ. Abbatia in Episcopatu Casalensi, antiquissima Canonica regularis, ab Illustrissimis montis Ferrati Marchionibus fundata, & ab eisdem anno 1481. nostræ cõgregationi donata. vide supra cap. 53.

50. S. Mariæ Pacis de Vrbe. Abbatia, ex fundatione, & concessione Sixti IV. anno 1483. facta. vide ibidem.

51. S. Crucis Cesennæ. Abbatia, vetus membrum congregationis Portuensis anno 1420. cũ suo capite nostræ Lateranensi vnitum, sed anno 1484. in conuentum separatum erectum. vide cap. 34.

52. S. Augustini, vel S. Mariæ de Passione Mediolani. Abbatia, à Reuerendiss. D. Daniele Birago anno 1485. fundatum, & dotatum. vide ibidem.

53. S. Mariæ lachrymarum Triuij in Episcopatu Spoletano. Præpositura. fundatum anno 1494. ex piorum eleemosynis. vide ibidem.

54. S. Georgij de Brinate insignis Præpositura congregationis S. Mariæ de Crescentiaco per Vrbanum III. anno Dñi 1180. fundata, & ex bonis patrimonialibus locupletissimè dotata, quam sibi commendatam Reuerendiss. D. Antonius de Stangis Apostolicus Protonotarius anno 1498. ad fauorem congregationis Lateranensis resignauit. vide cap. 35.

55. S. Mariæ de Frisa prope Lancianum. olim Abbatia congregationis S. Mariæ Tremitanæ, & cum suo capite nostræ Lateranensi vnita: sed anno 1499. Conuentus canonicorum in illa institutus, quæ postea intra ciuitatem fuit translata. vide ibidem.

56. S. Mariæ de Crescentiaco prope Mediolanum. Illustris Præpositura, quæ erat caput congregationis nonnullorum collegiorum canonicæ institutionis. Verùm commendata, in qua anno Domini 1502. conuentus canonicorum nostræ congregationis fuit restitutus sub regimine Prioris omnibus ferè proucntibus Præposito commendatario reseruatis. vide ibidem.

57. S. Iuliani in monte apud Spoletum. Illustris Abbatia à S. Isaac monacho ante D. Benedictum fundata, cuius D. Gregorius meminit in libris Dialogorum, sed monachis destituta & cõmendata, ad preces vniuersitatis Spoletanæ congregationi Lateranensi anno 1502. concessa: conuentu tamen canonicorum post aliquot annos intra ciuitatem ad monasterium S. Ansani eiusdẽ Abbatiæ membrum rogantibus eisdem Ciuibus translato. vide ibidem.

58. S. Petri in Cœlo aureo Abbatia vetustissima, de qua lib. 1. ad finem, & hoc 3. lib. c. 36. anno 1503. per Lateranenses reformata.

59. S. Sebastiani oppidi Bugellæ in Episcopatu Vercellensi Præpositura ab Illustriss. D. Stephano de Ferrerijs S. R. E. Cardinali, & Vercellensi Episcopo fundatum, ac dotatũ anno 1504. vide cap. 37.

60. S. Ioannis Baptistæ Ancoræ, Abbatiale, quod ex resignatione Reuerendiss. D. Ioannis Archiepiscopi Ragusini nobis tributa Iulius II. anno 1504. vide ibidem.

61. S. Matthæi Dertonæ. Prioratus. membrũ S. Crucis Mortariensis, ante annos circiter quingentos fundatum, & in generali vnione anno 1448. facta comprehensum, sed anno 1504. nouis literis Apostolicis vnitum nostræ congregationi. vide ibidem.

62. S. Modesti Beneuenti. antiqua Abbatia monastici ordinis; sed commendata, & monachis destituta, quam anno 1505. congregationi Lateranensi attribuit Iulius II. vide ibidem.

63. S. Petri Casæ nouæ in Episcopatu Aretino. Prioratus, quod ad effectum erigendi exillo monasterium intra ciuitatem anno 1505. nostræ congregationi fuit attributum: sed ob redditus paucitatem monasterium intra ciuitatem erigi non potuit. manet tamen in eodem monasterio Prior cum socio. ibidem.

64. S. Caterui Ciuitatis Tolentini in Piceno. Præpositura, anno 1506. congregationi Lateranensi attributum. ibidem.

65. S. Trinitatis in Suburbijs Mutinæ. Abbatia. vetus canonici ordinis cœnobium, sed in eo conuentus nostræ congregationis anno 1506. restitutus. ibidem.

66. S. Vbaldi propè Eugubinum. Præpositura. à Serenissimis Vrbini Ducissis Elizabetha, & Leonora anno 1512 fundatum. vide cap. 38.

67. S. Frigdiani Lucæ. Prioratus. Illustrissimũ canonici ordinis collegium, & caput celeberrimæ congregationis, anno 1517. nostræ Lateranensi cum decẽ Prioratibus vnitum. videc. 39. & duobus sequentibus.

68. S. Mariæ Gratiarum Castri Vicecolæ in Episcopatu Mutinensi. Præpositura. à nobilibus de Morenis circa annum 1515. fundatum propè foueam dicti Castri, quod anno 1558. euersum pro eiusdem Castri tutela ad locum vicinum vulgo il Poggio nuncupatum translatum est. vide cap. 42.

69. S. Mariæ ad parietem propè Nolam. Prioratus. fundatum anno 1520. ex piorum eleemosynis. vide ibidem.

70. S. Benedicti Cremæ. Abbatia. ex resignatione Reuerendiss. D. Aluysij Tassi Bergomensis, & Episcopi Recanatensis facta anno 1519. vide ibidem.

71. S. Petri oppidi Gatinariæ in Episcopatu Vercellensi, Præpositura. fundator Illustriss. D. Mercurinus de Arboreo S. Cæsareæ Maiestatis supremus Secretarius, & S. R. E. Cardinalis, Comes Gatinariæ, anno 1534. vide cap. 43.

72. S. Stephani de Citadella in ciuitate Vercellensi. Præpositura, ex resignatione Illustriss.

D. Bo-

D. Bonifacij de Ferrerijs S. R. E. Cardinalis tacta anno 1536. sed istud monasterium prætextu arcis muniendæ à ministris Serenissimi Ducis Sabaudiæ fuit euersum, & anno 1580. omnino amissum. vide ibidem.

73. S. Vbaldi siue S. Iuliani Imolæ. Præpositura. fundatum à canonicis regularibus anno 1539. vide ibidem.

74. S. Stephani loci Ponticuli in Episcopatu Bononiensi. Abbatia, erectum anno 1568. vide cap. 45.

75. S. Pastoris in agro Reatino. Præpositura ex resignatione Illustriss. Cardinalis Marci Antonij Columnæ Protectoris facta anno 1581. vide cap. 46.

76. S. Iusti Secusiæ Prouinciæ Taurinensis. Præpositura. ex resignatione Illustriss. Cardinalis Guidi Ferrerij facta eodem anno. vide ibidem.

77. S. Stephani Dertonæ. Præpositura. fundator D. Seraphinus Grindellus, canonicus regularis Lateranensis Pij V. familiaris anno 1588. vide cap. 46.

78. S. Caroli oppidi Menasij in Episcopatu Nouocomensi. quod fundauit D. Cinthius Calus, anno 1612. vide cap. 47.

II. SVpradicta omnia monasteria sunt collegiata, & habent conuentum canonicorum. præter quæ sunt alia 46. conuentu destituta, & alijs monasterijs conuentum habentibus vnita.

Primum S. Clementis Venetiarum. Prioratus. antiquum monasterium canonici ordinis, vnitum monasterio Sanctæ Mariæ Charitatis anno 1432.

2. S. Mariæ de Valle propè Vastum Aimonis in Apulia. Prioratus. membrum antiquæ cõgregationis Tremitanæ, monasterio Tremitano vnitum.

3. S. Agathæ propè ciuitatem ad mare. Abbatia, olim subiecta monasterio Tremitano. & illi vnita.

4. S. Mariæ Bethleemiticæ in ciuitate Taruisina. Prioratus antiquus canonicorum regularium, vnitus monasterio Sanctorum quadraginta Martyrum Taruisij anno 1490.

5. S. Mariæ Magdalenæ propè Brixiam. Prioratus. vetus canonicorum monasterium, vnitum monasterio S. Saluatoris Brixiæ. anno 1441.

6. SS. Faustini, & Iouitæ ad sanguinem. Præpositura. antiquum monasterium canonicorum, vnitum eidem monasterio S. Saluatoris anno 1523.

7. S. Georgij de monte Claro eiusdem diœcesis. Prioratus. antiquum monasterium canonicorum, vnitum eidem monasterio S. Saluatoris anno 1528.

8. S. Dominici oppidi Tusculani in eadem diœcesi. Prioratus. vnitum monasterio S. Saluatoris anno 1564.

9. S. Margaritæ in agro Ferrariensi. Prioratus. antiquum membrum monasterij Portuensis ordinis canonicorum regularium, & cum illo vnitum anno 1420.

10. S. Mariæ de Stradella. Prioratus. propè Fauentiam membrum eiusdem monasterij Portuensis, & cum illo nostræ congregationi vnitum.

11. S. Augustini in agro Foroliuiensi. Prioratus. membrum eiusdem monasterij Portuensis.

12. S. Laurentij in Cæsarea. Prioratus. vetus canonicorum monasterium, sed modò euersum, & monasterio Portuensi vnitum.

13. S. Petri de Domo Dei in Episcopatu Placentino. Prioratus. insigne olim monasteriũ canonicorum, sed canonicis destitutum, & monasterio sancti Augustini Placentiæ anno 1442. vnitum.

14. S. Saluatoris Vallis Agnæ in Episcopatu Florentino. Prioratus Abbatiæ Fesulanæ, & illi vnitus.

15. S. Saluatoris apud Pratum, in Episcopatu Pistoriensi. Prioratus eidem monasterio Fesulano vnitus.

16. S. Mariæ ad Niues in Ciuitate Florentina. Abbatia. olim monasterium sanctimonialium, eidem Abbatiæ Fesulanæ anno 1443. vnitum, nunc est hospitium eiusdem Abbatiæ.

17. S. Pauli Cremonæ. Prioratus antiquus Abbatiæ S. Petri de Pado Cremonæ, de cuius antiquitate constat ante annos quingentos.

18. S. Mariæ Vallis Viridis propè Cremonam. Præpositura. antiquum canonici ordinis collegium, monasterio S. Petri vnitum anno 1442.

19. S. Mariæ Æthiopissæ propè Vicentiam. Prioratus antiquus, monasterio S. Bartholomæi vnitus anno 1482.

20. S. Mariæ de Pane in sacco. Prioratus. monasterium ordinis S. Marci, dicto monasterio S. Bartholomæi Vicentiæ vnitum.

21. S. Thomæ in Episcopatu Pistoriensi. Prioratus. olim monasterium ordinis S. Gulielmi, vnitum monasterio S. Bartholomæi Pistoriensis anno 1504.

22. S. Mariæ, vel sancti Laurentij de Priano, in Episcopatu Ianuensi. Prioratus congregationis Mortariensis, monasterio S. Theodori vnitus anno 1453.

23. S. Fœliculæ in Episcopatu Parmensi. Prioratus. monasterium ordinis canonicorũ regularium cœnobio S. Sepulchri Parmæ vnitũ 1460.

24. S. Hermanni in eodem Episcopatu Parmensi. Prioratus. monasterium antiquum canonicorum regularium eidem cœnobio S. Sepulchri vnitum 1474.

25. S. Mariæ de Aggere in agro Nouariensi. Præpositura. antiquum monasterium congregationis Mortariensis, canonicæ S. Mariæ Gratiarum Nouariæ vnitum anno 1472.

26. S. Stephani de Bornagno in eodem agro

Nouarienſi. Præpoſitura. monaſterium eiuſdem congregationis Mortarienſis eidem cœnobio S. Mariæ Gratiarum vnitum.

27. S. Iacobi de Strata in eodem agro Nouarienſi. Prioratus eiuſdem congregationis Mortarienſis, eidem monaſterio S. Mariæ Gratiarum vnitus.

28. S. Marthæ propè Nouariam. Præpoſitura. vetus canonicorum cœnobium eidem monaſterio S. Mariæ Gratiarum vnitum anno 1511.

29. S. Petri apud oppidum Neuias in Epiſcopatu Albenſi. Archipresbyteratus congregationis Mortarienſis, monaſterio S. Mariæ Nouæ Aſtenſis vnitus.

30 Sanctorum duodecim Apoſtolorum. Abbatia propè Aſtam, eidem monaſterio S. Mariæ Nouæ vnita anno 1523.

31. S. Mariæ Magdalenæ. Prioratus congregationis Mortarienſis eidem monaſterio S. Mariæ Nouæ vnitus.

32. S. Andreæ de Caſtelletto propè oppidum S. Saluatoris in Epiſcopatu Caſalenſi. Prioratus congregationis Mortarienſis. monaſterio S. Mariæ de Caſtello Alexandriæ vnitus anno 1482.

33. S. Stephani de Sacedio in Epiſcopatu Aquenſi Abbatia monaſterio S. Mariæ de Caſtello Alexandriæ vnita.

34. S. Agathæ Pontis Sturę. Prioratus congregationis Mortarienſis, monaſterio S. Mariæ Cretæ in diœceſi Caſalenſi vnitus.

35. S. Bartholomæi Alexandriæ. Prioratus cõgregationis Mortarienſis monaſterio S. Mariæ de Alexandria vnitus.

36. S. Mariæ de Riolo propè Laudam. Abbatia monaſterio S. Bartholomæi, vel S. Romani Laudenſis vnita anno 1482.

37. S. Fidis, vel S. Fidei. Prioratus in Epiſcopatu Vercellenſi, monaſterio S. Sebaſtiani Bugellæ vnitus anno 1515.

38. S. Stephani de Cella. Prioratus in Epiſcopatu Hipporegienſi, monaſterio S. Sebaſtiani Bugellæ vnitus 1516.

39. S. Mariæ de Carbonaria in Epiſcopatu Papienſi. Prioratus congregationis Mortarienſis monaſterio S. Petri in cœlo aureo Papiæ vnitus anno 1524.

40. S. Andreæ de Carraria nullius diœceſis. Prioratus. monaſterium congregationis, S. Frigdiani eidem S. Frigdiani monaſterio vnitum.

41. S. Mariæ de Caſtro Franco Vallis Arni. Prioratus. monaſterium eiuſdem cõgregationis, & eidem monaſterio vnitum.

42. S. Frigdiani de Saccis Bononiæ. Prioratus. monaſterium eiuſdem congregationis, & eidem monaſterio vnitum.

43. Saluatoris de Moſtolio. Prioratus dictæ congregationis, eidem monaſterio vnitus.

44. Sanctorum Quirici, & Iulitæ in oppido Caſij diœceſis Bononienſis. Prioratus eiuſdem congregationis, & eidem monaſterio vnitus.

45. S. Pauli de Mezano, alias Moſiano. Abbatia in agro Placentino, monaſterio S. Mariæ Paſſionis Mediolani vnita.

46. S. Michaëlis de Vulturio. Prioratus olim Conuentualis in Epiſcopatu Mediolanenſi, monaſterio S. Mariæ Paſſionis vnitus anno 1519.

EX ſupradictis monaſterijs 67. ante reformationem Frigdionariam erant canonicorum regularium, vt numeranti patebit, competatis nonnullis, quæ erant canonicorum regularium ordinis S. Marci. ex quibus 24. tempore illorum vnionis habebant canonicos, qui in noſtram Societatem tranſierunt: alia verò Canonicis omnino erant deſtituta. Quæ tempore vnionis habebant Canonicos, qui noſtram reformationem amplexati noſtris ſe adiunxerunt, hæc fuerunt: S. Mariæ Frigdionariæ, S. Frigdiani Lucenſis, cum decem illius Prioratibus, S. Victoris Bononienſis, S. Ioannis in monte Bononienſis, S. Iacobi Cellæ Volanæ diœceſis Comacienſis, S. Mariæ in Portu Rauennæ, S. Lazari de tertio Ariminenſis, S. Mariæ montis Belli in Epiſcopatu Bononienſi, S. Mariæ Charitatis Venetiarum. Sanctorum quadraginta Martyrum Taruiſij. S. Saluatoris Brixiæ. S. Crucis Mortarienſis. S. Theodori Ianuæ. S. Mariæ de Aggere. & S. Stephani de Bornago in diœceſi Nouarienſi. S. Gratiani Vercellarum. S. Mariæ de Creſcẽtiaco propè Mediolanum. S. Mariæ Nouæ Aſiæ, & S. Petri in Cœlo aureo Papiæ,

Alia inſuper monaſteria complura canonicis noſtris fuerunt oblata, quæ accipere noluerunt. quædam etiam accepta, & per aliquot annos retenta, ſpontè dimiſerunt, ex quibus fuerunt monaſterium S. Saluatoris Venetiarum. S. Mariæ de Vado Ferrariæ, S. Auguſtini Nicoſiæ in diœceſi Piſana, S. Michaëlis Angeli de monte in Epiſcopatu Lucenſi, & S. Sophiæ Beneuenti, quæ omnia patent ex actis Capitularibus noſtræ congregationis.

Sunt igitur omnes Abbatiæ, quæ poſt reformationem Frigdionariam ad noſtram congregationem ſpectauerunt numero 45. Prioratus 56. Præpoſituræ 21. Archipresbyteratus duo. ex ijs ſeptem amiſſa videlicet S. Ioannis Baptiſtæ propè Caſtrum S. Archangeli, S. Saluatoris Lateranenſis, S. Sylueſtri montis Compatrum, S. Gratiani Vercellarum, S. Mariæ de Gloria, S. Mariæ de Balneariа, & S. Stephani de Citadella Vercellarum. Reliqua retenta, licet nonnulla tranſlata.

III.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

De Collegijs Sacrarum Virginũ Canonissarum Congregationis Lateranensis.

PRudentissimi Patres primi nostræ reformationis autores illud memoria retinentes, quod scribit D. Gregorius Ioanni Rauennatensium Antisliti à Gratiano in cap. Nemo 16. q. 1. relatus, neminem in regulari obseruantia facilè posse persistere, & simul obsequijs Ecclesiasticis deseruire, ad canonicæ disciplinæ vigorem in Lateranensi familia diutius seruandum, duo inter cætera firmiter statuerunt, quæ sæpius in Generalibus Comitijs sunt renouata, & confirmata. Alterum, vt nullum omnino monasterium acciperent, quod animarum personarum secularium curam adiunctam habuisset: quam ob causam non pauca monasteria illis oblata respuisse, quędam etiam postquam acceptauerant, dimittere decreuisse, inter quæ collegium insigne sancti Ioannis in monte Bononiæ, in actis Capitularibus illorum temporum repetitur. Alterum autem, vt à regimine sanctimonialium, siue alterius, siue etiam nostri ordinis penitus cauerent. Quæ diu seruare nullatenus potuerunt, præsertim de monialium regimine loquendo, cogentibus ad illud tum importunis quarundam vniuersitatum precibus, tum etiam Principum, ac in primis Pontificum iussionibus, etiam sub censurarum interminatione: quod ex eorum decretis, & literis Apostolicis supra recitatis apertè liquet. hinc effectum, vt nostra Lateranensis familia non solum canonicorum, verum etiam Sacrarum Virginum Canonissarum multis collegijs fuerit per Italiam propagata. De quibus collegijs pro complemento præsentis operis aliqua dicturus, ijs omissis, quæ de canonissarum antiquitate, origine, sanctitate, plura dicenda essent, quòd prolixiores esse hic minimè possimus. hoc vnum pro fundamento dicendorum necessariò præmittendum fore iudicaui, scilicet quemadmodum canonicorum, ita etiam sanctimonialium Virginum, quæ canonissæ, vel canonicæ vocantur, institutum ab Apostolis, & viris Apostolicis in exordio nascentis Ecclesiæ suam originem accepisse: & quemadmodum in primitiua Ecclesia, & deinceps ordo regularis virorum in duas classes partitus fuit, tum nomine, tum habitum differentes, quorum altera canonicorum, siue clericorum, monachorum altera fuit nuncupata; ita & de ordine regulari fœminarum dicendum. nam fuisse olim in Ecclesia Sacras Virgines sanctimoniales canonicas, siue Virgines clericales, siue diaconissas à monachabus tum nomine, tum habitu distinctas, sequentia Patrum & Conciliorum testimonia certissima testantur.

Primum Innocentij III. in cap. Cum dilecta. de Maioritate, & Obedientia, in quo de quadam Abbatissa canonissarum sermo habetur, vt legẽti patebit.

Secundum Sigiberti Gemblacensis in Chronico sub anno 820. vbi scribit in Cõcilio Aquisgrani factam fuisse reformationẽ monachorũ, & etiam clericorum, & clericalium sanctimonialium regulas quasdam factas.

Tertium Concilij Ticinensis sub Benedicto III. & Ludouico II. Imperatore anno 855. celebrati dicentis, monasteria virorum, & fœminarum, vel secundum regulam D. Benedicti, vel secundum canonicam institutionem disposita esse debere.

Quartum Concilij Parisiensis sub Gregorio IV. & Ludouico Primo Imperatore anno 829. celebrati, c 46. sic dicentis: *Compertum etiam quosdã canonicos, & monachos posthabito Religionis suæ pudore monasteria sanctimonialium tam monachorum, quã canonicarum inconsulto Episcopo imprudenter, atque irreuerenter adire.*

Quintum Concilij Remẽsis sub Eugenio Secundo c. 3. sic dicentis: *Statuimus, vt sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta Beatorum Benedicti, & Augustini regulam vitam suam in melius corrigant, & emendent.* Hic canon cum alijs nonnullis habetur in 3. volumine Conciliorum post decreta Eug. II.

Sextum Concilij Cabilonicnsis, quod tempore Caroli Magni est celebratum cap. 53. vbi sic dicit: *Libuit namque huic sacro conuentui quasdam admonitiunculas breuiter eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant: quoniam ea, quæ sub monastica norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent.*

Septimum Chronicæ Treuerensis scribentis, Athelam, & Iriminam Dagoberti Francorũ Regis filias Treueris in palatio, & in alio loco, qui Horreum vocabatur, congregationẽ sanctimonialium canonicam vitam professarum institutisse. Obijt autem Dagobertus anno 622. ex Reginone in Chronico.

Octauum Iustiniani Imperatoris in nouellis Constitutionibus dicentis: *si quis rapuerit, vel solicitauerit, vel corruperit Ascetriam, vel Diaconissam, vel monacham, vel mulierem religiosam vitam habentem, bona ipsius, & eorum, qui huius sceleris communione contaminati sunt, religioso loco vindicentur, monasterio &c.* Ascetæ verò, & Ascetriæ idẽ prorsus

erant cum clericis, & mulieribus clericalibus regulariter viuentibus, de quibus Philo in lib. de Vita supplicum, & Eusebius lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 16. & 17. quique à B. Marco in primitiua Ecclesia instituti dicuntur.

Nonum S. Basilij Magni, inter cuius opera ante libros Regularum monasticarum est libellus sub titulo Animaduersionum ad canonicos, & canonicas delinquentes.

Decimum Soteris Papæ, cuius verba referūtur in cap. Sacratas 23. d. dicentis: *Sacratas verò fœminas, vel monachas, sacra vasa, vel sacras pallas penes vos contingere &c.* vbi vides fuisse sacratas fœminas distinctas ab illis, quæ monachæ vocabantur: hæ autem illæ erant, quas Patres, & Concilia canonicas, & Sigibertus sanctimoniales clericales vocare consueuerunt.

II. NEque solo nomine verùm etiam professione, & habitu monachas à canonissis, siue Virginibus clericalibus ab initio distinctas inuenio: nam temporibus primitiuæ Ecclesiæ, vel saltem Beatorum Augustini, & Hieronymi monachi, & monachæ pullis, & fuscis vestibus induebantur, quod non solum, ex epist. Hieronymi ad Rusticum, & de laudibus Asellæ, quæ sunt 4. & 15 in ordine, sed etiam ex Epist. B. August. ad Edicią in ordine 199. apertè liquet, dum illam reprehēdens, quod contra mariti voluntatem monachalem habitum sumpsisset, inquit: *Quid enim est absurdius, quam mulierem de humili veste viro superbire? cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis vestibus repugnare: quia etsi te indumentum monachæ delectabat &c.* At verò Canonissarum quemadmodum & canonicorū habitum è contrario candidum fuisse, testatur in primis Augustini regula, quā sicut pro canonicis exarauit, vt lib. 1. est demonstratum, ita etiam canonissis accomodatum eisdem seruādum epistola. 109. præscripsit, in qua de vestimentis ad arbitrium Præpositæ lauandis sic dicit: *Indumenta vestra secundum arbitrium Præpositæ lauentur siue à vobis, siue à fullonibus, ne interiores animæ sordes contrahat munda vestis nimius appetitus.* Quæ res ex facto comprobatur, nam in Historia B. Brigidæ Virginis, & sancti Patritij canonici ordinis in Scotia, siue Hybernia fundatoris discipulæ legitur, quod dum adhuc esset infantula, pater suus vidit duos clericos in vestibus candidis introcuntes, sacrum oleum illius capiti superfudisse, quæ cùm adoleuisset, omnia mundana propter amorem Domini Iesu Christi contemnens, ad Machæam Episcopum sancti Patritij discipulum perrexit, petens, vt se Deo consecraret, qui illam veste candida, & pallio albo induit, & ad professionem recepit: quæ innumerabilium Virginum Sacrarum mater est effecta in monasterio Reiglers nuncupato, siue Regularium: vnde collegia canonissarum non solum in tota Hybernia, sed etiam in Anglia, & Belgio, ad quas prouincias sicut canonicorum, ita etiam canonissarum institutum ex Hybernia primitus videtur deriuatum, regularium vocantur, quemadmodum etiam collegia canonicorum, vt videre est apud antiquos illarum Prouinciarum Scriptores, & apud D. Bernardum, qui canonicos regulares, & illorum monasteria ferè semper simplici, & nudo vocabulo vocat regularium, & ad regulares.

Confirmat idipsum Historia S. Gertrudis Pipini Ducis filiæ, quæ illustre Sacrarum Virginum Niuellensium Canonissarum in Belgio collegium fundauit circa annum Domini 662. prout vulgari versus indicant.

In sexcenteno quinquageno duodeno
Fiunt Niuella Gertrudi claustra puellæ.

quam Canonicam non secularem, sed regularem fuisse, satis indicat illius historia à Ioanne Molano in Natalibus sanctorum Belgij sub die 17. Martij, & ante illum à Ioanne Mauburno in 3. lib. sui Venatorij cap. 21. descripta, cuique Beatus Patritius, quem illa præ cæteris Sanctis impensissimè coluerat, & dilexerat, & illius discipulos, & alumnos receperat, in hora exitus illius obuiauit: illa enim candidis indorabatur, & post mortem sanctæ Modestæ Virgini in candido habitu apparuit, prout eadem Historia testatur. Et semel cum in Belgio, & finitimis prouincijs temporibus Pipini Ducis, & Dagoberti Regis Galliarum, & deinceps postea innumera Canonissarū collegia fuerint fundata, quorum multa nunc etiam florent, alia reformata, illā omnia candidū habitum gesserunt. vnde nunc etiam illarum nōnullæ, etsi reformatæ, albæ Dominæ nuncupari consueuerunt: vt videas, canonicas sicut in nomine, & regula, ita etiam in habitu cum canonicis regularibus Apostolicis cōuenire consueuisse.

III. QVibus omnibus addendum, quemadmodum ex regularibus clericis, siue canonicis seculares ortum habuerunt, ita ex regularibus canonissis verè professis originem accepisse nonnulla præcipuæ nobilitatis collegia Canonissarū, secularium tamen, quæ nunc in quibusdam Prouincijs Germaniæ, Lotharingiæ, & Belgij visuntur, cuiusmodi est sanctorum Cornelij, & Cypriani Buchouiensē, & sanctæ Gertrudis Niuellensē sancti Petri Armoricensis, & alia. nam Buchouiense collegiū à prima fundatione canonissarum verè regularium, & sub Beati Augustini regula viuentium ab initio fundatum, testatur Gaspar Bruschius in lib. de Monasterijs Germaniæ fol. 18. pag. 2. in principio. Idem etiam de sancta Gertrude manifestè testatur historia fundationis eiusdem collegij Niuellensis à Molano sub die 17. Martij in suis Natalibus relata: nam de illius matre propriam domum in monasterium vertente, sic in eadēm historia legitur: *Is diebus superuenit sanctus Amandus Episcopus, à quo matrona casta professionis velamen accepit, & domum in sanctimonialium monasterium eius dem Antistitis consecratione commu-*

tauit:

tauit: ob quod factum multas calumnias, &
cum dicta filia sustinuit: mater autem hiu
eiusdem filia nondum consecratæ arrepta furio
absidia, qua aliquanto post inter virgines sus
lemine consecrata, vnanimi consensu cœnobij
men est expetita, &c.

Confirmant eandem sententiam, quæ
nasterio per sanctam Beggam in Gallijs,
denza, instituto scribuntur, illam ex mo
S. Gertrudis vtriusque sexus chorum, scil
nonicorum, & canonicarum, sub forma
uientium conuocasse: *Vbi corde, & voto s*
uerunt Deo seruire vsque ad extremum vitæ in
regulari. Sic enim in gestis sanctæ Beg
nominatæ ad verbum habetur. Scio ex p
fragri Ioannem Molanum lib. 1. de Cano
is, vbi licet concedere videatur, canonica
lares quemadmodum etiam canonicos ex
laribus originem duxisse, negat tamen illos
nicos regulares, quos à monachis distingui
regulares cum trium votorum emissione
quod etiam de canonicis dixerat; sensit. n.
ubi monachos, vel monachas verè regula
votorum emissione fuisse, & pro cōstanti h
canonicos, siue canonissas per votorum em
nem monachos, vel monachas necessariò
Verùm illam à scopo errare plurimum, tur
lib. 2. & 3. & sequenti, tum quæ modò de S.
tende, & de canonissis in monasterio S. Beg
familia sanctæ Gertrudis acceptis sunt dicti
ut sic de comincunt: nam Virgines sanctim
sine votorum emissione consecratas inu
nunquam; etsi aliquot seculis post dicti co
Niuellensis fundationem, cum regularis o
tutis in eo defecisset, Paschalis Secundus
quandam honestæ vitæ formulam, sine ta
votorum obligatione, manente vita comm
sub Abbatissarum regimine virginibus ibi
degentibus præscripsisset, quam hactenus se
ti dicunt. Verum de hac re satis, qui plura cu
videat Ioan. Mauburnum in Venatorio lib.
12. Claudium Espencæum lib. 2. de continen
cap. 12. & Molanum locis proximè citatis, in c
bus refert Ioannem Nider, Ordinis Prædicat
insignem Theologum, summam diligentiam
cisse super canonissarum secularium origine,
inuenire potuisse, nisi quod ex prima fundati
fuerint sanctimoniales ordinis vel D. Benedi
vel alterius, exceptis paucis collegijs recenter
nobilium sustentatione fundatis.

IV. DE collegijs verò canonissarum tū antiq
cum recentibus, illorumque originibus
fundationibus velle integrum hic loci catalo
texere, magnus, & immensus esset labor, & n
ficis viribus omnino importabilis, qua de ca
ceteris prætermissis, ex solis Italicis aliqua rec
sibimus, quæ ad nostram Lateranensem cong
gationem attinent, quæque nunc supersunt; na
ptura, vel hominum incuria, vel iniuria temp

tauit: ob quod factum multas calumnias, & iniurias cum dilecta filia sustinuit: mater autem hu non mota etiam filia nondum consecrata arrepta forfice capillos abscidit, quæ aliquanto post inter virgines suscepto velamine consecrata, vnanimi consensu cœnobij ad regimen est expetita, &c.

Confirmant eandem sententiam, quæ de monasterio per sanctam Beggam in Gallijs, loco Audenna, instituto scribuntur, illam ex monasterio S. Gertrudis vtriusque sexus chorum, scilicet canonicorum, & canonicarum, sub forma regulari viuentium conuocasse: *Vbi corde, & voto se obligauerunt Deo seruire vsque ad extremum vitæ in proposito regulari.* Sic enim in gestis sanctæ Beggæ prænominatæ ad verbum habetur. Scio ex parte refragari Ioannem Molanum lib. 1. de Canonicis c. 15. vbi licet concedere videatur, canonicas seculares quemadmodum etiam canonicos ex regularibus originem duxisse, negat tamen illos canonicos regulares, quos à monachis distinguit, verè regulares cum trium votorum emissione fuisse, quod etiam de canonicis dixerat: sensit. n. nullos nisi monachos, vel monachas verè regulares cũ votorum emissione fuisse, & pro cõstanti habet, canonicos, siue canonissas per votorum emissionem monachos, vel monachas necessariò effici. Verùm illum à scopo errare plurimum, tum quæ lib. 2. c. 3. & sequenti, tum quæ modò de S. Gertrude, & de canonissis in monasterio S. Beggæ ex familia sanctæ Gertrudis acceptis sunt dicta, manifestè conuincunt: nam Virgines sanctimoniales sine votorum emissione consecratas inueniet nunquam; etsi aliquot seculis post dicti collegij Niuellensis fundationem, cum regularis obseruantia in eo defecisset, Paschalis Secundus breuẽ quandam honestæ vitæ formulam, sine tamen votorum obligatione, manente vita communi sub Abbatissarum regimine virginibus ibidem degentibus præscripsisset, quam hactenus seruauerint. Verum de hac re satis. qui plura cupit, videat Ioan. Mauburnum in Venatorio lib. 3. c. 21. Claudium Espencæum lib. 2. de continentia, cap. 12. & Molanum locis proximè citatis, in quibus refert Ioannem Nider, Ordinis Prædicatorũ insignem Theologum, summam diligentiam fecisse super canonissarum secularium origine, nec inuenire potuisse, nisi quod ex prima fundatione fuerint sanctimoniales ordinis vel D. Benedicti, vel alterius: exceptis paucis collegijs recenter pro nobilium sustentatione fundatis.

IV. DE collegijs verò canonissarum tũ antiquis, tum recentibus, illorumque originibus, & fundationibus velle integrum hic loci catalogũ retexere, magnus, & immensus esset labor, & nostris viribus omnino importabilis, qua de causa cæteris prætermissis, ex solis Italicis aliqua recensebimus, quæ ad nostram Lateranensem congregationem attinent, quæque nunc supersunt: nam plura, vel hominum incuria, vel iniuria temporum exciderunt. hæc verò sunt.

In Vrbe collegium canonissarum regularium Spiritus sancti, quod vsque ad annum 1606. mansit sub regimine Abbatis S. Mariæ Pacis: sed illo anno iussis de causis eius regimen Illustriss. D. Papæ Vicario resignatum.

In Ciuitate Neapolis S. Mariæ Reginæ cœli. collegium inter cætera illius vrbis, tum numero, tum generis, & virtutis nobilitate, sanctitateque præcipuum.

In Ciuitate Nolana B. Virginis Annunciatæ, vulgo collegium nuncupatum, anno 1213. per Comitem Nolanum fundatum, & dotatũ, ad quod nonnisi Virgines nobiles, vel ex eadem Ciuitate, vel Neapolis admitti consueuerunt.

In oppido Lauro eiusdem ciuitatis monasterium Iesu Mariæ, paulò antea per Comitissam Nolanam fundatũ, & dotatum ex antiquis monimentis dictæ ciuitatis.

In oppido Arienso, in Diœc. S. Agathæ collegium B. Virginis Annunciatæ, ante annos 400. cum alio canonicorum S. Mennæ fundatum: sed hoc secundum excidit, sola Ecclesia pulchritudinis incomparabilis superstite.

In Ciuitate Spoletana sunt duo collegia canonissarum sub regimine Abbatis S. Iuliani, siue S. Ansani. primum S. Matthei vbi B. Marina eiusdem cœnobij sanctimonialis in veneratione habetur, cuius impollutam animæ virginitatẽ per corporis integritatem Deus testatam esse voluit. quod post 100. annos integrum omnibus suis partibus, & palpabile nunc etiam monstratur, quod ipse vidi.

Alterum S. Mariæ de Stella, in quo centum fere sacræ Virgines sub magna regulæ districtione laudabiliter viuunt.

In oppido Caldarola diœc. Camerini monasterium S. Catharinæ de Senis, per Illustrissimum Dominum Euangelistam Pallottam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ante paucos annos fundatum.

In Ciuitate Ancona monasterium S. Bartholomæi antiquissimum, quod aliquot annis fuit sub regimine congregationis.

In Ciuitate Arimini collegium S. Sebastiani, in quo octoginta sacræ Virgines, & amplius ferè omnes nobiles laudabiliter degunt.

In Ciuitate Ferraria S. Mariæ Gratiarum collegium, vulgo Mortarium, quòd ex canonissis Mortarienses illuc profectis fuerit fundatum an. 1502. quodque sub regimine nostræ congregationis semper mansit.

In oppido Lugo Comitatus Ferrariensis monasterium S. Augustini, quod duæ Canonicæ ex Ferrariensi Sanctæ Mariæ Gratiarum collegio profectæ fundauerunt ante annos septuaginta.

In Ciuitate Bononia collegium S. Laurẽtij Sacrarum Virginum præcipuę nobilitatis antiquissimum.

simum, est sub regimine Abbatis sancti Ioannis in Monte.

In Ciuitate Regij Lepidi monasterium sancti Petri Martyris. sub regimine Abbatis S. Mariæ Gratiarum.

In Ciuitate Parmensi monasterium S. Saluatoris antiquum, & numerosum. ab aliquot annis manet sub regimine Ordinarij.

In Ciuitate Mantuæ sunt duo collegia, alterum S. Mariæ Præsentationis, quod multis Priuilegijs Romanorum Pontificum est exornatum, sub regimine Abbatis sancti Bartholomæi. Alterum S. Mariæ Virginis Annunciatæ in Suburbio S. Georgij, sub regimine Abbatis S. Viti.

In Ciuitate Veronæ monasterium S. Ioannis de Beueraria. hæ cum alterius essent instituti nostræ congregationis regimini subesse, ac cæterarum nostri ordinis canonicarum habitum accipere à Sede Apostolica obtinuerunt, quæ post aliquot annos sunt dimissæ.

In Ciuitate Vicentia collegium S. Thomæ, quod optimarum sanctimonialium est plantarium, magna sanctitatis laude celeberrimum. subest regimini Abbatis S. Bartholomæi. Claruit in hoc collegio virgo quædam nomine Euphrosina, quæ à fororibus pro Beata colitur, cuius vitam Italico idiomate scripsit eleganter, & typis edidit R. admodum P. D. Ascanius de Ordeis nostræ congregationis Prædicator celebris, & S. Mariæ Casoreti nunc Abbas.

In Ciuitate Castellana siue Venetiarum monasterium sancti Danielis, quod instante Serenissimo Venetorum Duce cum Patriarcha sub cura congregationis susceptum, anno 1605. Abbas S. Mariæ Charitatis, quòd eius autoritas ad illud regendum minus sufficere videretur, vt in literis dimissionis exprimitur, in manibus Summi Pontificis resignauit.

In Ciuitate Mediolani S. Virginis Annunciatæ collegium numerosum, & præcipuæ nobilitatis. sub regimine Abbatis S. Mariæ Passionis.

In Ciuitate Papiæ monasterium S. Mariæ Iosaphatis vetustissimum; cum alio S. Victoris eidem vnito, sub regimine Abbatis S. Epiphanij.

In oppido Mortarij Papiensis diœcesis collegium S. Cassiani sub regimine Præpositi sanctæ Crucis.

In Ciuitate Nouaria monasterium S. Agathæ, sub regimine Prioris S. Mariæ Gratiarum.

In Ciuitate Vercellarum collegium S. Mariæ Virginis Annunciatæ, sub regimine Abbatis S. Andreæ.

In Ciuitate Astensi cœnobium Beatæ Virginis Annunciatæ anno 1476. fundatum sub regimine Abbatis S. Mariæ Nouæ.

In Ciuitate Taurinensi collegium S. Crucis anno 1535. ab Illustrissima Comitissa Beatrice à Ronsceo fundatum, accitis ex licentia Generalis Capituli eo anno celebrati sex canonicis ex alijs monasterijs cum duabus Conuersis, quarum nomina fuerunt soror Apollonia Mediolanensis, soror Desideria Vercellensis, soror Monica, soror Angela, Catharina Vercellensis, soror Ludouica Nouariensis, & soror Archangela Mortariensis canonicæ, soror Bona, & soror Leona Conuersæ. Huic collegio anno 1560. Pius IV. monasterium S. Petri iuxta plateam arcis dictæ Ciuitatis, extincto in eodem ordine monialium D. Benedicti, cum illius bonis vniuit. Reguntur autem prædictæ Canonicæ ab Abbate S. Andreæ Vercellarum iussione Pauli III. anno 13. sui pontificatus, apud quas disciplina regularis celebri fama sanctitatis viget. ex quibus nonnullas eum opinione sanctitatis posteris relicta corpore solutas nuper à R. admodum D. Clemente S. Martino, qui eisdem erat à sacris confessionibus, hinc autem Præpositus S. Petri de Gatinaria, per literas accepi, de quarum numero ferunt extitisse Angelam Catharinam, quæ spiritu prophetiæ claruerit, & dum animam exhalaret, veluti radium solarem multis fororibus, quæ adstabant, videntibus à vultu emiserit.

In Ciuitate Ianuensi sunt tria primæ nobilitatis collegia, magnoperè commendata. primum S. Mariæ Gratiarum, cuius alumna extitit Domina Baptista Vernacia, virgo deuotissima, & doctissima, in qua illud experimento comprobatum, quod communiter dici consuevit, mysticam Theologiam potius oratione, & affectu deuotionis, quàm studio, & lectione discì. nam fœmina cum esset, supra vires propriæ conditionis, de diuinis arcanis tam multa didicit, quæ tribus voluminibus typis postea editis sunt exarata, vt doctissimos Theologos exæquasse visa fuerit. Obijt anno 1585. nonagenaria secundum est S. Andreæ, tertium S. Bartholomæi, quæ omnia reguntur per Abbatem S. Theodori prædictæ Ciuitatis.

In Ciuitate Lucensi collegium S. Ioannis de Capite Burgi, vulgo S. Ioannini. est Ecclesia de iure monasterij S. Frigdiani. mansit autem hoc collegium sub regimine Prioris S. Frigdiani vsque ad annum 1538. quo canonici nostri reseruata antiqua iurisdictione in Ecclesia illud resignauerunt.

Alia complura nostri ordinis, & antiquæ congregationis Lateranensis collegia fuerant olim in Italia, quæ vel penitus exciderunt, sicut etiam canonicorum, vel alienum habitum, & institutum acceperunt, qualia erant Venetijs S. Andreæ, Taruisij sancti Pauli, Bononiæ S. Mariæ de Guardia, Brixiæ S. Mariæ, & S. Catharinæ, & alia &c.

CAPVT QVINQ GESIMVM.

De Basilica Lateranensis, terorum Lateranensis gationis Monasteriorum nonicis in Sanctorum rum relatis.

1 IOannes de Nigrauallis Florentinus Bibliothecarius pè allegato epilogo Chronicarum 13. c. numero Sãctorum can dinis verba faciens, h alia scribit: *Sanctorum numerositate Religiones omnes excellit præ Bolognaque vt ex diuersis Catalogis Sanctor Martyrologio, & antiquis historijs colligere p numerus propemodum Sanctorum tam M quam Confessorum ex ipso ordine numerus & quantum pro certo numero summari possu sset Illustrissimus Cardinalis, & S.R.E. Bibliothe Catalogo, quem edidit ad Carolum II. Gallo perueniri reperiuntur circa sexdecim millia & vltra &c.* Esset autem labor nimius, & i sanctæ omnino ad istum locum pertinet in hoc libro illorum Catalogum ex inte scribere, quare quod præsentis instituti r fuluit, nunc tantum de canonicis Later Basilicæ, vel aliorum Lateranensis congr nis, & instituti collegiorum in Sanctorum logum relatis, verba faciemus: de cæteris pro libro de Viris Illustribus canonici ord Deus concesserit, commodius, & abund locaturi. In quorum Lateranensium Ca texendo, licèt ab eiusdem Lateranensis B primordijs, cuius originarij, primordiales q nei vocamur, & sumus, meritò sermonem diri deberemus, solum à temporibus Bea Patris Augustini, cuius regulam S. Gelasi Leone I. ad Lateranensem Basilicam reuexi rationem aggrediemur: non quidem eoru Sanctorum res gestas, & elogia exactè desc res, sed solum autores referendo, qui de ill sanctitate, canonicaque professione testan quare peragenda ne forsan Æsopi cornic agere videamur, necessario monendum duc nos S. Frigdiani congregationē cum Later confundere, cum constet S. Frigdiani can ab Ecclesia Lateranensi acceptos, eosdem Summos Pontifices Alexandrum II. Pasch Gelasium, Calistum, Honorium, & Inno Ad dictam Lateranensem Basilicam reuoc

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

De Basilica Lateranensis, ac cæterorum Lateranensis Cõgregationis Monasteriorum Canonicis in Sanctorum numerum relatis.

I. IOannes de Nigraualle Apostolicus Bibliothecarius in sæpè allegato epilogo suarum Chronicarum 13. c. 18. de numero Sãctorum canonici ordinis verba faciens, hæc inter alia scribit: *Sanctorum denique numerositate Religiones omnes excellit prænominata Religio; quia vt ex diuersis Catalogis Sanctorum, ac Martyrologijs, & antiquis historijs colligere potuimus, immensus propemodum Sanctorum tam Martyrum, quam Confessorum ex ipso ordine numerus reperitur. & quantum pro certo numero summari possunt, vt refert Anastasius Cardinalis, & S.R.E. Bibliothecarius in Catalogo, quem edidit ad Carolum II. Gallorum Imperatorem, reperiuntur circa sexdecim millia, centum, & vltra &c.* Esset autem labor nimius, & immensus, nec omnino ad istum locum pertinens, velle in hoc libro illorum Catalogum ex integro describere; quare quod præsentis instituti ratio postulat, nunc tantum de canonicis Lateranensis Basilicæ, vel aliorum Lateranensis congregationis, & instituti collegiorum in Sanctorum catalogum relatis, verba faciemus: de cæteris in proprio libro de Viris Illustribus canonici ordinis, si Deus concesserit, commodius, & abundantius locuturi. In quorum Lateranensium Catalogo texendo, licèt ab eiusdem Lateranensis Basilicæ primordijs, cuius originarij, primordialesque clerici vocamur, & sumus, meritò sermonem exordiri deberemus, solum à temporibus Beatissimi Patris Augustini, cuius regulam S. Gelasius sub Leone I. ad Lateranẽsem Basilicam reuexit, narrationem aggrediemur: non quidem eorundem Sanctorum res gestas, & elogia exactè describentes, sed solum autores referendo, qui de illorum sanctitate, canonicaque professione testantur. In qua re peragenda ne forsan Æsopi corniculam agere videamur, necessario monẽdum ducimus, nos S. Frigdiani congregationẽ cum Lateranensi confundere, cum constet S. Frigdiani canonicos ab Ecclesia Lateranensi aeceptos, eosdemq; per Summos Pontifices Alexandrum II. Paschalem, Gelasium, Calistum, Honorium, & Innocentiũ II. ad dictam Lateranensem Basilicam reuocatos, vt ex illorum epistolis supra cap. 41. & ex alijs documentis superius adductis liquet.

II. CAnonici Lateranenses in Sanctorum Catalogum à temporibus B. Augustini, & deinceps relati inter alias sunt, S. Patritius Martini Turonensis ex filia sororis nepos, Scotorum, siue Hybernensium Episcopus, & Apostolus circa annum 430. per Cœlestinum I. Romanum Pontificem designatus, cuius festum 17. Martij celebratur, qui B. Augustini regulam, & canonicorum regularium ordinem in Scotiam inuexit, & latissimè propagauit. vide lib. 2. c. 24. & 35. per totum, vbi de hoc diffusè tractaui, & officia canonicorum regularium Lateranensium per Pium V. probata.

Sanctus Leo I. ex Lateranensis Ecclesiæ canonico, & Archidiacono Romanus Pontifex renunciatus. qui canonicam institutionem secundum B. Augustini regulam à Gelasio ex Africa Romam aduectam, in Basilica Lateranensi reformauit. Baronius tomo 5. Annalium sub anno 430. num. 90. vbi illius in Lateranensi Ecclesia Archidiaconatus meminit, ex Cassiano in principio l. b. contra Nestorium. idem Onuphrius in Chronico. nec refert quod dicat illum Archidiaconum Ecclesiæ Romanæ, non autem Lateranensis, idem enim omnino sunt, vt supra c. 1. est notatum. Ioannes de Nigraualle in epilogo sæpè citato. Ciaconius in Honorio Primo in principio. Officia canonicorum regularium Lateranensium in festo S. Gelasij I.

Sanctus Gelasius Valerij Episcopi filius (nescio an naturalis, an per regenerationem, prout de S. Petronilla Petri Apostoli filia scribitur) & B. Augustini discipulus, qui in persecutione Wãdalica ex Africa profugus cum cæteris Augustini discipulis, eius regulam Romam attulit, & sub Leone I. iuxta illam canonicum institutum in Lateranensi Basilica reformauit. tex. in c. Osius 76. d. officia canonicorum regularium Lateranẽsium per Sedem Apostolicã probata. Onuphrius in Chronico, & in additionibus ad Platinam in vita Gelasij I. in li. de Septẽ Vrbis Ecclesijs in Lateranensi, & in lib. 2. de Ecclesia Lateranensi c. 3. Ioannes de Nigraualle loco citato. Volaterranus lib. 21. in Augustino in principio Ciaconius in Honorio I.

Sanctus Prosper Aquitanus presbyter, patria Lemouicensis Augustinianæ doctrinæ defensor acerrimus, prout illius scripta contra Collatorẽ, & contra Massilienses, & ad Capitula Gallorum, & ad obiectiones Vincentianas, & illius epistola ad Augustinum, quæ præmittitur libro de Prædestinatione Sanctorum, & demum illius peregrinatio ad Sedem Apostolicam sub Cœlestino I. Pontifice pro eadem Augustini doctrina tuenda suscepta, de qua in epistola prima eiusdem Cœlestini, testantur: necnon Augustinianæ regulæ, ac instituti clericorum regulariter, & communi-

ter vi-

ter viuentium æmulator feruidissimus, quod ex illius libris de vita contemplatiua potissimum intueri licet. Cum iam factus presbyter pro Christi amore omnia sua pauperibus erogasset. Romam iterum peregrinus sub Leone I. reuersus, primò quidem benignissimè à Pontifice susceptus inter Lateranensis Ecclesiæ clericos est constitutus, cuius opera idem Pontifex in conscribendis epistolis potissimum est vsus: deinde Regiensis Episcopus ab eodem Leone ordinatus. Gennadius de viris illustrib. Marcellinus in Chronico. Ioannes de Nigraualle. Petrus de Natalibus. Baronius in Martyrologio sub die 25. Iunij, vbi alios refert. Onuphrius lib. 3. de Ecclesia Lateranensi cap. 15. vbi illum inter S. R. E. Bibliothecarios recēset. ex Marcellino in Chronico. tabulæ Ecclesiæ Regiensis in Flaminia, & officia cononicorum regularium Lateranensiū probata. Hunc verò Regij in Aquitania Episcopum extitisse nonnulli contendunt, tum quod natione Gallus extiterit, tum quod Concilijs duobus Gallicanis Vasionensi, & Carpentoratensi subscripserit: alijs Ecclesiæ Regiensi in Flaminia illum pro posse vendicantibus. Mihi homini Italo partes Italicorum tueri libet, fauentibus nostræ sententiæ non solū Regiensis Ecclesiæ in Flaminia, & nostræ Lateranēsis familiæ tabularijs, verùm etiam Petro de Natalibus, & Baronio, & cæteris, qui dicunt, illum S. Leonis I. notarium, & Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarium extitisse, & à S. Leone Regiensem Episcopum ordinatum, id enim si verum est, planè conuincitur Prosperum, qui dictis Concilijs sub initio Pontificatus Leonis I. celebratis subscripsit, alterum ab hoc fuisse, scilicet Episcopum Aurelianensem, inter Sanctos similiter relatum, cuius festum Iulij die 29. agitur: quod etiam Baronius aduertit in notis ad Martyrologium die 25. Iunij, & 29. Iulij, quem vide.

S. Frigdianus Lucēsis Episcopus, patria Hybernus, siue Scotus, Regis Vltoniæ filius, qui Romā veniens sub Pelagio I. & in Lateranensi Basilica per aliquot annos commoratus, postmodum in patriam reuersus, ibique monasterio canonicorum ædificato, iterum in Italiam reuersus, & in ciuitate Lucensi commoratus defuncto Episcopo à Lucensibus postulatus, & à Pontifice cōsecratus canonicam institutionem ex Lateranensi Basilica acceptam in Ecclesia Lucensium plantauit, quæ hactenus ibidem in duobus monasterijs S. Frigdiani, & S. Mariæ Frigdionariæ Deo fauente viget. ex tabulis Ecclesiæ Lucensis, & officijs Canonicorum Regularium Lateranensium probatis. Huius viri sanctitatem testatur D. Gregorius in Dialogis lib. 3. cap. nono.

Sanctus Sergius Pontifex huius nominis I. & inter Sanctos à Damaso in Pontificali, à Baronio in Martyrologio sub die 9. Septembris relatus, natione Syrus, sed Panormi in Sicilia Patre Tyberio natus, qui Romā veniens ab Adeodato Pōtifice inter clericos Ecclesiæ Laterā nensis numeratus, per gradus ascendens vsque ad Sacerdotiū presbyter S. Susannæ fuit ordinatus. hic mortuo Conone Pontifice, schismateque inter Paschalē Archidiaconum, & Theodorum Archipresbyterum exorto, Deo disponente Pontifex est renunciatns. de quo Cardinalis Baronius in Annal. to. 8. sub anno 687. ex Anastasio, & Petrus de Natalibus in Catalogo lib. 8. cap. 58. & idem Anastasius, qui dicunt Lateranensem Basilicam ab illo fuisse reparatam, Ioannes de Nigraualle in Epilogo Chronicarum loco citato, & Ciaconius in Sergio I.

Sanctus Leo IV. in Martyrologio Romano die 17. Iulij notatus, qui teste Anastasio adhuc puer à parentibus discedens ob studia literarum in monasterium S. Martini. quod erat apud S. Petrum, concessit, vbi non solum literas didicit, verùm etiam in sanctæ conuersationis studio sic profecit, vt non quasi puer, sed velut monachus, isque perfectus videretur, & esset inter monachos, quasi vnus ex illis. Cuius fama, & sanctitatis opinione Gregorius Pontifex commotus, ad sanctæ matris Ecclesiæ (scilicet Lateranensis, quę omnium est mater) gremium perduxit, & in suo seruitio familiarem habuit, & Subdiaconum ob laudabilis vitæ famam effecit. qui quamuis locū mutaret, & ordinem, semper tamen regulariter vixit. ex eodem Anastasio. vnde habes, quò illos corrigas, qui eum inter D. Benedicti monachos recensēt, contrariū expresè docente Anastasio illius contemporaneo, ac dicente inter alia: *Hic primùm à parentibus ob studia literarum in monasterium B. Martini Confessoris Christi, quod foris muros huius Ciuitatis Romanæ iuxta Ecclesiam B. Petri apostoli situm est, quoniam sacras literas plenius disceret, oportè concessit, vbi non solum literas didicit, verùm etiam in studio sanctæ conuersationis, non quasi puer, vt tunc erat, sed velut perfectus monachus manſit. omnes etiam piæ conuersationis exemplo aly sub eodem monasterio degentes ritu, omnipotenti Domino plus deuotè seruiebant, eratque cum illis, quasi vnus ex illis.* Hæc ille, ex quibus vides, Leonem inter monachos à puero quidem vixisse, non tamen animo monachandi, sed studio literarum incumbendi: licēt etiam in institutis regularibus adeò profecerit, vt esset inter monachos quasi vnus ex illis. nam quod inquit: *Eratque cum illis, quasi vnus ex illis.* planè indicat, illum non verè monachum fuisse, Ciaconius etiam in Leone IV. vbi tamen corrigendum. quod per errorem scribit, illum monachum etiam fuisse in monasterio SS. Martini, & Syluestri in Montibus, contrarium scribente Anastasio, illum vixisse inter monachos S. Martini non in Montibus, sed propè S. Petrum, cui magis credendum.

Sanctus Emirtius Episcopus Aurelianensis, de quo Ioannes Philippus Notarien sis qui Gal-

lus

lias peragratus multa Ecclesiarum Gallicarum tabularia vidit, hæc lib. 4. suæ Chronicæ cap. 14. Scribit: *Emirtius sanctissimus Aurelianensium Episcopus, & canonicus regularis dignissimus, filius fuit cuiusdam nobilissimi viri Romani, qui in pueritia in timore Domini educatus, cum ad adolescentiam peruenisset, liberalibus disciplinis operam dedit, quibus solerter insistens, breui, quod concupierat, assecutus est. Cum autem ad inuenilem peruenisset ætatem, S. Spiritus vnctione præuentus, seculo mundana reliquens, parentibusque vale faciens in Lateranensi monasterio canonicus regularis efficitur, vbi tanta humilitate, & virtute emicuit, ieiunijs, contemplationibus, & abstinentijs insistens, quod mirum omnibus videatur. Contigit illa diebus in Gallijs Episcopum Ciuitatis Aurelianæ esse. quare ciues amisso pastore inconsolabiliter lachrymas fundebant, peracto exequiarum officio, vna conuenerunt, & Legatos solemnes Romam mittunt ad Pontificem, rogantes, quatenus sibi Pastorem optimum delegere dignaretur. Venientes autem Legati Romam, ad Pontificu pedes prostrati, dari sibi Episcopum instanter postulabant, quos Pontifex benignè suscipiens, tussit bono animo esse, & exacto triduo ad se redire. Interim conuocato Clero iubet orationibus insistere omnes, vt Dominus Ciuitati Aurelianensi de Pastore sancto prouidere dignaretur. elapso triduo iussit Pontifex Legatos ad Ecclesiam Lateranensem accedere, & super quem viderent Columbam de Cœlo descendentem, ipsum ad se adducerent. at illi velocius iussa complentes ad Ecclesiam Lateranensem accedunt, atque ibidem Missarum solemnijs insistentes, viderunt super Emirtium Subdiaconum Columbam descendentem, cum de more epistolam decantaret. Quod illi videntes latitia replebantur, & Missarum solemnijs expletis ipsum Emirtium de voluntate Patris monasterij Pontifici præsentauerũt, qui gratias Deo agens, ipsum Episcopum consecrauit: & lætati cum Emirtio Episcopo in Galliæ reuersi sunt, vbi per multos annos B. Emirtius sanctissimè vixit. tandem bona senectute obdormiuit in Domino 7. Idus Septembr.* Eadem ferè Petrus de Natalibus in Catalogo lib. 8 cap. 49.

Sanctus Guarinus, patria Bononiensis ex nobili familia de Fuscarijs, Lucij II. Pontificis consanguineus, & clericus Ecclesiæ Bononiensis, tunc quidem regularis, sed satis relaxatæ; qui arctioris vitæ desiderio ad Mortariensem canonicam regularis disciplinæ laude celebrem contendens, ibi tantum profecit, vt à Papiensibus Episcopo destitutis magno desiderio non solum postularetur, sed quod fugam illum meditatum intellexissent, in custodia detineretur. quorum de manibus elapsus per fenestram, tamdiu latuit, donec alius in Episcopum fuisset consecratus. Postea verò ad S. Frigdiani Ecclesiam pergens, cum inter monasterij illius canonicos aliquot annis sanctissimè vixisset, à Lucio II. Romam accitus, S.R.E. Cardinalis, & Episcopus Prænestinus inuitus & renitens fuit ordinatus. Baronius in Martyrologio sub die 6. Februarij. Surius tomo 1. sub eodem die, & Augustinus Ticinensis ab illis citatus, Ioannes Philippus Nouariensis in Chronica lib. 4. cap. 11. officia canonicorum regularium Lateranensium probata. Ciaconius in Lucio II. Onuphrius in vitis Pontificum in Lucio II. vbi sic ad literam: *Dominus Guarinus Fuscararius Bononiensis, ex clerico Ecclesiæ Bononiensis canonicus regularis monasterij S. Crucis de Mortario, congregationis sancti Frigdiani Lucensis, Episcopus Cardinalis Prænestinus.* Quibus refragantur Ioannes Baptista Signius lib. 2. de canonicis cap. 8. pag. 237 & Iosephus Mozzagrugnus lib 4. fol. 4. pag. 1. & lib. 8. fol. 54. pag. 2. vbi etiam contra Ioannẽ Philippum Nouariensem grauiter inuehitur. sed neutri credibiles cum præter Sigonij testimonium, in gratiam illorum ex turbidis Annalium Saluatoriensium fontibus haurientis, nihil habeant, quod pro illorum sententia proferre possint, è contra plura obsistant, primum, Papiensiũ electio, siue postulatio, quam illi Autores admittunt, quam de canonico Bononiensi; & in ciuitate Bononiensi degente, & tot millibus passuum distante factam, vix credibile fuerit: multo autem minus, illum fugam meditantem à Papiensibus custoditum. nam quomodo illũ custodiuissent, qui centum viginti millibus passuum ab illis distitisset? secundum, eiusdem sancti viri grauis ætas, quo tempore per Lucium II. ann. 1144. Cardinalis, & Episcopus Prænestinus fuit ordinatus, cum illi dicant, sanctum virum antea in monasterio Rhenano propè Bononiam annos 40. vitam regularem egisse, quod nullatenus verum esse potest: nam monasterij Rhenani primus Prior, Guido nomine, in viuis agebat anno 1173. eodem Iosepho Mozzagrugno testante lib. 4. fol. 12. pag 1. illũ enim Guidonẽ, cuius ibi meminit. primũ Priorem monasterij Rhenani dixerat fol. 9. pag 2. istis conceptis verbis: *Hic autem omnibus in literis Guido Prior appellatur, nempe primus in ordine, & canonica Rhenana, cuius memoriam, & cognitionem habemus ex literarum monumentis.* Deo autem gratias, qui dixit de tenebris lumen splendescere: nam si verum est, vt verissimum, hunc Guidonem primum monasterij Rhenani Priorem fuisse, maximè cum ante priuilegiũ Innocentij II. & Gualterij Rauennatensis Episcopi anno 1116. nullum antiquius proferant; corruũt statim omnia, quæ de canonica in dicto monasterio Rhenano professione Honorij II. Innocentij II. Lucij II. Pontificum, & B. Guarini Cardinalis, & aliorum ex memoratis Annalibus Saluatoriensibus toties repetuntur, & etiam cum iurgijs, & conuitijs à nonnullis inculcantur.

Sanctus Aldobrandus natione Flaminius, patria Cesennas, ex canonico monasterij Portuensis primo Præpositus Ecclesiæ Ariminensis postea Episcopus Forosempronensis, vbi præsentis vitæ curriculo sanctissimè absoluto inter Sanctos habetur. Hieronymus Rubeus in Historia Ra-

uennatensi lib.5. sub anno 1119. tabulæ Ecclesiæ Ariminensis, & Forosempronien sis, quarum exemplum à Cancellaria Episcopali Forosempronien si ad me transmissum de canonica S. Aldobrandi professione in cœnobio Portuensi testatur.

S. Vbaldus Episcopus Eugubinus, primum cathedralis Ecclesiæ Eugubinæ SS. Mariani, & Iacobi, postea Portuensis cœnobij canonicus, vnde regularis vitæ instituta cum illius constitutionibus accepit, quæ ad eandem cathedralem aduexit, & quibus canonicam disciplinam penè collapsam in illa restituit. factus postea ciuitatis Episc. ab Hon. II. cum illam Ecclesiam aliquot annis sanctissimè rexisset, ad cœlestem patriam migrauit, in album Sanctorum à Cœlest. III. ann. 1192. relatus, à die verò obitus illius anno 34. Breuiarium Romanum, Tabulæ Ecclesiæ Eugubinæ, Officia canonicorum Lateranensium probata, Beatus Thebaldus primus illius in Episcopali Sede successor, Iordanus Prior canonicæ Castellanæ, Augustinus Ticinensis, & alij recentiores.

Sanctus Ansoinus Camerini Episcopus, temporibus Ludouici Imperatoris (puto fuisse Ludouicum IV. vt ex Ecclesiæ Camerinensis tabularijs, & totius Ciuitatis consensione habetur, à sua iuuentute in ordine clericorum regularium, & in studijs sacrarum literarum educatus, tantum profecit, vt ad sacerdotalis dignitatis gratiam euectus, defuncto Episcopo Camerini omnium ciuium studijs, ac votis in Episcopum postularetur. cuius rei gratia Imperatorem, qui iam Episcopos more secularium militare cogebat, quique ipse Ansoinus charissimus, & loco patris habebatur, vt illum Episcopum fieri permitteret, supplices adierunt, & postulata obtinuerunt. qui à Pontifice consecratus viuus, & mortuus miraculis clarus habetur. Eius festum colitur die 13. Martij, vt etiam Baronius in Martyrologio eodem die notauit. In vetustis nummis, qui sub Camerini Dominijs cudebantur, ex vna parte imago ipsius S. Ansoini cernebatur, cũ inscriptione, quæ illum regularem canonicum Lateranensem ostendebat, quod nunc etiam Camerini ciues ex maiorum traditione passim, & vnanimiter fatentur. Habeo ipse numisma cum ciusmodi inscriptione à Reu. admod. P. D. Claudio S. Caterui Tolentini Præposito transmissum, quod pro teste seruatur.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

De quibusdam alijs viris Beatis, nondum tamen in Sanctorum Catalogum relatis.

ALij multi fuerunt in eadem congregatione sanctitatis fama celebres, licèt in albũ Sanctorum ab Ecclesia nondum relati, ex quibus, vt de multis paucos recenseamus, fuerunt: 1.

B. Petrus Rauennas ex nobili familia de Honestis, Portuensis Ecclesiæ, monasterijque restitutor, & eiusdem monasterij Prior, qui Constitutiones pro canonicis Portuensibus scripsit, quas Paschalis II. suo diplomate probauit, & à canonicis Portuensibus seruari præcepit, quem cum B. Petro Damiani S.R.E. Cardinali, & Episcopo Ostiensi nonnulli perperam confundunt. de quo quia lib. 2. c. 47. prolixè satis disseruimus, lector locum illum videat. Obijt anno 1119. in Portuensi cœnobio, cum Epitaphio tumulatus.

B. Iacobus de Glusianis monasterij S. Georgij de Brinate Præpositus, vir venerabilis, & miræ sanctitatis, & liberalitatis erga Christi pauperes, cuius sanctitatem Deus ingenti miraculo manifestare voluit, quod lib. 2. c. 49. fuit narratum. vixit circa annum 1340. vide ibidem.

Beatus Bartholomæus de Columna Romanus, genere quidem clarissimus, sed vitæ sanctitate longè clarior, quem nostra Lateranensis congregatio vt Patrem, & Frigdionariæ reformationis autorem iure, ac merito veneratur, quia non solum illius sanctissimis adhortationibus venerabiles S. Petri in Cœlo aureo, & S. Mariæ Frigdionariæ canonici, aliique pij, & deuoti eiusdem reformationis autores tãtam prouinciam subierunt, verum etiam ipsius reformationis sarcinam ipse inter primos suscepit. de quo, qua supra hoc eodem libro cap. 8. multa tradidimus, inutilis repetitionis vitandæ gratia locum indicasse sufficiat. Hunc nonnulli secularem presbyterum vocant, quod etiam epitaphium eius tumulo suprapositum statim referendum innuere videtur. Cæterùm ita se habet rei veritas, illum antea secularem quidem clericum presbyterum, & Coronensem canonicum fuisse: nam in stemmate clarissimæ Columnensium familiæ, sic scriptum reperitur. Verùm ab initio reformationis Frigdionariæ anno 1402. eius loci canonicis regularibus sese adiunxisse, illorumque habitu sumpto monasterij Priorem electum, & Prioratus munere functum, quem etiã pluribus

Genera-

Generalibus Comitijs nostrę congregatio
cerfatisse ab anno 1418. vsque ad annum
ac in illis more cæterorum canonicorum v
decessis, pluriesque Diffinitorem electum,
annorum acta capitularia tunc descripta cu
testificant, quæ monstrabimus. Obijt apu
tuam in D. Benedicti cœnobio, anno D
1430. cuius reliquiæ in magna veneratione
tur. condiderant illud Venerabiles Monac
mitio apud turrim campanariam in pec uli
pulchro: verùm Ecclesia renouata, corpo
S. Simeonis in nouo sepulchro marmoreo
egregione sacelli gloriosæ Virginis Dei Ge
cis sacri reposito, etiam huius beati viri rel
cum alijs Sanctarum Vicetæ, Aquilinæ, &
corpi Vbaldi viri sanctissimi ad illud transla
eodem sepulchro reconditæ fuerunt. Porro
taphium B. Bartholomæi sepulchro impos
hoc est, videlicet:

Hæc Columnense Romanum Bartholom
Marmoreo hac tumuli continet arca Patre
Qui sacra quondam Benedicti venit ad edi
Et pius, & verus patu amator erat.
Presbyter hic latuit signis, dum vita manebo
Claruit, & senio denique Sanctus obit.
Mille quadringentis Dominis currentibus an
atque tribus decies regna beata subit.

Beatus Leo de Carate Mediolanensis S.
in Cœloaureo Papiæ Prior, & iuris canonic
stor, vnus de primis autoribus nostræ refo
tionis, vir fuit admirabilis sanctitatis, fibi
dus, & austerus, alijs mitis, & compatiens, &
rema cuncta despiciens. hic crassis, & vilib.
mentis semper vtebatur, & in exercitijs can
æ disciplinæ laboriosus, & indefessus. super
na verò misericors, & pauperum amator. hi
matex nostra congregatione monasterij Tr
mali Prior fuit, vbi per multos annos in ma
paupertate, & vitæ asperitate mansit, de ijs,
a vicini continentis incolis offerebantur, na
li alijs ad insulam applicantibus largiter suc
rencuius charitatem Deus gratam habuisse
raculo testari voluit, quod supra hoc eodem
cap. 13. narrauimus. qui tandem post multo
bores in congregatione defunctos, circa ann
humanæ salutis 1438. ad Dominum migra
Prior S. Crucis Cesennæ, vt ex actis cap. 1437
patet.

2. BEatus Martinus Bergomensis, vnus de
mis nostræ reformationis Frigdionari
fatoribus fuit, qui nostram congregatio
anno 1410. est ingressus, vir simplex, & rectu
Deum timens, humilitatis, & paupertatis ar
tissimus amator: nam cum multis vicibus G
ralem monasteriorum nostræ congregation
sitationem ex officio per Generalia Capitula
missio peragere t, semper pedester ibat. de
gitur Historiæ Ecclesiæ Bergomensis par. 2.
87. sic scribit: *Multa operatus est in hac vinea Be*

Generalibus Comitijs nostrę congregationis interfuisse ab anno 1418. vsque ad annum 1430. ac in illis more cæterorum canonicorum votum dedisse, pluriesque Diffinitorem electum, illorũ annorum acta capitularia tunc descripta euidenter indicant, quæ monstrabimus. Obijt apud Mãtuam in D. Benedicti cœnobio, anno Domini 1430. cuius reliquiæ in magna veneratione habẽtur. conciderant illud Venerabiles Monachi ab initio apud turrim campanariam in peculiari sepulchro: verùm Ecclesia renouata, corpusque S. Simeonis in nouo sepulchro marmoreo albo, è regione sacelli gloriosæ Virginis Dei Genitricis sacri repositò, etiam huius beati viri reliquiæ cum alijs Sanctarum Vicetæ, Aquilinæ, & Episcopi Vbaldi viri sanctissimi ad illud translatæ, in eodem sepulchro reconditæ fuerunt. Porro Epitaphium B. Bartholomæi sepulchro impositum hoc est, videlicet:

Stirpe Columnense Romanum Bartholomæum
Marmoris hæc nimei continet arca Patrem.
Qui sacra quondam Benedicti venit ad ædes,
Et pius, & vero pacis amator erat.
Presbyter hic latus signis, dum vita manebat,
Clarus, & finis denique Sanctus obit.
Mille quadringentis Domini currentibus annis,
atque tribus decies regna beata subit.

Beatus Leo de Carate Mediolanensis S. Petri in Cœloaureo Papiæ Prior, & iuris canonici Doctor, vnus de primis autoribus nostræ reformationis, vir fuit admirabilis sanctitatis, sibi rigidus, & austerus, alijs mitis, & compatiens, & terrena cuncta despiciens. hic crassis, & vilib. indumentis semper vtebatur, & in exercitijs canonicæ disciplinæ laboriosus, & indefessus. super omnia verò misericors, & pauperum amator. hic primus ex nostra congregatione monasterij Tremitani Prior fuit, vbi per multos annos in magna paupertate, & vitæ asperitate mansit, de ijs, quæ à vicini continentis incolis offerebantur, nautis, & alijs ad insulam applicantibus largiter succurrens: cuius charitatem Deus gratam habuisse miraculo testari voluit, quod supra hoc eodem lib. cap. 13. narrauimus. qui tandem post multos labores in congregatione defudatos, circà annum humanæ salutis 1438. ad Dominum migrauit, Prior S. Crucis Cesennæ, vt ex actis cap. 1437. apparet.

II. Beatus Martinus Bergomensis, vnus de primis nostræ reformationis Frigdonariæ sectatoribus fuit, qui nostram congregationem anno 1410. est ingressus, vir simplex, & rectus, & Deum timens, humilitatis, & paupertatis ardentissimus amator. nam cum multis vicibus Generalem monasteriorum nostræ congregationis visitationem ex officio per Generalia Capitula sibi cõmisso peragere t, semper pedester ibat. de quo autor Historiæ Ecclesiæ Bergomensis par. 2. cap. 87. sic scribit: *Multa operatus est in hac vinea Beatus Martinus canonicus regularis, ciuis Bergomensis, qui cũ esset vitæ sanctissimæ, electus fuit generalis Visitator anno præfato, qui quasi omnia monasteria canonicorum Obseruantiæ cum magna charitate visitauit: & sic in dicto anno ad patriã suam Bergomensem venit, & suos canonicos nouiter in præfatum monasterium ingressos visitauit, & eos in sancta regulari obseruantia animauit, & corroborauit, & multos in hac sua patria Bergomensi suis prædicationibus, & miraculis spiritu, & corpore sanauit. & tandem post multa, & præclara gesta ibi perpetrata, ab hac sua patria recedit, & ad Papiensem vrbem iuit, & in monasterium S. Epiphanij sui Ordinis se contulit, & ibi suam mansionem elegit, vbi vsque ad mortem in sanctis operibus permansit: nam multa mirabilia per illum Dominus operabatur: infirmos enim curabat, & Dæmones expellebat. Cum autem ad decrepitam peruenisset ætatẽ, saltus est curuus: quapropter oportebat baculo sustentari, cuius maior pars est in monasterio præfato sancti Spiritus Bergomi, qui baculus multeres in partu perutilantes adiuuat mirabiliter. tandem anno ætatis suæ nonagesimo tertio, & suæ professionis 68. quartodecimo Calend. Decembris in pace quieuit, anno salutis 1478. & in dicto monasterio S. Epiphanij sepultus est, clarus miraculo vsque in hodiernum diem.* Hæc ille. Similia scribit Ioannes Philippus noster in Chronica lib. 6. cap. 37. cuius vita scribitur etiam lib. 5. de Antiquitatibus, & Gestis Diuorum Bergomensium c. 7. de quo Petrus Apollonius Colatinus presbyter, & Poëta Nouariensis sic ait.

Ossa Papia tenet, fulgent miracula passim
Martinus supera spiritus arce nitet.

Huius sancti viri corpus post centum annos integrum fuit repertum, anno 1579. quod postea anno 1614. in decentiorem locum fuit translatũ, vt supra c. 26. dictum fuit.

Venerabilis Pater Dominus Fulgentius Cremonensis, & ipse inter beatos viros meritò est numerandus, prout illum inter beatos scriptum inuenio in Catalogo Episcoporum Cremonensium, istis verbis: *Beatus Fulgentius Cremonensis Ordinis canonicorum regularium clarus habetur.* De isto Venerabili Sacerdote Ioãnes Philippus in Chronica lib. 6. cap. 38. sequentia scribit: *Beatus Fulgentius Cremonensis & ipse de antiquis Patribus in ordine nostro clarus exstitit: nam Spiritu Sancto totus erat ignitus, & cum literarum modicam haberet intelligentiam, tamen per Ciuitates, & Castella Verbum Dei disseminabat, quidquid ille suggerebat Spiritus Sanctus hoc populo proponens. fiebat autem ad eum concursus populorum, qui hominis sanctitatem intuebantur, & præter mirabilia, quæ circa illum Dominus operabatur: nam ex instinctu Spiritus Sancti cum esset Venetijs, intrauit in carcerem ad quendam, qui ad mortem adiudicatus erat, quem reperiens impœnitentem, & desperatum, mutato habitu illum liberum abire fecit, & se occidendum exposuit. Cum autem in Ciuitate Ferrariensi magna pestis esset, hic homo Dei zelo charitatis ductus cadauera sepulturæ mandabat. multa alia laude*

digna egit hic vir venerabilis, quæ breuitatis causa omittimus. Obijt tandem in domino in bona senectute, plenus bonis operibus. Hæc ille. Quo autem tempore obierit, etsi certò inuenire non potuerim, cõstat tamen supra annum 1470. licet senio confectum, aliquantum vixisse.

III. BEatus Theodorus Placentinus in ordine nostro sanctissimè conuersatus est. erat enim homo austerus, & sibi rigidus, seruans, quæ in ordine seruanda sunt etiam ad vnguem promptus ad vigilias, & ad quæque ardua pro Christo toleranda, operibus Charitatis, quæ in ordine fiunt intentissimus, meditationibus, & contemplationibus deditus, circa Domini passionem quotidie maxima lachrymarum effusione versabatur, parcus in cibo, vilibus vestitus, & inter canonicos existimabat se infimum, & viliorem. quanta etiã humilitate præditus fuerit hic sanctus vir dicere non sufficimus. Obijt Placentiæ clarus miraculis. Ioan. Philippus lib. 6. cap. 39.

Beatus Franciſchinus de Casali Diaconus, licet fuerit statura pusillus, vita tamen, & sanctimonia excelsus, & magnus extitit. hic ex humilitate Diaconij gradum nunquam voluit transcẽdere. quam laudabiliter, & sanctissimè in Religione vsq; ad senectam vixerit, palam omnibus est. In monasterio Mortariensi vbi vitam egit, semper officio portæ vsus est. admirabantur cuncti eò accedentes, videntes prima facie homunculũ veneranda canitie, aspectu Angelico, sermone discretum, conuersatione humillimum, speculũ non solum illius monasterij erat, sed etiam totius Religionis. & quamuis per humilitatem ipse se occultaret, de eo fama circumquaque ferebatur. multos infirmos varijs languoribus detentos sua oratione sanauit: multis in calamitatibus positis, & penè desperatis futuram prosperitatem prædixit, nam prophetiæ spiritu plenus erat. omnes in eo relucebant virtutes, misericors, pius, & clemens; vnde pater pauperum appellatus est. multoties in oratione positus rapiebatur in extasim mentis, vnde fertur quod quodam tempore, in nocte Domini Nostri Iesv Christi Natiuitatis puerulum Iesum sibi à matre Maria oblatum dulciter amplexatus est. magna de homine isto certè dicenda forent, sed non sufficimus. obijt in ipso monasterio clarus miraculis vsque hodie. Inter miracula verò, quæ omnipotens ad huius sancti viri preces operari dignatus fuit non reticendum, quod idem autor lib. 7. cap. 13. istis verbis sic narrat: *Narrauit mihi Venerabilis Pater D. Augustinus Mediolanensis de Fagnano, dum ipse esset Vicarius in monasterio S. Crucis sub Patre Andrea de Bilÿs de Mediolano Præposito, accidisse miraculũ, quod narro. Venerandus ille Pater Franciſchinus canonicus regularis eiusdem monasterij, & Diaconus, qui dicebatur pater pauperum, petijt à Domino Præposito sibi dari pro pauperibus illud parum vini, quod de mane remanet in vase, de quo conuentus totus bibit. Libenter viro Dei annuit pater. ille autem beatissimus per sex menses continues de illo vino pauperibus abundanter tribuit, mirantibus cunctis, & stupentibus: nam tale miraculi legimus de oleo sub Elisæo factitatum.* Hæc ille. Dolendum autem, nescisi à nostris, vbi tanti viri corpus fuerit tumulatum, propter vastationes frequentes oppidi Mortariensis, nam Ecclesia Mortariensis semel, iterum, ac tertiò fuit à nostris rædificata, primò in oppido, secundò extra oppidum in loco, vbi erat vetus cœnobium, ac tandẽ tertiò intra oppidum, prioribus ædificijs solo penitus æquatis.

IV. BEatus Blasius patria Vicentinus, in seculo pauperculus sutor veterum calceorum, sed in congregatione donis cœlestibus affluenter ditatus, erat enim apud semetipsum vilis, & abiectus, spiritu feruentissimus, in oratione assiduus, & ad lachrymas promptus, quas in concionibus ad populos largissimè fundebat, in diuinis literis optimè versatus, memoria tenaci dotatus adeo, vt totum librum Decretorum memoria teneret, & in promptu haberet. hic per totam Italiã prædicando discurrens, seculi vanitates, & huius vitæ fragilis illecebras exaggerans, Inferni pœnas intolerabiles, & Paradisi gaudia populis proponẽs, omnes ad lachrymas, & lamenta trahebat, & fructum multum ferebat, ab omnibus in magna veneratione, & precio habitus. qui demum anno 1499. Nouariæ in monasterio S. Mariæ Gratiarũ extrema ægritudine laborans, cum diem, & horam sui exitus prædixisset, in festo S. Laurentij martyris ad Dominum migrauit, ibidem sepultus, miraculis clarus. cuius sepulchro Petrus Apollonius Colatinus presbyter, & Poeta Nouariensis sequens Epitaphium imposuit:

Diuino sermone potens, vitaq; probatus,
Vltima post frugu semina iacta sata
Blasius, huic populo lassos quoque crebrò arua,
Parte sui cœlum nobilitare potens.
Hæredem decuit fore te Vicentia Patrũ,
Quem tuleras, sed non fata dedere tibi.

De istius viri sanctitate Carolus à Basilica Petri Nouariæ Episcopus in descriptione Nouariensis Ecclesiæ lib. 1. pag. 30. sic testatur: *Ex Cœnobio item canonicorum regularium S. Mariæ ad Gratias dicto, amplo, & nobili, commemorandus est Blasius, qui cum varijs locis, & in hac præsertim vrbe sanctitate vitæ, & sacrarum Concionum diuina quadam efficacia floruisset, in eius tandem Cœnobij Ecclesia sepultus, beatitudinuq; honore omnium voce cultus fuit: quanquã nescio, quo errore euenit, vt nunc certus sepulchri locus monstrari non possit. Vbi tamen eius corpus collocatum erat, hi versus leguntur. Diuino sermone potens &c.* Hæc ille. de eodem Ioannes Philippus in Chronica lib. 6. c. 16. qui se illius funeri piam operam dedisse fatetur.

Beatus Andreas Nouariensis dicti Blasij Sinchronos, de quo idem Ioannes Philippus, qui illũ vidit, lib. 6. cap. 42. ita scribit: *Andreas Nouarien-*

sis

rienſis de Calitro domus Oſſuæ vir propè diuitus, tot insignique bonitatis inſignis. cum eſſet presbyter parochianus, Eccleſiam ſuam cuidam presbytero Riccardo viro sanctiſſimo (quem ego noui) reliquit, & canonicum ordinem ingreſſus eſt, vbi per 40. annorum ſpatium indefeſſe ieiunijs, vigilijs, & orationibus intentus, corpus ſuum caſtigans, carnem ſpiritui ſeruire coegit. in tantum beatiſſimus hic vir pauperiatem amauit, vt nunquam tunicam nouam habuerit, niſi prius alia ſciſſa eſſet, & vna ſola contentus erat, veſtes de raſſa, & pelliceas ſemper abhorruit. omnes Religionis obſeruantias, & diſciplinas, quas ſenes cæteri omittere ſolent, ille beatiſſimus tam auidè amplexabatur, vt cæteros iuuenes, etiam fortes, anteiret. Si quando oportebat eum aliquo ire, pedeſtre ibat ſemper: & quia propter eius ſanctitatem à ſeculariſbus viris, & mulieribus ei multa dabantur, ſi conuiuia, omnia fratribus in refectorio communia eſſe volebat: Sin verò alterius generis, ad Eccleſiæ ornatum dispensabat. tandem plenus bonis operibus quieuit in pace, in monaſterio noſtro Nouarienſi Diuæ Mariæ Gratiarum 1500. de menſe Septembri, de quo infra dicemus. & infra lib. 7 cap. 2. In monaſterio S. Mariæ de Gratijs extra muros Nouariæ canonicorum regularium fuit quidam canonicus valdè ſanctus, & auſtera vitæ illius dicebatur, oriundus de pago, quod Domuſſula dicitur. Hic fuit in ſeculo presbyter, in prima ſua iuuentute diſcolus, & poſtea totus in Deum conuerſus: cumque ageret ætatis ſuæ 36. annum, relicto beneficio canonicus regularis eſſe effectus, & in Abbatia S. Andreæ de Vercellis habitum ſuſcepit. ibi per annos quatuor moram traxit. poſtea de maiorum ſuorum voluntate Papiam miſſus, in monaſterio S. Epiphanij eiuſdem ordinis, deinde Nouariam venit, & inibi per annos 26. cum ſanctitatis odore degens, in anno Domini 1500. dormitionem accepit in Domino. Erat in præfata Ciuitate quædam matrona nobilis vidua, prædicti patris filia ſpiritualis, quam vir ſuus moriens omnium bonorum ſuorum vſufructuariam reliquerat. parentes autem prædicto vſufructu eam priuare nitebantur, relicta ſibi ſola dote. ille autem miſera non inueniens viri de mortui teſtamentum, miſerabiliter ſuo dominio priuabatur. omni autem auxilio humano deſtituta cauſam ſuam Domino commendabat. Veniens autem ad Eccleſiam præfati monaſterij, & procidens ad ſepulchrum viri Dei, qui Andreas vocabatur, cœpit lachrymis rogitare ſuffragium, & ita ait: Mi Pater Andrea, quantum in vita te dilexerim, & nunc amem, quod te minimè lateat credo, quantam erga te deuotionem habui, noſti. & nunc quia credo, & indubitanter teneo, te cum Domino æterna frui in Cœli gloria, aſpice me miſeram, & de manibus inimicorum meorum hæreditate mea priuare me cupientium libera. & hiſ dictis abſceſſit. Nocte verò inſecuta ei dormienti Andreas canonicus regularis apparuit, & dixit: O Catharina filia mea, quid ploras? miſſus ſum ad te à Domino, vt conſolationem accipias. nam fides tua tibi ſubuenit, in ſcrinio tuo, & ipſius ſcrinij angulo in parua ſacculo teſtamentum viri tui inuenies. quæ euigilans obſtupuit, & teſtamentum reperit, quod Andreas reuelauerat, & ſic confuſis inimicis victoriam reportauit. Similia leguntur apud D. Patrem Auguſtinum lib. de Cura pro mortuis agenda cap. 11. vbi ità ſcribit: *Pro certo cum Mediolani eſſemus, audiuimus, quod cum debitum repeteretur à quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio neſciente à patre iam fuerat perſolutum, contriſtari homo grauiſſimè cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit, quod deberet, cum feciſſet etiam teſtamentum. tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in ſomnis, & vbi eſſet recautum, quo illa cautio euacuata fuerat, indicauit: quo inuento iuuenis, atque monſtrato, non ſolum falſi debiti calumniam propulſauit, ſed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando eſt perſoluta pecunia. Hic itaque putatur, animam hominis curam geſſiſſe profilio, & ad eum veniſſe dormientem, vt doceret, quod ignorabat, à magna eum moleſtia liberaret.* Hæc ibi Auguſtinus.

V. Alios plures referre merito poſſemus, quos opinione valde probabili ſanctitatis poſt ſe relicta commigraſſe, noſtræ congregationis conſtans eſt traditio, nõnullorum etiam teſtimonijs externorum comprobata. Eiuſmodi fuerunt Venerab P. D. Petrus Lucenſis ſenior, D. Seraphinus Firmanus, ambo Theologi, Prædicatoresq; celeberrimi, Spiritu ſancto pleni, & diuini amoris igne fuccenſi, ambo in vinea Dei laboratores indefeſſi, qui ſuis laboribus fructum multum patri familias retulerunt, quorum ſpiritus, qui, & quales fuerint, ex illorum opuſculis facile dignoſci poterit, modo palatum ad ſapores ſpirituales diſcernendos idoneum quis habeat: ambo tandem Bononiæ in Canonica S. Ioannis in monte vita functi, propè organum à parte ante, licet nõ eodem anno tumulati: nã Prior anno 1522. obijt, cum eidem monaſterio præfuiſſet, prout Prælatorum dicti monaſterij ſeries indicat, & Ioannes Philippus lib. 6. cap. 34. teſtatus, vbi etiam ſpiritu illum prophetiæ clariſſe ſcribit; quod Autor Hiſtoriæ Eccleſiæ Bergomenſis ſub titulo Vineæ par. 2. cap 113. confirmat, vbi alia plura in huius Sancti viri laudem ſcribit: poſterior verò circa annum 1540. ex hac vita migrauit. de amborum opuſculis infra cap. 55. verba faciemus. Gaſpar quoque Placentinus vir religioſiſſimus, & vitæ inculpatæ, regulariſque obſeruantiæ ſtudioſus æmulator, qui inter alia digna operâ, prædicti Seraphini opuſcula, Italicè ſcripta, Latina reddidit: ſed & illa, quæ Italicè ſcripta nonnulli Typographi cum multorum errorum admixtione impreſſerant, ab eiſdem erroribus repurgauit. Hic Ven. Sanctimonialis Dominicæ Baptiſtæ S. Mariæ Gratiarum Ianuæ à ſacris confeſſionibus per multos annos extitit, cuius libros ſpirituales præmiſſa præfatione ſatis erudita, & mea etiam opinione neceſſaria, typis edendas curauit anno 1588.

Verum vt antiquiora omittamus, noſtris etiã diebus plebem ſuam Lateranenſem familiam

omnipotens visitare dignatus est, mittens ei seruum suum D. Albertum, natione Vicentinum, ex honesta familia de Altissimis, professione canonicum regularem, & S. Bartholomæi Vicetiæ professum, quod Cœnobium per assumptionem regularis habit' semel ingressus, per annos duos supra quinquaginta, nunquam amplius, nisi cum ad publicas processiones cum cæteris sui Capituli canonicis procedere necessarium fuisset, est egressus. cuius heroicas virtutes, & totius vitæ curriculum, sanctitatemque toti ciuitati perspectã, quoniam R. admod. P. D. Paulus Æmilius ex nobili familia de Saracenis, dicti Cœnobij Abbas, duobus libris exactè, copioseque descriptam lingua Italica perstrinxit, nosque supra c. 20. nonnulla de hac ipsa re tetigimus, nunc solum Epitaphium eius sepulchro inscriptum, tanquam illius vitæ compendium, & synopsim subijciemus, illud autem est:

Albertus de Altißimis Vicentinus, honestis parentibus ortus, canonicus regularis Saluatoris Lateranensis S. Augustini, sacerdos, professus, charitate, obedientia, humilitate, pietate, patientia, mansuetudine, vigilãtia, abstinentia, votorum obseruantia, orationis assiduitate, cæteris denique Christianis, ac religiosis virtutibus insignis, die suæ migrationis prædicto, inter acerbissimos, & morbi & mortis cruciatus, orando, psallendo, Deum laudando, adstantes hortando, & eorum orationibus se commendando, magna sanctitatis opinione fœlicissimam animam suo creatori reddidit. cuius corpus qua triduo insepultum, mirabili ciuium omnium ordinum concursu, abscissis, & ablatis à frequentissima piorum confluentium multitudine vestibus, & capillis eius. Cũ canonici (si quando Deus in seruo suo glorificari dignatur) his tanto Patre orbati, mœstissimi: sperè cœlestis ipsius retributionis lætabundi posuere.

Anno salutis MDCXVIII. 5. Calend. Februarij. Ætatis verò suæ LXXI.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM.

De Summis Pontificibus ex ordine Canonicorum Regularium, ac præsertim ex Lateranensi Congregatione assumptis.

I. RAphaël Volaterranus lib. 21. suæ Antropologiæ, siue Commentariorum vrbanorum de ordine canonicorum regularium verba faciens, post multa, quæ in eius laudem scribit, hæc ad literam subdit: *Nunc viros perquiratur ex ordine præclaros, in primis autem pontifices triginta sex, inter quos Gelasium Primum, Leo Octauum, Alexander Secundum, Paschalis Secundus, Alexander Tertius, Innocentius Tertius, Honorius Tertius, Cardinales ad trecentos, Sanctos viros ad septem millia, & quingentos:* Hæc ibi. Ioannes verò de Nigraualle sæpè allegato Epilogo 13. cap. 18. in eorum Catalogo texendo tres supra quinquaginta recenset. Quod ne mirum, ac forsan etiam fabulosum alicui videri possit, quatuor meminisse debet, quæ supra ex probatis autoribus sunt deducta, veridicisque testimonijs comprobata, quorum Primum est, omnes primitiuæ Ecclesiæ clericos, saltem vsque ad B. Syluestri tempora, necnon etiam Eusebij Cæsariensis regulariter vitisse: quique nunc clerici canonici dicuntur, siue regulares, eiusdem omnino instituti, ac ordinis cum illis primitiuis clericis, essentialiter saltem, existere. quod quia sufficienter tum in 2. libro cap. 68. tum in hoc 3. cap. 22. probatum arbitror, ad prædicta loca te lectorem benevolum remitto. Secundum est, à temporibus Leonis I. sub quo Lateranensis Basilica, secundum Beatissimi Patris Augustini Regulam à Gelasio I. ex Africa Romam delatam, est reformata, vsque ad Bonifacium VIII. institutum canonicorum regularium in eadem Lateranensi Basilica nunquam interrupto tramite successionis difficillimis etiam tẽporibus perseuerauisse, quod similiter hoc 3. libro cap. 4. fuit demonstratum. Tertium quod ex secundo per sequelam euidentem deducitur omnes Pontifices per illud temporis interuallum ex Lateranensis Ecclesiæ clericis, vel canonicis, vel archipresbyteris assumptos, canonicos regulares extitisse, etiamsi formalibus verbis id minimè dicatur, antiquis præsertim temporibus, quibus geminatum illud vocabulum canonicorum regularium nondum in vsu erat positum: nam qui nunc regulares canonici, olim absolute vel clericorum, vel canonicorum nomine compellabantur, quod etiam super hoc 3. lib. c. 1. indicauimus. Quartum est, nonnullos Pontifices tum in Catalogo canonicorum, tum etiam monachorum ritè, ac legitimè computari, quia primò canonici regulares fuerant, sed postea vel arctioris vitæ studio, vel quia ad Prælaturas monasticas assumebantur, ad monasticum ordinem transierunt, quod in Stephano IX. Vrbano II. & Paschali II. & alijs statim recensendis intueri licet, quos certò certius constat, primò regulares canonicos fuisse, deinde ad monasticum institutum transisse. Hæc si supponantur, quæ verissima sunt, aparebit, statim fabulosum, vel impossibile nõ esse, verum potius probabile, veritatique consentaneum, quod præfati autores de Romanis Pontificibus ex canonicis regularibus assumptis docuerunt: quanquam non negauerim, Ioannem de Nigraualle nonnullos in eorum Catalogum retulisse, qui clerici canonici non fuerunt, prout è contra nonnullos omisit, qui fuerunt verè canonici regulares.

Porrò

Porrò in illorum Catalogo describendo, ne longiores simus, ijs omissis, qui Beati Syluestri, addo etiam B. Leonis I. tempora præcesserunt, ab ipso Leone Primo, sub quo Lateranensis Basilica secundum B. Augustini regulam fuit reformata, narrationem exordiemur. Pontifices, de quorum canonica professione, vel ex antiquis historicis, & chronistis, vel alijs testimonijs fide dignis constare nobis potuit, hi fuerunt:

S. Leo Primus natione Tuscus Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ clericus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, de quo supra ca. 50. dictum fuit.

S. Felix Tertius natione Romanus ex Patre Felice presbytero de titulo fasciolæ. Anastasius Bibliothecarius. Ioannes de Nigraualle. Ciaconius in Vitis Romanorum Pontificum in Honorio Primo.

S. Gelasius Primus Valerij filius, & B. Augustini discipulus. de quo supra cap. quinquagesimo dictum fuit, ex Onuphrio, Volaterrano, Ciaconio, & alijs.

Honorius Primus Campanus, Petronij viri consularis filius, ex canonico Lateranensi. Ioannes de Nigraualle. Ciaconius in Honorio Primo, de quo inter alia scribit Anastasius Bibliothecarius: *Hic temporibus suis multa bona fecit, hic erudiuit clerum. temporibus suis renouauit omnem famulum Beati Petri Apostoli.* Sed notandum, & recolendum, quod supra hoc eodem libro cap. 4. monuimus, sub B. Gregorio Papa, cuius obitus Honorij Pontificatum annis viginti præcesserat, totum clerum Romanum ad vitæ regularis institutum: vt erat in primitiua Ecclesia, fuisse restitutum. hinc enim facilè intelliges, omnes Pontifices, aliquot saltem annis post, ex clero Romano assumptos, regulares canonicos fuisse, vel monachos.

S. Sergius Primus, Lateranensis Ecclesiæ clericus de quo supra cap. 50 dictum fuit, ex Anastasio Bibliothecario, Ioanne de Nigraualle, & Ciaconio in Sergio Primo.

Gregorius Secundus ab eodem Sergio Primo inter Lateranensis Ecclesiæ clericos à puero enutritus, deinde Subdiaconus Sacellarius, & S. R. E. Bibliothecarius. Anastasius Bibliothecarius in Gregorio II.

Zacharias Primus natione Græcus ex canonico regulari monachus ordinis S. Benedicti. Ciaconius in vita Zachariæ Primi. Ioannes de Nigraualle.

Stephanus Tertius natione Romanus ex patre Constantino, qui adhuc paruulus patre defuncto inter clericos Ecclesiæ Lateranensis sub doctrina Apostolicæ traditionis sub Gregorio Secundo, & Zacharia Romanis Pontificibus fuit educatus, & per singulos ordines vsque ad Diaconatum perductus. Anastasius in Stephano Secundo, & Tertio. Ciaconius in Stephano Tertio. Ioannes de Nigraualle.

Paulus Primus Romanus eiusdē Constantini filius, & Stephani Tertij frater, ac cum illo à puero, patre defuncto, inter clericos Ecclesiæ Lateranensis sub Gregorio II, & Zacharia nutritus, & eruditus, & cum fratre suo sacris initiatus. Anastasius, & Ciaconius in Paulo Primo.

Leo Tertius natione Romanus patre Azuppio, inter clericos Ecclesiæ Lateranensis à parua ætate nutritus, & educatus, vbi omnem Ecclesiasticam disciplinam spiritualiter eruditus, tam in Psalterio, quam in sacris diuinis scripturis pollēs, Subdiaconus factus, ad presbyterij honorē promotus est, monachorum, & seruorum Dei super omnia conuersatione oblectabatur. Anastasius in Leone Tertio. Ciaconius ibidem, vbi dicit, illum ex canonico regulari postea factum monachum D. Benedicti, quod etiam Anastasius ex assidua illius cum monachis conuersatione satis subindicat. Ioannes de Nigraualle.

II. PAschalis Primus, de quo Anastasius ita scribit: *Paschalis natione Romanus, ex patre Ronoso, annos septem, menses quinque, dies sexdecim. qui à primæuo ætatis suæ diuino cultui mancipatus, atque in Sacrosancta Ecclesiæ Patriarchio studys diuina, salutiferaque scripturæ imbutus, tam in Psalterio, quam in sacris paginis noui ac veteris testamenti specialiter eruditus, elegans, atque in omni bonitate perfectus, Subdiaconus quidem factus, & postmodum Diaconus, atque Presbyter honorificè consecratus est.* Hæc ille, qui cum non dicat, illum alterius Ecclesiæ presbyterum consecratum, de Lateranensi necessariò est intelligendus, quod semel indicasse sufficiat non solùm de presbyteris, sed etiam de Diaconis & Subdiaconis loquendo, illis præsertim temporibus, quibus nullus ad sacros ordines, nisi alicuius Ecclesiæ seruitio designatus, consecrabatur: qui mos per multa tempora fuit in Ecclesia custoditus, illumque sacrum Generale Concilium Tridentinum restituendum curauit sess. 23. de reformatione cap. 16. renouando canonem sextum sacri Concilij Calcedonensis, in quo decretum fuerat, vt nullus sacris ordinibus, nisi certæ alicui Ecclesiæ adscriptus, initiaretur. Quod necessariò admonendum duxi, & diligenter notandum erit, propter Zoilos, & obtrectatores, ad effugium præcludendum, quod quis meditari forsan posset dicendo, aliud esse, quempiam in Patriarchio Lateranensi clericum fuisse, aliud in Lateranensi Ecclesia: sicut nunc aliud est, quempiam esse clericum de Palatio Pontificio, aliud de Ecclesia D. Petri, licet Palatium Pontificium sit apud Basilicam D. Petri. nam præter quod euasio puerilis est, quia in Palatio Pontificio non recipiuntur pueri nutriendi, & erudiēdi in cæremonijs Ecclesiasticis, & diuinis officijs, & sacris literis, vt exinde procedente ætate ad sacros ordines promoueantur, sicut de pueris in

Patriarchio Lateranensi receptis dicitur: vnde necessariò dicendum, illos receptos inter clericos Lateranensis Ecclesiæ, apud quam clerici nutriri, & erudiri consueuerant, vt ad sacros ordines, & munera Ecclesiastica obeunda idonei euaderent, quod in omnibus Ecclesijs cathedralibus rectè institutis etiam ex præscripto Generali Concilio rum obseruatur; non autem receptos inter aulicos, qui in Palatio Romani Pontificis deseruirent. Præter hoc, inquam, cum legamus, ciusmodi pueros postea adolescentes Subdiaconos, Diaconos, vel etiam presbyteros ordinatos, nec titulum alicuius Ecclesiæ, cui essent addicti, teneamus, de Lateranensi Ecclesia, in qua & apud quam illi nutriti, & eruditi fuerant necessariò intelligere debemus.

Eugenius Secundus primò S. Sabinæ, olim canonicorum regularium Ecclesiæ presbyter à Leone Tertio ordinatus, quam Pontifex factus ad meliorem cultum perduxit. postea Lateranensis Basilicæ Archipresbyter, in qua, vt inquit Anastasius per multa tempora suum mirificè propositum rexit. post mortem Paschalis à cunctis Romanus Pontifex renunciatus. qui Romæ Concilio habito disciplinam canonicam iuxta morem primitiuæ Ecclesiæ inter clericos non solùm Romanos, sed aliarum ciuitatum per totum mundum restituere curauit, generali decreto promulgato, quod habetur in cap. Necessaria 12. q. 1. Anastasius, & Ciaconius in Eugenio II. Ioannes de Nigraualle in Catal.

Sergius Secundus Romanus, illustri genere natus, puer duodecim annorum parentibus orbatus à Leone Tertio inter clericos Lateranensis Ecclesiæ cooptatus, & in cantico Ecclesiastico, sacrisq; literis prius optimè eruditus, primùm Acolytus ab eodē Leone Tertio in dicta Ecclesia ordinatus. Secundò Subdiaconus à Stephano Quarto. Tertiò presbyter tituli S. Sylueſtri ordinatus à Paschali 1. cui etiam in Pontificali Sede successit. Anastasius in Sergio Secundo. Ciaconius in eodem Sergio Secundo.

Leo Quartus Romanus ex patre Rodoaldo, à pueritia in monasterio S. Martini propè D. Petri Basilicam in sacris literis eruditus. vbi inter monachos, quasi vnus ex illis religiosissimè vixit, à Gregorio Quarto ex monasterio ad Lateranensem Ecclesiam reuocatus, vbi semper regulariter vixit, à Sergio II. presbyter tituli SS. quatuor Coronatorum ordinatus. Anastasius in Leone IV. Ciaconius in eodem. Vide, quæ diximus de hoc Pontifice. sup. c. 50.

Benedictus Tertius Romanus ex patre Petro nomine, qui vt Anastasius scribit: *Celeberrima cum de eo fama peruulgaretur, in Lateranense Patriarchium perducitur, clerogue locatur.* & in sancta Lateranensi Ecclesia Subdiaconus à Gregorio Quarto ordinatus, ac deinde presbyter à Leone Quarto, cui postea successit in Pontificatu. Anastasius, & Ciaconius in Benedicto Tertio. Ioannes de Nigraualle.

Formosus Portuensis Episcopus, quem vir & sanctissimum Anastasius in Nicolao I. & ex illo Baronius tomo 10. sub anno 891. appellauerunt, ab eodem Nicolao Lex canonico regulari factus Cardinalis, & Episcopus Ostiensis. Ciaconius in eodem Formoso. Ioannes de Nigraualle.

Benedictus Quartus Romanus, Mammoli filius, vir optimus, vt ex illius epitaphio Baronius tomo 10. sub anno 907. notauit. hunc ex canonicis Lateranensibus assumptum scribit Ciaconius in illius vita.

Lando Sabinus, Tami filius, ex canonico Lateranensi Pontifex renunciatus. Ciaconius in eius vita. Ioannes de Nigraualle.

Leo Octauus canonicus Lateranensis, & Protoscriniarius. Raphael Volaterranus lib. 21. Antropolog. Iacobus Philippus Bergomensis in Supplemento Chronic. lib. 11. sub anno 960. Ioannes de Nigraualle, licet per errorem pro Leone VIII. positus sit Leo IX.

Stephanus Decimus, quem Onuphrius vocat Nonum, antea Fridericus Gozelonis Lotharingiæ Ducis filius, primùm sancti Lamberti Leodiensis, quam Ecclesiam tunc regularem fuisse supra lib. 2. cap. 38. ostendimus, regularis canonicus. ex Ciaconio in illius vita. postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, & Cardinalis, Bibliothecarius, & Cancellarius pro Herimanno Colonienſi Archiepiscopo, tellantibus Onuphrio lib. 3. de Ecclesia Lateranensi cap. 15. & lib. de Pōtificibus, in Leone IX. Victore II. & Stephano IX. Baronio tomo 11. sub anno 1054. num. 1. iussu Leonis IX. cum altero Cardinali Humberto Episcopo Syluæ Candidæ, & Petro Archiepiscopo Amalphitano ad Imperatorem Constantinopolitanum legatione functus. ex qua reuersus in Italiam cum magno auri pondere, cum Henrici Secundi Imperatoris inuidiam incurrisset, ad illam declinandam monachus Casinensis sub Abbate Richerio est effectus, cui paulò post in munere successit teste eodem Baronio sub an. 1054. num. 41. & sub anno 1057. num. 1. quo Imperatore vita functo, timore solutus, & à Victore II. Cardinalis restitutus, tandem Pontifex est renunciatus. Ciaconius vbi supra. Ioan. Molanus in Natalibus sanctorum Belgii sub die 29. Martij. qui illum Belgam, & Leodiensis Ecclesiæ Archidiaconum, immo & Beatum ex Chronicis Leodiēsibus, & Sigonio de Regno Italiæ scribit.

III.

ALexander Secundus Mediolanensis, ex nobili familia de Badagijs, vulgò Bagijs nuncupata, canonicus Lateranensis, deinde Episcopus Lucensis, tandem summus Pontifex renunciatus. Qui labentem in Lateranensi Basilica disciplinam regularem, accitis illuc sancti Frigdiani canonicis magna tunc sanctitatis fama toti Italiæ conspicuis, restituendam curauit. Onuphrius in libro

CAPVT QVINQVAGES

dibole Romanis Pontific. & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. & in libro de Septem Vrbis Ecclesijs. Ioannes de Nigraualle in catalogo. Vo. Sanctarum lib. 21. Ciaconius in Alexandro Secundo. Laertius Cherubinus in Bullario. Ioann. Baptista de Cauallerijs in Imaginib. Pontificum. Vrbanus Secundus patria Rhemensis, ex canonico regulari Lateranensi monachus Cluniacensis, testantibus Onuphrio in Vrbano II. & in lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. Ciaconio in Gregorio Septimo, & Vrbano Secundo, Laertio Cherubino in Bullario, & Io. Baptista de Cauallerijs. sunt tamen qui dicant, illum regulare quidem canonicum antea fuisse, non tamen Ecclesiæ Lateranensis, sed Rhemensis, quam olim regulārem extitisse supra lib. 2. cap. 33. notauimus. Paschalis scribere Guidonem in suis Chronicis, notat Ioannes Mauburnus Doctor Parisiensis in suo Nouario libro secundo, cap. 14. quæ Chronica mihi nunquam potuit fieri monachus, nisi in casu, de quo agitur in cap ex literis. de iure patronatus, & Anacletus Vrbanum II. scribentem ad Abbatem sancti Rufi, quia ipse Vrbanus II. fuit canonicus regularis. Consentit ibidem Abbas Parmensis, & Antonius de Butrio in eodem c. ex literis in fine.

Paschalis II. antea D. Raynerius, Crescentij Comitis Bicra Tusciæ oppido, ex canonico regulari Lateranensi, vbi sanctè vixerat, monachus Camaldulensis, & Abbas S. Laurentij extra muros Vrbis Gregorio VII. Cardinalis creatus. Volaterranus, Onuphrius in Gregorio Septimo, & Paschale Secundo, & lib. 1. de Eccl. Later. cap. 3. Ciaconius in Gregorio Septimo, & Paschali Secundo. Laertius Cherubinus in Bullario in Paschali II. Ioan. Bapt. de Cauallerijs in lib. Imaginum Pontificum. Hic Lateranensis canonicæ reformationem ab Alexandro inchoatam ad perfectum deduxit indulgij priuilegio Rocio Priori, & illius canonicis regularem vitam professis cōcesso, quod tamen Bullario inter bullas dicti Pontificis, ordinatione secunda. Hic ordinem canonicū, vt ipsum dixit, vt patet ex illius epistolis Priori Frigdiani scripeis, supra capite quadragesimo. primo citatis.

Honorius Secundus antea D. Lambertus de Fagnano, patria Bononiensis, canonicus regularis Later. postea Bononien. Ecclesiæ Archidiaconus, deinde presbyter Cardinalis à Paschali II. creatus. Onuphrius in Paschali II. & Honorio II. lib. 2. de Ecclesia Lateranensi c. 3. & in lib. de septem Vrbis Ecclesijs in Lateranēsi. Ciaconius

libro de Romanis Pontific. & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. & in libro de Septem Vrbis Ecclesijs. Ioannes de Nigraualle in catalogo. Vo. laterranus lib. 21. Ciaconius in Alexandro Secundo. Laërtius Cherubinus in Bullario Ioann. Baptistæ de Caullerijs in Imaginib. Pontificum.

Vrbanus Secundus patria Rhemensis, ex canonico regulari Lateranensi monachus Cluniacensis, testantibus Onuphrio in Vrbano II. & in lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. Ciaconio in Gregorio Septimo, & Vrbano Secundo, Laertio Cherubino in Bullario, & Io. Baptista de Caullerijs. sunt tamen qui dicant, illum regulare quidem canonicum antea fuisse, non tamen Ecclesiæ Lateranensis, sed Rhemensis, quam olim regularem extitisse supra lib. 2. cap. 33. notauimus. & ita scribere Guidonem in suis Chronicis, notauit Ioannes Mauburnus Doctor Parisiensis in suo Venatorio libro secundo, cap. 14. quæ Chronicæ ad manus meas nondum venerunt, sed tamen autor, qui de illis testatur, eruditus, & fide dignus est. Cæterum de illius canonica professione ante monachatum non solùm præfati autores testantur, sed ex Iureconsultis Ostiensis in cap. Intellexim. us. de ætate, & qualitate, dicens, de mente illius canonis esse, quòd canonicus regularis nunquam possit fieri monachus, nisi in casu, qui tangitur in cap ex literis. de iure patronatus, & hoc statuisse Vrbanum II. scribentem ad Abbatem sancti Rufi: quia ipse Vrbanus II. fuit canonicus regularis. Consentit ibidem Abbas Panormitanus, & Antonius de Butrio in eodem c. intellexim. us in fine.

Paschalis II antea D. Raynerius, Crescentij filius, ex Blera Tusciæ oppido, ex canonico regulari Lateranensi, vbi sanctè vixerat, monachus Cluniacensis, & Abbas S. Laurentij extra muros à Gregorio VII. Cardinalis creatus. Volaterranus. Onuphrius in Gregorio Septimo, & Paschali Secundo, & lib. 1. de Eccl. Later. cap. 3. Ciaconius in Gregorio Septimo, & Paschali Secundo. Laërtius Cherubinus in Bullario in Paschali II. Ioan. Bapt. de Caullerijs in lib. Imaginum Pontificum. Hic Lateranensis canonicæ reformationem ab Alexandro inchoatam ad perfectum deduxit. insigni priuilegio Rocio Priori, & illius canonicis regularem vitam professis cõcesso, quod habetur in Bullario inter bullas dicti Pontificis, constitutione secunda. Hic ordinem canonicũ, multum dilexit, vt patet ex illius epistolis Priori S. Frigdiani scriptis, supra capite quadragesimo primo relatis.

Honorius Secundus antea D. Lambertus de Fagnano, patria Bononiensis, canonicus regularis Later. postea Bononien. Ecclesiæ Archidiaconus, deinde presbyter Cardinalis à Paschali II. creatus. Onuphrius in Paschali II. & Honorio II. & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi c. 3. & in lib. de Septem Vrbis Ecclesijs in Lateranẽsi. Ciaconius in Paschali Secundo, & Honorio Secundo, Sigonius lib. 10. de Regno Italiæ, & lib. 2. de Episcopis Bononiensibus. Laërtius Cherubinus in Bullario. Ioan. Bapt. de Caullerijs in lib. de Imaginibus. Sunt tamen, qui contendant, illum canonicum S. Mariæ ad Rhenum, non autem Basilicæ Lateranẽsis extitisse, vt Io. Baptista Signius lib. 2. de Canonicis c. 7. & Iosephus Mozzagrugnus lib. 4. fol. 22. pag. 2. vbi dicit, se nescire: *Qua ratione Panuinus dicat, hunc fuisse canonicum regularem Lateranensem, cum apertissimè constet, fuisse Rhenanum, nisi velit Lateranensem appellare ea ratione, quia vnita fuit Ecclesia Lateranensis Ecclesiæ Rhenanæ, vel id scripserit arbitratu, & complacentia eorum, qui aërem verberant, & amplectuntur, quasi sponsam Iuuenem accepturi, & diuites, qui dormientes nihil inuenerunt in manibus suis: verè dormientes, qui cum dormiunt, dicunt ablatum corpus Christi, quos illudit D. Augustinus.* Sed hæc omnia illorum pace dictæria sunt, & fabulæ, quæ ex dictis supra cap. 50. falsitatis apertissimæ redarguuntur. quomodo enim potuit Honorius ante pontificatum monasterij Rhenani canonicus fuisse, qui ad Cardinalatum euectus fuerat, priusquam prima fundamenta Canonicæ Rhenanæ ponerentur? cuius primus Prior Guido nomine anno 1173. adhuc in viuis erat, cuius antiquitatis ante ann. 1136. nullum authenticum testimonium ostensum fuit, sed nec proferri potest. Quocirca minus etiam consultè, mea sententia egerunt, qui vt eundem Honorium Secundum Rhenanæ Canonicæ adiudicarent, Ciaconij librum corruperunt, folia auferentes, in quibus autor de illius canonica professione in monasterio Lateranensi testatur, & alia supponẽtes, quibus Rhenanæ Canonicæ adscribitur. vt videas eundem autorem eodem anno, & loco, ab eodem typographo duplici vultu editũ. quod etiam in vita Lucij II. & B. Guarini Episcopi Cardinalis factum inuenitur.

IV. INnocentius Secundus, antea Dominus Gregorius, ex familia de Papareschis Transtyberina, nunc de Matthæis vocata, canonicus regularis monasterij Lateranensis, ab Vrbano II. in numerum Cardinalium cooptatus, & anno 1130. Pontifex renunciatus. Onuphrius in Vrbano II. & Innocentio II. & lib. 1. de Ecclesia Lateran. c. 7. & lib. 2. c. 3. & in lib. de Septem Vrbis Ecclesijs, Sigonius de Regno Italiæ lib. 11. sub anno 1130. Ciaconius in Vrbano II. & Innocentio II. Laërtius Cherubinus in Bullario. Ioannes Baptista de Caullerijs in lib. de Põtificum Imaginibus. Hũc Cardinalis Baronius tom. 12 sub anno 1130. Monachum Ordinis D. Benedicti ex monasterio Lateranensi Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ, atque Pancratij dicti ordinis assumptum contendit, nixus testimonio cuiusdam scripturæ in Archiuo S. Praxedis repertæ. quod esse non potest, quia ex tempore Alexandri Secundi vsq; ad Bonifacium VIII. monasterium Sanctorum

Ioannis

Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ constat fuisse canonicorum regularium, non monachorum. & quanquam temporibus Ioannis III. & Gregorij Tertij D. Benedicti monachi monasterium SS. Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ apud Ecclesiam Lateranensem obtinuissent: tamen aliquot seculis ante Alexandrum Secundum loco excesserãt, nec illorum vlla prorsus in Lateranensis Ecclesiæ monumentis recordatio habetur, vt Onuphrius, qui Lateranense cartophilacium scrutatus est, testatur. fuisse verò temporibus Alexandri II. monasterium Lateranense SS. Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ non monachorum, sed canonicorum, habes ex priuilegio Anastasij IV. Ioanni Priori, & illius fratribus canonicis Ecclesiæ Lateranensis, ad exemplar alterius ab Alexandro II. Priori, & canonicis dictæ Ecclesiæ Lateranensis factum: nam priuilegium sic incipit: *Anastasius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Ioanni Priori Sacrosanctæ Patriarchij Basilicæ Saluatoris Domini, quæ Constantiniana vocatur, pariterq; Ioanni Baptistæ, ac Ioannu Euangelistæ, eiusque fratribus canonicis, tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum.* & infra: *Eapropter vobis in Domino filijs Ecclesiam ipsam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri beatæ memoriæ Alexandri II. apostolicæ Sedis priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum & B. Augustini regulam vbi noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.* quam veritatem confirmat Paschalis II. priuilegium Rocio Priori, & canonicis Lateranensibus factum anno 1106. quod in Bullario nuper edito per Laertium Cherubinum legitur, in quo cum totius parochiæ Lateranensis fines describantur, Ecclesiæ, Monasteria, & Hospitalia intra dictam parochiam existentia, vel illi cohærentia, istius monasterij Ordinis monachorum D. Benedicti nulla prorsus mentio habetur.

Multò autem minus veritati consentaneum, quin potius famulosum, quod Mozzagrugnus lib. 4. de Rebus gestis canonicorum regularium fol 23. pag. 2. his verbis narrat: *Anno 1136. Innocentius II. Romanus, antea vocatus D. Gregorius canonicus regularis eiusdem ordinis canonici in monasterio ipso Rhenensi, ac S. Potentianæ de Vrbe vnito, vbi canon. & canonicum habitum suscepit sub Adriano IV. vt in Bulla præfati Pontificis sub Dat. Romæ apud S. Petrum 6. Calend. Aprilis 1154. vt supra, dum esset Bononiæ causa studij, ad summum apicem ascendit dignitatu Pontificatus. Sedit q, annis 13. mensibus 7. diebus 8. vt in Calendario Rhenano antiquo legitur. Commendatur ibidem eius obitus anno Domin. Incarnationis 1143. Hic verò Pontifex 14. mens. Septembris sepultus est in Laterano, in concha aposticæ, nitro opere sculptæ. De hoc item mendose Panuinus, quòd fuerit canonicus regularis Lateranẽsis: fuit quidem Romanus de Regione Trastyberim, familia de Papa, vel de Papareſijs vocatæ &c.* Hæcille, quis vnquam talia monstra vidit, vel paradoxa audiuit? primò inquit anno 1136. Innocentium Secundum euectum ad pontificatũ. Sed hoc incuriæ Typographorum indulgeamus pro an. 1130. ponentium 1136. Secundò subdit, Innocentium II. antea Gregorium de Papa vocatum, fuisse canonicum regularem in monasterio Rhenensi, & S. Potentianæ de vrbe vnito, vbi canonicum habitum suscepit sub Adriano IV. vt habetur ex Bulla præfati Pontificis data 6. Calend Aprilis 1154. optimè profecto, peroptimè. Innocẽtius II. ab Vrbano II. factus est Diaconus Cardinalis, qui Vrbanus anno 1099. ex hac vita migrauit: & tamen canonicus regularis factus fuit, & canonicum habitum suscepit sub Adriano IV. anno 1154. Rursus Innocentius Secundus anno 1130. Pontifex est renunciatus: Ecclesia verò S. Potentianæ de Vrbe non ante annum 1154. vt ille fatetur, aut 1155. vt est rei veritas, monasterio Rhenano fuit vnita, quod ex literis vnionis patet: & tamen ipse Innocentius Secundus fuit ante pontificatum canonicus regularis in monasterio Rhenano, ac S. Potentianæ de Vrbe vnito. Rursus Adrianus IV. non ante mensem Decẽb. anni 1154. ad pontificatum est euectus: & tamen inquit Mozzagrugnus, illum eo anno dedisse literas Apostolicas 6. Calend. Aprilis, ex quibus literis dicit haberi, dictum Innocentium Secundum sumpsisse habitum canonicorum regularium sub eodem Adriano Quarto. Sed ad vlteriora pergamus. Tertiò dicit Innocentium II. qui ante annos 30. per Vrbanum Secundum Cardinalis fuerat effectus, assumptum ad pontificatũ, dum esset Bononiæ causa studiorũ. Quartò cum constet apud omnes, Innocentiũ II Romæ Pontificem contra Anacletum Antipapam creatum, Romaſtatim aufugisse, & in Gallias contendisse, ille iuuenem fingit, Bononiæ studijs literarum incumbentem, qui Pontifex renunciatus, ad Vrbem fuerit reuocatus & hæc ex antiquo Calend. Rhenano se deprompsisse fatetur. Iam videas, quam fidem illi Calendario, ex quo plurima depromit, valeas adhibere. Cæterum crediderim, in illo Calendario, in quo solùm nomina defunctorum describi consueuerant, nihil istorum prorsus haberi. Redarguit quoque confidenter Panuinium, quod mendosè Innocentium II. inter canonicos Lateranenses censuerit, cum potius Rhenensi canonicæ adscribere debuisset: qui tamen multis annis antea Cardinalis fuerat, quàm dictæ canonicæ prima iacerentur fundamenta. Demùm cum dixerit, eundem Innocentium II. fuisse Romanum de Regione Transtyberina ex familia clarissima de Papareſijs, pagina statim sequente de Lucio II. loquens, subdit: *Mox verò, vt Innocentius II. Frangipanes ex parte Romanorum nobilis, immo de Regione Transtyberina, qui à Paschali II. Diaconus Cardinalis creatus.* adeò quod secundum istum diligentissimum, & æquè fidelissimum historicum familia de Papareſijs Romana

Transty-

CAPVT QVINQVAGES

Transtyberina eadem est cum familia de Frangipanis vocata, eaque similiter inter Transtyberinas censenda erit, quod an verum sit, nullus, qui nouerit, secundò Romæ fuerit, nescit.

Vrsus Secundus, patria Bononiensis, ex nobili familia de Caccianemoris, Gerardus antea nuncupatus, ex canonico regulari congregationis S. Frigdiani Lucensis, presbyter Cardinalis S. Crucis in Ierusalem ab Honorio Secundo creatus, qui monasterium dictæ Ecclesiæ totum reformauit, & vt ibidem canonica institutio iugiter permaneret, ad pontificatum euectus statuit, vt presbyter Cardinalis dictæ Ecclesiæ titularis semper de gremio congregationis S. Frigdiani eligeretur. Volaterranus lib. 21. Ioan. de Nigrarea in Catalogo. Baronius tomo 12. sub anno 1144. Onuphrius in Chronico, & in Honorio secundo. Innocentio Secundo, & Lucio Secundo lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap 2. & 3. & lib. 3. cap 17. & in lib. de Septem Vrbis Ecclesijs. Platina lib. 2. de Regno Italiæ sub anno 1144. Ciaconius in vita Calixti Secundi, & Lucij Secundi Ioan. Baptista de Cauallerijs. reclamante tamen contrario Baptista Signio lib. 2. de canonicis cap. 7. & Iosepho Mozzagrugno lib. 4 fol. 24. pag. vbi dicit, illum mendacissimè Onuphrium de ea re berre congregationi S. Frigdiani Lucensis, quæ non potest ex Annalibus monasterij S. Salvatoris Bononiensis, & li. 8. fol. 54. pag. 2. vbi carmelitanum Philippum in Chronica lib. 4. cap. 1. celebrem, Lucium Secundum primum fuisse canonicum monasterij sanctæ Crucis in Ierusalem, & in ipsa Ecclesia Cardinalem presbyterum: siquidem illud collegium eligebat Cardinalem vel de seipsis, vel de monasterio S. Frigdiani, vt constat ex priuilegio Alexandri III. quod esse falsum contendit tum ad hominem, tum Alexander III. longè post Lucium Secundum fuisse, tum secundum rei veritatem, repugnantibus grauissimis autoribus præsertim Chronicum, & Calendarium Rhenanum, quibus Rhenensi canonicæ adscribunt. Qui autem de canonicis Rhenanis inaniter sibi, & suis fautoribus, tum ad hominem, tum secundum rei veritatem à scopo plurimum aberrat. & ad hominem quidem, quia si Alexandri III. priuilegium attentè legisset, vt debuerat, vidisset, in eo fieri mentionem alterius priuilegij ipsius Lucij II. & priuilegium Alexandri III. ad exemplar illius Lucij II. concessum, vt formalia illius verba retinent. Secundum autem veritatem, quia si Lucius II. monasterio sanctæ Crucis ipsiaurato statuit, vt nullus in presbyterum Cardinalem dictæ Ecclesiæ, nisi de illius collegio, vel de congregatione S. Frigdiani sumeretur, argumentum euidens est, illum non de Rhenana congregatione, quæ vt dixi, ante illius Cardinalatum nondum erat fundata, sed de Frigdiana sumptum fuisse. Vero namque consentaneum

Transtyberina eadem est cum familia de Frangipanis vocata, eaque similiter inter Transtyberinas censenda erit, quod an verum sit, nullus, qui semel, aut secundò Romæ fuerit, nescit.

V. Lucius Secundus, patria Bononiensis, ex nobili familia de Caccianemoris, Gerardus antea nuncupatus, ex canonico regulari congregationis S. Frigdiani Lucensis, presbyter Cardinalis S. Crucis in Ierusalem ab Honorio Secundo creatus, qui monasterium dictæ Ecclesiæ totum instauravit, & vt ibidem canonica institutio iugiter permaneret, ad pontificatum euectus statuit, vt presbyter Cardinalis dictæ Ecclesiæ titularis nonnisi de gremio congregationis S. Frigdiani sumeretur. Volaterranus lib. 21. Ioan. de Nigraualle in Catalogo. Baronius tomo 12. sub anno 1144. Onuphrius in Chronico, & in Honorio Secundo. Innocentio Secundo, & Lucio Secundo, & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 2. & 3. & lib. 3. cap. 15. & in lib. de Septem Vrbis Ecclesijs. Sigonius lib. 12. de Regno Italiæ sub anno 1144. Ciaconius in vita Calisti Secundi, & Lucij Secundi Ioan. Baptista de Cauallerijs. reclamantibus è contrario Baptista Signio lib. 2. de canonicis cap. 7 & Iosepho Mozzagrugno lib. 4 fol. 24. pag. 1. vbi dicit, illum mendaciſſimè Onuphrium adscribere congregationi S. Frigdiani Lucensis, vt patere potest ex Annalibus monasterij S. Saluatoris Bononiensis, & li. 8. fol. 54. pag. 1. vbi carpit Ioannem Philippum in Chronica lib. 4. cap. 4 scribentem, Lucium Secundum primum fuisse canonicum monasterij sanctæ Crucis in Ierusalem, & in ipsa Ecclesia Cardinalem presbyterum: siquidem illud collegium eligebat Cardinalem vel de seipsis, vel de monasterio S. Frigdiani, vt constat ex priuilegio Alexandri III. quod esse falsum contendit tum ad hominem, cum Alexander III. longè post Lucium Secundum assumptus fuerit, tum secundum rei veritatem, repugnantibus grauissimis autoribus præter Chronicam, & Calendarium Rhenanum, quibus illum Rhenensi canonicæ adscribunt. Qui tamen de canonicis Rhenanis inaniter sibi, & suis blandiens, tum ad hominem, tum secundum rei veritatem à scopo plurimum aberrat. & ad hominem quidem, quia si Alexandri III. priuilegium attentè legisset, vt debuerat, vidisset, in eo fieri mentionem alterius priuilegij ipsius Lucij II. & priuilegium Alexandri III. ad exemplar illius Lucij II. concessum, vt formalia illius verba sonant. Secundum autem veritatem, quia si Lucius II. monasterio sanctæ Crucis instaurato statuit, vt nullus in presbyterum Cardinalem dictæ Ecclesiæ, nisi de illius collegio, vel de congregatione S. Frigdiani sumeretur, argumentum euidens est, illum non de Rhenana congregatione, quæ vt dixi, ante illius Cardinalatum nondum erat fundata, sed de Frigdiana sumptum fuisse. Vero namque consentaneum est, si de Rhenana extitisset, illum suam congregationem potius, quam alienam decoraturum. Et hinc etiam vides, vt ex alijs multis, quid veritatis ex Annalibus, & Chronicis Saluatorien sib. haurire possis.

Anastasius IV. Romanus, Benedicti filius, de Suburra, antea Conradus ex canonico regulari, & Abbate sancti Rufi apud Valentiam (rectius apud Auenionem) S. R. E. Cardinalis Episcopus Sabinus ab Honorio II. creatus. Onuphrius in Honorio II. & Anastasio IV. & sub anno 1153. & lib. 1. de Ecclesia Lateranensi c. 7. Sigonius lib. 12. de Regno Italiæ sub anno 1153. Ciaconius in Honorio II. & Anastasio IV. Ioan. de Nigraualle in catalogo Pontificum. Laërtius Cherubinus in Bullario. Ioan. Baptista de Cauallerijs, & chronicæ congregationis S. Rufi ab illius Reuerendiss. Abbate Generali Romam ad me transmissæ. VI.

Adrianus IV. natione Anglus, antea Nicolaus Hastifragus nuncupatus, primum clericus in Ecclesia S. Iacobi de Maglorio Magalonensis diœcesis in Gallijs, postea canonicus regularis, & Abbas S Rufi, ab Eugenio III. Cardinalis Episcopus Albanus creatus. Onuphrius in Eugenio IV. & Adriano IV. S. Antonin⁹ in 2. p. Histor. tit. 17. c. 1. § 9. ex Ioanne Salisberiensi eiusdem Adriani familiari, Sigonius lib. 12. de Regno Italiæ sub anno 1154 Ciaconius in Eugenio III. & Adriano IV. Ioannes Pitsius in libro de Scriptoribus Anglicanis. Ioannes Baptista de Cauallerijs. vnde habes, quo Trithemij, & aliorum quorundam errorem corrigas, qui illum inter D. Benedicti monachos recensent, vel ordini Cistercien sium adscribunt; cum pateat S. Rufi Abbatiam, licet ex vrbe Auenionensi Valentiam translatam, nunquam vsque in hanc diem canonicum institutum deseruisse.

Alexander III. antea D. Rolandus Paparo, vel de Bendinellis, patria Senensis ex canonico regulari Lateranensi S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius, & diaconus Cardinalis, postea presbyter Cardinalis tituli S. Marci ab Eugenio III. creatus. Onuphrius de Romanis Pontificibus in Eugenio Tertio, & Alexandro Tertio, & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. & in libello de Septem Vrbis Ecclesijs. Volaterranus, & Ioan. de Nigraualle locis citatis. Sigonius lib. 13. de Regno Italiæ sub anno 1159. Ciaconius in Eugenio Tertio, & Alexandro Tertio. Laërtius Cherubinus in Bullario. Ioannes Baptista de Cauallerijs lib. allegato: quem tamen Onuphrius, & Laërtius, & alij non ex familia de Bendinellis, sed de Paparonis, patre Raynerio genitum affirmant. Cæterùm idem Onuphrius in chronico addito ad Platinam, ex familia de Bendinellis ortum fatetur. fuerat antea clericus Pisanus, sed ab Eugenio Romam accersitus, in Lateranensi Ecclesia canonicus fuit constitutus.

Innocen-

Innocentius Tertius, patria Anagninus, antea D. Lotharius ex clarissima familia de Comitibus Signiæ, ab ineunte ætate factus canonicus Lateranensis, missus deinde Parisios ad studia literarum, vir magnæ probitatis, & eruditionis factus, à Cœlestino Tertio diaconus Cardinalis sanctorum Sergij, & Bacchi creatus. Onuphrius in lib. de Romanis Pōtificibus in Cœlestino III. & Innocentio III. & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 3. & in lib. de Septem Vrbis Ecclesijs. Volaterranus, & Ioannes de Nigraualle. Sigonius de Regno Italiæ lib. 15. sub anno 1198. Ciaconius in Innocentio III. Laertius Cherubinus in Bullario. & Ioannes Baptista de Cauallerijs in lib. de Imaginibus Pontificum. Hunc D. Petri canonicum nuper scripsit eruditissimus Abrahamus Bzouius in continuatione Annalium Baronij tomo 13. in principio, ex quibusdam scripturis ab Ecclesia Auenionensi acceptis. Verùm cui magis credendum, an Onuphrio, qui Lateranensis Ecclesiæ monimenta lustrauit, Ioanni de Nigraualle, qui fuit Apostolicus Bibliothecarius, Volaterrano scriptori erudito, & in Romana Curia optimè versato, Sigonio etiam, & Ciaconio, an vni scripturæ ex Auenionēsibus cartophilaeijs acceptæ, legentes considerent. Eundem Iosephus Mozzagrugnus ex suis Calendarijs, & Annalibus Saluatorien sibus inter canonicos S. Mariæ de Rheno siue S. Potentianæ de Vrbe canonicæ S. Mariæ de Rheno vnitæ numerat: *Quem ignorauit*, inquit, *Panuinus, cuius ordinis esset.* Vtrum autem Panuinus ignorauerit, cuius ordinis esset, videri potest in locis proximè allegatis. Sed huic autori soli Annales Saluatorienses contra omnes alios autores, & sæpiùs contra veritatem sapiunt. Et fortè quia in Calendario defunctorum notatum inuenit Innocentium III. illum ex monasterio Rhenano, vel S. Potētianæ desumptum eredidit: non aduertens, in eo Calendario alios etiam canonicos regulares eiusdem antiqui instituti, non illius, quod nunc ibi viget, præter Rhenanos scriptos fuisse, vt supra lib. 2. fuit notatum.

Honorius III. Romanus, antea D. Cencius ex familia clarissima de Sabellis, Aymerici filius à teneris annis Lateranensi monasterio oblatus, ibiq; educatus, & canonicus factus, à Cœlestino Tertio diaconus Cardinalis S. Luciæ in Orphea, & Camerarius creatus, & ab Innocentio Tertio presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli. Onuphrius in lib. de Romanis Pontificibus in Cœlestino Tertio, Innocentio Tertio, & Honorio Tertio, & lib. 2. de Ecclesia Lateranensi cap. 2. & 3. vbi dicit, Honorium statim ad Pontificatum euectum suo monasterio Lateranensi grati animi causa insigne priuilegium contulisse, anno primo sui Pontificatus datum anno 1216. quarto Idus Nouemb. Indictione quinta, per manum Raynerij Prioris S. Frigdiani, quod fatetur se legisse, illudq; in regestris Bibliothecæ Vaticanæ seruari. Raphael Volaterranus lib. 21. Laertius Cherubinus in Bullario. Ioannes Baptista de Cauallerijs eodem libro de Imaginibus, siue Iconibus Romanorum Pontificum, ex Aldi Manutij, & Onuphrij elogijs collecto.

Non desunt etiam, qui Vrbanum III. nostrō Ordini non immeritò adscribant, ex quibus Ioannes Mauburnus in Venatorio lib. 2. cap. 14. ex Seuerino Calco in quadam epistola ad D. Ioannem Cribellum S. Petri de Vlmo Regularem Præpositum, inter cætera scribente: *Tu honeris canonicorum regularium magnanimum semper, & inuictissimum te defensorem præstitisti. quam re Vrbani Tertij Pontificis Maximi imitatorem, filiumq; esse prætefers, qui de Cribellorum antiquissima, & nobilissima stirpe traxit originem. Is pro sui Ordinis canonicorum deuotione, & obseruantia multa apud Mediolanum erexisse monasteria dicitur, inter quæ illud præstantissimum est, in quo nunc Rector præsides*, quanquam nec Onuphrius, neque alij recentiores Regularis illius professionis meminerint, sed solùm dicant, illum ex Archidiacono Mediolanensi presbyterum Cardinalem, & Archiepiscopum Mediolanensem factum. sed potuit fuisse canonicus alicuius Ecclesiæ regularis Mediolanensis, & quātum coniectari licet sanctæ Mariæ Crescentiaci, & inde ad Mediolanensem Archidiaconatum assumptus, sicut Lambertus de Fagnano, qui fuit Honorius II. ex canonico Lateranensi ad Archidiaconatū Bononiensem fuerat assumptus. Præter quod ipsa quoque Mediolanensis Metropolitana olim regularis erat, vt lib. 2. c. 26. diximus. Hoc certum. Vrbanū III. duas inter alias insignes præposituras canonicorum regularium in suis allodijs paternis fundasse, & de proprijs bonis patrimonialibus dotasse: alteram S. Petri ad Vlmū proximè memoratam: alteram S. Georgij de Brinate, quam congregationi S. Mariæ de Crescentiaco donauit, quæque modo nostræ congregationi Lateranensi cum suo capite est vnita, ambas olim diuitijs affluentes, & habentes prosingula redditus, decem millium aureorum.

Cœlestinus quoque II. huius nominis eidem Ordini canonico probabiliter adscribi potest, si vera sunt, quæ de illo traduntur à nonnullis, Tiphernatensis Ecclesiæ S. Floridi clericum illum fuisse, sacris ordinibus ibidem initiatum, quod testatur Ciaconius in Cœlestino Secundo, confirmantque priuilegia, & dona eidem Ecclesiæ ab illo Pontifice renunciato facta, quæ nunc exstant.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.

De Sacrosancta Romana Ecclesia Cardinalibus, Bibliothecarijs, Cancellarijs, & Vicecancellarijs ex ordine canonicorum regularium, præsertim ex Lateranensi Congregatione assumptis.

Hæc est Volaterranus lib. 21 superius etiam allegato, Cardinales S.R.E. numero trecentos ex ordine canonicorum regularium assumptos. quod ne mirum alicui, vel minus credibile forsan videatur, recogitanti omnia debebit, in Sacrosancta Lateranensi Basilica, quæ omnium Ecclesiarum principalis mater est, canonicorum regularium institutum per annos octingentos, & amplius stetisse. Cui illa Pontifices Romanos quinque supra centum acceptos, vt capite proximè præcedenti memoratum, illud etiam recolere oportebit, quòd 3 dictum fuit, duos Cardinalares S. Crucis Ierusalem & S. Mariæ nouæ titulos Decretalium Pontificum sæpius innouatis, non nisi canonicis regularibus per multos annos conferri solitos: neque tandem ipsius Ordinis canonici amplexibus, qui maiorem partem Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium olim tenebat. vt alia dicti ordinis collectanea mea missa faciamus. Licet verò propositum non sit, omnium Cardinalium, qui ex isto ordine sunt assumpti, catalogum exactū, & integrum hic loci describere, quod nec ante nos quidquam fecisse legimus, sed nec fieri posse sine diuina reuelatione arbitramur, cum nec illi, qui Gesta Romanorum Pontificum data opera ordinata susceperunt, ante Leonem IX. seriem Cardinalium eorundem Cardinalium, nisi valde diminutā notauerint. vt nihilominus nostrū quantumcunque studium etiam in hac parte nullatenus defuturum, conabimur de multis saltem aliquos ex probatis autoribus, vetustisq; familiarum monimentis collectos, præsertim ex Onuphrio, Ciaconio, & ex calendario antiquo canonicorum Rhenanæ apud Bononiam, cuius meminerunt Baptista Siguius, & Iosephus Mozzagrugnus in suis libris de canonicis regularibus eorumq; cum abusu, & admixtione multorum errorum.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.

De Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Bibliothecarijs, Cancellarijs, & Vicecancellarijs ex ordine canonicorum regularium, præsertim ex Lateranensi Congregatione assumptis.

I. TEstis est Volaterranus lib. 21 superius etiam allegato, Cardinales S.R.E. numero trecentos ex ordine canonicorum regularium assumptos. quod ne mirum alicui, vel minus credibile forsan videatur, recogitare ante omnia debebit, in Sacrosancta Lateranensi Basilica, quæ omnium Ecclesiarum princeps, & mater est, canonicorum regularium institutum per annos octingentos, & amplius stetisse, ac ex illa Pontifices Romanos quinque supra viginti acceptos, vt capite proximè præcedenti monstrauimus. illud etiam recolere oportebit, quod li. 2 dictum fuit, duos Cardinalares S. Crucis in Ierusalem & S. Mariæ nouæ titulos Decretis Pontificum sæpius innouatis, non nisi canonicis regularibus per multos annos conferri solitos: atque tandem ipsius Ordinis canonici amplitudinem, qui maiorem partem Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium olim tenebat. vt alia dicti ordinis collegia innumera missa faciamus. Licet verò propositi nostri non sit, omnium Cardinalium, qui ex nostro ordine sunt assumpti, catalogum exactũ, & integrum hic loci describere, quod nec ante nos aliquem fecisse legimus, sed nec fieri posse sine diuina reuelatione arbitramur, cum nec illi, qui Gesta Romanorum Pontificum data opera scribenda susceperunt, ante Leonem IX. seriem creationis eorundem Cardinalium, nisi valde diminutè notauerint. vt nihilominus nostrũ qualecunque studium etiam in hac parte nullatenus desideretur, conabimur de multis saltem aliquos referre, ex probatis autoribus, vetustisq; familiarum monimentis collectos, præsertim ex Onuphrio, Ciaconio, & ex calendario antiquo canonicæ Rhenanæ apud Bononiam, cuius meminerunt Ioannes Baptista Signius, & Iosephus Mozzagrugnus in suis libris de canonicis regularibus editis, licèt cum abusu, & admixtione multorum errorum.

Sciendum enim est inter antiquas constitutiones canonicæ, & congregationis Portuensis statutum fuisse, vt in singulis Ecclesijs illorum Ordinis, & professionis, licèt diuersarum congregationum, calendaria conficerentur, & in illis nomina omnium canonicorum dicti ordinis, & professionis, cum illorum obitus renunciatus esset, continuo notarentur, fierentq; pro illarum animabus suffragia, & anniuersaria, vt lib. 2. in congregatione Portuensi notauimus. quas constitutiones quoniam Innocentius II. mandauit in canonica Rhenana paulo ante fundata seruari, ideo in dicta canonica huiusmodi calendariũ confectum fuit, sicut etiam in alijs D. Ioannis in monte, & S. Victoris eiusdem Ciuitatis monasterijs seruabatur. quod calendarium in monasterio S. Saluatoris nunc etiam fertur adseruari, ex quo præfati autores deducunt, omnes canonicos in eodẽ calendario notatos, in monasterio Rhenano professos fuisse, quod licet minimè verum sit, illud tamen verissimum, omnes canonicos regulares, & eiusdem ordinis cum antiquis illis canonicis in monasterio Rhenano tunc degentibus, etsi diuersarum familiarum, extitisse. quod si solùm prædicti autores velint, vt velle videntur, præsertim Ioannes Baptista Signius lib. 2. cap. 8. in principio, cũ inquit: *Sexdecim Canonicos de Rheno ipso ad Cardinalatus honorem assumptos, nec sanè mirum, cum ipsa Lateranensis Ecclesia, & omnes Ecclesiæ titulares Cardinalium regerentur per eos tunc Canonicos.* & c. 9. cum ait: *Ordinis eiusdem canonicorũ de Rheno erant quoque tunc monasteria S. Ioannis in monte in Ciuitate, & S. Victoris extra Bononiam, quorum omnium obitus in eodem Calendario antiquo Rhenano pariter commendantur.* illi inquam verissimè dicunt, de identitate ordinis, & professionis loquentes, non autem congregationum, seu familiarum.

CArdinales igitur S.R.E. quos ex prædictis autoribus, & antiquis monumentis ex ordine canonicorum regularium acceptos inueni, hi sunt, videlicèt: II.

D. Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius, Ecclesiæ Leodiensis tunc Regularis Archidiaconus, à Leone IX. S.R.E. Cardinalis diaconus, S. Mariæ in Dominica, necnon Bibliothecarius, & Cancellarius creatus, & ab eodem Leone Legatus ad Imperatorem Constantinopolitanũ destinatus, postea monachus Cassinensis, ad Hẽrici II. Imperatoris inuidiam declinandam, effectus, & eo defuncto Cardinalis à Victore II. restitutus. Onuphrius, Molanus, Ciaconius, & Baronius. vide cap præcedenti in Stephano X.

D. Petrus Archipresbyter canonicæ Lateranensis, qui inter Cardinales recensetur in operibus B. Petri Damiani lib. 2. epist. 10. in ordine; nã illius libri epistolæ omnes ad Cardinales ferũtur scriptæ. Est autem titulus epistolæ. *Domino Petro Lateranẽsis Canonica Archypresbytero, Petrus peccator*

monachus fraternæ glutinum charitatis. & in epistola circa finem de conuentu Lateranẽsi verba faciens: *Porro autem quia Sancti conuentus Rector constitutus es, noli dissimulare culpam &c.* Sic enim habetur in epistola, quam refert Baronius tomo ij. sub anno 1065. num. 6. licèt ad conuentum canonicorum in Lateranensi Basilica tunc temporis existentem forsan occultandum, in noua editione Romana operum B. Petri Damiani ista verba fuerint omissa. Nescio autem, an iste Domnus Petrus idem fuerit cum Petro Bibliothecario, quem Onuphrius in Leone IX. & Alexandro II. dicit, fuisse Bibliothecarium, & Cancellarium, & diaconum Cardinalem: nam ille dicitur fuisse Præpositus sancti Georgij in Laterano, & Cardinalis diaconus: hic verò Archipresbyter. sed vtrunque esse potuit, vel simul, vel saltem successiuè.

D. Otho de Castellione, Rhemensis diœcesis, Gallus, ex canonico regulari Lateranensi monachus Cluniacensis, Cardinalis Episcopus Ostiensis. Onuphrius de Romanis Pontificibus in Gregorio VII. & Vrbano II. vide alios citatos cap. præcedenti in Vrbano II.

D. Raynerius, Crescentij filius, Bleranus, ex canonico regulari Lateranensi monachus Cluniacensis, & Abbas sancti Laurentij extra muros, Cardinalis presbyter tituli sancti Clementis creatus ab Vrbano Secundo. Onuphrius eodem libro in Vrbano Secundo, & Paschali Secundo, & alij citati superius in Paschali Secundo.

D. Gregorius de Papa, siue de Papareſijs, nunc de Matthæis, Romanus, ex canonico regulari Lateranẽsi Cardinalis diaconus creatus ab Vrbano Secundo. Onuphrius in eodem lib. in Vrbano Secundo, & alij citati cap. præcedenti in Innocentio Secundo.

D. Lambertus de Fagnano aliàs de Scannabecchis ciuis Bononiensis ex canonico regulari Lateranensi, & Archidiacono Bononiensi Cardinalis Episcopus Ostiensis creatus à Paschali II. Onuphrius eodem libro in Paschali Secundo, & in Honorio Secundo, & alij cap. præcedenti citati in eodem Honorio Secundo.

Domnus Cuno Germanus à Trunciberenger, prius Eremita, postea canonicus regularis, & vnus de fundatoribus congregationis de Aroasia in Gallobelgica, Cardinalis Episcopus Prænestinus à Paschali Secundo creatus. Onuphrius in eodem libro de Romanis Pontificibus in Paschali Secundo, Sigibertus Gemblacensis, siue illius Continuator in chronico sub anno 1114. Baronius tomo 12. sub anno 1112. & 1114. & 1116. & 1118. qui licet dicant, illum fuisse Eremitam, fatentur tamen fuisse vnum ex primis fundatoribus congregationis Aroasiensis, quam extra omnem dubitationem est canonicorum regularium, non Eremitarum fuisse, prout etiam multa illius monasteria, quæ nunc supersunt clarissimè demonstrant. multa huius viri pro Ecclesia Catholica contra Tyrannos tum in Oriente, tum in Occidente pluribus legationibus præclarè gesta commemorat in locis proximè citatis Cardinalis Baronius.

D. Aymericus Burgundus, Illustri genere ortus, ex canonico regulari diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ creatus à Calisto Secundo. Onuphrius de Romanis Pontificibus in Calisto Secundo, & lib. 3. de Ecclesia Lateranensi cap. 15. Hic sui tituli canonicam renouauit, & vt Cardinalis titularis non nisi de gremio congregationis S. Frigdiani sumeretur, à Calisto Secũdo impetrauit, cuius priuilegium alij Romani Pontifices firmauerunt, de quo dictum est lib. 2. cap. 16.

D. Gerardus de Caccianemicis Bononiensis ex canonico regulari S. Crucis, & congregationis S. Frigdiani Cardinalis presbyter S. Crucis in Ierusalem ab Honorio II. creatus. Onuphrius in eodem lib. de Romanis Pontificibus, & alij citati cap. præcedenti in Lucio II.

III.

DOmnus Conradus de Suburra Romanus, ex canonico regulari, & Abbate S. Rufi apud Valentiam Cardinalis Episcopus Sabinus creatus ab eodẽ Honorio II. Onuphrius in Honorio II. & alij cap. præcedẽti allegati in Anastasio VI.

D. Anselmus ex canonico regulari monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papiæ Cardinalis presbyter tituli sancti Laurentij in Lucina creatus ab eodem Honorio Secundo. Onuphrius eodem lib. de Romanis Pontificibus in Honorio II. Ciaconius in eodem Honorio II. eiusdem meminit Baronius tomo 12. sub anno 1130. cum alijs tribus Cardinalibus canonicis regularibus, scilicet Conrado Episcopo Sabinensi, Gerardo presbytero S. Crucis, & Aymerico diacono S. Mariæ nouæ. pro vero Pontifice Innocentio Secundo, contra pseudopapam Anacletum strenuè decertantibus, licet canonicam illorum professionem de more omiserit.

D. Theodeuuinus Germanus, ex canonico regulari Cardinalis Episcopus Portuensis creatus ab Innocentio Secundo. Onuphrius in eodem lib. de Romanis Pontificibus, vbi tamen canonicæ illius professionis non meminit, sed illa habetur in calendario Rhenano, referente Ioanne Baptista Signio lib. 2. cap. 8.

D. Thomas Mediolanensis ex canonico regulari S. Mariæ de Crescentiaco prope Mediolanũ Cardinalis presbyter tituli sanctorum Vitalis, & Vestinæ creatus ab Innocentio Secundo Onuphrius, & Ciaconius in Innocentio Secundo, & monimenta congregationis S. Mariæ de Crescentiaco.

D. Ioannes, ex canonico regulari cõgregationis S. Frigdiani Cardinalis diaconus S. Mariæ nouæ creatus à Cœlestino Secundo. Onuphrius in eodem lib. in Cœlestino Secundo.

D. Vbaldus Bononiensis, ex canonico regulari S. Crucis in Ierusalem, cõgregationis S. Frigdiani

Cardinalis presbyter eiusdem tituli creatus Lucio Secundo. Onuphrius eodem lib. in Lucio Secundo, calendarium Rhenanum.

Magister D. Guido Bononiensis, ex canonico regulari S. Mariæ de Rheno Bononiæ, Cardinalis presbyter tituli S. Potentianæ, siue Pudentianæ creatus à Lucio Secundo. calendarium Rhenanum. Onuphrius in eodem lib. in Lucio Secundo de ipso tamen non dicit, illum fuisse canonicum regularem. Huius precibus Adrianus IV. anno 1156. 16. calend. Aprilis Ecclesiam Cardinalarem S. Potentianæ de Vrbe canonicis Rhenensibus concessit, vt ordo canonicus Deo autore per illos eundem obseruantiam illorum Regulæ in eadem Ecclesia constitueretur, & perpetuis temporibus inviolabiliter obseruaretur.

D. Guarinus de Fuscharariis Bononiensis, ex eodem Ecclesiæ Bononiensis, & canonico regulari Mortariensi primùm, deinde congregationis S. Frigdiani, Cardinalis Episcopus Prænestinus à eodem Lucio II. creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Lucio Secundo, de hoc diximus supra in quo loco videndus erit.

D. Rolandus Paparo, aliàs de Bendinellis, Ranuccij filius Senensis, ex clerico Pisano canonico regularis Lateranensis, primum subdiacono Apostolicus, mox diaconus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius creatus ab Eugenio Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Eugenio Tertio, & Alexandro Tertio. vide cap. præced. in Alexandro Tertio.

D. Nicolaus Malmesburiensis, ex oppido S. Albani Bathoniensis diœcesis in Anglia, quem nonnulli Petrum in lib. de Scriptoribus Anglicanis Vicarium Hastifragum vocat, & in vico Langley eorumpo genitum dicit, primùm clericus sanctæ Albedæ de Maglorio Magalonensis diœcesis, postea canonicus regularis, & Abbas S. Rufi, Cardinalis Episcopus Albanus creatus ab Eugenio Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Eugenio Tertio. vide notata cap. præced. in Adriano Quarto.

DOminus Ildebrandus Crassus Bononiensis, ex canonico regulari S. Mariæ de Rheno Cardinalis diaconus tituli S. Eustachij creatus ab eodem Eugenio Tertio Onuphrius in Eugenio Tertio, sed dicit illum fuisse Rectorem Ecclesiæ Cominianæ Mutinæ. Verùm illum fuisse canonicum Rhenanum scribit Io. Bapt. Signius loco allegato, ex calendario antiquo Rhenano.

D. Hugo de Folietto, ex canonico regulari S. Petri Corbeiensis, vt Onuphrius, & Ciaconius, vel S. Petri Cordubensis, vt S. Antoninus, vel S. Petri Corbeiensis, vt Ioannes de Nigraualle, Cardinalis creatus ab Eugenio III. Onuphrius in Eugenio Tertio, Ciaconius in Innocentio Secundo, dicens illum creatum Cardinalem ab eodem Innocentio Secundo. Cæterum Onuphrius

diani Cardinalis presbyter eiusdem tituli creatus à Lucio Secundo. Onuphrius eodem lib. in Lucio Secundo.calendarium Rhenanum.

Magister D.Guido Bononiensis,ex canonico regulari S.Mariæ de Rheno Bononiæ, Cardinalis presbyter tituli S Potentianæ,siue Pudentianę creatus à Lucio Secundo. calendarium Rhenanum.Onuphrius in eodem lib. in Lucio Secundo.vbi tamen non dicit, illum fuisse canonicum regularem. Huius precibus Adrianus IV. anno 1155.16. calend. Aprilis Ecclesiam Cardinalarem S.Potentianæ de Vrbe canonicis Rhenensibus concessit,vt ordo canonicus Deo autore per illos secundum obseruantiam illorum Regulæ in eadem Ecclesia constitueretur,& perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruaretur.

S. Guarinus de Fuscharariis Bononiensis, ex clerico Ecclesiæ Bononiensis,& canonico regulari Mortariensi primùm,deinde congregationis S.Frigdiani, Cardinalis Episcopus Prænestinus ab eodem Lucio II.creatus. Onuphrius,& Ciaconius in Lucio Secundo, de hoc diximus supra c.50.qui locus videndus erit.

D. Rolandus Paparo, aliàs de Bendinellis, Raynucij filius Senensis, ex clerico Pisano canonicus regularis Lateranensis, primum subdiaconus Apostolicus, mox diaconus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius creatus ab Eugenio Tertio. Onuphrius,& Ciaconius in Eugenio Tertio, & Alexandro Tertio. vide cap. præced. in Alexandro Tertio.

D. Nicolaus Malmesburiensis, ex oppido S. Albani Bathoniensis diœcesis in Anglia, quem Ioannes Pitsius in lib. de Scriptoribus Anglicanis Nicolaum Hastifragum vocat,& in vico Langléy nuncupato genitum dicit, primùm clericus sancti Iacobi de Maglorio Magalonensis diœcesis, postea canonicus regularis,& Abbas S.Rufi,Cardinalis Episcopus Albanus creatus ab Eugenio Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Eugenio Tertio. vide notata cap. præced. in Adriano Quarto.

IV. DOminus Ildebrandus Crassus Bononiensis, ex canonico regulari S. Mariæ de Rheno Cardinalis diaconus tituli S. Eustachij creatus ab eodem Eugenio Tertio.Onuphrius in Eugenio Tertio, sed dicit illum fuisse Rectorem Ecclesiæ S.Geminiani Mutinæ. Verùm illum fuisse canonicum Rhenanum scribit Io. Bapt. Signius loco allegato.ex calendario antiquo Rhenano.

D.Hugo de Folietto,ex canonico regulari S. Petri Corbiensis , vt Onuphrius, & Ciaconius, vel S.Petri Cordubensis, vt S. Antoninus, vel S. Petri Corbitiensis , vt Ioannes de Nigraualle, Cardinalis creatus ab Eugenio III. Onuphrius in Eugenio Tertio,Ciaconius in Innocentio Secundo,dicens illum creatum Cardinalem ab eodem Innocentio Secundo. Cæterum Onuphrius in Innocentio II. nullum Cardinalem nomine Hugonem ab hoc Pontifice creatum numerat, nisi quendam Iuonem Gallum presbyterũ Cardinalem tituli . . . & fortè vnum ex duobus conflauerunt : & potuerunt esse duo Cardinales eiusdem ordinis , alter Iuo, alter Hugo nuncupati , alter ab Innocentio , alter ab Eugenio creati vt vt fuerit,Hugonem de Folietto canoni. cũ regularem,insignemque Doctorem extitisse, præter Onuphrium,& Ciaconium, testantur Ioannes de Nigraualle , & D. Antoninus in 3. par. Historiali tit.18.cap.2. in princ. ex Vincentio in Speculo Historiali lib 28.c.18 .quod si verum est, illum non monasterij Corbeiæ, sed alterius vel Cordubensis, vel Corbitiensis professum fuisse, necessarium erit,cum constet,Corbeiam vtramque,in Gallijs scilicet,ac in Germania non ordinis fuisse canonicorum,sed monachorum.

D.Boso Anglus ex canonico regulari,& Papæ scriptore Cardinalis diaconus sanctorum Cosmæ & Damiani,& Camerarius creatus ab Adriano Quarto.calendarium Rhenanum, & Onuphrius in Adriano Quarto, vbi canonicæ illius professionis non meminit.

D.Ioannes Pizutus,alias Phizutus Neapolitanus, canonicus regularis S. Victoris Parisiensis, Cardinalis diaconus sanctæ Mariæ in Porticu creatus ab Adriano Quarto. Onuphrius, & Ciaconius in Adriano Quarto.Hic ille est Cardinalis Ioannes,qui vetustam,& insignem canonici Ordinis Abbatiam S. Petri ad Aram Neapolis penè collapsam restituit,& canonicorum conuentum ibidem reposuit,accito in illius Priorem,ac deinde Abbatem Domino Nicolao S. Victoris Parisiensis canonico,de quo supra dictum fuit.

Dominus Bernardus canonicus regularis, & Prior monasterij Lateranensis,cuius meminit Onuphrius lib.2.de Ecclesia Lateranensi cap. primo,sic: *Innocentium quoque Secundum donasse inueni Basilicæ Lateranensi centum Lucensis monetæ libras, quibus agri emerentur,ad Canonicorum in ea residentium sustentationem : ex quibus Bernardus tunc Prior Lateranensis , postea Episcopus Cardinalis Portuensis aliquot possessiones emit non longè ab Vrbe,prope Ecclesiam sanctæ Helenæ.* & cap. 3. *Multi præterea magni nominis Cardinales ex eo monasterio prodierunt , ex quibus præcipuus fuit Bernardus , qui multis annis Prior monasterij Lateranensis fuerat sub Innocentio Papa Secundo, & ab Eugenio Tertio ex Lateranense Priore presbyter Cardinalis primum tituli sancti Clementis, deinceps Episcopus Cardinalis Portuensis, & sanctæ Rufinæ , & Secundæ ab Adriano Quarto factus est.* Consentit Ciaconius in Adriano Quarto. ipse tamen Onuphrius in lib.de Romanis Pontificibus in Eugenio Tertio,& Adriano Quarto nõ dicit,illum fuisse canonicum regularem,& Priorem monasterij Lateranensis: quia hoc ad notitiam illius necdum venerat,sicut nec aliorũ non. nullorum,quorum promotiones ad Cardinalatũ

tacita illorum professione canonica in eodem libro recenset.

D. Hieronymus Lucensis ex canonico regulari S. Frigdiani Cardinalis diaconus sanctæ Mariæ nouæ creatus ab Alexãdro Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Alexandro Tertio.

D. Arduinus ex canonico regulari congregationis S. Frigdiani Cardinalis presbyter S. Crucis in Ierusalem ab Alexandro Tertio creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Alexandro Tertio.

D. Matthæus Lucensis canonicus regularis S. Frigdiani Cardinalis diaconus S. Mariæ nouæ ab Alexandro Tertio creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Alexandro Tertio.

D. Petrus Bonus Veronensis ex canonico regulari Cardinalis presbyter tituli S. Susannæ creatus ab Alexandro Tertio calendarium Rhenanum. Onuphrius in Alexandro Tertio.

Magister D. Albinus Mediolanensis canonicus regularis S. Mariæ de Crescentiaco Cardinalis diaconus à Lucio Tertio creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Lucio Tertio.

V. DOmnus Bernardus canonicus regularis monasterij S. Frigdiani, Cardinalis diaconus S. Mariæ nouæ, creatus à Clemente Tertio. Ciaconius, & Onuphrius in eodem Lucio Tertio.

D. Lotharius de Comitibus Signiæ, Anagninus, ex canonico regulari monasterij Lateranensis, in quo à teneris annis canonicam vitam fuerat professus, Cardinalis diaconus SS. Sergij, & Bacchi à Cœlestino Tertio creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Cœlestino Tertio, & Innocentio Tertio, vide notata cap. præced. in Innocentio Tertio.

D. Cencius Sabellus Romanus, ex canonico regulari Lateranensi Cardinalis diaconus S. Luciæ in Silicæ, & Camerarius à Cœlestino Tertio creatus. ijdem Onuphrius, & Ciaconius in Cœlestino Tertio, & Honorio Tertio. vide notata cap. præcedenti in Honorio Tertio.

D. Leo de Brancaleonibus Romanus canonicus regularis congregationis S. Frigdiani, Cardinalis diaconus S. Luciæ in Septisolio creatus ab Innocentio Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Innocentio Tertio.

D. Gregorius Crescentius Romanus, ex canonico regulari Cardinalis diaconus S. Theodori creatus ab eodem Innocentio Tertio. calendarium Rhenanum, in quo illius obitus sub anno 1208. est notatus. Onuphrius scribit illum creatum Cardinalem ab ipso Innocentio Tertio.

D. Iacobus Gualla de Bicherijs Vercellensis, ex canonico regulari monasterij S. Petri in Cœlo aureo Papiæ Cardinalis diaconus sanctæ Mariæ in Porticu creatus ab eodem Innocentio Tertio. Onuphrius, & Ciaconius in Innocentio Tertio. Hic Abbatiam nobilem S. Andreæ Vercellarum suis sumptibus fundauit, & locupletissimè ditauit, vt lib. 2. diximus.

Magister D. Iacobus de Vitriaco ex oppido Argentolio diœcesis Parisiensis, canonicus regularis S. Nicolai de Oëgnies, primo Episcopus Aconensis in Palæstina, postea Cardinalis Episcopus Tusculanus creatus à Gregorio Nono. Onuphrius, & Ciaconius in Gregorio Nono. habetur ex illius vita, quæ præmittitur eius libro intitulato Historia Orientalis, & Occidentalis.

Frater Anglicus, siue Angelicus Grimaldi de Brisaco Mimatensis diœcesis, ex canonico regulari congregationis sancti Rufi, Cardinalis presbyter sancti Petri ad Vincula creatus ab Vrbano V. cuius erat nepos, & secundũ nonnullos frater. Onuphrius, & Ciaconius in Vrbano V. chronica congregationis sancti Rufi. Hic collegium in monte Pessulano pro studentibus dictæ congregationis fundauit, & dotauit.

D. Ioanes canonicus regularis sanctæ Crucis Colimbricensis, Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis, & Legatus Apostolicus in Regno Lusitaniæ, qui Ecclesiam S. Crucis Colimbriæ consecrauit. ex tabula cõsecrationis dictæ Ecclesiæ, & relationibus authenticis ad me transmissis, in quibus tamen quo tempore ille vixerit notatum non inuenio.

Domnus N. Hispanus, ex canonico regulari monasterij montis Anagonum presbyter Cardinalis creatus à Benedicto Decimotertio Papa schismatico, eo relicto anno 1419. Martino V. legitimo Pontifice creato, in numerum Cardinalium ab eo conscriptus. Onuphrius in Benedicto Decimotertio, alias Vndecimo, & Martino Quinto.

D. Ludouicus Alamannus Gallus, canonicus regularis, & iuris vtriusque Doctor celebris, ex Episcopo Maclouiensi, postea Archiepiscopo Arelatensi, Vicecamerario, & Prolegato Bononiensi Cardinalis presbyter S. Cæciliæ, & Bononiæ Legatus, à Martino V. creatus. Onuphrius, & Ciaconius in Mart. V.

D. Nicolaus de Cusa, ex canonico regulari, & Præposito monasterij Vartobergensis, cuius ille meminit in epistola liminari libri de Filiatione Dei, Archidiaconus Leodiensis, Cardinalis presbyter sancti Petri ad Vincula creatus à Nicolao V. Onuphrius, & Ciaconius in Nicolao V.

Domnus Iuo canonicus regularis sancti Victoris Parisiensis Cardinalis, referente Volaterrano lib. 21. vbi tamen non dicit, quando, vel à quo ille fuerit Cardinalis creatus, & fortè hic ille est cuius Onuphrius meminit in Innocentio Secundo, vocans illum Magistrum Iuonem Gallũ.

Refert etiam Ciaconius inter Cardinales ab Innocentio II. creatos Magistrum Hugonem de sancto Victore, cuius nomen apud Theologos in precio habetur: sed Onuphrius nullum talis nominis ab eodem Innocentio Cardinalem creatum numerat, & potuit hoc accidisse, quod antequam ille insignia Cardinalatus acciperet,

ex hac

ex hac vita migraret: nam ponitur creatus anno Domini 1238. post quem annum non multo intervallo naturæ debitum soluit.

Domum his omnibus addit Ioann. Bapt. Sig- lib. 2. de canonicis cap. 9. D. Hugonem Prio- sanctæ Praxedis, qui obijt 1256. & D. Bernar- Priorem sanctæ Potentianæ, qui obijt anno D. Raynerium de Vrbe Veteri, cuius o- commendatur sub ann. 1217. Verùm in Ca- Cardinalium ab Onuphrio descripto i- nostra non inueniuntur, neque crea- Alexandri IV. qui vixit anno 1256. neque Innocentij Quinti, qui fuit anno 1276. Cardinalis istorum titulorum interfuit, viris agebat. De Raynerio de Castro Veteri, quem ille vocat de Vrbe veteri, cer- non fuisse Cardinalem, neque obijsse 1217. vt statim dicemus. vnde puto, hunc multa diuinando scripsisse, & suo Calendario Rhenano multipliciter abusum

Plures Cardinales fuerunt etiam multi ex canonicis regularibus, & præsertim congre- Lateranensis, S. R. E. Bibliothecarij, Cancellarij, seu Vicecancellarij. Ex Bibliothe- fuerunt, referente Onuphrio lib. 3. de Ec- Lateranensi c. 15. vbi illorum integrum Ca- collegit.

Sanctus Prosper Aquitanus Episcopus Regi- Rhetor, & Poëta celebris sub Leone Primo Dom. 450 ex Marcellino in Chronico.

Fridericus Lotharingus Ducis Lotharingiæ & Archidiaconus Leodiensis, creatus anno sub Leone Nono, & Victore Secundo, qui Stephanus X.

Dominus Gerardus de Caccianemicis sub In- II. & Cœlestino II. qui postea fuit Lu-

Petrus Cancellarijs, & Vicecancellarijs S. R. fuerunt in primis ijdem Prosper Aqui- & D. Fridericus Lotharingus.

Tertius Dominus Aymericus Burgundus, Cardinalis S. R. Ecclesiæ S. Mariæ No. sub Calisto II. Honorio II. & Innocentio II. anno 1124. vsque ad annum 1141.

Quartus D. Boso Anglicus Scriptor Apostolici Cancellario anno 1153.

Quintus D. Rolandus Paparo, siue Bendinel- sub Eugenio Tertio, Anastasio Quar- Adriano Quarto (hic fuit Alexander Ter- anno 1153. vsque annum 1159.

Sextus Dominus Moyses canonicus Regula- Lateranensis, & S. R. Ecclesiæ Subdiaconus, Cardinalis non esset, nõ Cancellarius, Cardinales consueuerant, scappellare voluit, Cancellarij vicem agens dictus est, cum nihil- munus Cancellarij munere fungeretur, prouê- & Regalia omnia Cancellarijs dari solita Pontifex bus, habueret. fuit hic primus, qui post

ex hac vita migraret: nam ponitur creatus anno Domini 1138. post quem annum non multo interuallo naturæ debitum soluit.

Demum his omnibus addit Ioann. Bapt. Signius lib. 2. de canonicis cap. 9. D. Hugonem Priorem sanctæ Praxedis, qui obijt 1256. & D. Bernardum Priorem sanctæ Potentianæ, qui obijt anno 1276. & D. Raynerium de Vrbe Veteri, cuius obitus commendatur sub ann. 1217. Verùm in Catalogo Cardinalium ab Onuphrio descripto istorum nomina non inueniuntur, neque creationi Alexandri IV. qui vixit anno 1256. neque creationi Innocentij Quinti, qui fuit anno 1276. aliquis Cardinalis istorum titulorum interfuit, neque in viuis agebat. De Raynerio de Castro Veteri, quem ille vocat de Vrbe veteri, certum est non fuisse Cardinalem, neque obijsse anno 1217. vt statim dicemus. vnde puto, hunc autorem multa diuinando scripsisse, & suo illo Calendario Rhenano multipliciter abusum fuisse.

VI. PRæter Cardinales fuerunt etiam multi ex canonicis regularibus, & præsertim congregationis Lateranensis, S. R. E. Bibliothecarij, & Cancellarij, seu Vicecancellarij. Ex Bibliothecarijs fuerunt, referente Onuphrio lib. 3. de Ecclesia Lateranensi c. 15. vbi illorum integrum Catalogum collegit.

Sanctus Prosper Aquitanus Episcopus Regiensis, Rhetor, & Poëta celebris sub Leone Primo anno Dom. 450. ex Marcellino in Chronico.

Fridericus Lotharingus Ducis Lotharingiæ filius, & Archidiaconus Leodiensis, creatus anno 1051. sub Leone Nono, & Victore Secundo, qui fuit Stephanus X.

Dominus Gerardus de Caccianemicis sub Innocentio II. & Cœlestino II. qui postea fuit Lucius II.

Porrò ex Cancellarijs, & Vicecancellarijs S. R. Ecclesiæ fuerunt in primis ijdem Prosper Aquitanus, & D. Fridericus Lotharingus.

Tertius Dominus Aymericus Burgundus, Diaconus Cardinalis S. R. Ecclesiæ S. Mariæ Noux, sub Calisto II. Honorio II. & Innocentio II. ab anno 1123. vsque ad annum 1141.

Quartus D. Boso Anglicus Scriptor Apostolicus pro Cancellario anno 1153.

Quintus D. Rolandus Paparo, siue Bendinellus Senensis sub Eugenio Tertio, Anastasio Quarto, & Adriano Quarto (hic fuit Alexander Tertius) ab anno 1153. vsque annum 1159.

Sextus Dominus Moyses canonicus Regularis Lateranensis, & S. R. Ecclesiæ Subdiaconus, qui quòd Cardinalis non esset, nõ Cancellarius, vt Cardinales consueuerant, se appellare voluit, sed Cancellarij vicem agens dictus est, cum nihilominus Cancellarij munere fungeretur, prouẽtusque, & Regalia omnia Cancellarijs dari solita à Pontificibus, haberet. fuit hic primus, qui post longa tempora cum nõ essent Cardinales, Cancellarij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ functus est munere: antea enim non nisi Cardinalibus officium illud demandari solitum erat. hinc Vicecãcellarij origo emanauit. vixit sub Gregorio Octauo, & Clemente Tertio ab anno 1186. vsque ad annum 1194.

Septimus D. Raynerius de Castro Veteri, oppido diœcesis Tudertinæ, quod nunc est dirutũ, canonicus regularis, & Prior S. Frigdiani Lucæ sub Honorio III. hic primus, teste Onuphrio, pro Cancellarij vicem agente commodiore vocabulo vsus est nomine Vicecancellarij. Tenuit officium quatuor annis, anno verò 1220. Patriarcha Antiochenus fuit consecratus, quo anno quoddam altare in Ecclesia S. Frigdiani consecrauit. ex illius Ecclesiæ tabulis.

Octauus D. Papinianus Taurinensis, ex canonico regulari S. Andreæ Vercellarum Episcopus Parmensis, Vicecancellarius creatus à Bonifacio VIII. sub eodem Bonifacio, & Benedicto XII. & Clemente V. Onuphrius in lib. de Romanis Põtificibus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

De Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ex Monasteriis Congregationis Lateranensis acceptis.

I. QVoniam laboriosa nimis foret Prouincia, singulorũ Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum ex ordine canonicorum regularium professorum integrum Catalogum describere, illos solum modo recendos sumemus, quos ex nostræ Lateranensis congregationis collegijs acceptos, authenticis documentis probari potest, de quibus in progressu istius tertij libri mentio peculiaris est habita, inter quos sequentes meritò censeri possunt, videlicet:

S. Aldobrandus ex canonico monasterij Portuensis, primùm Ariminensis Ecclesiæ Præpositus, postea Forosempronensis Episcopus, circa annum Domini 1119. creatus. ex Hieronymo Rubeo in Historia Rauennat.

D. Albertus ex canonico S. Crucis Mortariẽsis, primum Episcopus Vercellensis, deinde Patriarcha Ierosolymitanus. ex Onuphrio in Chronico sub anno 1204. & ex Chronico monasterij Mortariensis.

D. Airaldus, patria Nouariensis, ex Præposito

Mortariensi Ianuensis Archiepiscopus, ab Vrbano Secundo anno 1099. creatus, cuius sub illo anno meminit Augustinus Iustinianus in Historia Ianuensi. vide lib 2. c. 46.

D. Albericus ex Priore S. Ioann. in monte Regiensis Episc. in Flaminia, creatus anno 1163. vide hoc 3. lib. cap. 14.

D. Augustinus de Strozzis Florentinus, ex canonico Abbatiæ Fesulanæ Hipponensis Episc. post reformationem Frigdonariam. ex monumentis dictæ familiæ.

D. Alphonsus Herrera Hispanus, ex Canonico S. Petri ad Aram Episcopus Ariani Obijt ante paucos annos sepultus in Ecclesia B. Mariæ Pedis cryptæ.

D. Alexander Turrianus, ex canonico S. Benedicti Cremæ, Theologiæ professor, Episcopus Scythiæ ac Hierapetræ in Creta, à Clemente Octauo creatus. obijt anno præterito 1622. Veronæ.

D. Archangelus de Rubeis, ex canonico S. Petri de Pado Cremonæ. & Abbate sancti Iuliani, Episcopus Carinulæ à Paulo Quinto renunciatus. obijt in sua Ecclesia ante duos circiter annos.

D. Bernardus ex Præposito Mortariensi, cui scribit Paschalis Secundus anno 1115. Episcopus Papiensis. vide lib. 2. c. 46.

D. Blasius de Nouellis Ferrariensis, ex Priore sancti Iacobi Cellæ Volanæ, pœnitentiarius Ecclesiæ Lateranensis, postea Episcopus Adriæ ab Eugenio Quarto creatus. obijt sanctissimè in monasterio nostro sancti Lazari propè Ferrariam, deinde ad ædem sancti Ioannis Baptistæ translatus.

D. Camillus Becius Casalensis, ex Abbate Generali nostræ congr. cui sex annis dignissimè præfuit, Episcopus Aquen. à Clemente Octauo creatus. obijt ante tres annos in sua Ecclesia sanctissimè.

D. Celsus Mancinius, ex canonico Portuensi, vir doctissimus, Episcopus Alexani à Clemente Octauo creatus. obijt apud suam Ecclesiam anno 1619.

D. Daniel de Arluninis, ex canonico S. Lazari apud Ferrariam Borsi Ferrariensium Ducis Orator, postea Episcopus Foroliuiensis. vide hoc lib. c. 17.

D. Desiderius de Lilijs Ferrariensis, ex canonico dicti monasterij Episcopus in Campania. vide ibidem.

S. Emirtius, ex canonico Basilicæ Lateranensis Episcopus Aurelianensis, de quo dictum est supra cap. 50.

D. Florianus Nanius de Castro Casij, ex canonico S. Ioannis in monte Bononiæ, Theologoque versatissimo, Episcopus Scalæ in Regno Neapolis, & Bononiensis Ecclesiæ Suffraganeus. obijt Bononiæ anno 1599.

D. Franciscus Maria de Abiatis Mediolanensis, ex Abbate S. Mariæ de Casoreto Episcopus Bobiensis. adhuc viuit.

D. Gualterus, ex canonico regulari Rauennatensiũ Archiepiscopus, canonici ordinis, & præsertim monasteriorum Portuensis apud Rauennam, & S. Mariæ de Rheno apud Bononiam insignis benefactor, qui Rauennaten. Ecclesiam S. R. Ecclesiæ reconciliauit, & multa pro Sede Apost. præclarè gessit de quo multa Hieron. de Rubeis in Historia Rauennat. & Sigonius de Regno Italiæ laudabiliter scribunt.

D. Gulielmus, ex canonico S. Petri in cœlo aureo Papiæ Burdegalensium Archiepiscopus. Ioann. Philippus Nouariensis in Chronicis lib. 3. cap. 29.

D. Gerardus, ex canonico S. Ioan. in monte creatus Episcopus Bononiensis anno 1145. ex Sigonio de Episcopis Bononiensibus.

D. Gerardus Gisla, siue de Gisellis, ex canonico sancti Ioannis in monte Episcopus Bononiensis anno 1188. Sigonius de Episcopis Bononiensibus.

D. Gabriel Flamma Venetus, prædicatorum sui temporis præcipuus, ex canonico, & Abbate S. Mariæ Charitatis Episcopus Clodiensis. obijt anno 1587.

D. Hieronymus, ex Priore S. Frigdiani Lucensis Episcopus Aretinus creatus ab Innocentio II. de quo dictum est supra cap. 19.

D. Henricus Consolmeus Brixiensis, ex canonico S. Victoris apud Bononiam Episc. Bononiensis creatus anno 1213. Sigonius.

D. Hieronymus Vida Cremonensis, ex canonico primùm congregationis S. Marci, postea Lateranensi, & Priore S. Syluestri Montis Compatrum Episc. Albensis à Leone X. creatus. ex Sixto Senensi in Bibliotheca, & scripturis illius monasterij.

D. Hieronymus Righettus Venetus, ex canonico S. Mariæ Charitatis Episc. Caprulensis creatus à Sixto V.

D. Ioannes, ex canonico S. Ioannis in monte Episcopus Bononiẽsis creatus an. 1161. Sigonius.

D. Iacobus, ex canonico Mortariensi Archiepiscopus Ianuensis creatus anno 1341. cuius meminit Augustinus Iustinianus in Historia sub anno 1343. vocans illum Iacobum de S. Victoria congregationis Mortariensis.

D. Iacobus de Vngarellis, ex canonico S. Ioannis in monte Milepotomensis Episcopus in Creta anno 1397. ex Chronica dicti monasterij.

D. Inicus de Aualos Neapolitanus, ex canonico S. Petri ad Aram Episcopus Ischiæ. nunc etiam viuit.

DOminus Ludouicus Maioranus à Graui- II.
na, ex canonico S. Petri ad Aram Episcopus Castelli maris obijt circa annum 1590.

D. Lam.

CAPVT QVINQVAGE

D. Lanfrancus, ex canonico S. Petri in cœ-
laureo Papiæ Episcopus, ex Chronica Ioannis
Philippi Nouariensis.

D. Landolphus, ex canonico eiusdem mona-
terij Episcopus Astensis. ex eodem Ioanne Phi-
lippo.

D. Matthæus Brumanus, ex canonico sancti
Petri de Pado Cremonæ serenissimi Ducis Man-
tuæ apud Pontificem orator, primum Episco-
pus Nocentiæ, postea Melphitanus. obijt an-
no 1556.

D. Nicolaus Bononiensis, ex canonico S. Vi-
tonis, & Priore monasterij Lateranensis electus
Episcopus Bononiensis. obijt anno 1444. non
1441. vt Sigonius scribit.

D. Obertus, ex Præposito Mortariensi Epis-
copus Dertonensis, ad quem sunt literæ Lucij II.
circa annum 1144. ex Chronico Mortariensi.

D. Obertus alter dicti monasterij canonicus,
postea Episcopus Bobiensis. ex eodem Chro
nico.

D. Obertus, ex canonico S. Petri in cœlo au-
reo Episcopus Papiensis. ex Ioanne Philippo in
Chronico lib. 3. c. 29.

D. Octauianus, ex canonico dicti monasterij
Episcopus Sauonensis. idem Ioannes Philippus
dicit.

S. Patritius, ex canonico Ecclesiæ Lateranen-
sis Hybernensium Archiepiscopus. Vide supra
cap. 50.

S. Prosper Aquitanus, ex canonico Lateranẽsi
Episcopus in Flaminia creatus à Leone I. de quo
vide ea supra hoc libro.

D. Papinianus Turonensis, ex canonico S.
Eusebij Vercellarum Episcopus Parmensis, & S.
R. E. Vicecancellarius, de quo dictum fuit capite
precedenti.

D. Paulus de Grassis Bononiensis, ex canoni-
co S. Ioannis in monte Zacynti Episcopus à Six-
to V. creatus anno 1589.

D. Petrus Franciscus Malettus Vercellensis,
canonico sancti Andreæ Vercellarum, & Ab-
bate Generali congregationis Episcopus Niciæ
in Prouincia creatus à Gregorio XV. nunc quo-
que viuit.

D. Raynerius de Castro veteri Prior S. Frig-
diani Lucensis, S. R. E. Vicecancellarius, & Pa-
triarcha Antiochenus ab Honorio Tertio crea-
tus anno 1220. de quo dictum est capite præce-
denti.

D. Radolus, ex canonico, & Priore monasterij
Mortariensis Episcopus Placentinus. ex Chro-
nico Mortariensi.

D. Seruerus Patauinus, ex canonico S. Ioannis
in Veridario, Procuratoreque Generali Romano
Episc. Ruellij à Leone X. creatus ex scripturis in
Archiuio Pacis repertis.

D. Sixtus de Rhenis Cremonensis, ex canoni-
co sancti Petri, Theologoque Sacri Concilij Tri-

D.Lamphrancus,ex canonico S. Petri in cœlo aureo Papiæ Episcopus, ex Chronica Ioannis Philippi Nouarien sis.

D.Landulphus,ex canonico eiusdem monasterij Episcopus Astensis.ex eodem Ioanne Philippo.

D.Matthæus Brumanus, ex canonico sancti Petri de Pado Cremonæ sereniſſimi Ducis Mantuæ apud Pontificem orator, primum Episcopus Nicomediæ. postea Melphitanus. obijt anno 1596.

D. Nicolaus Bononiensis, ex canonico S.Victoris,& Priore monasterij Lateranensis electus Episcopus Bononiensis. obijt anno 1444. non 1443.vt Sigonius scribit.

D. Obertus, ex Præposito Mortariensi Episcopus Dertonensis,ad quem sunt literæ Lucij II. datæ anno 1144.ex Chronico Mortariensi.

D.Obertus alter dicti monasterij canonicus, postea Episcopus Bobiensis. ex eodem Chronico.

D. Obertus, ex canonico S. Petri in cœlo aureo Episcopus Papiensis. ex Ioanne Philippo in Chronico lib.3.c.29.

D. Octauianus, ex canonico dicti monasterij Episcopus Sauonensis. idem Ioannes Philippus ibidem.

S.Patritius,ex canonico Ecclesiæ Lateranensis Hybernensium Archiepiscopus. Vide supra cap.50.

S.Prosper Aquitanus, ex canonico Lateranẽsi Episcopus in Flaminia creatus à Leone I. de quo vide c.50.supra hoc libro.

D. Papinianus Turonensis, ex canonico S. Andreæ Vercellarum Episcopus Parmensis,& S. R.E. Vicecancellarius, de quo dictum fuit capite præcedenti.

D.Paulus de Grassis Bononiensis, ex canonico S.Ioannis in monte Zacynti Episcopus à Sixto V.creatus anno 1589.

D. Petrus Franciscus Malettus Vercellensis, ex canonico sancti Andreæ Vercellarum, & Abbate Generali congregationis Episcopus Niciæ in Prouincia creatus à Gregorio XV. nunc quoque viuit.

D. Raynerius de Castro veteri Prior S.Frigdiani Lucensis, S.R.E. Vicecancellarius, & Patriarcha Antiochenus ab Honorio Tertio creatus anno 1220. de quo dictum est capite præcedenti.

D.Radolus,ex canonico,& Priore monasterij Mortariensis Episcopus Placentinus. ex Chronico Mortariensi.

D.Serenus Patauinus,ex canonico S Ioannis in Viridario,Procuratoreque Generali Romano Episc.Reuelli à Leone X. creatus ex scripturis in Archiuo Pacis repertis.

D.Sixtus de Rhenis Cremonensis,ex canonico sancti Petri,Theologoque Sacri Concilij Tridentini Episcopus Carinulæ. obijt circa annum 1570.

D. Sigismundus de Gambecurtis Neapolitanus, ex canonico sancti Petri ad Aram, Abbateque S.Modesti de Beneuento Episcopus Thelesinus,viuit.

D.Timotheus Veronensis,vir eximiæ probitatis,& doctrinæ.suorum temporum declamator celebris qui cum dignitates à Nicolao Quinto,& Pio Secundo sæpius oblatas respuisset, tandem à Paulo II Romam accersitus, præter opinionem, Archiepisc. Ragusinus est renunciatus, ex quo die nunquam amplius lætum visum fuisse testatur Matthæus Bossius in epist. 31. ad eundem Timotheum Veronensem.

D. Thadæus Venetus, ex canonico S. Mariæ Charitatis Episc.Scodrę,aliàs Scutari in Albania, ex monumentis dicti monasterij.

D. Titus de Nouellis Ferrariensis,ex canonico SS.Iacobi,& Lazari Episcopus Adriæ à Paulo Secundo creatus. Obijt Ferrariæ in eodem monasterio anno 1471.

D.Thomas de Piolatis à Liburno, ex canonico,& Abbate S Andreæ Vercellarum Episcopus Foffani renunciatus à Paulo Quinto. obijt ante tres annos.

S.Vbaldus Eugubinus, ex canonico S.Mariæ in Portu Episcop.Eugubinus ordinatus ab Honorio II.

D.Victor Bononiensis, ex canonico S. Ioānis in monte Bononiensis Episcopus anno 1104. sub Paschali II ordinatus. Sigonius.

D.Zacharias Lilius Vicentinus, ex canonico S.Bartholomæi Vicentiæ Leoni X. familiaris, & ab eodem Sebastensis Episcopus designatus, cuius occasione Constitutio de habitu à canonicis regularibus,qui assumuntur in Episcopos, ferẽdo manauit,quæ habetur inter constitutiones dicti Pontificis n.34.in ordine.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVINTVM.

De Scriptoribus Ecclesiasticis eiusdem Lateranensis Congregationis, & libris, quos in lucem ediderunt.

CLaruerunt tandem in collegijs eiusdẽ Lateranensis cõgregationis omnibus ferè seculis viri docti non pauci, qui non solùm verbo, sed etiam libris in lucem editis sua tẽpora clariora reddiderunt,ex quibus nonnullos hic referam, quorum libri ad meam notitiam venerunt, hi fuerunt.

Abbas Vercellensis, nomine Thomas, cuius tamen nomen queritur Sixtus Senensis in sua Bibliotheca, se adhuc minimè inuenire potuisse, vir summæ religionis, & eruditionis, prout illius Paraphrasis in Dionysium Areopagitam indicat. de quo in Chronicis Seraphici ordinis B. Francisci Assisij lib. 5. c. 5. vbi sermo est de B. Antonio de Padua nuncupato, qui priùs fuerat canonicus regularis, ita scriptum inuenitur: *Hic Beatus, sanctus primus deinde fuit, qui studijs literarum operã dedit, & Theologiam legit in ordine fratrum Minorum, de licentia S. Patris Francisci. qui illum Vercellas ad studia cum socio, nomine fratre Adamo de Marisco Anglo, misit ad Abbatem sancti Andreæ, clarissimum illorũ temporum Theologum, qui nuper Diuum Dionysium Areopagitam ex Græco in Latinum à se redditum Commentis illustrauerat. Cuius tempore studium Papiæ, & Mediolano translatum fuerat Vercellas. Qui Abbas humaniter illos excepit &c.* Eiusdem quoq; meminit dicto lib. 5. cap. 28. vbi miraculum in illius persona per Beatum Antonium patratum narratur. Scripsit Commentarium in librum Dionysij Areopagitæ de Cœlesti Hierarchia, prius à se latinitate donatum, librum vnum. Cuius autographum illius manu exaratum in Bibliotheca Serenissimi Ducis Sabaudiæ Caroli Emanuelis, ex dono Domini Theodosij Badinij de Gatinaria, tunc S. Andreæ Vercellarum Abbatis, adseruatur. Item in Cantica Canticorum Salomonis expositiones stili non contemnendi, quarum meminit idem Sixtus Senensis in Bibliotheca, in verbo Abbas Vercellensis, librum vnum. Eiusdem meminit Ioannes Gerson in præfatione suorum Commentar. in Cantica. Obijt anno 1146. ex epitaphio illius sepulchro impositio, non anno 1400 vt Sixtus Senensis scribit.

Augustinus Ticinensis, Theologus eruditissimus Doctor vtriusque iuris clarissimus, & verbi Dei prædicator facundus, & celebris Lateranensis familiæ splendor, multa ingenij sui monumenta, partim typis edita, partim manuscripta posteris reliquit, quæ typis edita fuerunt, hæc sunt.

Commentarium, siue expositio in regulam Beati Augustini, quæ dicitur Speculum Clericorum. liber 1.

Dilucidarium Christianarum Religionum in quatuor partes diuisum. lib. 1.

Compendium Speculi Crucis. lib. 1.

Dialogus de Altitudine consilij diuini super salutem generis humani. lib. 1.

Propugnaculum canonici ordinis in quinque partes diuisum. lib. 1.

Scrutinium tripartitum in quatri consultum consilium. lib. 1.

De Origine, & Procursu Christianarum Religionum. lib. 1.

Collationum. lib. 1.

Rerum gestarum ab origine mundi historia quadripartita, & sex tomis comprehensa. Prima pars continet libros 10. Secunda lib. 15. Tertia libros 15. Quarta libros 16. Omnes lib. 56. seruatur in Bibliotheca sancti Petri in cœlo aureo Papiæ manuscripta. Floruit circa annum 1500.

Ambrosius, vel Theseus Ambrosius, ex Comitibus Albonesij, iuris vtriusq; Doctor, Theologus, & omnium linguarum notitia peritissimus cuius similes paucos Orbis vidit, qui iussu Leonis Decimi in Bononiensi Gymnasio linguarum Syriacæ, & Chaldaicæ scholam primus aperuit, cuius meminit Genebrardus in chronologia sub anno 1515.

Edidit Introductionem in linguas Chaldaicã Syriacam, & Armenicam, ac decem alias linguas, & characterum differentium Alphabeta circiter quadraginta. lib. 1.

Alia complura opera, statim edenda in prõptu habebat quæ immani clade Papiæ sub Francisco Rege Gallorum perierunt. Obijt circa annũ 1540. nam liber illo viuente fuit editus Papiæ anno 1539.

Aexander Turrianus patria Cremensis, & Scytiæ in Creta Episcopus, Theologus non tenarus, edidit de Fulgenti Radio Hierarchiæ Ecclesiasticæ. lib. 1.

Ascanius Martinengus Brixiensis, ex Comitibus de.... Abbes, seu Rector Generalis congregationis Lateranensis, vir multæ lectionis, & in diuinis scripturis apprimè versatus, magno labore compilauit Glossam magnam in diuinam Scripturam, cuius duo primi tomi primum caput libri Geneseos explicantes, typis sunt editi Patauij anno 1569. reliqui, quos absoluit, manuscripti, in monasterio sancti Saluatoris Brixiæ seruantur,

Archangelus de Rubeis Cremonensis, liberalium artium, sacræq; Theologiæ multis annis professor, Theologus singulariter doctus Poeticæ quoque artis non ignarus, edidit commentarios in quatuor libros sententiarum valde vtiles, ijs præsertim, qui nimio labori in Theologica facultate discenda parcere voluerint: quandoquidem in dictis commentarijs flores resolutionum, & distinctionum Theologicarum ex alijs autoribus decerptos in vnum collegit. Obijt Carinulæ Episcopus paucis ab hinc annis.

BAptista sanctæ Mariæ Gratiarum Ianuæ sanctimonialis Canonissa, fœmina suorum temporum, sanctitate, eruditioneq; clarissima, supra conditionem proprij sexus, proximi seculi miraculum, scripsit ante paucos annos tria spiritualium operum volumina sermone Italico exarata, quibus manifestè indicauit, mysteria diuinæ Theologiæ, quod & sanctus Thomas Aquinas dicere solebat, non tam labore, ac studio, quam meditatione, & oratione discì. Primus tomus quattuor continet tractatus, Primus est de Vnione animæ cum Deo. Secundus de Cognitione

II.

one Dei. Tertius de Gaudijs cœlestibus. Quar-
us Appendix, de modo ipsa Gaudia assecu-
endi.

Secundus tomus sex continet tractatus. Pri-
mus de Oratione. Secundus de Canticis spiri-
tualibus. Tertius de Gaudio, & planctu spiritua-
li. Quartus de Osculo diuino. Quintus de Mira-
culis eorum, qui mundo mortui sunt. Sextus
de præsentia vnione cum Deo.

Tertius tomus continet tractatus quatuor.
Primus est Variarum contemplationum pars pri-
ma. Secundus Variarum contemplationum pars
secunda. Tertius de Vita spirituali. Quartus est
variegatus sex Dubiorum cum illorum solu-
tionibus. Hi tres tomi editi sunt Venetijs curan-
te R.P.D. Gaspare Placentino ann. 1588. Postea
editus est quartus tomus Veronæ post obitum
eiusdem Domnæ Bapeistæ anno 1602. curante
R.P.D. Dionysio Placentino Fesulano Abbate,
cui una cum varia eiusdem opuscula spiritualia, cũ
alijs variis per dictum Dominum Dionysium scri-
ptis commentar. Obijt anno 1587. Sabbato post
diem Ascensionem nonagenaria.

Bartholomæus Pasolinus S. Ioannis in monte
Oliueti, sub quo facta fuit vnio dicti monasterij cũ
alijs congregatione, vir doctus, & pius, in om-
nibus scientijs optimè eruditus, scripsit Chroni-
con matrimonium status suæ ciuitatis, cuius tacito
nomine meminit Sigonius de Episcopis Bono-
niensibus sub anno 1410. de quo dictum est su-
pra 14. Obijt anno 1453. Bononiæ.

Bellinus Zancus Bergomensis, Theologus, &
oratoris linguæ latinæ studiosissimus, cui bona
pars literarum studiosi multum debent, multa
versibus, & soluta oratione scripsit, sed quæ ad
nostros meos venerunt, hæc sunt.

Annotationes in diuinos libros. lib. 1.

Quæstiones in libros Regum, & Paralipome-
non. lib. 1.

Poematum libros 7. quorum duo priores sunt
de Sancto Sophiæ ad Petrum Bembum Cardina-
lem. lib. 7.

Verborum latinorum ex varijs autoribus li-
brum vnum, ex quo Marij Nizolij Dictionarij
fit incepta ratum. lib. 1.

Hunc veluti præclarissimum, & doctissimum
virum Paulus Iouius recenset, cuius effigiem tã-
quam insigne illius ingenij monumentum trans-
mittendam optabat. Obijt Romæ custos Biblio-
thecæ Vaticanæ circa annum 1560.

Bellinus Sirenius Mediolanensis Theologus
eximius, & de tota congregatione Lateranensi
optimè meritus, edidit compilationem priuile-
giorum nostræ congregationis librum vnum.

Genealogiam Illustrissimæ familiæ Borro-
meorum. lib. 1.

Benedictus Chocorella Vercellensis Poeta
clarus, & Historicus optimè doctus, scripsit ac-
curatissimè totam Historiam Insulæ Diomedeæ,

tione Dei. Tertius de Gaudijs cœlicitibus. Quartus Appendix, de modo ipsa Gaudia assequendi.

Secundus tomus sex continet tractatus. Primus est de Oratione. Secundus de Canticis spiritualibus. Tertius de Gaudio, & planctu spirituali. Quartus de Osculo diuino. Quintus de Mirabili vita eorum, qui mundo mortui sunt. Sextus de perpetua vnione cum Deo.

Tertius tomus continet tractatus quatuor. Primus est Variarum contemplationum pars prima Secundus Variarum contemplationum pars secunda. Tertius de Vita spirituali. Quartus est quadraginta sex Dubiorum cum illorum solutionibus. Hi tres tomi editi sunt Venetijs curante R.P.D. Gaspare Placentino ann. 1588. Postea editus est quartus tomus Veronæ post obitum prædictæ Dominæ Baptistæ anno 1602. curante R.P.D. Dionysio Placentino Fesulano Abbate, in quo alia varia eiusdem opuscula spiritualia, cũ illius vita per dictum Dominum Dionysium scripta continentur. Obijt anno 1587. Sabbato post dominicam Ascensionem nonagenaria.

Bartholomæus Pasolinus S. Ioannis in monte Prior, sub quo facta fuit vnio dicti monasterij cũ nostra congregatione, vir doctus, & pius in omnibus scientijs optimè eruditus, scripsit Chronicam mutationum status suę ciuitatis, cuius tacito nomine meminit Sigonius de Episcopis Bononiensibus sub anno 1410. de quo dictum est supra c.14. Obijt anno 1453. Bononiæ.

Basilius Zancus Bergomensis, Theologus, & cultioris linguæ latinæ studiosissimus, cui bonarum literarum studiosi multum debent, multa versibus, & soluta oratione scripsit, sed quæ ad manus meas venerunt, hæc sunt.

Annotationes in diuinos libros. lib.1.

Quæstiones in libros Regum. & Paralipomenon. lib.1.

Poëmatum libros 7. quorum duo priores sunt de Horto Sophiæ ad Petrum Bembum Cardinalem. lib.7.

Verborum latinorum ex varijs autoribus librum vnum, ex quo Marij Nizolij Dictionariũ fuit locupletatum. lib.1.

Hunc veluti præclarissimum, & doctissimum virum Paulus Iouius recenset, cuius effigiem tãquam insigne illius ingenij monumentum transmittendam optabat. Obijt Romæ custos Bibliothecæ Vaticanæ circa annum 1560.

Basilius Sirenius Mediolanensis Theologus eruditus, & de tota congregatione Lateranensi optimè meritus, edidit compilationem priuilegiorum nostræ congregationis librum vnum.

Genealogiam Illustrissimæ familiæ Borromæorum. lib.1.

Benedictus Chocorella Vercellensis Poëta disertus, & Historicus optimè doctus, scripsit accuratissimè totam Historiam Insulæ Diomedeæ, quam nunc Tremitanam vocant, eleganti, ac nitido sermone sex libris comprehensam. qui Mediolani sunt editi an. 1604. Obijt verò anno 1540. & alia nonnulla scribit adhuc monasterij Mortariensis Præpositus.

Calistus Placentinus, de quo Sixtus Senensis in Bibliotheca sic scribit. *Calistus Placentinus, canonicus regularis Lateranensis Diui Augustini, homo doctus, & pius, & inter Italicos Concionatores suo tempore præcipuus, Commentarios edidit in Aggæum Prophetam à se pro concione explicatum, item Commentarios in Ioannem, atque enarrationes in Euangelia Quadragesimalia, quibus adiecit volumen exiguum de locis Palestinæ, quos diuinæ literæ continent, addita Geographica tabella, quæ totius operis à se descripti picturã oculis repræsentet. Edidit quoque opus Chronicon super quatuor Euangelia, instar Ephemeridis, in quo diligentem supputationem temporum, ac dierum collegit, quibus Dominus Iesus peregrinatus est in mundo, annorãs annos, & dies, in quibus acta sunt singula, quæ gessit, & locutus est Christus, & potissimum à baptismo vsque ad Ascensionem. opus sic incipit. Cum Christianæ professioni.* Hæc Sixtus Senensis.

Præter hæc, quæ Sixtus refert, edidit aliud volumen Dialogorum centum de Verbo Increato, & Incarnato Italice scriptum. claruit circa anno 1550.

Celsus de Maphæis Veronensis in Theologia, & Philosophia optimè doctus, & Verbi Dei præco magnificus, multis Summis Pontificibus charus, à quibus Episcopatus sæpè oblatos ex vera cordis humilitate recusauit. Edidit Dissuasoriam ad Principes, ne census Ecclesiasticos vsurpent. Item quæstionem, an aliqua Respublica possit conducere Iudæos ad fœnerandum sine peccato.

Item Apologiam pro canonicis regularibus contra librum Ambrosij Coriolani, quatuor S. R. Ecclesiæ Cardinalibus directam. claruit circa ann. 1500.

Celsus Mancinus Rauennas Philosophus, & Theologus acutissimus, prout illius libri indicãt, Episcopus Alestani propè Leucam.

Scripsit de Iuribus Principatuum. lib.9.

De cognitione hominis, quæ lumine naturali haberi potest. lib.3.

Claruit circa annum 1600.

Cæsar Calderarius Vicentinus, in diuinis literis optimè instructus, & concionator suorum tẽporum non ignobilis. Edidit Italico sermone pulchrã, & eruditam explanationẽ in psalmum quinquagesimum à se pro concione explicatum. lib.1.

Item explanationem in Canticum Beatæ Mariæ Virginis. lib.1.

claruit circa annum 1580.

Constantius Applanus Mediolanensis, cõgregationis Lateranensis Procurator Generalis in Romana Curia, primusq; monasterij Pacis Præpositus, ad quem sunt literæ Sixti Quarti. Dum

esset

esset Abbas sancti Petri Cremonæ scripsit opus egregium de Humani arbitrij libertate, & potestate, cui præfixus est titulus Soliloquia Abbatis. liber 1. claruit circa annum 1590.

Constantius Rusconus Brixiensis, & vitæ probitate, & linguarum varietate conspicuus, multa scripsit, quæ manuscripta seruãtur Brixiæ in Bibliotheca Sancti Saluatoris, inter quæ Commentarios in librum Geneseos in octo partes distinctos. De fide & terminis humanæ libertatis. liber 1. claruit circa annum 1550.

Cyprianus de Zambellis Veronensis edidit pulchram explanationem in Orationem Dominicam Italico idiomate.

II. DEsiderius de Luscis, siue Luschis, Vicentinus, Theologus eruditus, & Poëta celebris, de quo Matthæus Bossus epistola 55. ad eundem inquit, *Ad Carmen potissimè natura te genuit, in eo quidem Poematum genere multum, & commoditatis, & facilitatis contulit tibi. quando te peperit mater, affusse puerperio Musas crediderim, labiaq; terfisse.* Scripsit librum de Vita, & moribus Beatæ Monicæ Sanctissimi Patris nostri Augustini matris. vixit circa annum 1480.

Desiderius Papiensis sancti Petri in cœlo aureo canonicus, ante aliquot annos librum edidit, cui titulum Propugnaculi canonici ordinis præfixit, qui liber manuscriptus in Bibliotheca dicti monasterij seruatur.

Dominicus Taruisinus, Theologus, & declamator sui temporis egregius, eloquio comptus, & sermone potens, & moribus concionatore verè Christiano dignis exornatus, edidit opusculum sub hoc titulo: *Defensio canonicorum regularium contra Eremitas.* breue, sed neruosum, quod manuscriptũ in congregatione Lateranensi seruatur. huius viri laudabiliter meminit Iacobus Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum sub anno 1407. claruit circa annum 1470.

Eleuterius Vicentinus ex familia nobili de Leonicenis, vir sanctitate, scientia, & eloquentia fulgens, Poëtaq; disertus, & facundus scripsit versibus heroicis latinis.

Planctum B. Mariæ Virginis. lib. 1.
In funere Domini nostri Iesu Christi. lib. 1.
De Assumptione B. Mariæ Virginis. lib 1.
De Annunciatione eiusdẽ B. Mariæ virginis. lib. 1
Et alia plura carmina impressa Venetijs per Georgium Rusconum anno 1516. vixit circa annum 1480.

Eusebius de Corradis Mediolanensis, ingenio acer, sermone potens, Theologus, & Iureconsultus insigniter doctus, pro defensione sui ordinis aduersus calumniatores propugnator indefessus, multa edidit, ex quibus, quæ ad manus meas venerunt; hæc sunt:

De ordine, ac dignitate canonicorum regulariũ. lib. 1. Responsio pro venerabili, & erudito Dei prædicatore Domno Dominico Canonico regulari, clara, atque verissima.

Breuis Annotatio in errores Pauli Bergomensis, & Coriolani ad Sixtum IV. & ad Cardinales sui temporis.

Esaias Patauinus, ex oppido Extensi, canonicus Augustinianus, referente Sixto Senensi in Bibliotheca Commentarios Italico sermone cõposuit in Cantica Canticorum Salomonis anno Domini 1480. cuius etiam meminit Iacobus Philippus Bergomensis loco citato.

Florianus Nanius de Castro Casij Diœcesis Bononiensis, Scalensis Episcopus, meusq; olim in Theologia colendæ memoriæ Magister, tanta ingenij promptitudine, memoriæq; tenacitate præstans, vt totam Summam D. Thomæ memoriter teneret, in diuinis etiam Scripturis, & doctrina Sanctorũ Patrum optimè versatus, prout illius ingenij monimenta testantur, quæ posteris reliquit; edidit Commentarium in librum Geneseos sub titulo Cathenæ Argenteæ lib. 1.

Item in libros Exodi, Leuitici, Numeri, & Deuteronomij Commentarios, qui tamen manuscripti seruantur.

Item Dilucidarium Theorematum Theologicorum ordine Alphabeti o dispositum, sed nondum omni ex parte absolutum, & elucubratum, cuius ipse autographum habeo. Obijt anno 1599. vt dictum fuit.

III. SAnctus Gelasius Papa Primus huius nominis, qui B. Augustini regulam in Ecclesiam Lateranensem ex Africa primus aduectam introduxit, scripsit, testibus Anastasio, & Gennadio Massilicnsi, contra Nestorium, & Eutychetem libros quinque, quos periisse viri cumprimis docti, & inter illos Cardinales Baronius, & Bellarminus suspicantur.

Item contra Pelagianos. lib 1.
Item De vinculo anathematis. lib. 1.
Item Epistolas ad diuersos, quæ habentur in secundo volumine Conciliorum. Claruit ab anno 440. vsque ad 496. quo Romanus Pontifex obijt. de quo videndi Cardinalis Baronius tomo sexto, sub anno 496. & Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Gelasio.

Guido Baisius Bononiensis cognamento Archidiaconus, ex canonico monasterij sancti Victoris Archidiaconus Bononiensis, Magister Ioannis Andreæ, scripsit Commentarium in Decretum Gratiani, quod Rosarium appellauit.

Item Lecturã in Epistolas Decretales & in Sextum Decretalium. claruit anno millesimo ducẽtesimo octuagesimo.

Gabriel Flamma, quem concionantem omnis Italia admirata nunc etiam laudat, erat enim eloquio nitidus, & facundus, actione grauis, & potens, aspectu venustus, & amabilis. ex Abbate Generali suæ congregationis Episcopus Cladiensis à Gregorio Decimo tertio renunciatus.

multa

rabile, quibus ordinem canonicum non
rum illustrauit, Italico idiomate, sed elegantiſ-
ime explicata inter quæ lib. 1.
Concionum diuersarum. lib. 1.
Concionum in Euangelium Missus est Angelus. lib. 1.

Seminam spiritualium cũ Commentarijs. lib. 1.
Diuersæ prædicabiles super Epistolas, & Euan- lib. 1.
rum Sanctorum cum Annotationibus doctiſſi- lib. 1.
rio.
Reliqui duo libri posteriores post illius obitum
ntorum: nam autor morte immatura præuen-
uos edoluere non potuit, sicut nec alios, nã
ui operi adhibito fuerant dispositi, vt quilibet
ndi horum librum haberet: verùm Parcæ no-
illum inuiderunt. obijt 1587.
Gabriel Inchinus Patria Vicentinus, Prædica-
ensis ordinis, scripsit de quatuor nouissimis. lib. 1.
Concionum. lib. 1.
Concionum alium
Floruit circa annum 1600.
Gabriel Puscolus Rauennas vitæ integritate,
ctæque conspicuus, egregium suæ in Deum
ionis, & deuotionis monumentum reliquit,
ellicet librum, cui præmisit titulum Speculi
Crucis. lib. 1.
Hieronymus Vida Cremonensis, ex canoni-
Regulari primum D. Marci, postea Lateranen-
is, Albæ Episcopus, Poëta, teste Sixto Senensi,
ingularis carminis incõparabilis imitator, pri-
usque omnium Latinorum Poëtarum vitam,
rtem refarrectionem, aliaque Seruatoris no-
ri gesta ex quatuor Euangelijs collecta subli-
ime carminis Virgilianæ maiestati proxima,
ibris Christiados adtitulatis fœliciſſime ce-
cit, hum Ludum Latrunculorum, siue Scac-
orum. lib. 1.
Vixdum adhuc anno 1566. teste prædicto Sixto
Senensi.
Hippolytus Chizzola Brixiensis, secundum
ilis dignitatem nobilis, sed religione, vitæ pro-
itate, & doctrina longè nobilior, edidit respon-
ionem ad Vergerium. lib. 1.
Diuersos sacros. lib. 1.
Hippolytus Caracciolus Neapolitanus, inter
Franciscanos Italicos suorum temporum illu-
ris, & celebris, multa scripsit, è quibus post illius
ortem editum est volumen Variarum concio-
um. claruit anno 1580.
Honoratus de Roberiis de Ciuitate Iuuenatij
Apulus, vir multæ lectionis, & Philosophus non
ulgaris eruditionis, scripsit perutiles Commen-
arios in Logicam Aristotelis, quos viuus edidit,
t alios in Philosophiam Aristotelis, qui manu-
scripti seruantur.
Iacobus de Beluisio Bononiensis canonicus, &
Prior S. Ioannis in monte, cuius meminit Ioan.
Imberus in Proemio Nouell. nominando cele-
berrimos Parisiis canonici scriptores, Ioan. quoque

multa edidit, quibus ordinem canonicum non parum illustrauit, Italico idiomate, sed elegantissimo explicata inter quæ

Concionum diuersarum. lib.1.

Concionum in Euangelium Missus est Angelus. lib.1.

Carminum spiritualium cũ Commentarijs. lib.1.

Discursus prædicabiles super Epistolas, & Euangelia. lib.1.

Vitas Sanctorum cum Annotationibus doctissimis. lib.1.

Reliqui duo libri posteriores post illius obitum sunt editi: nam autor morte immatura præuentus illos absoluere non potuit, sicut nec alios. nã libri caliter abillo fuerant dispositi, vt quilibet mensis suum librum haberet: verùm Parcæ nobis illum inuiderunt. obijt 1587.

Gabriel Inchinus Patria Vicentinus, Prædicator eruditus, scripsit de quatuor nouissimis. lib.1. Item librum alium Concionum. lib.1. claruit circa annum 1600.

Gabriel Pascolus Rauennas vitæ integritate, ac pietate conspicuus, egregium suæ in Deum pietatis, & deuotionis monumentum reliquit, videlicet librum, cui præmisit titulum Speculi Crucis. lib.1.

Hieronymus Vida Cremonensis, ex canonico regulari primum D. Marci, postea Lateranensis, Albæ Episcopus, Poëta, teste Sixto Senensi, Virgiliani carminis incõparabilis imitator, primus ferè omnium Latinorum Poëtarum vitam, mortem resurrectionem, aliaque Seruatoris nostri gesta ex quatuor Euangelijs collecta sublimitate carminis Virgilianæ maiestati proxima, sex libris Christiados adtitulatis fœlicissime cecinit. Item Ludum Latrunculorum, siue Scaccorum. lib.1. viuebat adhuc anno 1566. teste præfato Sixto Senensi.

Hyppolitus Chizzola Brixiensis, secundum seculi dignitatem nobilis, sed religione, vitæ probitate, & doctrina longè nobilior, edidit responsionem ad Vergerium. lib.1.

Discursus sacros. lib.1.

Hyppolitus Caracciolus Neapolitanus, inter Prædicatores Italicos suorum temporum illustris, & celebris, multa scripsit, è quibus post illius obitum editum est volumen Variarum concionum. claruit anno 1580.

Honoratus de Robertis de Ciuitate Iuuenatij Apulus, vir multæ lectionis, & Philosophus non vulgaris eruditionis, scripsit perutiles Commentarios in Logicam Aristotelis, quos viuĉ edidit, & alios in Philosophiam Aristotelis, qui manuscripti seruantur.

IV. Iacobus de Beluisio Bononiensis canonicus, & Prior S. Ioannis in monte, cuius meminit Ioan. Andreæ in Proëmio Nouell. nominando celebriores Iuris canonici scriptores, Ioan. quoque Trithemius in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, vbi sic de illo scribit: *Iacobus de Beluisio vtriusque iuris clarissimus Doctor, & cautus interpres, ingenio subtilis, eloquio Scholasticus, consilio, & scientia profundus, & secularis philosophiæ non ignarus, fertur in iure quædam præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum ad memoriam posteritatis transmisit, è quibus nullum adhuc videre potui. Fertur autem eius in authenticis liber vnus, de vsu Feudorum, Additiones in Nouellis liber vnus, & disputationes variæ. Claruit sub Rodulpho Imperatore anno 1270.* Hæc Trithemius. Fuit magister eiusdem Ioannis Andreæ.

Iacobus Tribescius Brixiensis quædam reliquit laborum suorum testimonia, partim typis edita, partim manuscripta in Bibliotheca S. Saluatoris Brixiæ seruata, ex quibus sunt.

Colloquiorum Angelicorum in vniuersam scripturam typis editorum. lib.1.

Colloquiorum in Epistolam Pauli ad Romanos manuscriptam. lib.1.

Paraphrasis item in Epistolã ad Romanos li.1.

Innocentius III ex canonico regulari Lateranensi summus Pontifex, vir multæ pietatis, & doctrinæ, nec minoris prudentiæ in Ecclesia regenda multa fœliciss imè scripsit, quæ nunc duobus tomis comprehensa, typis sunt edita, videlicet in primo tomo

Sermones de Tempore.

Item Sermones de Sanctis, tum proprij, tum communes.

Item de Consecratione Pontificis sermones quatuor.

De Eleemosyna. lib.1.

De Laude charitatis. lib.1.

De Contemptu mundi. lib.3.

Precationes de passione Christi. lib.3.

In septem psalmos pœnitentiales. lib.1.

De Mysterijs Missæ. lib.6.

Encomium in Christum, & eius Matrem

De Sanctorum Veneratione. lib.3.

Hymnus in Christum, & eius Matrem.

Conciones Paræneticæ ad Concilium,

Acta & Decreta Concilij Lateranensis.

In 2. tomo Epistolarum. lib.2.

Constitutionum Decretalium. lib.5.

Ioannes Diaconus, & canonicus regularis Eccles. Lateranensis scripsit librum de dignitate eiusdem Basilicæ Lateranensis ad Alexandrũ III. cuius sæpius meminit Onuphrius in libris de Ecclesia Lateranen. ex quo se multa accepisse confitetur, & etiam in lib. de septem Vrbis Ecclesijs in Lateranensi.

Ioannes Baptista de Manfredonia, in seculo vocatus Franciscus Capuanus, ex Patauini Gymnasij Philosopho vbi in magna scholasticorũ frequentia Peripatheticam, Philosophiã, & Mathematicas profitebatur, canonicus regularis Lateranen. inter alia sui præclari ingenij monumenta Commentarios doctissimos edidit in Theoricã

planeta-

planetarum. Obijt circa annum 1490. temporibus Ferdinandi Regis Aragonum.

Ioann. Philippus Nouariensis dignitatis, & gloriæ canonici ordinis ardẽs æmulator, pro cuius monumentis è ruderibus vetustatis eruendis nulli parcens labori, non solum pleraſque vrbes Italiæ, verùm etiam Galliarum peragrauit, quod ipsemet insinuat lib.7.cap.7 in principio, Chronicam canonici ordinis primus (quod videre hactenus potuerim) edidit, stilo quidem simplici, ac demisso, & in multis deficientem. Verùm cui nõ solum indulgendum, sed pro labore, ac studio ab omnibus canonici ordinis professoribus gratiæ habendæ. Hæc Chronica libris septem continetur.

In quorum primo de canonici ordinis institutione disserit.
In secundo de ipsius ordinis Martyribus.
In tertio de illius Reformationibus.
In quarto de Pastoribus, & Prælatis.
In quinto de Doctoribus.
In sexto de verbi Dei Prædicatoribus.
In septimo de quibusdam mirabilibus, quæ in ordine canonico acciderunt. Viuebat adhuc sub anno 1529. quo anno dictam Chronicam absoluit.

Ioannes Chrysostomus de Zanchis Bergomensis, Basilij superius memorati tum carne, tũ religione germanus nec eruditione inferior, vir omnigena literatura instructus, sed linguarum varietate cum primis celebris, opus valde vtile molitus est, quod partim publicis muneribus præfecturæ, etiam Generalis suæ congregationis præpeditus, partim morte præuentus absolucre non potuit, Dictionarium videlicet S. Scripturæ in quo triplici lingua Hebraica, Græca, Latinaq; sacræ Scripturæ dictiones, phrases, & vocabulorum vires explicantur. quod opus iuxta numerũ literarum Hebraicarum in tomos duos sup. viginti fuerat distributum, ex quibus decem & octo, Vau ו vsq; ad literam ת Tsade inclusiue absoluti seruantur in Bibliotheca S. Spiritus Bergomi, quos ipse vidi. reliqui desiderantur. claruit circa an. 1560.

V. S. Leo I. canonici ordinis in Lateranensi Ecclesia reformator, & eiusdem Ecclesiæ Sacerdos, & Archidiaconus, Pontifex vitæ sanctitate, sapientia, & Reipublicæ Christianæ regendę prouidentia termaximus, edidit Homilias eloquentissimas de præcipuis solemnitatibus Domini, & sanctorum. Item Epistolas ad diuersos de rebus grauissimis nonaginta octo, quæ epistolæ sunt in primo volumine Conciliorum. claruit anno 440.

Ludouicus à Grauina de Maiorinis, ex canonico regulari Later. Episc. Castellimaris, S. Theologiæ, & linguæ latinæ peritissimus, scripsit de vero Dei cultu sub titulo Clypei militantis Ecclesiæ. lib. 1. De optimo Reipublicæ statu ad Patres S. Concilij Tridentini. obijt circa annum 1590.

Matthæus Bossius Veronensis, canonici ordinis sydus clarissimum, de quo supra cap. 11. nonnulla scripsimus, vir incomparabili ingenij felicitate præditus. omnibus diuinis, & humanis disciplinis excellens, sed vitæ probitate, animique candore in primis clarus, ab ipsa natura ad exercendas eloquentiæ vires progenitus adeo, vt tum dicendi, tum scribendi lepore, suauitate, grauitateque Hieronymiano Frontoni sit non immeritò comparandus, à summis Pontificibus, cunctisque, Italiæ Principibus in pretio habitus, cuius laudes celebrant Autor Supplementi Chronicorum, Antonius Possevinus, Hieronymus Platus, Petrus Calcedonius, Syluester Maurolicus, & alij. scripsit

De tolerandis aduersis ad Ioannem Philippum fratrem, & concanonicum
Dialogum in duas partes, siue libros diuisum.
De gerendo Magistratu, Iustitiaque colenda.
Orationum variarum, quarum ea præcipua, quã habuit ad Reuer. D. Bessarionem Cardinalem, Bononiæ Legatum, pro honesto cultu fœminarum Bononiensium seruando. lib. 1.
De instituendo sapientia animo. lib. 1.
De veris, & salutaribus animi gaudijs. lib. 1.
Epistolarum ad diuersos lacteo stylo, summaque pietate refertarum, in quibus Autoris religio, & pietas tanquã in imagine conspicitur. lib. 1.

Marcus Corrigiarius, cognomento Biantæus. sancti Petri in cœlo aureo Papiæ Præpositus, quẽ laudat Lucas Contilis in suo libro de Proprietatibus emblematum, siue impresiarum, vir in omni scientiarum, & linguarum genere versatissimus, Theologus acutissimus, Philosophus Platonici. Pythagoricique dogmatis defensor acerrimus, historiæ antiquæ notitia conspicuus, cultiorisque linguæ, tum Latinæ, tum Italicæ, ac in primis Poëticæ studiosus multa fertur scripsisse, quæ ad manus meas non deuenerunt, inter quæ recensentur Rerum Theologicarum volumina duo, alterum Gregorio XIII. alterum Sixto V. nuncupatum.

De Ecclesiastica Hierarchia lib. 12. versibus heroicis exarati.
De Ecclesia Pœnitentium. lib. 14.
Diuersorum carminum. lib. 1.
Dialogus de amicitia, sermones in epistolã Pauli ad Colossenses, & alia multa, quæ manuscripta in eodem D. Petri monasterio reperiuntur. obijt anno 1592.

Nicolaus Maniacutius canonicus regularis Lateranensis Basilicæ scripsit catalogum omnium Romanorum Pontificum ad Alexandrum III. versibus heroicis Leoninis, cuius ex Archiuis Basilicæ Lateranen. meminit Onuphrius in Additionibus ad Platinam in Alexandro III. vbi dictum catalogum inseruit.

Paulus

Paulus Maphæus Veronensis secundum se clarus, sed religione, ac vitæ sanctitate lõgeclarior, verbi Dei præco maximus, religiosæ paupertatis, humilitatis, & castitatis amator arden-
simus, quem ferunt vsque ad mortem vir-
tutum manifestè, scripsit Meditationum passionis
Domini Nostri Iesu Christi. lib. 1.
Vitam & colendæ iustitiæ ad clarissimum virum
Dominicum Antonium Gradenicum Patritiũ
Venetum. lib. 1.
Obijt anno 1440.

Philoxenus natione Aquitanus, canonicus Ec-
clesiæ Lateranen. sub Leone I. & illius in
scribendis epistolis Notarius, Regijin Fla-
minia Episcopus ab eodem Leone ordinatus, cu-
ius sanctitatem, & omnigenam eruditionem
dignum est laudare, cum clariora sole sint il-
lius opera.
Epistolæ de prædictionibus. lib. 3.
Institutiones Gentium. lib. 1.
Diuortio, & libero arbitrio ad Rufinum.
Responsiones ad Capitula Gallorum, Obiectio-
nes Vincentianas, & Genuensium.
Disputatio Dei contra Collatorem. lib. 1.
Sermonem ex D. Augustino exceptarum. li. 1.
Paradoxa Dei. lib. 1.
Ad Augustinum de prædestinatione epistolam.
Commentarij in aliquot Psalmos.
Epigrammatum.
Annotationem Chronici Eusebij, & D. Hie-
ronymi. Claruit circa annum 1540.

Paulus Æmilius de Saracenis Vicentinus S.
Nicolaomni Abbas, scripsit vitam ven. viri D.
Laurentij de Altissimis dicti monasterij canonici
eiusdem sanctitatis paulò antea vita functi. li. 2.
Obijt anno 1512.

Petrus Lucensis S. Frigdiani canonicus, vir
doctissimus, Theolog⁹, & Philosophus in-
signis, vere Apostolicæ sedulus æmulator, & Præ-
dicator per omnem Italiam magna in veneratio-
ne habitus, cui Cardinales, Episcopi, Principes,
omnes illius sanctitatem, omnes assurgebant,
qui quoque prophetiæ clarus, libellos quos-
dam spiritu Dei plenos edidit, qui quantum ille
Deo carus fuerit profecisset, euidenter indicant, in-
quos recensentur.
Modus recte cogitandi, & meditandi D. N. Iesu
Christi passionem. lib. 1.
De humanitate Christi tractatus.
Modus bene moriendi. lib. 1.
Documenta triginta vitæ spiritualis
perfectionis. lib. 1.
De humilitate. lib. 1.
De mundicia cordis. lib. 1.
Multa memorialia, obijt Bononiæ anno 1521. mo-
nasterij Prior sanctissimè.

Petrus Franciscus Malettus Vercellensis ex
Abbate Generali suæ congregationis Episcopus
Vercellensis, vir multæ eruditionis, scripsit vitam
Amedei Sabaudiæ Ducis.

Paulus Maphæus Veronensis secundum seculum clarus, sed religione, ac vitæ sanctitate lõgè clarior, verbi Dei præco maximus, religiosæ paupertatis, humilitatis, & castitatis amator ardentissimus, quem ferunt vsque ad mortem virginem mansisse, scripsit Meditationum passionis Domini Nostri Iesu Christi. lib.1.
Item de colenda iustitia ad clarissimum virum Dominum Antonium Gradenicum Patritiũ Venetum. lib.1.
Obijt anno 1440.

VI. S. Prosper natione Aquitanus, canonicus Ecclesiæ Lateranen. sub Leone I. & illius in conscribendis epistolis Notarius, Regij in Flaminia Episcopus ab eodem Leone ordinatus, cuius vitæ sanctitatem, & omnigenam eruditionem superfluum est laudare, cum clariora sole sint illius opera.
Scripsit de prædictionibus. lib.3.
De vocatione Gentium. lib.2.
De gratia, & libero arbitrio ad Rufinum.
Responsiones ad Capitula Gallorum, Obiectiones Vincentianas, & Genuensium.
De gratia Dei contra Collatorem. lib.1.
Sententiarum ex D. Augustino exceptarum. li.1.
De Prouidentia Dei. lib.1.
Ad S. Augustinum de prædestinatione epistolam.
Commentaria in aliquot Psalmos.
Epigrammatum.
Continuationem Chronici Eusebij, & D. Hieronymi. Claruit circa annum 1540.

Paulus Æmilius de Saracenis Vicentinus S. Bartholomæi Abbas, scripsit vitam ven. viri D. Alberti de Altissimis dicti monasterij canonici cũ odore sanctitatis paulò antea vita functi. li.2.
Obijt anno 1622.

Petrus Lucensis S. Frigdiani canonicus, vir planè sanctissimus, Theolog^s, & Philosophus insignis, vitæ Apostolicæ sedulus æmulator, & Prædicator per omnem Italiam magna in veneratione habitus, cui Cardinales, Episcopi, Principes, propter illius sanctitatem, omnes assurgebant, spiritu quoque prophetiæ clarus, libellos quosdam spiritu Dei plenos edidit, qui quantum ille in Dei amore profecisset, cuidenter indicant, inter quos recensentur:
De arte rectè cogitandi, & meditandi D. N. Iesu Christi passionem. lib.1.
De imitatione Christi tractatus.
De modo benè moriendi. lib.1.
Documenta triginta vitæ spiritualis lib.1.
De humilitate. lib.1.
De munditia cordis. lib.1.
& alia nonnulla, obijt Bononiæ anno 1521. monasterij Prior sanctissimè.

Petrus Franciscus Malettus Vercellensis ex Abbate Generali suæ congregationis Episcopus Nicien sis, vir multæ eruditionis, scripsit vitam Beati Amadei Sabaudiæ Ducis.

Raphaël Nouocomensis Theologiæ professor, qui pluribus annis sacram Theologiam in collegio sancti Ioan. Viridariani Patauino maximo cum emolumẽto scholasticorum, & totius congregationis legit, apud Principes in pretio habitus, Hæreticorum acerrimus insectator, scripsit iubẽte Carolo V. de Diuortio Henrici VIII. Regis Anglorum, & Catharinæ illius legitimæ coniugis. lib.1.
De Prædestinatione, & libero arbitrio. lib.4.
Malleum Hæreticorum. lib.12.
& alia quædam. Claruit circa annum 1530.

Seraphinus Firmanus, Declamator sermone quidem simplex, sed sensu acer, & actione vehemens, cuius verba diuini amoris igne succensa, tanquam carbones, & scintillæ ignis ardentis audientium animos inflammabant, sanctitatis autem opinione omnibus admirandus, cuius potissimum consilio & suasione duæ congregationes regularium clericorum in Italia fuerunt institutæ, vt supra cap. 29. notauimus. Edidit opuscula quædam spiritualia sermone Italico, quæ postea D. Gaspar Placentinus Latino reddidit, videlicet:
De interna oratione. lib.1.
Problematum centum. lib.1.
De Conuersione ad mulieres de Pœnitentia, Cõuertitas nuncupatas. lib.1.
De Discretione ad Illustriss. Ioannam Marchionissam Vrsinam. lib.1.
De Cognitione, & victoria sui ipsius. lib.1.
Speculum internum. lib.1.
Modus confitendi. lib.1.
In Apocalypsim S. Ioannis Apostoli. lib.1.
Obijt Bononiæ circa annum 1540.

Seraphinus Bononiensis, optimæ vitæ sacerdos, & erga sacratissimam Virginem Deiparam peculiariter deuotus, scripsit illius vitam ex sacris Euangelijs, & alijs probatis autoribus, cui præmisit titulum; Paradisus Delitiarum spiritualiũ, multis documentis spiritualibus exornatum. Editus est liber Bononiæ anno 1562.

Timotheus Veronen. ex canonico regulari Lateranensi Archiepiscopus Ragusinus, de quo dictum est supra, scripsit librum ad Alphonsum Regem Neapolis, cuius meminit Matthæus Bossus epistola 5. ad eundem P. Timotheum.

Timotheus alter Veronensis, quem Philosophum acutissimũ, & Theologum eruditissimum suo tempore Patauij in pretio habitum, scribit autor supplementi Chronic. lib. 14. sub an. 1407. edidit in Summam D. Thomæ volumen magnũ teste Ioan. Philippo li. 6. c. 17. quod ego non vidi.

Thomas Garzonius à Bagnacaballo, cuius ingenium acutum, & ad omnia promptum nunquam satis admirari potui, multa edidit, quibus se in cunctis non solùm scientijs speculatiuis, verùm etiam artibus liberalibus, & mechanicis adeò versatum exhibet, vt dixeris, illum annis

multis artes illas exercuisse, ex his, quæ typis sunt edita, hæc habentur Vitæ Illust. fœminarum vtriusque testamenti. lib. 1.
Cœnaculum desiderabile in Canticum Canticorum. lib. 1.
Platea vniuersalis. & alia quædam. obijt circa annum 1590.

Zacharias Lilius Vicentinus ex canonico regulari Lateranensi Episcopus Sebastēlis à Leone X. renunciatus, scripsit Dictionariū Geographū, & Cosmographum, quod laudatur à Petro Calcedonio in quadam epistola ad Marcum Antonium Sabellicum. floruit circa annum 1520.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

De Priuilegijs per summos Pontifices Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis concessis.

I. CIrca priuilegia, & indulta per summos Pontifices concessa nostræ congregationi multa forent scribenda, quæ si cuncta nunc perstringere mens esset, integrum volumen exscribere oporteret. Verùm quòd illa vel omnia, vel saltem præcipua Basilius Sirenius proprio volumine perstrinxerit, & paucis abhinc annis ediderit. & quæ in ipso volumine desiderari videbantur, nos in hoc libro suis quæque locis dispositа restituimus nūc quod præsentis loci, ac instituti ratio postulare videtur, circa prædicta priuilegia quatuor legentes animaduertere monemus.

Primum est, omnia, & singula priuilegia, indulta, gratias, immunitates, & exemptiones non solùm per Romanos Pontifices, verū etiam Imperatores, Reges, Duces, Barones, & Principes, Dominia, & communitates singulis monasterijs, & locis nostræ Congregationis, seu Religionis concessa, & concessas, & etiam in posterum concedenda, & concedendas, in omnibus, & per omnia ad vniuersa, & singula loca, & monasteria, Prioratus, & Præposituras, & domos, eorumque personas, quæ nunc, & præcedenti tempore ad huiusmodi religionem, & congregationem ipsius, & ad eiusdem fratres, & canonicos reducta, vel vnita sunt, seu reduci, & vniri contigerit, cum illorum suppositis, vel vnitis, vel in posterum iusto titulo acquirendis, pariformiter, & vniformiter extendi. patet per priuilegium Martini V. datum Tiburi pridie Kalend. Iulij Pontificatus illius anno 4. videlicet anno 1421. quod incipit:

Solicitudinis Pastoralis in illis verbis *statuētes insuper eadem autoritate pariter, & ordinantes, vt tam huiusmodi statuta, ordinationes, & voluntates, nostraque cætera priuilegia, cōcessiones, immunitates, & gratiæ singulis anteductis monasterijs, ac locis ipsius Religionis, ac congregationi prædictæ per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus se gerentes, Imperatores, Reges, Duces, Barones, & Principes, Dominia, Communitates, & quascunque concessa, & concessas, quæ omnia præsentibus haberi volumus pro expressis, & in posterum fauente Domino concedenda, in omnibus, & per omnia ad vniuersa, & singula loca, & monasteria, Prioratus, & Præposituras, & domos, eorum personas, quæ nunc, & præcedente tempore ad huiusmodi religionem, & congregationem ipsius, & ad eiusdem fratres, & canonicos reducta, vel vnita sunt, seu reduci, vel vniri contigerit, cum illorum suppositis, vel vnitis, vel in posterum iusto titulo acquirendis, pariformiter, & vniformiter extendi debeant, cum omnibus dictæ congregationis, & religionis moribus, & modis. Consuetudinibus, & obseruantijs, ordinationibus, & priuilegijs, atque statutis, constitutionibus, atque reseruationibus Apostolicis, atque nostris generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, alijsque contrarijs non obstantibus quibuscunque. nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super præmissis à quoque, quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nullique ergo, &c.* Secūdò patet per aliud priuilegium Martini V. datum Romæ apud sanctum Petrum anno 1430. Kalend Ianuar. Pontificatus sui anno tertio, quod incipit: *Ex prouisione Sedis Apostolicæ*, per quod prædicta Martini Quinti concessio specialiter confirmatur. quod priuilegiū habetur in Lib. Indultorū dictæ congregationis fol. 327. Tertiò, patet ex alio simili priuilegio per Iulium III. canonicis regularibus S. Saluatoris de Bononia concesso anno Dom. 1551. 10. Kalend. Nouemb. Pontif. illius anno 2. quod incipit: *Cum à nobis petitur*, &c. & habetur in eodem libro Indultorum Congregationis Lateranensis pag. 496. in quo notanda sunt ista verba: *Et deinde recolendæ memoriæ Iulius Papa II. similiter prædecessor noster, cuiusvis particularis monasterij, seu loci tam vniti, quam vniendi, tam præsentis, quam futuri dictæ congregationis priuilegia, concessiones, quocunque nomine nuncupata, immunitates, & gratias tam per Romanos Pontifices, quam alios quoscunque concessas, in omnibus, & per omnia ipsi toti congregationi, & alijs eius particularibus monasterijs esse communia, & ad illa extendi: præfatamque congregationem, ac omnes, & singulos illius canonicos gaudere omnibus, & singulis, &c.* quo priuilegio ipsi quoque canonici regulares congregationis Lateranensis pariformiter, & vniformiter gaudent, prout etiam omnibus, & singulis alijs priuilegijs dictæ congregationis S. Saluatoris de Bononia nuncupatæ.

II. SEcundò aduertendum est, omnia, & singula priuilegia, indulta, concessiones, immunitatesque

...que per Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes eōcessa Sacrosanctæ Lateranensi Basilicæ, aut illius locis, & membris subiectis, & canonicis, vel clericis, & personis eiusdem Lateranensis Basilicæ, pariter, & vniformiter esse concessa omnibus, & singulis canonicis regularibus, personis, monasterijs, & alijs locis sub congregationis Lateranensis: dictosque canonicos regulares Lateranenses vbilibet existentes dictæ Lateranensis Basilicæ clericos, minister, & religiosos, ac de ipsius Capituli gremio in omnibus iuribus, & priuilegijs censeri patet primò per priuilegium Eugenij Quarti datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1446. 18. Kalendarij. Pontificatus illius anno 16. quod incipit: *Cum ad Sacratissimam venerandam Basilicam*, &c. in illis verbis: *Decernimus præterea, & statuimus, vt decreti omnes dicta congregationis conuentus, & loca ab huiusmodi sancta Basilicæ titulo, & tota congregationis capite nomen accipiant, & SALVATORIS CONGREGATIO appellentur, & singulos dicta congregationis canonicos, vbicunque Domino seruientes, huius Basilicæ clericos, ministros, & religiosos, ac de ipsius Capituli gremio in omnibus iuribus, & priuilegijs censeri decernimus, ac ibidem sacris vigiliarum, obseruationes, gratiarum actiones, & quotidianas preces, ac sacrificia pro populi Christiani, & Romanæ Ecclesiæ salute deuoto corde, & in suis meritis offerant, &c.* Secundò patet per priuilegium Nicolai V. proximè allegatum in illis verbis: *Nuncupatur, qui ad congregationem ipsam, dictasque monasteria, Ecclesias, & loca, ac personas prorum laudabilem, ac religiosam vitam, & multos, & vberes fructus, quos in vinea Domini, Altissimo roante, gratiam dictum afferunt, singulares eosdem affectus, ipsos, & eorum monasteria, atque ...ibus eisdem suorum, atque gratiū prosequi vo... huiusmodi supplicationibus inclinati, autoritate ...ica, & ex certa scientia, tenore præsentium tam ...que, quam Eugenij literis prædictis, necnon omnia, ...plorum contenta, ac quæcunque inde secuta ...enus, ea plena firmitatis robore subsistere, nec ...us posse futuris temporibus inuiolabiliter obser... iubere, decernimus. necnon concedimus, & indul... omnibus, & singulis congregationis canonicorū ...dictæ Ecclesiæ, monasterijs, Prioratibus, locis, & ...ibus professis, & futuris, vbicunque consistentibus, & ...ue, quod in prædictis Martini, & Eugenij priuilegiorum contentis literis, ac omnibus, & ...gulis eius exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, ...tatibus, gratijs, & indultis, bonis, & iuribus spiritualibus, & temporalibus concessis, & concedendis, quibus dicta Ecclesia vestra, seu Basilica Saluatoris Lateranensis suppositi vtuntur, & gaudent, seu vti, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia perinde, & absque vlla differentia ...ter, ac si ipsi pariter, & gaudere. Tertiò ...ex alio priuilegio Sixti Quarti, dato apud ...ctum Petrum anno 1472. Calendis Maij,

telsque per Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes cõcessa Sacrosanctæ Lateranensi Basilicæ, aut illius locis, & membris subiectis, & canonicis, vel clericis, & personis eiusdem Lateranensis Basilicæ, pariter, & vniformiter esse concessa omnibus, & singulis canonicis regularibus, personis, monasterijs, & alijs locis dictæ congregationis Lateranensis: dictosque canonicos regulares Lateranenses vbilibet existentes dictæ Lateranensis Basilicæ clericos, ministros, & religiosos, ac de ipsius Capituli gremio in omnibus iuribus, & priuilegijs censeri patet primò per priuilegium Eugenij Quarti datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1446. 18. Kalend. Ianuarij, Pontificatus illius anno 16. quod incipit: *Cum ad Sacratissimam venerandam Basilicam, &c.* in illis verbis: *Decernimus præterea, & statuimus, vt deinceps omnes dicta congregationis conuentus, & loca ab huiusmodi sanctæ Basilicæ titulo, & totius congregationis capite nomen accipiant,* & SALVATORIS CONGREGATIO *appelletur, & singulos dictæ congregationis canonicos, vbicunque Domino seruientes, huius Basilicæ clericos, ministros, & religiosos, ac de ipsius Capituli gremio in omnibus iuribus, & priuilegijs censeri decernimus, ac ibidem summi Regis laudes, obseruationes, gratiarum actiones, & quotidianas preces, ac sacrificia pro populi Christiani, & Romanæ Ecclesiæ salute deuoto corde, & puro animo frequentare, &c.* Secundò patet per priuilegium Nicolai V. proximè allegatum in illis verbis: *Nos igitur, qui ad congregationem ipsam, illiusque monasteria, Ecclesias, & loca, ac personas propter eorum laudabilem, ac religiosam vitam, & multiplices, & vberes fructus, quos in vinea Domini, Altissimo ministrante, gratiam dictim afferunt, singulari caritatis affectamur, ipsos, & eorum monasteria, atque loca spiritualibus fauoribus, atque gratijs prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium tam Martini, quam Eugenij literas prædictas, necnon omnia, & singula in eis contenta, ac quæcunque inde secuta approbamus, ac pleno firmitatis robore subsistere, necnon perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, decernimus, necnon concedimus, & indulgemus omnibus, & singulis congregationis canonicorũ huiusmodi Ecclesiis, monasterijs, Prioratibus, locis, & personis præsentibus, & futuris, vbicunque consistentibus, & constitutis, quod in prædictis Martini, & Eugenij prædecessorum contentis literis, ac omnibus, & singulis aliis exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, gratijs, & indultis, bonis, & iuribus spiritualibus, & temporalibus concessis, & concedendis, quibus dicta Ecclesia vestra, seu Basilica Saluatoris Lateranen. eiusque suppositi vtuntur, & gaudent, seu vti, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia pari modo, & absque vlla differentia in perpetuum, vti possint pariter, & gaudere.* Tertiò patet ex alio priuilegio Sixti Quarti, dato apud Sanctum Petrum anno 1472. Calendis Maij, quod incipit: *Regimini Vniuersalis.* per quod motu proprio omnia, & singula antedicta priuilegia canonicis regularibus Lateranensibus ab Ecclesia Lateranensi exactis confirmat, in illis verbis: *Motu proprio, non ad ipsius congregationis Lateranensis, vel alicuius illius canonici, vel alterius pro illis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate omnes, & singulos, tam Eugenij quoad intitulationem congregationis, quam omnium, & singulorum priuilegiorum, immunitatum in eis contentorum, ac aliorum prædecessorum literas approbantes, & confirmantes, ex certa scientia, autoritate apostolica decernimus, & declaramus, tam per prædictas Calixti prædecessoris nostri, quam nostras literas, & inde secuta quæcunque eidem congregationi Lateranensi quoad intitulationem, nec non immunitates, priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi, tam per Eugenium, quã per alios prædecessores nostros dicta congregationi Lateranensi, eiusque canonicis, & personis concessa in nullo præiudicatum, seu derogatum fuisse, aut esse quoquo modo: & pro potioris cautelæ suffragio literas Eugenij huiusmodi in pristinum, & eum statum, videlicet quoad intitulationem congregationis, necnon priuilegia, immunitates gratias, & indulta illi concessa, in quo erant, antequam a Calixto prædecessore, & etiam à nobis litera huiusmodi emanarent, quomodolibet existebant, autoritate, & scientia similibus reponimus, restituimus, & plenariè reintegramus. Statuentes denuo, & etiam ordinantes, quod canonici prædicti perpetuis futuris temporibus, non Beatæ Mariæ de Frisonaria, sed Lateranenses vbique ab omnibus vocentur, intitulentur, & etiam nuncupentur. Calixti prædecessoris, atque nostris literis in suo pleno, & firmo robore permansuris.* Item ex alio priuilegio Sixti Quarti, quod supra cap. 31. reddidimus, & ex alijs confirmationibus Romanorum Pontificum sequentium.

III. TErtiò aduertendum, eosdem canonicos regulares congregationis Lateranensis, vti, & gaudere omnibus, & singulis priuilegijs, indultis, & immunitatibus concessis venerandæ congregationi monachorum Cassinensium ordinis sancti Benedicti cui cum sint concessa omnia priuilegia monachorum aliarum congregationum, etiam canonici regulares Lateranenses dictis priuilegijs pariformiter vti possunt. Patet per priuilegium Sixti Quarti, datum Romæ apud S. Petrum anno 1477. 10. Kalend. Septembr. quod supra cap. 31. legi potest. in illis verbis: *Cumque accepimus, & reipsa didicerimus, congregationem sanctæ Iustinæ de Padua ordinis sancti Benedicti, &c.* Videantur ibidem §. 32. Patet secundo per confirmationes sequentium Pontificum, & præsertim Gregorij XV. die 23. Augusti. per quam non solum priuilegia dictæ Ven. congregationi ante Sixtum Quartum concessa, & per eundem Sixtum Quartum ad ipsos canonicos regular. Lateranenses extensa confirmat, sed alia post Sixtum Quartum eisdem monachis concessa, & etiam

in posterum concedenda, ad eandem congregationem Lateranensem extendit: quod priuilegiũ statim subijciemus.

Quartò cum à nonnullis in dubium reuocaretur an canonici regulares Lateranenses gauderẽt omnibus, & singulis priuilegijs congregationis canoni: orum regulariũ S. Saluatoris de Bononia, idem Gregorius XV. noua concessione omnia, & singula dictæ congregationis de Bononia nuncupatæ priuilegia ad ipsam congregationem Lateranensem pariformiter, & vniformiter extendit, prout subiectum illius Priuilegium monstrat sic:

Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriã. Inuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Sacrarum Religionum gratos Domino fructus assiduè præstãtium paternam curam gerentes priuilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, quò validius perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communiamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Iacobus à Bononia, Procurator Generalis Canonicorum regularium congregationis Lateranen. ordinis S. Augustini, quod nonnulla monachorum congregationis Cassinẽsis, ordinis D. Benedicti, & alia diuersa priuilegia, gratiæ, & indulta, à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, eidem Congregationi Lateranensi, tam per viam communicationis, & extensionis, quàm aliàs concessa fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat Iacobus prædictus, plurimum cupiat priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi pro eorum maiori validitate, & subsistentia, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, & alia priuilegia eidem Congregationi Cassinensi hucusque concessa, dictæ Congregationi Lateranensi concedi, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Iacobum prædictum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ipsumque, ac singulares dictæ congregationis personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; Omnia, & singula priuilegia, gratias, & indulta prædicta per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros eidem congr. Lateranen. tam per viam communicationis, et extensionis, quàm aliàs, vt præfertur concessa, dummodo tamen sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus comprehensa, Sacrisq; Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac nostris Constitutionibus, non aduersentur, Apostolica autoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & cõfirmamus, illisq; inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac quatenus opus sit, dictæ congregationi Lateranensi de nouo concedimus. Præterea eidem congregationi Lateran. illiusq; Abbatibus, Superioribus, Canonicis, aliisq; personis, quòd omnibus, & singulis aliis priuilegijs gratijs, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, tam eidem congregationi Cassinensi in hunc vsque diem quam congregationi canonicorum regularium sancti Saluatoris Bononiensis, illarumque Abbatibus, Superioribus, & personis quibuscunque etiam, vt præfertur, aut aliàs quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos concessis, ac quibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo similiter sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, ac Concilij prædicti decretis, aut Constitutionibus Apostolicis repugnent, pari modo vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant autoritate, & tenore præsentium etiam concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes literas perpetuò validas firmas, & efficaces existere, & fore, ac primo dictæ congregationi, aliisque prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante Nostra de gratijs ad instar non concedendis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinibus, & Congregationis huiusmodi, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 23. Augusti 1622. Pontificatus Nostri Anno secundo.

S. Card. S. Susanna.

Porrò autem ex hactenus tum in hoc Tertio libro, tum in toto volumine fideliter, veraciterque deductis, laboriosum non esset, aliquorum scribentium notas in ipsam Lateranensem familiam cõiectas abstergere, illasq; præsertim, quas recens autor Iosephus Mozzagrugnus in quodã suo volumine, cui titulum præmisit: *Narratio rerum gestarum Canonicorum Regularium.* Venetijs anno 1622. apud Alexandrum Polum typis edito, ex Apologijs, & libellis Pauli Bergomatis, Ambrosii Coriolani, & quorundam aliorum magno studio conquisitas, cum auctario multorum scommatum collegit, quod supra libro secundo cap. 51. spoponderam, & meritò forsan præstandum mihi esset. nam vt sermone primo de Communi vita clericorum, B. Augustinus scribit: *Prouidemus bona, vt ait Apostolus,*

stolus, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. propter nos conscientia nostra sufficit nobis, preter vos fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis. tenete quod dixi, atque distinguite: duæres sunt conscientia, & fama. conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. qui fidens consentiæ suæ neglexit famam suam, crudelis est: & sermone secundo in principio: Quia enim, vt ait Apostolus, spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus, qui nos amant, quærunt, quod laudent in nobis: qui autem nos oderunt, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio constituti, adiuuante Domino Deo nostro, & vitam, & famam nostram sic custodire debemus, vt non erubescant de detractoribus laudatores. Cæterum quoniam Illustrissimi Domini Cardinales sacræ Congregationis Indicis Decreto nuper facto memoratum volumen dicti Iosephi Mozzagrugni prohibuerunt, pro suscepta meæ congregationis inculpata, legitimaque tutela, & pro conuenienti responso dictum eorundem Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Decretum mihi satis esse iudicaui. Ad laudem Dei sanctissimæque Dei Genitricis sanctæ spei matris, Beatissimorum Apostolorum Canonici Ordinis Protoparentum, & Sanctissimi Patriarchæ nostri Augustini, & omnium Sanctorum. Amen.

Omnia verò tum in his tribus libris, tum in alijs omnibus scriptis, dictis, contenta, vel explicata, censuræ, correctionique S. R. E. Catholicæ, & Apostolicæ, corde sincero, & animo volenti libentissimus subijcio Ego D. Gabriel Pennottus Nouariensis Canonicus Regularis Congregationis Saluatoris Lateranensis. Romæ in Canonica nostra Sanctæ Mariæ Pacis.

CATALOGVS

Omnium Ecclesiarum Canonici Ordinis Patriarchalium, Metropolitanarum, & Episcopalium, quarum in hoc Opere mentio habetur.

Prior numerus Librum indicat, Secundus cuiuslibet Libri Capitulum, Tertius verò singulorum Librorum Paragraphos designat.

A

Ecclesia Alexãdrina Patriarchalis lib. 2. cap 5 §. 9. & 2. 10. 5. & 2. 11. 1.
Albiensis Prouinciæ Bituricensis. 2. 33. 4.
Abrincensis Prouinciæ Rotomagensis. 2. 33. 4.
Adurẽsis Prouincię Auxitanę. 2. 33. 4.
Alquezarensis in Regno Nauarræ. 2. 31 2.
Ambianensis Prouinciæ Rhemensis. 2. 33. 5.
Amelianensis in Ducatu Spoletano 2. 17. 1.
S. Andreæ in Scotia Metropolitana. 2. 36. 6.
Anglicanæ omnes vsque annum 1. 960. 2. 37. per totum.
Anicensis exempta 2. 33. 4.
Aquileiensis Patriarchalis. 2 11. 2 & 25. 1.
Aquisgranensis Prouinciæ Colonensis. 2. 39. 1.
Arelatensis Metropolitana 2. 33. 5.
Argentinensis Prouinciæ Maguntinæ. 2. 39. 1.
Ariminensis exempta. 2. 21. 3.
Aromatensis Prouinciæ Rhemensis. 2. 33. 5.
Astensis Prouinciæ Taurinensis. 2. 28. 4.
Attrebatensis Metropolitana. 2. 38. 1.
Auenionensis Metropolitana 2 33 6.
Augustana Prouinciæ Tarantasiensis. 2 33. 6.

B

Babilonensis Metropolitana. 2 11. 1. & 2. 41. 4.
Bambergensis exempta. 2. 39. 2.
Barchinonensis Prouinciæ Tarraconensis. 2. 31. 2.
Bracharensis Metropolitana. 2. 32. 1.
Basileensis Prouinciæ Bisuntinæ. 2. 39. 2.
Bergensis in Belgio. 2. 39. 2.
Bergomensis Prouinciæ Mediolanen. 2. 10. 7. & 2. 11. 2. & 2. 25. 5.
Beneuentana Metropolitana. 2. 29. 4.
Bethlehemitica in Palæstina. 2. 41. 4.
Binariensis 2. 31. 2.
Bisuntina Metropolitana. 2. 33. 8.
Bituricensis Metropolitana. 2 33. 7.
Bononiensis nunc Metropolitana. 2. 23. 1.
Brudensis. 2 39. 2.
Burdegalensis Metropolitana. 2. 33. 11.

C

Cabilonensis Prouinciæ Lugdunensis. 2. 35. 12.
Calarogensis Prouinciæ Cæsaraugustanæ. 2. 31. 2.
Cameracensis Metropolitana. 2. 38. 4.
Candidæ casæ in Anglia. 2. 37. 6.
Capadociæ. 2. 10. 5. & 2. 11. 1.
Cariolamensis. 2 31. 2.
Carthaginensis Prouinciæ Valentinę in Hispania. 2. 31. 2.
Casalensis Prouinciæ Mediolanensis. 2 27. 4.
Cephaludiensis Prouinciæ Messanensis in Sicilia. 2. 29. 7.
Cæsaraugustana Metropolitana. 2. 31 3.
Colimbricensis Prouinciæ Bracharensis. 2. 32. 1.
Colonensis Metropolitana. 2. 39. 3.
Compestellana Metropolitana. 2. 31 3.
Cordubensis Prouinciæ Hispalensis. 2. 31. 3.
Culmensis in Polonia. 2. 40 2.

D

Dauentriensis Prouinciæ Vltraiectensis. 2. 38. 5.
Dertusiensis Prouinciæ Tarraconensis. 2. 31. 4.
Dignensis Prouinciæ Ebredunensis. 2. 33. 13.
Dorcestrensis in Anglia. 2 37. 6.
Dunensis Prouinciæ Armachanæ. 2. 34. 4.

E

Eugubina in Ducatu Vrbini. 2. 21. 2.

F

Fanensis in Marchia Anconitana. 2. 21. 2.
Ferrariensis exempta. 2. 22. 1.

Gratia

G

Gratianopolitana Prouinciæ Viennensis. 2. 33. 13.
Geneuensis Prouinciæ Bisuntinæ. 2. 33. 13.
Gerundensis Prouinciæ Narbonensis. 2. 33. 13.

H

Hamburgensis Metropolitana. 2. 39. 5.
Hebronensis in Palæstina. 2. 41. 4.
Hipponensis in Africa. 2. 12. 8.
Hispalensis Metropolitana. 2. 31. 5.
Hugonensis Prouinciæ Attrebatensis. 2. 33. 13.

I

Ierosolymitana Patriarchalis. 2. 5. 9. & 2. 41. 2. & 2. 67. 1.
Insularum Ecclesiæ. 2. 11. 1. & 2. 41. 4.
Isalensis in Belgio. 2. 38. 7.
Iprensis in Belgio. 2. 38. 7.

L

Lateranensis Patriarchalis, & omnium Mater. Vide in verbo Romana.
Leodiensis Prouinciæ Colonien sis. 2. 38. 7.
Leiriensis in Portugallia. 2. 32. 3.
Lindisfarnensis in Anglia. 2. 37. 6.
Lincolniensis in Anglia. 2. 37. 6. & in Catalogo.
Lucensis in Tuscia. 2. 20. 9.

M

Magalonensis Prouinciæ Narbonensis. 2. 33. 14.
Magdeburgensis Metropolitana. 2. 39. 6.
Maguntina Metropolitana. 2. 39. 6.
Matisconensis Prouinciæ Lugdunensis. 2. 33. 14.
Mediolanensis Metropolitana. 2. 38. 9.
Mediolanensis Metropolitana. 2. 10. 7. & 2. 11. 2. & 2. 26. 1.
Meldensis Prouinciæ Senonensis. 2. 33. 14.
Metensis in Lotharingia. 2. 39. 6.
Monasteriensis Prouinciæ Colonien sis. 2. 39. 6.
Montensis in Hannonia. 2. 38. 9.
Morinensis in Picardia. 2. 38. 9.

N

Narbonensis Metropolitana. 2. 33. 15.
Narniensis in Vmbria. 2. 17. 1.
Nazaretana Metropolitana. 2. 41. 4.
Nemausensis Prouinciæ Narbonensis. 2. 33. 15.
Nemetensis in Germania. 2. 39. 7.
Nicensis Prouinciæ Ebredunensis. 2. 33. 15.
Nouariensis Prouinciæ Mediolanensis. 2. 10. 6. & 2. 11. 2. & 2. 26. 9.

O

Orientales Ecclesiæ vsque ad annum 340. omnes Regulares. 2. 11. 1.

P

Padebornensis Prouinciæ Maguntinæ. 2. 39. 9.
Palentina Prouinciæ Toletanæ. 2. 31. 6.
Pampilonensis Prouinciæ Cæsaraugustanæ. 2. 31. 6.
Papiensis exempta. 2. 26. 4.
Patauiensis in Prouincia Salisburgensi. 2. 39. 9.
Perusina in Tuscia. 2. 18. 1.
Pictauiensis Prouinciæ Burdegalensis. 2. 33. 17. & 2 10. 6. & 2. 11. 2.
Portugallensis. 2. 32. 1.

R

Romana siue Lateranensis Patriarchalis, & mater omnium Ecclesiarum, 2. 10. 6. & 2. 11. 2. & 2. 14. per totum, & 3. 4. per totum, & 20. per totum.
Ratisbonensis Prouinciæ Salisburgensis. 2. 39. 10.
Rhemensis Metropolitana. 2. 33. 18.
Rinochururæ in Ægypto. 2. 11. 1.
Rofensis in Anglia. 2. 37. 4.
Rothomagensis Metropolitana. 2. 33. 18.

S

Salarien sis in Gallijs. 7. 33. 18.
Sagiensis Prouinciæ Rothomagensis. 2. 33. 18.
Salisburgensis Metropolitana. 2. 39. 11.
Schireburnensis in Anglia. 2. 37. 4.
Senensis Metropolitana. 2. 20. 4.
Senonensis Metropolitana. 2. 33. 18.
Seuerensis Prouinciæ Ebredunensis. 2. 33. 19.
Spirensis Prouinciæ Maguntinæ. 2. 39. 11.
Spoletana in Vmbria. 2. 17. 1.

T

Tarraconensis Metropolitana. 2. 31. 7.
Tarantasiensis Metropolitana. 2. 33. 20.
Taruanensis Prouinciæ Auxitanæ. 2. 33. 20.
Traiectensis S. Seruatij in Belgio 2. 38. 11.
Taurinensis Metropolitana. 2. 28. 1.
Trecensis Prouinciæ Senonensis. 7. 33. 20.
Treuerensis Metropolitana. 2. 39. 12.
Tiphernatensis in Tuscia. 2. 20. 3.
Toletana Metropolitana. 2. 31. 8.
Tolosana Metropolitana. 2. 33. 20.
Tornacensis in Belgio. 2. 38. 11.
Tungrensis Prouinciæ Colonien sis, 2. 38. 11.

Turonensis Metropolitana. 2.10.6.& 2.33.20.
Tusculana in Latio. 2.17.1.

V

Valentina Metropolitana in Hispania. 2.31.10.
Veletrensis in Latio. 2.17.1.
Vercellensis Prouinciæ Mediolanensis. 2. 10. 2. & 2. 11. 2. & 2. 28. 5.
Vlyssiponensis Metropolitana. 2.32.1.
Vltraiectensis Metropolitana. 2. 38. 12.
Vranensis Prouinciæ Auenionensis. 2. 38. 21.
Vticensis Prouinciæ Narbonensis. 2. 33. 21.
Wigornensis in Anglia. 2. 37. 3.
Wincestrensis in Anglia. 2. 37. 3.
Wintoniensis in Anglia. 2. 37. 3.
Wormatiensis Prouinciæ Maguntinæ. 2. 39. 14.

Z

Zanzarensis Metropolitana. 2. 33. 21.

Catalogus omnium C
steriorum Canonici C
opere

Adalberti Rauen. diœces. 2. 21. 4 & 2. 54.
S. Adalberti prope Aquisgranum. 2. 39. 1.
S. Ægidij prope Leodium. 2. 38. 7.
ensis de Firmo. 2. 33. 6.
ensis Clodiensis diœcesis. Gnesiensis. 2. 40. 2.
ensis Primatensis. 2. 21. 3. & 2. 52. 3.
ensis Cremonensis. 2. 26. 4.
ensis Nouarien. Monialium. 2. 26. 10.
ensis Nouæ diœc. Casalen. 2. 27. 4. & 2. 46.
ensis prope Toletum. 2. 31. 9.
ensis diœc. Vigilien. 2. 31. 10.
ensis Neapolis. 2. 29. 2. & 2. 52. 4.
ensis Veronæ. 2. 16. 4.
ensis Brixien. 2. 25. 4.
ensis prope Mortariam Papien. 2. 26. 6.
ensis Tangellen. 2. 39. 11.
ensis Bituricensis. 2. 31. 7.
ensis de Clarimonten. 2. 33. 12.
ensis Tolosan. 2. 33. 18.
ensis prope Eugubium. 2. 51. 6.
ensis in Lusitania. 2. 32. 3.
ensis de Mysiano Florentin. 2. 20. 5.
ensis de Carraria Lunen. 2. 20. 9.
ensis Ianuen. Monial. 2. 27. 3.
ensis Casalen. diœc. 2. 27. 4. & 2. 46. 3.
ensis de Cheria Taurinen. 2. 28. 1. & 2. 46. 3.
ensis de Valle Taurinen. 2. 28. 2. & 2. 46. 3.
ensis Vercellen. 2. 28. 5. & 3. 28. 7. & sequent.
ensis de Plata in Sicilia. 2. 29. 7.
ensis de Insula Lusitan. 2. 32. 3.
ensis de Telesi Lusitan. 2. 32. 3.
ensis Viennensis in Gallijs. 2. 33. 21.
ensis Cestrensis in diœcesi Elyensi. 3. 27. 12.
ensis Benauchæ in Cantabrigia. 2. 37. in Catalogo.
ensis Oxfordiensis in Candia. 2. 37. in Catalogo.
ensis Cicestrensis in Demonia. 2. 37. in Catalogo.
ensis de Tuineto Papien. 2. 46. 2.
ensis de Olrego Nouarien. 2. 46. 3.
ensis de Turricella. 2. 48. 1.
ensium in Sylua de Leona. 2. 38. 2.
ensium Ariani Audomar. 2. 38. 2.
ensium de Pyscaco Lemouicensis diœces. 2. 22 33. 14.
ensis Lucensis. 2. 20. 9.
ensis Venetiarum. 2. 24. 5 & 2. 52. 3.
ensis Congsian. 2. 25. 1. & 3. 32. 7.
ensis Padua. 2. 25. 2.
ensis Viennensis in Gallijs. 2. 33. 21.
ensis Albergen. in Tuenta. 2. 38. 2.
ensis Metten. 2. 39. 6.
ensis Berchingensis. 2. 31. 2.
ensis Colimbricensis Monial. 2. 32. 6.
ensium Sanctarum Portugall. 2. 32. 5.
ensium de Vyla. 2. 26. 1.
ensium Benedictin. 2. 23. 5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus omnium Collegiatarum, siue Monasteriorum Canonici Ordinis, quorum in toto hoc opere mentio habetur.

A Dalberti Rauen. diœcesi. 2.21.4 & 2.54.
S. Adalberti prope Aquisgranum. 2.39.1.
S. Ægidij prope Leodium. 2.38.7.
S. Ægidij de Veretio. 2.33.6.
S. Ægidij Cledauuensis diœcesis, Gnesiensis. 2.40.2.
S. Agathæ Vrbinatensi. 2.21.3. & 2.52.3.
S. Agathæ Cremonensi. 2.26.4.
S. Agathæ Nouarien. Monialium. 2.26.10.
S. Agathæ Pontij Sturiæ diœc. Casalen. 2.27.4. & 2.46.3.
Agathensi prope Toletum. 231.9.
Agrensi diœc. Vrgellen. 2.31.10.
S. Agnetis Neapolit. 2.29.2. & 2.52.4.
S. Agnetis extra Vrbem. 2.16.4.
S. Alexandri Brixien. 2.25.4.
S. Alosij prope Mortarium Papien. 2.26.6.
S. Alexandri Sangallen. 2.39.11.
S. Ambrosij Bituricensi. 2 31.7.
S. Amabilis Claramonten. 2.33.12.
S. Amandi Sarlaten. 2.33.18.
S. Ambrosij prope Eugubium. 2.51.6.
De Arrêes in Lusitania. 2.32.3.
S. Andreæ de Mosciano Florentin. 2.20.5.
S. Andreæ de Carraria Lunen. 2.20.9.
S. Andreæ Ianuæ Monial. 2.27.3.
S. Andreæ Casalen. diœc. 2.27.4. & 2.46.3.
S. Andreæ de Cherio Taurinen. 2.28.1. & 2.46.3.
S. Andreæ Braidæ Taurinen. 2.28.2. & 2.46.3.
S. Andreæ Vercellen. 2.28.5. & 3.28.7 & sequent.
S. Andreæ de Platea in Sicilia. 2.29.7.
S. Andreæ de Ansede Lusitan. 2.32.3.
S. Andreæ de Tolicis Lusitan. 2.32.3.
S. Andreæ Viennensi in Gallijs. 2.33.21.
S. Andreæ Cistrotonensi in diœcesi Elien si. 3.27.12.
S. Andreæ Barnuuelæ in Cantabrigia. 2.37. in Catalogo.
S. Andreæ Rochestriense in Candia. 2.37. in Catalogo.
S. Andreæ Cuichense in Deuonia. 2.37. in Catalogo.
S. Andreæ de Ticineto Papien. 2.46.2.
S. Andreæ de Olengo Nouarien. 2.46.3.
S. Andreæ de Turricella. 2.48.1.
Andanum in Sylua Ardenna. 2.38.2.
S. Andreæ iuxta Ariam Audomar. 2.38.2.
S. Adriani de Versolaco Lemouicensis diœcesi. 2.2 33.14.
S. Angeli Lucensis. 2.20.9.
S. Antonij Venetiarum. 2.24 5 & 2.52.3.
S. Antonij Caneglian. 2.25.1. & 3.32.7.
S. Antonij Padnæ. 2. 25. 2.
S. Antonij Viennensi in Gallijs. 2.33.21.
S. Antonij Albergen. in Tuenta. 2.38.2.
S. Antonij Meten. 2.39.6.
S. Anna Barchinonense. 2.31.2.
S. Anna Colimbricense Monial. 2.32.6.
Aquarum Sanctarum Portugall. 2.32.3.
Apollolorum de Vrbe. 2.26.1.
Apollolorum Bononien. 2 23.5.
S. Apollinaris Bononien. 2.23.6.
Arigio Gaptense. 2.33.13.
Arenis Grationopolitan. 2.33.13.
Armachan. S. Patricij. 2 34 4.
Arnhemense in Geldria. 2.38 2.
Argentinense in Scuebia. 2.39.1.
S. Armanni Parmense. 2 22.4.
S. Auberti Cameracen. 2.38 4.
Auilianense diœc. Salucien. 2. 28 3.
S. Augustini de Nicosia Pisan. 2.20.6.
S. Augustini Foroliuien. 2.21.5. & 47.10.
S. Augustini Placentin. 2.22. 4. & 3.18.1.
S. Augustini Palentin. Monial. 2.31.6.
S. Augustini Colimbricen. 2 32.4.
S. Augustini de Serra Portugall. 2.32.5.
S. Augustini Græcoladense in Anglia. 2 37.12.
S. Augustini Grimmesbia Lincolnien. diœcesi. 2.37. in Catalogo.
S. Augustini Lugi Ferrarien. Monial. 3.49.4.
Austriaca Monasteria. 2.39.13.
S. Adilonis Luthosanum Camerac. 2.38.8.
Bauniolum Taurinens. diœc. 2.58.6.
S. Barnabæ in Africa. 2.12.8.
S. Barbatiani Bononien 2.23.5.
S. Barnabæ Mediolanen. 2.26.2.
S. Barnabæ de Puerto in Castella. 2.31 2.
Barbacis Limia Portugall. 2.32.3.
Bapalma in Artesia 2.38.3.
S. Bartholomæi Vulterran. 2.20.5.
S. Bartholomæi Fesulanum. 2 20.3. & 3.19.1. & seq.
S. Bartholomæi Pistorien. 2 20.8. & 3.20.3.
S. Bartholomæi Mantuæ. 2 22.5. & 3.17.2.
S. Bartholomæi Vincentiæ. 2.25.3. & 3.20.1.
S. Bartholomæi Alexandriæ. 2 26.11. & 2 46 5.
S. Bartholomæi Ianuæ Monial. 2 27.3.
S. Bartholomæi Vercellarum. 2.28.5.
S. Bartholomæi de Beneuento Lemouicen. Diœc. 2.33.14.
S. Bartholomæi Maclouiense. 1. 33. 14.
S. Bartholomæi Londinens. 2.37.9. Catal.
S. Bartholomæi Quercetanum Brugis. 2.38.3.
S. Bartholomæi Leodien. 2.38.7.
S. Bartholomæi in Zulta Hildesimen. 2.39.5.
S. Bartholomæi Landense. 3.32.8.
S. Bartholomæi Anconitanum Monialium. 3.49.4.
S. Bauonis Gandauense. 2.38.6.
S. Benedicti Cremen. 2. 25 3. & 3. 42.3.
Bello forte Malacense. 2.33.14.
Bello loco Maclouiense. 2 33.14.
Bello loco Cenomanen. 2 33.12.
Beneuinere Palentinen. 2. 31.6.
S. Bernardi Vercellen. 2. 28.5.
S. Bernardi de Monte Ioue. 2.33.6.
S. Bernardi Augustæ Prætoriæ. 2.33 6.
S. Bernardi Valentiæ Gallarum. 2.33.21.

Bergense S. Petri Vltraiecten. 2. 38. 3.
S. Bertilia Attrebaten. 2. 38. 9.
Beurense Constantien. 2. 39. 2.
Bichouense in Ruscia. 2. 40. 2.
Bertauilo apud Torquemadam Monial. 2. 31. 7.
Berdlestouense in Deuonia. 2. 37. in Catalogo.
Bredonense in Lecestria. 2. 37. in Catalogo.
Bonbemianum in Flandria. 2. 38. 6.
Basarense Diœc. Hildesinen. 2. 39. 3.
Biadense in Lusitania. 2. 32. 3.
Boucas Colimbricen. 2. 32. 3.
S. Brogani de Motalia Lismoren. 2. 34. 4.
Bußhemedi Betforden. 2. 37. in Catalogo.
Brunfeldense in Glocestria. 2. 37. in Catal.
Brunna Lincolnien. 2. 37. in Catal.
Buscibum Domini Isaac apud Niuellam in Belgio. 2. 38. 10.
Buchouiense Canonissarum. 2. 39. 2.
S. Calisti Cisoniense apud insulas in Flandria. 2. 38. 4.
S. Caterui Tolentini. 2. 21. 1, & 3. 37. 6.
Canonicæ Diœc. Eugubine. 2. 21. 1.
Canonicæ d. Patauine. 2 25. 2.
Campi mortui Mediolanen. 2. 26. 2.
S. Cassiani Mortarien. Monial. 2. 26. 8, & 2. 46. 2.
Calera Hispalen. 2. 31. 5.
Calatambio Tirasonen. 2. 31. 7.
Campus kemneti Sterlingen, 2. 36. 5.
Caceport in Anglia. 2. 37. 10.
Cantabrigense in Anglia. 2. 37. Catal.
Cale Lecestrense 2. 37. in Catal.
Cantipratanum Cameracen. 2. 38. 4.
Castellionense in Belgio. 2. 38. 4.
Claro Fageto in Belgio. 2. 38. 4.
Castriciense in Belgio. 2. 38. 4.
Campus B. Mariæ in Ezingen. Diœcesis Euremunde. 2. 38. 4.
S. Castorii Confluentia. 2. 39. 3.
Calmonstratense Diœc. Tullen. 2. 39. 12.
S. Catharinæ Mutinen. 2. 22. 3.
S. Catharinæ Vallis viridis Messanæ. Monial. 2. 29. 8.
S. Catharinæ Vuaterfordense. 2. 34. 4.
S. Catharinæ de Valle Cenomanen. 2. 33. 12.
S. Catharinæ Lincolnien. 2. 37. Catal.
S. Catharinæ Firmanæ. 3. 29. 4.
S. Catharinæ de Senu diœc. Camerin. 3. 49. 4.
Cautoyn Claramontense. 2. 33. 12.
Chaigense in Gallijs. 2. 33. 12.
S. Cæsiliæ de Vrbe. 2. 16. 1.
S. Cæcilia Senen. diœc. 2. 20. 4.
S. Clementis Venetiarum. 2. 24. 4, & 3. 12. 3.
S. Celsi Mediolanen. 2. 26. 3.
Cerzedelli in Portugall. 2. 32. 3.
Chellas Vlyssiponen. Monial. 2. 32. 6.
S. Cerauni Carnutense. 2. 33. 12.
Cæsarisburgum in Gallijs. 2 33. 12.
Cella Froini Engolismen. 2. 33. 13.
Cella prope Trecas. 2. 33. 17.
Cheneluortense in Vuaruuichia in Anglia. 2. 37. in Catal.
S. Caciliæ Colonense. 2. 39. 3.
S. Clementis prope Metum. 2. 39. 6.
S. Christophori Valentinæ diœces. Hispan. Monial. 2. 31. 10.
S. Christophori de Mapbotz in Lusitania. 2. 32. 3.
Chirchbeawense in Hybernia. 2. 34. 4.
S. Crispini Suessionen. 2. 33. 18.
Christi Londinense. 2. 37. 8.
Chirchbeslacense apud Valsingam in Anglia. 2. 37. 12.
Chircsandiæ in Betforden. S. Mariæ Monial. 2. 37. in Catal.
Chirchbeam diœc. Eboracen. 2. 37. Catal.
S. Chiliani Albiniacense. 2. 38. 1.
S. Christophori Fanopiense apud insulam Flandriæ. 2. 38. 3.
Chirchgerense in Vuormatia. 2. 39. 3.
Chiemsebe Salisburgen. 2. 39. 3.
Chiemsebe Monial. 2. 39. 3.
S. Christinæ diœc. Argentinen. 2. 39. 9.
S. Christinæ diœc. Taurinen. 2. 58. 6.
S. Columbani de Blandrate. 2. 26. 9.
Costa prope Guimaraes in Lusitania. 2. 32. 3.
Collis Dei in Lusitan. 2. 32. 3.
Compendiense. 2. 33. 12.
S. Coronæ Ergolismen. 2 33. 13.
Coronæ Petragoricen. 2. 33. 17.
Chonalmor diœc. Childarien. 2. 34. 4.
Cocquense in Artesia. 2. 38. 4.
Corsendunck apud Turnautum diœc. Sylueducen. 2. 38. 11.
Corporis Christi Colonien. 2. 39. 3.
Corporis Christi diœc. Padebornen. 2 39. 2.
Corporis Christi Cracouien. 2. 40. 2.
S. Crucis in Ierusalem de Vrbe. 2. 16. 3.
S. Crucis Cesenne. 2. 21. 5, & 3. 34. 1.
S. Crucis Venet. Monial. 2. 24. 5.
S. Crucis Mortarien. 2. 26. 7, & 3. 25. 2.
S. Crucis Taurinen. Moniel. 2. 28. 2, & 3. 49. 4.
S. Crucis Mesanen. 2. 29. 8.
S. Crucis Augustobrigen. 2. 32. 3.
S. Crucis Colimbricen. 2. 32. 4.
S. Crucis de Anglia Pictauien. 2. 33. 17.
S. Crucis Trecorense. 2. 33. 20.
S. Crucis Edimburgi in Scotia. 2. 36. 5.
S. Crucis Valatine. 2. 37. 8.
S. Cruciu Leodien. 2. 38. 7.
S. Crucis Augusten. 2. 39. 1.
S. Crucis Limburgi. 2. 67. 1.
Curbulense, vel Cheichense. 2. 37. 10.
Crutzelingense prope Constantiam in Germania. 2. 39. 3.
S. Danielis Venet. Monial. 1. 24. 5. & 3. 12. 6.
S. Danielis Patauin. 2. 25. 2.
Danense apud Brugas. 2. 57. 4.
Daucurt in Attrebaten. 2. 38. 5.
Draxiense in Ebraco, 2. 37. Catal.
S. Dionysij Rhemense. 2. 38. 18.
S. Dionysij Southamtoniense in Glocestria. 2. 37. in Cat.
S. Dionysij Leodien. 2. 38. 7.
S. Dionysij Molembeeke Minden. 2. 39. 6.
Diessense in Bauaria. 2. 39. 3.
Diuina Syluducense. 2. 38. 11.
S. Donati diœc. Viennen. in Gallijs. 2. 58. 6.
S. Donati de Scopeto Florent. 2. 52. 2.
S. Dorotheæ Burgense Monialium. 2. 31. 2.
S. Dorotheæ Viennen. in Austria. 2. 39. 13.
Dodeuilla in Belgio. 2. 38. 5.

Domini iuxta Bagnum. 2. 48. 1.
Domus Religionis Parmen. 2. 50 4.
Dulce Vallis Midelburgi. 2. 38. 5.
In Domo prope Endouiam. 2. 38. 5.
E. Leucadia Toletan. 2. 31. 8.
S. Eligij Noniomen. 2. 33. 15. & 2. 38. 10.
S. Eligij Calnacen. in Belgio. 2. 38. 4.
S. Eligij in Compostella. 2. 31. 3.
S. Eligij Montis Attrebat. 2. 38. 9.
S. Elizabeth Leodien. 2. 38. 7.
Elsingiense in Cantia. 2. 37. Catal.
Elmundi Cantabrigen. 2. 37. in Catal.
Emerita Hispalen. 2. 31. 5.
S. Emmy Autelianen. 2. 33. 6.
Emonia Insula in Scotia 2. 36. 5.
Ebanense in Lincolnia. 2. 37. Catal.
Enalafrense in Vuigorn. 2. 37. Catal.
S. Ephodij Papien. 2. 26. 7. & 3. 26. 1.
S. Ergy Vaprincense. 2. 58. 6.
Esrinhemense in Flandria. 2. 38. 5.
S. Euphemia Placentia. 2. 32. 4.
S. Eusebij de Seratico Vicentin. 2. 25. 3.
S. Eugenij Senonen. 2. 33. 18.
S. Eulalia de diuc. Ebsensis. 2. 37. 7.
Eusense in Anglia. 2. 37. 12.
Exmes in Grouingen. 2. 38. 6.
S. Fausti ad Sanguinem Brixien 2. 52. 4.
S. Frambaldi Sylvanecten. 2. 33. 18.
Frankendal Vuormatien. 2. 39. 5.
S. Faluula Parmen. 2. 22. 4.
S. Firlulu Augustobrigen. Monial. 2. 31. 2.
Foyes in Lusitania. 2. 32. 3.
S. Felicis apud Valentiam. Gall. 2. 33. 21.
S. Frapandi Matinen. Monial. 2. 38. 9.
S. Frigidiani Lucensis. 2. 2. 6. & 2. 20. 9. & 39. & segg per totam.
S. Frigidiani Pisanen. 2. 20. 8.
S. Frigidiani Bonomien. 2. 23. 6.
Frisi Palentinen. 2. 31. 6.
S. Fridiani Gebennen. 2. 33 13.
S. Frodisuinde Oxonien. 2. 37. 12.
Fontis Danielis Cenomanen. 2. 33. 12.
Fontanella Lucionen. 2. 33. 14.
Fonga Lamonen. 2. 34. 4.
Fontanen. in Cantabrigia. 2. 37. Catal.
Floriense ad Mosam diuc. Leodien. 2. 38 5.
S. Galteri y Stupeni Lemouicen. 2. 33. 14.
Gaysburlanense apud Londinum. 2. 37. in Catalog.
Glatzense in Moravia. 2. 40. 1.
S. Gratiani Vercellen. 2. 38. 5. & 2. 46. 3.
Guadalupen. 2. 31. 4.
Gualinense in Belgio. 2. 38. 6.
S. Georgij in Velabro de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Georgij Ferraria. 2. 22 1.
S. Georgij Bononien. 2. 23. 5.
S. Georgij de Alega Venet. 2. 24. 5.
S. Georgij Veronen. 2. 25. 3.
S. Georgij Brixien. 2. 25. 4.
S. Georgij de Spino Bergomen. 2. 25. 9.
S. Georgij de Brinate Mediolanen. 2. 26. 2. & 2. 49. 2. & 3. 35. 1.
S. Georgij Colimbricen. 2. 32. 5.
S. Georgij Andeganen. 2. 33. 5.
S. Georgij de Boys Belnacen. 2. 33. 7.
S. Georgij in Nemore Cenoman. 2. 37. 14.
S. Georgij Augustan. 2. 39. 1.
S. Georgij Ratisponen. 2. 39. 11.
S. Georgij Taurinen. 2. 58. 6.
S. Georgij in Montanis Iudeæ. 2. 67. 1.
S. Gregorij in Campo Martio. 2. 16. 4.
S. Gregorij Spoletani. 2. 17. 1.
S. Gregorij Bononien. 2 23. 5.
S. Gregorij Cantuarien. 2. 73. 7.
S. Genouefa Parisien. 2. 33. 17.
S. Gertrudu Louanten. 2. 38. 8.
S. Germani de Castri loco Mōtēsis diœcesi. in Hanonia. 2. 38. 9.
Gethsemani prope Ierosolym. 2. 67. 1.
Grossiense diœc. Cisterciensis. 2. 33. 19.
Glocestrense in Anglia. 2. 37. Catal.
Gronembrielense Gandaui, Monialium. 2. 57. 4.
S. Gilberti de Sempingnam diocesi. Lincolniensis. 2. 37. in Catalogo.
S. Gilberti Eboracen. 2. 37. Catalog.
Gisburnense in Anglia. 2. 37. 11.
Hamburgensia monasteria. 2. 39. 5.
S. Helenæ Constantinopol. 2. 41. 4.
S. Helenæ Venetiarum. 2. 24. 4.
Heilo prope Alcmariam diœcesi. Harlemensis. 2. 38. 6.
Herbrectingum Augustan. 2. 39. 5.
Heyne apud Vuormatiam. 2. 39. 5.
Herentalia Leodien. 2. 67. 1.
Herofordense apud S. Albanum. 2. 37. 9.
S. Hieronymi Mutine. 2 22. 3.
S Hieronymi Ruremunde. 2. 38. 10.
S. Hilarij Parisien. 2. 37. 17.
S. Hilarij de Cella Victamen. 2. 37. 17.
Hildesimens in Saxonia. 2. 39. 5.
Horti Cerasorum apud Vuormatiam. 2. 39. 10.
Hortus B. Mariæ Traiecten. 2. 38. 6.
Hornillo Palentinen. 2. 31. 6.
Huyense diœcesi. Leodien. 2. 38. 6.
S. Iacobi Florentinen. 2. 20. 5.
S. Iacobi Cellæ Volanæ Comaclien. 2. 21. 5. & 3. 71. 3
S. Iacobi de Strata Nouarien. 2. 26. 10. & 2. 46. 3.
S. Iacobi de Vcles Hispalen. 2. 31. 5.
S. Iacobi Dantas in Portugall. 2. 32. 3.
S. Iacobi de Fonte Arcuda Portugal. 2. 32. 3.
S. Iacobi de Sanicino Arelaten. 2. 33. 5.
S. Iacobi de Pronino Senonen. 2. 33. 18.
S. Iacobi Valentiæ Gall. 2. 33. 21.
S. Iacobi Birkebeade Cestrense in Anglia. 2. 37. in Catalogo.
S. Iacobi Derbiense in Anglia. 2. 37. in Catal.
S. Iacobi Vuarteriense diœcesi. Eboracensis. 2. 37. in Catal.
S. Iacobi Bochenhamiæ in Norfolcia. 2. 37. in Catal.
S. Iacobi Hortamptoniæ in Norfolcia. 2. 37. in Catal.
S. Iacobi Velbeschæ in Northombria. 2. 37. in Catal.
S. Iacobi Bruxellense. 2. 38. 3.
S. Iacobi Casa Dei. 2. 48. 1.

S. Iacuti Dulense. 2. 33. 13.
Igrauaten. in Arteſia. 2. 38. 7.
Ieduuod ſiue Iedburgum in Scotia in Clydeſdale. 2. 36. 4.
S. Ildephonſi Burgenſe Monial. 2. 31. 2.
Inſula Aranearum Tolonen. 2. 33. 20.
Inſulæ Miſſarum in Scotia. 2. 36. 5.
Inſula Mahomo in Scotia. ibidem.
Inſula S. Mariæ in Scotia. ibidem.
Inſula S. Colmoſi in Scotia. ibidem.
Inſulæ de Leuyn in Scotia. ibidem.
Inſulæ Ionæ in Scotia. ibidem.
Inſulæ S. Columbæ in Scotia ibidem.
Iuzzoſenſe diœc. Conſtantien. 2. 39 6.
S. Ioannis Maioris Neapoli. 2. 11. 2. & 29. 1.
S. Ioannis ante Portam Latinam. 2. 16. 4.
S. Ioannis, & Pauli de Vrbe. 2. 16. 1.
S. Ioannis de Paterno Marſican. 2. 17. 1.
S. Ioannis de Vrbe Veteri. ibidem.
S. Ioannis de Capite Burgi Lucen. 2. 20. 9.
S. Ioannis Baptiſtæ Auconæ. 2. 21. 1. & 3. 37. 2.
S. Ioannis de Cereto Ariminen. 2. 21. 3. & 3. 16. 7.
S. Ioannis Euangeliſtæ Rauen. 2. 21. 4.
S. Ioannis Baptiſtæ Ceſennaten. 2. 21. 5.
S. Ioannis Baptiſtæ Ferrarien. 2. 22. 2.
S. Ioannis in monte Bononien. 2. 23. 3. & 3. 14. 1.
S. Ioannis foris Brixiam. 2. 25. 4. & 2. 52. 4.
S. Ioannis in Viridario Paduæ. 2. 25. 2. & 3. 18. 3.
S. Ioannis de Cimiterio Papiæ. 2. 26. 4.
S. Ioannis de Tronciano Dertonen. 2. 26. 11.
S. Ioannis de Panarano Ianuen. 2. 27. 2.
S. Ioannis de Borbonino Ianuen. ibidem.
S. Ioannis de Vadio Sauonen. 2. 27. 3.
S. Ioannis de Nitia Palearum Aquen. 2. 27. 5. & 2. 46. 3. & 3. 45. 5.
S. Ioannis de iunquera Aurien. in Hiſpaniæ. 2. 13. 2.
S. Ioannis de Ortega Burgen. 2. 31. 2.
S. Ioannis de Chauera Compoſtell. 2. 31. 3.
S. Ioannis Longorum collium Portugall. 2. 32. 3.
S. Ioannis de Boys in Luſitania. ibidem.
S. Ioannis Melinen Andegauen. 2. 33. 5.
S. Ioannis de Valleia Carnuten. 2. 33. 12.
S. Ioannis Senonen. 2. 33. 17.
S. Ioannis de Iardo Senonen. 2. 33. 18.
S. Ioannis in Vineis Sueſſionen. 2. 33. 19.
S. Ioannis Kilcheni diœc. Offaren. 2. 24. 4.
S. Ioannis Cardeuuellie Bedforden. 2. 37. Catal.
S. Ioannis Beuerleyæ Eboracen. ibidem.
S. Ioannis Baptiſtæ Colceſtriæ in Eſſexia. ibidem.
S. Ioannis Baptiſtæ de Vuels Somerſaten. ibidem.
S. Ioannis Baptiſtæ prope Amersfordiam. 2. 38. 2.
S. Ioannes Euangeliſtæ Leodien. 2. 38. 7.
S. Ioannis Baptiſtæ Amſterlodamen. 2. 38. 2.
S. Ioannis Dondiauillæ diœc. Morinen. 2. 38. 9.
S. Ioannis Baptiſtæ Valentianis in Hannonia. 2. 38. 7.
S. Baptiſtæ Aquiſgrani. 2. 39. 1.
S. Ioannis Berchtolgadenſe in Bauaria. 2. 39. 2.
S. Ioannis Mercheshuſen in Alſatia. 2. 39. 6.
S. Ioannis Volckerdinchuſen Padebornen. 2. 39. 13.
Ioppenſe S. Petri in Paleſtina. 2. 41. 4. & 2. 67. 1.
S. Iſidori Legionen. 2. 31. 5.
Irenwilla diœc. Argentinen. 2. 39. 6.
S. Irenæi in Marbach diœc. Argentin. 2. 39. 6.
S. Iuentij Papien. 2. 26. 4.
S. Iuliani Spoletan. 2. 17. 1.
S. Iuſtani Fauentin. 2. 21. 5.
S. Iuliani Imolæ. 2. 21. 5. & 3. 43. 5.
S. Iulij de Dulzago Nouarien. 2. 26. 10.
S. Iuſti Secuſien. 2. 28. 3. & 3. 46. 2.
S. Iuſtinæ Paduæ. 2. 25. 2.

Kilcheni Diœceſ. Offarienſis in Hibernia. 2. 34. 4.
S. Lami de Toarchio Piſtauien. 2. 38 17.
Lampinoui Xantonen. 2. 33. 21.
Langtonienſe prope Claudioceſtrum. 2. 37. 12.
Laudenſe in Leceſtria. 2. 37. Catal.
Lantenenſe diœc. Biſuntinæ. 2. 33. 10.
S. Laurentij extra muros Romæ. 2. 16. 4. & 2. 52. 4.
S. Laurentij apud Rauennam. 2. 21. 4. & 2. 4. 2. & 3. 20. 4.
S. Laurentij Bononien. 2. 23. 6.
S. Laurentij Mediolanen. 2. 26. 2.
S. Laurentij Taurinenſe. 2. 28. 2.
S. Laurentij de Vltio. ibid. 3.
S. Laurentij Hipporegien. ibid. 5. & 2. 46. 3.
S. Laurentij de Abbatia Antiſiodoren. 2. 33 6.
S. Laurentij Bellimontis Gapten. ibid. 13.
S. Laurentij Quehamia in Suxeia. 2. 37. Catal.
S. Laurentij de Bellomonte Vapincen. 2. 38. 6.
S. Leonardi Lucenſis. 2. 20. 9.
S. Leonardi Verone. 2. 25. 3.
S. Leonardi Briſaten. in Suſſolcia. 2. 37. Catal.
S. Leonardi Baſilicæ 2. 39. 2.
S. Leonardi Sangallen. ibid. 11.
S. Leopoldi Poſſauien. ibid. 13.
Leuenſe in Attrebaten. 2. 38. 4.
Leiceſtrenſe in Anglia 2. 37. 12.
Leodegardi Sueſſionen. 2. 33. 19.
Lecain Luſitania. 2. 32. 3.
S. Leoporii in Africa. 2. 12. 18.
S. Lazari Ariminen. 2. 21. 3. & 3. 17. 9.
S. Lazari Pariſienſe. 2. 33. 17.
Listeulienſe in Salop. 2. 37. Catal.
Lisburnenſe apud Eboracum. ibid 12.
Liuriacenſe prope Pariſium. 2. 33. 17.
Loenſe in Flandria. 2. 38. 8.
Loflay in Scotia. 2. 36. 5.
Lobao in Luſitania. 2. 32. 3.
S. Lucia Vallis viridis Panormit. 2. 29. 8.
Lunariuilla Fullen. 2. 39. 12.
S. Lupi Trecenſe. 2. 33. 20.
Lyranum Antuerpien. 2. 38. 8.

S. Maria de Columna Cæſarauguſtæ. 2. 11. & 2. 30. 1. & ſeqq.
S. Mariæ Nouæ de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Maria Pace de Vrbe. 2. 16. 4. & 3. 33. 1.
S. Maria in Via Lata de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Maria Trans Tyberim. ibid.
S. Mariæ de Crypta ferrata Tuſculan. 2. 17. 1.
S. Mariæ Angelorum Peruſij. 2. 20. 1.

S. Maria

S.Maria Angelorum Senen.ibid.4.
S.Maria Gratiarum Cortonen. ibid.5.
S.Maria ad Nines Florentinen.ibid.
S.Maria de Frigdionaria Lucen. 2.20.9 & 3.6.& seqq.
S.Maria fori portam Lucen. 2. 20.9.
S.Maria Magdalena Castri Franchi Lucen. diœc. 2. 20.9. & 3.7.5.
S.Maria Firmane. 2. 21.1.
S.Maria in Portu Ranen. 2. 21.4.& 3.16.1.
S.Maria Gratiarum diœc. Forolivien. 2. 21.5.
S.Maria de Stradella Faventin.ibid.
S.Maria de vado Ferrarie. 2. 22. 2.
S.Maria Carpi Provinc. Bononien.ibid.3.
S.Maria Vinerole Mutinen.ibid. & 3. 42.1.
S.Maria de Marola Regij Lepidi. 2. 22.3.
S.Maria gratiarum Regij lepidi. 2. 22.3.& 3.30.3.
S.Maria de Gratijs Ferrarie Monial. 2. 22. 2.
S.Maria Calthelina Mantuæ Monial.ibid. 5.
S.Maria Annunciata Mantuæ Monial. ibid.
S.Maria ad Rhenum Bonon. 2.23.3.
S.Maria montis Belli Bonon. 2.23.5.& 3.28.2.& seqq.
S.Maria Vallis Viridis Bonon. 2. 23. 6.
S.Maria de Dipasasis Bonon. ibid.
S.Maria de Monte Guardia Bononien.monial ibid.
S.Maria Charitatis Venetiarum. 2. 24. 1.& 3. 12. per totum.
S.Maria de Bethlehem Tarvisij. 2. 25. 1.
S.Marie de Pauc in Sacco Vicentie.ibid. 3.
S.Maria Magdalena Brixien. ibid. 4.
S.Maria Brixien.monial. ibid.
S.Marie de Gries Trident.ibid. 6.
S.Maria de Crescentiaco Mediolanen. 2. 26. 2.& 3.35.4.
S.Maria de Cesureto Mediolanen. 2. 26.3.& 3.10.1.
S.Maria Passionis Mediolanen. 2. 26. 3.& 3 34. 2.
S.Marie Annunciate Mediolan.monial. 2. 26. 3.
S.Maria Vallis Viridis Cremonæ.ibid.
S.Marie de Carbonaria Papien. 2. 26. 7.& 2. 46. 2.
S.Maria Iosaphat Papien. 2. 26. 8.
S.Maria de Cumignaga Novarien.ibid.9.
S.Maria de Marcellengo.ibid.10.
S.Maria Gratiarum Novarie. 2. 26. 10. & 3.32.1.
S.Maria de aggere Novarien. 2. 26. 10 & 2. 46 3.
S.Maria de Castello Alexandrie. 2. 26. 11.& 3.32 4.
S.Maria de Vineis Ianue. 2. 27. 2.
S.Marie de Albario Ianuen. ibid.
S.Maria de Casinellu Ianuen.ibid.
S.Maria de Priano Ianuen. ibid.
S.Maria de Granarolo Ianuen. 2. 27. 2.
S.Marie de Cella Ianuen.ibid.& 49.2.
S.Maria Gratiarum Ianuæ monial. 2. 27. 3.
S.Maria montis Crete Casalen. 2. 27. 4.& 3.31.1.
S.Marie de Vizulano diœc. Casalen. 2. 27. 4.
S.Maria Secusie Taurinen. 2. 28. 3.
S.Maria Noue Astæ. 2. 28. 4. 3. 32. 3.
S.Maria Castri S.Martin Asten. 2. 28. 4.
S.Maria apud Blanchetam Vercellen. 2. 18. 5.& 2.46. 3
S.Maria de Capellu Neapol. 2. 29. 2.
S.Marie ad Parietem Nole. 2. 29. 3.& 3. 42, 2.
S.Maria Annunciate Nole monial. 2. 29. 3.
S.Marie Oppidi Lauri diœc. Nolana monial. ibid.
S.Maria Annunciate oppidi Arienſis diœc. S. Agatha. monial ibid. 4.
S.Maria de Trisa Lanciani. 2. 29. 6.& 3.33. 2. & seqq.
S.Maria de Calena Sipontin. 2. 29. 6.
S.Maria de Balnearia Melsen. in Calabria. 2. 29. 6. & 3.20.5.& 3.30.4.
S.Maria de Burgo Abulen. 2. 31. 2.
S.Maria de Cueva Donga in Asturijs.ibid.
S.Maria della Serra Burgen.ibid
S.Marie della Calera Burgen.monial.ibid.
S.Maria de Villa Bertrandi Gerunden. ibid.4.
S.Maria Ronceuallis Pampilon.ibid.6.
S.Maria de Vanueuiuere Pampilonen.ibid.
Matris Dei Palentinen.ibid.
Matris Dei Murcia monial.ibid.5.
S.Maria de las Duenas Salmanticen.monial.ibid. 7.
S. Maria de la Viega Salmanticen.ibid.5.
S.Maria de Paracet Segobiensc.ibid. 7.
S.Maria de las Duenas Valentin.monial. 2.37.10.
S.Maria de Solsona Vrgellen.2. 31.10.
S.Mariæ Portugallen 2.32. 3.
S.Maria de Rates in Lusitan. 2.32.3.
S.Maria de Isingat Lucanen.ibid.
S.Maria de Nandin in Lusitania.ibid.5.
S.Maria de Refloriis in Lusitan.ibid.
S.Maria de Molia Brocharen.ibid.
S.Maria de Olivifera in Lusitan.ibid.
S.Maria de Visignolo Ambianen. 2.33.5.
S.Maria de Rota Andegauen.ibid.
S.Marie de Balgentiaco Aurelian.ibid.
S.Maria de Collu Bituricen.ibid. 7.
S.Maria de Gullia apud Salinas Bisuntinen. 2. 33.9.
S.Mariæ Blesense.ibid. 11.
S.Maria de Mac Cabilonen.ibid. 12.
S.Maria de Virtute Catalaunen.ibid.
S.Maria de Burgo medio Carnuten. ibid.
S.Maria de Claro fonte Carnuten. ibid.
S.Maria de Vadastio Cenomanen.ibid.
S.Maria de Doulas Gorosopiten.ibid.
S.Maria de Voto Constantien.ibid.
S.Maria de Sinardo Dien.ibid.
S.Maria de Ogultio Eduen.ibid.13.
S.Maria de Brian Zon Ebredunen.ibid.
S.Maria de Regali Eluense.ibid.
S.Maria de Abundantia Gebennen.ibid.
S.Maria inter montes Gebennen.ibid.
S.Maria de Villa Betrandi Gerundcn.ibid.
S.Maria de Castiglione Lingonien.ibid& 14.
S.Maria de Angelis Lucionen.ibid.
S.Maria de Villaco Melden.ibid.
S.Maria de quadraginta Narbonen.ibid. 15.
S.Maria de Burgo Nannten.ibid.
S.Maria Naumensis in Diœc. Nouiomensi ibid.
S.Mariæ de Herinale Parisien.ibid.17.
S.Maria de Cancellis a Petragorien.ibid.
S.Maria de Regali Pictavien.ibid.
S.Maria de Cella Pictavien.ibid.
S.Maria Magdalena Rotomagen.ibid.18.

S. Maria de Victoria Sylvaneten. ibid.
S. Maria de Aquauiua Turonen. ibid. 20.
S. Maria de Gastineta Turonen. ibid.
S. Maria de Castrũ Xantonen. ibid. 21.
S. Maria de Antro Cluanen. 2. 34. 4.
S. Maria de Caurlis Minden. ibid.
S. Maria de Conca Tuamen. ibid.
S. Maria de Maretonia Londinen. 2. 37. 8.
S. Maria Legeceſtren. ibid. 9.
S. Maria de Crokeſtuna. ibid.
S. Maria de Bridlingtona ibid. 11.
S. Maria Lauedeni in Buckingam. 2. 27. in Catalogo.
S. Maria Suffeldy Buckingam. 2. 37. Catal.
S. Maria Miſendeni Buckingam ibid.
S. Maria Notteleia in Buckingam ibid.
S. Maria Beighami in Cantia. ibid.
S. Maria Belſintoni in Cantia. ibid.
S. Maria Combetuellia in Cantia. ibid.
S. Maria Magdalena Tumbrigda in Cantia. ibid.
S. Maria in Comberlandia Carleolen. ibid.
S. Maria Ceſtrenſe. ibid.
S. Maria Darleighia Derbien. ibid.
S. Maria Repigdonen. in Derbia. ibid.
S. Maria Cliuia in Deuonia. ibid.
S. Maria Tauiſtockia in Deuonia. ibid.
S. Maria Dummouua in Eſſexia. ibid.
S. Maria Earleſcolni in Eſſexia. ibid.
S. Maria Straford in Eſſexia. ibid.
S. Maria Lanthonia Gloceſtren. ibid.
S. Maria Southumka in Hamton. ibid.
S. Maria Mirdtalla Herforden. ibid.
S. Maria Huntdingtonienſe. ibid.
S. Maria Aluingbami Lincolnien. ibid.
S. Maria Cataleya in Lincoln. ibid.
S. Maria Hauerholmæ. ibid.
S. Maria Nuncotronin Lincoln. ibid.
S. Maria Sixlea Lincoln. ibid.
S. Maria Stixuuolda Lincoln. ibid.
S. Maria Suuinshede Lincoln. ibid.
S. Maria Toringtoni Lincoln. ibid.
S. Maria Tupholmia Lincoln. ibid.
S. Maria Ronceuall. Londin. ibid.
S. Maria Biſhopſgatenſe Londin. ibid.
S. Maria Budhamia Norfolcen. ibid.
S. Maria Hamptonien. Lincoln. ibid.
S. Maria Magdalena Pennenela Norfolc. ibid.
S. Maria Vuarchefopa Nottingam. ibid.
S. Maria Vueſtacrea Norfolc. ibid.
S. Maria Broccheleia Oxonien. ibid.
S. Maria Oxonij ibid.
S. Maria Oſneyenſis Oxonien. ibid.
S. Maria Saucombe Oxonien.
S. Maria Vaxotoni Oxonien. ibid.
S. Haugmondia in Salopien. ibid.
S. Maria Keinshamia Somerſaten. ibid.
S. Maria Busleia in Suffolcio. ibid.
S. Maria Martoni Surreienſe ibid.
S. Maria Southuuarkia Surreien. ibid.
S. Maria Magdalena Michelhamia in Suxia. ibid.
S. Maria Magdalena Tortingi in Suxeia. ibid.
S. Maria Bromboria in Vuilton. ibid.
S. Maria Magdal. Brioptuna. ibid.
S. Maria in Bircket prope Amersfordiam. 2. 38. 2.
S. Maria Aningenſe in Friſia. ibid.
S. Maria Bolonienſe ibid. 3.
S. Maria Burgenſe ibid.
S. Maria Bethlehem prope Zuuollam Dauentrien. ibid.
S. Maria Bethlehem Louanij. ibid. 8.
S. Maria Condati Cameracen. 2. 38. 4.
S. Maria in Mello. 2. 38. 6.
S. Maria in Gaeſdunck Coloniẽ. 2. 38. 6.
S. Maria Henniacen. ibid.
S. Maria Nouiomagen. 2. 38. 10.
S. Maria in Nemore Riuotulo. ibid.
S. Maria Romeſuuael Middelburgi. ibid.
S. Maria Roſæ vallis in Holſa oppido Friſiæ. ibid.
S. Maria ad Septem fontes Bruxell. 2. 38. 11.
S. Maria apud Vuatanas Flandriæ. 2. 38. 12.
S. Maria in Vaſago. ibid.
S. Maria Vallis viridis apud Bruxell. ibid.
S. Maria Vallis Angelorum in Leidorp. dioc. Vltraiect. ibid.
S. Maria Vuindeſimenſ. ibid.
S. Maria Zunebecanum in Flandria. ibidem.
S. Maria in Zuuollis Tranſinſul. ibid.
S. Maria in Badersholm dioc. Bremen. 2. 39. 2.
S. Maria Birckinge. Herbipol. ibid.
S. Maria Magdal. Colonien. monial. 2. 39. 3.
S. Maria in Inſula Confluentiæ. ibid
S. Mariæ Eremitarum Conſtantien. ibid.
S. Maria in Cluſa Treueren. 2. 39. 4.
S. Maria in Hertzenbagen Francofordien. 2. 39. 5.
Maria Lapidis Aichſtadien. 2. 39. 6.
S. Mariæ montis ſagorum Conſtantien. ibid.
S. Maria in Noortborn. dioc. Mouallerien. 2. 39. 8.
S. Mariæ Olembergen. ibid.
S. Maria apud Sinchenberg dioc. Hildeſiuenſ. 2. 39. 10.
S. Maria apud Segeberg. in Holſat. dioc. Lubecẽſi. 2. 39. 11.
S. Maria Suuauenheim Mogunt. 2. 39. 11.
S. Mariæ Vuittemberga Hildeſim. 2. 39. 13.
S. Maria de Sagano Vratislau. 2. 40. 1.
S. Maria Teruenen. in Matoula 2. 40. 2.
S. Mariæ prope fluuium Iaſonis dioc. Camaren. ibid.
S. Maria de Carpenzago Mediol. 2. 46. 2.
S. Mariæ Caſtri Gemin. 2. 46. 2.
S. Maria in Raticoſa Bononien. 2. 48. 1.
S. Maria de Credaro Mantuæ. 2. 50. 4.
S. Mariæ Caſtri Icinerini Veronen. 2. 50. 4.
S. Mariæ maioris Taruiſij 2. 52. 3.
S. Mariæ Inſularum Vicentiæ. 2. 52. 3.
S. Mariæ de Coronato Lauden. 2. 52. 4.
S. Maria de Cornaria Bononien. 2. 52. 4.
S. Maria Magdal. Mirandulæ. 2. 52. 4.
S. Mariæ de Gualdo Beneuentanæ. 2. 52. 5.
S. Mariæ de Comerio Gratianopol. 2. 58. 6.
S. Mariæ de Numæ Aronen. 2. 67. 1.
S. Mariæ Ciuitatis Tyrisibidem.
S. Mariæ de Martorano Parmen. 3. 26. 3.
S. Maria de Gloria Anagnina. 3. 30. 4.

S. Pantaleonis diœc. Lucen. 2. 20. 9.
Panis Pontis Maclouien. 2. 33. 14.
S. Patritij Dublinensis. 2. 34. 4.
Parentreduni in Buckingam. 2. 37. in Catal.
S. Pancratij Halberstaden. 2. 39. 5.
S. Paterniani Fauensis 2. 21. 2.
Passauiense monial. 2. 39. 9.
S. Pancratij Ransbouiense in Bauaria. 2. 39. 10.
S. Pastorij diœc. Reatina. 3. 46. 1.
S. Praxedis de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Pauli Cremonæ. 2. 26. 4.
S. Pauli Bisuntini 2. 33. 8.
S. Pauli Leodiense 2. 38. 7.
S. Pauli Rubeæ Vallis Bruxell. 2. 38. 10.
S. Paulini Treueren. 2. 39. 12.
S. Petri ad Vincula de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Petri de Asciano in Sabina. 2. 17. 1.
S. Petri de Soprio Aretin. 2. 20. 5. & 3. 37. 5.
S. Petri ad Vincula Pisarum. 2. 20. 7.
S. Petri Lucensis. 2. 20. 9.
S. Petri Martyris Regij Monial. 2. 22. 3.
S. Petri Casa Dei Placentin. 2. 22. 4. & 3. 18. 2.
S. Petri in Oliueto Brixien. 2. 25. 4.
S. Petri de Vlmo Mediolan. 2. 26. 2.
S. Petri de Pado Cremonæ. 2. 26. 4. & 3. 19. 3.
S. Petri in Cœlo aureo Papiæ. 2. 26. 4. & 3. 36. per totum.
S. Petri Herbe amare Papien. 2. 26. 5.
S. Petri Calpurniani Nouar. 2. 26. 9.
S. Petri de Prato Ianuen. 2. 27. 2.
S. Petri de Ferraria Alben. 2. 27. 5.
S. Petri ad Neuias Alben. 2. 27. 5.
S. Petri ad Aram Neapol. 2. 29. 2.
S. Petri Cordubense. 2. 31. 3.
S. Petri Pampilonense. 2. 31. 6.
S. Petri de Taberna Pampilonen. 2. 31. 6.
S. Petri de Ferreira in Lusitan. 2. 32. 3.
S. Petri de Folques Colimbricense. 2. 32. 5.
S. Petri de Paderne in Lusitania. 2. 32. 5.
S. Petri Ambianen. 2. 33. 5.
S. Petri Antisiodoren. 2. 33. 6.
S. Petri de Pemponne Beluacen. 2. 33. 7.
S. Petri de Bertholio Burdegal. 2. 37. 11.
S. Petri de Insula Burdegal. 2. 37. 11.
S. Petri Stirpense Lemouicen. 2. 33. 14.
S. Petri Aureæ Vallis Maleacen. 2. 33. 14.
S. Petri Genafagia Pictauien. 2. 33. 17.
S. Petri de Reloio Redonen. 2. 33. 18.
S. Petri Viennense in Gallijs. 2. 33. 21.
S. S. Petri, & Pauli Ardmachan. 2. 34. 4.
S. S. Petri, & Pauli Areforden. 2. 34. 4.
S. Petri Exceftrense. 2. 37. 7.
S. Petri Plimtonien. in Deuonia. 2. 37. 12.
S. Petri Dunstablij Bedforden. 2. 37. Catal.
S. Petri Bodmins in Cornubia. 2. 37. Catal.
S. Petrochi Bouaria in Cornubia. 2. 37. Catal.
S. Petri Cachumi in Norfolcia. 2. 37. in Catal.
S. Petri Turgationi Northumbriæ. 2. 37. Catal.
S. Petri Dorcheftriæ diœc. Oxonien. 2. 37. Catal.
S. Petri Ipsuicen. in Suffolcia. 2. 37. Catal.

S. Petri Bomelien. in Sylua ducen. 2. 38. 3.
S. Petri Castetanum. 2. 38. 4.
S. Petri Leodien. 2. 38. 7.
S. Petri Vuasnacen. diœc. Morinen. 2. 38. 9.
S. Petri Rotnacen. 2. 38. 10.
S. Petri Vuarnestonense. 2. 38. 12.
S. Petri in Daelem Padeborn. 2. 39. 4.
S. Petri in Hegene diœc. Vuormat. 2. 39. 5.
S. Petri Metensis. 2. 39. 6.
S. Petri de Saimon Tullen. 2. 39. 12.
S. Petri de Cereto Papien. 2. 46. 2.
S. Petri apud Callium. 2. 52. 4.
S. Petri de Garda diœc. Gratianopol. 2. 58. 6.
S. Petri de Gatinaria Vercell. 3. 43. 2.
S. Perpetuæ Fauentiæ. 2. 50. 4.
Peilbergense in Bauaria. 2. 39. 9.
Perato Xantonen. 2. 33. 21.
Plenipendense Bituricen. 2. 33. 7.
Petro moso Ambianen. 2. 33. 5.
Pedicrypta Neapolit. 2. 2. 62. & 3. 26. 4.
S. Pelagiæ Cremonæ. 2. 26. 3.
Piperuicen. diœc. S. Flori. 2. 33. 13.
Pictiuenne diœc. S. Andreæ in Scotia. 2. 36. 7.
Plintonense in Deuonia. 2. 37. Catal.
Pildenreutum apud Norimbergam. 2. 39. 9.
Pontis Roradi Monial. in Flandria. 2. 57. 4.
Pompurgense in Bauaria. 2. 39. 9.
Polingense in Bauaria. 2. 39.
Portu puro Miden. 2. 34. 4.
S. Potentianæ de Vrbe. 2. 16. 4.
Purgatorij S. Patritij diœc. Armach. 2. 34. 4.

Quadraginta martyrum Tarusij. 2. 51, & 3. 43. 1.
S. Quintini Beluacense. 2. 33. 7.
SS. Quirici, & Iulitæ Cassi Bonon. 2. 23. 6.
S. Quirici Exuldensis diœc. Bituric. 2. 33. 7.

S. Raimundi Placentin. 2. 22. 4.
Rauelli diœc. Salusien. 2. 28. 3, & 3. 8. 6.
S. Radegundis in Cantia. 2. 37. in Catal.
Radense diœc. Limburg. vel Leod. 2. 38. 10.
Rattemburg in Bauaria. 2. 39. 10.
Rauensbergense diœc. Maguntin. 2. 39. 10.
Repdorphense prope Aieschstad. 2. 39. 10.
Regiæ Coronæ apud Pragam. 2. 39. 9.
Regularium Vltraiectin. 2. 38. 12.
Resitennot in Scotia. 2. 36. 5.
Restorijs in Lusitania, 2. 32. 3.
Requiam in Lusitania. 2. 32. 3.
Reginæ Cœli Neapolis Monial. 2. 29. 2. & 3. 43. 4.
Regiense in Emilia. 2. 22. 3.
Riederense diœc. Constant. 2. 39. 10.
Ripolis Tuarinen. 2. 58. 6.
S. Romani Laudense. 2. 26. 3, & 3. 32. 8.
S. Romani de Blauio Burdegal. 2. 33. 11.
S. Romani Tolosanum. 2. 33. 20.
Romenense in Anglia. 2. 37. 10.
Rodense in Brabantia. 2. 38. 10.
S. Rufi Auenionen. & Valentinij. 2. 2. 3. & 2. 33. 6. & 3. 31. 2.
S. Rufi in monte Fesulano. 2. 33. 14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Mine de Vrbe. 2. 16. 1.
S. Saluatorum de Prato Pistorien. 2. 20. 8.
S. Saluatorum Vallis Agne Pistor. 2. 20. 8.
S. Saluatorum Lucensis. 2. 20. 9.
S. Saluatoris dioec. Firmane. 2. 21. 1.
S. Saluatoris Ferrarie. 2. 22. 2.
S. Saluatoris Parme Monial. 2. 22. 4.
S. Saluatoris Bonon. 2. 23. 5. & 2. 52. 1.
S. Saluatoris Venetiarum. 2. 24. 4.
S. Saluatoris Brixie. 2. 25. 4. & 3. 15. 3. & seqq.
S. Sepri Mediolanen. 2. 26. 2.
S. Saluatoris. 2. 28. 3. & 2. 58. 6.
S. Saluatoris de Baloco. Lusitan. 2. 32. 3.
S. Saluatoris de Ribas in Lusitania. 2. 32. 3.
S. Saluatoris de Ecclesiola Portugallen. 2. 32. 4.
S. Saluatoris de Moteja Portugall. 2. 32. 5.
S. Saturi Bituricen. 2. 33. 7.
S. Saluatoris Melicen. 2. 33. 19.
Saluatoris. 2. 33. 18.
S. Saturnini Tholosanum. 2. 33. 20.
S. Saluatoris Torrensis in Deuonia. 2. 37. in Catal.
Sauenbe in Oxonia. 2. 37. Catal.
Sanctus prope Guimaraes. 2. 32. 3.
S. Saluatoris Dordracense. 2. 38. 5.
S. Saluatoris prope Suecam in Frisia Orientali. 2. 38. 11.
S. Saluatoris Vltrajecten. 2. 38. 12.
Sangallense in Helvetijs. 2. 39. 11.
Sanctense dioec. Ratisbonæ. 2. 39. 11.
S. Saturnini Taurinen. 2. 88. 6.
S. Sebastiani de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Sergij & Bacchi de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Stephani in monte Cœlio. 2. 16. 1.
S. Sebastiani Armin. Monial. 3. 49. 4.
Sette Spoleti Monial. 3. 49. 4.
S. Simonis Eugubini. 2. 21. 2.
S. Sepulchri Parme. 2. 22. 4. & 3. 29. 4.
S. Sebastiani Mantuæ. 2. 22. 5.
S. Stephani dioec. Bononien. 2. 23. 6. & 3. 45. 4.
S. Stephani in Brolio Mediolan. 2. 26. 2.
S. Stephani in Campania Papien. 2. 26. 7.
S. Stephani de Citadella Vercell. 2. 28. 5. & 3. 43. 4.
S. Stephani Albensis. 2. 27. 5.
S. Sepulchri Barleta. 2. 29. 5.
S. Sepulchri Brundusij. 2. 29. 5.
S. Sepulchri Troie. 2. 29. 5.
S. Stephani de Vilella Portugall. 2. 32. 5.
S. Stephani Lingonen. 2. 33. 14.
S. Saueurini Pictauien. 2. 33. 17.
S. Saueurini Castrinantoris Senonen. 2. 33. 18.
S. Stephani Launcestoni in Cornubia. 2. 37. Catal.
S. Stephani Bambergen. 2. 39. 2.
Sangense in Insula Rheni. 2. 39. 11.
Sanctanianense in Pago Rodani. 2. 39. 11.
S. Stephani de Bornaco Nouar. 2. 46. 3.
S. Stephani de Confano dioec. Alben. 2. 58. 6.
S. Sepulchri Aconense. 2. 67. 1.
S. Sepulchri in Monte Peregrino in Palæstina. 2. 67. 1.
S. Sebastiani de Calatambio Tirasonen. 2. 67. 1.
S. Sebastiani Bugellæ dioec. Vercell. 3. 37. 1.
S. Stephani Dertonæ. 3. 46. 3.
Schelebdorfense in Bauaria. 2. 39. 11.
S. Simeonis de Iurqueira in Lusitan. 2. 32. 3.
Spissi Campi Ambianen. 2. 33. 5.
S. Symphoriani Claramonten. 2. 33. 12.
Sylua de Gofer. 2. 33. 18.
Sixhillense in Lincolnia. 2. 37. in Catal.
Schlirense ad radices Alpium. 2. 39. 11.
S. Syluestri Montis Compatrum. 3. 25. 1.
S. Spiritus Romæ Monial. 3. 49. 4.
S. Spiritus Venetiarum. 2. 24. 4.
S. Spiritus Verone. 2. 25. 3. & 2. 50. 4.
S. Spiritus Bergom. 2. 25. 6. & 3. 32. 5.
S. Spiritus de Columbina Papien. 2. 26. 5.
S. Spiritus Cominiaci Nouarien. 2. 26. 9.
S. Spiritus Nouaria. 2. 26. 10.
S. Spiritus de Calato Agrigentin. 2. 29. 8.
S. Spiritus in Vden Colonien. 2. 39. 13.
S. Spiritus Mantuæ. 2. 50. 4.
S. Spiritus Centi Ferrarien. 2. 52. 5.
Sitz Gebennen. 2. 33. 13.
S. Sophiæ Beneuenti. 2. 39. 4.
Soyssi in Gallijs. 2. 38. 19.
Schoune in Gauurea in Scotia. 2. 36. 8.
Schouuet dioec. Glasquen. 2. 36. 5.
Stoneleia in Huntdingtonia. 2. 37. Catal.
Studeleia in Vuaruuichia. 2. 37. in Catal.
Subense in Bauaria. 2. 39. 11.
Suauescia in Cantabrigia. 2. 37. Catal.
Tarraconensis Abbatia. 2. 31. 7.
S. Theodori Lamæ. 2. 27. 1. & 3. 26. 3.
Trentense in Staffordia. 2. 37. Catal.
S. Theodori Bambergæ. 2. 39. 2.
Tremitana Abbatia in Insulis Diomedeis. 2. 29. 6. & 3. 13. per totum.
Tremesnense in Polonia. 2. 40. 2.
Trendorfense dioec. Constant. 2. 67. 1.
Templi Domini Ierosolim. 2. 41. 5.
S. Theodori Beneuentani. 2. 67. 1.
S. Triphonis de Vrbe. 2. 16. 4.
S. Trinitatis Mutinæ. 2. 22. 3. & 3. 37. 8.
S. Trinitatis de Camundio Aquen. 2. 27. 5.
S. Trinitatis Londinen. 2. 37. 10. Catal.
S. Trinitatis Eboracense. 2. 37. Catal.
S. Trinitatis montis fortis in Gloceftria. 2. 37. in Catalogo.
S. Trinitatis Bromeræ in Gloces. 2. 37 Catal.
S. Trinitatis S. Dauidis Norfolcia. 2. 37. Catal.
S. Trinitatis Ipsuicense in Suffolcia. 2. 37. Catal.
Trinitatis Hasbingsia in Suxeia. 2. 37. Catal.
S. Thomæ Interamnij. 2. 17. 1.
S. Thomæ de Matho Pistorien. 2. 20. 8.
S. Thomæ Aquen. 2. 27. 5.
S. Torcati in Lusitani. 2. 32. 3.
S. Thomæ Martyris Dublini. 2. 34. 4.
S. Thomæ de Bello Capite Derbien. 2. 37. Catal.
Torcheseia in Lincoln. 2. 37. Catal.
S. Thomæ Martyris Staffordien. 2. 37. Catal.
Thronus B. Mariæ prope Herental in Brabantia. 2. 38. 6.
S. Thomæ Martyris Argentinen. 2. 39. 1.

S. Thomæ Vicentia Monial. 3. 49. 4.
S. Turci Valentiæ in Gallys. 2. 33. 21.
S. Trudonis prope Sarchinium in Hasbania. 2. 38. 11.
Truncinienſe diœc. Gandauen. 2. 38. 11.
Tungrenſe Agonij Chriſti. 2. 38. 11.
Trudonienſe Monial. Brugis. 2. 57. 4.

Vallis diœc. Biſuntinæ. 2. 33. 10.
Vallis Pacis Vltraiecten. 2. 38. 12.
Vallis B. Mariæ prope aldenardam. Vltraiecten. 2. 38. 12.
Vallis B. Elisabeth prope Ruremundam. 2. 38. 12.
Vallis Brundi Treueren. 2. 39. 12.
Vallis Nauigij Gratianopol. 2. 58. 6.
Vatto Placentin. Monial. 2. 31. 6.
Vuarotrenſe Eboracen. 2. 37. 12.
Vuatonenſe Eboracen. 2. 37. Catal.
Vuaruuichenſe in Anglia. 2. 37. Catal.
Vuartobergenſe Brixinen. 2. 39. 2.
Vualdſee. 2. 39. 13.
Vuaſmonaſterienſe apud Teneramundam. 2. 57. 4.
Vueſterebamenſe in Norfolcia. 2. 37. in Catal.
Vuerarnenſe in Bauaria. 2. 39. 13.
Vuettenhuſium in Sueuia. 2. 39. 14.
VerZolis Congregationis de Vltio. 2. 58. 6.
Venuſinum. 2. 67. 1.
Vdemenſe in Cluuia. 2. 67. 1.
S. Viti Mantuæ. 2. 22. 5. & 2. 50. 4. & 3. 39. 1. & ſeqq.
S. Victoris Bononien. 2. 23. 3. & 3. 14. 1.
S. Victoris Papien. 2. 26. 5. & 2. 46. 2.
Villa vitioſa diœc. Saguntinæ. 2. 31. 7.
S. Vincentij de Cardona Vrgellenſis diœc. 2. 31. 10.
Villæ Conæ in Luſitan. 2. 32. 3.
S. Vincentij de Sernande. 2. 32. 3.
S. Vincentij Vlyſiponen. 2. 32. 4.
Villæ Bonæ Portugall. 2. 32. 5.
S. Vincentij in Nemore Carnuten. 2. 33. 12.
S. Vincentij de Molio Maleacen. 2. 33. 14.
S. Victoris Pariſien. 2. 33. 16.
Vuinceſtrenſe in Anglia. 2. 37. 3.
Vuintonienſe in Anglia. 2. 37. 7.
Vuicamenſe diœc. Eborac. 2. 37. Catal.
Vuimondeia Herdford. 2. 37. Catal.
S. Vuineualdi in Norfolcia. 2. 37. Catal.
Vuigmorienſe in Salopia. 2. 37. Catal.
Vittouireuenſe in Groningen. 2. 38. 6.
Viſitationis B. Mariæ diœc. Harlemen. 2. 38. 6.
S. Vincentij Sonegienſe in Hannonia. 2. 38. 11.
Vilica apud Bonnam. 2. 38. 12.
Vuirdunenſe. 2. 39. 12.
S. Vuinnoci Bergenſe. 2. 57. 4.
Villarmerio diœc. Taurinen. 2. 58. 6.
Vngiacenſe in Gallys. 2. 33. 21.
S. Vuolphadi Stonæ Staforden. 2. 37. Catal.
Vlmeti in Meclinia. 2. 38. 12.
S. Vrſmari apud Laubium diœc. Cameracenſi. 2. 38. 7.
S. Vlmari Bolonienſe. 2. 38. 3.
S. Vrſi Auguſtæ Prætoriæ. 2. 33. 6.
S. Vbaldi Eugubini. 2. 21. 2.
Vndeſtorpſenſe in Bauaria. 2. 39. 14.

INDEX
RERVM MAGIS NOTABILIVM, quæ in toto Opere continentur.

A

ABBAS Vercellensis nomine Thomas, doctrina clarus. lib.3.cap.56.1
Illius libri. ibid. Eius Liber Autographus in Dionysium Areopagitam in Bibliotheca Serenissi. Ducis Sabaudiæ seruatus. ibid. habuit discipulum B. Antonium de Padua nuncupatū ibid
De illius obitu error Sixti Senensis ib.
Abbates Ecclesiæ seculares olim non habebant. 2.31.10
Abbatialis dignitas arguit, Ecclesiam olim fuisse regularē. ibid.
Acardus ex Canonico Reg. S. Mariæ de Bridlingtona Abbas S. Victoris, & Episcopus Abricēsis, doctor celebris. 2.37.11
Adam fundator monasterij Sanctæ Crucis Mortarien sis apud Insulbres. 2.46.1
Adam Canonicus S. Victoris Parisiensis Doctor. 2.57.2
Adeodatus Augustini filius baptizatus annorum quindecim Mediolani. 1.5.5
Idem moritur in Africa annorum sexdecim. ibid.
S. Adelindis fundatrix Collegij Canonissarum, tunc Regularium, Luchouij. 2.39.2
Adrianus missus in Angliam à Vitaliano Papa non fuit profugus ex Africa in persecutione V Vandalica 1.37.6. nec fuit Eremita Ordinis Augustinensium. ibid.
Adrianus IV. Papa Canonicus Regularis, & Abbas S. Rufi in Gallia. 2.56.6, & 3.52.5
In Africa ante Augustinū erant monachi, & eremitæ. 1.49.2
Agilense monasterium apud Toletū cuius fuerit instituti. lib. 2.31.9
S. Agnellus Abbas monasterij Neridani non fuit institutus à Silandioso Bitinensi. 1.54.4
S. Agnellus, qui venit ex Africa cum S. Gaudioso, non fuit Eremita. ibid.
Aicardus ex Præposito Mortariensi Archiepiscopus Ianuensis. lib. 2.46.6
Albertus ex Canonico Mortariensi Patriarcha Ierosolymitanus. ibid.
Albertus Spinula fundator Congregationis S. Marci Mantuæ, 1501. Scripsit regulam pro eadem Congregatione ab Innocentio III. probatam. ibid.
Albericus ex Priore S. Ioannis in Monte Bononiæ Episcopus Regiensis. 3.54.4
Alhi quatuor ab inuicem distincti, qui à multis confunduntur ad inuicem. 2.26.6
Alhinus Compilator Homiliarum non fuit ille, cuius meminit Beda ibid. nec ille, qui fundauit Academiam Papiensem. ibid.
S. Albinus Episcopus Andegauensis fuit antiquior Carolo Magno. ibid.
Aldobrandus ex Canonico Regulari S. Mariæ Crescentiaci Cardinalis. 2.49.3
S. Aldobrandus ex Canonico Reg. Portuensi Præpositus Ariminensis, & Episcopus Forosempronien sis. 2.47.13. & 3.
15.2 & 3.50.1
Alexander IV. quibus causis motus sit ad Eremitas in vnum Ordinem, & habitum sub B. Augustini regula cogendos. 1.49.5
Alexander Efisibiensis Doctor Can. Reg. 2.37.12
Alexander Necam Doctor celebris Canon. Reg. ibid.
Alexander Secundus reformator Cōgregationis Lateranen sis. 1.4.4. & 3.2.5. fuit Episcopus Lucensis. 2.45.2. & 3.2.5. fuit valde deuotus S. Frigdiani Episcopi Lucensis. ibid. Canonicos S. Frigdiani Lateranum duxit. ibid. Eius dona to facta Ecclesiæ Lateran. 3.2.5
Alexander Turrianus ex Canonico Regul. Lateran. Episcopus Scythiæ in Creta. Et illius scripta. 3.55.1
Alexander III. ex Canonico Regul. Lateran. Romanus Pontifex. 3.52.6
Alexandrina Ecclesia à prima institutione regularis. 2.5.9
S. Alipius Augustini socius nunquam fuit Eremita. 1.49.4. nunquam aliquod regulare institutum professus fuit ante presbyteratum D. Augustini. ibid. fuit Clericus Regularis in monasterio per D. Augustinum fundato in horto Valerij. ibid.
Allegationes superfluæ obnubilant veritatem. Præfatio General. I.
Allegationes falsæ in libro Ioannis Marquez de origine fratrum Eremitarum. 1.35. per totum.
S. Ambrosius nunquam disputauit cum S. Augustino 1.27.4. non abrogauit vigilias nocturnas, vt falsō illi imponit autor Sermonum ad Eremitas. 1.31.5. Eius Sermo de S. Augustini baptismo, & conuersione falsus, & confictus. 1.27. per totum reparauit vitam canonicam in Ecclesia Mediolanen. 2.10.9
Ambrosius Albonesij Comes Can. Reg. Lateran. linguarum peritia clarus. 3.36.8 Adest Concilio Lateranensi sub Leone X. 3 39.1. Missam Chaldæorum Latinam reddit. ibid. Docet linguam Latinam Oratorem Patriarchæ Antiocheni iubente Pontifice. ibid. Eius scripta. 3 55.1
Albertus de Altissimis Canon. Reg. Lateran. vitæ integritate conspicuus. 3.51.5
S. Andreæ Vercellensis Abbatiæ fundatio. 3 28.7 facta potissimum ex pecunijs per Henricum III. Angliæ Regem largitis ibid. cuius dem Rex donauit Ecclesiam S. Mariæ de Croestuna in Anglia. ibid. Eius fundator Gualla de Bicheriis Cardinalis ex Canon. Reg. ibid. Eius primus Abbas Thomas Canonicus S. Victoris Parisiensis. ibid. maximis bonis dotata. ibid. 8. Reformata per Canonicos Reg. Lateran. ibid 9.
Andreas Nouariensis Canon. Regul. pro Beato in veneratione habitus. 3.51.4
S. Andreæ de Carraria Canonicæ fundatio. 3.42.5. Eius priuilegia. ibidem
Anastasius Quartus ex Canonico Regulari Romanus Pontifex. 3.52.5, & 2.56.6
S. Anciradus monachus ædificat monasteria in Lusitania. 2. 57.11. quæ cum fundatore per eram suis vendicat Ioan. Marquez. ibid.
Angeli matutinas horas cum Canonicis Suesione canunt. 2.33.19
S. Andreæ Monasterium Canonicorum Regularium in Scotia erigitur in Cathedralem, & Metropolitanam. 2.36.4. Illius Prior omnes Abbates præcedebat. ibid. habebat sub se quinquaginta duos priorat us. ibid.
Angelicus Grimaldi ex Canonico Regulari Sancti Rufi Cardinalis. 2.56.6
Anglicanæ Ecclesiæ ab initio Canonicorum Regularium, nō monachorum. 2.37.3 Ex illis electi canonici, & introducti monachi. ibid. quis talis mutationis primus autor fuerit. ibid.
Alphonsus I. Portugalliæ Rex Balnearum Regiarū prō monasterio S. Crucis Colimbriæ fundando largitor. 2.59.2. dicti monasterij defensor, & Benefactor. ibid. 7. illius summa reuerentia in Canonicos S. Crucis. ibid. Vestem lineā sub thorace ferreo in prælijs ferebat. ibid. cum eadem veste linea tumulatus. ibid. quæ vestis suo contactu ægrotis beneficia præstabat. ibid. post obitum monasterij S. Crucis Protector miraculosus. 2.60.2
Alphonsus, & Petrus S. Crucis Colimbriæ Canonici Marochij pro fide Iesu Christi ab infidelibus interfecti. 2.61.2

S. Aniani Alexandriæ Episcopi corpus Venetias translatum 3.12.7. In Ecclesia S. Mariæ Charitatis reconditum. ibid.
Aurææ Beatorum quo habitu nonnunquam se visibiles suis devotis exhibeant. 1.40.6
Annales monasterij S. Saluatoris Bononiæ erroribus referti. 2.48.3 & seqq.
Anselmus Canonicus S. Crucis Colimbriæ sanctitate clarus. 2.61.4
Anselmus ex Canonico Reg. S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ, Cardinalis. 1.61.5. & 3.36.8. & 3.53.1
S. Ansoinus ex canonico regulari Camerini Episcopus. 3.50.2
Annuli B. Mariæ Virginis inuentio. 2.20.2
S. Antonius de Padua nuncupatus antea S. Crucis Colimbriæ canonicus. 2.61.1 de licentia Prioris transit ad Ordinem S. Francisci. ibid. fuit professus monasterij S. Vincentij Vlyssiponæ. 2.60.5. & 2.61.1. & 2.73.4
S. Antoninus Florentinus pro adstruenda S. Augustini professione Eremitica perperàallegatus. 1.24 quæ de eadem professione scribit ex sola relatione cuiusdam Fratris Eremitæ se fatetur scribere 1.10.10. quam relationem vtpotè falsam data opera impugnat. ib & 1.19.4. fatetur, regulam B. Augustini datam Clericis. ib. docet, Eremitarum Augustinensium Ordinem post Ordines mendicantium institutum 1.26.1. ait, habitum, quem nunc Eremitæ Augustinenses ferunt, non ante Gregorij IX. fuisse determinatum. ib. Fatetur ante Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum nullam in authenticis scriptis fieri mentionem Ordinis Eremitarum Augustinensium. 1.44.3
S. Aquilinus Martyr Canonicus Regularis Colonensis. 2.26.2. & 2.39.3
Antonius à Cruce Generalis Congregationis S. Crucis Colimbriæ. 2.32.3
Apostolos fuisse Canonicos Regulares sub Abbate Christo, sententia Ioannis Gersonis. 1.1.1. Eosdem tria vota substantialia religionis emisisse. 2.51
Archiepiscopi nonnulli ex Canonicis Regularibus assumpti. 3.54. per totum.
Archangelus Rubeus ex Canon. Reg. Lateran Episcopus Carinulæ, Theologus præclarus. 3.19.7. Eius scripta in quatuor libros sententiarum. 3.55.1
Argumentum sumptum ex negatiuis quando validum. 1.7.2. & 1.45.1
Ariminensis Ecclesia olim Regularis. 2.22.3
Arnoldus Buderschius Rubeæ Vallis Canonicus Doctor clarus. 2.65.4. Eius scripta. ibid.
S. Arnulphus alius à S. Rufo. 2.2.4 vbi obierit. ib nunquam fuit Archiepiscopus Lugdunensis. 2.56.5
S. Artuagi historia apud Marcum Maximum, & Eutrandum, Apocrypha. 1.56.1
Aroasiæ congregationis fundatio. 2.62.1. Eius Abbatiæ olim viginti octo. ibid. à Iacobo de Vitriaco magnopere laudata. ibid.2
Artennæ aues olim Diomedeæ nuncupatæ in insulis Diomedeis. 3.13.2. Earum adeps plurimis languoribus grauissimis medetur. ibid.
Ascanius Martinengus Abbas Generalis congregationis Lateran. 3.15.18 Eius opus Glossa magna in Genesim. 3.55.1
Athanagildus Rex Toleti Hæreticus Arianus. 2.53.2
S. Athanasius Alexandrinus vota monachorum suis clericis adiunxit. 2.6.4. reparat vitam regularem inter clericos Orientales. lib. 2.10.6
S. Augustinum Episcopum Hipponensem fuisse Clericũ Canonicum, nunquam dubitatum vsque ad annum 1100. in Præfatione Gener. C. de illius habitu præter illum, qui est proprius dignitatis Episcopalis, disputare vetuit Sixtus Quartus ibid. Eremitarum assertiones contra illius canonicam professionem. ibid. D.
S. Augustinum professione regularem fuisse, est communis consensus Catholicorum. 1.1.1. De illius instituto regulari sententiæ minus probabiles. 1.2. per totum
S. Augustinus toto tempore ante presbyteratũ vixit laicus. 1.3.1. & 1.6 per totum.
S. Augustinus post baptismum non duxit vitam monasticam, vel eremiticam in Italia. 1.7. per totum statim baptizatus non fuit indutus cuculla nigra. 1.7.5. non vixit in monasterio sub Sancto Simpliciano ib. 6. nec dedit regulam illis monachis. ib. 7. nec eremitis existentibus in monte Pisano, neque in Centum Cellis, nec cum illis vixit. ibid. 8. postquam rediit in Africam ante presbyteratum, non fuit monachus, vel eremita. 1.8. per totum, & 9. per tot. ante presbyteratum nullum monasterium ædificauit. 1.8.1. & 3 post reditum in Africam mansit laicus apud Tagastam in agris proprijs vsque ad presbyteratum. ibid.4
S. Augustinus quando fuit ordinatus à Valerio, nondum viuebat sub aliqua certa regula monastica. 1.9.2
Augustinus vitam communem cum amicis condixerat, antequam de baptismo cogitaret. 1.9.4
Augustini monachatus solis testimonijs apocryphis nititur. lib. 1.10.1
Augustinum probabiliter dici potest, tempore baptismi habuisse propositum vitæ regularis. 1.11.3. illius propositi, de quo Possidius in vita cap. 1. non fuit status vitæ regularis, sed illius votum, vel votum continentiæ. ibid.
Augustini primum monasterium fuit fundatum in horto Valerij. 1.12.1. & seq. quod non erat in memore, sed in ciuitate, vel propè illam. ibid.3
Augustinus fuit ordinatus à Valerio nõ solùm, vt esset presbyter, sed etiam, vt esset Parochus Hipponensis. ibid. Eius monasterium erat seminarium quoddam clericorũ. 1.12.4. & seqq. quod monasterium fundando magnum beneficij præstitit toti Ecclesiæ Catholicæ. 1.13.1
Augustinus quando accessit ad Ciuitatem Hipponensem, cuius instituti monasterium erigere disposuisset. 1.13.4
S. Augustinus fuit verus clericus regularis, & professor instituti canonicorum tam ante, quam post adeptum Episcopatum. 1.16. per tot. Emisit vota clericorũ canonicorũ. ibid. 1. Eius clericatui quinã Doctores adstipulentur. ib 2
Augustinus cur clericos regulares in Ecclesia Hipponensi habere voluerit, ver 2 causæ assignantur. 1.17.3
Augustinus nunquam fuit monachus, vel eremita. 1.19. vbius monachatus solis testibus suspecti tribuitur 2.17. & sequentibus vsque ad 37.
Augustinus quodnam vitæ regularis genus in Africam intexerit. lib. 1.21.4
Augustinus nullum Ordinem regularem propriè instituit, sed tantum ordinem clericorum restituit. 1.44. per tot.
Augustinum cur Carthaginenses monachi vocarent Patrem. lib. 1.45.4
S. Augustini totius vitæ epilogus. 2.72.1. & seqq qualis eius vestitus. ibid. qualis mensa. ib. Pauperum præcipuus amator. ibid. cum eo clerici in communi alebantur. ibid.4. Fœminarum conuersationem vitabat ibid. Fabricæ nouas non extruebat ib.5. Hæreditates à parentibus Ecclesiæ legatas filijs restruebat. ibid. Suos consanguineos more vulgarium tractabat. ibid 6. Regulam pro canonicis scriptis redegit. ib. Testamentum nullum condidit, quia vnde faceret non habebat. ibid.7. morti proximus ægrotum sanauit. ibid.
Augustini reformatio per omnes Ecclesias Africanas ampliata. lib. 2.11.8
S. Augustini vitæ periodus post baptismum à Possidio in tres partes diuisa. 1.3.1. De tempore illius baptismi sententiæ nonnullæ falsæ referuntur. 1.4. per tot. Fuit baptizatus anno Christi 388. ibid. obijt anno 431. ibid. tempore baptismi erat in anni tricesimo tertio. ib 2. non autem in anni triginta quatuor, vt putat Baronius. ibidem 3. non fuit nisi triginta quatuor, vt putat Baronius. ibidem 3. non fuit baptizatus anno 387. vt fatetur Ludouicus de Angelis. ibidem 3 fuit baptizatus ritu solemni in vigilia Paschæ. ib. 5. & anno 388. ibid. 6. statim baptizatus iuit cum matre ad Ostia Tyberina, vt in Africam trajiceret. 1.5 per tot. Eodem mense à die baptismi reperit se in Ostijs Tyberinis. ibid. 1. & 3. post obitum matris rediit Romam, vbi aliquot mensibus mansit. ibid. 6. quo anno in Africam rediit. 1.42.7. Fuit ordinatus Episcopus anno Christi 394. 1.11.2
S. Augustini locus in 9. Confessionum ca. 11. in quo dicit, se fuisse annorum triginta trium, quando eius mater defuncta est, non fuit corruptus, vt putat Baronius 1.5.4 & seq.
Augustini primus sermo de Communi vita clericorum non fuit

Index rerum notabilium.

fuit habitus ad eremitas, sed ad plebem Hipponensem. 1.9.2. qui sermo à nonnullis fuit vitiatus. ibid. Ex eodem sermone non conuincitur, Augustinum ante presbyteratum fuisse monachum, vt putat Coriolanus. ibid.3
Augustinus in expositione Psalmi. 99. non loquitur de suo monasterio in particulari, sed de statu vitæ regularis in genere. libro 1.15.6
Augustini locus ex Epist. 76. male expositus à Coriolano, & quibusdam aliis. 1.16.5. Vera eiusdem loci intelligentia. ibid.6
Augustino falsò suppositi sermones ad Eremitas reijciũtur. 1.39. per tot. pleni barbarismis contra vsum D. Augustini aliijs sermonibus ad populares. ibid.4
Augustini libri de Ciuitate Dei post septuagesimum ætatis annum absoluti. 1.31.7 arguunt B. Augustinum nunquam iuisse in Æthyopiam ad prædicandum. ibid.
Augustino falsò adscriptus Liber de Vita Eremitica. 1.33.1. item epistola sub eius nomine scripta ex eremo ad clerũ, & populum Hipponensem. ibid.2. item sermo de Assumptione B. Virginis. ib. 2. item alius Sermo de Vita actiua, & contemplatiua. ibid.4
Augustinus lib.9. Confess. cap.6 non est locutus de monasterijs per S. Antonium fundatis 1.36.1
Augustino liber adscriptus de Cognitione veræ vitæ, illius non esse conuincitur. ibid.
Augustinus qua occasione scripserit librum de Opere monachorum 1.36.2
Augustino falsò adscriptus liber de Institutione monachorum, item liber Supputationum. 1.38.1. item liber dictus Manuale ib Item duplex liber sub nomine Speculi. ibid.
Augustinus lib 3. contra Petilianum cap.49. non vocat se, nec suos monachos. 1.38.2. item in psalm.132. non loquitur in particulari de suo monasterio, sed in vniuersali de Statu vitæ regularis ib 3. & est probabile, illum nunquam vocasse, vel suos monachos. ibid.
Augustinus nunquam concesisit Petiliano, se fuisse autorem statuti monastici. 1 49.3. qua ratione potuerit dici Pater monachorum Africæ. ibid.
S. Augustinus à multis rogatus, vitæ regularis instituta nonnullis tradebat. 1.49 4. non scripsit regulam eremiticam. 1.53.3
Augustinus quando fuit ordinatus à B Valerio, non erat indutus habitu monastico. 1.9.1
Augustinus factus Episcopus gestauit habitum communem cæteris clericis. 1.16.3. eius habitus fuit Birreum, & tunicalina communis cæteris clericis cum illo in Episcopatu degentibus. 1.24. per tot.
Augustinus non tulit habitum eremitarum Augustinensiũ, sed nec illum vnquam vidit, vtpote à Gregorio IX. initiatum. 1.25.3. & 1.40. per tot.
Augustinum tulisse cucullam nigram zona præcinctam, quibusdam argumentis nonnulli probent. 1. 40.1. & seq. Romani Pontifices nunquam intenderunt definire, B. Augustinum talem habitum tulisse. ibid.4
Augustinus Episcopus, & senex non portabat vestes, quas ferebat, cum adhuc esset laicus tempore suæ ordinationis. 1.40.4. Eius habitus in Episcopatu omnino diuersus ab habitu D. Fulgentij. ibid.3
Augustinum ab Alexandro IV. apparuisse, vt cogeret eremitas in vnum ordinem, & habitum, nonnullorum commentũ. 1.40.5
Augustinus olim semper in habitu Episcopali, vel clericali apparere consueuerat, non autem eremitarum. ibid.
Augustinum habitum eremiticum induisse, zona præcinctũ, nullus autor ante annum circiter 1250 scribere ausus. 1.40.6 licis de illius habitu inter canonicos regulares, & eremitas prima origo, & illius autores. 1.41.2
S. Augustinus nunquam disputauit cum Sancto Ambrosio, nec conuersus est ad fidem disputationibus, sed publicis concionibus. 1.27.4
Augustinus non fuit nobilis Carthaginensis, sed Tagastensis. 1.29 2. non rexit scholas Romæ lex annis, sed vno anno. ibid.
Augustini vita à quodam eremita ex Annalibus Baronij collecta, erroribus plena. 1.42.1
S. Augustini corpus Papiæ falsò asseritur esse in monasterio eremitarum. 1.37.8. erat absconditum sub terra per canonicos plus centum annis, antequam Eremitæ ad Ecclesiam D Petri in cœlo aureo admitterentur. ibid. eius translationi ex Sardinia Eremitæ nullatenus adfuerunt. 1.59. per tot. historia dictæ translationis ex Petro Oldrado Mediolanen. Episcopo refertur. ib 3. eius reliquijs post translationem clerici, non eremitæ custodes adhibiti. 1.58.6. eædem reliquiæ in Ecclesia S. Petri in sacello B. Apiani sub terra absconditæ 1.64.3 quo tempore id contigerit. 3.36.6
S. Augustini clericos vota emisisse. 2.3.3. & 2.7.3. illorum instituti S. August. non fuit primus autor. 2.3.4. vndenam B. Augustinus illud institutum acceperit, quod in Africam inuexit. 2 4.5. eosdem clericos Augustinianos hæretici vexabant. 2.13.2
S. Augustinus Episc. Anglorum in Ecclesijs Anglicanis instituit canonicos regulares, non autem monachos. 2.37.2. & 5
S. Augustini Abbatia Placentiæ inlignis canonicorũ reg. 3 18. 1. multis indulgentijs ditata. ib.2. priuilegijs munita. ib.4
Fr. Augustinus de Pisis vnus de canonicis primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3.8.4
Augustinus Stroza ex Abbate Fesulano Episc. Hipponen. 3.19.2
Augustinus Ticinensis canonicus regul. Later. Doctor celebris 3.26.2. eius opera 3.55.1
Azorij sententia de Instituto D. Augustini per summam refertur. 1.43.1. omnia, quæ ad fauorem eremitarum scribit, fatetur se ab illis accepisse. ibid.5 dicit, probabilius sibi videri, B. Augustinum eremitam nunquam fuisse, nec aliquem ordinem eremitarum fundauisse. ibid. multiplex illius error circa vitam, & gesta D. August. 1.43. per totum. dicit quod canonici antiquitus vota non emittebant. ib 2. quòd Gregorius IX. posuit monachos in Ecclesia Lateranen. loco canonicorum. ib.4
Azorius fatetur, quòd in toto corpore iuris canonici non fit mentio ordinis eremitarum D. Augustini, nisi duabus vicibus in Sexto Decretalium. 1.43.5. & 1.57.1
Azorij sententia de prima origine canonicorum regul. refertur, & reijcitur. 2.3.4. & seq. 2.6.5

B

BAlneariensis Ecclesia in Calabria olim insigne collegium canonicorum reg. 3 30. 4. Lateranensibus canonicis ad reformandum illam tradita. ib.5. Ferdinandi Regis Neapolis literæ pro eadem obtinenda. ibid.
Baptismus solemnis tempore B. Augustini non dabatur nisi in vigilia Paschæ, vel Pentecostes. 1 4.5. & 1.42.5
Baptista Vernatia canonica regularis doctrina, & vitæ sanctitate conspicua. 3.49.4 & 3.51.4. & 355.2
Bracharensis Ecclesiæ traditio pro August. monachatu dubia, & contraria traditioni Eccl. Romanæ saltem implicitè. 1.10 4. & 1.51.2
Blandracense collegium canonicorum regul. translatum ex Diœcesi Nouariensi ad Vercellensem, & quare. 2.26.9
S. Braulio Episcop. Cæsaraugustanus fuit canonicus regular. 2.30.4
Blatij oppidum à Carolo magno canonicæ S. Romani donatum. 2.33.11
Blasius de Nouellis Ferrariensis ex canonico regulari Lateranensi Adriæ Episcopus. 3.17.5
B. Blasius Vicentinus canonicus regul. Lateren. 3.20.2. & 3. 51 4
Baronij lapsus asserentis, B. August. fuisse baptizatum cum esset annorum triginta quatuor. 1.4.3. item dicentis, textũ D. Augustini 9. Conf. cap. 11. fuisse corruptum. ibid. item dicentis, B. Augustinum fuisse baptizatum die 5. Maij. ib.5
Baronij multiplex lapsus in B. Aug. vita texenda. 1. 42. per totum.
Baronij lapsus circa historiam S. Agnelli Abbatis Neapolis. 1 54.4
Baronij lapsus, asserentis, Canutum Regem S. Augustini Brachium Papia Conuentriam detulisse. 1.57.14

Baronij sententia de prima origine canonicorum regul. reijcitur. 2. 3. 5. item, dum ait, B. Athanasium primum fuisse, qui vota monachorum clericis adiunxerit. 2. 6. 4

Barbam an antiqui clerici raderent. 2. 9. 7

Bartholomæi Patauini contra canonicos regulares conclusiones Regij Lepidi. 1. 41. 2

B. Bartholomæus Columna sacerdos Romanus per Italiam discurrit prædicando. 3. 8. 1. columnæ igneæ meritò comparatus ibid. cum magno profectu verbum salutis annũciat. ibid. 2. eius suasione multi ingrediuntur monasteria. ib. eius suasionibus fundatur ordo canonicorum S. Georgij de Alega. ibid. reformatur monasterium S. Iustinæ de Padua, & S. Mariæ de Frigdionaria. ibid. idem reformationi Frigdionariæ iam inchoatæ seadiungit anno 1402. ibid. assumit habitum canonicorum regul. in monasterio Frigdionario. ibid. 4. eligitur Prior, & in possessionem immittitur. ibid. recedit, & per ciuitates prædicando discurrit. ibid. 5. moritur Mantuæ in monasterio S. Benedicti sanctissimè. 3. 9. 3. eius reliquiæ habentur in veneratione. ibid. & 3. 51. 1

Bartholomæus Pasulinus Prior S. Ioannis in monte Bononiç vir laudatus. 2. 14. 2. & seq. eius aliqua scripta. 3. 55. 2

S Bartholomæi Vicentiæ monasterium canonicorum ord. D. Marci per Lateranenses reformatur. 3. 20. 1 & seq. claret viris illust. 2.

S. Basilius reparator vitæ canonicæ in Oriente 2. 10. 5

Basilius Hispanus Doctor, & canonicus regul. Later. 3. 18. 4

Basilius Zanchus canonicus regularis Lateranen. eloquentia conspicuus 3 32. 6 eius opera. 3. 55. 2

Basilius Sirenius Præpositus Mortarien. & eius scripta. 3 55 2

Basilica vnde dicta. 3 1. 1 apud antiquos diuersa à templo. ib

Bellarmini Cardinalis testimoniũ pro clericali professione S. Augustini. 1 12. 5. eundem Bellarminum nomine monachorum cõprehendere clericos regulariter viuentes. 2. 5. 7

S. Begga Canonissa regularis fundatrix monasterij apud Audennam. 3. 49. 3

D. Benedictus factus monachus non habitauit Romæ. 1. 53. 2. neque etiam monachi per illum instituti ante annum 567. ibid.

D. Benedicti monachi ab institutione non erant clerici. 2. 18. 4 neque D. Benedictus in regula de officijs clericorum aliquid disposuit. ibid.

D. Benedictus quo tempore monachos cœperit colligere, & regulam scripserit. 2. 18. 4. & seq.

Benedictus XII. in Bulla reformationis Generalis loquitur de canonicis regularibus per S. Augustinũ institutis. 2. 2. 9. eius constitutiones pro generali reformatione ordinis canonicorum regular 2. 43. per tot. Eædem constitutiones ab vsu recesserunt. ibid. canonici regulares Later. ab illarum obseruatione per Martinum V. dispensati. ibid.

Benedictus III. ex canonico reg. Romanus Pontifex. 3. 52. 2

Benedictus IV. ex canonico reg. Later. Romanus Pontifex. ib.

Benedictus Ariminensis Gregorij XII. familiaris vuus de primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3. 11. 1

Bergomensis Ecclesia ab initio erat regularis. 2. 25. 5

S. Benno Episcopus Misnensis primò Præpositus monasterij Bosarien sis. 2. 39. 5

Benchorien se monasterium in Hybernia nunquam fuit Eremitarum Augustinensium. 1. 57. 9

S Bernardus de monte Iouis Archidiaconus Augustæ Prætoriç canonicus reg. 2. 33 6. multorum mirabilium patrator. ibid. Dæmonem alligauit, quod per errorem tribuitur S. Bernardo Clareuallensi. ibid.

Bernardus ex Priore Lateranensi S. R. E. Cardinalis. 3. 2. 5

S. Bertuinus Hybernus monasterij Malonensis in Belgio fundator. 2. 34. 3. & 2. 38. 1

Birrum vnde dictum 1. 22. 2. non erat birretũ clericale, quod nunc in capite defertur. ibi. non fuit almutium. siue quod nunc dicitur Muzzetta. ibid. 3. erat genus vestis amplæ, & lõgæ totum corpus tegentis, ad modum pallij, vel cappæ. ibid. 4. Birris olim vtebantur non solum clerici, sed etiam laici, & pagani ibid. illorum forma. ibid. 5. & seq. illorum materia. ibid. 7. illorum color. ibid. 8. quæ personæ birris vtebantur. ibid 9

S. Brigida B. Patricij discipula, & Canonissa regularis. 2. 43. 2

Bonifacius IX. præcepit cogi capitulum Prouinciale canonicorum in Italia, & constitutiones Benedicti XII. obseruari. 2 44. 1. & 3. 8. 5

Bononiensis Ecclesia ab initio erat canonicorum reg. 2. 25. 1. quo tempore ad secularitatem transierit. ibid. 2

S. Bruno fundator Carthusianorũ antea canonicus reg. 2. 73. 2

C

CAlendarium Ecclesiæ Rhenanæ Bononiensis à monasterio Portuensi apud Rauennã acceptum. 1. 13. 4. idem Calendarium in quodam Capitulo Prouinciali apud monasteriũ Portuense institutum. 1. 48. 2. in eodem Calendario nomina omnium canonicorum regularium eiusdem professionis, licet diuersarum congregationum, notata. ibid.

Calenatensis Abbatia dicæc. Sipontinæ per canonicos regulares Lateran. reformata. 3. 20. 5. habet iurisdictionem temporalem. ibid.

Callistus Placentinus ex congr. Latera. declamator celebris. 3. 18. 4. illius quædam scripta. 3. 51. 1

Camillus Becius ex Abbate Generali congr. Lateran. Episcopus Aquensis. 3. 18. 10

Camera quid sit. 3. 2. 3

Cãbius Bossus canonicus Casoretanus laude celebris. 3. 10. 1

Canonici regul. veniunt nomine monachorum. Iure sumpto. 1 38. 4. & seqq. alia tamen ratione hoc nomen illis adaptatur, quam veris monachis. ibid 6

Canonici reg. multis nominibus nuncupati. 2. 1. per tot. & vocantur absolutè clerici. ib. 2. dicuntur clerici regulares. ib. 3. dicuntur clerici religiosi. ibid. 4. dicuntur clerici canonici. ib. 5 dicuntur absolutè canonici. ibid. 6

Canonicorum nomine absolutè prolato vsque ad tempora B. Petri Damiani soli regulares clerici, non autem seculares veniebant. 2. 6. 1. & 2. 33. 1

Canonica reg. cur hoc geminato vocabulo ita vocentur. 2. 1. 7. dicuntur etiam canonici Religiosi. ibid. 8. item monachi. ibid. 9

Canonici reg. in quibus casibus non veniant nomine monachorum. 2. 4. 9. dicuntur etiam monachi canonici. ibid.

Canonici reg. quandoque vocantur fratres. 2. 1. 10. dicuntur etiam Domni, vel Domini. ibid. 11. & 1. 39. 2

Canonicorum Domus monasteria veré, & propriè dicta. 1. 38. 6. & 1. 39. 4. & seq.

Canonici reg. verius, & magis propriè dicuntur fili B. Augustini, quam Eremitæ. 2. 4. 3

De Canonicorum regularium origine prima sententia Abbatis Ioachimi, & Coriolani refertur, & reijcitur. 2. 3. 1. eos fuisse ante Carolum Magnum. ibid. 2. habuisse Abbates ante tempora Caroli magni. ib. De eorũ origine alia sententia minus probabilis. ibid. 4. illorum primordia in Apostolos referenda. 2. 4. per tot. illorum ordinem ab Apostolis institutum vsque ad tempora B. Augustini continuatum in Ecclesia. 2. 10. per totum B. Augustinum nõ fuisse primũ institutorem dicti ordinis, sed reparatorem. ib 3

Canonici regulares, de quibus Sacri canones loquuntur, fuisse veré de illis à B. Augustino institutis, siue reformatis. 2. 2. 8

Canonici reg. Italici non sunt instituti à B. Rufo. 2. 2. 10

Canonicis reg. ex illorum institutione competit vsus clericis. 2. 1. 2. ijdem in nonnullis Ecclesijs regimini monachorum subiecti. 3 6. 2

Canonici ordinis reformatio facta per D. Augustinum in Africa. 1. 12. per tot. eadem reformatio per totam Africam dilatata. ibid. 8. eadem dilatata in partibus transmarinis. ibid. 9. eadem post D. Augustini obitum per totum orbem dilatata. 2. 13. per tot. eadem ab Hæreticis grauiter vexata. ibid. 1 ibid 2. sub persecutionibus magis dilatata.

Canonici ordinis per B. Augustinum reformati generalis diuisio in prouincias facta per Romanos Pontifices. 2. 13 3

Canonici ord. propagatio in Ecclesia Romana. 2. 14. per totum.

Canonici regulares secundum reformationem D. Augustini manserunt in Ecclesia Lateranensi à temporibus Gelasij vsque ad Bonifacium Octauum. 2. 14. & 15. per tot.

Canonicorum regul. Ecclesiæ in Vrbe Romæ. 2. 15. 2. & per totum.

Canonici reg. S. Crucis in Ierusalem ijdem cum Lateranensibus.

S Frigidiani Lucensis.

Canonici reg. erant Rauennæ temporibus B. Gregorij. 2. 11. 4

Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ, & monasteria. 2. 17 & 20

in Etruria.

Canonici ordinis, propagatio, Ecclesiæ, & monasteria. 2. 19.

gnis vtriusque Siciliæ.

Canonici ordinis propagatio, Ecclesia, & monasteria. 2. 30. &

gnis Hispaniarum.

Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ, & monasteria. 2. 31

gnis Lotharingiæ. 2. 32. per totum. multa monasteria

rum in Portugallia ob pestilentiam, canonici

is, & extincta.

Canonici Ordinis per Augustinum reformati pri

gnis in Regnis Galliarum quando inchoata. 2.

ũ Gallis omnes Ecclesiæ Cathedrales, & metr

dinis erant regulares.

Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ, & monaste

lorum. 2. 34.

Canonici regulares erant in Hybernia ante Bedam

Canonici ordinis propagatio Ecclesiæ, & monaste

is. 2. 36.

Canonici Ordinis propagatio, Ecclesiæ, & mon

Anglia. 2. 37.

Canonici regulares perseuerauerunt in Ecclesijs A

vsque ad annum 960. 2. 37. 3. cur à nonnullis E

mus, & loco illorum positi monachi.

Canonici ordinis prima plantatio in Belgio. 2. 38.

Ecclesiæ, & monasteria olim in Belgio existenti

rum.

Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ, & monast

lorum. 2

Canonici ordinis propagatio in regno Daniæ.

Canonici Regulares Pragam introducti.

Canonici ordinis propagatio in Polonia. 2. 40. per

tio regul. primi Apostoli in Liuonia.

Canonici ordinis propagatio in Regnis Pannoniæ,

gæ.

Canonici ordinis propagatio in Regnis Orientali

rum. canonicorum monasteria olim in ciui

lagni, & tota Prouincia Palæstinæ ibid. 2. 41. 2.

regulares erant in Palæstina ante expugnation

lũ ibi tam factam per Gotifredum.

Canonici reg Later. vide in verbo Lateranenses. Su

tiquis clericis à B. Aug. reformatis. 1. 23.

Canonici regulares S. Iacobi de Spata nuncupati

rum.

Canonici regulares S. Auberti Cameracensis vtunt

ctæ.

Canonicorum regularium habitus essentialis est si

ralibus 2. 53. 10. de illorum habitu essentiali, &

nali. 2. 63. per tot. Eorundem habitus, quando in e

dimentur.

Canonici reg. nunc in congregationibus viuentes

dentaliter ijdem cum antiquis canonicis dege

Ecclesijs cathedralibus. 1. 68. 2. & seq. conueniunt

illis in habitu, & regula. ibid. 3. item in nomine

nalis. ibid. 4. obtinuerunt Ecclesias cathedrales, i

bunt Archidiaconos, & Abbates.

Canonici reg. olim degentes in cathedralibus eran

gularem cum emissione votorum. 1. 68. 2. ab illis

gregationes canonicorum fundatæ.

Canonicorum varias congregationes vide in verbo

gatio.

Canonici ordinis reformationes generales. 2. 42. p

multem reformatio facta per Benedictũ XII. 2.

Canonici reg. de iure sunt capaces beneficiorum se

bularium curam animarum. 2. 71. 1. & seq olim

omnes Parochiales, & alias Ecclesias. ibid. 2. d

nachis quoad huiusmodi capacitatem. ibid

equitas probatur ex forma illorum professio

Canonicorum regul. Ecclesiæ in Vrbe Roma. 2.15.1.& seq.& 2.16.per totum.
Canonici reg. S. Crucis in Ierusalem ijdem cum canonicis S.Frigdiani Lucensis. 2.16.3
Canonici reg.erant Rauennæ temporibus B.Gregorij Papæ. 2.12.4
Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ, & monasteria olim in Istruria. 2.17 & 20.per totum
Canonici ordinis,propagatio,Ecclesiæ, & monasteria in Regnis vtriusque Siciliæ. 2.29.per totum
Canonici ordinis propagatio, Ecclesia, & monasteria in Regnis Hispaniarum. 2.30.& 31.per tot.
Canonici ordinis propagatio, Ecclesiæ,& monasteria in Regnis Lusitaniæ.2.32 per totum.multa monasteria canonicorum in Portugallia ob pestilentiam, canonicis euacuata,& extincta. ibid.2
Canonici Ordinis per Augustinum reformati prima propagatio in Regnis Galliarum quando inchoata.2.33.1.& seq. in Gallijs omnes Ecclesiæ Cathedrales,& metropolitanæ olim erant regulares. ibid 3
Canonici ordinis propagatio,Ecclesiæ,& monasteria in Hybernia. 2.34.per totum
Canonici regulares erant in Hybernia ante Bedam. ibid.4
Canonici ordinis propagatio,Ecclesiæ,&monasteria in Scotia. 2.36.per totum
Canonici Ordinis propagatio , Ecclesiæ, & monasteria in Anglia. 2.37.per totum
Canonici regulares perseuerauerunt in Ecclesijs Anglicanis vsque ad annum 960. 2. 37. 3. cur à nonnullis Ecclesijs amoti,& loco illorum positi monachi. ibid.
Canonici ordinis prima plantatio in Belgio.2 38.1. eiusdem Ecclesiæ, & monasteria olim in Belgio existentia.ibid.per totum.
Canonici ordinis propagatio,Ecclesiæ, & monasteria in Alemannia 2 39.per tot.
Canonici ordinis propagatio in regno Daniæ. 2.39.4
Canonici Regulares Pragam introducti. 2.39.9
Canonici ordinis propagatio in Polonia.2.40.per tot.Canonici regul.primi Apostoli in Liuonia. ibid.3
Canonici ordinis propagatio in Regnis Pannoniæ,& Norueg æ. 2.40.3
Canonici ordinis propagatio in Regnis Orientalibus,2. 41. per tot. canonicorum monasteria olim in ciuitate Ierosolyma,& tota Prouincia Palæstinæ ibid.2 41.2. Canonici regulares erant in Palæstina ante expugnationem Ierosolymitanam factam per Gotifredum. ibid.
Canonici reg Later.vide in verbo Lateranenses. Sunt de veris antiquis clericis à B.Aug.reformatis. 1.23.1.& 2.53 6
Canonici regulares S. Iacobi de Spata nuncupati in Hispanijs. 2.31.5
Canonici regulares S.Auberti Cameracensis vtuntur violacei. 2.38.3
Canonicorum regularium habitus essentialis est sola tunica linea.2.53.10. de illorum habitu essentiali, & accidentali.2.69.per tot.Eorundem habitus,quando in episcopos assumuntur. ibid.3
Canonici reg. nunc in congregationibus viuentes sunt essentialiter ijdem cum antiquis canonicis degentibus in Ecclesijs cathedralibus.1.68.1.& seq.conueniuntque cum illis in habitu, & regula. ibid.3 item in nomine,& institutis.ibid.4.obtinuerunt Ecclesias cathedrales.ibid.5.habent Archidiaconos,& Abbates ibid.
Canonici reg.olim degentes in cathedralibus erant veri regulares cum emissione votorum.2.68.2.ab illis multæ cõgregationes canonicorum fundatæ. ibid.3
Canonicoruna varias congregationes vide in verbo Cõgregatio.
Canonici ordinis reformationes generales.2.42.per totum. eiusdem reformatio facta per Benedictũ XII. 2 43.per tot.
Canonici reg.de iure sunt capaces beneficiorum secularium habeatium curam animarum.2.72.1.& seq olim regebant omnes Parochiales, & alias Ecclesias. ibid-2. differunt à monachis quoad huiusmodi capacitatem. ibid. illorum capacitas probatur ex forma illorum professionis.ibid.4. habent decisionem Rotalem pro se.ibid.5.admissi sunt ad concursum Ecclesiarum secularium à S.Carolo Archiepiscopo Mediolani.ib.6.Hieronymus Gonzales,qui illorum capacitatem impugnauerat,sententiam retractat. ibid.7. sunt capaces beneficiorum non curatorum. ibid.8. & seq. assumuntur in Archidiaconos cathedraliũ.2.23.2.& 3.14.4
Canonici regulares dicti Præmonstratenses, & illorum institutio.2.70.1.habuerunt olim multa monasteria. ibid.
Canonici Gilbertini in Anglia,& illorum institutio. 2.70.2
Canonici regulares S.Mariæ de Metri,siue de Pœnitentia in Polonia. 2.70.3
Canonici regul S.Iacobi de Spata in Hispanijs. 2.70.3
Canonici regulares S. Antonij de Vienna nuncupati. 2.70.4
Canonici regulares vocati Cruciferi in Belgio. 2.70.5
Ex canonicorũ reg.ordine fere omnes alij ordines, vel profecti,vel Sanctos præcipuos acceperunt. 2.73.per tot.
Canonici reg.nonnulli in album sanctorum relati. 3. 50. per totum.
Canonici regulares nonnulli pro Beatis habiti. 3.51. per tot.
Canonici regul.ad Pontificatum euecti. 3. 52. per tot.
Canonici regular.ad Cardinalatum promoti. 3.53. per tot.
Canonicus quidam regularis quotannis D. Iesum Christum in specie puerili in vlnas accipiebat. 2.20.2
Canonissæ regulares erãt in monasterio S.Crucis Colimbriẽ. 2.32.6.ex quibus nonnullæ fuerant Reginæ Portugalliæ. ibid.6.
Canonissarum regularium ita vt canonicorum institutio antiquissima.3.49.1 illarum habitus candidus. ibid. 2. ex illis profectæ canonicæ seculares, quæ nunc sunt in Belgio,& Germania. 2.38.12.& 2.39.2.& 3.49.3
Canonissarum congregationis Lateranensis monasteriorum catalogus. 3.49.4
Cantuariensis Ecclesia cum canonicis habuit monachos ex speciali concessione Pontificis. 2.37.5.& 2.15.4
Canutus Rex non ædificauit monasteria Eremitis Augustinensibus,sed canonicis,& monachis D.Benedicti. 1. 37. 8. & 1.57.14.non tulit Brachium D.Augustini conuentriam. 1.57.14.propagauit ordinem canonicorum regularium in Dania 2.39.4
Cappas nigras à parte anteriori apertas ferebant clerici Romani à festo Omnium Sanctorum vsque ad festum Resurrectionis. 1. 21. 5. eas canonici regulares Lateranenses non acceperunt à Cartusianis,vel à fratribus Prædicatoribus,vt quidam aiunt. 1. 22. 6. illis vtebantur antiquitus canonici regulares præsertim Frigdionarij. 1.22.6
Capitulum Prouinciale canonicorum Illerdæ anno 1340. celebratur. 2.43.1 & 2.44.1
Capitulũ Prouinciale canonicorũ celebratur Eugubij.2.44.1
Capitulum Prouinciale canonicorum celebratur Papiæ. ib.
Cardinales tituli S. Crucis in Ierusalem de gremio congregationis S. Frigdiani olim assumebantur ex Priuilegio Pontif. -2.16.3
Charitatis Venetiarum monasterij fundatio.2 24.1.& 3.12.1. Eiusdem monasterij reformatio.3.12.2.eius Ecclesia ab Alexandro III.proprijs manibus consecrata.ib.5.multis indulgentijs ab eodem Pontifice,& alijs ditata.ibid. à monasterio Portuensi dismembrata. 3.19.1
Carolus Magnus erga canonicos regulares propensus.1.57.9. omnes Ecclesias Gallicanas per eosdem canonicos regendas curauit.ibid.& 2.33 3.Ecclesiam Aquisgrani fundauit, & canonicos regulares in ea statuit. 2.32.1
Carthusienſiũ ordo per canonicos regulares fundatus.2.73.1
Casula genus vestis sacerdotalis,sine cuculla. 2.26.4
S.Cateruus martyr Tolentinatum protector, & eius monasterium. 3.17.7
Caseretanum monasterium apud Mediolanum fundatur. 3.10 2.membrum congregationis Frigdionariæ.ibid.viris illustribus exornatum. ibid.2
Ad Cistercienſium ordinem integra monasteria canonicorũ transitum fecerunt. 2.73.1
Cellæ Volanæ monasterium in Diœc. Comaclienſi vetustissimum per canonicos Frigdionarios reformatum. 3.17.3. ad ædem S. Lazari prope Ferrariam translatum, ib.4. iterum intra ciuitatem Ferrariæ translatum. ibid.

Cæsar Calderarius Prædicator celebris ex congr. Lateranen. 3.20.2. eius nonnulla opera. 3.55.2

Celsus Mapheus Veronensis Doctor celebris ex congregatione Lateranensi. 3.11.4 illius opera. 3.55.2

Celsus Mancinius ex congregatione Lateran. Episcopus Alessani, & illius quædam opera. ibid.

Clemens I. Papa, & martyr canonici ordinis reformator. 2.42.1

Clemens Abbas Claudiocestrensis, & Doctor insignis. 2. 37.12

Clerici regulares fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ. 1.1.1

Clericorum nomine absolutè prolato nõ veniunt monachi, neque Eremitæ. etiam in sacris constituti. 1.14.3

Clerici cum B. Aug. degentes vota emittebant. 1.16.1. & 2.3.3

Clericus factus monachus, etiamsi teneat ordinem clericalem, vocatur clericus, & non monachus. 1.16.6

Clericorum communiter viuentium in Ecclesia Hipponensi instituendorum causæ. 1.17.3

Clerici tempore B Augustini iubebantur honesto aliquo artificio more Apostolico sibi victum quærere. 1.18.3

Clericorum cum B. Aug. commorantium verus habitus. 1.22. per tot. Eosdem clericos vota emisisse, definitum per facultatem Parisiensem. 1.36.7. eorum institutum etiam viuente B. Augustino per Hispanias dilatatum. 1.56.2

Clericus quis, & vnde proprie dicatur. 2.1.2. magis proprie dicitur regularis quam secularis. ibid. Clericus dum quis efficitur quare tondeatur. ibid.

Clerici antiquitus magna ex parte erant regulares. 2.1.2 eorum distinctio in regulares, & seculares quando facta. ib. 3

Clericos primitiuæ Eccl. ante D. August. vota religiosorum emittere consueuisse. 2.3.4 & 2.5.2 & seq & 2.6.1

Clericorum vnum tantum genus, scilicet regularium, in primitiua Eccl 2.6.2. ex illis ortos clericos, qui dicuntur seculares. ibid. 3

Clerici regulares ante August. sub certa regula viuebant. 2. 7.1. quænam esset illa regula. ib 2. profitebantur expresse. ibid. 3 quæ fuerit illorum forma profitendi. ibid. 4. quis illorum habitus. 2.8. per tot. quæ illorum tonsura. 2.9 per totum an barbam raderent ibid. 7

Ciaconij liber de Vitis Pontificum à quodam deprauatus. 2.48.5

S. Chilianus Scotus monasterij Albiniacensis canonicorum fundator. 2.34 3.& 2. 38.1

S. Cyprianum B. Augustinus non in omnibus sequitur, sed in multis corrigit, contra autorem Sermonum ad eremitas. 1.31.5

Cyprianus Zambellus Veronensis ex congreg. Lateranensi edidit explanationem in orationem Dominicam. 3 55.2

Communitas vitæ inter clericos vsque ad magnum constantinum retenta. 2.10.4. quando cœperit dimitti. ib. 5. quis illam potissimum restituerit in Ecclesia Orientali. ibid. quis illam reparauit in Ecclesia Occidentali. ibid. 6

Comites de Collealto in Marchia Tarusina Ecclesiam monasterio S. Mariæ charitatis donant. 3.12 4

S. Colũba primus fundator canonici ordinis in Scotia. 2.36.3

Congregationis canonicorum S. Victoris Parisiensis monasteria, ex Augustino Ticinensi. 2 33. 21. eiusdem congregationis fundatio, & viri illustres. 2.57 per totum

Congregationis Sancti Rufi monasteria ex Renato Choppino. 2.33 21 eiusdem collegia, & viri illustres cum priuilegijs. 2.56. per totum

Cõgregationis S. Laurentij de Vltio monasteria. 2.33.21. eius fundatio, & viri illustres ex eadem profecti. 2 58. per tot.

Congregationis S. Crucis Colimbriæ monasteria. 2. 32.4. & 2.39. per tot. eius fundatio, & viri illustres ex ea profecti. ibid. & 2.60 per totum.

De Congregatione Vallis viridis quorundam opinio. 2.38.12

Congregationes variæ canonicorum reg. numerantur. 2 45.1

Congregationis S. Frigdiani origo, & procursus. 2.45.2. eius monasteria. ib. 3. & seqq. floruit multis viris illustribus. ibid 7. habitus canonicorum dictæ congregationis idem cum habitu canonicorum Reg Later. ibid. Canonici dictæ congregationis ijdem cum Lateranensibus. 2 45.2

Congregatio S. Crucis Mortariensis, & illius monasteria. 2. 46. per totum.

Congregatio Portuensis, & illius monasteria, & viri illustres. 2.47. per totum

Congregationis S. Mariæ de Crescentiaco fundatio. 2.49.2. illius monasteria. ibid. 2

Congregatio S. Mariæ ad Rhenum Bononiæ. 2.48. per totum.

Congregatio S. Marci Mantuæ, illius origo, & monasteria. 2.50. per totum.

Congregationis S. Saluatoris de Bononia origo. 2. 51. per tot. illius monasteria. 2.52 per totum.

Congregatio Scholarium nuncupata apud Bononiam. 2.14.1

Congregatio S. Iacobi cellæ Volanæ in Dioec. Comaclen. 2 54.2

Congregatio S. Spiritus Venetiarum. 2.54.4

Congregatio S. Petri de Monte Corbulo in Tuscia. 2.54.5

Congregatio S. Nicolai de Aroasia in Belgio, & illius monasteria. 2.62. per totum.

Congregatio VVindesimensis in Belgio, & illius monasteria. 2 63, & duobus seqq. per totum.

Cõgregatio Canonicorum regularium Vallis viridis. 2.66.1

Congregatio Canonicorum regul. Nulsiensis, siue Noruicensis. 2.66.3

Congregatio omnium Sanctorum Olomucensis. 2.66.4

Congregatio canonicorum regularium Marbacensis. 2.66.5

Congregatio S. Sepulchri Ierosolymitana, & eius collegia. 2.67 per totum.

Congregationis Lateran. status ante Bonifacium VIII. 3.4. per tot. illius collegia. ib 5. eius reformatio toto 3. libro.

Cono fundator Congregationis Aroasiensis. S. R. E. Cardinalis. 2 62.3. & 3 53.2

Coriolani sententia de professione Eremitica D. Augustini refertur. 1.2.4

Coriolanus perperam distinguit Cœnobitas in monachos, & Eremitas. 1.2.5. Fatetur D. Augustinum non fuisse monachum proprie dictum. ibid. affirmat solos in sacris constitutos, & habentes curam animarum esse clericos proprie dictos. 1 16.4. dicit Eremitas Cœnobitas non esse vere monachos. ibid. Falsò ait, Franciscum Philelphum vertisse epistolam sub nomine B. Valerij ad Augustinum ex Græco in Latinum. 1.28 3. multa priuilegia per Romanos Pontifices suo ordini concessa confingit. 1.38 3 tribuit Innocentio I. concessiones Innocentij Quarti. ibid. 5 tribuit B Augustino quosdam sermones, & epistolas confictas. 1.33.2. & seqq.

Coriolani Liber Defensorium nuncupatus per Sixtum IV. & Innocentium VIII. fuit suspensus. 1.36.2. & 1 49.5. & 1.41.3

Coriolani error de origine canonicorum regularium. 2.2.1

Cornelius Lancillottus in Libris de Vita S. Augustini multa falsò allegauit, quæ indicantur. 1.37. per tot. fingit epistolam sub nomine Possidij ad Macedonium. ibid. 1. falsò ait, per Leonem Primum, & Alexandrum Quartũ decretum fuisse contra negantes B. Augustinum dedisse habitũ Eremitis Augustinensibus. ibid 2 dicit, Sigibertum Chronistam fuisse autorem Epistolæ sub nomine Sigiberti ad Macedonium ibid. 3 Falsò ait, ordinem Eremitarum Augustinensium approbatum ab Innocentio Primo. ibid. 4. falsò scribit, Priorem S. Augustini Cantuariensis cui scribit Innocentius Tertius, fuisse ordinis Eremitarum Augustinensium. ibid. imponit Martino Navarro, quod exerit, B. Augustinũ instituisse ordinem Eremitarum. ib. 5. falsò ait, corpus B. Augustini esse Papiæ in monasterio ordinis Eremitarum. 1.37.8

Constantini Caietani de monachatu S. Herculani Perusini Episcopi opinio refertur. 2.18.2. falsa multis rationibus ostenditur. ibid. 3. & seqq. eius rationes pro S. Herculano monachatu expenduntur. 2 19. per totum eius scommata in canonicos regulares notantur. ibid. 8

Constitutiones Capituli Prouincialis Papiensis. 2. 44 2.& seqq.

Constitutiones Capituli Prouincialis Portuensis. 2.47.11

Constitutiones Congregationis S. Marci Mantuæ. 2.50 3

Constitutiones Congregationis S. Marci Mantuæ. 2.50 3

Constantinus Magnus Lateranensis Basilicæ fundator, & dotator. 3 2.2. & seq.

Cõstantinus Laudensis Abbas Generalis congr. Later. 1.47.4

Cõstan-

Index rerum notabilium.

Constantinus Applanus monasterij Pacis Primus Præpositus à Sixto Quarto institutus, & illius scripta. 3.55.2
Constitutus Rusconus ex congr. Later. & illius scripta. 2.55.2
Corneliensis Abbatia olim caput congregat. canonicorũ in Diœcesi Constantiensi. 2.39.3
S. Crucis Colimbricensis fundatio 2.59.1. eius fundatores, & alia. ibid. per totum. eiusdem monasterij sub Ioanne III. Portugalliæ Rege insignis reformatio. 2.60.1. & seqq. per totum. disciplina canonica in Lusitania fuit restituta. ib. 2. in eadem reformatione illius regimen immutatum. ib 3. bona etiam imminuta. ib. viri illustres ex eadem congregatione profecti. 2.61. per totum.
Cucullagenus vestis à pallio distinctũ. 1.26.4. Item à casula. ib duobus modis accipitur. 2.35.3 vnde dicta. ibid.
Cucullæ de qua loquitur Concilium Aquisgrani, habitus monasticus canonicis regularibus interdictus. 2.53.11

D

Daniel Arlunnus ex congregatione Lateranensi Orator Ducis Ferrariæ, & Episcop. Foroliuiensis. 3.57.5
Desiderius Luscus Vicentinus canon. reg. Later. & Poeta. 3.50.1
Desiderius Lilius ex congr. Later. Episc. in campania. 3.57.5
Desiderij Papiensis ex Congr. Lateranen. nonnulla scripta. 3.57.3
Dextri historia, quæ nunc per Hispanias vagatur, quantæ sit autoritatis 1.52. per totum. Eadem Historia Cæsaraugustæ recens impressa. ibid.1
Dextri Paciani filius scripsit omnimodam historiam ibid. 2. D. Hieronymus eadem scribit librum de viris illustribus. ib. Dextri historiam Marcus Maximus fertur continuasse. quod quam deperditam putat Baronius ibid 3. de fide Historiæ, quæ sub nomine Dextri circunfertur, plures dubitant. ibid. illam diuino consilio seruatam in Abbatia Fuldensi, quidam tradunt. ibid. eamque per Eutrandum Diaconum ex eadem Abbatia Regimundo Episcopo Illiberitano transmissam. ibid. 4. Primum illius historiæ inuentorem alij faciunt P. Thomam Torralbam ibid. alij à Generali ordinis eremitarum in Hispanias primò aductam. ibid. Eandem ante annos 250. extitisse in Bibliothecis Hispanarum, sententia Licentiati Esculani. ibid.
Dextri historiæ exempla, quæ per Hispanias circumferuntur ab inuicem diuersa, & contraria. 1.52.5. pro decernendo, quænam ex illis sint veriora, certant ad inuicem Hispani. ibid 6. quemadmodum de illius vero autore. ibid.7
Dextri historia, qua vtitur Io. Marquez, non est tota historia, sed quoddam illius compendium, & abbreuiatio. 1.52.5
Dextri historia, quæ nunc circumfertur, erroribus grauissimis referta, qui notantur. 1.52.8 & seqq. Eadem ex Chronicis eremitarum Augustinensium locupletata. 1.57.6
Dexter suam historiam scripsit circa annum Christi. 390. 1.2.
S. Cæsius meminit D. Hieronymus de viris illustribus. ib.
Dextri epistola ad Paulum Orosium, quæ præmittitur illius historiæ, ab aliquo partium studioso conficta. ibid.
Diomedeæ insulæ in mari Ionio nunc Tremitanæ nuncupatæ. 3.13. per totum. illarum historia per Benedictum Cornelium canonicum regul. Lateran. diligenter exarata. ibid. à Diomede Aetoliæ Rege olim habitatæ. ibid. Diomedis socios in aues ibidem conuersos, fabula. ibid. Diomedis aues quænam, & quales sint. ibid.2
Diomedeæ insulæ in tres scopulos partitæ. ibid. 3. Diomedis Regis sepulchrum in eis repertum cum regia corona. ib. multo tempore habitatoribus destitutæ. ibid. 4. Thesaurus diuina reuelatione ibidem repertus, ex quo Ecclesia in honorem B. Virginis ibidem est extructa. ib. ad quam regendam D. Benedicti monachi primitus sunt deputati. ib. 5. Eadem Ecclesia per monachos Cistercienses reformata. ib. 6. qui à latronibus eruciati illam deserunt. ib 7. cuidã Cardinali commendata regimini canonicorum regul. Frigdonariorum, siue Lateranensium cõmittitur à Gregorio XII. ibid. canonicorum ibi degentium erga peregrinos hospitalitas Dei miraculo probata. ibid. 8. qui canonicã maiorem insulam in formam arcis muniunt. ibid.10
S. Donatus nullam regulam D. Aug. eremiticam ex Africa In Hispanias inuexit, nec fuit Eremita instituti Augustiniani. 1.53.3. & 56.4
S. Dominicus fundator Ord. Prædic. antea canonicus regul. suum ordinem fundauit in monasterio canonicorũ. 2.73.3
Dominici Taruisini liber pro defensione canonici ordinis à notis conuitiorum omnino immunis. 2.41.2. & 3.55.3

E

Edgarus Anglorum Rex pulsis canonicis regul. de monasterijs, illis monachos substituit. 2.37.3. quinam illi canonicorũ, electionem suaserint, vt pro illis poneret monachos. ibid.4
Eleuterius Vicentinus ex congregat. Lateranensi Poëta non incultus. 3.20.2. Eius opuscula typis edita. 3.55.3
S. Emittius ex canonico Later. Episcopus Aurelianensis. 3.50.1
Elpis Sicula Boetij Seuerini coniux Papiæ in æde D. Petri in Cælo aureo cum Epitaphio sepulta. 3.36.7
S. Epiphanij corpus Papiæ tumulatum, ibidemque monasterium canonicorum Lateranensium fundatum. 3.26.1
Episcopi nonnulli ex Congregatione Lateranensi assumpti. 3.54. per totum.
Eremita nomen est genericum ad monachos cœnobitas, & Anachoritas. 1.2.5
Eremitarũ assertiones de monachatu S. Augustini. 1.7.2. Eorundem inconstantia in monasterijs à D. Augustino fundatis recensendis. 1.12.1
Eremitæ Cœnobitæ sunt verè monachi contra Coriolanum. 1.16.4
Eremitæ olim non lauabant vestes, nec illas mittebant ad fullones. 1.20.5
Eremitæ Fr. Ioann. Boni primi fuerunt, qui cœperint deferre habitum, quem nunc gerunt Eremitæ Augustinenses nuncupati, idq; ex præcepto Greg IX 1.25.3 ijdem primi fuerunt, qui cœperint se vocare Eremitas D. Augustini. ib.
De Eremitarum habitu, quem nunc Augustinenses gerunt, nullus autor idoneus ante Gregorium IX. testatur. 1.25.3
Eremitæ vocati ordinis S. Augustini ijdem omnino cum Eremitis Fr. Io. Boni. 1.25.4. Ijdem regulam B Augustini, & habitum, quem gerunt, concessione Sedis Apostolicæ obtinuerunt. ibid.
Eremitarum Congregationes per Alexandrum IV. inuicem vnitæ, non omnes erant ab inuicem reipsa distinctæ, sed eædem, distinctis nominibus vocatæ. 1.25.4
Eremitarum Congregationes de Brittinis, & Fr. Ioann. Boni, & S. Augustini nuncupatæ erant vna, & eadem reipsa congregatio. 1.54.4
Eremitæ Gulielmitæ nuncupati ante generalem vnionem factam per Alexandrum IV. non ferebant habitum Eremitarum Augustinensium, sed longè diuersum. 1.25.5
Eremitarum congregatio, quæ habuit Cardinalem Riccardum Protectorem, fuit confirmata per Innocentium IV. ex pluribus Eremitis in Tuscia sine regula degentibus, & B. Augustini regula donata. ibid.
Eremitæ in Tuscia degentes, exceptis forsan Gulielmitis, ante Innocentium IV. nulli sub B. Augustini regula militabant. 1.25.6
Eremitæ in Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. cur D. Augustini nuncupati. ibid.
Eremitarum Augustinensium habitus nihil commune habet cum habitu D. Fulgentij Ruspensis. 1.26.4
Eremitæ Augustinenses cõpulsi ad ferendum habitum, quem nunc gerunt, per censuras Ecclesiasticas. 1.26.5
Eremitarum Ordo, qui nunc S. Augustini dicitur, ex quinque solis congregationibus conflatus, quarum aliquę solo nomine ab inuicem distinguebantur. 1.25.4. & 1.26.7. & 2.45.5. quarum congregationum nulla reduci potest in D. Augustinum, vt illius autoreum. ibid. quamam fuerit congregatio illa D. Augustini nuncupata. ibid.
Eremiticæ cucullæ restes omnes apocrypi, & suspecti. 2.27.1
Eremitæ Augustinenses tempore Innocentij III. & antea, nullum habebãt monasterium in Anglia, vel in Hispanijs. 1.37.4. & seqq.
Eremitæ tempore Caroli Magni non habebant monasterium Buchouij. 1.37.5

Eremitæ Augustinenses non possunt comprehendi sub nomine monachorum, de quibus loquitur concil. Aquisgran. 1.37.5
Eremitas variarum congregationum ad congregandum in vnum ordinem, & sub vno habitu, quæ causæ mouerint Alexandrum IV. 1.40.5
Eremitarum Ordo, qui nunc Augustinenses dicuntur à B. Augustino nullatenus institutus. 1.44. per totum. neque de illo ante annum 1100 aliquid apud probatos autores legitur ibidem 3. illum à B. Augustino institutum, qui autores negent. ibid.
Eremitarum Ordinem negantes à B Augustino institutum nullam iniuriam Sancto Patri inferunt, nec etiam ipsi ordini ibid. 2 nulla illius mentio in sacris Concilijs, vel in Iure Canonico, vel libris Historicorum habetur ante Innocentium III. ibid. 3. quod expresse testatur Fr. Iordanus Generalis Ordinis Eremitarum, & exilio Sanctus Antoninus. ibid. nulla eiusdem ordinis mentio habetur ante Innocentium III. in bullis, vel literis apostolicis. ibid. 4. multo minus in Concilio Aquisgrani, vel alijs. ibid 5. neque in Decreto Gratiani, vel Decretali Gregoriano. ib. 6.
Eremitæ Augustinenses in processionibus præceduntur à fratribus D. Dominici per sententiam diffinitiuam Pontificis. 1.44.8. Et in eadem sententia Pontifex fatetur, se certiorem factum de præeminentia, & antiquitate cuiusque ordinis. ibid.
Eremitarum ordinis fundatio duplex. 1.45 2. illius fundatores. ibid.
Eremitas Fr. Ioannis Boni siue de Brittinis primus Gregorius IX certo habitu, & regula B. Augustini donauit. 1.45.2
Eremitas omnes in Tuscia degentes, exceptis Gulielmitis, primus Innocentius Quartus in vnum collegit, & B. Augustini Regula, & titulo, & Protectore nomine Riccardo Diacono & Cardinali donauit ibid.
Eremitæ aliqui præter quinque cõgregationes narratas esto fuissent ante Concil. Lateran. illi nullo modo pertinebãt ad ordinem, qui nũc dicitur Eremitarũ S. Augustini. 1.45 3
Eremitæ Fr. Io. Boni ijdem cum Eremitis de Brittinis nuncupatis, & de Fabali 1.47.1. & 9. Ijdem sine certo habitu, regula, & titulo instituti, hæc omnia obtinuerunt ex cõcessione Apostolica ib. qui post adeptã regulam in quodã Capitulo Generali statuerunt, vt vocarentur Eremitæ ordinis D. Augustini. ib. quæ omnia constant ex Bullis Pontificijs. ib. & seqq. non obtinuerunt à Sede Apostolica ferre habitum D. Augustini, vt ait Ioannes Marquez. ibid 2
Eremitas Augustinenses cur Pontifices voluerint in colore habitus differre à fratribus D. Francisci. 1.47.3
Eremitarum S. Io. Boni origo non præcesserit annũ 1209. ib. 6
Eremitarum S. Augustini nullus ordo ante Concil. Lateranense, cui cæteræ congregationes fuerint vnitæ. 1.48.1
Eremitæ nuncupati S. Augustini in Bullis Pontificijs Gregorij IX. & Alexandri IV quinam fuerint. ibid.
Eremitæ existentes in Tuscia habebant proprium Generalẽ, & Protectorem distinctum à Protectore, & Generali Eremitarum Fr. Ioan Boni, contra Coriolanum. 1.48 3
Eremitæ Augustinenses non habebant Generales ab anno 1100. vt fingit Ioannes Marquez. 1.48.4
Eremitarum ordinis S. Augustini nulla monasteria ante Innocentium III. monstrari possunt, exceptis illis, quæ erãt Gulielmitarum. 1.48 8
Eremitæ Augustinenses dicunt, illorum ordinem seruatum in partibus Tusciæ, vsque ad Innoc. III. quod falsum esse conuincitur ibid.
Eremitas fuisse in Africa ante D. Augustinũ probatur. 1.49.2
Eremitarum ordo qua ratione dici possit ante Concil. Lateranen institutus. 1.57 2
Eremitæ Augustinenses non sunt verè monachi. 1.57. 6. volunt esse monachi quando vnuat, & quando non vnuat, nõ, ibid. nunquam habuerunt Abbates. ibid 8
Eremitæ in Gallijs nulli tempore Caroli Magni sub B. Augusti. regula militabant 1.57.9 non erant Vlysiponæ tempore fundationis monasterij S. Vincentij. ibid 13 non fuerunt in Anglia ante annum 1230 ibid. 14. Canutus Rex illis monasteria non ædificauit. ibid.
Eremitæ Augustinen. admissi fuerunt à Io. XXII. ad Ecclesiã D. Petri in Cœlo Aureo Papiæ. 1.63.1. procurauerunt eijcere canonicos regul. de illorũ monasterio. ib. 3. benignè ab Abbate eiusdem monasterij recepti, & tractati. ib. quibus conditionibus ad dictam Ecclesiam admissi. ibid 4. falsò prædicant, Corpus B Augustini, vel monasterium, vel Ecclesiam D. Petri illis per Ioannem XXII. restitutã 1. 64. 5. non ante Gregorium IX. Papiæ vnquam vis. ibid.
Esaias Astensis ex congregatione Lateranensi declamator celebris, & quædam illius opera. 3 11. 3
Enodius B. Augustini socius nunquam professus vitam Eremiticam 1.10.4. rediit in Africam cum D. Augustino. 1.18.2.
S. Eusebius Vercellensis clericis suæ Ecclesiæ adiunxit institutа monachorum ad exemplum Ecclesiæ Orientalis. 2.10.2. quod didicerat in Ecclesia Alexandrina. ibid.
Euerardicæ Clusæ monasterij in Diœcesi Treuerensi fundatio miraculosa. 3.33.4
Eugenius Papa II. Canonici ordinis reformator. 2.41.3. idem ex Canonico regulari Romanus Pontifex. 3.11.1
Eugenius IV. vocat Canonicos Regulares Frigdionarios ad reformandam Basilicam Lateranen. 3.28 1. Florentiæ degens reformat quàm plura monasteria 3.29 1. donat monasterij Fesulanum Canonicis Frigdionarijs. ibid. item aliud monasterium Florentiæ S Mariæ ad Nuces. ibid 2
Eugubina Ecclesia olim Canonicorum Regul. & in ea Capitulum Prouinciale celebratum. 2.44.1
Eusebius Corradus Mediolanensis ex Congregatione Lateranensi Doctor præclarus, & quædam illius opera. 3.10.1. & 55.3
Eutrandus Diaconus Ticinensis quando scripsit Antipodosim. 1.52.8. Eius historia, vel apocrypha, vel vitiata. 1.53. & 1.56.1

F

B. Franciscus Assisius non potuit fuisse professor regulæ B. Augustini in manibus Fratris Ioannis Boni Eremitæ. 1.47.3. Eius habitus regularis non est acceptus de manibus Fratris Ioannis Boni. ibid. Fundauit suum ordinem, antequam Eremitæ Ioannis Boni essent donati regula D. Augustini. ibid.
Franciscus de Placentia canonicus S. Mariæ de Frigdionaria vnus de primis autorib. reformationis Frigdionariæ 3.8.4
B. Franciscus Chinus de Casali Canonicus Mortariensis sanctitate clarus. 3.25.4. & 3.31.3
Fratris nomen, vel fratrum non semper denotat professum verè regularem. 1.10 5
Frater quis dici potest sex modis. ibid.
Fratres, quos Augustinus suæ ordinationi adstantes dixit, erant laici Hipponenses, non autem Eremitæ, vel monachi. 1.10 6
Fratres olim, & nũc etiam, vocati canonici regulares 1.30.2
S. Faustini monasterium ad Sanguinem nuncupatum Beatæ ingentissimis reliquiarum thesauris dotatum. 3.25 & seqq. claruit viris illustribus. ibid.
Ferrariensis Ecclesia à sua fundatione fuit regularis. 1.21 5
Fesulana D. Bartholomæi Abbatia per Canonicos Frigdionarios reformata 3.19.1. Monasterio S. Mariæ ad Nuces intra Florentiam ab Eugenio IV. donata. ibid. 1. à Magno Cosmo, & Laurentio eius Filio tota à fundamentis renouata. ibid. in eadem Ioannes Mediceus Cardinalis, postea Leo X insignijs Cardinalaribus per illius Abbatem decoratus. ibid. in ea insignes reliquiæ cum puteo sanguine martyrum adhuc fluente pleno. ibidem
S. Frigdianus Hybernus filius Regis Vltoniæ Canonici ordinis professor, & propagator. 2.34.3, & 2.46.2, & 3.10.1. Lucensium Episcopus ordinarius duo collegia canonicorum regularium in ea ciuitate fundauit. 2.41.2. & 3.8.4
S. Frigdiani canonici ijdem cum Lateranensibus. 2.45.1. ijdem postea reformationem Frigdionariam anno 1409. petunt
S. Frigdiani Prior, & Canonici Lateranenses cum decem Prioratibus se adiungunt, & illorum reformationem recipiunt. 3.30.2. & seq.
S. Frig-

Index rerum notabilium.

S.Frigdiani Ecclesiam Eugenius III. dedicauit. 3.39.5. in qua multa corpora Sanctorum sunt tumulata. ibid. Eadem Ecclesia maximis priuilegijs munita 3.40. per totum
S.Frigdiani Prior vtitur pallio, seu cappa Episcopali 3.39 10. Olim iurisdictionem ordinariam exercebat in sua parochia. 3.40.10
Ad Priores, & canonicos S. Frigdiani multorum Pontificum literæ recensentur. 3.41. per totum
S.Frigdiani Priorem venerabilem Fratrem vocat Paschalis Secundus. 3.41.1
S.Frigdiani Capitulo viri illustres profecti. 3.39.4
S.Fridelinus B. Patritij discipulus multa monasteria canonicorum fundauit. 2.39.11
Frigdionaria colliculus prope Ciuitatem Lucensem in Tuscia. 3.6.1. vnde hoc nomen loco inditum. ibid. 3. in eo à S. Frigdiano Oratorium erectum. ib. Frigdionarij monasterij origo. ibid. In eo degebant canonici regulares ante Arnulfum Quartum. ibid. monasterium Frigdionarium à S. Frigdiano fuisse fundatum ib. 4. In illo constitutos canonicos secundum institutum Ecclesiæ Lateranensis viuentes. ibid. Fuit restauratum per Comitissam Mathildã. ibid. Nunquam destitutum canonicis regularibus. ib. Fuit secundo restauratum circa annum. 1150. per Equitem Marcoualdum de Malpilis, & ab illo dotatum. ibid.
Frigdionarij canonici ijdem cum canonicis S. Frigdiani. 3.6. & 3.7.3. Ijdem à temporibus S. Frigdiani vsque ad annũ 1000. nunquã in dicto monasterio defecerunt. 3.7. per tot.
Frigdionarij canonici ante reformationem quandoque eligebant sibi Priores de Capitulo, & congregatione S. Frigdiani. 3.7.2. & seq. Visitantur ab Episcopo Lucensi anno 1581. ibidem 4. Donantur ab eodem Episcopo 1591. Ecclesia S. Salmatij intra Ciuitatem. ibid. 5
Frigdionarium monasterium tempore schismatis bellis attritum, & canonicorum numerus in eo imminutus. 3.8.3. Quo tempore cœperit illius reformatio, & quando fuerit absoluta. ibid. Qui fuerint præcipui autores illius reformationis. ibid.
Frigdionarium monasterium tempore visitationis manebat ab ordinaria iurisdictione Episcopi Lucensis, & de illius licentia sua reformatum. 3.8.3
Duodecim stellarum prodigium, quæ visæ sunt tempore reformationis dicti monasterij Frigdionarij. 3.9.1
In Frigdionaria reformatione omnia essentialia veterũ canonicorum retenta. 3.9.2
Primi monasterij Frigdionarij ab initio reformationis erat caput totius congregationis. 3.16.1
Frigdionarij canonici more antiquorum canonicorum mãsunt subiecti ordinarijs. 3.16.1. quando celebrauerunt primum Capitulum Generale. ib. accipiunt priuilegium pro eodem Capitulo celebrando, & Generali de gremio totius congregationis eligendo. 3.17.1
Frigdionariæ congregationis titulum nullatenus præstitit Martinus V ibid. extabat ante illum. ibid.
Frigdionarij Canonici ab Eugenio IV. ad reformandam Lateranensem Basilicam vocati. 3.18.1. Item ab alijs Episcopis, & magistratibus ad illorum Ecclesias similiter reformandas certatim vocati. ibid 5 decreto Pontificio prohibentur transire ad monasteria aliorum ordinum, vel etiã sui ordinis sine licentia suorum Superiorum. ib. Ijdem ad reformandam Lateranensem Basilicam ab Eugenio IV. iterum vocati excusationes prætendunt. 3.21.1. & seq. Pontifice indignante ad illam tandem accedunt, quam perpetuo regendam suscipiunt. ibid. Quos Pontifex deinceps Lateranenses perpetuò vocari mandat. ibid.
Frigdionarios canonicos fuisse de veris antiquis canonicis Lateranensib. probatur multis documentis. 3.22. per tot.
Regulam nouã congregationem per reformationẽ Frigdionariam fuisse institutam. ib. titulum Lateranensium Frigdionarijs non tam donatum, quam restitutum. ib.1
Frigdionarij Canonici erant eiusdem prorsus instituti cum canonicis S. Frigdiani Lucensis, & consequenter cum Lateranensibus. ibid.2
Frigdionarij Canonici reformati ijdem omnino cum antiquis ante reformationem. ib. viuebant antiqui canonici in monasterio Frigdionario tempore reformationis. ibid.
Frigdionarij Canonici non fuerunt instituti, à fratre Iacobo Bergomensi Conuersо Ordinis Prædicatorum, vt quidam falsò calumniantur. 3.22.3 & 3.23.6. nulla speciali approbatione Sedis Apostolicæ pro illorum reformatione opus habuerunt. 3.22.3. quo anno reformati. ibid. 4. Illorum identitas cum antiquis canonicis regularibus probatur Decretis summorum Pontificum. 2.23. per tot. cur vocentur nouella plantatio. ibid. 4. non fuerunt instituti, nec titulo donati à Martino V. ibid.
D. Florentius Radeuuini Dauentriæ Vicarius autor clericorum vitæ communis Dauentriæ. 2.63.1
Formosus ex Canonico regulari Lateranensi Romanus Pontifex. 3.52.2
Florianus Nanius ex Cõgregatione Lateranensi Theologus, & Episcopus Scalensis in Regno Neapolis. 3.14. 4. Eius nonnulla opera. 3.55.3
S. Fulgentij Ruspensis habitus. 1.26.4. nihil commune habuit cum habitu Eremitarum Augustinensium. ibid. neque etiam cum habitu D. Augustini. ibid.
S. Fulgentius non fuit professor institutus B. Augustini. 1.26.4. & 2.40.3. natus est Teleptæ in Africa, non in Hispania. 1.53. 2. Nõ potuit fuisse discipulus B. Augustini. 1.54.2. Nec fuit professor illius instituti. ibid. à quonam acceperit suum institutum. ibid. quã ratione possit dici discipulus B. Augustini. ibid.
B. Fulgentius Cremonensis ex Congregatione Lateranensi. 3.19.7. & 3.51.2.

G

GLadius; quo B. Thomas Cantuariensis fuit excerebratus, vbi seruetur. 3.28.11
Gabriel Flamma ex congregatione Lateranensi declamator præclarus, & Episcopus Clodiensis. 3.45.5. eius opera. 3.55.4
Gabriel Inchinus ex Cong. Later. & illius opera. 3.20.2. & 3.55.4
Gabriel Pascolus Rauennas autor Speculi Crucis. 3.55.4
Galliarum Ecclesiæ olim omnes regulares. 1.57.9
Galdinus ex Comitibus Bardi, siue Landis, vnus de primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3.8.4
S. Gaudiosus Episcopus Bitinensis in Africa, inde profugus Neapoli fundat monasterium clericorum. 1.54.3. quod monasterium falsò nonnulli aiunt, fuisse Eremitarum Augustinensium. ibidem Gaudiosus alter Episcopus Salernitanus. ibid.4
S. Gaudentius Episcopus Nouariensis Canonici instituti apud Insubres reparator. 2.10.6. & 2.26.9
Gaufredus Meldensium Episcopus relicto Episcopatu pergit ad monasterium S. Victoris apud Parisium. 2.33.16. & 2.57.2
Gratiani Decretum per censores Gregorianos expurgatum præcipitur incorruptum seruari. 2.29.3. in eo plures canones accepti ex regula B. Augustini sub titulo de Communi vita clericorum. ibid.
Gratianus quandoque vnum canonem ex multis Doctorum sententijs conflauit. 1.19.3
S. Gelasius Papa nunquam fuit monachus, vel Eremita. 1.37.8 fuit Afer, & filius Valerij. 2.14.1. reformauit Basilicam Lateranensem secundum institutum D. Patris Augustini, ibid. Fuit eiusdem Ecclesiæ canonicus, 3 50.1. illius opera, quæ exstant. 3.55.4
S. Genesij monasterium apud Carthaginem Spartariã non fuit. nec potuit fuisse Ordinis Eremitarũ Augustinensiũ. 2.57.9
Georgius Riplarius Canon. regul. S. Mariæ de Bridlingtona. 2.37.11
S. Genouefæ Abbatia Parisiensis floret viris eruditis. 2.33.17
Gregorius Nortumbrensis canon. regul. 2.37.11
S. Gregorius Papa Canonicæ professionis reparator. 2.4.2. & 3.4.1. & 3.52.1
Gerardus Gisla ex canonico regulari Archidiaconus Bononiensis. 2.23.2
Gerardus fundator congregationis S. Laurentij de Vltio. 2.58.1

Gerardus

Gerardus Groot magnus prædicator in Belgio. 2.6.4.1. Conuertitur clericorum Dauentriæ collegit. ibid. quos B. Augustini regulam assumere hortatus est. ibid. 2. statuerat fundare monasterium canonicorum ad exemplum venerabilis Patris Ioannis Rusbrochij. ib. eius epitaphium. ib.
Gerardus ex canonico S. Ioannis in monte Episcopus Bononiensis. 3.14.4
Gerardus Gisla ex canonico S. Victoris Episcopus Bononiensis. ibidem
S. Gertrudis fundatrix Collegij Niuellensis, nunc secularis, fuit Canonissa verè regularis, & professa. 3.49.2
Gregorius H. ex canonico Lateranensi Romanus Pontifex. 3.52.1
Gilbertus Foliottus Doctor, & Abbas ex ordine canon. regularium. 2.57.12
B. Gilbertus de Sempingam reformator canonici ordinis in Anglia. ibid. autor congregationis canonicorum, qui Gilbertini dicebantur. ibid. & 2.70.2. adhuc viuens tredecim monasteria canonicis, & canonissis plena fundauit. ibid.
Glossæ error in cap. Duo. 12. q. 1. dicentis, conuersos posse habere proprium. 2.6.4
Gottifredi Episcopi Lunensis donatio facta Priori, & Fratribus S. Frigidiani de Ecclesia, & plebe S. Andreæ de Carraria, & capellis ad illam spectantibus. 2.40.5
Gualadæ Bicherijs ex canon. regul. S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ Cardinalis creatus ab Innocentio III. 1. 61. 5. Fundator monasterij S. Andreæ Vercellarum. 3.28.10
Gualterus Abbas Præmonstratensis cum quatuor socijs Vlyssiponam proficiscitur, & monasterij S. Antonij Vlyssiponensis regimen oblatum accipit. 2.57.13
S. Guarinus ex canonico Mortariensi à Papiensibus in Episcopum electus fugam arripit. 2.46.6. à Lucio II. Cardinalis Episcopus Prænestinus creatus. ibid. & 3.50.1. non fuit canonicus in monasterio Rhenano. 2.48.5
Guido Baisius ex canon. regul. S. Victoris Bononiæ Archidiaconus. 2.23.2. Eius opera. 3.55.4
Guernerus canonicus Sancti Victoris Parisiensis, & Doctor. 2.57.2
S. Gudinus ex canonico, & Priore S. Vincentij Bracharensis Archiepiscopus. 2.61.2
Gundisalnus S. Vincentij Vlyssiponæ Prior sanctitate clarus. ibid.
Gulielmi Parisienses duo. 1.46.1
Gulielmus Dux Mantuæ Ecclesiam S. Barbaræ canonicis regularibus Lateranensibus sæpius offert. 3.45.6
Gulielmitæ vnde originem habuerint, variè sentiunt Doctores. 1.46.1. illorum autorem fuisse Gulielmum Ducem Aquitaniæ, Baronius negat. ibid. quem putat obijsse, & sepultum in Ecclesia Compostellana. ibid.
Gulielmitas ab initio sub D. Benedicti, non sub Augustini regula institutos, quorundam sententia valde probabilis. ibid. 3
Gulielmitis Alexander IV. indulsit, remanere sub regula D. Benedicti post generalem vnionem. ib. Eosdem ab initio sine certa regula institutos per Gregorium IX. B. Augustini regula donatos, aliorum sententia. ib. illorum fundatio in B. Augustinū omnino referri non potest. ib. 4. & seq.
Gulielmitas sub B. Augustini regula degentes non fuisse illos, quos vniuit Alexander IV. sed illos Parisijs institutos, qui dicebantur ordinis Vallis Scholarium. ibid. 4
Gulielmitarum erant antiquiora monasteria, & priuilegia, quæ nunc sunt Eremitarum Augustinensium. 1.46.6
Gulielmitarum ordinem illum esse, quem Pontifices vocât Eremitarum S. Augustini, multorum autorū sententia. ib.
Gulielmitæ post generalem vnionem Eremitarum factam per Alexandrum IV. ab illa resiluerunt, & obtinuerunt manere sub regula B. Benedicti. ibid. 7

H

Habitus clericorum cum B. Augustino communiter viuentium. 1.22. per totum
Habitus essentialis canonicorum regul. idem cum habitu essentiali Episcoporum. 1.24.7 Est sola vestis linea, quæ nō potest deponi, vel occultari. 2.8.3. & hoc est verum etiam quando canonicus regularis obtinet beneficium seculare. 3.34.3. & illum dimittentes etiam hoc prætextu sunt excommunicati. ibid.
De Habitu canonicorū regul. tam essentiali, quàm accidentali, vide in verbo Canonicus Regularis. & 3.69. per tot.
Habitus, quem nunc ferunt Eremitæ Augustinenses, primus autor Gregorius IX. 1.23.3. & seqq.
Habitus determinatio attenditur non solùm quoad materiam, & formam, sed etiam quoad colorem. 1.26.5
Habitus determinatus requiritur ad determinatū ordinem constituendum. 2.8.3
Habitus identitas, vel varietas quæ faciat identitatem, vel diuersitatem in ordinibus. 1.69.1
Habitus Apostolici integritas seruatur in Domino Apostolico. 2.8.3
Henricus Consolimeus ex Canonico Regulari Episcopus Bononiensis. 3.14.4
S. Herculanus ex Canonico regul. Episcopus Perusinus. 2.18. per tot. reformauit Ecclesiam Perusinam. ib. 1. & 8. 20 potuit fuisse monachus ordinis D. Benedicti. ib. 4. erat inter clericos, quo tempore D. Benedictus incipiebat monachos colligere. ibid. fuit educatus in Ecclesia Perusina. ibid. 6
Constantini Caietani pro illius aduersa professione monachica rationes afferuntur, & soluuntur. 2.19. per totum. Non constat, quòd fuerit natione Syrus, sed potius quod fuerit Perusinus. ibid. 7
Hybernenses ante tempora D. Malachiæ monachos non viderant. 2.30.1
S. Hilarius Pictauiensis reparator vitæ canonicæ in Gallia. 2.20.6
S. Hilarius Arelatensis Augustino Familiaris. 1.14.1 Fuit Eremita, & monachus Larinensis. ibid. non tamen fabricgula D. Augustini. ibid. factus est monachus à S. Honorato. ibid.
Hieronymus Vida Poeta clarus ex canonico regul. Episcopus Albensis. 2.50.7. Eius Poemata. 3.51.3
Hieronymus Theutenicus vnus de primis autoribus reformationis Frigidianæ. 3.8.4
S. Hieronymum fuisse Cardinalem tituli S. Laurentij, scribit autor Sermonum ad Eremitas, cuius sententia rejicitur. 1.31.4
S. Hilduinus primus Abbas S. Victoris Parisiensis. 2.53.16. & 2.57.2
Hyppolitus Caracciolus declamator ex congregatione Lateranensi. 3.47.3. & 3.51.4
Hyppoliti Chizzolæ contra Vergerium scripta. 3.51.4
Honorius Primus ex canon. regul. Lateranensi. Romanus Pontifex. 3.31.1
Honorius Secundus ex canonico regul. Lateranensi Romanus Pontifex. 3.51.2
Honorius Tertius ex canonico regulari Lateranensi Romanus Pontifex. 3.51.6
Honoratus de Robertis ex congregatione Lateranensi, & eius opera. 3.47.1. & 3.51.4
Hispaniarū Ecclesiæ antiquitus fere omnes regulares. 3.13
Hugo de sancto Victore Canonicus Regularis sanctitate, & doctrina clarus. 2.33.16. & 2.50.2. & seq.
Hugo de Foliero ex Canonico Regulari Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. 2.31.4

I

Iacobus autor epistolæ Canonicæ nō est Iacobus Zebedæi, vt putat assertus autor historiæ Lucij Dextri. 1.12.9
Iacobus Philippus autor Supplementi Chronicarum multa falsa scribit de S. Guliel. & Ordine Gulielmitarū. 1.46.3
Iacobus de Vitriaco ex canonico regul. S.R.E. Cardinalis, & Doctor præclarissimus. 2.38.19
Iacobus ex canonico Mortariensi Archiepiscopus Ianuensis. 2.46.6
Iacobus de Clusiano S. Georgij de Brinate Præpositus, erga pauperes misericors. 2.49.3. cuius charitas erga pauperes miraculo fuit comprobata. ibid. & 3.35.1. & 3.51.
Fr. Iaco-

Iacobus antea Albericus de Auogadris in Gymnasio Papiensi primarius legum Doctor. 3. 8.2. prædicationibus venerandi Patris Bartholomæi Columnæ mundum relinquens, ingreditur ordinem Fratrum Prædicatorum, & fit Canonicus, quia erat bigamus. ibid. ne licentia sui Generalis transiit ad Canonicos Frigidonarios nuper reformatos. ibid. dispensatur à Pontifice super bigamia vsque ad Diaconatum. ibid. accipit habitum canonicorum à Ven. Patre Bartholomæo Columna loci Priore. ibid. 5. cum ille discurrit prædicando Euangelium. ibidem, illum fuisse Apostatam nonnullorum calumnia. ibid.

Iacobus ex Canonico S. Ioannis in monte Episcopus Milopotamensis in Creta. 3. 14. 4

Iacobus de Beluisio legum Doctor Canonicus S. Ioannis in monte. 3. 14. 4. quædam illius opera. 3. 55. 5

S. Iacobus Philippus Bergomensis retractauit in nouissima editione, quæ scripserat contra ordinem Canonicorum Regularium. 3. 22. 7

Iacobus Metropolitanam olim fuisse regularem, non nullorum sententia. 2. 27. 1. Ianuensium propensio in ordinem canonicum. ibid.

Ierosolymitana Ecclesia à sua institutione fuit regularis. 2. 5. 9 & 1. 41. 2. Ierosolymitana Ecclesia Patriarchalis quæ nunc est. ibid. 3. monasteria canonicorum regularium in Ciuitate Ierosolyma. ibid. 2

Iherdense Capitulum Prouinciale canonicorum anno 1340. celebratum. 2. 43. 1. in eo promulgatæ constitutiones Benedictinæ. ibid.

Ildefonsus Toleti Archiepiscopus probatur fuisse canonicus regularis. 2. 31. 9

Imagines antiquæ B. Augustini in Ecclesia Lateranensi, & aliis locis, omnes illum referebant indutum habitu canonicali, non Eremitico 1. 36. 2, & 1. 41. 4

Imagines referentes B. Augustinum cum habitu Eremitico omnes recentes. ibid & 1. 41. 4. & seq.

Imago D. Augustini cum cuculla posita in æde D. Marci Venetiarum est recens. ibid. 3

Imaginibus antiquis B. Augustini pingenda iis antiqua nunc denuo fabricata. 1. 41. 1

Imaginem D. Augustini cum cuculla nigra zona præcincta eodem vocat Ioannes Molanus Doctor Louanienſis. ibid. quam, si tolli non posset, ad vitandum scandalum dicit debere tolerari. ibid.

Imago B. Augustini, quam Papienses ferebant in publicis vestibus ante annum 1480. illum tunica linea, & habitu canonicali indutum referebat. 1. 41. 6

Imaginem B. Augustini cum cuculla cur Alexander VI. Mediolani reficiendam mandauit. 1. 41. 7

Imago miraculosa B. Mariæ Virginis Guadalupensis, & illius inuentio. 2. 31. 4

Imago Saluatoris Crucifixi miraculosa in monasterio S. Crucis Colimbriæ. 2. 32. 6

Incorrigibiles ejiciuntur à cõgregatione Lateranensi. 3. 34. 7

Innocentij I. epistola ad Valerium Episcopum Hipponensem conficta. 1. 28. 3

Innocentius Primus Ordinem Eremitarum Augustinensium sollemnis confirmauit. 1. 36. 7. Regulæ monasticæ ab illo editæ quænam sint. ibid.

Innocentius Secundus non fuit monachus ordinis D. Benedicti, vt putat Baronius. 2. 15. 5. de eodem multiplex error Iosephi Mozzagrugni. 2. 48. 3. & 3. 52. 3. Idem Pontifex ex canonica Lateranensi assumptus suam Ecclesiam instaurat, & ditat. 3. 2. 5

Innocentius Tertius ex canonico regulari Lateranensi Romanus Pontifex. 3. 52. 6. donat canonicis Lateranensibus Villam Tusculi, & alia bona. 3. 2. 5. illius operum Catalogus. 3. 55. 5

Innocentius Tertius in c. Insinuate. ne clerici, vel vouentes, non loquitur de ordine Eremitarũ Augustinensium. 1. 57. 1

De Innocentio Tertio Iosephi Mozzagrugni error. 2. 48. 4

Ioachimi sententia de origine canonicorum regularium refertur. 2. 55. quæ refutatur. 2. 2. per totum

Ioachimi testimonium pro D. Augustini monachatu reijcit Diuus Antoninus Florentinus. 1. 51. 1. idem Ioachimus non est locutus de ordine Eremitarum Augustinensium. ibid. nec constat illius prophetiam esse adimpletam. ibid. de illius prophetiis prædictionibus quid graues autores sentiant. ibid. 2. notatus vanitatis à Sixto Senensi. ibid.

Ioannis Marquez Eremitæ Augustinensis assertiones contra Canonicam D. Augustini professionem, & habitum. Præfatione Gen. D. & 1. 2. 4. eius liber de Origine Fratrum Eremitarum reuera scriptus contra canonicos regulares. Præfat Gen. D. E Idem liber multis falsis allegationibus refertus. ibid. G & 1. 35. per totum.

Ioannis Marquez interpretatio verborum Possidij absurditatis reuincitur 1. 14. 2. multa imponit Possidio, quæ ille non dicit. 2. 15. 2. & seqq. confingit causas non veras institutionis canonicorum regularium in Ecclesia Hipponensi, veris causis omissis. 1. 17. 1. & seq.

Ioannes Marquez fatetur, B. Augustinum suis Eremitis non determinasse colorem habitus, sed in eorum optione illũ reliquisse. 1. 26. 1. quod dicens, euertit omnia fundamenta nigræ cucullæ Eremiticæ. ibid.

Ioannes Marquez vocat Censores Louanienses peruersos calumniatores, quia reiecerunt in angulum Sermones ad Eremitas. 1. 30. 1

Ioannes Marquez peruertit historiam pauperculi, qui Mediolani inuentum sacculum pecuniarum reddidit Domino 1. 32. 4 falsò asserit, reperiri in monasterio S. Antonij Vlyssiponæ, ordinarium congregationis S. Ruffi, & in eo fieri mentionem Eremitarum Augustinensium. 1. 35. 8. falsò allegat aliam cartam donationis ex Archiuo eiusdem monasterij. ibid. item falsò scribit, in causa præcedentiæ contra canonicos regulares S. Vincentij pro suis monachis pronunciatum. ibid.

Ioannes Marquez falsò allegat textus in cap. Nimis prauæ, & cap. Nimis iniqua. de excessibus Prælatorum. 1. 39. 3. falsò allegat Molanum. ibid. 4. item Azorium. 1. 43. 5. arguitur contradictionis. 1. 39. 5. fingit miracula. 1. 40. 4. falsò ait Innocentium IV. vnisse Eremitas Tusciæ ordini Eremitarum Augustinensium. 1. 45. 2

Ioannes Marquez frustra laborat in probando, quod essent olim in Hispanijs, vel alijs locis Eremitæ degentes sub regula Diui Augustini. 1. 45. 3

Ioannes Marquez falsò scribit, Eremitas Fr. Ioan. Boni obtinuisse à Sede Apostolica, vt possent deferre habitum Diui Augustini. 1. 47. 2. item falsò ait, fratrem Ioannem Bonum accepisse regulam, & habitum ab ordine Eremitarum S. Augustini. ibid 3

Ioannes Marquez falsò scribit, constare ex literis Apostolicis, B. Franciscum Asisinum professum fuisse regulam B. Augustini in manibus Fr. Io Boni. 1. 47. 3

Ioannes Marquez cõcedit, ordinem Eremitarum Sancti Augustini nuncupatum illum fuisse, cui ante vnionem generalem a Sede Apostolica datus est Protector Riccardus Cardinalis. 1. 47. 7

Ioannes Marquez ait, Volaterranum Historicum fuisse Canonicum regularem. 1. 48. 8. multos sanctos, & viros illustres ordini Eremitarum perperam adscribit. 1. 54. per totum nullos præter Eremitas ad amicitiam Diui Augustini admittit. 1. 55. 2

Ioannes Marquez fatetur, suos Eremitas ad hortos colendos à Beato Augustino potissimum institutos. 1. 55. 6. perperam deduxit antiquitatem suiordinis ex nonnullis Sanctis antiquis. 1. 56. 1

Ioannes Marquez circa monasterium S. Augustini Cantuariense multipliciter errat. 1. 57. 3. adscribit suo ordini monasteria canonicorum, proquibus certat cum Sampsone Hayo. 1. 57. 7

Ioannes Marquez falsò scribit, socios, qui cum Gualtero Abbate venerunt Vlyssiponam, fuisse Eremitas Augustinenses. 1. 57. 1 3. Corrupit Historiam fundationis monasterij S. Vincentij Vlyssiponen. delens nomen canonicorum, & ponens nomen Eremitarum. ibid.

Ioannes Marquez multa falsa comminiscitur de fratribus Eremitis B. Augustini reliquias Papiam comitantibus, de monasterio D. Petri in Cœlo aureo Eremitis à Rege Luitprando donato, de eisdem reliquijs cum Ecclesia per

Ioannem XXII. suo ordini restitutis, quæ referuntur. 1.58. per totum.
Ioannes Marquez falsò imponit Iocellino, illum dicere, B. Augustinum degisse sub regula D. Augustini. 2.34.1. falsò asserit B. Patricium in Hybernia instituisse ordinem Eremitarum Augustinensium. 2.35. per totum. item B. Malachiam vixisse vitam Eremiticam. ibid 7. eius error de origine canonicorum regularium. 2.2.7
Fr. Ioannes Bonus B. Augustini regulam à Sede Apostolica accepit, sicut & habitum. 1.47.1
Ioannes Papa XXII. quo sensu dixit, B. Augustinum ducem, Patrem, & caput ordinis Eremitarum. 1.50. 3. fuit enutritus à puero apud Eremitas Augustinenses. 1.22.2. admittit eosdem Eremitas ad diuina officia cum canonicis celebranda in Ecclesia S. Petri in cœlo aureo Papiæ. ibid. eius literas per subreptionem impetratas attestatio Papiensiũ. 1.64.2. Corpus B. Augustini Eremitis nunquam restituit, nec donauit ib 3. nunquam dixit, illos à B Augustino immediatè institutos. ibid.
Ioannes Trithemius Abbas in multis lapsus. 2.19.4
Ioannes Mauburnus Doctor, & Abbas ex canonico regulari. 2.33.17. eius opera. 2.65.7
S. Ioannis Suessionensis Abbatia sanctitate celebris. 2.33.19. cum illius canonicis canunt Angeli matutinas. ibid.
S. Ioannes de Bridlingtona canonicus regularis. 2.37.11
Ioannis Molani lapsus, asserentis canonicos regulares ortos ex dissolutione veterum canonicorum secularium. 2.38.1. item asserentis, antiquos canonicos regulares existentes in cathedralibus vota non emisisse. 2.68.1
Ioannes Rusbrochius fundator monasterij Vallis Viridis apud Bruxellas sanctitate celebris 2.38.12. & 2.65.2. multa præclarè scripsit. 2.68.4
Ioannes de Schonouia canonicus Vallis viridis, Doctor celebris. 2.38.12. quædam illius opera referuntur. 2.65.4
Ioannes Peculiaris canonicus Colimbricensis vnus de fundatoribus S. Crucis. 2.59. 1. Romam cum Fellone Archidiacono proficiscitur. ibid. eligitur Archiepiscopus Bracharensis, & iterum Romam reuertitur. ibid. 6
Ioannes Robertus canonicus S. Crucis Colimbricensis sanctitate conspicuus 2.61.1
Ioannes Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis ex Canonico Regulari S. Crucis Colimbricensis. 2.61.6
Ioannes canonicus capituli VVindesimensis vitæ integritate insignis. 2.65.2
Ioannes Gielemanus canonicus capituli VVindesimensis probitate conspicuus. ibid.
Ioannes Buschius canonicus VVindesimensis, & illius scripta. 2.65.6. hunc per errorem Arnoldum vocauit Trithemius. ibidem
Ioannes Garetius canonicus VVindesimensis, & Doctor Louanienſis, & illius scripta. 2.65.7
Ioannes Latomus canonicus VVindesimensis, & Doctor Louanienſis, & illius scripta. 2.65.5
Ioannes Diaconus canonicus Reg. Lateranensis autor libri de Basilica Lateranensi ad Alexandrum Tertium. 3.1.1. & 3.55.5
Ioannes de Bergomo vnus de primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3.8.4
Ioannes ex canonico Sancti Ioannis in monte Episcopus Bononiensis. 3.14.4
Ioannes Baptista de Manfredonia canonicus Regul. Lateran. & eius opera. 3.27.5. & 3.55.5
Ioannes Pizutus ex canonico regul. cardinalis, restaurator monasterij S. Petri ad Aram Neapolis. 3.27.5
Ioannes Chrysostomus Zanchius canonicus Regularis Lateranensis linguarum peritia clarus. 3.32.6. eius opera. 3.55.5
Iosephi Mozzagrugni opus Narratio rerum gestarum canonicorum regularium. 2.51.1. idem opus suspensum per Sacram congregationem Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Indicis. 3.56.3
Iosephi Mozzagrugni error, asserentis, canonicos Frigdionarios à Nicosiensibus accepisse habitum, & institutum. 2.20.7. item de monasterio S. Agnelli Neapolis. 2.29.1. ité de Petro Damiani Rauennatensi. 2.47.1. item de constitutionibus monasterij Portuensis. ibid. 8. item de Innocentio II. 2.48.3. item de Lucio II. ibid. 4. Item de Innocentio III. ibid. item de origine congregationis Sancti Mariæ Mantuæ. 3.10.4
Iosephus Mozzagrugnus scribit, Gregorium XII. scripturæ sub habitu Pontificali tulisse. 2.53.1. item tempore Institutionis Congregationis S. Saluatoris de Bononia totum ordinem canonicum fuisse collapsum. ibid. item suam Congregationem instrutam ad reparandum totum ordinem canonicum in vniuersum. ibid. 2. item suam Congregationem ante omnes alias institutam. ibid. 6. item de sua congregatione fuisse locutum D. Antoninum in verbis ibidem allegatis. ibid. 9. quæ omnia falsa esse ostenduntur. 2.53. per totum.
Iosephi Mozzagrugni labor in adaptãdis allegationibus pro congregatione Lateranensi suis Saluatorensibus. 2.51.3
S. Isaac fundator monasterij S. Iuliani apud Spoletum. 1.19.1. non fuit monachus ordinis S. Benedicti. ibid. & 3.58
Fr. Iordanus de Saxonia testatur, B. Augustinum annorum suæ 33. baptizatum, eodem anno in Africam rediisse. 1.2.3. ait, nullo scripto authentico inueniri, quid egerint ibi eremitæ Augustinenses ante Innocentium III. 1.28.2. & 1.44.3. tribuit B. Gregorio I. Decretum Gregorij IX. de baculis portandis à suis Eremitis in petitione eleemosynarum. ibid. 4
S. Isidori Legionensis monasterium canonicorum regularium virisillustribus clarum. 2.71.1
Iudæi Ierosolymis existentes non expectauerunt confessum eorum, qui erant in Hispanijs, in necem Saluatoris IESV CHRISTI. 3.21.9
S. Iuliani Abbatia celebris apud Spolerum per Lateranenses reformata. 3.31.1. & 3.59.
Iuliani Archipresbyteri Toletani historia apocrypha. 1.16.1
Iulius II. & alij Pontifices nunquam dixerunt, habitum B. Augustini fuisse illum, quem nunc deferunt Eremitæ Augustinenses. 3.40.1
S. Iuo Carnotensis reparator canonici ordinis in Gallijs. 1.55.1. pro illo Vrbanus II. scribit Archiepiscopo Senonensi. 2.55.2. eiusdem Iuonis epistola pro canonicis Regularibus ad Petrum Episcopum Pictauiensem. ibid. 3. clerici per illum reformati ad regendas Ecclesias postulantur. ibid. 4. fatetur se canonicum Regularem Ecclesiæ Beluacensis ibid. eius exemplo cæteri Galliarum Episcopi ad Ecclesias reformabant. ibid. 5 eius reformatio facta ante Arnolphum. ibid.
Iuonis Carnotensis pulchrum testimonium pro Beati Augustini clericatu, vt à monachatu distincto. 2.16.5. eiusdem textus corruptus. 1.8.2
S. Iustus martyr monachus S. Laurentij de Plebe martyrum. 2.58.1. eius reliquiæ Secusiam anno 1030. translatæ. 3.46.2
S. Iusti Abbatia celebris in oppido Secusiæ Prouinciæ Taurinensis. 3.46.2

L

Laicorum nomine temporibus B. Augustini à Doctoribus non comprehendebantur monachi. 1.62. & ter. Item a B. Augustino laici contra distinguuntur ab omni genere personæ veré regularis. ibid. 7
Laici in primitiua Ecclesia psalmos in Ecclesia canebant, sicut modò faciunt clerici, & monachi. 2.57.4
Lambertus de Fagnano ex canonico regulari Bononiæ Archidiaconus. 2.33.2
Lando ex canonico regulari Lateranensi Romanus Pontifex. 3.52.2
Lateranensis Basilica secundum regulam B. Augustini reformata per S. Gelasium 2. 14. 1. quod institutum duravit in eadem Ecclesia vsque ad Bonifacium VIII. ibid. & 2.31.1
In Lateranensi Ecclesia canonicis regularibus aliquot monachi per aliquod tempus. 2.15.2. non tamen in eodem monasterio, sed in diuersis. ibid. 4
In Lateranensi Ecclesia fuisse canonicos regulares ante Paschalem II. probatur. 2.15.3 cur post Paschalem II. dicti canonici cœpissent regi per Priorem. ibid.

Latere-

Lateranensis Ecclesia fuit reformata per ca
dinal Lucensis.
Lateranense monasterium monachorum qu
tempore Alexandri II. monachis de
ciis tenebatur ib. tempore Paschalis II
Lateranensi nullum erat monasterium mo
Laterani cognomen Gentis Sixtiæ Roman
fes ædes vode sic dictæ. ibid. 3. in quana
ibid 4
Lateranensis Basilica à Magno Constantin
eius malesplex nomen.
Lateranensis Basilica nõ dicitur in Missa Ag
ta peccata mundi, dona nobis pacem, &c
Laterana dicitur tantum Oratio Dominica
Lateranensis Basilicæ ornamenta, prædia,
gno Constantino donata.
Lateranensem Basilicam quinam post magn
instaurarunt, vel dotauerunt. 3.2.4. &
Stephano VII. tota ferè collapsa.
Lateranensis Basilicæ super omnes alias Ecc
3.32. & 1.69. eius canonici omnes alios
præcedunt. ibid. 2 ingens thesaurus relic
quiarum
Lateranensis Basilica per Syluestrum Pap
clericorum communiter, & regulariter
1.23.4. Eadem congregatio per B. Gel
II. Augustini regulam reformata. ibid. durau
tempora Bonifacij VIII. ibid. Eadem co
Lateranensium per magnum Gregorium. il
gnum II. ibid. item per Sergium III.
Lateranensis congregationis constitutione
ratum ad septem fontes seruata. 3.4.1.
pinnus disciplinæ rigor.
Lateranenses canonicos ante Bonifacium
item canonicos S. Frigdiani. 2.16.3. & 3
omnes Cardinales presbyteros præced
Lateranensis congregationis reformatio
Alexandrum Secundum. 3. 4.3. eiusdem
Bonifacium VIII.
Lateranensi monasterio ab Alexandro I
facium VIII. octo Romani Pontifices affe
ta basi canonici regulares per illud ter
rabiliter vixerunt. ibid. 2. quantis bonis
mine dotata.
Lateranenses canonici regulares à Bonifac
tos & seculares eorum loco ponuntur.
exterris secundum nonnullos. ibid. p
nam dicta Ecclesia castris, & bonis spoli
ab Clemente V. Bonifacij successore to
ta.
Lateranensis Basilica per Eugenium IV. ex
Canonicis reformata. 3 21. per tot. quos ca
literis probatur, fuisse de veris antiqui
ex illius Lateranensibus à Bonifacio VIII
per tot Lateranenses canonici ab Eugeni
Nicolaum V. in eadem Lateranensi Basili
3.24.1. eidem Lateranensi Basilicæ renou
de sic cumbuunt. ibid. 2. Federicum III.
monachali habitu induunt, & in canonic
recipiunt. ibid. 3. à Nobilibus Annibald
ta Monasterio montis compatrum S. Sy
no donantur. 3 25.1. à Calixto III. Lateran
ta Paulo II. iterum restituuntur 3 30.1.
notum eiusdem Pauli II. iterum à qui
ejiciuntur. 3 31.1. eisdem ejectis Sixtus
rabam, & priuilegia. 3.31.2. eosdem Late
cerat Ioannes Baptista Vrsinus Cardin
3 36.7. iubentur mittere Theologos ad C
tionem.
Lateranensis congregationis canonicos ess
clericis à B. Augustino, & à sanctis Ap
plene discussum, & probatum, & defi
Apostolicam. 2.71.3 ijdem canonici præ
ritione dignitatis clericalis, quæ illis

Lateranensis Ecclesia fuit reformata per canonicos S. Frigidiani Lucensis. 2.15.3
Lateranense monasterium monachorum quodnã esset. 2.15.5
ante tempora Alexandri II. monachis destitutum à canonicis tenebatur ib. tempore Paschalis II. in Parochia Lateranensi nullum erat monasterium monachorum. ibid.
Laterani cognomen Gentis Sixtiæ Romanæ. 3.1.2. Lateranenses ædes vnde sic dictæ. ibid. 3. in quanam Vrbis regione. ibid 4
Lateranensis Basilica à Magno Constantino fundata. 3.1.4.
eius multiplex nomen. ibid.& 3.2.1
In Lateranensi Basilica nõ dicitur in Missa Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem, & quare. 3.1.4. ante horas dicitur tantum Oratio Dominicalis & quare. ibid.
Lateranensis Basilicæ ornamenta, prædia, & redditus à magno Constantino donata. 3.2.2
Lateranensem Basilicam quinam post magnum Constantinũ instaurauerunt, vel dotauerunt. 3.2.4. & seqq Eadem sub Stephano VII. tota ferè collapsa. ibid.
Lateranensis Basilicæ super omnes alias Ecclesias eminentia. 3.3.1. & seqq. eius canonici omnes alios etiam Diui Petri præcedunt. ibid.2 ingens thesaurus reliquiarum in ea repositus ibid 3
In Lateranensi Basilica per Syluestrum Papam congregatio clericorum communiter, & regulariter viuentium instituta. 3.4.1. Eadem congregatio per B. Gelasium Secundum ad Aug regulam reformata. ibid. duravit. ibid. vsque ad tempora Bonifacij VIII. ibid. Eadem congregatio reformata iterum per magnum Gregorium. ibid. item per Eugenium II. ibid. item per Sergium III. ibid.
Lateranensis congregationis constitutiones antiquæ in monasterio ad septem fontes seruatæ. 3.4.1. Eiusdem congregationis disciplinæ rigor. ibid.
Lateranenses canonicos ante Bonifacium VIII. eosdem fuisse cum canonicis S. Frigidiani. 2.16.3 & 3.4.3. illorũ Prior omnes Cardinales presbyteros præcedebat. 3.4.2
Lateranensis congregationis reformatio insignis facta per Alexandrum Secundum. 3.4.3. eiusdem monasteria ante Bonifacium VIII. 3.4.3
In Lateranensi monasterio ab Alexandro II. vsque ad Bonifacium VIII. octo Romani Pontifices assumpti. 3.5.1. quanta laude canonici regulares per illud tempus in dicto monasterio vixerint. ibid. 2. quantis bonis sub illorum regimine ditata. ibid 3
Lateranenses canonici regulares à Bonifacio VIII. eijciuntur & seculares eorum loco ponuntur. 3. 5. 1. caulæ dictæ ordinis secundum nonnullos. ibid. post illorũ eiectionem dicta Ecclesia castris, & bonis spoliata. ibid. 3. Eadem sub Clemente V. Bonifacij successore tota igne consumpta. ibid.
Lateranensis Basilica per Eugenium IV. ex canonicis Frigdonarijs reformata. 3 11. per tot. quos canonicos Frigdionarios probatur, fuisse de veris antiquis canonicis regularibus Lateranensibus à Bonifacio VIII. eiectis. 3.22. & 23. per tot. Lateranenses canonici ab Eugenio IV. reducti per Nicolaum V. in eadem Lateranensi Basilica confirmantur. 3.24 1. eadem Lateranensi Basilicæ renouandæ, & exornandæ incumbunt. ibid. 2. Federicum III. Imperatorem canonicali habitu induunt, & in canonicum Lateranensem recipiunt. ibid. 3. à Nobilibus Annibaldensibus de Molara Monasterio montis compatrum S. Syluestri nuncupato donantur. 3 25. 1. à Calisto III. Laterano eijciuntur. 3.28. à Paulo II. iterum restituuntur 3 30. 1. vacante Sede per obitum eiusdem Pauli II. iterum à quibusdam priuatis eximuntur. 3 31. 1. eisdem electis Sixtus IV. confirmat titulum, & priuilegia. 3.31.2 eosdem Laterani restituendos curat Ioannes Baptista Vrsinus Cardinalis, & obtinet. 3 34. 7. iubentur mittere Theologos ad Concilium Tridentinum. 3 44.2
Lateranensis congregationis canonicos esse verè de antiquis clericis à B. Augustino, & à sanctis Apostolis institutis, plene discussum, & probatum, & definitum per Sedem Apostolicam. 2. 71. 3 ijdem canonici præcedunt monachos ratione dignitatis clericalis, quæ illis inest essentialiter. ibid. & hoc est verum in omnibus actibus publicis, & priuatis etiam extra processiones. 2.71.6
Lateranenses canonici ad Concilium Tridentinum missi, cur eidem minime subscripserint. 3.44.2
Lateranenses canonici eijciunt incorrigibiles de congregatione. 44.4 & 3.45 3. constituunt Vicarium Generalem in partibus Indiarum. 3.44.5
Lateranenses canonici regulares petunt, regimen sanctimonialium illis auferri, nec obtinent. 3.45.1. statuunt de nõnullis monasterijs dimittendis ibid. 2. Ineunt charitatiuã vnionem cum congregatione Colimbricensi. ibid.3
Lateranenses obtinent sententiam fauorabilem à Sede Apostolica in causa præcedentiæ cũ monachis Casinensibus. 3.45.2
Lateranenses canonici regulares à Pio IV. ad Lateranensem Ecclesiam iterum vocantur. 3.45.3. item à Gulielmo Mantuæ Duce ad Ecclesiam sanctæ Barbaræ. ibid. 6. & 3 46 4. mutant formam publici regiminis, & tempus Capituli Generalis prorogant. 3 46.1
Lateranenses canonici regulares resumunt vsum antiquum deferendi almutias de panno in Ecclesijs. ibid.5
Lateranensis congregationis collegiorum, siue monasteriorum catalogus. 3.4. & per totum. item collegiorum Canonissarum. 3.49. per totum
Lateranenses canonici regulares in album Sanctorum relati 3.50. per tot. item pro Beatis habiti, licet nondum canonizati 3 51. per tot. item ad Pontificatum euecti. 3.52 per tot. item ad Cardinalarum. 3. 53. per tot. item ad Episcopatum. 3.54. per totum
Lateranenses canonici regulares, qui aliquid scripserunt. 3. 55. per totum.
S. Laurentij de Plebe Martyrum Prouinciæ Taurinensis monasterium antiquum à VVandalis vastatum. 2.58. 1. restitutum per Gerardum Sacerdotem Oppidi Vltij. ib. in eo instituti canonici regulares. ib. donatio illi facta per Odonem, & Adeleidem illius cõiugem Comites Sabaudiæ. ib. Priuilegium illi concessum à Cuniberto Taurinensiũ Episcopo ibid illius Præpositus erat canonicus Ecclesiæ Taurinensis ib. Priuilegia Pontificum illi facta. ibid 3. & seqq. creuit in congregationem viginti septem Prioratuũ. ibid.6
Laurentius Prior Generalis S. Crucis Colimbriæ sanctitatis opinione clarus 2.61.4. cuius sanctitatem Philippus II. Rex Hispaniarum testatus fuit. ibid.
Leo Primus Lateranensis Basilicæ reformator. 2.47.2. extruxit cameram Basilicæ Lateranensis. 3.2 4 Eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus ante Pontificatum. 3.50.1
Leo Tertius ex canonico regulari monachus, & Romanus Pontifex. 3 52.1
Leo IV. ex canonico regulari Ecclesiæ Lateranensis Romanus Pontifex. 3.50 1. & 3.52.1
Leo VIII. ex canonico regulari Lateranensi Romanus Pontifex. 3.52.2
Leo de Carate Prior S. Petri in Cœlo Aureo Papiæ vnus de primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3 83 vitæ sanctitate insignis. 3. 51. 1. fuit primus Prior monasterij Tremitani. 3 13 7 erga hospites largissimus. ibid.8
S. Leonardi monasterium apud Veronam à Gregorio XII. per canonicos Frigd. reformatum. 3.11.1 floret viris illust. ibid.2
Leporius fuit Episcopus Vticensis in Africa, non in Betica. 1.52 10. non fuit de familia S. Augustini, sed monachus Pelagianus. ib & 1.55 3 traiecit in Africam ex partibus Gallarum. ibid retractat suos errores. ibid eius monasterium in Britannia. ibid.
Leporius S. Augustini discipulus alius ab illo, qui fuit Episcopus Vticensis. 1.55 3. non subscripsit Concilio Toletano. ibid erat in monasterio cum B. Augustino iam sene. ibid. fundauit monasterium de proprijs bonis. 2.12.8
Licentius Beati Augustini discipulus non erat Eremita. 1.10.3
Lirinensis insula quando primum habitari cœpit. 1 51 9. illã fugatis serpentibus primus habitauit sanctus Honoratus, in qua fundauit monasterium. 1 54.5
Lirinense monasterium nunquã fuit sub regula B. Augustini. 1.54.5. &

1.54.9.& 1.57.5.cuiusnam instituti illud esset. ibid.
Lirinensis insula tempore S. Patritij Hybernensium Apostoli non erat habitabilis. 2.35.4
Lucius II canonicus S.Frigdiani, & monasterij Lateranensis 3 2.5.& 3.35.4 eidem monasterio multa donauit. 3.2.5. de eodem multiplex error Ioſephi Mozzagrugni.2.48.4.& 3 52.5
Lucretia de Malateſtis fœmina clariſsima Portuenſe cœnobium multis prædijs ditat. 3.16.4
Ludouicus Balbus reformator S. Iuſtinæ Patauinæ antea canonicus regularis,& Prior S Georgij de Alega. 3.8.2
Ludouicus Maioranus ex canonico regul. Later. Epiſcopus Caſtelli maris. 3.27.5
Ludouici de Angelis Eremitæ falſæ allegationes in libris de vita B.Auguſtini notantur. 1.36. per tot idem autor falsò ſcribit, teſtimonium Ambroſij Coriolani in Defenſorio ad Sixtum IV. eſſe authenticum. ibid 2 item antiquas B. Auguſtini imagines in Eccleſia Lateranenſi referre illum indutum habitu Eremitico. ibid.
Ludouicus de Angelis falsò ſcribit, Secundinum Manichæũ dixiſſe.B.Auguſtinum mittendum in tenebras exteriores nigrarum cauſa veſtium.ib 4. item Nectarium vocaſſe B Auguſtinum monachum Palliatum. ib. 5. citat epiſtolam Papæ Cyriaci, qui nunquam fuit.ibid.7 item conſtare ex Vita B Fulgentij, illum fuiſſe eremitam Auguſtinenſem. ibid. item facultatem Pariſienſem definiuiſſe, eremitas Auguſtinen. tempore B Auguſtini vouiſſe. ibid.
Ludouicus de Angelis ſibi contrarius, cum ait B. Auguſtini regulam ab Innocentio I.confirmatam. 1.36.7. dicit, Sigibertum Chroniſtam fuiſſe B.Auguſtino notiſsimum.1.36 8
Ludouici de Angelis error dicentis,Eremitas Auguſtineſes aſſumi cõſueuiſſe in canonicos cathedralium 1 36.9 item Alipium fuiſſe magiſtrum S Paulini Nolani. ibid.
Ludouicus de Angelis imponit Cœleſtino I. illum dicere monachos,vel eremitas aſſumptos ad Sacros ordines, vel ad Epiſcopatum debere deponere pallium, & cingulum, & aſſumere habitum clericalem. 1.36 9
Luitprandus Rex Longobardorum confirmat priuilegium à ſuis prædeceſſoribus conceſſum clericis apud S.Petrũ in Cœlo Aureo Papiæ regulariter viuẽtibus.1.58.2 monaſterium eiſdem clericis ædificat. ib.6 epitaphium eius ſepulchro inſcriptum à quibuſdã abraſum fuit reſtitutum. ib.
Luitprandus poſt translatum B Auguſtini corpus ad ædem S Petri in Cœlo Aureo clericis regularibus addit conuentum monachorum D.Benedicti 1 60. per totum eius aliud epitaphium. 3.36 7

M

MAphalda Regina Portugalliæ vxor Alphonſi Primi canoniſſa S.Crucis colimbricenſis. 2.32.6.& 2.59.10
S. Malachias Epiſcopus Dunenſis fuit canonicus regularis, non autem monachus D.Benedicti.2.34.4.ſicut etiam clerici ab illo inſtituti in Eccleſia Dunenſi. 2.34.4. nunquam fuit eremita Auguſtinenſis. 2. 35.7. reparator monaſterij Benchorienſis. ibid. diuertebat ſæpius ad domos canonicorum regularium. 2.37.11
S.Marcus Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus canonicus reg 2.30 4 eius continuatio Hiſtoriæ Lucij Dextri à Magdeburgenſibus fuit vitiata. 1. 52. 7. plures in illa errores notati 1.53 per tot.& 2.56.1. eadem continuatio contraria Hiſtoriæ Dextri. ibid.
Marcus Iulianus fundator monaſterij charitatis Venetiarũ. 3.12.2
S.Mariæ de columna ſiue de Pilari Cæſarauguſtana Eccleſia ſemper fuit canonicorum regularium.1.53.2. vetus cathedralis Cæſarauguſtana.ib.eius antiquitas,ac dignitas.2.11. 3 & 2 30.2. illius canonici præcedunt omnes cathedrales in Regno Aragonum.ibid.3 antiquiſsima omnium Eccleſiarum Chriſtianarum. ib.3.à ſua fundatione cathedralis. ib.4.in ea ſemper manſerunt clerici regularem vitam ducentes.ibid. viri illuſtres ex illa profecti ibid. Sepulchra quædam canonicorum cum epithaphijs in eadem Eccleſia reperta 2.11.3. Sententia Iuſtitiæ Aragonum ad fauorem canonicorum dictæ Eccleſiæ lata. 2.30.2. & ſeqq.eandem fuiſſe antiquam cathedralem Cæſarauguſtanam,probatur literis Pontificijs,& Deciſionibus Rotæ. ibid 5. & ſeqq.
S.Mariæ de Cella monaſterium Ianuæ à fundatione canonicorum regularium 1.59.7.& 2.49.2.in eo repoſitas reliquias B.Patris Auguſtini translatas de Sardinia quoruscan aſſertio. ibid.
S.Mariæ de Gloria Abbatia antiqua canonicorum regularium 3 30 4
S.Mariæ Pacis,de Vrbe fundatio facta per Sixtum Quartum. 3.33. 2 imago miraculoſa B. Virginis in ea ſeruata. ibid.2 monaſterium eidem Eccleſiæ additum per Oliuerium Cardinalem Caraffam. ibid. 3
S.Mariæ Paſsionis Abbatia Mediolani fundatur. 3 34.2
B.Maria de Oegnies Sancti Nicolai de Oegnies Oblatiſſa. 2.38 10
S.Marius Canonicus Regularis Abbatiæ Beluacenſis. 2.38 7
S. Marci Mantuæ Congregationis initium. 2.50.1 de illius origine,& inſtitutis multiplex lapſus Ioſephi Mozzagrugni,ibid. habuit initium ſub Innocentio III. ibid. Primus illius autor Ven.ſacerdos Albertus Spinula.ib regula canonicorum dictæ congregationis per Innocentium III.& Gregorium IX.probata. ib.2. eiuſdem cõgregationi monaſteria. ib.4 ab initio illius canonici non militabant ſub regula B Auguſtini, ſed poſtea illam aſſumpſerunt anno 1452.in quadam reformatione.2 50.5. non ferebant ſcapulare haſſatum ſuper tunica linea ibid. Eadem congregatio modò extincta. ibid. 7
Marbacenſis congregatio antiquiſsima trecentorum olim monaſteriorum. 2.66 5
Martino V. falsò attributus Sermo de translatione B Monicæ. 1. 10. 4. & 1. 50. 1. & ſeqq in eo quadam aperte falſa. ib.2.eius Bulla non ſufficienter probat,ordinem eremitarum à B. Auguſtino fundatum. ibid 4
S.Martinus Turonenſis reparator vitæ regularis clericorum in Gallijs.2.10 6.& 2.34 1.eius monachatus qualis fuerit. 2.34.1
Martinus Lipſius Iuſti Patruus canonicus reg. & doctor celebris Louanij floret.2.65.7. eius ſcripta, ibid. illius epitaphium. ibid.
B.Martinus Bergomenſis ex congregatione Lateranenſi. 2 26.2.& 3.51 2
Martinus Garzias canonicus reg. Cæſarauguſtanus Doctor. 2.31.3
Martinus de Arles Canonicus Regul. Pampilunenſis. 2.31 6
Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus Canonicus regularis. ibid.
Maſſa,& Manſum quid ſit. 3 2.3
Matthæus Boſſus Veronenſis ex congregatione Lateranenſi doctor inſignis 3. 11 3. exiſtens Abbas Feltalous Ioannem ad illius ciuitatis Sanctimoniales reformandas à Pontifice deſignatus. ibid. eius libri Ioanni Medicco cardinali nuncupati. ibid & 3.55.5
Matthæus Brumanus ex congr. Lateran Epiſcopus Melphitanus. 3.19.7
Merciorum monaſteria clericorum mutata in monaſteria monachorum,& quare. 2.37 6
Mediolanenſis Metropolitana ab initio fuit regularis. 2.62.1
B.Meinardus canonicus regularis Liuoniæ Apoſtolus 1.40.3
S.Meinulphus fundator Eccleſiæ Traiectenſis, & canonici ordinis in eadem Eccleſia plantator. 2.38.11
B.Menendus Prior S.Saluatoris de Ribas in Luſitania canonic.regul. 2.62.3
Mentis arcanum in Bullis Pontificum quid ſignificet. 2.13 3
Motus proprius in Bullis Pontificum non excludit, ſupplicationem fuiſſe porrectam à parte.2.53 3.in antiquis probat. 2.18 11
Ad B.Monicæ corpus curandũ non iuerunt eremitæ ex Centum cellis.1.10.2.idem corpus ſub Alexandro III.ex Oſtia Tyberinis Aroaſiã translatum,traditio Aroaſienſis.1 59 3
Monachorum habitus olim niger,canoniſſarum coloratis. 3.49.2
Monia. S. Crucis Colimbriæ canoniſſa ſanctitate celebrit. 2.32.6.& 2.59.10

Monachi

Index rerum notabilium.

Monachi fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ. 1.1.1. illos B. Augustinus distinguit à regularibus viuentibus in ciuitatibus. 1.1.2. non possunt esse veri monachi sine certa regula. 2.9.2 cum illis nunquam generaliter dispensatum, vt assumerentur in clericos cathedralium. 1.14. 3. ordinati clerici non dicuntur esse monachi, etiam quoad nomen, & habitum. ibid.4

Monachus à Canonico regulari cõtradistinguitur. 1.16.3. per assumptionem ad Sacerdotium, & curam animarum non amittit nomen, & essent iam monachi. ibid.4. & seqq.

Monachus per assumptionem ad Episcopatum non extinguitur obligatio votorum, nec etiam deferendi proprium habitum. 1.17.2

Monachi per Aurelium Episcopũ Carthagine instituti. 1.36.2

Monachi olim non poterant ordinari nisi prouectæ ætatis. 1.36.7. assumpti ad ordines clericales non relinquebant habitum monasticum. ibid.10

Monachorum nomine comprehenduntur aliquando canonici regulares. 2.35.1. quod probatur sexdecim testimonijs 1.38.4. qua ratione nomen monachorum illis tribuatur. ibid. 5. quando sub nomine monachorum non possint comprehendi ipsi canonici regulares. 1.1.9

Monachi nomen dupliciter acceptum. 1.38.6. alia ratione dicere de canonicis regularibus, alia de monachis proprie dictis. ibid.

Monachi, quorum fit mentio in Concilijs Aquisgrani, & posterioribus vsq; ad Innocentium III. omnes viuebant sub regula D. Benedicti. 1.44.5

Monachi erant in Africa ante D. Augustinum per illum non instituti. 1.49.2

Monachi Diui Benedicti adiuncti clericis in Ecclesia S. Petri in cœlo aureo. 1. 60. per tot. manserunt in eadem Ecclesia vsque ad Honorium III. ibid. adiuncti canonicis regularibus in alijs Ecclesijs. 2.15.4

Monachi dispensati ad ordines saluis manentibus institutis monasticis, etsi existerent prouectæ ætatis. 2.18.4

Monachi nulli tẽporibus Caroli magni erant in Gallijs sub D Augustini regula militantes. 2.35.8

Monasterium à B. Augustino exstructum in horto Valerij erat in ciuitate, vel propè illam, & erat clericorum, non monachorum 1.12. per tot. & 1.13. per tot. & hoc admittunt Fr. Iordanus de Saxonia, & Ambrosius Coriolanus Generales ordinis Eremitarum. 1.13.2. non potuit dici fundatũ intra Ecclesiam ex hoc solum, quod illius fundus spectaret ad Ecclesiam. 1.14.1 erat dotatum prædijs. ibid. 5. erant in eo iuuenes Clerici. ibid. 6. erat seminarium pro instituendis ijs, qui ad Cathedrales, & alias Ecclesias assumebantur. ibid.

Monasterium alia ratione dicitur de domo Canonicorum, alia ratione de domo monachorum. 1.38 6. & 2.39 4

Monasterium Sancti Antonij de Ardigneta in Tuscia ante Innocentium III. non fuit Eremitarum Augustinensium. 1.57.2

Monasterium S. Augustini Cantuariense nunquam fuit ordinis Eremitarum, sed D Benedicti. 2.57 3

Monasterium Neridanum à S. Gaudioso Neapoli exstructum non fuit ordinis Eremitarum, sed collegium sacerdotum, & clericorum, qui ex Africa erant profugi. 1.57.4

Monasterij nomen æquè dicitur de monasterio canonicorũ, sicut monachorum, licet alia ratione. 2.18 3. & 2 19 2

Mortaria Insubriæ oppidum in agro Papiensi. 2.46 1

Mortariensis Congregationis fundatio. 2. 46. 1. quis primus illius autor, & Præpositus. ibid. illius monasteria. ibid. 2. variis bellorum cladibus attrita. ibid. 7. cogit Generale Capitulum. ib. habitus canonicorum dictæ congregationis idem cum habitu Lateranensium. ibid.7

Mortariense monasterium cum suis membris Lateranensi congregationi vnitum. 3.25. 2. & seq. sæpius euersum, & reædificatum. ibid. 3. Priuilegijs à Pontificibus Romanis munitum. ibid.4

Montis Belli Castrum olim munitissimum. 3.28.2. totum solum, & in flumen dilapsum. ibid. 3. in eius territorio testæ Ostrearum miræ magnitudinis vbique fodiuntur, & aliæ conchæ maritimæ. ibid.

Montis Belli Archipresbyter olim quinquaginta circiter Ecclesias sibi subiectas habebat. 3.28.4

Montis Belli Ecclesia, & monasterium miraculo à latronibus bis defenditur. 3.28. 6. & 3.43.1

Montis Cretæ monasterij in Episcopatu Casalensi fundatio. 3.33.1

Moyses canonicus regularis Lateranensis. S. R. E. Vicecancellarius. 5.53 6

N

Nicolaus II. Papa reparator canonici ordinis. 2.42.4

Nicolaus IV. Romanus Pontifex Lateranensem Basilicã instaurat. 3.2.5

Nicolaus de Cusa Doctor præclarus ex canonico reg. S. R. E. Cardinalis. 2.39.2

Nicolaus de Albergatis Prior Carthusiæ, postea Episcopus Bononiensis, & Cardinalis reformationis Frigdionariæ coadiutor, & benefactor. 3.8.3

Nicolaus de Curte Patricius Papiensis vnus de primis autoribus reformationis Frigdionariæ. 3.8.4

D. Nicolaus Bononiensis ex Priori monasterij Lateranensis electus Episcopus Bononiensis. 3.14.4

Nicosienses canonici apud Pisas Lateranensibus per Calistum III. vniti. 3.20.6

Niuellense Canonissarum nunc secularium collegium, à sua fundatione fuit regulare. 3.49.2

Nomina monachorum Augustinianorum, vel ordinis D. Augustini, vel ordinis D. Benedicti, ab antiquo ante mille annos non erant in vsu. 1.53.1. & seq.

S. Norbertus fundator ordinis Præmonstratensis, antea canonicus regularis. 2.76.1

Nouariensis Ecclesia à prima fundatione regularis. 2. 26. 9. in omnibus Parochijs suæ diœc. habebat canonicos regulares per S. Gaudentium Episcopum, in eis institutos. ib.

Nusiensis siue Nouesiensis monasterij S. Mariæ fundatio secundum Molanum. 2.39. 3. dictum monasterium creuit in congregationem duodecim monasteriorum. 2.39.7. quæ congregatio vnita est cum congregatione VVindesimensi. 2.66.3

O

Obertus ex Canonico Mortariensi Episcopus Derconensis. 2.46.6

Obertus ex canonico Mortariensi Episcopus Bobiensis. ibid.

Odericus Vitalis Historicus falsò scribit, Augustinum Anglorum Episcopum in Ecclesijs Anglicanis ab initio posuisse monachos loco canonicorum regularium. 2.37.5. cius querelæ contra fautores eorundem Canonicorum regularium. 2.37.10

Officium de proprio B. Augustini cum hac Antiphona: Factus ergo presbyter monasterium clericorum mox instituit, est probatum à Pontifice, & fuit olim in vsu in multis cathedralibus. 1.12. 4. eodem vtebantur Eremitæ Augustinenses per trecentos annos, & amplius vsque ad annum. 1587. ibid.

Oliuerius Caraffa S. R. E. Cardinalis Protector canonicorum regularium Lateranensium fundat illis monasterium Panis de Vrbe. 3.33.4

Omnium Sanctorum Præpositura Olomutiensis, & congregatio. 2.66.4 ab Alexandro VI. titulo canonicorum regul. Lateran. donata. ibid.

Ordo clericalis. & monasticus ab initio nascentis Ecclesiæ semper pro distinctis habiti. Præfat. Gener. G. & 1.1.1

Ordo canonicus, de quo in Concilio Aquisgrani, nullo pacto distinctus ab Ordine Diui Augustini, vt putat Ioannes Marquez. 1.21.3

Ordinum fundatores ante Concilium Lateranense sub Innocentio Tertio non petebant confirmationem à Sede Apostolica. 1.28.4

Ordines omnes regulares coaueniunt in quodam institutorum communi. 2.38.5

Ordinis Prædicatorũ, siue S. Dominici primi autores canonici regulares, & in monasterio canonicorum reg. 1.57.8

Index rerum notabilium.

Ordinum distinctio non ex sola regula, sed ex alijs adiunctis sumenda. 2.17.2
Ordo Monasticus, & clericalis vnde suam distinctionem sumpserint. ibid.
Ordo canonicus ab Apostolis fundatus vsque ad B. Augustinum fuit continuatus. 2.10. per tot. tempore B. Augustini florebat, & erat in orbe notissimus. ibid.2. & seq.
Ordinis canonicorum regularium Præmonstratensium fundatio. 2.70.1
Ordinis canonicorum regularium Gilbertinorum fundatio. ibidem.2
Ordinis canonicorum regularium in B. Mariæ de Metri, siue de Pœnitentia fundatio. 2.70.3
Ordinis canonicorum Regularium S. Iacobi de Spata origo. 2.70.3
Ordinis canonicorum regularium Sancti Antonij de Vienna origo. 2.70.4
Ordinis canonicorum reg. qui dicuntur Cruciferi in Belgio origo. 2.70.5
Ordinis canonicorum Sancti Georgij in Alega Venetiarum origo. 2.70.6
Ordo Sanctiss. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum suas institutiones accepit à canonicis regularibus. 2.73.11
Ad Ordines sacros nulli nisi certis Ecclesijs deputati olim promouebantur. 3.52.2
S. Osvvaldus Rex Anglorum multorum monasteriorũ fundator. 2.37.1

P

PAmelij de duobus generibus clericorum primitiuæ Ecclesiæ sententia reiecta. 2.6.2
Papinianus ex canonico S. Andreæ Vercellarum Episcopus, Parmensis, & S.R.E. Vicecancellarius. 2.28.10
Pharum, & Pharum cantarum quid sit. 3.2.3
Phrasis varietas ad discernendos veros fœtus ab adulterinis optimum medium. 1.30.3
Paschalis I. ex canonico regul. Romanus Pontifex. 3.52.2
Paschalis II. ex canon. regul. Lateranen. Romanus Pontifex. 3.52.3
Patriarchæ nonnulli ex ordine canonicorum regularium assumpti. 3.54. per totum
Patriarcharum Venetorum nullus Eremita Augustinensis. 1.37.7
S. Patricius Hybernensium Apostolus non habitauit cũ monachis Lirinensibus. 2.57.5. primus ordinem canonicorum reg. plantauit in Hybernia. 2.10.7. fuit nepos S. Martini Turonensis ex filia sororis. 2.34.2. fuit canonicus in Ecclesia Later. ibid. illum fuisse ordinatum clericum à B. Martino quorundam sententia. ibid. fuisse clericum regularem ib. ab illo plantatum ordinem canonicorum regularium in Hybernia, probatur. ibid. 2. De illius Purgatorio traditio Hybernensium. ibid.
S. Patritij purgatorium quale fuerit 2.34.2. ad illius custodiã conuentus canonicorum regularium deputatus. ibid.
S. Patritij discipuli Anglorum, & Belgarum Apostoli. 2.34.3. ijdem à nonnullis vocati monachi. 2.53.1
S. Patritius cur à nonnullis vocatus sit monachus. 2.35.1. de primo illius aduentu ad Vrbem variæ sententiæ doctorũ. ibid.2. fuit regulariter institutus in Eccl. Late. ibid. & 3.50.1. à Cœlestino I. Hybernensium Episco. designatus ib. vnde B Augustini regulam acceperit. ibid. duabus vicibus Romam venit. ibid.
S. Patritij Baculus non fuit baculus eremitarum, vt à nonnullis fingitur, sed miraculo sibi datus. 2.35.3. eius cuculla non fuit habitus monasticus. ibid.
S. Patritius non instituit in Hybernia, nec alibi ordinem Eremitarum Augustinensium. 2.35.3. nec habitauit cum eremitis Augustinensibus. ibid. 4. quamam essent eremitæ, cum quibus dicitur degisse. ibid.
S. Patritius in Hybernia instituit canonicos regulares, & monachos. primis dedit regulam à B. Augustino exaratam: secundis regulam ipse composuit. 2.35.5. Chirographum pro illius vita eremitica repertum in monasterio Glastonensi falsitatis conuincitur. ibid. inuita memoria in Anglia fundauit.
Papiensium literæ pro canonicis reg. S. Petri ad Ioan. XXIII. 2.37.1 2.63.5
S. Pauli primi eremitæ cella olim spelunca, in qua pecuniæ adulterinæ cudebantur. 1.34.4
Paulus Orosius quando fuit missus à Concilio ad S. Augustinum, erat iam sacerdos. 2.52.10. & 2.55.2. fuit clericus non eremita. ibid.
Paulus Apost. statim post baptismum non iuit Ierosolymam. 1.52.9
Pauli Regij Episcopi Vici error circa historiam S. Agnelli Abbatis. 1.54.4
Paulus de Grassis ex cano. S. Ioan. in monte Zecani Epist. 3.14.4
Pauli III. decretum pro canonicis regularibus Abbatibus, Concilio Tridentino præsentibus. 3.44.3
Paulus I. ex canonico reg. Lateranen. Romanus Pontif. 3.52.2
Paulinus, cuius sunt epistolæ ad Ausonium, alius à S. Paulino Episcopo Nolano 2.37.7 & 2.55.6. Paulini tres. ibid.
S. Paulinus Nolanus ante Baptismum B. Augustini iam presbiter redierat in Italiam ex Hispanijs. 2.57.4 & 2.55.4. antequam fuit eremita sub disciplina D. Augustini. ibid. non iuit in Hispanias ad fundandum monasteria eremitarum Augustinensium. ibid. iuerat in Hispanias septem annis ante baptismum D. Augustini. ibid. vocatse presbyterum B. Ambrosij. ib non fuit in Africam ad videndum D. Augustinum. ibid 5. neque cum illo est locutus, nisi per literas. ibid.6
Paupertas profunda monasterij à B. Aug. fundati qualisnam esset. 1.51.2
Pauperculi cuiusdam Mediolanensis factum memorandum, qui inuentum sacculum pecuniæ propositis publicis pactacijs domino reddendum curauit. 1.34.4 quem falsò eremitam Augustinensem fingit Ioann. Marquez. ibid.
Pedis cryptæ Neapolis monasterij fundatio. 3.28.4
B. Petri Damiani sermo ad vniuersos clericos, & canonicos inter epistolas eiusdem autoris lib. 5. in fine locatus, conflictus, & spurius. 1.34. per tot. idem barbarismis refertus. ibid. 3. continet multa contraria doctrinæ B. Petri Damiani ibid. 2. continet aliquot errores. ibid 3 & seqq.
Petrus Damiani non fuit autor Constitutionum Portuensis. 2.47.2. & seqq. vita functus anno 1072. ibid. non fuit canonicus Portuensis, sed eremita, vel monachus. ibid. 5. incubuit tamen reformationi canonicorum regularium. ib. 6
Petrus de Honestis Rauennas autor Constitutionum Portuensium & Prior monasterij Portuensis. 2.47.5. alius à Petro Damiani. ibid. obijt Rauennæ anno 1119 tumulatus in Ecclesia Portuensi cum epitaphio. ibid 4. illius vitæ sanctitas. ib. 12. eius charitas erga defunctorum animas. ibid. in extremo vitæ à Deo tentatus, & probatus. ibid.
Petrus Bondimerio ex canon. reg. Patriarcha Venetiarum. 2.54.4
Petrus Lombardus magister sententiarum ex canonico regulari S. Genouefæ Episcopus Parisiensis. 2.57.2. & 3.3.17
Petrus Comestor autor historiæ Scholasticæ canonicus regularis. 2.33.16. & 2.57.2
Petrus Moniz cano. S. Crucis Colimbricen. sanctitate claus. 2.61.1
D. Petrus Archipresbyter conuentus Lateranensis. 3.4.3
Petrus de Rido Patauinus vnus de primis autoribus reformationis Frigdianiæ. 3.3.4
Petrus Polonus eremita in Insulis Tremitanis sanctitate clarus. 3.13.9
Petrus Franciscus Malettus ex cong. Later. Episc. Nicastrẽs. 3.54.2
Petrus Arbuesius cano. reg. Casaraugustanus sanctitate clarus. 2.32.3
Petrus Lucensis canonicus S. Frigdiani vitæ integritate laudatus. 3.36.4 eius opuscula spiritualia. 3.15.6
S. Petri in cœlo aureo Ecclesiã Papiæ est canonicorum regulicet fuerint ad illam admissi eremitæ. 1.57.4. fundata autore Regnum Luitprandi. 1.58.3. & seq. in ea corpus B. Severini Boetij tumulatum. ib. 5. eius verus titulus est S. Petri

non S. Augustini. 1.64.11
S. Petri in Cœlo aureo monasterium eremitæ Augustinenses ante Gregorium IX. nunquam viderunt. 1.18.2 pro canonicis regularibus fundatum, & dotatum ante translata reliquias S. Augustini per Regem Luitprandum. ibid. & 6. manserunt in eo clerici canonici post translatas reliquias D. Augustini. ibid. 6. eisdem clericis adiuncti monachi D. Benedicti per Regem Luitprandum. 1.60. per tot. in eodem semper manserunt canonici regulares cum monachis vsque ad Honorium Tertium. 1.61. per totum. sub Honorio III. exactis monachis reformatum per canonicos Mortariensis. 1. 62. 1. & seq. erigitur in caput cong. Mortariensis. ibid. 3. manserunt canonici Mortarien. in eo vsque ad annum 1509. ibid. 4 eisdem Mortariensibus Ioannes XXII adiungit eremitas Augustinos, anno 1327. 1. 63. per tot. qui tamen non donauit, nec restituit eisdem eremitis Ecclesiam S. Petri, nec monasterium, nec corpus D. Augustini, vt illi aiunt. ibid. 1. & seqq.
S. Petri in Cœlo Aureo monasterium per Lateranenses anno 1509. reformatur. 1. 61. 4. idque rogante Raphaele Riario Cardinali Commendatario, & antiquis canonicis dicti monasterij. 3. 36. 1. & seq. qui tamen Lateranenses à Secretario eiusdem Cardinalis postea eijciuntur. ib. 3. sed tamé manu Regia Ludouici Regis Galliarum XII. & Senatus Mediolanensis in integrum restituuntur. ibid. confirmantur in eodem monasterio per Leonem X. ibid. 4
S. Petri in Cœlo aureo monasterio plures eius Ecclesiæ subiectæ. 3. 36. 5 sacræ reliquiæ in eodem seruatæ. ibid.
S. Petri Perusina olim Cathedralis ab institutione fuit canonicorum reg. 2. 18. 7. quo tempore monachi D. Benedicti ad illam admissi. ib. Petrus primus Abbas eiusdé Ecclesiæ ex ordine D. Benedicti quo tempore vixerit. 2. 19. 7
S. Petri ad Aram Neapolis Abbatiæ fundatio. 3. 27. 1. eiusdem prima reformatio. ibid. 3. secunda reformatio. ibid. 4. Priuilegia. ibid. 6
S. Petri de Pado Cremonæ Abbatia per canonicos Lat. reformata 3. 19. 3. multis beneficijs per Romanos Pontifices ditata. ibid. 5. habet sub se sex Parochiales. ibid. eius priuilegia. ibid. 6
Penitianus faciens Aug. autorem monachorum accipiebat nomen monachi genericè pro quocunque instituto vitæ regul. 1. 49 3
Precedentia in ordinibus attéditur ex prioritate institutionis 1. 44. 8
De Precedentia lis orta inter canon. reg. & monachos Cassinenses 2. 71. 2 eadé lis causa plenè discussa, & cognita per Pium IV. ad fauorem canonicorum terminata. ibid. 3. eadem sententia per alium morum Pij V. confirmata. ibid. 2
Precedentia inter Abbates Canonicorum Lateranen. & monachorum Cassinensium ex prioritate promotionis atténdenda. ibid. 4 idem dicendum de alijs Prælatis habentibus vsum Pontificalium. ibid. 5
Precedunt cano. reg. monachos in omnibus alijs actibus publicis, & priuatis, etiam extra processiones. ibid. 6. Decretum sacræ congr. super causis Episcoporum, & regul. ad fauorem canonicorum. ibid. 6. motus proprius Pij V. ad fauorem eorundem canonicorum. ibid. 7
Præmonstratenses olim dicti fratres S. Augustini. 1. 57. 1
Prebendarum Ecclesiasticarum nomen non erat in vsu temporibus B. Augustini. 1. 11. 7
Pius IV. Rom. Pont. de congr. Later. peroptimè meritus. 3. 45. 3. canonicos dictæ congr. ad dictam Ecclesiam reducere cupiebat. ibid. cuius anniuersarium à tota congregatione agitur. ibid.
Pius V. probauit officia Sanctorum congreg. Lateran. 3. 45. 3
Paldenreutense monasterium canonissarum apud Norimbergam miraculo fundatur. 2. 39. 9
Priuilegium Regis Luitprandi concessum Lucido Archipresbytero S. Petri in Cœlo aureo Papiæ, & illius clericis religiosis. 1. 58. 3. item eiusdem concessum Abbati monachorum eiusdem monasterij. 1. 60. 1. item Hugonis Regis Italiæ concessum eidem monasterio. ib. 2. item Othonis Imperatoris eidem Abbati. ibid. 3
Priuilegia summorum Pontificum Alexandri II. pro canonicis S. Frigdiani Lucæ. 2. 45. 2
Alexandri III. pro monasterio S. Petri in cœlo aureo Papiæ. 1. 61. 4
Alexandri III. pro Ecclesia S. Crucis in Ierusalem. 2. 16. 3
Alexandri III. pro Ecclesia S. Mariæ Nouæ Romæ. 3. 16. 4
Alexandri III. pro canonicis S. Laurentij de Vltio. 2. 58. 4
Alexandri III. pro monasterio Charitatis Venetiarum. 3. 12. 5
Alexãdri III. pro monasterio S. Petri ad Arã Neapolis. 3. 27. 3
Alexandri III. pro monasterio S. Marci Firmano. 3. 29. 4
Alexandri IV. pro monasterio Frigdionario. 3. 6. 4
Alexandri IV. pro monasterio Frigdionario. 3. 6. 4
Alexandri IV. pro monasterio Portuensi. 3. 16. 6
Alexandri VI. pro congregatione Lateranensi. 3. 34. 6
Bonifacij IX. pro Priore S. Frigdiani Lucensis. 3. 40. 9
Bonifacij IX. pro tota congregatione S. Frigdiani aliud. ibid.
Calisti II. pro monasterio S. Mariæ Charitatis. 2. 24. 2
Calisti III. pro monasterio montis Belli Bononien. 3. 28. 5
Cœlestini II. pro monasterio S. Petri de Pado Cremonę. 3. 19. 6
Cœlestini III. pro congregatione Dominici Sepulchri Ierosolymitani. 2. 67. 2
Cœlestini III. pro monasterio S. Georgij de monte claro Brixiæ. 3. 15. 5
Clemens VII. pro Abbatia Tremitana. 3. 13. 15
Clementis IV. pro monasterio S. Ioan. in Viridario Paduæ. 3. 18. 7
Eugenij IV. pro monasterio Charitatis Venetiarum. 3. 11. 6
Eugenij IV. pro monasterio S. Io. in Viridario Paduæ. 3. 18. 6
Eugenij IV. pro monasterio S. Bartholomæi Fesulano. 3. 19. 1
Eugenij IV. pro monasterio S. Petri de Pado Cremonæ. 3. 19. 3
Eugenij IV. pro monasterio Sancti Bartholomæi Vicentiæ. 3. 20. 1
Eugenij IV. pro monasterio S. Bartholomæi Pistorij. 3. 20. 3
Eugenij IV. pro tota congregatione Lateranensi. 3. 21. 3
Gregorij VIII. pro monasterio mõtis Belli Bononien. 3. 24. 4
Gregorij IX. pro monasterio S. Andreæ Vercellarum. 3. 28. 8
Gregorij X. pro Canonicis Lateranensibus super præcedentia. 3. 3. 2
Gregorij X. pro monasterio Frigdionario. 3. 7. 1
Gregorij XII. pro Fratribus S. Saluatoris de Sylua lacus. 2. 51. 3
Gregorij XII. pro Canonicis S. Saluatoris de Bononia. 2. 51. 4
Gregorij XII. pro monasterio S. Leonardi Veronæ. 3. 11. 1
Gregorij XII. pro eodem monasterio aliud Priuilegiũ. 3. 11. 5
Innocentij II. pro Abbate, & monasterio S. Petri in cœlo aureo. 1. 61. 3
Innocentij II. pro monasterio Charitatis Venetiarum. 2. 24. 1
Innocentij II. pro monasterio S. Crucis Colimbriæ. 2. 59. 2
Innocentij III. pro monasterio S. Mariæ Charitatis. 3. 12. 6
Innocentij VIII. pro monasterio Tremitano. 3. 13. 14
Iulij II. pro monasterio S. Vbaldi Eugubini. 3. 38. 4
Iulij III. pro congregatione Lateranensi. 3. 44. 3
Leonis IX. pro monasterio Tremitano. 3. 13. 9
Leonis X. pro monasterio Tremitano. 3. 13. 14
Leonis X. pro monasterio S. Petri in cœlo aureo Papiæ. 3. 36. 4
Lucij III. pro Congregatione S. Laurentij de Plebe martyrum. 2. 58. 5
Martini V. pro canonicis Frigdionarijs, & S. Leonardi Veronæ, & S. Victoris, ac S. Ioannis in Monte Bononiæ. 3. 14. 3
Martini V. pro canonicis Frigdionarijs. 3. 17. 1
Martini V. pro monasterio Cellæ volanæ. 3. 17. 4
Nicolai II. pro monasterio Tremitano. 3. 13. 14
Nicolai V. pro monasterio Mortariensi. 3. 25. 2
Nicolai V. pro monasterio S. Theodori Ianuæ. 3. 26. 3
Paschalis II. pro Abbate, & monasterio S. Petri in cœlo aureo. 1. 61. 1
Paschalis II. pro monasterio Lateranensi. 2. 15. 3
Pauli II. pro monasterij Gratiarum Regij. 3. 30. 3
Pij II. pro monasterio S. Viti Mantuæ. 3. 29. 2
Pij IV. pro congregatione Lateranensi. 3. 45. 1
Pij IV. pro cong. Lat. pro corrigẽdis excessib. subditorũ. 3. 45. 2
Sixti IV. pro tota congregatione Lateranensi. 3. 31. 2
Sixti IV. pro eadem congregatione Lateranensi aliud. 3. 31. 3
Sixti IV. pro monasterio S. Mariæ Nouæ Astæ. 3. 31. 3

Index rerum notabilium.

Sixti IV. pro monasterio Pacis de Vrbe. 3.33.3
Sixti IV. pro monasterio Tremitano. 3.23.13
Vrbani III pro canonicis S. Mariæ de Crescentiaco. 2.49.2
Vrbani III. pro monasterio S. Iuliani Spoleti. 3.35.5
Pontifices Romani vsque ad Syluestrum I. omnes fuerunt regulares. 3.52.1
Pontifices Romani ex canonicis reg. assumpti. 3.52. per tot.
Pontificis autoritas quando loquitur, vt priuatus doctor, fidem omnimodam non facit. 1.50.2. narrationæ in Bullis Pontificum non plenè probant. ibid.4.& 6
Portuensis congregationis constitutiones quædam. 2.23.4
Portuensis Canonica apud Rauennam celebris. 2.47.1. manserunt semper in ea canonici reg. ab initio suæ fundationis. ib. ante Paschalem II. fundata sub illo insignem accepit reformationem. ib. illius constitutiones ab eodem Paschali approbatæ. ib. per B. Vbaldum delatæ ad Ecclesiam Eugubinam. ibid. miraculo in itinere comprobatæ. ibid. per Innocentium II. canonicis Rhenanis traditæ. ibid.
Portuensis Cœnobij constitutionum autor falsò putatus B. Petrus Damiani Cardinalis. 2.47.2. & seq. illarum verus autor Petrus de Honestis Prior monasterij. ib.4. qui in viuis agebat anno 1118. quo anno illæ constitutiones fuerunt confirmatæ. ib quem falsò scribit Mozzagrugnus alterius collegij tunc professum extitisse. ibid.5
Portuenses canonici præter constitutiones per Paschalem confirmatas habebant regulam B. Augustini, & D. Augustini canonici vocabantur. 2.47.7
Portuensis congregationis monasteria. 2.47.10
Portuense Capitulum prouinciale quotannis celebrari solitum. 2.47.11. cuiusdam Prouincialis Capituli constitutiones. ibid. inter dictas constitutiones erat ista, quod cóficeretur Calendarium, in quo nomina defunctorum canonicæ professionis describerentur, etiam aliarum congregationum. ibid.
Portuense cœnobium per canonicos Frigdianos reformatur. 3.16. per tot. occupatur ab exercitu Ducis Mediolanensium ib.4.& 3.19.1. Datur in commendam à Sixto IV. 3.16.4. à Lucretia de Malatestis attributione prædiorum dotatur. ib. intra ciuitatem transfertur. ib. multis priuilegijs munitum. ibid.5.& seq. claret viris illustribus. ib.7 quædam illius bona monasterio Charitatis Venetiarum applicantur. 3.44.2
Posidius in recensendis monasterijs per B. August. fundatis ab errore defenditur. 1.12.2.& 1.13 2. meminit vtriusque monasterij per Augustinum fundati. ibid.
Posidij nomine epistola ad Macedonium conficta. 1.37.1
Portugalliæ Regnum peste grauissima laborat, ex qua multa monasteria canonicorum consumuntur, & extinguuntur. 2.32.2
Probi Historia de S. Patritio apocrypha. 2.35.4
Profuturus B. Augustini discipulus nunquam fuit eremita. 2.55.1. non fuit Episcopus Bracharensis, sed in Numidia. ibid 2. non est missus à B. Augustino ad Concilium Toletanum, sed iam obierat ante illud concilium. ibid.
S. Proiectitius canonicam vitam instituit in Ecclesia Bergomensi. 2.30.7.& 2.35.5
Propositum seruiendi Deo etiam cum abdicatione bonorum temporalium non requirit necessariò professionem monasticam. 1.11.4
Propositum apud S. Augustinum non semper significat statum religionis, sed illius desiderium. 1.11.5. quandoq; accipitur pro voto continentiæ, sine voto religionis. ibid.
S. Prosper Aquitanus fuit canonicus in Ecclesia Later. 3.50.1. idem Leonis Primi Pontificis notarius. ib. fuit Episcopus Regij Lepidi in Aemilia. ib. illius operum catalogus. 3.55.6

Q

Quæstiones de Genealogijs illorum propriæ, quorum nobilitas est vsurpata Præfatio Gener. E.
Quinque martyrum ordinis S. Francisci Marochij pro fide Christi occisorum corpora Colimbriá deferuntur. 2.60.1. miraculo ante fores Ecclesiæ S. Crucis sistuntur, & in illa portantur. ibid.
SS. Quadraginta Martyrum monasterium Taruisinum per canonicos Frigdianos reformatur. 3.15.1.& seqq.

R

Rodalus ex Priore monasterij Mortarien. Episc. Placen. 2.46 6. Rainerius Prior S. Frigdiani Lucensis S. R. E. Vicecancell. 3.53 7. idem Patriarcha Antiochenus ab Honorio III. creatus. 3.54.2
Regula Canonica, & monastica semper in Ecclesia pro distinctis habitæ. Præfat. Gener. G.
Regulæ ordinum antiquitus non probabantur à Sede Apost. 1.36.7
Regula B. Augustini continet summam perfectionis Euangelicæ. 1.12.8. eadem est imago quædam vrbanæ ciuilitatis. ibid. obseruabatur à canonicis regularibus ante Paschalem II. 2.47.7
Regula à B. Augustino scripta vna non triplex. 1.18.2. non solis fœminis, sed etiam viris tradita probatur. ib.2.& seqq. eandem clericis, non autem monachis, vel eremitis traditam, probatur octo generibus demonstrationum. 1.18.4.& tribus capitibus sequentibus.
Regula B. Augustini fuit scripta ab illo iam sene. 1.18.4. vocatur Regula canonica, non autem monastica. ib.5. vocatur Sermo tertius de Communi vita clericorum. 1.19.1. textus allegati à Gratiano in Decreto sunt verè accepti ex regula Augustini, siue ex tertio Sermone de Communi vita clericorum. ibid. 3. idem textus à Centoribus Gregorianis attributi ipsi regulæ, siue tertio Sermoni de Communi vita cleric. ibid.
Regulam B. August. ab eodem Augustino scriptam, illemet S. Norberto fundatori canonici ord. Præmonstraten. reuelauit. 1.19.5
Regula B. Augustini pugnat cum vita eremitica antiquorú eremitarum, qui erant temporibus D. Augustini. 1.10. per totum. non præcipit Clericos laborare manibus, vt aliquid lucretur, & inde viuant, vt dicit Ioannes Marquez. 1.21.3
In regula D. Augustini non ita exactè, & distinctè sunt præscripta omnia munera, & officia clericorum, sicut in regula D. Benedicti explicantur pro monachis. 1.21.3
Omnium ordinum sub B. Augustini Regula militantium catalogus. 2.74 per tot.
Reformationes variæ canonici ordinis. 2.43.& 44 per tot.
Reformatur quandoque collegium, quandoque monasterium collegio destitutum. 2.53 3. quæ reformatio quandoque mutat speciem ordinis. ibid.8
Reformatio canonicorum regularium in Gallijs. 2.53.2
Religiosos intra ciuitates simul viuentes B. Augustinus conceptis verbis distinguit ab Eremitis, & monachis. 1.1.2
Religiosus quis dicitur quatuor modis. 1.1.4
Reliquiæ in Lateranensi Basilica seruatæ. 3.3.5
S. Remigius Episcopus Rhemensis fuit canonicus regularis. 2.33.18. primus plantator ordinis canonicorum regularis Belgio. 2.38.1. fundauit multa collegia canonicorum, & præsertim Ecclesiam Attrebatensem. ibid.
Rhenani monasterij apud Bononiam fundatio. 2.23.4. eidem Innocentius II. dat constitutiones canonicæ Portuen. ib. & 2.48.2
Rhenanæ congregationis collegia. 2.48.1.& seq. eidem congregatio desijt anno 1430. in Francisco Ghislerio. 2.48.5.& 2.53.7
Riccardus Cenomanus Theologus Parisiensis pro veris clericorum regularium cum B. Augustino degentium Apologiam scribit contra Erasmum. 1.16.1
B. Riccardus de S. Victore doctrina, & sanctitate claruit. 2.33.16
Riccardus Anglicus Doctor S. Victoris canonic. reg. 2.33.16. & 2.57.2
Riccardus Chrichesladensis Doctor canonicus regularis. 2.37.12
Riccardus S. Frigdiani Lucen. canon. declamator celebris. 3.34.4
Robertus Canutus Doctor ex ordin. canonicorum regular. 2.37.12
Robertus Plintonius doctor ex ordine canonicorum reg. ib.
S. Rufus

Index rerum notabilium.

Andreas Christi discipulus Auenionensium Apostolus, & Episc. 2.2.2. malè à quibusdam cum S. Arnulpho confunditur. ibid. 4. & 2.56.1

S. Rufi monasterium quando fundatum, & à quibus. 2.2.3

S. Rufi congregatio canonicorum in Gallijs vnde sic dicta. 2.2.& 2.56.2. primus locus illius institutionis fuit apud Auenionem. 2.56.1. fuit inchoata à canonicis cathedralibus Auenionensibus, ibid. 2. olim centum, & duodecim habebat Prioratus. ibid. 3. illius Abbati Generali scribit Vrbanus II. ibid. S. Rufi monasterium quo tempore ex Auenionensi ciuitate Valentiam fuerit translatum. ibid. Pontificum Priuilegia dictæ congreg. concessa. 2.56.4. viri illustres ex illa profecti. ibid. 5

S. Arnoldus ex Hybernia profectus monasterium canonici ordinis apud Mecliniam instituit. 2.34.3. & 2.38.1

S

Almaticensium Doctorum nonnullorum consilium pro Ioanne Marquez. 1.41.3

S. Saluatoris Venetiarum monasterij fundatio 2.42.2. Posteriore fundatione monasterij Charitatis. ib. 3. ad illud canonici Lateranenses vocati, illud sponte dimiserunt. ib. 2

S. Saluatoris Bononiensis congregationis initia. 2.51. per tot. quis illius primus autor, & locus institutionis. ibid. 1. quæ occasio illam instituendi. ib. 2. quis habitus canonicorum dictæ congregationis à Gregorio XII. præscriptus. ibid. 4. illius canonici Fratres nuncupati. ibid. 6. monasteria dictæ congregationis. 2.51. per tot. obtinet monasterium S. Saluatoris Bononiæ. ibid. 1. eius tamen canonici diuersi habitus, & obseruantiæ ab antiquis canonicis dicti monasterij. ibid. in adeptione dicti monasterij canonici eiusdem congregationis mutant colorem habitus. ibid. erigunt dictum monasterium in caput, & titulum congregationis. ibid. veri canonici à Romanis Pontificibus deputantur. ibid. 6 eos ad reparandum ordinem canonicũ vniuersaliter lapsum institutos falsò scribit Iosephus Mazzagnus. 2.53.1 illorum institutionis causa verissima. ibid. 2. mens Pontificis in prima illorum institutione non fuit erigere congregationem. ibid.

S. Saluatoris Bononiæ congregatio vocata S. Saluatoris de Sylua lacus, & de Bononia, & de Venetijs. 2.53.7. eius canonici non sunt de antiquis canonicis Rhenanis, nec illis vniti. ibid. 7. & seq. nec ab antiquis canonicis regul. originem ducentes. ibid. 10

S. Saluatoris Brixiæ monasterium per canonicos Frigdonarios reformatum 3.15.5. intra ciuitatem ad aliud monasterium S. Faustini ad Sanguinem translatum. ibid. 5. ingens thesaurus Sanctarum reliquiarum in eo reconditus. ib. 6

Scapulare hastatum super tunica linea nullus antiquorum canonicorum regul. detulit. 2.50.7. est habitus monasticus & non canonicus. 2.53.11. illud nunquam detulerunt canonici D. Marci Alexandrini, nec Mantuani. 2.53.12. canonici illud ferentes dimittunt, dum ad Ecclesias cathed. assumuntur. 2.69.5

Scapulare duplex. 2.53.12. quod deferebant canonici S. Marci Mantuæ. & alij etiam deferunt, non erat hastatum, neque cucullatum. 2.50.6. cuiusnam formæ illud esset. ibid.

D. Stanislaus canonicus regularis monasterij Corporis christi Cracouiæ sanctitate clarus. 2.40.2

Sepulchri Dominici Ierosolymitani cõgregatio 2.67.1. illius collegia. ibid. Cœlestini III. priuilegium eidem congregationi concessum. ibid. 2

Seraphinus Firmanus ex congregatione Lateranensi declamator celebris. 2.39.5 eius quædam opuscula. 3.25.6

Serenus Patauinus ex congregatione Later. Episc. Rauelli. 3.18.7

Sergius Primus canonicus regularis Later. 3.50.1. & 3.52.1

Sergius II ex canonico reg. Later. Romanus Pontifex. ibid. 2

Sergius III. Lat. Basilicæ, & canonicæ disciplinæ instaurator. 3.1.4

Sermones ad Eremitas B. Augustino falsò adscriptos, ostenditur. 1.30. & duobus seqq. Cardinalis Baronij de dictis Sermonibus iudicium. 1.30.2. omnes lutulenti, & barbarismis referti. ibid. & seqq. Cardinalis Bellarmini de eisdem Sermonibus iudicium. ibid. in illis complures sententiæ, ex libris B. Gregorij Papæ, & Isidori Hispalensis acceptæ. ibid. 6. videntur exercitationes alicuius nouitij in arte declamandi. ibid. 7. illorum autor semilatinus. ib. 5. & 5.31. 6. illorum multi cum eremitis nihil commune habent. 1.30.7. illorum plerique erroribus in Philosophia, & Theologia referti. 1.31. per tot. ex illis B. Prosper nullã sententiam accepit. 1.32.1. neque vllus alius Doctor ante annos quadringentos. ib. neque autor Commentariorum in Prouerbia sub nomine B. Hieronymi. ibid. 2. eos à quodam conseruatore Apostolico anno 1414. reprobatos, fatetur Ioannes Mauburnus. ibid. 3

B. Seruandus fundator canonicæ Villæ bonæ, & Portugalliæ Episcopus, & martyr. 2.61.3

Seruitani monasterij historia, quæ apud Marcum Maximum Cæsaraugustanum legitur, ab aliquo impostore addita. 1.57.8. Marcus Maximus fatetur, illud fuisse monasterium ord. D. Benedicti. ib. nullus antiquorum dicit, fuisse ord. erem. August. ibid.

Seruorum Dei epiteton non adeo regularium proprium est, quin multis etiam non regularibus tribui consueuerit. 1.11.4. & 1.21.1

Stellarum prodigium visum super monasterium Frigdionarium tempore illius reformationis. 3.9.1

Stephanus Ettonus canonic. reg. doctor Anglicanus. 1.37.12

Stephanus Parisiensis Episcopus antea S. Victoris Abbas. 2.57.3

Stephanus III. ex canonic. regul. Later. Romanus Pontifex. 3.52.1

Stephanus IX. vel X ex canonico regulari Ecclesiæ Leodiensis S. R. E. Ecclesiæ Cardinalis, postea monachus Casinensis, tandem Romanus Pontifex. 3.52.2

Sigiberti nomine epistola ad Macedonium de Vita D. Augustini confícta. 1.29.1. & per tot. eius autorem Coriolanus, Marquez, & quidam alij affirmant, fuisse Sigibertum Chronistam, siue historicum. ibid.1

Sigismundus III. Imperator in Ecclesia Later. suscipit habitũ canonicorum reg. Later. & in canonicum recipitur 3.24.3

S. Syluester Papa reparator vitæ canonicæ. 1.10.6. & 2.42.1

S. Syluestri montis Compatrum Tusculanæ Diœc. monasterium canonicis Later. à nobilibus Annibaldensibus, siue de Molaria donatum. 3.25.1. à Columnensibus nonnullis bonis ditatum. ibid à Paulo III. dismembratum à congregat. Lateranen. eadem consentiente. ibid.

S. Simplicianus Archiepiscopus Mediolanensis nunquã fuit monachus 1.7.6. fuit clericus, & Archidiaconus Ecclesiæ Mediolanensis, & coadiutor D. Ambrosij. 2.10.2. & 1.31.3

S. Simplicianus nullos Augustino socios dedisse legitur, qui cum illo in Africam proficiscerentur. 1.31.3

Sislæ Toleti monasterium non S. Augustini, sed B. Mariæ vocatum. 1.53.2. non fuit ordinis eremitarum Augustinensium. 1.57.6. de tempore illius fundationis variæ sententiæ. ibid. videtur fuisse canonicorum. 2.31.7

Sixtus Cremonensis ex congregatione Lateranensi Sacri Cõcilij Tridentini Prædicator, & Episcopus Carinulæ. 3.19.7

Scotia duplex. 2.36.1. cui de duobus nomen primò inditum. ibid 2. primus canonici ordinis in Scotia plantator. 2.36.3

T

THadæus de Bagnasco S. Petri in cœlo aureo canonicus vnus de primis reformatorib. congr. Frigdonariæ 3.8.3

Tagastæ ciuitas S. Augustini patria longis terrarum spatijs distat à Carthagine. 1.27.3

Tarraconensis Metropolitana à sua institutione regularis. 2.31.7. multis viris præclaris exornata. ibid.

B. Tello Colimbricẽsis Archidiaconus S. Crucis Colimbriæ fundator. 2.59.1 post peregrinationem Ierosolymitanam collegit duodecim socios, cũ quibus iacit fundamẽta monasterij, ib. accedit ad Sedem Apostolicã pro illius confirmatione, & obtinet. ib. 2. in reditu ad canonicos S. Rufi diuertit. ib. 4. à venœno sibi parato diuinitus præseruatur. ibid. Colimbriam reuersus moritur sanctissimè. ibid.

Index rerum notabilium.

Temporum ratio via optima ad veras historias à falsis secernendas. 2.13.1

S. Theotonius primus Prior monasterij S. Crucis Colimbricensis. 2.39.1. castrum de Arunches de manibus Saracenorum eripit. ibid.8. multa priuilegia pro suo monasterio à Pontificibus obtinet. 2.60.1. eius obitus. 2.61.1

D. Theodorus Placentinus ex congreg. Later. 3.18.4. & 3.51.3

Tremitani monasterij fundatio cum tota historia. 31. 3. per tot. Eiusdé reformatio per canonicos Frigdionarios. ib.7

Tremitanus Abbas habet potestatem gladij. 32.3.11. Tremitano monasterio Castra, villæ, & etiam ciuitates subiectæ. ibid. multa priuilegia à Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus eidem concessa. ibid. per tot.

Titus Nouellus Ferrariensis ex congr. Later. Adriæ Episc. 3.17.5

Timotheus Veronensis ex congregatione Lateranensi Archiepiscopus Ragusinus. 3.11.2

Thilmannus Dulmaniensis canonicus regularis Doctor præclarus, & illius opera. 2.65.7

Thomæ à Kempis libri de Imitatione Christi, cuidam Ioanni Gersen falsò adscripti. 1.32.3. per Heribertum Rosuueidum suo autori restituti. ibid. & 2.65.5. habuit fratrem nomine Ioannem concanonicum. 2.38.9

S. Thomas martyr, & Prior S. Victoris Parisiensis. 2.33.16. & 2.57.2

S. Thomas Cantuariensis in monasterio canonicorum S. Mariæ de Maretonia educatus. 2.37.8

Thomas VViccius Historicus Anglicanus canonicus reg. 2.37.12

Thomas ex cano. reg. S. Mariæ de Crescentiaco Cardinalis. 2.49.3

Thomas Abbas Vercellensis canonicus S. Victoris Parisiensis. 2.57.2. & 3.28.10. & 3.55.1. Vide in verbo Abbas Vercell.

Thomas à Liburno ex congr. Lateran. Episc. Fossan. 3.28.10

Tonsura clericalis ex institutione Apostolica protecta. 2.9.1. quid significet. ibid. 2. illius forma olim triplex. ib.3. tonsura clericorum primitiuæ Ecclesiæ ad instar coronæ. ib.4 eadem olim seruata in omnibus Ecclesijs. ibid.5 an fieret cum rasura. ibid.6

Tunica lineâ clericorum D. Augustini erat vestis vsualis accepta ex vestiario communi. 1.23.2. eadem cum illa, quæ nunc dicitur Camisia Romana, siue Rochettum, quam deferunt canonici regulares Lateranenses. ibid.

Tunica linea Rochettum nuncupata est habitus per se clericalis sine cotta, vel superpelliceo addito. 1.23.1. an esset idem genus vestis cum colobio. 1.23.3 illius forma. ibid.4

Tunicis lineis, quæ personæ olim vterentur. 1.23.5. & 6. quo tempore. ibid.7

Tunica linea sola essentialis habitus canonicorum regular. 2.8.2. erat habitus vsualis clericorum primitiuæ Ecclesiæ ante D. Augustinum ibid 3. est habitus Apostolicus, & ab Apostolis institutus. ibid.5. eam quare seculares clerici nó deferunt semper sicut regulares. ibid.6. illam cur non deferant monachi nisi in functionibus Ecclesiasticis. ibid.

V

VAlerij Episcopi Hipponensis nomine epistola ad Augustinum Neophitum conficta ostenditur. 1.28. per tot. primus illius inuentor quidam frater Bremica Augustinensis circa annum Christi 1450. ibid.1. Eam à Francisco Philelpho ex Græco Latinam redditam falsò confingit Coriolanus. ibid.2

S. Valerius Episcopus Cæsaraugustanus clericus canonicus. 2.30.4

Vallis viridis congregatio canonicorũ olim celebris. 2.66.1 Eam à monasterio Vallis viridis apud Bruxellas originé accepisse, per errorem affirmat Maurolicus. ibid.2

Valentinianus Abbas monasterij Later. non fuit canonicus nec Abbas in monasterio canonicorum, sed monachorum. 2.15.4

S. Vbaldus Eugubij Episcopus cõstitutiones monasterij Portuensis ad Ecclesiam Eugubinam defert. 2.47.1. in eodem monasterio canonicam vitam perdiscit. ibid.13. eius vitæ synopsis. 3.38.1. & 3.50.1

S. Vbaldi monasterium prope Eugubium ex voto Serenissimorum Vrbini Ducum fundatur. 3.38. per tot.

S. Victoris Parisiensis Abbatia insignis canonicorum regul. 2.33.16. eius fundator Ludouicus Crassus Galliarũ Rex. ibid viri illustres ex ea profecti. ibid. S. Victoris Parisiensis congregatio. 2.57.1. & per totum

S. Victoris apud Bononiam monasterium canonicorum reg. per Frigdionarios reformatum. 3.14.1. & seqq eius antiquitas, & dignitas. 2.54.2

S. Vincentius martyr clericus canonicus Ecclesiæ Caesaraugustanæ. 2.30.3

S. Vincentij Vlyssiponæ monasterij fundatio. 2.60.1. primi illius canonici vnde accepti. ib. de illius fundatione multa falsa commiscitur Ioannes Marquez. ib. viri illustres ex illo profecti. ibid.

Vlyssis lætitatio inter Lusitanos secundum quosdam Historicos. 2.31.6

Viridariana canonicorum Lateran. Abbatia Paraninà. 3.18.6. tota cum Ecclesia per eosdem canonicos renouata, vitæ doctrina præclaris florida. ibid.7

Vindesimensis Congregationis apud Belgas Canonicorum regul. origo 2.63.1 & seq. eius primi autores. ibid. 2. obtinet locum prope Zuuollam VVindesem nuncupatum, ad monasterium fundandum. ibid 3. mittit de fratribus in Emsterin ad vitæ canonicæ institutum discendum. ibid. Catalogus monasteriorum dictæ congregationis. 2.64 per tot. illis sese adiungunt monasteria cong. Nuisiensis, siue Nouesiensis. ibid. eadem congreg. multis viris sanctitate, & doctrina illustribus florida. 2.65. per tot. in loco, vbi fundatum est primum monasterium dictæ congregationis vsque antea cohortes Angelorum in vetibus altos laudes diuinas canentium. 2.65.1

VVigornensis, & VVintoniensis Ecclesiæ abillarum institutione habebant canonicos regulares, sed illis tandem subrogati monachi. 2.57.3

Vnitum alteri non semper illius naturam, & conditionem acquitur. 2.13.8

Volaterranus historicus non fuit canonicus regularis, vt fingit Marquez. 1.28.8

Vouebant clerici cum B. Augustino degentes. 1.16.2

Vrbanus II. ex cano. regul. monachus, & Rom Pontifex 3.1.3

Vrbanus III. fundator monasterij S. Georgij de Brixiæ. 2.49.2. idem ex canonico regul. Archidiaconus Mediolanensis. 3.31.6

S. Vrsus canonicus reg. & Episcopus Augustæ Prætoriæ sanctitate clarus. 2.33.6. illius canonica Augustæ insignia decem & septem Parochiales olim subiectas habens. ibid.

VVilhelmus de VVelde canonicus regularis Doctor clarus. 2.65.6

Z

ZAcharias I. ex canonico regulari Romanus Pontifex 3.1.1

Zacharias Lilius ex canonico regulari Lateran. Sebastenus Episcopus. 3.40.2. & 3.42.3. eius quædam opera. 2.63.9

Zacharias Ferrerius edidit librum de habitu canonicorum reg. 3.41.3

Zona pellicea non fuit tradita Eremitis à B. Augustino, sed à Romanis Pontificibus Gregorio IX. & Alexandro IV. 1.25. per totum & 26. per tot. ab illa ferenda petierunt eremitæ se per Sedem Apostolicam dispensari. 1.26.4

FINIS.

Valeminianus Abbas monasterij Lau... nec Abbas in monasterio constantem... 2.15.4
S. Vbaldus Eugubij Episcopus obiit anno... tuensis ad Ecclesiam Eugubinam defer... monasterio canonicam vitam profite... synopsis.
S. Vbaldi monasterium prope Eugubium ... morum Vrbem Ducum fundatur.
S. Victoria Parisiensis Abbatia origo... 2.33.16. eius fundator Ludovicus Cras... ibiod vir illustris ex ea profecit. 2.33.16. ... fis congregatio.
S. Victoris apud Bononiam monasterium ... per Frigidomontios reformatum, 3.11. ... quitas, & dignitas.
S. Vincentius martyr clericus canonicus ... gustinæ.
S. Vincentij Vlyssiponæ monasterium ... illius canonici vitæ acerve, ... ea saltim communicitur ... ex illo profecti.
Vlyssis lustratio inter Lusitanos ... rucos.
Viradariana canonicorum Lateranensium ... tota cum Ecclesia per eosdem ... doctrina præclara fuvia.
Vindelicorum Congregationis ... regul. origo 2.151. & ... net locum prope Zusolam ... monasterium fundarunt, ... sanctum ... Simperto ad vitæ canonicæ ... Catalogus monasteriorum ... roc illis locis adiungent ... Nouesiensis ibid. eadem ... & doctrina illustribus ... fundatum est primum ... mus vitæ antea ... des diuinas canentium.
VVigornienses, & VVormatienses ... tutione habebant ... subrogati monachi.
Vintum alteri non ... quitur.
Volaterranus historicus ... fingit Marquez.
Vouebant clerici ... B. Augustinum.
Vrbanus II. ex ... 49.2. idem ex ... nensis.
Vrbanus III. fundauit ...
S. Vrsus canonicus ... ditate claruit 2.33.6. ... cem & septem ...
VVilhelmus de VVelde ... 2.61.6

Z

Acharias I. ex canonico ... Zacharias Lubas ex ... fis Episcopus. 3.41.2. ...
Zacharias Ferrerus ... reg.
Zona pellicea non ... à Romano Pontifice ... 1.25. per totum ... mucæ ... per Solem Apollinem ...

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Penotti
Historia Canonicorum
Regularium

Th
1068a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
G. Pennelli
Hist: Canon: Regul.
ex
P. Ber: Hertfelder
Basilica Augustana.
S. V.
7